Q

R

REVERENDISsimi P. F. Francisci Leuchetti de Brixia: ordinis minorum observantissimi: theologi subtilissimi ac toti⁹ Seraphici Francisci ordinis Generalis Ministri meritissimi in Johan. Duns Sco. sup Primo. Secundo. Tertio ꝛ Quolibetis Clarissima Comentaria: subtilium difficultatuʒ perpulchre solutiones: apparentium prelii antiscoti cōtradictionū solutiones: demum opinionū multaruʒ scotico dogmati obviantium destructiones: feliciter incipiunt.



¶ Veneunt apud preclarum bibliopolam Joannem Granion apud clausum brunellum. signo magni Junci appendente:

Frater Franciscus Lychetus Brixianus ordinis Minorum obseruantie Maximiliano Imperatori semper augusto Salutem Plurimam Dicit.

CUm superioribus annis Joanne sacratissime Aragonum ⁊ Sicilie Regine iussis Neapoli iustum triennium: ⁊ concionatus: et publice Theologiam professus fuissem. Et in primum sententiarum Scoti librum commentarios cudissem: quos ⁊ eius maiestas/non solum vt Reipubli. christiane (quod tamen putabat prodesset: verum potius vt nomini meo consuleret: quaqꝫ posset immortalitate me donaret: in apertum dimittendos censuit: non potui Cesar inuictissime innumeralia per humane quippe per illā in me collata beneficia dissimulare: ipsosqꝫ sub sacratissimi eiusdem nominis: ⁊ titulo: ⁊ auspicio dimisi: nec putaui tamen sic plenam me satis fidem agniturum. Tanti em̄ nec me/nec mea estimo: illud tm̄ curaui: ne ingratitudinis nota prorsus inurerer. Et eo presertim ꝙ ipsorum voluminis mille Regij sui erarij impensa formulis imprimi: ⁊ passim in litteratos orbis totius liberaliter rogari voluit. Dicatione per me illius Serenitati sic facta: Et typis iam excusis Cōmentarijs ipsis iam vulgatis dedicationem illam meam egre tulit: verita ne sibi procurata fortassis iudicaretur. Et de conquisita gloria aliquando succenseretur: sic semper modestiam summam professa est diua pudicissima. Quoniam vero dimissis iam voluminum eorum plurimis: voluntas illius nitida restitui non poterat. vt de me mecum conquesta est aliquandiu: nec pudenter quidem minus ꝙ̄ decore illud monuit precepitqꝫ: ne decetero peccarē si eueniret aliquando (quod euenturū sperabat) ꝙ noui quicqꝫ vltra cuderem: ederemqꝫ illud (quicquid futurum esset) sub tuo diuino nomine publicarem: sic enim ⁊ rem tutissimis auspicijs merito dimitti: ⁊ meipsum nomini meo sic sane consulturum asseuerabat. Ecce imperator maxime vt ex tempore illo in ocio nunqꝫ fuimus. Sed in Scoto ipso enarrando assidue insudauimus. (quod fecundarum doctrinarum cultores solent veluti ⁊ ingenia ipsa vt diutius sublima sunt: sic acuuntur magis fulgidiusqꝫ renitent) Commentarios illos non in primum duntaxat: sed in reliquos auctoris eiusdem: ⁊ Sententiarum/⁊ Quodlibetorum libros non auximus modo: sed ⁊ nouos conflauimus: quos tam sacre regine monitis iussisqꝫ: vt sub felicissimo patrocinio recumbant perspiciendaqꝫ semper maiestate cōstent: celsitudini tue dico: auspicatissimoqꝫ sub nomine tuo passim legēdos dimitto. Inconsulte profecto agere videbar: quando (quod fateor) dedicatio hec mea summopere mihi conductura sit si preceptis tam sanctis non paruissem. Boni igitur consulat celsitudo tua: cui humillime me commendo. Ex Gymnasio nostro in prouincia Brixie. xvi. Februarij. M. D. xvij.

Ad Maximilianum Cesarem Semper Augustum
Baptista Fiera Mantuanus.

Si sit fas homini deum teneri,
Et si relligio superbit olim
Scoto interprete ꝙ seuera constat
Nec iam perfidiam veretur vltra.
Scoto relligio: deusqꝫ debent.
Sed si fors Scotus ante senticosus
Obductis fuit abditus tenebris
Et te vindice nunc agat serenus.
Ima conspicue patens medulla.
Lycheti vt nitida resultat aura:
Quenam laus tibi/queve habenda Cesar
Sit par gloria ꝙ Lychetus exit?
Jam debent tibi Maximiliane
Christus/relligio/Scotus/Lychetus.

Reuerendissimo Patri. F. Francisco Leuchetto ordinis Seraphici Francisci obseruantissimo eiusdemqꝫ Ministro generali meritissimo/ac summa quaqꝫ laude dignissimo: Frater Baptista de Castilliono Mediolanensis eiusdem ordinis atqꝫ instituti professor. S. P. D.

COgitantem me atqꝫ animo letabundo repetentem. Francisce
Pater Reuerendissime/ordinis nostri Minoritani felicissima/te antistite vigilãtissimo incremẽta.
solidissimis fundamentis stabilita: vt plus ꝙ trabalibus clauis cõuincta/duplex cura subijt: Alte-
ra qua(quod lubens facio) deo optimo maximo/a quo omne datum optimum ⁊ omne donum per
fectum gratias pro virili mea detentis concordie ⁊ laudabilium studiorum bonis agerem precesqꝫ
funderem; vt ea perpetua faciat: neqꝫ ob ingratitudinem aut culpam paucorum: hũc tante religio-
nis/modestie/charitatis/eruditionis/⁊ omnis probitatis zelum: hancqꝫ ad pia studia alacritatẽ te-
pesceri aut in deteriora verti sinerat. Altera/ qua eandem tetre ingratitudinis notam/ne aduersus. P. tuam cum
totꝰ ordinis iactura incurrerẽ/grauiter ac sedulo cauerem. Memini siquidem ⁊ plurima ⁊ maxima per te beneficia
in vniuersum ordinem generatim: ⁊ in me tuorum minimum/speciatim ac peculiariter collata. Inter queᷓ illud primũ
memorie occurrit/ꝙ studijs assiduis ⁊ columbina simplicitate ac serpentina prudentia preditus/ patiẽsqꝫ laboris per
triginta annos omnibus erudiendis vnius Christi Jesu stipendijs salutarem et sanam impẽdisti doctrinam: vt ne
viua tm̃ voce (cui tamen energie plurimum inest) duntaxat viuis ac presentibus prodesses: scripsisti admirabiles et
plane diuinos Cõmentarios: ad absentium posteriorũqꝫ eruditiõem in argustissima ⁊ verissima/ sed non vsqꝫ quaqꝫ
omnibus obuia ⁊ intellecta/ Fratris Joannis Duns Scoti Doctoris cognomento subtilis/⁊ Theologorum omniũ
facile longeqꝫ principis. in libros sententiarum atqꝫ alia scripta: quibus illius mentem ita explicas ⁊ omnia doctri-
ne fundamenta ita demonstras/vt qui tua cum illius scriptis accurate legerit/desperationis scopulis immorari nul
lus possit: sicqꝫ tanti viri doctrinam/quam quia non intellexerant emuli conuellere conati sunt/dissolutis illoꝝ obie-
ctis/sinceram et catholicam ostendis: vt nemo non videat/nisi qui solem in meridie (dum sudum est) non agnoscat.
Quibus beneficijs sic vniuersum diui Francisci ordinem demeruisti: vt nisi te presidem ⁊ Generalem Ministrum de-
legisset etiam ipe cecutire putari posset. In me autem seorsum ⁊ propria collatorum beneficiorum/id vnum vt cetera
nunc tacere permittas (memorauero/ꝙ tuo pater indulgẽtissime ⁊ iussu ⁊ permissu ad clarissimã Parisiorum missus
sum Achademiam: vt Scoticis lucubrationibus per tuam sapientiam elucidatis erudirer. Quare vt grati discipuli
⁊ boni filij specimen preberem: curaui pro totius ordinis commodo/ luculentissima scripta tua in Gallia/Hispania
⁊ ceteris transmontanis prouincijs plurimum desiderata/⁊ quotidianis ferme conuicijs efflagitata impressioni man-
dare/sciẽs id toti ordini fore perqꝫ gratum/⁊ sperans tue paterne celsitudini non iniucundum: quando (vt Ciceronia
nus inquit Lelius) fructus ingenij et virtutis omnisqꝫ prestantie tum maxime capitur/ cum in proximum quemqꝫ
confertur. Boni itaqꝫ pater optime ac Reuerendissime consule/ ⁊ me reuerentie tue deditissimum/ac obsequentissi-
mum filiolum solito fauore prosequere: longamqꝫ ac sanctam vt cepisti/ vitam viue. Ex Ceuobio Minoritanorum
apud Parisios degentium. Anno. M. D. xx. sub Resurrectionis Dominice augustissimam solennitatem. Mensis
Aprilis die vigesimaquinta.

MArcus Saracho Archiepiscopus Naupatensis Reuerendissimi in Christo patris. d. d. Paulizane dei ⁊
apostolice sedis gratia Episcopi Brixien. Vicarius generalis ⁊ locum tenens: vniuersis ⁊ singulis pre-
sentes litteras: vel eius exemplum lecturis pariter ⁊ auditurts: salutẽ in saluatore peroptatã. Quia sacro
approbante concilio Lateranensi nuperrime: sed etiam anno prope preterito celebrato: a sede apostolica
statutum est vt nullus valeat libros impressioni tradere: nisi prius per episcopum: vel alium habentem
peritiam scientie libri imprimendi. Et per inquisitorem heretice prauitatis a prefata sede deputatum: illius ciuitatis
vel diocesis in quibus Auctor libri vel impressor commorentur: examinentur: ⁊ approbentur vt patet ex bulla deci-
me sessionis celebrate anno dominice incarnationis. M. D. xv. quarto nonas Maij. Pontificatus Sanctissimi Leo-
nis Pape decimi anno tertio ⁊c. Ideo visis commentarijs editis per. R. P. fratrem Frãciscum Leuchetum de Bri-
xia ordinis Minorum de obseruantia sacre Theologie lectorem celeberrimum: ⁊ prouincie Brixie vicarium super
primo/secundo/⁊ tertio libris Sentẽtiarum: ⁊ quodlibetis Docto. subtilis in Magistrum. Et habita etiam relatio
ne aliquorum in eadem facultate. Et scientia peritorum super huiusmodi examinatione ⁊ approbatione. Commen-
taria ipsa quantum ad nos ⁊ alios peritos: a quibus relationẽ accepimus pertinet: Approbamus tanqꝫ omni laude
commendatione ⁊ fide dignissima ⁊ a viro probatissimo ⁊ in sacra Theologia doctissimo edicta: cuius doctrine ea
fides adhibenda est: que solet alijs doctoribus approbatis adhiberi. In quorum fidem ⁊ testimonium presentes litte
ras nostras manu propria subscriptas ⁊ sigillo proprio munitas dedimus in episcopali palacio Brixie die primo
Februarij. Millesimo Quingentesimo Decimo Septimo.
Ego Marcus Saracho suprascriptus propria manu subscripsi cum sigillo nostro secreto.

F. Francisci de Frangepan. Minorita ni ad Reverendissimũ. P. F. Frãciscum Leuchetum Theologorum maximum: Ac totius ordinis Minorum Generale mministrum Meritissimũ Carmen.

Haud merito inuideam felicia secula priscis:
Nil est quod nostris patribus inuideam
Cuncta petenda pater per te Leuchete tenem⁹
Quosq; dabant titulos plurib⁹/ vn⁹ habes
Quos fecunda viros claros produxerit etas
Equiparas: vno progenitore minor
Cedit Alexander solidus: Richardus abundãs
Et quisquis Scoti carpere nisus opus
Si fuit Euphorbus mutato corpore plures
Alter et idem vnus sepe nouatus homo.
Tu Scotus, primo Scoto sapientior alter
Quot nequijt primus, tu reserare potes.
Est vigor ingenij simul et solertia vtriq;
Mi tua lucidior gloria maior erit.
An Pater/ an doctor pastorue vocaberis/ herēt.
Qui dignum titulo quolibet esse sciunt.
Tu cura pater es/ vigili moderamine pastor.
Doctrine celebris munere doctor eris.
Viue vale/ viuantq; tui hec monumēta laboris
Longaq; perdurent tempora/ Viue: Vale.
F I N I S



INcipiũt elegantissima Cõmentaria Reuerendissimi P. F. Francisci leuchetti de Brixia / ordinis minorum / regularis obseruantie totius seraphici Francisci ordinis / generalis ministri theologi profundissimi: in primũ Sco. super primum Señ. In nomine domini nostri Jesu christi.

¶ Questio Prima.

VTrum homini pro statu isto sit necessarium aliquam doctrinam specialē supernaturaliter inspirari ad quam vȝ non possit attingere lumine naturali intellectus? ¶ Titulus huius questionis sic debet intelligi. Posito ꝙ homo sit ordinatus ad eternam beatitudinem: de qua sancti et catholici loquuntur: et velit eam efficaciter: an ad ipsam adipiscendam sit ipsi homini pro isto statu (q̇ est statꝰ vie) necessaria aliqua specialis cognitio: ad quam via naturali attingere non possit. Intelligiť ergo de necessitate suppositionis et non de necessitate absoluta: quia posito ꝙ velit beatificari: an sit necessaria talis cognitio supernaturalis.

In ista questione videtur esse controuersia inter philosophos ⁊ theologos Opinio philosophoꝝ ē: ꝙ omnis noticia necessaria ad vlti-

mam perfectionem hominis ex causis mere naturalibus potest acquiri. Et hic nota ꝙ si vltima perfectio hominis consisteret in sola speculatione abstractiua substantiarum separatarũ: de qua Aristo. 10. ethic. nulla esset difficultas quia ad illam acquirendã non requiritur aliqua cognitio mere supernaturalis: sed loquendo de felicitate de qua sancti loquuntur: que est in clara visione deitatis et fruitione eiusdem: tunc questio habet difficultatẽ. Et si philosophi teneant absolute ꝙ omnis cognitio necessaria homini volenti acquirere felicitatem quam catholici expectant: potest acquiri ex causis mere naturalibus. Contra hanc opi. Doc. specialiter arguit tribus medijs satis euidentibus. quibus probat ꝙ homini pro statu isto agenti propter vltimam felicitatem quam expectamus sit necessaria aliqua cognitio mere supernaturalis.

Prima ratio est ibi. Contra istam positionem potest argui tripliciter.

Et ratio breuiter stat in hoc. Omne agens propter finem aliquem: si agit per cognitionem de necessitate cognoscit finem propter quem agit: sed homo pro statu isto non potest ex puris naturalibus distincte cognoscere vltimum finem propter quem agit. ergo est sibi necessaria aliqua cognitio supernaturalis qua cognoscat distincte vltimum finem propter quem agit. Maior sillogismi patet in littera Doctoris: et probatio stat in hoc: quia agens propter finẽ agit ex appetitu finis: modo nihil põt appeti nisi ꝓcognoscatur vel ab ipso appetente si est cognoscens: vel ab alio dirigente ipsum ad talem finẽ: vt patebit. 3. d. 2. q. 1. In proposito. homo est agens per cognitionem et per se agẽs: vt patet secundo phy. t. c. 50. hoc est per formam propriam. si ergo agit propter finem vltimũ agit ex appetitu talis finis: et debet intelligi de appetitu rationali qui sequitur cognitionem: vt patet a docto. in plurib[9] locis. Minor patet in littera docto. que satis clara est et stat in hoc. Aut eni philosophus sequens viam naturalem posuit vltimum finem hominis consistere in sola speculatione substantiarũ separatarum et tunc errauit quia (vt dixi) finis vltimus hominis est in visione clara dei et fruitione eiusdem. Vel posuit vltimum finem hominis vt christiani ponunt: et hoc nõ apparet ex dictis eius: nec aliqua naturali ratione hoc probauit. Aut fuit dubius de vltimo fine hominis: vt patet per illud primo ethicorum. c. 13. vbi dubitando ait. Siquidem igitur. ꝛc. Ista auctoritas sic exponitur a Commẽ. Ibi enĩ philosophus dubitando querit: an felicitas sit res scibilis per intellectum: an acquiscibilis per assuetudinem: aut alio modo adipiscendi vt per prouidentiã diuinam: aut per fortunam et casum. Sed manifestũ est quoniam si fuerint hic res alique: quas largitur deus hominibus: dignius est vt sit felicitas ab eo donata ipsorum: maxime cum sit prestantior rerum que pertinent hominibus. hec ille. Sequitur ergo ꝙ tunc philosophus non cognouit distincte vltimum finem hominis: quia si distincte cognouisset nullo modo dubitaret. Si ergo Aristo. princeps omnium philosophorum non cognouit distincte vltimũ finem hominis propter quẽ homo agit. stat ratio docto. ꝙ sit ei necessaria aliqua cognitio distincta de fine vltimo: que via naturali haberi nõ possit.

posse alicui nãe iesse p̃t dupliciter intelligi.

¶ Secundo probatur eadem minor per rationem. Hic Doc. probat eandem minorem per rationem sumptam a posteriori: et minor est ista. Sed homo pro statu isto nõ potest cognoscere distincte vltimum finem propter quẽ agit: et probatio est satis clara in littera: presupponendo vnũ. s. ꝙ aptitudo alicuius nature ordinate vel apte ad aliquem finem potest dupliciter cognosci inesse tali nature. s. vel per cognitionem perfectam ꝛ distinctam talis nature per quã arguimus talem aptitudinem inesse: sicut per cognitionẽ distinctam hominis concludimus aptitudinem ad ridendũ de ipso homine: vel per operationez talis nature: sicut per actum ridendi hominis concludimus ipsam proprietatem inesse homini. Ad propositum. Docto. presupponit ꝙ pro statu isto non possumus via naturali cognoscere distincte et sub ratione propria aliquam substantiam: vt probat. 3. d. 3. q. 3. Ideo omittit istum modum cognoscendi aptitudinẽ ad finem propriũ inesse tali substantie: et accipit scd̃m modum cognoscendi. s. a posteriori et per operationem. cognoscimus enim talem herbam esse ordinatam ad talem finẽ puta ad talem sanitatem inducendam propter operationem ipsius et sic clara est ratio docto. quia nullam operationem experimur in nobis propter quam possimus concludere hominem ordinari ad claram visionem dei et fruitionem eiusdem: vt patet. Et posito ꝙ hoc concludi possit: tamen loquendo de fine vltimo et perfectissimo hominis ꝛ completiuo qui vltra visionem et fruitionem dei includit perpetuitatem ipsius visiõis vt clare patebit ĩ quarto. 49. dist. ad concludendum via naturali talem finem posse inesse homini: oportet concludere via naturali animam esse immortalẽ: qđ tñ sola fide tenemus vt probat doc. in. 4. d. 43.

Dubitatur de ista propositione oĩ agenti p cognitionem necessaria est cognitio distincta sui finis. Primo quia fidelis agit propter vltimum finem: et tamen non est ei necessaria cognitio distincta vltimi finis: quia talis de communi lege non habetur: vt patet a doc. presenti. q. — Quedã dubia ad noticiã p̃me rõnis docto. necessaria.

Dico ꝙ ꝓpositio doc. debet sic intelligi: ꝙ est necesse cognoscere distincte an. a. sit finis vel ne: et non est necesse vt cognoscat distincte. a. ĩ se. Vult ergo dicere ꝙ agens efficaciter propter finem vltimum puta propter fruitionem dei est ei necesse scire distincte an fruitio dei sit vltimus finis vel ne: quod tamen non potest scire ex puris naturalibus sed tantum per reuelationem: posito modo ꝙ per reuelationẽ sciat fruitionem esse finem vltimum: non est postea necesse vt cognoscat distincte illam in se: nec obiectũ illius ad hoc vt possit efficaciter agere propter illam. Si enim esset neuter: puta ꝙ nesciret determinate an fruitio sit vltimus finis vel ne: non posset agere propter ipsam: oportet enim ꝙ distincte et determinate sciat ipsam esse vltimum finem si efficaciter agit ad illam: licet illam non cognoscat in se distincte. Et sic intelligitur propositio et ratio doctoris. — Responsio ad primum

¶ Secundo dubitatur de illa ꝓpositione. s. ꝙ philosophus soli rationi naturali innitendo: vel errabit circa vltimum finem hominis vel dubius remanebit: quia philosophus secundum rationem naturalem habuit ponere finem vltimũ perfecte quietare potẽtiã beatificabilẽ: patet qr btitudo est bonũ perfectũ: habuit etiam illã ponere in ente perfectissimo: vt patet. 10. ethic. via etiam naturali potuit scire ꝙ cognitio distincta primi obiecti in se sit perfectior omni alia et magis obiectũ esse per se quietatiuũ vt ꝑfecte cognitũ et perfecte amatum: ergo ponendo felicitatem in tali obiecto sic cognito non errasset quia nec nos erramus s̃m fidẽ: nec dubius fuisset. Nec valet dicere ꝙ via naturali non potuit cognoscere primum distincte. quia nec nos possumus cognoscere de lege cõmuni. — Secundum dubium.

Dico ꝙ si philosophus cognouisset eẽ possibile homini sic posse cognoscere et amare primum. non errasset nec dubius fuisset. sed non potuit via naturali cognoscere. ħ esse possibile homini. — Ad scd̃m.

¶ Tertio dubitatur de illa propositione. s. vltimus finis non potest cognosci ex actibus quos experimur. esse conueniens nobis. Primo dubitatur qr doc. in primo. d. prima. q. 2. dicit ꝙ vltim[9] finis est obiectum beatificum sub ratione perfectissima. hoc idem in. 4. d. 49. vult etiam in primo. d. secunda. q. prima. in quarto ratione de infinitate primi. ꝙ voluntas nr̃a actu elicito non potest vltimate quietari nisi ĩ ente ĩfinito: ꝛ hoc cognoscit homo per actus suos: quia dicit doc. presenti. q. ꝙ pro statu isto tñ per actus quos experimur cognoscim[9] potentiam ordinari ad tale obiectum: si ergo voluntas per quẽcũq; actũ elicitũ circa ens finitũ experitur se non quietari et hoc erit notum intellectui: ergo intellectus naturaliter poterit scire voluntatem ordinari ad ens infinitum: et sic põt cognoscere naturaliter. — Tertiũ dubiũ p̃ncipale.

¶ Secũdo sic supponẽdo qđ dicit doc. in. q. prima prologi: ꝙ intellectus habet naturalem inclinationem ad omne ens et naturaliter cognoscit ħ per actus suos: quia data cognitione cuiuscũq; entis finiti adhuc appetit cognoscere ens perfecti[9] sicut dictum est de volũtate supra: ergo naturaliter scit se appetere perfectissimum ens: patet per ph̃m in prohe. meth. qui facit hãc consequentiam. omnes homines naturaliter scire desiderant. ergo maximam scientiam maxime desiderabunt: maxima autem sciẽtia est circa maxime scibilia cuiusmodi sũt subẽ separate: ergo homo per actus suos scit se non posse quietari nisi ĩ ente perfectissimo ꝑfectissime cognito: ꝫ nãliter scit finem suum sibi nãliter conuenire ex actib[9] suis: ꝫ illum finem in se non cognoscat distincte quem nec nos etiam illuminati distincte cognoscimus. ¶ Tertio appetitus noster naturalis appetit summam beatitudinem summe et in particulari. vt pꝫ a doc. in. 4. d. 49. ergo intellectus noster potest scire per actus suos se naturaliter appetere illã: quia posito quocunq; actu circa alia a summa beatitudine non quiescit.

¶ Respondeo ad primum concedendo propositiones Doc. et dico ꝙ ratio concluderet si intellectus — Ad tertiuꝫ principale.

via naturali posset scire obiectum infinitum vt clare visum esse possibile homini: Quis sciat ꝙ maior perfectio est in obiecto vt clare viso. nescit tamen an talis visio possit conuenire homini. Cum dicitur voluntas vult illud: ergo. ⁊c̄. Dico ꝙ ex hoc solo ꝙ vult non concluditur illud esse possibile

Volūtas ē ipossibiliū.

illi: quia etiam voluntas est impossibilium vt probat doc. in. 2. d. 6. q. 1. Cum dicitur appetitus naturalis appetit illud vt sic: et appetitus naturalis non est ad impossibile: vt doc. concedit in. 4. d. 43. q. 2. Dico vt dicit ibi doc. ꝙ oporteret prius probare illud esse possibile: quod non probatur via naturali. ¶ Ad secundum concedo propositionē doc. s. ꝙ intellectus naturaliter potest scire se habere appetitū etiam respectu entis perfectissimi: sed naturaliter non potest scire se habere appetitum naturalem circa illud perfectum qualitercūq; cognitum: quia oporteret probare ꝙ appetitus naturalis esset ad cognitionem perfectissimam: cuiusmodi est clara visio. Et posito etiam ꝙ inesset ei talis appetitus naturalis adhuc non sequitur ꝙ intellect⁹ cognoscat illum sub illa ratione qua appetit illum finem sub ratione perfectissima: quia oporteret cognoscere relationem illius appetit⁹ que terminatur ad illum finem: que cognosci non potest non precognito termino. Primo tamē respōsio videtur melior. Et cum dicit ꝙ intellectus habet naturalem inclinationē ad omne ens concedo: sed oportet probare ꝙ habeat naturalem inclinationē vt intuitiue cognoscibile a tali potentia. Sicut etiam non sequitur intellect⁹ habet naturalem inclinationē ad cognoscendū ens infinitum ⁊ illud est cognoscibile cognitione formaliter infinita. ergo naturaliter appetit sic cognoscere: non sequitur. quia hoc est simpliciter impossibile. ¶ Ad tertium dico ꝙ non in

Quō btitudo appetit in ꝑticulari

telligit de beatitudine in particulari de qua sancti loquuntur: sed loquitur de beatitudine in esse vere reali: quia non appetit illam sic in communi quia non esset actu existens: sed appetit aliquod bonum summum vltimate quietatiuū: et posito ꝙ appetat id in particulari: non tamen sequitur ꝙ appetat illud naturaliter vt clare visuz. Dico etiā ꝙ tantum appetit illud vt bonum commodi: obiectum autē non beatificat nisi vt vt clare visum et amore amicitie principaliter amatū. Et posito etiam ꝙ sic appetat adhuc non sequitur ꝙ intellectus cognoscat illum appetitum sub illa ratione qua sic appetit: et sic ptz.

4. dubium principale.

¶ Dubitatur de illo quod dicit. s. ad efficaciter inquirendū finem vltimum est necesse scire ꝙ perpetuo possit conuenire homini in anima et corpore. Contra quia vltim⁹ finis sub sua ratione formali est simpliciter appetibilis: ergo sufficit ad efficaciter operandum cognitio illius finis. ergo non est necesse scire sub ratione perpetuitatis. Secundo quia conditio per se obiecti primi est perfectior q̄ conditio eius per accidens: patet qꝛ si finis vltimus est beatitudo nostra erit magis beatitudo sub ratione formali q̄ accidentali.

rn̄sio ad. 4. principale.

¶ Respondeo ꝙ aliud est loqui de fine vltimo in se clare viso et aliud vt obscure cognito: primo modo homo efficacissime moueretur ad illū etiam si sciret ipsum durare tantum per instans. Secundo modo non. quia cōmuniter quis nō mouetur efficaciter puta ad sanitatem si sciat parum duraturam. sic de fine vltimo etiam nobis reuelato nisi sciret ipsum perpetuo habere non moueretur saltem ita efficaciter ad illum acquirendum. Dico secundo ꝙ doc. non dicit expresse ꝙ quis nō moueret efficaciter ad finē vltimū nisi sciret illum dari perpetuo in anima et in corpore: sed ꝙ non ita efficaciter: quia ille conditiones reddunt illum finem appetibiliorem.

Secunda ratio principalis que est ibi. ¶ Secundo sic. omni cognoscēti agēti. ⁊c̄. Hic doc. intendit probare ꝙ homini volenti efficaciter vltimum finem: sit necessaria cognitio mediorū ad finem: quia nunq̄ aliquis agit efficaciter propter aliquē finem acquirendum: nisi cognoscat media necessaria ad illum finem. Sed homo via naturali non pōt media huiusmodi cognoscere. ⁊ tota ratio est. Quia meritum ordinatum ad talem finem consistit in sola acceptatione diuine volūtatis: vt diffusius probabit. j. d. 17. Posito ergo ꝙ homo via naturali cognosceret vltimum finem distincte (cuius tamen oppositum probatū est in prima ratione) adhuc est sibi necessaria cognitio: qualiter talis finis possit acquiri. Non enim posset ex puris naturalibus cognoscere: ꝙ talis finis est sic vel sic acquisibilis: puta per talem vel talem operationem hominis: qꝛ collatio talis p̄mii est ex sola determinatione voluntatis diuine. Et posito ꝙ etiam hoc cognosceret: adhuc ignoraret que et quot opera requirunt: et an illa sufficiāt. cum hec omnia consistant in sola acceptatione voluntatis diuine mere libere et contingenter sic vel sic acceptantis: ⁊ sic patet ratio doc. ¶ Sed hic occurrit dubium. Q: ex quo

Dubium.

voluntas diuina declarauit vitam eternam posse acquiri per obseruantiam preceptorū dei: et homo ex puris naturalibus potest scire si obseruat precepta dei vel ne: vt patet. et sic sequitur ꝙ possit certitudinaliter scire via naturali: se esse dignum vita eterna: cuius oppositum sancti tenent.

Rn̄sio.

¶ Respondeo ꝙ ad hoc vt quis sciat se esse dignū vita eterna per obseruantiam preceptorū: oportet scire se obseruasse in charitate: et ex instinctu charitatis. Omnis enim actus meritorius elicitur libere a voluntate et hoc charitate ad huiusmodi actum inclinante voluntatem vel partialiter concurrente cum volūtate vt alia causa partiali: vt patet a doc. j. d. 17. et patet per communiter doc. sed hoc scire non potest.

Ibi. contra istas duas rationes instatur. ⁊c̄. vt clarius doc. intelligatur: hunc ordinem intendo seruare: videlicet ꝙ exposito argumento contra dictum doc. ad illud immediate respondebo: notando semꝑ locum responsionis in doctore. Deinde exponam secundum argumentum: et immediate exponam responsionem ad illud: et sic deinceps. ¶ Arguit ergo doc. primo contra primam rationē: probando ꝙ homo ex puris naturalibus potest distincte cognoscere suum vltimum finem: cuius oppositum prima ratio ostendit. Prima ergo ratio est ibi. Omnis natura creata essentialiter dependet. ⁊c̄.

Dubitatur de illa propositione Doc. s. ꝙ ex causato cognito potest demonstratione quia quelibet eius per se causa cognosci: quia pono. a. causatū: si ex

Dubia d̓ demonstratione quia.

cognitione. a. potest cognosci eius per se causa: aut hoc est: quia immediate effectus causat cognitionem cause: ⁊ hoc est impossibile: quia tunc effectus virtualiter contineret entitatē cause: vt patet a docto. in primo. d. 2. q. 1. d. 8. q. 1. in secūdo. d. 5. q. 10. in q̊li. q. 14. aut qꝛ cognitio effect⁹ est cā cognitiōis cause: ⁊ hoc hꝫ minorē ꝓbabilitatē cū cognitio cause sit perfectior: aut premisse vt cognite ⁊ ꝯtractate: ita ꝙ minor recte sumatur sub maiori: et hoc non: quia mediū quod est effectus in tali demonstratione quia non cōtinet virtualiter notitiam cause: que causa scitur ꝑ demonstrationem. ergo per effectū nullo modo scitur demōstratiōe qꝛ. ipsa per se causa. ¶ Secūdo si per effectum scitur eius per

Secundū dubium.

se causa: aut scitur per effectum inq̄tū depēdet ab illa causa. aut per effectū in se absolute cognitū. Non p̄mo cū talis dependentia sit relatio: que non cognoscitur non precognito termino: vt patet a Doc. p̄nti. q. ⁊. q. 3. d. 8. q. 1. ⁊ in quol. q. 14. art. vlti. Tum etiā quia talis dependentia cognita non est ratio cognoscendi terminū ad quē nec fundamentum: vt ostendit Doc. contra Hen. d. 8. q. 1. Non secundo patet quia in tali effectu in se absolute cognito cuꝫ nullo modo virtualiter contineat causam non sequitur cognitio cause: quia semper queritur a quo causatur talis cognitio. et tamē ex alia parte si ex causato cognito nō possit cognosci eius per se causa non demonstratur per effectū demonstratione quia: et sic perit doctrina p̄hi primo poste. et p̄mo physi. ⁊. 1. metaph. et alibi.

Responsio ad primum

¶ Rn̄sio ꝙ nec effectus nec cognitio effectus in se est causa cognitionis cause distincte: sed si est causa: erit tm̄ causa cognitionis cause in conceptibus comunibus: sicut etiam expositum est de deo. d. 3. q. 1. quomodo per creaturas cognoscitur in conceptib⁹ cōmunibus.

Quō causa cognoscit ꝑ effectum.

Secundo dico ꝙ per effectum deuenimus in cognitionem cause: sic ꝙ cognito aliquo effectu: intellectus querit causam illius effectus: puta diuidendo: vt cum cognosco hominem esse risibilem q̄ro causam imediatā illius effectus diuidendo: puta si est effectus. ergo ab aliquo ente non ab ente in cōi: quia tunc oē ens posset esse cā non ab ente quod est subā: et sic diuidendo vsq; ad aīal rationale: et hoc mō procedo ab effectu ad causam: qua cognita tunc demonstratione quia per effectum demonstratur causa de homine: sed illa causa prius cognoscitur: licet postea demōstretur inesse homini per effectum.

Rn̄sio ad. 2.

¶ Ad secundum dico ꝙ ꝑ effectum in se absolute cognitum inuestigatur causa: vt supra dixi. Si vero cognoscitur sub illa dependentia distincte: qua dependet a causa. Dico ꝙ per illam non acq̄ritur

Quō demōstratio qꝛ: p̄supponit cognitionē cause.

cognitio cause in se: imo illa cognitio dependentie dependet a cognitione tam effectus q̄ cause: prius enim cognoscitur terminus et fundamentum q̄ cognoscatur relatio: et sic prehabita cognitione distincte tam cause q̄ effectus et cognitione ipsius dependentie: potest postea demonstratio

ne quia: cognosci causa de effectu. sic arguendo. a. depen-
det in esse a deo ergo deus est causa. a. vel sic cognosco di-
stincte. a. dependere a deo vt efficiente. ergo cognosco di-
stincte deum esse causam. a. Ex his patet sensus illius pro
positionis: qua declarata adduco primã rationem doc. que
vt clarius intelligatur. Doc. supponit aliqua. Primo ꝙ de-
pendentia causati est idem realiter cũ ipso causato: et hoc
quando terminatur ad talem causam: sine qua impossibile
est causatum habere esse. vt patet ab ipso in secundo di. 1.
et sic dependentia qua homo dependet a prima causa: est
eadẽ res realiter ꝙ homo. Secundo supponit ꝙ cognoscẽs
dependentiã aliquam et hoc distincte. cognoscit etiam ter-
minum talis dependentie. patet quia omnis dependentia
causati ad causam est relatio: et relatio non potest distin-
cte cognosci nisi distincte cognoscatur terminus ad quem
est talis relatio vt patet. Tertio supponit ꝙ dependentia
hominis causati a prima causa terminatur ad absolutum
in prima causa puta ad deum sub ratione deitatis: patet
in aliis relationibus: nam paternitas in creaturis non ter-
minatur ad filiationem sed terminatur ad rem absolutam
que est filius. et hoc patebit a doc. Infra. d. 30. et in. 3. d. 8.
Patet etiam ꝙ deitas sub ratione deitatis est terminus
dependentie creature ad ipsam/ vel saltem illud quod est
ratio formalis creãdi. vt patet a doc. in quolibe. q. 9. His
presuppositis formatur ratio sic. Cognoscens aliquam na
turam distincte cognoscit et relationẽ eandẽ sibi realiter:
et per consequens cognoscit terminum talis relationis di
stincte. vt patet ex tertio presupposito. Sed natura huma
na est naturaliter cognoscibilis ab ipso homine: ergo de-
pendentia ipsius ad deum est naturaliter cognoscibilis er-
go ⁊ deitas que est terminus talis dependentie erit natu-
raliter cognoscibilis. Et sic patet ratio doc. que tenet com
parando naturam vt dependentem in ratione causati effe
ctiue ad ipsum deum causantem. Potest hec ratio docto.
etiam formari comparando naturam humanam ad ipsum
deum: vt ad vltimum finem. Nam dependentia nature hu-
mane vt terminata ad deum in ratione vltimi finis: est idẽ
realiter cum ipsa natura humana. et sic naturaliter cogno
scens talem dependentiam: naturaliter potest cognoscere
deum in ratione vltimi finis: et eodem modo formetur ra-
tio sicut prima: posito etiam ꝙ talis relatio que dicitur de-
pendẽtia sit realiter distincta adhuc stat ratio: quia cogno
scens aliquam naturam vt causatam vel vt ordinatam ad
aliquem finem ad quem dependet vt a causa finali potest
cognoscere talem dependentiam. et per consequens termi-
num dependentie. ¶ Ibi. Confirmatur ratio. Ista confir-
matio clara est. quia si per cognitionem alicuius nature in
ferioris natura humana cognoscitur eius finis: similiter per
cognitionem nature humane cognoscitur vltimus finis ip
sius: patet similitudo: quia natura inferior puta lapis in ra
tione finiti non minus dependet ad suum proprium finem:
ꝗ̃ natura humana finita ad suum finẽ. ¶ Ibi. Ex hac etiã
ratione. Ista littera clara est ex declaratis. s. in probatiõe
minoris prime rationis. Ubi dixi ꝙ potest cognosci aptitu-
do ad finem proprium: vel ex cognitiõe substantie apte ad
talem finem: vel ex actibus illius substantie. vide. s. ¶ Ibi
Si autem dicatur. ⁊c. Quia posset dici ad rationem ꝙ con
cludit de fine naturali hominis: puta de felicitate naturali
ter acquisibili. De qua philosophus. 10. ethico. sed non con
cludit de fine supernaturaliter acquisibili: qui est clara visio
dei. ¶ Ibi. Contra Augu. Hic doc. intẽdit probare ꝙ etiã
talis finis sit naturaliter acq̃sibilis. Et ratio clara erit qui-
busdam presuppositis. Primo ꝙ natura humana et poten
tia siue aptitudo ad aliquid sunt vna res realiter: et per cõ
sequens cognoscens naturaliter naturam humanã: natu-
raliter cognoscit aptitudinem illius: et cum omnis aptitu
do sit formaliter relatio: sequitur ꝙ cognoscẽs naturaliter
aptitudinẽ aliquam: naturaliter cognoscit terminũ ad quẽ
est. Secundo presuppono ex dicto Augu. primo de prede-
stinatione sanctorũ. ꝙ homo naturaliter habeat aptitudi-
nem ad fidem et charitatem: dicente Augu. Posse habere
fidem et charitatẽ nature est hominũ. Tertio presuppono
ꝙ fides habeat deũ sub ratione deitatis pro obiecto. vt pro
bat ipse in. 3. d. 23. et similiter charitas. vt pꝫ ab ipso vbi. s.
di. 27. Et sic sequitur ꝙ cognoscens distincte fidẽ et chari-
tatem cognoscit etiã distincte obiectũ fidei et charitatis.
Formatur ergo sic ratio. Cognoscẽs naturaliter naturam
hominis et hoc distincte. naturaliter cognoscit aptitudinẽ
ad fidem et charitatẽ: cum sit eadẽ res cum natura huma-
na et per consequens cognoscit ipsam fidem et charitateꝫ
naturaliter. Et vltra sequitur ꝙ naturaliter possit cogno-
scere ipsum deum sub ratione deitatis. vt patet ex tertio
presupposito. ¶ Uel sic põt formari. Cognoscẽs naturali
ter dispositionem ad vltimũ finem naturaliter cognoscit il
lum. Sed fides et charitas disponunt ad vltimum finem
hominis. ergo naturaliter cognoscens fidem et charitateꝫ
naturaliter cognoscit vltimum finem hominis: posito etiã
ꝙ talis aptitudo esset realiter distincta adhuc sequitur ꝓ-
positum: quia cognoscens naturam humanam potest co-
gnoscere eius aptitudinem. ¶ Ex ista ratione fundata su
per dcõ. Aug. apparet quomodo. Quidam nouus exposi- Nouus ex-
tor prime par. sum. s. Tho. nõ recte intellexit rationẽ Sco. positor.
quia fundamentum rationis stat in hoc: ꝙ posse habere fi-
dem naturaliter inest homini. i. ꝙ natura hominis habet
naturalem aptitudinem ad fidem et charitatem: nam si nõ
haberet talem aptitudinẽ nunꝗ̃ posset eam recipere. Et
quod dicit ille expositor ꝙ homo tm̃ est in potentia obedi-
entiali ad fidem et charitatem: et sic dꝫ intelligi dictum
Aug. Hoc nichil est: quia omnis potẽtia obedientialis p̃-
supponit aptitudinẽ. i. nõ repugnãtiã ad illd̾ ad qd̾ est i põ Improba-
obedientiali: et talis aptitudo cui in est: naturaliter inest: tio.
stat eni aliqd eẽ aptũ ad. a. ⁊ nõ nãliter inclinari ad illud:
si eni esse sursum nõ repugnat. b. ergo. b. est aptũ natũ esse
sursum: ⁊ tñ talis aptitudo nõ potest dici naturalis inclina
tio. Et sic stat rõ doc. ꝙ cognoscens talem aptitudinẽ nãl'r
ad fidem et charitatẽ nãliter cognoscit fidem ⁊ charitatẽ.
Dico etiam ꝙ homo habet naturalem inclinationem ad fi
dem et charitatem: ita ꝙ non tantum est in potentia obe-
dientiali ad illas vt dicit ille expositor: sed etiam in poten-
tia naturali quia natura humana habet naturalem incli-
nationem ad perfectionem sibi conuenientem. vt patet.
¶ Secundo arguit doc. Ibi. Item homo naturaliter ap-
petit finem istum. ⁊c. Ratio doc. stat in hoc supponẽdo ali-
qua. Primo ꝙ appetitus naturalis est realiter idem ꝙ na
tura appetens. vt probat ipse in. 4. d. 49. Secundo ꝙ ap-
petit⁹ naturalis hoĩs est ad summã ꝑfectionẽ: et in ꝑticu-
lari: vt ipse ꝓbat vbi. s. et ꝙ volũtas nõ põt ꝑfecte q̃etari
nisi in ente infinito: vt ipse ꝓbat in ꝑmo. d. 1. q. 1. ⁊. d. 2. par
te. 1. q. 1. et in. 4. d. 49. Istis presuppositis arguitur sic. Ho
mo nãliter potest cognoscere seipsum: ergo sub illa rõne
qua appetit vltimum finem: cum ille appetitus sit idem ꝙ
homo: ergo naturaliter potest cognoscere vltimum finem
ad quẽ ordinatur. patet quia talis appetitus naturalis
siue inclinatio naturalis terminatur ad illum finem: et sic
patet ratio doc. ¶ Tertio arguitur. Ibi. Iteꝫ naturaliter potẽtia nõ
cognoscibile est. Ista ratio satis clara est in littera et po- quietat' nisi
test multipliciter formari. Nam potentia quelibet non po in perfectis-
test perfectissime quietari nisi in optimo contento sub ade- simo.
quato obiecto illius potentie. Si ergo potentia visiua na-
turaliter cognoscit adequatum obiectum: naturaliter po-
test cognoscere quodcunꝗ̃ contentum sub illo. vt patebit
infra in ista. q. Quia cognoscere obiectum vt adequatum.
est cognoscere illud vt inclusum in omni per se contento: et
sic est cognoscere quodlibet cõtentũ. Hoc idem dico de in-
tellectu respectu entis inꝗ̃tum ens. et sic patet ratio doc.
Et confirmatio sequens tenet ex hoc fundamento ꝙ omnis
potentia cognitiua habet naturalem inclinationẽ ad suũ
obiectum et per consequens si perfecte cognoscit se ipsam
perfecte cognoscit se vt inclinatam ad tale obiectum: ⁊ sic
tandem cognoscit obiectum ad quod naturaliter inclinat'.
et sic patet tota ratio. ¶ Ibi. Cõtra secundam rationem.
Hic Doc. arguit contra secundam rationem principalem
qua probat esse necessariam cognitionem mediorum ad fi-
nem vltimum acquirendum et illa secunda ratio supponit
(vt s. visum est) ꝙ via naturali possit cognosci natura hu-
mana sub illa ratione qua ordinatur ad vltimũ finem et ꝙ
finis vltimus possit cognosci: et licet hoc sit falsum. vt s. pa
tuit: tñ hoc supposito. adhuc probat Doc. ꝙ saltem est ali-
qua doctrina supernaturalis necessaria homini que erit
respectu mediorum. et ratio patet. s. Nunc doc. probat ꝙ
si naturaliter cognoscitur hõ ⁊ vltimus finis hoĩs: ꝙ etiam
naturaliter cognoscuntur omnia media necessaria ad illuꝫ
finẽ acquirendum. Arguit ergo sic. cognoscens naturaliter
extrema inter q̃ cadit mediũ. naturaliter cognoscit mediũ
inter illa. pꝫ si eni cognoscit extrema sub rõne extremorũ
q̃ vt sic icludũt media ĩter illa nec̃io cognoscit illa media:
ergo nãl'r cognoscẽs hoiem et vltimũ finẽ ipsi⁹: nãl'r põt co
gnoscere omnia media ordinata ad talem finem: maxime

quia necessitas mediorum accipitur a fine vt.ī.patebit.q. de praxi. ¶ Confirmatur ratio.ita enim in proposito entium ad finem.s.vltimum videtur necessaria connexio ad ipsum finem vltimum quia talis finis non videtur posse acquiri sine illis mediis a quibus necessario dependet: vt patet de sanitate et de mediis ad illam.modo propter talem connexionem in aliis finibus ad media ex cognitione talium finium cognoscuntur talia media. ergo et in proposito ex cognitione vltimi finis hominis cognoscunt omnia media ordinata ad illum finem. ¶ Deinde respondet doc.ad ista argumenta.Ad primum licet procedat de fine qui est causa finalis. Dat Doc. duas responsiones ad primam rationem. Prima est ꝙ ratio illa concludit de fine qui est causa finalis. Nota ꝙ deus potest dici finis hominis dupliciter. Vel vt causa finalis: et sic dicitur finis omnium rerum inquantum mouet metaphorice voluntatem suam ad causandum res ad extra. Et mouet inquantu amatus et desideratus et hoc modo dicitur finis qui est causa finalis: quia voluntas diuina amando et desiderando ipsum deum producit omnia in ordine ad ipsum. Et sic doc.concedit ꝙ ratio concludit de isto fine. Et finis huiusmodi non est finis beatificatiuus: quia vt sic lapis beatificaretur in deo cum sit causa finalis ipsius. Sed non concludit ratio de fine attingibili per operationem. sicut dicimus ꝙ finis vltim⁹ potentie visiue in quo quietatur perfecte est perfectissimus color vt attingibilis per visionem Et hoc modo finis beatificatiuus ex hoc dicitur beatificatiuus potentie inquantum natus est perfecte attingi per operationem talis potentie. ¶ Sed occurrit dubiu. Videtur enim ꝙ homo naturaliter possit cognoscere deum sub ratione deitatis si illa ratio concludit de vltimo fine qui est causa finalis. patet quia dependentia ipsius finiti terminatur ad ipsum deum absolute vt dixi.s. in ratione prima: ergo cognoscens talem dependentiā naturaliter: poterit naturaliter cognoscere ipsum deum sub ratione propria: et tunc vltra: si cognoscit deum sub ratione propria: potest etiam cognoscere ipsum esse vltimum quietatiuum hominis vel non: et sic tandem naturaliter poterit ipsum cognoscere sub ratione finis attingibilis per operationem hominis. Similiter in illa ratione prima potest concludi ꝙ naturaliter potest cognosci deus vt primum effectiuum et sic sub ratione propria. patet per dictu doc. q.8.quoli. ꝙ illud est ratio terminandi dependētiam causati quod est ratio formalis producendi illud: sed voluntas diuina est ratio formalis causandi: vt patet ab ipso in pluribus locis: ergo erit ratio formalis terminandi talem dependentiam. Et sic naturaliter cognoscens dependentiam causati ad primam causam: naturaliter poterit cognoscere terminum illius dependentie. Ideo responsio doc.non videtur multum efficax. ¶ Dat ergo aliam responsionem negando minorē.s. ꝙ homo naturaliter possit cognoscere seipsum sub ratione propria: et sub ratione illa qua ordinatur ad vltimum finem vt attingibilem per operationem: et littera plana est. ¶ Sed ex ista responsione oritur difficultas contra Doc. et videtur stare argumentum primu. Nam ipse vult expresse in.q.14.quolibe. ꝙ anima separata non possit ex puris naturalib⁹ cognoscere deum sub propria ratione: et tamen certum est ꝙ ipsa anima separata perfectissime cognoscit seipsam sub ratione propria. ergo ⁊ dependentiam ipsius ad deu: et per consequens ipsum deum sub ratione propria. Et formetur ratio.vts. ¶ Deinde vult ipse expresse ꝙ angelus ex puris naturalibus non possit cognoscere deum sub ratione propria: vt patet in.2.distin.3.q.10. et tamen ipse concedit ꝙ angelus possit cognoscere seipsum distinctissime et perfectissime et hoc ex puris naturalibus: vt probat in.2.d.3.q.9.et alibi. ¶ Dico ergo ꝙ posito ꝙ homo cognoscat seipsum distictissime: et similiter angelus ⁊ anima: adhuc non sequitur ꝙ cognoscat distinctissime dependentiā qua depēdet ad deu vt efficiētē: vel vt cām finalē. Et tota rō stat i hoc: qꝛ nulla relatio pt distincte cognosci nisi pcognito termino: vt pꝫ a doc.in ista.q.peñ. plo.⁊.d.8.pmi. Mō deus sub rōne deitatis via nāli non pōt cognosci. g nec relatio terminata ad ipsum. Et cum dicit ꝙ talis relatio est idē realiter cu tali nā: et per ꝯñs cognoscens naturam cognoscit et relationem. Negatur consequentia: quia sufficit ꝙ distinguatur formaliter: et sic talis relatio: formaliter distinguitur a fundamento: vt patet a doct.in secundo.distictione.1. ¶ Si iterum dicatur

Qualr de⁹ duplicit pos sit dici finis hominis.

Dubium.

Difficultas

Quō angelus non cognoscit deu

Responsio.

Nulla creatura distinctissime cognoscit relationē dependentie sue ad deu.

ꝙ ex quo angelus cognoscit seipsum intuitiue: ⁊ cognitio intuitiua terminatur ad rem existentem inquantuꝫ existens vt patet a Doct.in primo.distinctione.1.et.distinctio.8.et alibi. Sed que sunt idem realiter dicunt eandem existentiam. ergo si angelus cognoscit se intuitiue: etiam intuitiue cognoscet talem relationem: et per consequens terminum relationis. ¶ Dico ꝙ cognitio intuitiua talis relationis dependet non solum a fundamento: sed etiam a termino. Dico vltra ꝙ licet talis relatio dicat eandem existentiam realiter: non tamen dicit formaliter. ¶ Sequitur nunc littera Doct. Et dicit in littera Ad primum argumentum: ꝙ nec anima nec natura nostra potest cognosci naturaliter pro statu isto sub ratione propria et quiditatiua sed tantum sub rationibus generalibus. puta ꝙ est ens vel substantia finita et huiusmodi. Et quomodo sic cognoscatur exponetur.infra.distinctione.3.questio.3. Modo anima inquantum ens vel substantia non ordinatur ad talem finem: quia si hoc conueniret sibi ratione entitatis vel ratione substantie: tunc quelibet substātia sic posset ordinari: quod est falsum. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ mens siue anima est eadem sibi et proportionabilis sibi in ratione entitatis: cum sit penitus eadem anima siue intellectus: sed non est proportionabilis sibi pro statu isto in ratione obiecti. Vult dicere ꝙ licet intellectus sit penitus idem sibi: non tamen p statu isto pōt intelligi sub rōne ppa: qꝛ nō proportionatur sibi in ratione obiecti: qꝛ pro statu isto non est in proxima dispositione vt possit intelligi. Et ratio est: quia pro statu isto vt patebit.ī.distinctione.3.que.3.nichil potest mouere intellectum nisi tantu sensibile. ¶ Ad tertiu dōꝫ ꝙ anima vel intellectus est proportionabilis sibi in ratione obiecti non sub ratione propria sed sub ratione generali abstracta a sensibilibus puta sub ratione entitatis: quia sensibile mouet intellectum pro statu isto: non tantum ad cognitionem sui: sed etiam ad cognitionem omnium superiorum: vt patebit. infra.distinctione.3.quest.3. ¶ Ad confirmationem dico. In ista littera Doct.concedit vnum quod est valde ponderandum.scilicet. ꝙ ex cognitione alicuius substantie potest cognosci finis proprius illius substantie. Si absolute hoc intelligeretur non posset euadi quin angelus ex puris naturalibus possit cognoscere deum sub ratiōe deitatis: supponendo ꝙ finis proprius et vltimatus ipsius sit deus sub ratione deitatis. ¶ Dico ergo ꝙ hoc dictum sic debet intelligi: ꝙ ex cognitione substantie potest cognosci finis proprius illius substantie: si cognoscatur sub illa ratione qua ordinatur ad talem finem: et sic angelus licet naturaliter cognoscat seipsum sub ratione propria et absoluta: non tamen sub illa ratione qua ordinatur ad vltimum finem. ¶ Ibi. In proposito auteꝫ deficit vtraqꝫ via. idest ꝙ finis vltimus hominis non potest naturaliter cognosci: nec per cognitionem distinctam ipsius hominis: quum non possit haberi pro statu isto: nec per aliqꝫ operationem ipsius hominis: quia vt supra patuit per nullam talem possumus concludere naturaliter talem finem conuenire homini. Et hoc est quod dicit ī. ibi. Sed probatio minoris tetigit. idest ꝙ probatio minoris prime rationis facte pro opi.propria (que minor fuit talis: sed homo pro statu isto non potest naturaliter cognoscere vltimum finem) tetigit vnam viam de ignorantia actus: quia scilicet nullum actum experimur in nobis per quē cōcludere possumus talem finem sic posse conuenire: supponendo aliam viam de ignorantia nature in se scilicet posito ꝙ natura humana non possit in se cognosci et per consequens nec finis vltimus illius: aliquis posset dicere ꝙ talis finis posset cognosci per cognitionem alicuius operationis humane: et hoc excludit in probatione illius minoris. ¶ Ad secundum de Augustino: littera patet ex supradictis. Dicit enim ꝙ illa potentia habendi caritatem vt ipsa scilicet caritas est dispositio respectu dei in se sub propria ratione idest vt ipsa disponit ad amorem dei in se et propter se: vt patet in tertio. distin. 28.⁊.29. quia inclinat primo ad amorem dei in se: vt patet ibi: et habet deum sub ratione deitatis pro obiecto vt patet: vbi.supra.et.27.distinctione.3. et sic potentia habendi caritatem sub ista ratione conuenit homini secundum rationem specialem non communem sibi et sensibilibus. ⁊ ideo non est illa potentialitas naturaliter cognoscibilis de homine scilicet sub illa ratione speciali qua sic respicit caritatem. et posito ꝙ natura humana possit na-

Cognitio tuitiua.

Nulla natura p statu isto cogsci pt sub ppa ratione.

Quō ītelligit dictum Doct. ꝙ cognita sbā pt cogsci finis

turaliter cognosci in se sub ratione propria: non tamen sequitur possit naturaliter cognosci sub illa relatiõe qua ordinatur ad charitatem: vt ipsa charitas disponit.

¶ Ibi. Et ita respondeo. Dicit doct. ꝙ ista responsio est ad propositionem oppositã minoris prime. Nam minor prime rationis est: sed homo naturaliter non potest distincte cognoscere vltimum finem: et opposita minoris est ista: homo potest naturaliter cognoscere vltimum finem: quod probatum fuit per auctoritatem Augu. s. potẽs cognoscere hominem inquantum potest habere fidem et charitatem. &c. Sed postea negat istam. sed homo potest cognoscere naturam humanam naturaliter inquantum ordinatur ad fidem. &c. Sed inquantum adducitur contra illam responsionem de potentia naturali et supernaturali. &c. Dicit doctor ꝙ auctoritas Augusti. potest immediate adduci contra minorem prime ratiõis. Et patet respõsio. vtš. Vel potest adduci contra responsionem datam ad primam rationem factam cõtra conclusionem docto. que dicit ꝙ illa ratio bene concludit hominem naturaliter posse cognoscere suũ finem naturalẽ: non aũt supernaturalem. Modo auctoritas Augusti. potest adduci ad cõcludendum etiam de fine supernaturali: et inquantum sic

Quõ deus est finis nãlis hois. adducitur. Respondet doctor. ibi. Cõcedo deum esse finẽ naturalem hominis. Hoc sic debet intelligi ꝙ deus sub ratione deitatis est finis naturalis hominis. i. ad quem naturaliter inclinatur: sed talis finis non potest naturaliter attingi. i. ꝙ intellectus ex puris naturalibus non potest ipsum deum cognoscere distincte: nec cognitione intuitiua: nec cognitione abstractiua.

Dubium. **Sequitur in tex. Et hoc probat ra**tio sequens de desiderio natural' quam concedo.

Sed videtur ꝙ ratio Doc. de desiderio naturali non sit soluta: quia licet homo pro statu isto non possit se cognoscere naturaliter sub illa ratione qua naturaliter inclinatur ad vltimum finem: quia nec seipsum distincte: vt patet. s. tamen ratio videtur concludere ꝙ saltem anima separata possit cognoscere vltimum finem distincte: quia distincte cognoscit seipsam. ergo et inclinationem naturalem ad vltimum finem: cum illa nihil addat supra naturam anime: vt patet a Docto. 49. 4.

Responsio. **Dico breuiter ꝙ nõ cognoscit distin**cte et sub ratione propria illam inclinationem naturalem vt terminatam ad vltimum finem: quia talis non põt pfecte cogñsci nisi vltim⁹ finis ad quẽ termiat distincte pcogñscat

Ibi. Ad aliud negandum est illud ꝙ assumitur. Hic Doc. ex hoc negat hominem pro statu isto posse cognoscere vltimum finem sub ratione propria: quia sub obiecto intellectus ipsius non continetur talis finis: vt patet in littera. Et videtur innuere ꝙ si pro statu isto haberet ens inquantum ens pro obiecto adequato: posset nãlr cognoscere vltimum finem sub rõe ppria.

Nonnulla dubia sunt videnda. **Circa aliqua dicta docto. sunt ali**que difficultates. Prima in hoc quod dicit. licet mens sit eadem sibi: non tamen pro statu isto est proportionabilis sibi in ratione obiecti intelligibilis. hoc enim videtur repugnare. ponere animam perfecte presentem intellectui et non posse cognosci ab illo cum ad cognitionẽ nihil aliud requiratur nisi presentia obiecti vel in se: vel in specie intelligibili. hoc enim facit perfectam memoriam. vt patet a doc. Infra distinctione secunda parte questione tertia et distinctione tertia questione septima. Si ergo anima est in se pñs intellectui proprio: poterit i eo causare speciem intelligibilez sui: et sic abstractiue intelligi: sicut etiã essentia angeli vt presens intellectui suo potest saltem in eo partialiter causare speciem intelligibilem: vt patet a doc. in secundo. d. 3. q. 11. Si etiam est in se presens potest intuitiue cognosci: cum ibi tantum requiratur presentia obiecti in se: vt patet a doc. Infra. d. 1. q. 2. d. 8. q. 3. Nec valet dicere ꝙ non est presens in ratione obiecti intelligibilis: quia quero quid sit esse presens in ratione obiecti intelligibilis. si in cognitione abstractiua sufficit species intelligibilis si in intuitiua sufficit presentia in se: et si aliquid aliud requiratur: assignet illud secundũ eni doc. obiectum dicitur esse presens in ratione obiecti intelligibilis quando intellectus et tale obiectum sic sunt sufficienter approximata: ꝙ nullum apparet impedimentũ quin actio sequatur. Nec oportet fugere ad sensibilia: quia intellect⁹ in cognoscendo non dependet a sensibus: et quis secundũ doc. Infra. d. 3. q. 1. prima motio sit a sensibilib⁹: non tamen sequitur ꝙ facta prima motione quin possit se intelligere propter perfectam presentiam.

Ad istam instantiam dico breuiter Rñsio. ꝙ et si anima sit intellectui proprio perfecte presens cum sint idem realiter: non tamen est presens in ratione obiecti intelligibilis actu (quod tunc est: quando potest mouere potentiam ad sui cognitionem: vel aliorum virtualiter vel essentialiter contentorũ in eo vt habet rationem obiecti intelligibilis) et nulla alia ratio assignari potest: nisi quia deus ordinauit intellectũ nostrum nihil pro statu isto posse naturaliter intelligere nisi sensibilia in se vel essentialiter vel virtualiter inclusa in sensibilibus: vt patet a doc. Infra. d. 3. q. 3. non tamen sibi repugnat: nec vt est in se: patet quia separata a corpore perfecte itelligit: nec vt in corpore absolute: patet quia vt in corpore glorioso perfecte intelligit se. Est ergo ex sola ordinatione diuina que disposuit tantum cooperari sensibilibus ad motionẽ intellectus: non autem insensibilibus.

Quare aĩa nõ cognoscitur se intuitiue.

Secunda difficultas est circa hoc Dubium. quod dicit ꝙ per actus quos experimur concludimus potentiam respicere tale ens pro obiecto. Ex hoc infero ꝙ tunc per talem actum concludimus naturaliter vltimum finem esse conuenientẽ nobis: patet quia ex cognitione entis imperfecti intellectus appetit naturaliter cognoscere perfectissimũ: quia tantum in illo perficitur. Secundo ex actibus arguitur ꝙ intellectus habet naturale desideriũ ad omne ens. ergo ad perfectissimum ens. ergo ex actibus potest scire perfectissimũ ens esse obiectum conueniens sibi: habet etiam naturalem inclinationẽ ad omnem cognitionẽ: vt patet. j. pñti. q. et hoc cognoscit se hr̃e talẽ iclinationẽ p act⁹ suos ad pfectissimã cognitionẽ q̃ ẽ de pfectissimo obõ: pz qr quacũq; alia posita: et ista nõ posita nõ q̃etat. g̃ si p act⁹ nr̃os ꝯcludim⁹ tale obm̃ eẽ cõueniẽs põe: ꝯcludim⁹ ẽt de ĩfinito. ¶ Rñdeo ad pmũ ꝯcedẽdo ꝙ cognito ente ipfectõ hz desideriũ ad cogñscẽdũ pfectissimũ: nõ tñ seq̃t ꝙ sub ratione perfectissima nisi prius pbet ꝙ talis cognitio possit ꝯuenire hoi: qd nãlr pbari nõ pt. Concesso ẽt ꝙ sit ei possibile sic appetere cognoscẽ ẽt intuitiue illd: negat postea ꝙ itells p actũ suũ possit nãlr cogñscere se hr̃e tale desideriũ sub illa rõne q̃ iclinat ad illud. Ad sz dico ꝙ illa ppositio nõ itelligit de q̃cũq; cognitiõe. s. ꝙ iclinet nãlr ad cognitõnẽ pfectissimã cuiuscũq; entis: et posito ꝙ sic inclinet: nõ tñ ad ituitiuã primi entis: nisi pbet illã esse possibilem hoi: posito ẽt ꝙ sic iclinet nõ sequitur ꝙ intellectus per actum suum possit naturaliter cognoscere sic se inclinari. Hoc idem dico ad illam propositionez doc. scilicet intellectus naturaliter inclinatur ad omnem cognitionem et quacunq; naturaliter perficitur.

Rñsio.

¶ Tertia difficultas sic est in hoc Apparens cõtradictio quod videtur concedere respõdendo ad Auer. ꝙ si intellectus haberet ens inquantum ens pro obiecto adequato ꝙ naturaliter posset in quodcunq; ens: et sic naturaliter posset cognoscere vltimum finem: et in hoc videtur sibi cõtradicere. quia expresse vult ꝙ intellectus separatus non potest ex puris naturalibus distincte cognoscere vltimum finẽ in se: vt patet. q. 14. quol. et d. 3. q. 9. 2. Et tamen cõcedit ipse ꝙ ens inquantum ens est obiectum adequatum intellectus nostri: et hoc ex natura intellectus: vt patet. j. d. 3. q. 3. et d. 1. et alibi. g̃ ex puris naturalib⁹ potest cognoscere deũ sub ratiõe deitatis. Solutio. ¶ Rñdeo, et dico prio ꝙ ista stãt simul ꝙ intellect⁹ habeat ens inquãtũ ens pro obiecto adequato: et ꝙ naturaliter nõ cogñscat quodlibet ens contentuz: quia ad cognitionez obiecti non tantum requiritur potentia: sed etiaz requiritur presẽtia obiecti vel i se vel in aliquo representatiuo: vt patet. j. d. 3. q. 6. Et etiam requiritur ꝙ tale obiectum concurrat actiue ad cognitionem illam: vel aliquid supplens vicem obiecti: vt patet ab ipso infra distinctõe tertia questiõe septima. et i quolibe. q. 14. et 15. Sed tamen ista conceditur potest cognoscere ens inquantum ens vt adequatum obiectum intellectus ergo potest cognoscere quodlibet contentum: sed in proposito negatur ista: ꝙ intellectus separatus possit cognoscere ens inquantum ens naturaliter: licet habeat ens inquantum ens pro obiecto adequato. ¶ Si dicatur per Alia cõtradictio.

dictum doct. in ista questione: ꝙ cui naturaliter nota est aliqua potentia ei naturaliter notum est obiectum illius potentie. Cum ergo intellectus separatus naturaliter cognoscat seipsum sub ratione propria et distinctissima: ergo naturaliter notum erit ei ens inquantum ens: cum sit eius obiectum adequatum.

Solutio.

Dico ꝙ ista propositio debet sic intelligi: ꝙ si alicui nota est aliqua potentia sub ratione distincta: et sub illa ratione qua respicit obiectum adequatum ꝙ ei notum erit tale obiectum. Sed in proposito licz intellectus separatus cognoscat seipsum sub ratione distinctissima: non tamen sub illa ratione qua respicit ens inquantum ens sub ratione adequata. Et sic patet quomodo doctor sibi non contradicit.

Act⁹ pmus Act⁹ secundus qd sint

¶ Infra. Quod autem additur de August. in confirmatione illius rationis. Dictum Augu. est ꝙ mens est sibi nota. Et dicit Doct. ꝙ hoc est verum de actu primo ex se sufficiente ad actum secundum. Nam actus primus pro nunc est principium operationis: actus secundus est operatio. Et in proposito: intellectus est sufficiens principium producendi cognitionem sui nisi impediatur. Modo pro statu isto impeditur exire in cognitionem sui sub ratione propria: quia pro statu isto natus est tantum moueri a sensibilibus: vt dixi. supra. Et est simile sicut de colore qui est sufficiens principium mouendi potentiam visiuam: et moueret nisi impediretur. Sic intellectus est sufficiens principium causandi cognitionem sui: et statim causaret nisi impediretur. Impeditur autem pro statu isto vt dixi: et sic patet expositio ista.

Intellect⁹ tm̄ mouet a sensibili.

Ibi. Si obiiciatur contra ista. homo in statu nature potuit cognoscere naturam suam: igitur finem nature ex deductione prime rationis.

Respondet Doct. ꝙ oporteret scire qualis fuerit cognitio ipsius: sed in presenti loquitur de homine pro statu nature lapse. Dico etiam ꝙ posito ꝙ Adam potuerit distincte cognoscere naturam suam absolute: non tamen sequitur ꝙ naturaliter potuerit illam cognoscere sub illa ratione qua ordinatur ad vltimum finem: quia etiam hoc forte negaret Doct. vt patet in quolibet. questio. 14. nisi forte dicatur ꝙ aliud est cognoscere naturaliter a. esse vltimum finem et aliud est ipsum. a. distincte cognoscere in se. licet ergo Augusti. non possit naturaliter cognoscere vltimum finem distincte et in se puta deum sub ratione deitatis: vt probat in quolibet. vbi supra. forte tamen potest naturaliter cognoscere ipsum deum vt clare visum esse vltimum finem et perfectissimaz beatitudinem natam conuenire creature rationali: et forte etiam hoc potuit cognoscere Adam naturaliter: licet nec Angelus nec Adam potuerint illum naturaliter i se cognoscere et distincte: nec intuitiue nec abstractiue.

Ibi. Item contra respōsionem ad rationem vltimam. si ideo non cognoscitur quid sit primū obiectum intellectus quia non cognoscitur intellect⁹ sub ratione propria sub qua respicit tale obiectum. ergo non potest cognosci de quocūqz ꝙ ipsum sit intelligile: quia nō cognoscitur potentia sub illa ratione sub qua respicit quodcūqz vt obiectum intelligibile.

Quid sit obiectū potētie qūo cognoscitur

Concedit Doc. ꝙ pro statu isto non habetur cognitio ita distincta de anima vel potentia anime. ꝙ ex tali cognitione possit cognosci tale obiectum sic correspondere: sed tm̄ a posteriori arguimus potentiam respicere tale pro obiecto quia experimur in nobis tales actus terminari ad tale et tale obiectum: ita ꝙ obiectum potentie non concluditur ex cognitione potentie sz ex cognitione actus quem experimur: sed de obiecto supnaturali neutram cognitionem possumus habere scilicet nec per cognitionem potentie nec per actum quia nō experimur in nobis aliquam cognitionem terminari ad obiectum supernaturale: ideo deficit ibi vtraqz via cognoscendi finem proprium illius nature scilicet per cognitionem nature in se et per actus nostros.

Nō hic.

Sed nota in responsione in qua dicit ꝙ cognitio vltimi finis excedit facultatem naturalem nature scilicet lapse: quasi velit inferre ꝙ non excedit facultatem nature institute: cuius tamen oppositum tenetur: quia nec angelus ex puris naturalibus potest habere talem cognitionem vt dixi.

Dico ꝙ Doc. non intendit inferre ꝙ natura instituta hoc possit: sed quia in presenti questione tantum loquitur de natura lapsa: ideo nō est presentis speculationis de natura instituta: an possit ex puris naturalibus. &c. Et sic patet responsio.

Medium ex nā rei quid sit ꝛ mediū ad placitū.

Ibi. Ad argumentum contra secūdam rationem patet: quia supponit quoddam negatum: scilicet ꝙ finis vltimus cognoscatur naturaliter et similiter ꝙ cognoscatur ordinatum ad talem finem sub propria ratione. Ad confirmationem. &c. nota ꝙ media ex natura rei sunt illa quibus absolute positis ponitur finis. quibus non positis impossibile est finem poni: vt patet de agente naturali quod non potest immediate iducere animam intellectiuam nisi prius transeat per omnia media: quia prius acquiritur vegetatiua et post sensitiua: sed media ad placitum sunt illa que si etiam non ponantur finis absolute posset acquiri: patet ꝙ non sic media ex natura rei requirantur quia sicut deus ordinauit dare beatitudinem per merita: ita potuisset dare sine aliquo merito: vt patet a doc. i pluribus locis: sunt ergo merita precise media ad placitum diuine voluntatis.

¶ Tertio principaliter arguit doc. cōtra opinio. philosophorum probando: ꝙ via naturali non possumus acquirere cognitionem vltimi finis: maxime necessariam agentibus propter illum finem.

Hic aduerte ꝙ doc. nō intendit probare per hanc rationem tertiam ꝙ naturaliter non possumus cognoscere primam substantiam in se et sub ratione propria et sub proprietatibus sibi tm̄ competētibus: quia etiam hoc negat ab ipso angelo: vt patet. q. 14. quolibe. hꝫ etiam patet per illud quod dicit ibi. Contra tres rationes simul. &c. sed intendit probare ꝙ via naturali non possumus concludere ꝙ prima substantia sit vltimus finis noster sub illis proprietatibus que sibi tm̄ conueniunt cum omnino ignoremus illas: vt puta ꝙ beatificat vt in tribus personis vel ꝙ beatificat tm̄ contingenter. Si enim naturaliter concludimus hoc. etiam naturaliter possumus concludere primam substantiam esse vnam in tribus: vel agere mere contingenter / licet non possumus naturaliter illam cognoscere in se: et hoc est quod doc. intendit in ista tertia ratione: si eni deus vt in tribus tm̄ beatificet: oportet prius scire ꝙ prima substantia sit trina et vna licet hoc in se non cognoscatur: ꝛ secundo ꝙ vt sic sit obiectum conueniēs creature rationali vt huiusmodi. Et sic primo adducitur prima ratio ibi. Cognitio substantiarum separatarum est nobilissima. &c.

Ut ista ratio clarius intelligatur: Presuppono primo ꝙ vltimus finis hominis est beatificatiuus sub ratione nobilissima. Cognitio enim nobilissima debet esse de nobilissimo obiecto sub ratione nobilissima: patet quia ponimus cognitionem substātiarum separatarum esse nobilissimam quia circa nobilissimuz genus: vt patet. 6. Metha. t. c. 2. honorabilissimam inquit scientiam oportet circa honorabilissimum genus esse. hec ille: ergo erit de prima substantia principaliter sub ratiōe nobilissima: quod est ipsam cognoscere non precise in conceptibus communibus nobis et sensibilibus sed sub proprietatibus que tm̄ ei conueniunt. ꝛ precipue ipsam cognoscere sub ratione propria: vt patebit. J. q. 3. Secundo presuppono ꝙ voluntas hominis si recte vult beatificari: debet velle illum finem sub illa ratione qua vere ē beatificatiuus. Sed non potest ipsum velle sub tali ratione: nisi vt sic pcognoscatur ꝛ ostēdat. sibi ab intellectu: sz ītellectus pro statu isto non potest cognoscere vltimum finē sub rōe nobilissima. ergo ad hoc vt voluntas possit agere pp illū: ē sibi necessaria cognitio talis finis. Et ꝙ non possit haberi via naturali: patet probatio in littera docto. duplici via. Prima: quia si propria substantie separate via naturali possent cognosci: precipue talis cognitio tradita eēt i metaphisica: sed hoc non: vt claret ex littera doct. quia huiusmodi propria non includuntur virtualiter in primo subiecto meth. vt patebit. J. q. presenti. tractat enim de omnib⁹

Dubitatio

in communi non in particulari.

¶ Sed hic occurrit dubium. Quia doc. vult ꝙ subiectum metathysice sit ens inquantum ens: vt pate. j. distin. tertia q. 2. et in sua metaphysica. Tunc arguo sic. Perfectus metaphysicus perfecte cognoscit subiectum metaphysice: ergo perfecte cognoscit ens inquantum ens. probatur consequentia: quia per doc. vbi supra quod est subiectum adequatum metaphysice est obiectũ adequatum intellect⁹. Tunc vltra si naturaliter potest cognoscere ens inquantũ ens: ergo naturaliter potest cognoscere quodlibet contẽtum: vt supra deduxi.

Responsio

¶ Respondeo ꝙ eo modo quo quis est perfectus metaphysic⁹: eo modo cognoscit subiectum methaphysice: et cum perfectus metaphysicus versetur precipue in cognitione valde vniuersaliũ: ideo metaphysicus cognoscit ens inquantum ens demonstrando de ipso passiones vniuersales: siue incomplexas. vt vnum bonum. etc. siue disiunctas vt actus vel potentia: finitum vel infinitum. vnum vel multa. et cetera. Nam methaphysicus maxime considerat ista vniuersalia abstracta tamen a sensibilibus. Et quando dicitur ꝙ methaphysicus cognoscit ens inquantum ens. Concedo ꝙ cognoscit illud inq̃tum est subiectum metaphisice: quia vt sic ens inq̃tum ens dicit vnum conceptum realem communem omni enti et indifferentem. et ex hoc non sequitur ꝙ cognoscat quodlibet contentum. Et quando dicitur: quod est adequatum subiectum metaphysice est adequatum obiectum intellectus. Dico ꝙ hoc non est verum quo ad omnia. Est enim verum quo ad hoc: ꝙ sicut subiectum metaphysice est commune omni enti reali et predicatur in qd de illis: vel saltem est predicatum vniuocum. sic et obiectum intellectus. Sed non est verum quantum ad hoc ꝙ sicut quodlibet ens inq̃tum ens est obiectum intellectus ꝙ similiter quodlibet ens sit subiectũ methaphysice. Et ideo ly inq̃tum stat specificatiue: quando dicimus ens inquantum ens est subiectum methaphysice: quia tantũ specificat rationem formalem entis. idest ꝙ ens sumptũ in sua ratione formali et quiditatiua non descendendo ad aliquod inferius est subiectum metaphisice: sed stat reduplicatiue quando dicimus ens inquantum ens est obiectum adequatum intellectus: et sic ly ens non solum accipitur in sua ratione formali: sed etiam accipitur pro quolibet ente contento vt patet. infra. distinctione tertia.

Ens inq̃tũ ens stare p̃t reduplicatiue et specificatiue

Ubi sbm̃ nõ hꝫ diffinitionẽ entitas sbi ẽ rõ demonstrãdi de illo proprietatem.

¶ Ibi. Secundo probo ratione: quia non cognoscuntur talia cognitione propter quid. Nam nulla proprietas demonstratur de aliquo subiecto ꝓpter quid: nisi precognoscatur de subiecto quid sit: vt patet in primo poste. et diffinitio subiecti est medium demonstrandi propter quid: vt patet in secundo poste. et si subiectum non habet diffinitionem tunc entitas subiecti est ratio demonstrandi proprietatẽ de illo: vt patebit a Doc. j. in. q. de subiecto theologie. Sed in proposito homo pro statu isto non potest cognoscere primam substantiam in se: vt patet. Tum q2 nec aliq̃ substãtiaꝫ creatam sub ratione ꝓpria ergo multo minus increataꝫ. Tũ q2 p̃ma sub[stantia] est obiectũ tantum voluntarium: vt patet a Doc. in quolibe. q. 14. et alibi. Tum quia que maxime sunt remota a sensibus nostris sunt difficilima ad cognoscendum: vt patet in prohe. metaphy. et sic patet ratio Doc. quomodo pro statu isto homo non potest cognoscere aliq̃ proprietatem de substantiis separatis: et hoc propter quid.

Sbã p̃ma ẽ obm̃ voluntarium.

Effect⁹ nõ sũt a deo vt trinus est.

¶ Deinde probat ꝙ nec etiam potest cognoscere demonstratione quia. s. ab effectu ed causam: quia effectus magis du[c]unt in errorẽ: et littera satis clara est. Et quod dicit ibi: ꝙ effectus non sunt ab ipso deo inquantum trinus. hoc dicit propter vnitatem rationis formalis quia ratio formalis producendi omnes effectus in deo est tantũ vna: ideo dicit Doc. dist. 4. q. 2. ꝙ ista est vera: deus creat intelligendo subiectum pro hoc deo existente in natura diuina non intelligendo aliquod suppositum in illa natura vel incommunicabile: quia incõicabilitas non est rõ taliũ actuũ: cetera patent.

Dubium.

Circa aliqua dicta doct. dubitatur

Primo circa hoc quod dicit. proprietas prime nature ad extra est causare contingẽter: et ad oppositum huius magis effectus ducunt in errorem. Contra. videtur enim sibi contradicere quia. q. 2. d. 2. huius. probat per effectum primum agere contingenter. hoc idem. d. 8. q. vltima: et d. 39. vbi dicit. di. 8. ꝙ alique illarum rationum non possunt solui a philosophis: et precipue illa que accipitur. d. 2. et 39. primi. que procedit ab effectu.

Responsio.

¶ Dico primo ꝙ illa ratio probat primum agere contingenter: supponendo ꝙ sit ordo essentialis inter causam primam et secundam (quod forte non est notum naturaliter: vt ipse dicit in theore. cõclusione. 16. non potest inquit probare ordinem essentialem esse in efficientibus: et aliam propositionem etiam ibi adducit. Non potest inquit probari deum coagere omni cause secunde aliqua actione propria sibi) et ideo si negaretur ordo essentialis: per effectum contingenter productum non posset probari primum agere contingenter.

Or2 lo essentialis ĩ nãliter est notus iter primam et secundã cãm.

Dico secundo ꝙ si teneretur ꝙ voluntas creata sit totalis causa sui actus non concurrente prima causa. vt videtur tenere vna opi. recitata a docto. in secundo. d. 37. tunc ratio docto. dist. 2. non probaret deum agere contingenter. Supponit ergo in illa ratione voluntatem creatam depẽdere a primo ente tam in esse et cõseruari q̃ etiam in agẽdo et ꝙ voluntas creata non sit totalis causa sui actus ꝑ remotioneꝫ prime cause. Dico tertio ꝙ doctor in presenti quest. non dicit absolute ꝙ effectus ducit in errorem vꝫ in necessitatem agendi in primo ente: sed hoc tm̃ dicit scd̃m opi. philosophorum. Et si dicatur: philosophi supponunt ordinem essentialem causarum. ergo per rationem doct. d. 2. possumus cognoscere primum agere contingenter ꝑ effectum: et sic videtur posse concludi ꝙ via naturali possumus cognoscere hanc proprietatem de primo ente. Respondeo ꝙ si illa ratio doc. d. 2. concludit contra philosophos oportet concedere ꝙ per effectum possumus cognoscere demonstratione quia. primum agere contingenter: et in hoc sibi non contradicit: quia in presenti questione videtur tm̃ loqui s̃m opinio. philosophorum: et in distin. 2. absolute loquitur contra philosophos: sicut etiam distin. 8. q. vlti. Et cum infertur ꝙ tunc talis proprietas posset sciri naturaliter. Dico ꝙ hoc potest dupliciter intelligi. Uno modo de aliquo ente primo confuse cognito. Alio modo de primo ente vt distincte cognito: primo modo conceditur: sed secundo modo negatur.

Scire nãlr deuꝫ agere cõtingẽter potest dupliciter itelligi.

Si iterum dicatur. quomodo isti effectus ducunt in necessitatem primi agentis: cum isti effectus inferiores sint tm̃ possibiles: est enim implicatio causam agere de necessitate et causatum esse possibile. Dico ꝙ necessitas primi agentis non probatur per qualẽcũq̃ effectum: sed probatur per effectum necessarium: tenendo opi. Auer. et Ax. vt patebit. j. d. 8. q. vlti. Uel potest dici et melius ꝙ s̃m viam philosophoꝝ nõ potest esse nouitas in effectu sine nouitate cause: et sic a prima causa non potest immediate produci effectus nouus: et si contingenter ageret sequeretur ꝙ a prima causa posset esse effectus nouus sed de hoc alibi. Si iterum dicatur. Si per rationem naturalem absolute loquendo et nõ precise secundum opinio. philophoruum: potest cognosci ista proprietas de primo ente: que est contingenter agere ad extra. ergo ista ratio destruitur: qua probatur ꝙ substãtia separata non potest cognosci quantum ad eius propria. Dico primo ꝙ proprietas incomplexa non potest distincte cognosci de prima substantia: et hoc naturaliter. Dico secundo ꝙ posito ꝙ illa cognoscat͛: adhuc ratio doc. stat: quia in tali ratione non intendit absolute de quacũq̃ ꝓprietate: sꝫ de ꝓprietate ꝑfectissima scd̃ꝫ quã p̃mũ ens natum est esse obiectum beatificum: vel etiam scd̃m ꝙ beatificatur: quia licet persone non sint rationes formales obiecti beatifici: tamen nunq̃ obiectum illud beatificat nisi vt in tribus: et talis proprietas via naturali sciri non potest.

Contra istam rationem arguitur ab Hen. i sua summa: q2 in ista tertia ratiõe doct. probauit ꝙ non possumus via naturali distĩcte cognoscere aliq̃ proprietatem de prima substãtia: puta ꝙ sit trina et vna et sic de aliis. Nũc specialiter arguit argumento Hen. ꝯtra istam. probãdo ꝙ via naturali possumus cognoscere istã propositioneꝫ. deus est trinus et vnus: et sic de aliis veritatibus necessariis. Et ratio stat ĩ hoc: quia si naturaliter possum cognoscere termĩos alicuius propositiõis necessarie: possuꝫ naturaliter cognoscere illam propositionem patet quia talis ꝓpositio si est immediata cognoscitur cognitis terminis: vt patet p̃mo posteriorum. textu commenti sexti. Si vero mediata: tunc cognoscendo terminos possum cognoscere medium inter illos: et sic coniungere illud medium cum vtroq̃ extremo: et sic habebo duas propositiões immediatas: et per illas cognoscitur mediata. Exemplum hec est mediata. homo est risibilis: tũc

Argumẽtũ Hen. ꝯ doc.

cognoscendo hominem distincte et risibile distincte possuȝ
cognoscere medium inter hominē et risibile: puta animal
rōnale: et coniungendo illud medium cum risibilitate ha-
beo istam immediatam. animal rōnale est risibile: et cum
homine a parte predicati habeo aliam immediatam. sci-
licet homo est animal rōnale: et sic statim sequitur ista me
diata. ergo homo est risibilis. Sic in proposito tu dicis ꝙ
ista. deus est trinus et vnus: est tantum reuelata et nullo
modo naturaliter nota: et ego probo ꝙ sit naturaliter no-
ta. Et arguo sic. Termini istius propositionis sunt natura
liter noti. patet quia fidelis et infidelis non contradicunt
de ista veritate (puta ꝙ fidelis dicit ꝙ deus est trinus et
vnus: et infidelis negat) nisi naturaliter cognoscant termi
nos quia non disputant de nominibus tantum: sed de con-
ceptibus significatis per illa nomina: deus trinus et vnus
Et sic patet quomodo isti termini sunt naturaliter noti.
Probatur modo consequentia. scilicet ꝙ ista propositio de
us est trinus et vnus sit naturaliter nota: quia aut est im-
mediata. et tunc cognosco cognitis terminis: aut est me-
diata et tunc concipiendo terminos possum concipere me
dium inter illos et coniungere cum extremis: vt dixi. supra
¶ Ibi. Ad illud respōdeo de substantiis separatis. ꝛ cete
ra. Nota primo ꝙ Doc. in ista propositione. deus est trinus
et vnus non concedit ꝙ termini sub rōne distincta cogno-
scantur naturaliter: puta ꝙ deitas in se et trinitas in se:
quia si quis cognosceret deitatem in se distincte naturalit:
statim posset cognoscere omnem proprietatem de illa na-
turalier: vt patuit in tertia ratione: sed bene naturaliter
possum cognoscere hunc conceptum. s. deum et similiter tri
num sic in confuso: puta ꝙ aliquod ens est trinum et vnum
Declaratio littere fidelis affirmat hoc et infidelis negat. ¶ Modo expona-
mus litteram que habet aliqualem difficultatem. Ibi. Ac
cipio tunc aliq̃ veritatem talem primam et immediatam:
puta si sit aliqua veritas immediata et singularis: tūc om
nes veritates que particulariter enunciant communia ad
predicatum de communibus ad subiectum sunt mediate: ꝛ
habent euidentiam ab illa immediata. Exemplum. pona-
mus ꝙ hec sit immediata. s. Franciscus est primo hoc sen-
sibile. a Francisco possum abstrahere hominem: animal: et
sbām que sunt communia ad Fran. ab hoc sensibili possum
abstrahere sensibile in cōmuni: viuens et corporeum: que
sunt cōmunia ad hoc predicatum: quod est hoc sensibile.
Dico tunc ꝙ possum formare multas propositiones medi-
atas que habebunt euidētiam ab illa immediata: puta a-
liqua sbā est sensibilis: aliquod animal est sensibile. aliquis
homo est sensibilis. Nam iste propositiones mediate sunt
particulares et enunciant siue predicant cōmunia ad pre-
dicatum propositionis immediate: de cōmunibus ad sbm̄
propositionis immediate: vt patet intuenti. Nam cum di-
co aliquod animal est sensibile: ly animal: est commune ad
Franciscum: et sensibile est cōmune ad hoc sensibile. ¶ Et
nota ꝙ dicit doc. ꝙ huiusmodi propositiones mediate sum
pte ab aliqua singulari immediata enūciāt particulariter.
idest ꝙ tm̄ sunt particulares: patet quia ab vna immedia-
ta singulari non potest inferri vna mediata vniuersalis.
Modo applicando ad propositum. Supponamus ꝙ hec
sit immediata: deitas est trina et vna: et isti termini sint no
bis naturaliter ignoti: et per cōsequens et ipsa propositio
Ab ista immediata possunt accipi multe mediate mō pre-
exposito: puta abstrahendo a deitate sbām: vel ens: q̃ sunt
cōmunia illi: et similiter ab hac trinitate singulari abstra-
hendo trinitatem in cōmuni: tunc pn̄t formari multe pro-
positiones mediate: vt h̄ aliquod ens est trinum et vnum
vel aliqua substantia est trina et vna. Et quia immediata
est nobis naturaliter ignota: sequitur ꝙ omnes mediate
sint nobis naturaliter ignote: cum noticia illarum depende
at a noticia propositionis mediate. Et sic littera clara est
vsq̧. ¶ Ibi. Per hoc ad argumentum. Nego maiorē. Scȝ
ꝙ quorūcūq̧ necessariorum terminos naturaliter cognosci
mus: ꝛ illa necessaria reuelata naturaliter cognoscim⁹. Et
ad probationem dicit doc. distinguendo de medio: quia me
mediū duplex dium potest capi dupliciter. Nam est quodam medium essē
tialiter ordinatum inter extrema quod vȝ adequatur illis
extremis: et cum illis extremis conuertitur: ꝛ tale medium
vel est passio prior respectu passionis posterioris: vel est
diffinitio subiecti vel passionis demōstrabilis. Quomodo
cunq̧ accipiatur tale medium siue pro passione priori siue
pro diffinitione subiecti: siue pro diffinitione passionis de-
mōstrabilis: sic est inter extrema essentialiter ordinatum:
ꝙ cognitis illis extremis. s. subiecto et passione demonstra

bili de subiecto: statim cognoscit̄ illud. Et assignat rationē.
¶ Ibi. Concedo igittur. ꝛc̄. Et ratio ꝙ statim cognoscatur
est: quia intellectus eius. s. talis medii includitur in altero
extremo si est passio. i. ꝙ si ponatur passio prior pro medio
demonstrandi passionem de subiecto: talis passio includit̄
in subō conuertibiliter. Vel si ponatur medium quod sit dif
finitio siue quod quid est alterius extremi: erit idem cum ta
li extremo. Nam si diffinitio subiecti est medium in demon
stratione potissima: est idem cum subiecto. Vel si ponatur
diffinitio passionis demonstrabilis (vt ponunt quidam Al
bertiste) similiter talis diffinitio erit idem cum passione: lo
quendo de diffinitione quiditatiua passionis. Cognitis er-
go extremis puta homine et risibilitate statim cognoscitur
passio intermedia: si ponitur medium essentialiter ordina-
tum: per quam demonstratur risibilitas vniuersaliter de oī
homine. Si vero medium sit diffinitio sibi vel diffinitio pas
sionis: patet ꝙ cognitis illis extremis. s. subiecto et passio-
ne demonstrabili cognoscitur tale medium. Aliud est me-
dium non essentialiter ordinatum inter extrema vniuersa-
lia cuiusmodi est mediuȝ particulare sub illis extremis: tūc
non sequitur ꝙ cognitis extremis: puta aliqua passione in
communi: ꝛ aliquo subiecto in communi: ꝙ cognoscatur ta
le medium: vt patet per exemplum doc. ibi positum. Sic in
proposito. Ista conclusio est nobis reuelata: deus est trin⁹
et vnus: non ꝙ distincte cognoscam deitatem sub rōne dei
tatis: quia talis cognitio de lege cōmuni nulli reuelatur:
quicquid sit ex speciali priuilegio. Hec propositio est medi-
ata et dependet ab aliqua immediata: quam non cognosci
mus nec via naturali nec per reuelationem (semper loquē
po de lege communi) vt. I. exponam in. q. de subiecto theolo
gie in illa. q. An theologia sit scientia. Et sensus huius p-
positionis mediate. s. deus est trinus et vnus: est iste. Ali-
quod ens quod nominam⁹ deum est trinum et vnum. Non
ergo sequitur ꝙ cognito ente: ꝛ cognita vnitate et trinitate
ꝙ cognoscam medium inter illa: quod est essentia diuina vt
hec essentia. Et sic patet littera doc. ¶ Ibi. Hec ratio ter-
tia potissime concludit de prima subā immateriali: q: eius tā
q̃ȝ obiecti beatifici potissimum est cognitio necessaria. Ista
tertia ratio est illa quam supra fecit ꝙ subē separate non
possunt naturaliter cognosci a nobis q̃ȝtum ad earum pro-
prietates. ¶ Sequitur. Et tūc rn̄sio ista ad obiectionem cō
tra ipsam. i. responsio quam fecit cōtra rationē Hen. factaȝ
contra illam tertiam rationem. Ista vȝ responsio supponit
ꝙ nunc naturaliter non concipimus deū nisi in conceptu ge
nerali cōi sibi ꝛ sensibilibus. i. ꝙ qn̄ Doc. dixit ꝙ hec proposi
tio necessaria: deus est trinus et vn⁹: est nobis mediata sup
ponendo ꝙ cognoscamus ens dici de ipso deo: ꝛ tunc dici-
mus ꝙ deus est aliquod ens quod est trinum et vnum. Si
enim naturaliter possemus cognoscere deū sub ratione dei
tatis: tunc ista propositio. deus est trinus et vnus: esset na
turaliter cognoscibilis: ꝛ cognitis illis extremis statim co-
gnosceretur medium inter illa: non sic quando concipimus
deum tm̄ in conceptu communi: vt puta aliquod ens quod
nominamus deum vel quod predicatur de deo in quid: est
trinum et vnum. Sequitur. Si etiam negetur suppositum
Videlicet ꝙ non tm̄ deus cognoscitur ex creatura in conce
ptu communi: sed etiam ꝙ ex creatura possit cognosci i cō-
ceptu particulari. Sequitur. Oportet dicere conceptū. ꝛc̄.
Idest ꝙ etiam posito ꝙ cognoscatur in particulari ex crea-
tura: tamen conceptus ille erit imperfectior conceptu ha-
bito de deo virtute voluntatis diuine: et sic pȝ littera doc.

Occurrit difficultas in hoc quod di Difficult.

cit doc. ibi. Si autem negetur illud suppositū adhuc opor-
tet dicere conceptum qui potest fieri de deo virtute creatu
re esse imperfectum. Sicut ergo dictum est de conceptu ge
nerali et speciali: ita dicatur scdm aliam viam de imperfe
cto et perfecto conceptu. Ut clarius intelligant̄ instantie
declaro hanc litteram per duo dicta. Primum ponendo
ens esse commune deo et creature: et est tale aliquod ens
est trinum et vnum: veritas huius propositionis cuius ter
mini abstrahuntur a sensibilibus dependet ab aliqua imme
diata singulari: puta ab ista: deitas est communicabilis tri
bus suppositis: ꝛ contra hoc dictum non intendo instare.
Secūdū est fm opi. Hen. ꝙ veritas huius: aliquod ens est
trinum et vnum: includit conceptum entis nō vt cōem deo
et creaturis: sed vt tm̄ analoguȝ: ita ꝙ talis cōceptus en-
tis tm̄ dr̄ de deo et causat̄ a creatura: ꝛ scdm Henri. cogni-
tio huius propositionis dependet a creatura: et sic conce-
ptus huius propositionis inq̃ȝtum causatur a creatura est

imperfectus: et si causaretur virtute essentie esset perfecti
or: et sic euidentia talis conceptus imperfecti debet accipi
ab euidentia conceptus perfecti: vult ergo dicere Doc. ꝙ si
iste conceptus aliquod ens est trinum et vnum posset cau
sari virtute creature: tunc erit neuter et non euidens et fie
ret euidens per conceptum causatum virtute essentie diui
ne. Et sic contra hoc dictum multipliciter instatur vt clari
us intelligatur illa littera. primo: quia videtur sibi contra
dicere in illa. q. an theologia sit scientia vbi sic dicit. pnci=
pium immediatum de linea potest esse euidens intellectui
moto a linea: et clarus euidens intellectui moto a verbo
ad notitiam linee: tamē principium vno modo cognitum
non demonstrat se alio modo cognitum: sed vtroqꝫ modo
est per se notum licet clarius sic vel sic. Ex hoc infero ꝙ quam
uis conceptus huius aliquod ens est trinum et vnū sit im
perfectior vt causatur virtute creature et perfectior vt cau
satur virtute essentie: non tamē sequitur ꝙ habeat euiden
tiam a conceptu causato virtute essentie: sicut et de linea.
ꝛc. secundo videtur etiam sibi contradicere. Si enim iste
conceptus potest haberi virtute creature quamuis imperfe=
ctior: sequitur ꝙ cognitio huius: aliqđ ens est trinū et vnū
non sit supernaturalis: nec erit simpliciter necesse ꝙ habea
tur talis cognitio supernaturalis virtute essentie. Nā hoc
modo ipse doc. arguit cōtra Tho. psenti. q. in hoc ꝙ Tho.
dicit ꝙ hec conclusio potest sciri et medio naturali et me=
dio supernaturali: et arguit Doc. ꝙ si potest haberi medio
naturali non erit simpliciter necessaria cognitio supernatu
Responsio ralis. ¶ Respondeo ad primam instantiam: dico ꝙ conce=
ptus huius aliquod ens est trinū et vnum est tm̄ euidens
loquendo de euidentia ex natura rei et conceptu qui habe
tur virtute deitatis. Et dico ꝙ non est simile hic et de linea
quia in proposito sunt due propositiones: quarum vna est
euidens propter euidentiam alterius: ibi vero est tm̄ vna
propositio que in alio et alio lumine perfectius et imperfe
ctius videtur: sed ista aliquod ens est trinū: est vna media
ta que habet euidentiam a perfectiore noticia: puta hui9
immediate deitas vt deitas est trina et vna: vel saltē illa
que est virtute essentie est euidentior: etiā loquendo de re=
uelata: et quia in hoc saltem voluntas reuelans supplet
vicem obiecti supernaturalis. ¶ Ad secundam. dico ꝙ et
si ista propositio aliquod ens. ꝛc. possit haberi virtute crea
ture: quia termini illius concipiuntur virtute creature: nō
tamē est euidens virtute creature: sed ex natura rei est eui
dens a conceptu qui habetur virtute essentie: nec per ali=
quod medium naturale potest euidenter demōstrari: licet
ergo argumentū doc. concludat contra Tho. qui posuit eā
dem conclusionem posse habere euidentiam ex medio na=
turali et medio supernaturali: hic autē ponitur tm̄ habere
euidentiam ex medio supernaturali: et sic patet quid dicē=
alia diffic. dum. ¶ Secundo occurrit difficultas in hoc quod dicit: ꝙ
omniū necessariorū reuelatorū terminos naturaliter co=
gnoscim9: quia accipio hanc. deus est trinus et vnus: que=
ro quomodo isti termini accipiuntur: aut pro vocibus tm̄:
aut pro conceptibus: aut pro rebus significatis: non primo:
quia tunc esset tm̄ disputatio de vocibus. non secundo: quia
aut illi conceptus accipiuntur pro rebus conceptis aut pro
actibus quibus concipiuntur: si primo habetur propositum
quia tunc tales termini signāt ipsas res: et sic naturali=
ter intelliguntur. si secūdo: cōtra: quia nomina significant
res: vt probat doc. primo perhier. quero modo quod est si=
gnificatū huius termini deus: aut est deitas ipsa: et sic po=
terit naturaliter cognosci: aut significat aliquod ens in cō
fuso quod nominamus deum: et tunc hoc predicatum tri=
num in personis et vnum in essentia non verificatur de ta=
li subiecto: patet quia talis proprietas non conuenit enti
sic in confuso concepto: ergo si significata horum termino=
rum naturaliter cognoscimus: sequitur ꝙ cognoscimus il=
la distincte: patet quia cognoscens aliquid sub illa ratione
qua aliquid significat cognoscit et ipsum significatū: patet
per doc. in simili cognoscens naturam sub illa ratione que
ordinatur ad vltimum finem cognoscit et vltimum finem:
sed isti termini naturaliter cognoscuntur sub illa ratione
Responsio qua significant deum distincte. ꝛ cetera. ¶ Respondeo pri
mo: ꝙ significant deū inconfuso. i. ꝙ hoc nomē deus signāt
michi aliqđ ens in confuso qđ nominam9 deū: ꝛ sic res il=
la in confuso signātur: ꝛ cū dr̄ ꝙ hoc pdicatū trinus ꝛ vnus
ꝛc. non verificatur de deo cōfuse accepto: conceditur ꝙ non
immediate verificatur vt sic ppositio immediata: verifica=
tur enim pro quanto verficatur prius de deo in se ꝛ sub pro=
pria ratione. ¶ Dico secundo: ꝙ significatum huius nomi= Alia rn̄sio
nis deus est ipsa deitas in se: et cum dicitur ꝙ posset natu=
raliter cognosci: dico ꝙ non sequitur: quia plus contingit si=
gnificare quam intelligitur: vt pz a doc. in primo. d. 22. et sic ab a=
liquo potest imponi ꝙ hoc nomen deus significet deitatem
sub propria ratione: et tamen non cognoscat illud significa
tum. Et tunc negaretur ꝙ viator possit cognoscere hoc no=
men deus sub illa ratione siue relatione qua distincte signi
ficat deitatem: quia tunc oporteret preconcipere deitatem
in se et distincte: quia non potest cognosci distincte aliqua
relatio nisi precognoscantur termini relationis: vt patet a
doc. pn̄ti. q. et. q. pe. et alibi. ¶ Tertio dubitatur in hoc qđ Alia diffic.
dicit: ꝙ cognoscens extrema propōnis necessarie potest co
gnoscere mediū essentialiter ordinatum inter illa. Nam ex
trema propositionis mediate cognoscuntur pro statu isto:
vt patet de homine et risibilitate: ꝛ tamen non cognoscitur
diffinitio essentialis que ponitur medium essentialiter or=
dinatum inter illa extrema: quia pro statu isto ignoratur vl
tima differētia: ꝛ per consequens diffinitio essentialis. Se
cundo si tale mediū pro statu isto pōt cognosci quero a quo
causatur cognitio distincta talis medii: non a subiecto: pz quia
tm̄ cognoscitur confuse: nec apparet ꝙ pro statu isto aliquid
aliud causet illā cognitionē medii: quia sola sensibilia mo=
uent intellectum pro statu isto: et nulla differentia subālis
in se cognoscitur cum nulla moueat intellectum: vt patet a
doc. j. d. 3. q. 3. ¶ Respondeo: ꝙ conclusio doc. debet intelli= Rn̄sio.
gi de medio quale potest haberi pro statu isto: et concedo
ꝙ non cognoscitur vltima differētia: tamen cognitis extre
mis illis potest inuestigari diffinitio conuertibilis cū vtro= Ultima dif
qꝫ extremorum: ꝛ hoc per viam diuisionis eo modo quo do ferētia no=
cet Arist. 2. Poste. Dico secundo ꝙ si extrema distincte co= scitur.
gnoscerentur: statim sciri posset medium essentialiter or=
dinatum inter illa quod ponitur causa precisa et adequata
inherētie passionis ad subiectū. Sed hoc nō seqtur de me=
dio particulari quod ponitur mediū inferius ad vtrūqꝫ ex=
tremum: vt supra patuit: cum non possit esse essentialiter or
dinatum inter talia extrema communia: quia tunc conuer=
teretur cum vtroqꝫ extremorum aliter non poneretur me=
dium essentiale et adequatum inter illa.

Quarto principaliter arguitur sic. S. Tho.

Homini volenti efficaciter vltimam felicitatem necessaria
est sibi aliqua cognitio supernaturalis: ꝛ ratio stat in hoc.
Quia ex quo creatura naturalis ordinatur ad vltimum fi=
nem ad quem ex se. i. ex natura propria est indisposita: ne=
cesse est ipsam disponi ad habendum illum finem: sed talis
dispositio fit per cognitionem supernaturalem. ¶ Ibi. Si
instetur ꝙ agens perfectum: puta deus potest statim re=
mouere imperfectionem et statim agere. Littera sequens
clara est.

Quinto arguitur sic. Deinde Hen. i sum. sua arguit probando illud Hen.

idem qđ Tho. et ratio stat in hoc dicto: ꝙ anima intellecti=
ua pro statu isto nō potest excedere actionē intellect9 agen
tis: ꝛ intellectus agens de se est limitatus ad cognitionem
habitam per viam sensus: sed volenti vltimum finem ne=
cessaria est cognitio aliquorum que non cadunt sub sensu.
¶ Ibi. Hec ratio videtur concludere contra eum qui fecit
eam. Hic doc. deducit Hen. ad hoc inconueniens: ꝙ si intel
lect9 agens habet tm̄ actionē circa ea que cadunt sub sen=
su: ex hoc sequitur ꝙ nullam actionem poterit habere circa
sinceram veritatem: quia talis veritas secundum eum non
potest haberi via sensuum ab intellectu agente sine specia
li illustratione dei. Et sic lux increata non poterit vti intel
lectu agente vt instrumento ad cognitionem alicuius since
re veritatis: sed de hoc. j. patebit. di. 3. q. 4. vbi est specialis
questio: an sincera veritas possit haberi via naturali.
¶ Ibi. Iste due rationes non videntur plurimū efficaces
Prima enim vz facta a sancto Tho. supponit vnum quod
adhuc non est probatum sufficienter: vz ꝙ homo ordinatur
finaliter ad cognitionem supernaturalem. Et etiā posito
ꝙ sic ordinaretur oporteret ostendere ꝙ cognitio naturalis
non potest sufficienter disponere pro statu isto ad cognitio
nem supernaturalem consequendam. ¶ Ibi. Secunda ra=
tio. s. Hen. petit duo que indigent probatione scz ꝙ cogni=
tio aliquorum que non possunt cognosci per viam sensuum
sit necessaria. Secundo petit ꝙ lumen intellectus agen=
tis sit ad talia cognoscibilia sensibilia limitatū: sic nō possit
habere actionem aliquam circa insensibilia.

Ad. q. Doc. Respondēdo ad. q. Primo premittit aliqua. Deinde ostendit propositum vʒ: ꝙ sit homini pro statu isto volenti beatificari: necessaria aliqua doctrina supernaturalis. Primo ergo premittit distinctionem potentie naturalis: violente: et neutre. Naturalis si naturaliter inclinetur potentia. Violenta dicitur si sit contra inclinationem naturalem: vt patet de graui extra centrum. Et neutra si neqꝫ inclinatur ad istam formam neqꝫ ad oppositam: sicut superficies non magis inclinatur ad albedinem q̄ʒ ad nigredinem: immo nullam naturalem inclinationem habet ad huiusmodi accidentia. Materia vero prima dicitur potentia neutra: et tamen inclinatur naturaliter ad omnes formas substantiales: de qua naturali inclinatione materie prime patebit. infra. distin. 1. questio. 1. Et de naturali inclinatione absolute que opponitur violento. Vide Doc. in. 2. dist. 18. ¶ Sequitur in littera. In hac autem comparatione. ⁊ cetera. Dicit doct. ꝙ comparando receptiuum ad perfectionem ad quam est in potentia receptiua naturali: vel ad perfectionem ad quam est in potentia neutrali: vel ad illud ad quod nullam habet inclinationem naturalem: nulla est ibi supernaturalitas. cū ex natura sua sit in potentia receptiua ad huiusmodi: et sic intellectus vt comparatur ad quamcunqꝫ cognitioneʒ ad quam est in potentia receptiua: nulla est ibi supernaturalitas. Habet enim naturalem inclinationem ad omnem cognitionem: cum cognitio q̄ʒtuncunqꝫ minima sit perfectio intellectus et qualitas absoluta: vt probat Doc. in q̄l. que. 14. Sed supernaturalitas attēditur ex comparatione ad agens: ita ꝙ illa perfectio dicitur supernaturalis: que nullo modo potest causari ab agente naturali. Et agens naturale pro nunc est omne aliud adeo: et per consequens omnis perfectio que subest causalitati agentis naturalis dicitur naturalis. vt ly naturale distinguitur contra supernaturale. ¶ Ibi. Pro statu autem isto. Hic dicit Doct. ꝙ intellectus possibilis est tantum natus moueri ab intellectu agente et fantasmate: et sic sola illa cognitio est naturalis que ab istis agentibus imprimi potest. ¶ Et quomodo pro statu isto dicuntur fantasmata mouere intellectum patebit. ī. dist. 3. que. 1. 2. ⁊. 3. vbi hoc diffuse declarabitur. Phatasmata enim tantum mouent intellectum possibilē causando in eo partialiter tantum speciem intelligibilem Non enim mouent ad cognitionem alicuius obiecti. vt docet Doct. ī. in. 1. dist. 3. quest. 7. ⁊ que. 15. quoli. Et quod dicit de intellectu agente: verum est ꝙ ad causationem speciei intelligibilis vna cum fantasmate concurrit: vt patet a Doct. ī. dist. 3. q. 6. et pe. Et nullo modo concurrit intellectus possibilis. vt patet a Doct. in. quest. 15. quoli. Sequit̄. Virtute autem istorum. s. intellectus agentis et fantasmatis: potest haberi omnis cognitio incomplexa que secundum legem communem habetur a viatore. ¶ Ex hoc apparet ꝙ pro statu isto: nec via naturali nec supernaturali (loquēdo de communi lege) habemus noticiam incomplexam distinctam de aliqua substantia: nec de substantiis separatis: nec de materia prima: nec de aliquo singulari sub ratione singularitatis: quia virtute fantasmatis habetur tantum cognitio eorum que essentialiter vel virtualiter includuntur in sensibilibus quorum tantum habemus fantasmata. Modo nulla subā mouet intellectum nostrum ad sui cognitionem. vt probat Doc. ī. di. 3. q. 3. Et vltra de subā habemus tantum conceptum qui essentialiter continetur in aliquo sensibili: vt probat Doc. ī. d. 3. q. 3. ⁊ hoc idē de materia prima: nec de aliquo singulari habemus conceptus distinctos sub ratione singularitatis: vt ipse probat. in. 7. metha. sue. q. 15. Tantum ergo illa complexa pro statu isto cognoscuntur que virtute fantasmatum et intellectus agentis habentur: et sunt omnia sensibilia in se. ⁊ omnia essentialiter et virtualiter contenta in eis. Sequitur. Et ideo licet deus. Dicit doct. ꝙ q̄ʒuis ex speciali priuilegio possit reuelari alicui simplex noticia et distincta deitatis: vt in raptu aliquo: non tamen hoc est secundum communem legem: quia fides est proprie de complexis nobis reuelatis: quorum termini possunt fieri nobis noti virtute fantasmatum et intellectus agentis. vt ī. patebit in. q. de subiecto theolog. In illa. s. q. An theologia sit de omnibꝰ: et quando reuelatur nobis hoc complexū: deus est trinus et vnus: non habemus notitiam simplicem deitatis et incomplexam et distinctam: sed tantum cognoscimus per reuelationem ꝙ est aliquod ens, quod nominamus deum quod est trinum et vnum.

De q̄bꝰ hr̄ notitia ⁊ de q̄bus non

Quid sit ꝯsiliū intellectus. cōsideratio sanitatis vt boni cōuenīētis dictat volūtati vt velit illam: ⁊ nota ꝙ cōsilium intellectus practicus (quod nihil aliud est nisi cōsideratio practica simpliciter) nō est dictare absolute de sanitate: quia de fine nō est consilium: sed est dictare de medijs ad sanitatem: consilium ergo intellectus practici est cognitio mediorum ad finem que dictat voluntati vt si vult sanitatem efficaciter ꝙ eligat talia media, ⁊ ab ista consideratione dicitur intellectus simpliciter practicus. Sequitur: stante ergo desiderio finis: intellectus practicus: ex hoc principio scilꝫ illud per quod melius potest acquiri est procurandum: procedit discurrendo: ⁊ terminatur discursus in vltima conclusione consilij. Ista enim sunt per ordinem. primo est apprehensio sanitatis vt boni conuenientis: ⁊ talis apprehensio dicitur speculatiua ſm quid: secundo voluntas appetit sanitatem distincte ⁊ media confuse tm̄: quia intellectus ostendit primo ꝙ sanitas est bonum acquisibile per media. tertio intellectus habet propositionem quiescentem in ipso: ꝙ illud medium est procurandum siue efficaciter volendum ꝑ quod melius potest acquiri sanitas: ⁊ lꝫ talis cognitio sit practica: qꝛ tamen non est immediate ordinatiua ad opus non dicitur simplicitur practica: nec ab illa dicitur intellectus simpliciter practicus. Quarto voluntas imperat intellectui vt discurrat per omnia media ⁊ ostendat sibi medium cōuenientius. Quinto intellectus sic discurrit: ⁊ tandem inuento medio in fine discursus: tunc consulit volūtati vt eligat tale medium: et illud consilium nihil aliud est nisi cognitio illius medij que est regulatiua siue dictatiua voluntati vt eligat medium tale si vult sanitatem: ⁊ talis cognitio cum sit īmediate ordinatiua ad opus dicitur simpliciter practica ⁊ ab ista dicitur intellectꝰ simpliciter practicus. vt. s̄. dixi: ⁊ nunꝙ̄ iste nominat intellectum practicum nisi per huiusmodi cognitionem. Et lꝫ quandoqꝫ videatur nominare intellectum practicum ante hanc cognitionem: non tamen nominat ipsum actualiter practicum nisi habita ista. lꝫ sit practicus ante istam tm̄ in potentia: et quandoqꝫ remota vt cum tm̄ considerat finem: ⁊ quandoqꝫ proxima vt cum discurrit per media. Sequitur. Et totus ille discursus qui scꝫ est per media: sicut sumunt principiū ex apprehensione finis desiderati qui est primum obiectū intellectus practici: ptꝫ/quia cognita sanitate vt bono conueniente voluntas vult illam ⁊ imperat intellectui vt inueniat media: tunc intellectus a tali fine sic desiderato sumit principium discursus: ⁊ vnum principium erit. s. illud per quod sanitas melius potest acquiri est efficaciter eligēdum: stante hoc principio. discurrit per omnia media: ⁊ ipo inuento/concludit: sed per hoc medium melius potest sanitas acquiri: ergo hic medium est eligendum. Et hoc est qd̄ sequitur: ita vt ista inuenta. s. media ad finem operetur. i. ꝙ intellectus practicus inuentis medijs dictat voluntati vt eligat illa media quibus finis acquiritur ⁊ tale dictare est ad finem operari: qꝛ est ordinare media debita ad finem: et ideo voluntatem finis presupponit. s. ipse intellectus practicus: ⁊ ad electionem sequentem cōsilium ordinatur. i. ꝙ intellectus practicus siue cognitio simpliciter practica que ꝑ tanto dicitur cōsilium pro quanto dictat de electione mediorum ipsi voluntati que electio proprie sequit̄ consiliū.

¶ Ibi. Contra hanc opi. Hic doc. contra duo arguit. primo cōtra illud ꝙ habitus per se practicus ⁊ per se speculatiuus dicuntur tales per se ab obiectis: contra hoc arguit doc. qꝛ. 2. meta. t. c. 2. finis speculatiue est veritas: practice autem opus. ergo dicuntur tales a fine: nō autez ab obiectis ⁊ hec instantia est tm̄ ad hoiem: qꝛ Doc. vult ꝙ habitus dicatur per se practicus ab obiecto ⁊ nō a fine in ratione finis

Finis est duplex. sed a fine in rōne obiecti. vt. j. patebit: ⁊ habet ipsam soluere. s. ꝙ finis est duplex. s. remotus qui est obiectū: ⁊ proximꝰ qui est opus siue praxis: que elicitur circa obiectum: ⁊ de hoc. j. Tamen pro quanto auctoritas est cōtra opi. Gotfr. Respondet ipse Got. distinguendo ꝙ duplex est opus. s. in potentia ⁊ in actu: ⁊ vult dicere ꝙ cognitio per se practica siue habitus per se practicus respicit obiectum: puta sanitatem vt est obiectū simpliciter operabile. i. vt est aptum acquiri per opus: ⁊ a tali obiecto dicitur per se practicus: et hoc modo opus in potentia siue obiectum illud vt operabile est finis habitꝰ practici. Cognitio vero que respicit opus in actu. i. qui respicit obiectum: puta sanitatem vt actu ordinatur ad opus (ꝙ tunc fit quando talis cognitio est respectu medij vt. s̄. dixi. a tali cognitiōe dicitur intellectus simpliciter practicus: qꝛ per talem cognitionem dicitur operatiuus: modo preexposito. Prima em̄ cōsideratio que respicit tm̄ sanitatem vt precise ordinabilem ad opus nō sufficit: ad hoc vt obiectum subijciatur operationi in actu et in particulari: ptꝫ/qꝛ talis cognitio nullo modo dictat de medijs: per que obiectum actu acquiritur siue per que finis desideratus a voluntate actu acquiritur: qꝛ ergo actus melior est potētia in bonis (melius est em̄ simpliciter esse actu iustum ꝙ̄ potentia) ideo requiritur talis consideratio particularis ⁊ in actu. i. que dictet de medio particulari: per qd̄ in actu acquiratur finis qui erat acquisibilis in potentia. Dicitur enim consideratio actualis ⁊ particularis: ex hoc hoc solo quia dictat de medio particulari ⁊c. Et lꝫ consideratio finis in se sit particularis: non tamen dictat de medio particulari. per quod acquiritur finis: ideo ponit considerationem medij esse simpliciter practicam ⁊ habitum causatum ex huiusmodi considerationibus esse simpliciter practicum. ⁊ a tali dici intellectum simpliciter practicum. Et sic ponit duplicem habitum practicum scilꝫ per se practicū qui respicit operabile vt aptū ordinari ad opus ⁊ a tali dicitur intellectus ſm quid practicus: ⁊ practicum per accidens qui respicit obiectum vt actu ordinatur ad opus: vt supra exposui: ⁊ sic ipsuꝫ ponit penes finem qui accidit obiecto: id est ꝙ ponit eum circa opus in actu quod accidit obiecto: accidit em̄ obiecto sic actu ordinari ad opus. ⁊ talis habitus dicitur simpliciter practicus: ⁊ ab ipso intellectus simpliciter dicitur practicus. Et hoc est secundū principale: scilꝫ de habitu simpliciter practico: ⁊ de habitu per accidens speculatiuo qui respicit finem qui accidit obiecto: id est qui respicit obiectum sub illo respectu ꝙ est actu non ordinari: vt. s̄. dixi. ¶ Ibi. Similiter tunc habitus practicus. Hic Doctor arguit contra illud: quia Gotfre. dixit ꝙ intellectus non dicitur practicus ab habitu per se practico arguit contra deducendo ad duplex inconueniens. primum ꝙ tunc esset habitus practicus in intellectu speculatiuo: ⁊ ratio stat in hoc: quia omnis habitus existens in intellectu denominat intellectuꝫ: vt patet: sed habitus per se practicus est in intellectu: aut ergo talis intellectus denominatur a tali habitu speculatiuus: aut practicus. Si secundo habetur intentum. Si primo ergo ab habitu per se practico denominaretur speculatiuus: quod est inconueniens. secundum qꝛ sequeretur ꝙ habens talem formā non denominaretur a tali forma: ⁊ sic habens in se formaliter habitum practicum non denominaretur formaliter practicus: qd̄ est incōueniens. ¶ Ibi. Ad secundum dicitur. Respondet Gotfre. ꝙ intellectus dicitur denominatiue practicus a tali habitu: non simpliciter: sed tm̄ ſm quid practicus. ¶ Ibi. Contra. Doctor arguit contra hanc rationem deducendo ad incōueniens: quia tunc sequeretur ꝙ actus per se practicus esset in intellectu speculatiuo. id est ꝙ denominaret intellectum speculatiuum simpliciter: patet/quia intellectus a tali habitu cum sit vera qualitas simpliciter denominatur: aut ergo simpliciter denominatur practicus aut simpliciter speculatiuus. Si primo/ habetur intentum. Se secundo/sequitur inconueniens ꝙ ab habitu per se practico dicitur simpliciter speculatiuus: ⁊ ꝙ sequatur/ patet: qꝛ si denominatur simpliciter ⁊ per se denominatur ſm qd̄ practicus: ergo ab illo denominatur simpliciter speculatiuus: modo actus vel habitus per se practicus potest esse in intellectu sine tali relatione ad actum voluntatis: id est ꝙ potest esse consideratio per se sanitatis in intellectu absqꝫ hoc ꝙ voluntas velit illam explicite ⁊ media ad illam implicite. Sed iste Gotfre. consequens concederet: scilꝫ ꝙ talis habitus per se practicus posset esse in intellectu absqꝫ tali relatione ad voluntatem: sed alium habitum poneret posse haberi in intellectu practico ex actibus non tm̄ practicis: sed ex actibus intellectus practici generatum. Habitus generatus ex actibus practicis est habitus per se practicus qui respicit obiectum per se operabile: et illi actus generantes ipsum dicuntur per se practici: quia respiciunt obiectum per se operabile: ⁊ tales actus nō dicuntur actus intellectus practici: quia non sunt nati denominare simpliciter intellectum practicum: actus vero intellectus practici: id est qui nati sunt simpliciter denominare intellectum practicum sunt illi qui respiciunt obiectum vt actu ordinatur ad opus: ut supra exposui: et habitus generatus ex talibus actibus denominat simpliciter intellectum practicū. (Dr̃ia inter actū practicū ⁊ actū intellectus practici.)

¶ Ibi. Contra: habitus practicus. Hic Doctor intendit probare ꝙ habitus per se practicus est sufficiens ad denominandum simpliciter intellectum practicū: qꝛ sufficit ad ea ad que ille habitus generatꝰ ex actibus intellectus practici: ptꝫ/qꝛ cognita sanitate vt bono ꝯuenienti nature pōt intellectꝰ a tali fine accipere oīa ordinata ad taleꝫ finē (si tm̄ virtualiter includantur in tali fine vt. j. patebit) absqꝫ hoc ꝙ

voluntas eliciat aliquem actum: ⁊ posito ꝙ etiam eliciat tamen ex hoc non dat considerationi aliquam rōnem qua dicat talis consideratio: ptz/qꝛ illā etiā haberet nullo actu voluntatis prius elicito: ⁊ quantū ad hoc discordat Doc. a Got. ¶ Ibi. Tunc multa accidentia eiusdez speciei essent in eodem: nō eñ ꝑpter ordinem volūtatis ⁊ nō ordinez (de quo.s̄.) pōt poni distinctio specifica huius actus ⁊ illius. Sed hoc argumentum est tm̄ ad hoiem qui simpliciter negat duo accidentia solo numero dr̄ia posse esse in eodem: sꝫ hoc nō esset inconueniens apud Sco. vt ptz in.5.meta. sue. Aduerte tamen ꝙ si Gotfredus sic accipit ꝙ intellect⁹ nō dicitur simpliciter ⁊ ꝓpꝛijssime practicus: nisi ꝑ habitum vel actum ꝓpꝛijssime practicum: quod fit ꝑ singularia dictamina ⁊ finis ⁊ eoꝝ que sunt ad finem simpliciter dictando vel de ꝓsecutione vel fuga: non deueniat a Sco. vt ptz.j. Nam talis cognitio sic in particulari dictatiua est propꝛijssime ⁊ completissime practica. Et vltra: si poneret intellectum ꝑ se denominari practicum ab habitu per se practico. lꝫ tamē non ita complete diceretur practicus a tali habitu: qui est tm̄ respectu sanitatis vt opabilis: sed complete diceret practicus ab habitu: vt.s̄.dicto. Et sic intelligendo denominationem illam quā vocat ſm quid: dici ſm quid: qꝛ nō ita cō plete facit intellectū practicū sicut alij habitus. duo prima argumenta Sco.s.de.2.meta. ⁊ de denoīatione habit⁹ practici non essent cōtra eum. Sed quia ipse Gotfredus vult ꝙ talis habitus ꝓpꝛijssime practicus habeat hoc ꝑ respectū ad volūtatem ⁊c. Et quia voluntas nihil tribuit cognitioni nec facit ipsam esse magis vel minus practicam: ideo secundum argumentum est contra eum.s.ꝙ ille habitus generatus ex actibus per se practicis sufficeret ad ea ⁊c. Non vult Sco. ꝙ hmōi habitus in se sufficeret: sed ꝙ habita cognitione sanitatis per se ordinabilis ad opus: potest sine actu voluntatis tandem deuenire in verissimam cognitionem practicam dictando ꝓsequi vel fugere: ⁊ de medijs ordinatis. ¶ Ibi subiectum magis denominatur a ꝑ se conditione sui accidentis essentiali: q̄ꝫ ⁊c. exemplum. magis homo dicitur albus ex ratione ꝑ se albedinis q̄ꝫ ex ratione aliqua accidentaliter competente albedini. Supposito ꝙ esse ꝑ se actum practicū cōpetit actui ex rōne formali actus: qꝛ vt talis actus est ꝑ se ab obiecto ꝑ se opabili: tunc sicut tale obiectum causat talem entitatem actus: ex cōsequenti dicit causare ꝓprietatem illius actus: qd̄ est esse practicū: esse ei practicū formaliter est a rōne formali actus: lꝫ effectiue sit ab obiecto: esse ergo practicum ꝑ se cōuenit actui siue habitui per se secūdo modo: ⁊ cōsequitur essenntiā actus vel habitus: esse ꝟo practicū ex hoc ꝙ talis actus includit ordinem ad voluntatem finem explicite appetentem ⁊ media ad finem implicite: accidit actui: qꝛ tm̄ conuenit ei ꝑ respectum ad voluntatem sic appetentem ⁊ nō ex ratione formali ipsius actus: ideo intellectus magis debet denominari simpliciter practicus ab habitu ꝑ se practico qd̄ est cōtra eum quantū ad hoc: ꝙ non vult intellectū dici ꝑ se practicum a tali habitu: sed tm̄ ſm quid nō tm̄ cōcluderet accipiēdo practicū magis ⁊ minus complete. Et sic patet.

Quō gotfre. pt cōcordari cū Sco.

Hen. q̊li. 8.q.1.

Aliter dicitur. Hec est opinio Hen. quolib.8.q.1.q̇ dicit ꝙ habitus practicus siue act⁹ practicus: dicit practicus ex hoc ꝙ est extensibilis ad praxim vt ad finem. qꝛ praxis est vltim⁹ finis. i. est illud vltimū ad qd̄ dirigit notitia practica: ⁊ ꝓbat hanc opi. tribus medijs qui postea soluentur loco suo.

Sco. improbat Hen.

Contra istam positionem. Hic Doc. probat ꝙ notitia practica non habeat a praxi ꝙ sit practica. ¶ Et primo probat sic: qꝛ.s̄. probatum est ꝙ notitia dicit practica ꝑpter extensionem aptitudiualem. Aptitudo eñ que conuenit alicui nature ⁊ repugnat alteri: connenit sibi per aliquod absolutum sibi intrinsecum: si talis natura est absoluta: cuiusmodi est notitia: vt ptz a docto. q.13. quolibe. Si ꝟo non est absoluta conuenit sibi per aliquod intrinsecum: ptz discurrendo per aptitudines que conueniunt vni ⁊ repugnant alteri. Illud aūt intrinsecum communiter est ipsa entitas nature: vel aliquid ꝑtinens ad essentiā ipsius. Sed certum est ꝙ ex quo talis notitia habet aptitudinem extendendi ad praxim est vere causata cum sit qualitas absoluta: vt ptz a doc.s̄. ergo ⁊ conditio per quam sibi conuenit talis aptitudo erit causata ab eisdem causis a quibus ⁊ notitia. Sed notitia est causata ab intellectu ⁊ ab obiecto vt probat Doc.j.dist.3.q.7.⁊.15.q.quolibe. ergo ⁊ aptitudo talis inerit sibi effectiue ab intellectu vel ab obiecto nō ab intellectu: quia tunc omnis consideratio esset practica: cuꝫ omnes sint in intellectu. ⁊ omnium sit vnus intellectus: ergo erit effectiue ab obiecto: ⁊ sic notitia practica denominatur practica (denominatione tamen extrinseca) ab obiecto a quo depēdet in esse ⁊ cōseruari: ergo non a praxi: cū praxis sit posterior tali notitia practica. ¶ Sꝫ hic orit vna parua difficultas: quia ex quo notitia practica est effectiua ab intellectu: immo intellectus est principalis causa vt comparatur ad obiectum imperfectius: vt patet a docto.j. distin.3.q.penul. ⁊ alibi sepe. ergo talis notitia dicitur practica ab intellectu. ¶ Ad quam respondeo ꝙ ⁊ si entitas notitie ⁊ quantum ad substantiam ipsius: ⁊ quantum ad intensionem sit principaliter ab intellectu: tamen quantuꝫ ad specificationem: puta ꝙ dicatur talis vel talis: vel ꝙ distinguatur specie ab alia: habet principaliter ab obiecto Unde Doctor dicit.j.distin.3.q.7. ꝙ omnis scientia specificatur ab obiecto: ⁊ sic patet ad difficultatem. Et de hmōi specificatione vide singularem glosam quam feci super.q. 10.distin.2. ¶ Ibi. Si dicatur ꝙ etiam finis est causa prior immo prima inter omnes ſm Auicen.6.meta. ⁊ ita ab ipso fine potest esse conditio talis nature vt ei conueniat talis aptitudo: ⁊ sic a praxi vt a fine notitie practice: poterit esse talis aptitudo: vel ab aliquo alio fine accipiendo finem pro causa finali: que inter omnes causas est simpliciter prima in causando: ergo talis conditio non erit precise ab obiecto. ¶ Ibi. Contra. Finis non est causa ⁊c. Hic Doctor arguit ꝙ notitia practica nō sit practica a fine siue a cā finali: quod ideo dico: quia Doctor.j. vult ꝙ omnia principia practica sumantur a fine: ⁊ per consequens notitia practica dicatur practica a fine: vt patebit: ⁊ verum est ꝙ dicitur practica a fine vt habet rationem obiecti: non autem a fine qui est causa finalis: quorum differentia infra patebit. Et argumentum Doctoris hic est satis clarum: quia certum est ꝙ causa finalis non mouet efficiens: nisi inquantuum amata ⁊ desiderata: siue modo talis finis ametur: siue non ametur: adhuc talis notitia erit practica: ergo ab aliquo alio: quod erit obiectum circa quod erit talis notitia.

Difficultas.

Rn̄sio.

Scīa q̄ꝫuis sit principal'r ab intellectu specificat tm̄ ab obiecto.

Difficultas.

Sed insurgit aliqualis difficultas. Quia certum est ꝙ obiectum est per se causa cognitionis saltem partialis: vt patet a Doctore.j.distinc.3.q.7. Et per se causa agit propter finem: vt patet secundo physicorum. ergo est impossibile ꝙ talis notitia sit effectiue ab obiecto: nisi causa finalis moueat obiectum vt amata ⁊ desiderata ad producendum huiusmodi cognitionem: ergo talis notitia dependet a fine. hoc idem dico de intellectu. Nec obstat de volūtate si esset separata ab intellectu ⁊c. qꝛ intellectus nō posset agere per se nisi propter finem.

Finis vt cā finalis nō mouet nisi metaphorice. Finē mouere efficiens est efficiēs finem amare.

Respondeo primo ꝙ ⁊ si obiectum non possit agere nisi propter finem inquantum amatum ⁊ desideratum: posito tamen ꝙ talis finis actu non ametur adhuc obiectum ageret ex necessitate nature talem vel talem notitiam: cum ipsa in essendo non dependeat a fine vt a causa finali: qꝛ vt sic habet esse tm̄ ſm quid: ⁊ non mouet nisi tantum metaphorice: ⁊ nullo modo realiter: vt patebit infra.distin.1.q.4. ¶ Dico secundo ꝙ etiam posito ꝙ non possit agere nisi propter finem: tamen talis notitia ſm rem nihil accipit a fine vt a causa finali: patet/ quia finis qui est causa finalis: tm̄ mouet efficiens non causando aliquid in ipso efficiente: quia finez mouere efficiens nihil aliud est nisi efficiens amare finem: propter quem finem amatum ꝓducit talem vt talem effectum: vt patet a doctore.j. disti.2. q.1. Nec finis ⁊ efficiens dicuntur cause essentialiter ordinate: quia finis non est causa efficientis: ⁊ sic non potest argui ꝙ quicquid est causa cause est causa causati: quia hoc valet in eodem genere causarum essentialiter ordinatarum. ¶ Dico tertio ſm aliquos hic exponentes Docto. ꝙ hic loquitur de praxi vt de fine. quia talis notitia non dependet a praxi vt a causa finali: nisi vt amato ⁊ desiderato. Siue modo voluntas amet siue non amet: adhuc talis notitia erit practica ab obiecto. Tum etiam quia praxis est posterior notitia practica: ⁊ sic posset applicari litera sequens. Ibi. scilꝫ Si dicas ⁊c. ¶ Uel potest dici quarto ꝙ Doctor loquitur de supposito producente notitiam practicam: ⁊ non de intellectu simpliciter: cum actiones sint suppositorum: quia si tale suppositum siue actu volūtatis amet finem: siue non amet: adhuc vna cum obiecto potest producere notitiam practicam. Et sic pōt applicari litera sequēs de fine aptitudinali: ſm quālibet responsionem. Credo tamen ꝙ due prime respōsiones sint efficaciores. ¶ Ibi. Si dicas finis est aptus natus amari anteq̄ꝫ aptitudo ista insit cognitioni. i. posito ꝙ finis vt actu amatus sit posterior notitia practica. ⁊ per cōsequens vt sic nō sit causa talis aptitudinis in notitia practica: tm̄ finis vt est aptus amari erit prior: ⁊ vt sic erit causa talis aptitudinis. Contra: quia ni-

hil dicitur causare inquantũ precise est aptum natum causare: nõ em̃ dicitur calor actu calefacere: ex hoc solo ꝙ est aptus natus calefacere: causa em̃ in actu simul est cũ effectu in actu: ⁊ effectus nunq̃ est in actu nisi cã sit in actu: vt ptz ꝑ phm̃. 2. phi. t. c. 37. ⁊ 5. meta. c. de cã. t. c. 3. Cum ergo finis nõ dicat actu causa finalis nisi inquantum est actu amatus ab efficiente. sequit ꝙ talis aptitudo siue entitas cuiꝰ est talis aptitudo nõ poterit esse a fine vt apto nato amari: q2 vt sic nõ ponitur causa actualis alicuius effectus. ¶ Ibi. Preterea. aut finis vt elicitus extra ⁊c̃. Nota hoc argumentũ: q2 est multum efficax. Quia si isti dicant ꝙ finis sciẽtie faciat scientiã practicã. Iste finis põt cõsiderari tripliciter. Uno modo vt est elicitus ⁊ ꝓductus extra: ⁊ sic est posterior sciẽtia practica: modo prius non potest dependere a posteriori in nullo genere causarũ: vt ptz. Aut iste finis accipit inquantum est intentus a ꝓducente scientiã practicã: puta inquantum amatus ⁊ desideratus: ⁊ hoc improbatum est. s̃. q2 siue ametur siue nõ: adhuc erit talis scientia. Aut tertio modo cõsideratur finis vt cognitus ab intellectu: ⁊ sic h3 rõnem obiecti cognoscibilis. Et sic concedo ꝙ obiectũ circa qđ est talis scientia dicitur finis: ⁊ ab ipso fine vt ab obiecto intelligibili vna cum intellectu simplr̃ dependet scientia practica: specificat tamen ab obiecto: vt dixi. s̃. ¶ Ibi. Preterea si scientiam practicã: ⁊ ordinari ad praxim vt ad finem cõuertant. Quia dixit Hen. ꝙ scientia dicitur practica: q2 ordinatur ad praxim vt ad finez: ⁊ ꝑ ꝯñs scientiã ordinari ad praxim vt ad finem dicit ipsam esse practicã: ergo illa scientia que nõ ordinat ad praxim vt ad finem nõ erit practica; nec ꝑ ꝯñs scientia moralis que nõ ordinatur ad praxim vt ad finem: maxime ſm ipsum: qui vult ꝙ respectu finis dicat practica: vt patebit. ĩ. Cum ergo scientia moralis habeat felicitatem pro fine: ad quem scientia practica nõ dirigit praxim vc3 actum voluntatis: vt. ĩ. patebit. sequit ꝙ scientia moralis nõ erit practica: qđ est cõtra phm̃. 1. ethi. c. 3. ⁊. 10. c. 11. Posuit em̃ phũs felicitatem in sola speculatione substãtie separate: vt pt3. 10. ethi. c. 10. ¶ Ibi. Si dicat ꝙ felicitas est finis remotus: sed finis propinquus est praxis. s. dirigere in actum virtutis ꝓpter felicitatem. Diceret forte Hen. ꝙ sciẽtia moralis nõ dicit practica ex hoc ꝙ sit directiua volũtatis in felicitatem: cum illa tñ cõsistat in speculatione. Sed dicit practica ex hoc ꝙ dirigit voluntatem vt eligat actus virtutis: qui ordinant ad felicitatem: sicut media ad finem: ⁊ sic dicit practica ex hoc ꝙ dirigit volũtatem circa media ad finez. ¶ Ibi. Cõtra. Ad dirigere nõ ordinat necessario nisi aptitudinaliter ⁊c̃. Sensus huius lr̃e est. Si em̃ notitiã esse directiuã aptitudinaliter in praxim ⁊ esse practicã sunt penitus idẽ: tũc q̃ ita erit de notitia directiua: sicut de practica. Sicut em̃ q̃rit a quo dicat practica: ita q̃rit a quo dr̃ directiua: ⁊ ita ꝓbare notitiã eẽ practicã: q2 directiua est ꝓbare idẽ ꝑ idẽ. Sicut ecõtra ꝓbare notitiã a quo h3 vt sit directiua q2 practica: est ꝓbare idem ꝑ idem. Et hoc intendit. ¶ Ibi. Item. Dirigere est actus intellectus: q2 eius est habitus. s. prudentia a quo est iste actus elicitus: oĩs ei actus directiuus vel est causatiuꝰ habitus prudentie (vt oẽs actꝰ precedentes habitum prudentie) vel est effectus suo modo ipsius habitus prudentie: vt oẽs actus directiui sequentes habitũ prudentie: de quo magis patebit. ĩ. dist. 17. ⁊ certum est ꝙ oĩs actus directiuus in praxim ꝑtinet ad prudentiã. Aduerte tñ ꝙ si ipse Henri. ponit ipsam extensionem: siue ipsum dirigere qđ idem est: esse praxim que est actus volũtatis: q2 extensio illa tm̃ ꝑtinet ad actum intellectus. hec ratio tenet. Si v̓o acciperet ipsum dirigere pro actu intellectus: ⁊ praxim pro termino illius extẽsionis siue directionis: qui terminus est actus volũtatis: nõ teneret ratio contra Hen. Sed ex dictis Hen. videt doc. tenere primo modo nõ secũdo mõ. Ideo ratio cõtra ipsum tenet. ¶ Ibi. Ideo dicitur aliter ꝙ finis scientie moralis sicut ⁊ prudentie est actus virtutis moralis ad quem ordinatur: ⁊ ille actus est praxis. ¶ Cõtra hoc arguit doc. nõ negando ꝙ actus virtutis sit praxis: cum ſm doc. oĩs actus virtutis appetitiue sit praxis. Sed cõtra hoc arguit: qđ dicit ꝙ scientia practica ordinatur ad actum virtutis tanq̃ ad finem: ⁊ arguit. ¶ Ibi. Cõtra. Non oĩs cognitionis practice finis est praxis. aliqua em̃ est cognitio practica respectu praxis potentie inferioris puta appetitus sensitiui visiue potentie: vt cũ imperatur aliqua visio a volũtate regulata a cognitione recta: vel motiue potentie: vt cum imperat aliquis motus progressiuus a volũtate regulata a cognitione recta vt motus ad ecclesiã: nullus aũt actus potentie sensitiue est nobilior aliquo actu intellectus: vt pt3: q2 si potentia est essentialiter nobilior: ⁊ eiꝰ oꝑatio erit essentialr̃ nobilior. Et dicit specialiter de actu potentie inferioris: q2 de actu voluntatis pt3 ab ipso in. 4. dist. 49. ꝙ est nobilior actu intellectus. De actu ergo potentie sensitiue loquit. Potest em̃ esse actus virtutis in parte sensitiua: vt pt3 a doc. in. 3. dist. 33. ⁊ talis actus erit vere praxis: ⁊ certum est ꝙ erit ignobilior notitia intellectiua practica. mõ nobiliꝰ nõ potest ordinari ad ignobilius vt ad finem. Sed q2 doc. dicit ꝙ nobilius nõ potest ordinari ad ignobilius vt ad finem ꝓpter hoc dictum. Ut clarius intelligat distinguo de fine. Nã prĩo accipitur finis vt est causa finalis: ⁊ hic põt accipi pro respectu siue pro relatione causantis: ⁊ sic non est semꝑ nobilior: vel pro fundamento illius: ⁊ tale fundamentũ ſm suã entitatẽ aliqñ eq̃ nobilius efficiente ⁊ effectu: vt qñ volo aliqđ propter deum amatũ ⁊ desideratũ. Aliqñ est nobile: vt quãdo idem est simplr̃ efficiens ⁊ finis: vt qñ deus producit effectũ propter semetipm̃. Aliqñ est nobilior efficiente: vt quando hõ vult medicinã ꝓpter sanitatem amatam: homo em̃ in se est nobilior sanitate. Dico tñ ꝙ vbi causa finalis est alia res ab efficiente quem mouet ad agendũ: quantũ ad hoc est nobilior efficiente distincto ab ipsa: q2 mouet ipsum ad agendum. Nã mouens vt hmõi est nobilius moto vt hmõi. Secundo accipit finis vt est ꝑfectio ordinati ad finem: ⁊ hoc vt ꝑfectio intrinseca: ⁊ hoc mõ oꝑationes potentiarũ dicunt fines illarũ: fines dico ꝑficientes ipsas: ⁊ sic intelligere est finis intellectus: ⁊ velle finis volũtatis: ⁊ videre finis potentie visiue. Et vbi talis finis distinguit realiter a potentia ſm suã entitatem: est ignobilior potentia: vt pt3. tñ semper est nobilior inquantum ꝑficit potentiã: q2 ꝑficiens est semꝑ nobilius ꝑfectibili: vt sic. Potest etiã dici nobilius denominatione extrinseca. s. inquantu3 vnit potentiã nobilissimo obiecto vt cognitio dei. Et quanto nobiliori mõ vnit tanto nobilior: vt visio dei in se. Licet ergo homo in se sit nobilior fruitione qua clare fruitur deo: tn est ignobilior inquantũ ꝑficitur ab ea accidentaliter: ⁊ inquantũ vnitur ꝑ ipsam deitati. Tertio accipit finis terminatiue: vt obiecta q̃ terminant oꝑationes potentiarũ: ⁊ talis inquantũ simpliciter terminat vt hmõi est nobilior re terminata: ⁊ forte q2 dat oꝑationi quandam ꝑfectionem extrinsecã: q̃ est ꝙ vna intellectio potest dici nobilior alia: q2 terminat ad nobiliꝰ obiectum. Quarto accipit pro illo qđ vltimate quietat potentiam ⁊ replet capacitatem illius: ⁊ sic dico ꝙ talis finis in se aliqñ est nobilior potentia: vt deitas q̃ est ratio formalis quietandi. Aliqñ est ignobilior: vt ꝑfectissimꝰ color qui vltimate quietat potentiam visiuã: ⁊ tamen est in se ignobilior illa: potest tamen dici nobilior inquantũ quietans ⁊ satians. Quinto accipit finis pro effectu cause: sicut dicimus finis efficientis est producere effectum sibi similem. Si efficiens eq̃ equiuocũ: finis est ignobilior. Si vniuocũ: est nobilis. Sexto accipitur finis in respectu ad media ordinata ad acquisitionem illius: sicut virtus ordinat ad beatitudinem ⁊ potio ad sanitatem: ⁊ hoc mõ respectu eiusdem medij dicetur nobilior ⁊ ignobilior. Nam inquantũ est id ad quod ordinat medium est nobilior: s3 inquantũ ꝓducit a tali medio est ignobilior. In se aũt si mediũ est causa equiuoca est nobilior: si vniuoca est eq̃ nobilis. Silr̃ dico de virtute respectu beatitudinis naturalis: ipa em̃ beatitudo cũ sit principaliter bonũ cõmodi est ignobilior virtute: q̃ principaliter est bonũ honesti: hoc pt3 a doc. in. 2. dist. 26. ⁊ in. 4. dis. 46. tamen est nobilior inquantũ virtus ordinat ad illam ⁊ sic pt3 de fine. Licet multa alia essent dicenda: sed ꝓ nunc sufficiant ista. Certum est autem ꝙ actus moralis in parte sensitiua nullo istoꝝ modoꝝ põt dici finis. Tota em̃ rectitudo in illo depẽdet a rectitudine cognitiõis practice. ¶ Ibi Dicitur ꝙ l3 intellectio sit nobilior i esse nature q̃ oꝑatio potentie inferioris: nõ tñ in gñe moris. q2 meliꝰ moralr̃ est fortiter agere q̃ cogitare fortiter agere. ¶ Contra hoc dupliciter. Hic doc. improbat hanc rationem. Primo q2 falsum supponitur. Supponit em̃ ꝙ intellectio practica non possit esse bona moraliter. Nam ipsa notitia est rectitudo a qua depẽdet oĩs actus moralis. ⁊ hoc diffuse patebit a docto. ĩ. di. 17. huius. ⁊ in dist. 7. ⁊. 40. ⁊. 42. ⁊ in. 3. dis. 33. ⁊ in. 4. di. 14. ⁊ alibi sepe. ¶ Ibi. Cõfirmatur. q2 prudentia est simpliciter nobilior virtute morali vt talis virtus est in appetitu sensitiuo: pt3/q2 ⁊ potentia intellectiua est simpliciter nobilior: ergo sicut habitus est nobilior formalr̃ alio habitu: ita ⁊ actus siue precedens habitũ: siue sequens erit nobilior actu alterius habitus. ergo actus practicus etia3 in esse moris erit simpliciter nobilior actu virtutis in parte sensitiua. An mõ prudentia sit nobilior virtute morali: vt ponitur in volũtate nõ est p̃ntis speculationis: posset tñ absolute dici ꝙ virtus moralis in volũtate est simplr̃ nobi

Margin notes:

Argumẽ. multum efficax.

Actꝰ virtutis eẽ põt in pte sensitiua.

Finis dr̃ multiplr̃.

Finis nõ sp est nobilior efficiente.

Finis potẽtiaꝝ est actꝰ scd̃us earum.

Hõ ptr dici nobilior ⁊ ignobilior fruitione dei

Finis est põm q̃etare.

Uirtꝰ nobilior est btitudine q2 bonũ hõesti nõ cõmodi ꝑfert.

Intellectio practica põt esse bona moralr̃.

lioꝛ prudentia: ſʒ forte ſm̄ quid poſſet dici ignobilioꝛ pro quanto dicitur moralis: qꝛ cõformis prudentie. de hoc iſto primo diſt. 17. ⁊ in quarto diſt. 49. ¶ Ibi. Ex hoc pʒ ꝙ dictare ſm̄ prudentiã de fortiter agere. i. cognitio q̃ dictat de fortiter agere in potentia ſupple ſenſitiua vt in potentia motiua eſt ſimpl'r nobilioꝛ ꝙ̃ fortiter agere: qꝛ fortiter agere nõ eſt bonũ moraliter niſi pro quanto ſit imperatũ a voluntate cõformiter ſe habente illi cognitioni dictatiue de fortiter agere: ⁊ ideo actus ꝑfecte moralis ⁊ formaliter moralis eſt actus elicitus voluntatis: qui dicit̃ formaliter moralis: qꝛ primo cõformiter elicitur cognitioni recte: q̃ cõformitas eſt ratio actus moralis: vt. ĩ. patebit diſt. 17. actus ꝟo moralis in potentia ſenſitiua dicit̃ tm̄ natural'r moralis. de quo patebit in. 2. diſt. 42. ⁊ in. 3. diſt. 34. ⁊ in. 4. di. 14. ⁊ in quoli. di. 17. ⁊. 18. Et qꝛ dicit ꝙ doc. ꝙ qñ querit̃ excellentia vnius ad alterũ nõ dʒ cõparari optimũ ad infimũ: ſʒ optimum ad optimũ: forte eſſet dubium an infima cogitatio ſit formaliter nobilioꝛ in eſſe moris optimo actu morali in potentia ſenſitiua. De hoc al's erit ſermo: nõ em̄ opʒ hic multũ immorare cũ nõ ſit preſentis ſpeculationis. ¶ Ibi. Cõfirmatur: qꝛ prudentia ⁊c̄. Hec lr̃a pʒ vſqꝫ ibi: ſcdo. rñſio illa nõ videt̃ ad ꝓpoſitũ. ¶ Hic doc. improbat illam rñſionem in qua dr̃ ꝙ intellectio eſt nobilioꝛ in eſſe nature: nõ tamen in genere moris: qꝛ querit̃ vnde intellectio ſit practica. i. a quo habet vt ſit practica nõ ſupponendo eam eſſe practicã qꝛ nec ſupponit̃ de ipſa prima circũſtantia que eſt finis: ſed illa circunſtantia inquirit̃: ⁊ ꝑ ꝯñs cũ querit̃ de cognitione practica: ⁊ prima circũſtantia a qua foret practica: ipſa tm̄ accipit̃ in eſſe nature. i. cum querit̃ an intellectio talis dicat̃ practica: ⁊ ſi dicit̃ practica: a quo fine dicitur practica: pʒ ꝙ quãdo ſic querit̃ tm̄ querit̃ de intellectione in eſſe nature: nõ aũt de intellectione in eſſe moris. Si quereret̃. An intellectio in eſſe moris ſit practica: ⁊ a quo fine ſit practica: eſt querere qð ſupponit̃. Naʒ cũ dico notitia in eſſe moris: ſuppono ipſaʒ eſſe practicã: ⁊ ſuppono circũſtantiã finis a qua dicatur practica. Sicut cũ dico. An volitio ꝑfecte moralis ſit ꝓpter finem: ſupponit̃ qð queritur. Nam cũ dico volitio ꝑfecte moralis includit fineʒ vt primã circũſtantiã: ⁊ ſic eſt querere qð ſupponitur. Diſtinguere em̄ intellecctioneʒ practicã in eſſe nature ⁊ in eſſe moris eſt preſupponere qð queritur: qꝛ cum dicit̃ intellectio moralis ſtatum ſupponit̃ ipſaʒ eſſe practicã: ⁊ vltra eſt diſtinguere aliquid prout cõſideratur preciſe ſub alio membro diſtinctionis. Nam intellectio vt practica eſt moralis. Diſtinguere em̄ intellectionem practicã in eſſe nature ⁊ in eſſe moris: eſt diſtinguere illud qð preciſe cõſiderat̃ ſub vno extremo diſtinctionis. Hui⁹ eniʒ diſtinctionis ſunt duo extrema. ſ. in eſſe nature ⁊ in eſſe moris: ſed notitiã eſſe practicã preciſe ꝑtinet ad hoc extremũ: qð eſt in eſſe moris: ⁊ ſic pʒ lr̃a. ¶ Ibi. Ideo corrigit̃ iſta opi. ab aliꝫ. Hec eſt opi. Io. rodithon qui dicit ꝙ habitus dicitur practicus a fine. qui eſt ꝯſideratio practica. i. ꝙ habitus practicus cauſatus ex frequentatis actibus dicit̃ practicus a cõſideratione actuali practica. ¶ Ibi. Sed cõtra illud. Hic doc. arguit cõtra hanc poſitionem: qꝛ eadem eſt queſtio de cõſideratione practica: q̃ ⁊ de habitu practico. Querit mõ doc. a quo talis cõſideratio dicat̃ practica: aut a fine illius cõſiderationis: ⁊ hoc improbatum eſt. ſ̃. aut ab obiecto: ⁊ habetur intentum.

Inter q̃ dʒ fieri cõparatio.

Opi. Io. rodithõ in ꝓlo. q. 6. arti. 2. Var. lib. 1. q. 4.

Alf. tol.

Alfonſus Tol. in ꝓlo. q. 10. rñdet ad rõnes doc. quibus ꝓbat ꝙ habitus practicus dicatur practicus nõ a fine / ſed ab obiecto. Et primo negat ꝙ habitus practicus dicatur formaliter practicus illo duplici reſpectu prioritatis videlʒ ⁊ conformitatis aptitudinalis. Dicit enim ꝙ habitus practicus inquantum practicus eſt actiuus vel factiuus: ſed nulla relatio eſt principium actiuum vel factiuum ⁊c̄.

Rñſio.

Dico ꝙ quando Ariſt. diuidit habitũ practicũ in actiuũ ⁊ factiuũ: nõ intelligit ꝙ actiuus ſit vere principiũ alicuius operationis: ſed ſic intelligit ꝙ habitus practicus actiuus ideo dicitur actiuus: qꝛ dirigit in opationem q̃ manet in operante: puta in volitionem aliquam que manet in volũtate eliciente illam: ⁊ dicitur factiuus eo ꝙ dirigit in opus nõ receptũ in agente ſed in paſſo extrinſeco: ſicut habitus practicus dirigit: puta ad nauẽ fabricandã. ¶ Dico ſecũdo ꝙ poſito ꝙ habitus practicus actiuus ſit principiũ alicuius opationis ſaltem partiale: puta alicuius actus voluntatis: nõ tamen dicit̃ actiuus inquãtũ practicus formaliter: qꝛ tunc relatio eſſet principiũ opationis realis: ſʒ bene inquantũ eſt quedã qualitas abſoluta: cui ineſt illa aptitudo prioritatis ⁊ ꝯformitatis eſſet actiua ſaltem partialiter: ⁊ hoc ſufficit. Nõ em̄ habitus practicus inquantũ practicus eſt principiũ alicuius opationis realis: vt ly inquantum accipitur reduplicatiue: qꝛ tunc notaret̃ ꝙ ratio formalis practici: que eſt illa aptitudo ⁊c̄. eſſet cauſa inherẽtie huius predicati: vcʒ ꝙ eſt principiũ actiuum ad ſubiectum: qð eſt falſum. Sed bene ꝓcedimus (ſuſtinendo opinioneʒ ꝙ cognitio actualis ſit partialis cauſa actus volũtatis: vt dixi ſ̃.) ꝙ habitus vel actus practicus vt eſt quedã qualitas abſoluta ſit principiũ ⁊c. ¶ Deinde rñdet ad primũ argm̄ qð facit doc. ꝓbando ꝙ talis aptitudo inſit habitui practico ab obiecto vt a cauſa efficiente: vt ibi expoſui. Et cõcedit ꝙ talis aptitudo ineſt habitui ꝑ aliquã cõditionem intrinſecam ipſius habitus: ⁊ ꝙ effectiue eſt ab obiecto. Prima tñ cauſa eſt cauſa finalis a qua denoĩatur practicus. Et in hoc parum diſcrepat (vt credo) ab opi. Doc. vt. ſ̃. expoſui. Si tñ intelligat ꝙ preciſe dicatur practicus a fine: tunc habet reſpondere ad argumenta doc. que relinquit inſoluta: ⁊ iudicio meo ſolui non poſſunt.

Capolus

Item Io. Tholo. dictus Capreolus nititur in. q. 2. ꝓlo. ſoluere argamenta doc. ⁊ tm̄ reſpondet ad aliqua dicta Doc. ſʒ minime rõnes principales euacuat: immo nec tangit. Dicit em̄ ꝙ prioritas aptitudinalis ⁊ cõformitas de qua. ſ̃. nõ ſufficiũt ad hoc vt habitus ſit ſimpliciter practicus: ſed requirit̃ ꝙ ordinet̃ habitualiter ad finẽ: qui ſit opatio extra intellectũ ꝑ volũtatem ꝓponentem operari ꝑ talem habitum. ¶ Sed vt pʒ ex ſupradictis hec ſolutio non euacuat rõnes Doc. Et qꝛ ex dictis ſupra facilime rñdetur ad dicta Capreoli breuitatis cauſa tranſco.

Solo rationum.

Opi. doc. a quo hʒ ſcia: vt. ſ. dicat̃ practica.

Concedo ergo ꝙ habitus nõ dicitur primo practicus ab actu ꝓprio ⁊c. ¶ Hic doc. intendit oſtendere ꝙ habitus practicus dicitur practicus a fine ipſi⁹ praxis. nõ tñ inquantum eſt finis: ſed inquantũ eſt primũ obiectum. Primũ pʒ: vcʒ ꝙ dicatur practicus a fine. Et ſil'r ſecundũ pʒ: ꝙ dicitur practicus a fine nõ inquantũ finis: ſed inquantũ obiectũ: vt. ſ̃. declaraui. Et vt clarius hoc intelligatur pono exemplũ: quõ a fine ſumunt̃ principia practica ⁊ cõcluſiones: ⁊ multa ordinata ad finem acquirendum. Deus qui eſt finis vltimus hoĩs attingibilis ꝑ opationem virtualiter cõtinet hoc predicatũ qð eſt diligibilis ſuꝑ oĩa: cõtinet dico: puta ꝑ rationem formalem ipſius dei: tunc ſic. Ens infinitũ eſt ſuꝑ oĩa diligibile. deus eſt hmõi. ergo. Cognitio entis infiniti eſt vere practica: vt. ĩ. patebit: ⁊ cognitio huius principij. Ens infinitum eſt ſuꝑ oĩa diligibile eſt vere practica: ⁊ ſimiliter cognitio cõcluſionis deducte: qua cognoſco deum eſſe ſuꝑ oĩa diligibilem eſt vere practica: qꝛ directiua in praxim: puta in amorem ipſius dei. Ex iſta cõcluſione multa alia poſſunt ſequi: vtputa: ergo eſt ei obtemperandum. ergo eſt laudandus ⁊ honorandus ⁊ hmõi. Et cognitio horum ſequentium dicit̃ vere practica: qꝛ eſt directiua in praxim: ⁊ ſic pʒ quõ cognitio principioꝝ ⁊ concluſionum practicabiliũ ſumitur ab ipſo fine: ſic vt talis finis virtualiter includit notitiã tam principioꝝ ꝙ̃ cõcluſionum ⁊ ſequentiũ ab illis. ¶ Vel ponatur aliud exemplũ in ſciẽtia morali que eſt vere practica. Nam finis ſcientie moralis eſt felicitas naturalis: ⁊ ſic notitia pricipioꝝ practicabiliũ in ſcientia morali ſumitur a felicitate naturali: ita ꝙ felicitas naturalis vel notitia eiuſdem virtualiter includit notitiam principioꝝ practicabiliũ ⁊ cõcluſionum: ⁊ oĩm deducendorũ ex principijs ⁊ cõcluſionibus in tota ſcientia morali. ⁊ hoc ſi talis finis nõ cõtineatur virtualiter in ſubiecto ſcientie moralis: qꝛ ſi ſibi virtualiter cõtineretur: tunc ꝑ rationem ſubiecti continentis concluderetur finis ille in tali ſcientia: ⁊ ſic ab ipſo ſumerẽtur oĩa principia practica ⁊ cõcluſiones practice in tali ſciẽtia: vt. ĩ. patebit preſenti q̃one. Secundũ pʒ. ſ. ꝙ ſcientia practica ſumatur a fine vt habet rõnem obiecti: nõ tamẽ accipitur a fine vt habet preciſe rationem finis: ſiue vt habet rõnem cauſe finalis. ¶ Ibi. Nũc Doc. probat ſecundũ principale: vcʒ ꝙ principia practica ⁊ cõcluſiones: ⁊ ſi ſumũtur a fine: nõ tamen a fine inquantum finis: ſed a fine inquantũ obiectum. Exempluʒ. Principia practica in ſciẽtia morali ſumunt̃ a felicitate naturali: qui eſt finis ſcientie moralis: ſed nõ ſumunt̃ ab ipſa inquantuʒ eſt finis: ſiue inquantũ eſt cauſa finalis: qꝛ vt ſic nõ dicitur finis niſi inquantũ amata ⁊ deſiderata a volũtate: ſed ſiue voluntas amet illam ſiue nõ amet adhuc notitia principioꝝ practicabiliũ poſſunt accipi a felicitate: qꝛ felicitas vt preſens intellectui virtualiter includit notitiam talium principiorum. Nam vt cauſa partialis concurrente intellectu vt alia cauſa partiali talem cauſat notitiam principioꝝ dando ei aptitudinem: de qua. ſ̃. dixi. ¶ Nunc expono literam cum dicit. Ideo em̄ finis praxis dat talem aptitudinem: ſiue naturam habentem talem aptitudinem: puta felicitas:

Cognitio principioꝝ concluſionũ ꝙ̃ practicabiliũ a fine ſumũtur.

ideo causat talem naturā.i. talem notitiā habentem talem aptitudinem: puta prioritatis ⁊ conformitatis. Sequitur. Quia vt obiectum primū includit principia.i.qꝛ ipsa felicitas in rōne primi obiecti intelligibilis virtualiter includit principia practica in scientia morali. Sequit̃. Non autē inquantū finis.i.ꝙ felicitas naturalis in scientia morali non includit principia practica: siue notitiā principioꝝ inquantum finis: supple inquantū causa finalis vt amata ⁊ desiderata a volūtate: ⁊ ptꝫ/qꝛ priusꝙ ametur a volūtate includit notitiā talium principioꝝ. ❡ Ibi. Tum qꝛ quodcūꝙ aliud includeret virtualiter talem notitiā: eodem mō daret notitie cōformitatem talem. Probat em̃ doc.ꝙ finis in ratione obiecti cōtinens virtualiter notitiā talium principioꝝ: puta felicitas naturalis cōtinens virtualiter notitiam principiorum in scientia morali: dat tali notitie ꝙ sit directiua in praxim: ⁊ ꝙ det ex hoc ꝙ cōtinet virtualiter. probat: quia si aliud a felicitate virtualiter cōtineret notitiā principioꝝ in scientia morali: daret tali notitie directiuitatem in praxim. ergo similiter ⁊ finis ꝯtinens virtualiter hmōi notitiā. Sequitur. Puta si ipsa praxis includeret primo in genere isto talem notitiā: vel illud circa qd̃ est talis opatio: puta obiectum circa qd̃ est opatio. Sequit̃. Homo em̃ forte est subiectum tam moralis scientie ꝙ medicine: nō aūt felicitas vel sanitas.i.ꝙ respectu medicine homo quantū ad corpus est subiectum medicine: qꝛ virtualiter cōtinet notitiā eoꝝ que in medicina cōsiderant̃. Nam ꝑ corpus humanuꝫ sic vel sic mixtū cōcluditur talis vel talis sanitas. Et sic ratio sanitatis vel notitia eiusdem virtualiter cōtinetur in corpore humano. Similiter homo quantū ad aīam forte est subiectū scientie moralis: qꝛ virtualiter cōtinet notitiā eoꝝ q̃ in sciētia morali cōsiderant̃: ⁊ etiā finis scientie moralis cōcludit̃ ꝑ rōnem hōis quo ad aīam: qꝛ em̃ homo viuit aīa intellectiua: ideo rōne aīe cōgruit sibi talis vel talis felicitas. Et sic ratio finis vtriusꝙ.i. scientie moralis ⁊ medicine includitur in rōne illiꝰ circa qd̃ est praxis.s. in rōne hōis circa quē siue ꝓpter quem elicitur vltimate praxis: ita ꝙ respectu sciētie moralis duplex est finis.s. primꝰ ⁊ remotus. Proximꝰ est felicitas naturalis: ꝓpter quā homo elicit actum virtutis. Finis vō remotus est ipse homo: ad quem vltimate ordinatur ip̄a felicitas: vt.s̄. patuit in.q. de subiecto theologie. Silr̃ respectu medicine duplex est finis: primꝰ: vt sanitas: remotus vt homo. ❡ Ibi. Si dicatur ꝙ p̄ncipia p̄ma practica semp sumunt̃ a fine: ergo semp finis p̄mo includit virtualiter notitiā eoꝝ. Et qꝛ doc. videtur declinare ad hoc ꝙ notitia p̄ncipioꝝ ⁊ ꝯclusionū practicabiliū in aliqua sciētia. nō sumitur semp a fine talis scientie: sed aliqñ a subiecto illius: vt ptꝫ de medicina ⁊ scientia morali: ⁊ per ꝯñs finis in tali scientia nō includit virtualr̃ notitiā talium p̄ncipioꝝ: ideo hic arguit ꝙ finis scientie practice includat virtualiter notitiā p̄ncipioꝝ ⁊ conclusionū practicabiliū: ⁊ arguit sic. Prima p̄ncipia practica semp sumunt̃ a fine. ergo semp finis p̄mo includit virtualiter notitiaꝫ principiorum. ❡ Rñdet ibi. Si ꝯcederet̃ ꝯñs. Dicit doc. ꝙ pōt ꝯcedi ꝯñs ⁊ añs. vcꝫ ꝙ p̄ma ꝯncipia virtualiter includūtur in ip̄o fine nō in rōne finis: sed in rōne obiecti: ⁊ tunc rñdet tacite obiectioni: qꝛ dictum est parū.s̄. ꝙ homo quantū ad animaꝫ virtualiter cōtinet notitiam p̄ncipioꝝ ⁊ cōclusionū in sciētia morali: ergo finis scientie moralis cuiusmodi est felicitas nō cōtinet talem notitiā. Dicit ꝙ finis cōtinet ⁊ si non primus saltem remotus: ⁊ sic homo in scientia morali dicitur finis remotus: ⁊ continet nō in rōne finis vt dixi: siue inquantū finis: sed in ratione obiecti siue inquantum obiectum. ❡ Ibi. Q꞉ si negaretur ꝯñs.s. hoc. ergo semper finis p̄mo includit virtualiter notitiam eoꝝ. ❡ Sequit̃. Negandum esset añs vlr̃ sumptum.s. hoc. Prima p̄ncipia practica semp sumuntur a fine. Sequit̃. Qd̃ particulariter est verū: vbi.s. rō finis non cōcluditur ex aliquo ꝑtinente ad cognitionem practicā. ❡ Sensus huius lr̃e est. Si teneat̃ ꝙ principia practica sumant̃ a fine scientie practice: loquendo de fine praxis primo ⁊ nō remoto. Dicit doc. ꝙ hoc añs ē particulariter verū: qñ.s. rō illius finis nō includit̃ virtualiter in aliquo ꝑtinente ad cognitionem practicā: sicut patet in exemplo prius posito. Principia em̃ practica in sciētia morali nō sumūtur p̄mo a fine primo illius scientie: puta a felicitate naturali: sed sumūtur ab ipso hōie quo ad aīam: qꝛ notitia talis finis primi virtualiter includit̃ in ipso hōie: ⁊ ꝑ ꝯñs scientia moralis practica concluditur ex rōne hōis. Ubi vō finis scientie practice nō cōtinetur virtualiter in aliquo ꝑtinente ad scientiaꝫ practicā: tunc principia practica in tali scientia sumūtur a tali fine. Et ideo hoc añs est tm̃ particulariter verū: ꝙ p̄ncipia practica sumūtur a fine: qñ scꝫ talis finis nō includit̃ virtualiter in aliquo alio ꝑtinente ad scientiā practicā. Et sicut añs est particulariter verū: ita ⁊ ꝯñs. ❡ Ibi. Uel aliter posset exponi añs sic. Prima p̄ncipia practica semp sumūtur a fine ⁊c. Dicit doc. ꝙ p̄ma p̄ncipia practica sumūtur a fine ⁊c. Pro intelligentia huiꝰ litere pono exemplū de actu nudo ⁊ circūstantionato: ⁊ accipio istam ꝓpositionem. Bonū est diligendū. Dilectio boni pōt ꝯsiderari nude: vt.s. est tm̃ quedā dilectio nō considerando sup qd̃ obiectuꝫ transeat. Scd̃o talis dilectio potest circūstantionari circūstantia obiecti: qd̃ fit quando transit sup debitū obiectum: puta sup bonū: ⁊ sic dr̃ bona ex circunstantia ex genere. Si vō transiret sup malū diceret̃ mala ex circūstantia ex genere: qꝛ transit sup obiectū indebitū. Et de hoc vide plixe in scd̃o. di. 7. ⁊ in quoli. q. 18. Tertio talis dilectio q̃ est bona ex genere dꝫ circūstantionari circūstantia finis: q̃ est p̄ma inter oēs circūstantias p̄supposita circūstantia ex genere. vt ptꝫ a doc. in. 2. dist. 40. Et sic vlterius talis dilectio pōt circūstantionari aliīs circūstantijs: puta circūstantia cause/loci/tp̄is/modi ⁊c. Dicit ergo doc. ꝙ cognitio siue notitia p̄cedens dilectioneꝫ vt praxim: si talis cognitio dictat absolute dilectionem esse eliciendam: talis cognitio nō est ꝓp̄e practica: qꝛ nec talis dilectio est ꝓp̄e praxis. Si vō dictat dilectionem ex genere: tunc dicit̃ practica: qꝛ directiua in praxim: puta in dilectionem transeūtem sup debitū obiectū. Et ꝙ sic dictet hꝫ ab obiecto sup qd̃ transit talis dilectio. Si vō dictet bonū esse diligendū ꝓpter deum ita ꝙ dictet de circūstātia finis: tūc rectitudo illius notitie erit a fine. Et hoc est qd̃ dicit Doc. hic. ❡ Expono tamen aliqualiter literā cum dicit p̄ma p̄ncipia practica sumūtur a fine: verum est inter illa q̃ sumūtur ex circūstantijs moralibus presupposita circūstantia ex genere.i. ꝙ illa p̄ncipia practica: siue cognitio talium p̄ncipioꝝ que dictat praxim esse eliciendā cum aliȷ̄s circūstantijs p̄ter circūstantiā ex genere: ꝙ talis cognitio semp sumitur a fine. Nam p̄supposita circūstantia ex genere: que est circūstantia obiecti debiti: prima circūstātia saltem p̄mitate ꝑfectionis ⁊ intentionis est circūstantia finis: loquendo ergo de actu bono scḋm genus: sic obiectū est circūstantia: immo prima circūstantia. Sed p̄supposita ista circūstantia ⁊ loquendo de aliȷ̄s circumstantijs: obiectū nō est circūstantia: vt ptꝫ. Sequit̃ alio mō accipiendo actum nude sic obiectū est circūstantia.i. ꝙ actus vt nude cōsideratus est p̄mo circūstantionabilis circūstantia obiecti. ista em̃ est simpliciter p̄ma ⁊ necessario p̄supponitur oībus aliȷ̄s. si em̃ actus nō transiret sup debitum obiectum nunꝙ posset esse ꝑfecte moralis quacūꝙ alia circunstantia posita. Sequitur. Ex hoc videt̃ añs improbatū: vcꝫ ꝙ p̄ncipia practica: siue cognitio taliū semp sumitur a fine: ptꝫ hoc esse falsum: qñ cognitio simpliciter dictat de p̄ma circūstantia: que est circūstantia obiecti. talis em̃ cognitio sumit̃ ab obiecto: qꝛ obiectū dicitur prius quocūꝙ alio: ⁊ ꝑ ꝯñs prima dictatio est a circunstantia obiecti. obiectū em̃ causans partialiter talem notitiā dat ei illam aptitudinem ad reuelandum de p̄ma circūstantia: ⁊ ptꝫ litera.

Marginal notes: Nō quō dicat̃ subiectū medicine et sciētie moralis. — Finis primus ⁊ remotus. — Obiectio tacita. — Actus nudus. — Actꝰ circūstātionatus.

Ex hoc patet solutio scd̃e questionis ꝓposite: cuius teneo partem negatiuā: vcꝫ ꝙ sciētia practica nō sumitur a fine inquantū finis: vt.s̄. patuit. Sequitur. Sed p̄mā relationem.s. cōformitatem hꝫ ꝑ se ab obiecto: quod vel est rectitudo praxis supple formaliter: vl̃ aliquid virtualiter includens ipsam rectitudinem. Nā ꝓp̄e loquendo de cognitione practica: que est notitia cōclusionis practice hꝫ duplex obiectū.s. cōplexum ⁊ incōplexū. Complexum est ipsa cōclusio. Incōplexum est subiectū cōclusionis. Et sic ꝯclusio: puta ista. ergo primus est diligēdus: potest dici rectitudo formaliter: qꝛ notitia que immediate terminatur ad illā cōclusioneꝫ dicitur directiua praxis: ⁊ obiectum dicitur rectitudo virtualiter: quia virtualiter cōtinet hmōi notitiam: ⁊ dicitur formaliter rectitudo: quia terminatur ad cōclusionem: ita ꝙ nō dependet a conclusione nec in esse nec in fieri: sed tm̃ formaliter terminatur ad ipsaꝫ: qꝛ vō talis notitia virtualiter ꝯtinetur in obiecto: sequitur ꝙ erit virtualiter rectitudo. Est em̃ talis notitia formaliter recta: cum talis rectitudo sit formaliter in tali notitia ⁊ formaliter denoīet ipsam: sed dicitur virtualiter rectitudo: qꝛ talis rectitudo est ab obiecto partialiter causante taleꝫ notitiam ⁊ rectitudinem eius. Sequitur. Et ideo cognitioni illi: que supple est recto vel virtualiter vel formaliter: praxis est cōformabilis vt sit recta: qꝛ cognitio est talis cogniti: supple cognitio dicitur formaliter rectitudo: qꝛ est talis cogniti. puta cōclusionis cognite: vel virtualiter rectitudo: qꝛ talis obiecti cogniti: qd̃ virtualiter cōtinet hmōi notitiam ⁊ rectitudineꝫ eius. ❡ Sequitur. Sed de alia relatio-

Marginal notes: Obiectuꝫ cōplexuꝫ. Obiectuꝫ icōplexū.

Quia tunc sequeretur ꝙ metaphysica de deo esset practica ꝛ non speculatiua: qḋ etiā videt falsuꝫ ſm Sco. qui in soluendo quoddā argm̄ in principio q̄ōnis factū ad ꝓbandū theologiā nō esse practicam ex auctoritate Boe. assignantis tres ꝑtes sciētie speculatiue: quarū vna est theologia: ait sic. Dico ꝙ Boe. intelligit ꝑ theologiā metaphysicā: hinc vt apparet nō vult negare Boe. sed exponere. ¶ Preterea. Qꝫ hoc consequens sit falsum. scꝫ ꝙ metaphysica sit scientia practica arguit sic.

Scd̄a rō.

Nā cuiuscūqꝫ scientie practice actus ꝓprius elicitus est notitia practica: ptꝫ/q̄ ex actibꝰ practicis generat habitꝰ practicus ꝛ actus sequentes habitum similes sunt precedentibus: ex quibus est genitus. Sed nullus actus ꝓprius metaphysice (ꝛ loquor de metaphysica q̄ acquirit ex studio libri metaphysice) est notitia practica: qḋ ptꝫ/q̄ nulla talis conclusio est formaliter directiua praxis. ¶ Item arguit sic.

Tertia rō

Quia si habitus practicus diceret practicus: q̄ virtualiter cōtinetur in obiecto ꝛc. sequeret ꝙ de nulla re mundi posset haberi scientia speculatiua. Cōsequens reputo sic absonum: vt nec curem ꝓbare: nec expedit cum ipse aliquas sciētias ponat speculatiuas. ꝯn̄a ptꝫ: qm̄ nulla res est in mūdo que non sit bona: ꝛ ꝑ ꝯn̄s que nō contineat virtualiter aliquam notitiā directiuā oꝑationis voluntatis circa ipsam.

Cōfirma.

¶ Cōfirmat istud. Quia etiam notitia q̄ est simplex apprehensio rei: est notitia ſm istuꝫ doc. taliter directiua quanto magis aūt notitia cōplexa qua cognosceret rem esse bonā: talem aūt quelibet res de se pōt causare cōcurrentibꝰ aliȷ̄s partialibus causis. hec ille. ¶ Deinde arguit contra aliud dictum qḋ imponit doctori: vcꝫ ꝙ simplex apprehensio obiecti pōt dici practica: ꝛ arguit sic.

Cōtra aliud dictū arguit Greg. vbi supra. 2° ar.

Oīs notitia practica affirmat aut negat aliquid circa qualitatem oꝑationis. Sed notitia incōplexa nō est hmōi: ergo. Probat maiorem per Aui. ꝛ ꝑ phm̄. ¶ Item sic arguit. Si aliqua talis notitia incōplexa esset ꝓprie practica: multo magis notitia cōplexa medicine theorice esset practica: ꝯn̄s ptꝫ falsum ꝑ Aui. i. lib. medicine. ꝛ ꝑ rōneꝫ ptꝫ illud ꝯn̄s esse falsum: q̄ tūc nō esset distinctio iter practicā ꝛ speculatiuā.

Cōfir.

¶ Cōfirmat. Si em̄ simplex apprehēsio alicuius herbe vel aromatis est practica: multo magis illa cōplexa: qua scitur illā herbaꝫ esse calidaꝫ vel frigidā. Nam ex ista pōt immediatius ꝛ melius quid dirigi ad oꝑandum: ꝛ tamen ista nō est ꝓprie practica cū nihil dicat de qualitate oꝑationis.

3° ar.

¶ Ulterius ſm hoc oīs notitia cuiuscūqꝫ rei esset practica: ꝛ nulla speculatiua ptꝫ/q̄ ſm ipsum Sco. notitiā esse practicam nihil aliud est q̄ꝫ ipsam esse directiuā. Sed notitia incōplexa nō est directiua nisi quatenus est manifestatio obiecti: ꝛ cum oīs notitia complexa sit etiam manifestatio obiecti: quelibet erit directiua praxis alicuius.

4° ar.

¶ Preterea. Qua rōne notitia simplex vnius rei est directiua praxis circa illā rem vt dilectionis vel alterius: eadē rōne cuiuslibet rei notitia simplex erit directiua dilectionis aut odiȷ̄ vel alterius praxis circa eā. Et maxime hoc pꝫ si (sicut ipe dicit) simplex notitia de deo qualis est visio beatifica: sit directiua praxis. s. dilectionis circa ipm: ac ꝑ hoc practica. Sic em̄ ꝛ cuiuslibet creature notitia est directiua dilectionis circa eam: ꝛ ꝑ consequens ſm eum practicam. hec Grego.

Rn̄sio ad rationes grego.

Ad istas rationes rn̄deo. Et prio qn̄ dicit ꝙ tūc sequeret ꝙ metaphysica esset scientia practica que cōsiderat de deo vt est prima cā: primū independens: esse infiniti vigoris: summe sapienteꝫ ꝛ hmōi. ¶ Dico primo ꝙ hoc nō sequitur. Unde pro intelligentia huius ꝙ de eodem sub alia ꝛ alia rōne cōsiderato: pōt esse notitia practica ꝛ speculatiua. Exemplū. Nam de hoie ſm corpus vt sic vel sic mixtū pōt esse scientia practica vt medicina. silr̄ cōsiderato sub rōne aīe intellectiue nate beatificari pōt esse scientia moralis: ꝛ etiā vt cōsiderat ipsa aīa vt tm̄ est actus corporis physici: vel vt id quo sumꝰ intelligimꝰ ꝛ mouemur motu ꝓgressiuo ꝛ hmōi: pōt esse scientia speculatiua. Nam in lib. de aīa cōsiderat aīa ꝛ potentia illius et oꝑationes ꝛ ꝓprietates: vt sunt tales vel tales entitates: et hmōi cōsideratio dicitur speculatiūa: vt ꝟo cōsideratur vt est quoddā bonū creatū ordinatum ad talem vel talem finē vt ꝓpter aliud diligibile ꝛ hmōi: potest dici notitia practica. Sic dico in ꝓposito: ꝙ deus multipliciter pōt ꝯsiderari: vt est simplr̄ primū indepēdēs: prima cā ꝛc. ita ꝙ talis cōsideratio nō respicit deū ꝛ obiectū oꝑabile: siue vt amabile: ꝛ talis cōsideratio pōt esse methaphysicalis ꝛ mere speculatiua. Si ꝟo theologice ꝯsideratur: pꝫ ꝙ talis ꝯsideratio erit practica: q̄ nō tm̄ sistit in hmōi cōsideratiōe: sꝫ etiā talis cōsideratio dirigit in praxim.

Difficultas incidēs talis: sed valde notanda.

¶ Sed occurrit nō parua difficultas. Q̄ pono ꝙ quis cognoscat ꝑfecte q̇ditatē aīe: an notitia talis sit practica an speculatiua. Si dicat ꝙ sit specplatiua. Cōtra. Q̄ q̇ditas aīe cū sit substātia ꝑfecta ꝛ cā ꝑtialis notitie: ꝛ ꝑ ꝯn̄s videt ꝙ det rectitudinē talis notitie: ꝛ sic practica. Si dicat ꝙ talis notitia sit practica: non est intelligibile ꝙ de vnō ꝛ de eodē obiecto sub eadē rōne cōsiderato: possit esse notitia practica ꝛ speculatiua: q̄ notitie habeāt euidentiā ab obiecto ꝛ virtualiter includātur in illo. Si dicat ꝙ ipā aīa intellectiua pōt ꝯsiderari sub dupli ci bonitate. s. essentiali ꝛ quiditatiua: ꝛ sub bonitate que nō tm̄ sit passio entis: sꝫ sit quedā bonitas cōsequēs naturam indiuidui. Ut primo mō cōsideratur talis cōsideratio erit speculatiua. Scd̄o ꝟo modo erit practica. Sꝫ hoc nihil est: q̄ etiā deus sub rōne deitatis vt etiam suo mō prescindit a bonitate attributali: adhuc est obiectū ꝑfectissimū suꝑ oīa diligibile: ꝛ est rō ꝑfectissima obiecti fruibilis: vt ptꝫ a doctō in dist. i. primi. q. 2. ¶ Preterea. Arguo sic. Nam obiectum agit ſm vltimū potentie sue ad cognitionem sui: ꝛ similiter intellectus qui est altera causa partialis: ergo ꝓducit notitiā suam ꝑfectissimā quantum potest. Aut ergo illa notitia est practica aut speculatiua. Si primo: ergo nō potest agere ad cognitionem sui speculatiuā. Si secundo: ergo nō potest ꝓducere notitiā sui practicā: presertim cū notitia specificet ab obiecto.

Solo.

¶ Oportet ergo dicere ꝙ si de eodem obiecto possit esse notitia practica ꝛ notitia speculatiua: ꝙ in illo sit alia ꝛ alia ratio: ſm quas alia ꝛ alia cognitio accipi possit. Et sic ab aīa intellectiua vt est tm̄ quedam entitas quiditatiua causat imediate notitia speculatiua: et vt est quedam bonitas ꝑfectionalis causatur notitia practica. Exemplum. Nam fantasma albedinis causat specieꝫ intelligibilem in intellectu: nō tm̄ ipsius albedinis: sed oīm contentoꝝ essentialiter vel virtualiter in ea. s. albedine. Et sic species intelligibilis albedinis tm̄ causat cognitionem ipsius speculatiuā: ꝛ similiter species intelligibilis coloris causat notitiam speculatiuam ipsius. Species ꝟo boni contenti in albedine causat notitiā practicā ipsius boni: ita ꝙ dirigit voluntateꝫ in dilectionem bonitatis albedinis.

Idē cōtinet ꝟtualr̄ plēs spēs intelligibiles.

Et nō habeo pro incōuenienti ꝙ idem sub eadem ratione formali virtualiter cōtineat plures species itelligibiles: quarum vna sit partialis causa cognitionis speculatiue: ꝛ alia cognitionis practice. ¶ Si ꝟo teneat ꝙ vna ꝛ eadem species intelligibilis possit partialiter causare cognitionē obiecti cuius est: ꝛ omniū contentoꝝ tam virtualiter q̄ꝫ essentialiter. Dico ꝙ potest esse ꝑtialis causa respectu vnius cognitionis practice: ꝛ respectu alterius speculatiue. Exemplum: homo virtualiter cōtinet ꝓprias passiones: silr̄ taleꝫ vel talem bonitatem: cognitio causata a specie intelligibili hoīs vt tm̄ terminat ad quiditatē ipsius absolute pōt dici speculatiua. Cognitio ꝟo bonitatis hoīs ſm quā est diligibilis causata ab eadem specie intelligibili dicit practica. Silr̄ si obiectū esset in se pn̄s in cognitione intuitiua: non solū posset causare cognitionem sui intuitiuā: sed etiā oīm cōtentoꝝ virtualiter in eo: vt ptꝫ a doc. i̅. dist. 8. q. pen̄. ꝛ in quoli. ꝛ alibi. Et sic cognitio intuitiua hoīs absolute sumpti posset dici speculatiua: cognitio ꝟo bonitatis hoīs ſm quaꝫ est diligibilis posset dici practica: q̄ directiua in praxim. Et quando doc. dicit ꝙ cognitio practica habet rectitudinem ab obiecto: ꝛ silr̄ speculatiua habet ab obiecto vt dicatur speculatiua. Debet sic intelligi ꝙ idem obiectū ſm aliud ꝛ aliud virtualr̄ vel essentialr̄ cōtentū causat aliam ꝛ aliā notitiā: ita ꝙ si illud cōtentū esset ꝑ se ꝛ haberet virtutem causandi notitiā: tm̄ causaret notitiā vel practicam vel speculatiuā. Si em̄ bonitas obiecti esset ꝑ se ꝛ esset causatiua notitie sui: talis notitia esset practica. Si mō a cōtinente illam causaretur eadem notitia esset similiter practica. Hoc patet a Doc. vbi. s̄. in simili.

Hic soluunt istātie Greg. ꝛ Gul.

Et ex his patet ad omnes instantias quas facit Grego. vbi. s̄. ꝛ Gul. ocham in ꝓlog. q. 4. principali que est. io. in ordine. Qn̄ inferunt ꝙ si notitia practica diceretur practica ex hoc ꝙ virtualiter continet in obiecto ꝛc. ꝙ tunc notitia de omni re esset practica: ꝛ sic de triangulo/lapide/herba/ꝛ hmōi. Responsuꝫ est ꝙ non est incōueniens de eadem re ſm aliam ꝛ aliā ꝓprietatem accipere scientiam practicā ꝛ speculatiuā. Et silr̄ quando dicunt

ꝙ tunc metaphysica siue cognitio metaphysicalis q̄ est de deo sub rōne infiniti: prime cause independētis ⁊ hmōi: ꝙ esset practica negatur. ❡ Et dico primo ꝙ si cognitio istoꝝ tm̄ sumaṫ a sensibilib⁹: ꝙ ꝓprie nō diceṫ practica. Si vero esset ab ipso deo virtualiter cōtinente: nō haberem ꝓ incōueniē ti ipsam esse practicā: q₂ talis notitia haberet cōformitatē directiuam ab ipso deo in veram praxim. Cognitio autem metaphysicalis nō est nisi de cōceptibus sumptis a sensibilibus. vt. s̄. patuit. ❡ Dico etiam ꝙ non haberem pro incōuenienti ꝙ aliqua notitia immediate causata a deo vel a voluntate dei supplente vicem obiecti ꝙ dicaṫ speculatiua: et aliqua ꝙ dicaṫ practica. Exemplū. Si deus causaret in me notitiā puta prime independentie: vel notitiā silitudinis ⁊ equalitatis ꝑsonarū: vel notitiā paternitatis vel filiatōis diuine: vel notitiā cōceptus entis. qui predicatur de deo: ꝙ hmōi notitie dicanṫ speculatiue. Nam si oīa ista ꝑ se essent ⁊ causarent notitiā sui: certū est ꝙ talis notitia esset tm̄ speculatiua. Si vero causaret notitiā bonitatis dei: vel notitiā patris includentis bonitatem infinitā formaliter ⁊ hmōi: tales notitie essent practice: quia si hmōi obiecta ꝑ se essent ⁊ possent causare cognitionem sui: nō causarent nisi notitiā practicā. Et sic ptȝ ꝙ nō sequunṫ tot incōuenientia vt isti dicunt. ❡ Dico vltra ꝙ non est incōueniens aliquā cognitionem metaphysicalem esse practicam. Sed hoc pro nunc transeat. ❡ Ad alia q̄ dicit Greg. contra doc. ꝙ non sit aliqua notitia simplex ⁊ incōplexa practica. ❡ Dico primo ꝙ nō inuenio ꝙ doct. dicat absolute ꝙ sit aliqua notitia simplex ⁊ incōplexa practica: sic intelligendo ꝙ illa dicaṫ notitia incōplexa q̄ terminaṫ ad obiectū incōplexum. Nā notitia dei absolute sumpti nō est directiua alicuius actus voluntatis: qui terminet ad obiectū simpl'r incōplexum. Sed est directiua in hoc obiectū ꝙ deus est bonū diligibile: vel ꝙ deus sit in se diligibilis. Et sic talis notitia dictat deum esse diligendum. Si vero intelligat ipse ꝙ notitia practica dicatur cōplexa circa qualitatem opis: puta ꝙ dictet sic vel sic opari: hoc haberet ꝓbare. Sed quicquid sit: si a doc. ponitur notitia simplex ⁊ incōplexa practica debet intelligi de practica large sumpta: q₂ ꝓprie notitia practica dictat de aliquo vere agibili: ⁊ sic notitia cōclusionis circa agibile dicitur ꝓprie practica: ⁊ precipue quando dictat in particulari vt. ī. patebit. ❡ Dico vltra ꝙ si notitia simplex obiecti dicatur practica potest dici practica virtualiter: quia a notitia obiecti sumitur notitia principioꝝ practicabilium: et a notitia principiorum sumitur notitia conclusionum: ⁊ sic talis notitia simplex obiecti magis recedit a vera cognitione practica ⁊ accedit ad cognitionem speculatiuam: vt patet ꝑ rationē Doc. ī. ⁊ sic patet ꝙ instantie facte a Grego. contra doc. nihil concludunt.

De deo ꝑt eē notitia practica ⁊ speculatiua.

Notitia practica large vel ꝓprie.

Ibi. Sed obijcitur

q₂ ex. q. precedente deus non est hic primū subiectū inquātum finis. Hic Doc. arguit contra superius dicta. ⁊ primo cōtra hoc qđ dixit ꝙ scientia theologica respectu necessarioꝝ sumiṫ a subiecto theologico: siue a deo sub rōne deitatis. Cōtra hoc arguit: q₂. s̄. in p̄nti. q. dixit Doc. ꝙ oīa p̄ncipia practica sumunṫ a fine: sȝ deus sub rōne finis nō est subiectum theologie necessarioꝝ: vt. s̄. patuit in. q. de subiecto theologie. ❡ Rn̄det ad hoc argm̄ ibi. Ad p̄mū dico. Rn̄sio clara est: ⁊ stat in hoc p̄ncipia practica in theologia non sumunṫ a fine inquātū finis: supple inquantū includit illū respectū ꝙ est amari ⁊ desiderari: siue sm̄ aliū respectū. sed sumūtur a fine inquantum hȝ rōnem obiecti. Et tunc finis a quo sumunṫ principia practica in theologia: est tm̄ sub ratione deitatis. ❡ Scđo arguit doc. ꝙ cognitio finis vltimi nō sit vere practica. Ibi. Item cognitio finis vltimi non est immediate cōformis siue cōformatiua: nec nata est esse conformis siue cōformatiua īmediate praxis eliciende: ptȝ/q₂ cognitio propinque practica est de conclusione practica. ❡ Rn̄deṫ. ibi. Ad scđm dico. Et rn̄sio stat in hoc. Nā obiectum diciṫ cōforme. i. cōformatiuū praxis eliciende virtualiter ⁊ remote: ⁊ notitia practica ab eo ꝓducta dr̄ ꝯformis. i. conformatiua formaliter ipsius praxis: q₂ ab obiecto recipit ipsam rectitudinem a qua formaliter dr̄ conformatiua praxis: vt. s̄. dixi. Et talis notitia q̄ formaliter dr̄ cōformatiua praxis. ⁊ hoc ꝓpinque: est ꝓprie cognitio conclusionis practice: q₂ voluntas cōformiter elicit velle: puta deū diligere sup oīa: cognitio vero subiecti diciṫ cōformatiua remote ⁊ virtualiter: ⁊ sic cōcedit ꝙ cognitio talis finis in se est remote practica. ❡ Tertio arguit ꝓbando ꝙ sit aliqua cognitio theologica respectu necessarioꝝ que nō dicitur vere practica sed speculatiua: vt cognitio huius: deus est trinus: vel pater generat filiū. Et lr̄a clara est ex supradictis. ❡ Rn̄detur ibi. Ad tertiū dico. Hic doc. concedit absolute ꝙ oīs cognitio theologica que habetur virtute obiecti theologici est practica: quia noticia ipsius dei ⁊ cuiuscunq₃ intrinseci per ipsum cogniti: conformis est praxi aptitudinali siue conformatiua praxis: ⁊ etiam est prior si cognitū sit necessarium. Et hoc non contradicit his que superius dixi. s. ꝙ aliqua cognito que habetur virtute dei sit speculatiua: vt de cōceptu entis de p̄rnitate: silitudine: ⁊ eq̄litate. Ista eī sm̄ suas rōnes formales sunt vere speculabilia. Et qđ dicit ꝙ notitia cuiuscūq₃ intrinseci que habeṫ virtute dei est practica. Hoc dȝ intelligi de notitia complexa siue de notitia obiecti cōplexi: vt puta de ista pater est equalis filio ⁊ ecōtra. Debet etiam intelligi de notitia obiecti includētis bonitatem diuinam vel inclusi in tali bonitate. Non enim notitia paternitatis vt paternitatis dicitur ꝓprie theologica: sed magis methaphysica. Et si intelligat hic Doct. ꝙ oīs notitia que habetur virtute obiecti theologici siue complexa siue incomplexa: siue inclusa in bonitate diuina: siue circunscribendo ipsam sit practica: tunc teneaṫ illud qđ. s̄. dixi. ꝙ notitia q̄ habetur virtute dei est practica: ⁊ omittatur qđ dixi de p̄rnitate silitudine ⁊ equalitate. Prima tn̄ expositio magis videṫ ad mentē doc. vt ptȝ hic in lr̄a: vbi expresse vult ꝙ essentiale est ratio absolute terminandi actū amādi: ⁊ ꝑ ꝯn̄s si paternitas intelligereṫ circū scribi a ꝑfectione diuina essentiali magis dicereṫ obiectū speculabile: q₂ vt sic nō esset rō terminandi actū amandi. ❡ Ibi. Cum instatur de illis veritatibus q̄ videntur maxime theologice et nō metaphysice. vt deus est trin⁹: pater generat filiū: dicit ꝙ sunt practice. prima em̄ includit virtual'r notitiā rectitudinis dilectionis tendentis in tres personas: ita ꝙ si actus eliceretur circa vnā excludendo alias: sicut infidelis eliceret: esset actus nō rectus. Hic aduerte primo ꝙ hec veritas cōplexa deus est trinus ⁊ vnus nō diciṫ ꝓprie cōtinere notitiam rectitudinis ⁊c. q₂ notitia cōclusionis demonstrabilis virtualiter cōtineṫ a principijs vel a notitia principioꝝ vt. s̄. patuit de subiecto theologie: sed dicitur cōtinere virtualiter rōne subiecti. s. ipsius dei a quo principal'r accipiṫ rectitudo tam p̄ncipioꝝ q̄ȝ conclusionū practicabiliū. vt. s̄. patuit: ⁊ sic deitas vel notitia deitatis virtualiter cōtinet rectitudinē notitie hui⁹: deus est trinus ⁊ vn⁹. i. ꝙ ex se necessario causat notitiā triū vt rectā. Nota scđo ꝙ pōt eē notitia recta q̄ precise regulet in dilectionē vni⁹ ꝑsone: ptȝ/q₂ viator pōt recte frui vna ꝑsona non fruendo alia: vt ptȝ a doc. dist. 1. q. 2. huius. ⁊ in. 2. dist. 43. lȝ em̄ illa notitia excludat actu alia ꝑsonā: non excludit tn̄ habitual'r: vt. ī. patebit di. 1. q. 2. tunc em̄ esset actus nō rectus si simpl'r excluderet alias ꝑsonas. Sequiṫ: ibi. scđa includit notitiā rectitudinis sm̄ ꝙ actus est circa duas ꝑsonas: quarū vna est sic ab alia nō em̄ hec veritas pater generat filiū. prīo includit virtualiter talem notitiā sic rectā: sed deus sub rōne deitatis: eo mō quo. s̄. exposui aliā ꝓpositionē. Pōt etiā breuiter dici ꝙ includere rectitudinem notitie pōt dupl'r intelligi: vȝ originatiue ⁊ terminatiue. primo mō rectitudo notitie ab eo est originatiue a quo est talis notitia: ⁊ sic a solo deo sub ratione deitatis est primo originatiue. Secūdo mō ipsa veritas cōplexa diciṫ virtual'r cōtinere rectitudinem notitie ꝑ quanto talis notitia terminaṫ ad tale cōplexū: ideo em̄ est recta: q₂ est talis cōplexi: sicut dicim⁹ etiā ꝙ ideo actus est bonus ex genere: q₂ transit siue terminaṫ ad tale obiectū: vt ptȝ a doc. in. 2. dist. 7. ❡ Ibi. Si obijciatur ꝯtra hoc sic. Hic doc. arguit ꝓbādo ꝙ notitia de ꝑsonalibus sit simpliciter speculatiua: q₂ nō regulat volūtatem in dilectionē ꝑsonalium: ptȝ/q₂ rō terminandi actū dilectionis est bonitas essentialis: solum em̄ essentiale qđ dicit ꝑfectionem in diuinis est diligibile: personale autem cum nullam perfectionem formaliter dicat (vt patet a doc. ī. dist. 26. ⁊ alibi sepe) non erit ratio terminandi actum dilectionis: modo theologia magis est de personalibus q̄ȝ de essentialibus: q₂ essentialia plurima possunt a nobis in metaphysica cognosci: ergo theologia erit magis speculatiua q̄ȝ practica. ❡ Rn̄det doc. ꝙ aliud est loqui de termino dilectionis vt quo: et aliud vt quod. siue aliud est loqui de ratione formali terminandi actum dilectionis: ⁊ aliud est loqui de re que terminat. primo modo ponitur ꝑfectio sua bonitas siue essentialis siue attributalis ratio formalis terminandi actum dilectionis. scđo mō ponūtur ꝑsone terminare: sed tn̄ nō sufficit ad rectitudinem actus ꝙ habeat rōnē formalē ꝯuenientem in obiecto: sed etiā requiriṫ ꝙ habeat obiectū cōueniēs in quo sit talis rō formalis. ❡ Quarto p̄ncipaliter arguit doc. ibi. Itē tūc scīa dei esset practica. Et deducit ad incōueniens ꝙ notitia theologica in intellectu diuio posset di-

De ꝯformatiuo praxis ꝓpinque et remote.

Aduerte ne ꝯtradictionē putes.

Includere rectitudinem dupl'r p̄t intelligi.

Obiectio

Solo.

ci vere practica. ¶ Rñdet. ibi. Ad quartũ posset cõcedi ꝙ theologia dei de necessarijs sit practica. Hec lr̃a clara est hic ⁊ ex supradictis. Vult em̃ ꝙ possit dici practica ex his cõditionib⁹: vꝫ qꝛ prior praxi siue volitione diuina: ⁊ qꝛ talis cognitio quantũ est ex se est cõformatiua ⁊ directiua praxis quantũ ad volũtatem determinabilem siue rectificabilem: sed quantũ ad volũtatem indeterminabilem ⁊ irrectificabilem nõ põt dici practica: qꝛ cognitio ꝓprie practica ex supra habitis tres ꝯditiones requirit ꝙ sit prior praxi: ꝙ sit cõformatiua praxis: ⁊ ꝙ respiciat voluntatem determinabilem: ⁊ hoc vltimũ deficit in diuinis: ⁊ hec est expresse mens doc. vt. ĩ. patebit. ⁊ loquor semꝑ de cognitione dei respectu necessarioꝝ: qꝛ illa necessario ꝑcedit actũ diuine voluntatis. Secus est de notitia cõtingentium: qꝛ sequitur actum diuine volũtatis: vt ptꝫ in presenti. q. ⁊. ĩ. di. 39. ⁊ in quoli. q. 14. ⁊ litera clara est. ¶ Ibi. Tum qꝛ intellectus diuinus nõ discurrit. Per istam rõnem sicut ⁊ ꝑ priores ꝓbat ꝙ notitia necessarioꝝ i diuinis precedat actũ volũtatis: qꝛ intellectus diuinus nõ discurrit: ideo cognito primo obiecto: in eodem instanti oĩa necessaria sunt sibi nota. Et dicit doc. ꝙ hoc argm̃ minus cõcludit ꝙ̃ alia precedentia: qꝛ ⁊ si ibi non sit discursus: põt tñ intellectus diuin⁹ prius intelligere vnũ ⁊ posterius aliud: vt diffuse exposui. s. in illa. q. an theologia sit scientia. ¶ Sed in hoc qđ dicit doc. ꝙ intellectus diuin⁹ prius cognoscit oĩa necessaria in diuinis ꝙ̃ voluntas diuina velit illa. Occurrit aliqualis difficultas: tum qꝛ ſm ipsum disti. 1. primi. q. 2. ⁊ alibi sepe: intellectio ⁊ volitio diuina cum sint ꝑfectiones simpl'r: precedunt oẽm ꝓprietatem hipostaticã: ⁊ ꝑ ꝯñs volitio diuina intelligitur prior ista veritate necessaria: pater generat filiũ. Et doc. cõcedit. ĩ. dist. 6. ꝙ pater volens generat filium. Quero tunc: an pater in illo priori quo vult generationem filij intelligat generationem filij: ⁊ si sic: quero qua notitia an abstractiua: an intuitiua: nõ abstractiua qꝛ est imꝑfecta: non intuitiua: qꝛ illa sequit̃ existentiã obiecti presentis. Sed qꝛ hec difficultas est discutienda in dist. 10 huius primi rñdendo ad vltimũ argumentum principale. Ideo solutio hui⁹ differatur vsqꝫ ibi. ¶ Ibi. Si obijciat̃ ꝙ tunc voluntas diuina nõ erit prima regula sui in actib⁹ suis si eius actũ precedat notitia cui in agendo dꝫ cõformari ad hoc vt recte agat. Hic doc. facit tres rõnes cũ vna cõfirmatione: ꝓbando ꝙ notitia theologica dei respectu necessariorum: nõ dicatur vere practica: ⁊ dat duas rñsiones: ⁊ in prima cõcedit ꝙ sit vere practica: qꝛ hãt et tres cõditiones. s. qꝛ prior praxi: directiua praxis: ⁊ voluntas est practicabilis Sic intelligẽdo ꝙ ex ꝑfectione volũtatis est ꝙ ipsa tñ nata est conformiter agere potentie priori in agendo: hoc est: ꝙ tñ nouit prius quantum posset nosse: nõ aũt ꝙ sit determinabilis ab intellectu: qꝛ hoc dicit imꝑfectionem. Scđa rñsio est ꝙ talis notitia nõ dicatur ꝓprie practica: qꝛ deficit sibi tertia cõditio: qꝛ voluntas diuina nullo modo est potẽtia practicabilis: ⁊ hanc secundã responsionem videtur magis approbare: ⁊ lꝫ tota litera clara sit vsqꝫ ad secundũ arti. Expono tñ aliqua dicta in ista litera. Cum dicit primo ꝙ sicut libertas stat cum apprehensione obiecti preuia. i. ꝙ stante apprehensione obiecti volũtas circa illud põt libere elicere actum: lꝫ talis apprehensio sit simpliciter necessaria ⁊ ita summa libertas stat cum summa apprehẽsione preuia: apprehensio aũt praxis ꝑfectissima siue apprehensio obiecti ꝑfectissima: circa qđ voluntas nata est elicere praxim) includit notitiã cõformitatis quãdo ipsa necessario conuenit praxi. i. ꝙ talis apprehensio est vel formaliter vel virtualiter ipsa rectitudo praxis: vt. s. exposui: ⁊ hoc qñ ipsa scilꝫ apꝑ̃hensio necessario conuenit praxi. i. qñ ipa necessario est recta: nõ est aũt necessario recta nisi ab obiecto necessario qđ dat necessario rectitudinẽ praxi: vt. s. dixi. ⁊ dr̃ ꝯuenire necessario praxi: qꝛ hꝫ ab obiecto necessario hãc rectitudinem cui praxis cõformiter est elicienda. Sequit̃. Cũ addit̃ ꝙ tunc volũtas sit determinata aliunde. i. a tali apꝑ̃hẽsione obiecti. negandũ est: loquendo de determinatione que fit ꝑ agens sufficiens: sicut dicimus ꝙ cã ꝓ̃ma determinat scđaꝫ ad agendũ vel ꝙ calor in ligno sufficienter determinat ipm̃ ad agendũ: ⁊ hoc mõ apꝑ̃hensio nõ determinat volũtatẽ diuinã ad volendũ rem apꝑ̃hensaꝫ: qꝛ hoc repugnaret ꝑfectissime libertati: ⁊ posito ꝙ talis apꝑ̃hensio cõcurrat vt ꝑtialis cã ad actũ volũtatis tenendo illã tertiã positionẽ. di. 25. scđi. adhuc nullo mõ determinaret: qꝛ semꝑ volũtas diuina esset principalior cã sui actus: ⁊ hoc est qđ dicit parũ. ĩ. lꝫ em̃ nõ possit dissentire ⁊c. Sequit̃: sed ex ꝑfectione volũtatis est ꝙ ipsa tñ nata est ꝯformiter agere potentie priori in agendo quãdo illa prior prius ꝑfecte agit circa obiectũ: vult dicere ꝙ quãdo intellect⁹ diuinus cognoscit obiectũ vt diligibile volũtas diuina ex sua summa libertate diligit illud cõformiter tali notitie: sequit̃: hoc est tñ nouit prius supple intellectus diuinus quantũ potest nosse: qđ dico ꝓpter cõtingentia quarũ intellectus diuinus nõ hꝫ oẽm notitiã ante actum voluntatis diuine: vt ptꝫ a doc. ĩ. distin. 39. ideo circa illa: nõ opꝫ volũtatem diuinã cõformiter agere vt potentie priori cum cognitio talium sit simpl'r posterior: qꝛ ipsa. s. potẽtia intellectiua nõ prius ꝯformiter nouit tale obiectũ. i. ꝙ cognitio talis cõtingentis in intellectu diuino nõ est prior nec absolute: nec vt cõformatiua actu voluntatis diuine. Sequitur. sed semꝑ aliter accidit circa cognoscibilia necessaria ex se: qꝛ talis cognitio precedit vt prior absolute: ⁊ vt prior in conformando: ⁊ dicit necessaria ex se qualia sunt oĩa intrinseca ipsi deo: quiditates ꝟo que sunt ab eterno sunt tñ necessarie ſm quid: ⁊ in tali etiã esse dependent ab intellectu diuino: vt ptꝫ a doc. ĩ. dist. 3. q. 4. dist. 35. 36. 43. ⁊ in secũdo dist. 1. q. 1. ⁊ in quoli. q. 14. Et qđ etiã dicit ꝙ volũtas diuina necessario conformatur tali apprehensioni necessarioꝝ. nõ necessario conformatur vt cause necessario producenti ⁊ determinanti: sed hoc est ex sua infinita perfectione ꝙ quando ostenditur sibi ab intellectu obiectũ formaliter infinitum ⁊ infinita dilectione diligibile. necessario diligit illud. vt magis infra patebit distin. 10. Sequens litera non indiget expositione cum hic sit clara ⁊ etiam ex supradidictis.

Secundus arti. questionis est de theologia contingentium. Dicit doc. in presenti arti. duas conclusiones. ¶ Prima ꝙ theologia contingentium in intellectu creato est simpliciter practica: puta notitia huius filius dei est incarnatus. Talis notitia: quia prior praxi: quia directiua in praxim: quia respicit voluntatem creatam determinabileꝫ ⁊ rectificabilem: sequitur ꝙ sit vere practica. ¶ Scđa conclusio est ꝙ notitia theologica cõtingentium: in intellectu diuino non est practica: tenendo ista duo. Primum ꝙ cognitio practica ⁊ praxis ad quam extendit̃ sint simpl'r in eodem supposito. Scđm ꝙ in deo nõ ponat̃ tertia potentia alia ab intellectu ⁊ volũtate: q̃ ſm aliquos dicit̃ potẽtia executiua sequẽs determinationẽ volũtatis. ¶ Ibi. Illud primum est dubium. Dicit Doc. est dubium ꝙ ad hoc vt aliqua notitia dicat̃ practica oportet ꝙ sit simpliciter in eodem supposito in quo praxis elicit̃ siue a quo praxis elicit̃. Probat tamen hoc duplici rõne: videlꝫ ꝙ talis notitia q̃ nõ respicit praxim in eodeꝫ supposito nõ sit vere practica: qꝛ si esset practica sequeret̃ ꝙ cognitio mea de hoc ꝙ est deum creare mundũ esset practica. Nam cognitio est in me: ⁊ creatio mundi que dicitur praxis suo modo est in deo. Similiter ista cognitio esset practica qua cognosco intelligentiã mouere celũ: mouere em̃ celũ effectiue est in supposito intelligentie: ⁊ notitia qua cognosco est in me. ¶ Ibi. Saltem videtur hoc concludere ꝙ cognitio practica nõ potest esse alicuius intelligentis inferioris operante superiore ſm illam praxim. Supple ſm quam operatur superius: nisi forte ſm illam praxim superioris inferius cuius est cognitio aliquid est operet̃: qꝛ tunc forte posset concedi practica. ¶ Secũda ratio est ibi. Item si cognitio practica. ⁊ ratio stat in hoc qꝛ ex quo cognitio practica videt̃ habere causalitatem respectu praxis eliciende: sed cognitio mea qua cognosco angelũ mouere celum nullã causalitatẽ hꝫ respectu talis motus: si ergo hꝫ aliquã causalitatem tñ habebit respectu praxis eliciende a supposito in quo est cognitio talis: ⁊ sic nõ erit practica respectu praxis eliciende in alio supposito. ¶ Ibi. Contra. Hic arguit Doc. ꝙ si cognitio illa qua cognosco intelligentiã mouere celum non est practica: ergo erit speculatiua: ⁊ tamen cognitio qua intelligentia cognoscit se mouere celum: erit practica: vt patet. Et sic de eadem conclusione poterit esse notitia practica ⁊ speculatiua: quod est inconueniens. Et declaro istam literam. Cum dicit. Igitur de eodem: puta obiecto vel conclusione. vnus intellectus haberet notitiã practicam. s. ille intellectus: cuius supposítũ habet in potestate sua actionẽ vel praxim. Alius speculatiuam scilꝫ ille intellectus cuius suppositũ nõ habet in potestate sua praxim: sicut est de ista. Cognosco angelum mouere celũ. Ista cognitio nõ erit practica: qꝛ praxis que est mouere celũ nõ est in potestate mea. Secus si talis praxis posset esse in potestate mea. Et hoc est quod sequitur. Si praxis esset possibilis vni intelligenti ⁊ non alij. Respondet Doc. ibi. Ad hoc potest dici ꝙ ꝑfecta rectitudo praxis includit circũstantiam operantis sicut ⁊ alias circunstantias. Hic Doc. expresse concedit: ꝙ quevis notitia sit in vno supposito: ⁊ praxis in alio supposito:

Notitia ꝓprie practica hꝫ tres cõditiones.

Dubium.

Solo dat̃ alibi.

Expositio litere.

Quõ voluntas diuina necessario diligit.

Pr̃ia cõclusio.

Scđa cõclusio.

ꝙ talis notitia erit vere practica si dictet de circunstantijs ⁊ vna de circūstantijs que requirit̄ est circūstantia cause si- ue opantis: vt ptȝ a doc. in. 2. dist. 40. ⁊ sic cognitio qua co gnosco deum esse amandū: puta ab angelo est vere practi ca: qꝛ est directiua quantū est de se in praxim. Et similiter cognitio qua angelus cognoscit homini esse ieiunandū: et silr cognitio qua deus cognoscit homini esse ieiunanduȝ. Et sic cōcedit doc. ꝙ pma ꝓbatio infert tanꝗ incōueniens id est ꝙ cōcedit hoc ꝙ cognitio mea: de hoc qđ est deū crea re mundū: vel de hoc qđ est intelligentiā mouere celuȝ sit vere practica: qđ ibi inferebat̄ tanꝗ inconueniens. ¶ Ibi. Et si obijciat̄ ꝙ non saluat̄ prioritas practice cognitionis ad praxim: prius enim dilectio dei respectu sui est recta ꝗ homo vel angelus possit intelligere ꝙ deus est amandus a voluntate. ¶ Rn̄detur a doc. ibi. Rn̄deo ista ꝓoritas. Di cit Doc. ꝙ ꝗuis cognitio qua cognosco deuȝ esse amandū a diuina voluntate sit actu posterior volitione diuina: quia tamen quantū est ex parte obiecti ⁊ intellectus nata est esse prior: qꝛ deus quantum est ex ꝑte sua natus est respectu cu- iuscūqȝ intellectus causare notitiā huius: deus est aman- dus a quacūqȝ voluntate. priorem omni volitione: etiā vo

Obiectio litione diuina. ¶ Et si hic dicat̄ ꝙ prior est volitio diuina ꝗ cognitio huius in intellectu creato: etiā si intellect⁹ crea tus esset ab eterno: imo vt dicit doc. in di. 1. q. 1. 2. Prior est ꝓductio ad intra quacunqȝ ꝓductione ad extra siue simplr siue quid. Volitio auteȝ diuina cum sit ꝑfectio simpliciter

Solo. simplex est prior omni ꝓductione ad intra: vt vult Doc. in pluribus locis. ¶ Dico ꝙ solutio est facilis: qꝛ obiectum quantū est ex ꝑte sua si esset presens intellectui in rōne obie cti intelligibilis: semꝑ natum est ꝓducere notitiā sui prius ꝗ voluntas habeat actū circa illud. Et si modo voluntas prius de necessitate elicit actū priorem omni notitia creata hoc nō est ex rōne formali volūtatis: sed ex hoc qꝛ necessa rio est prior ꝓductio ad intra tam respectu opationis ꝗ re- spectu ꝑsone: ꝗ sit aliqua actio ad extra: ⁊ de hoc vide dif- fuse in doc. di. 1. q. 1. scđi. ⁊ in quoli. q. 14. ¶ Ibi. Ad aliam obiectionē. Hic rn̄det doc. ad secundā rōneȝ qua ꝓbauit ꝙ cognitio de praxi alterius volūtatis nō est practica: qꝛ co- gnitio practica hȝ aliquā causalitatem respectu praxis eli ciende: sed talis cognitio nō pōt causare actum voluntatis existentis in alio supposito. Dicit doc. ꝙ si loquamur de co gnitione stricte sumpta: que est īmediate applicabilis ad opus quantū est ex identitate suppositi cognoscentis ⁊ ope

Exposi- tio litere. rantis: cognitio mea de praxi alterius volūtatis nō erit sic practica: nō tn̄ negat̄ quin sit vere practica. ¶ Hanc tn̄ li- terā expono ꝙ loquendo de practica ꝓprie sumpta (tenēdo ꝙ practica ꝓprie sit cā vel totalis vel ꝑtialis praxis elicien de) opȝ ꝙ tam cognitio ꝗ praxis elicienda sint in eodē sup posito: qꝛ cognitio in vno supposito nō videt̄ causa praxis eliciende ab alio supposito: ⁊ posito ꝙ sic possit esse (qꝛ non habeo pro incōuenienti ꝙ cognitio puta angeli existens in intellectu aīe separate possit partialiter causare volitionem illius in voluntate alterius: cōcurrente tamen illa volunta te vt posset patere ex his que posui in scđo dist. 9.) adhuc nō diceretur forte ꝑfecte practica: qꝛ perfecte practica requirit identitatem suppositi intelligentis ⁊ opantis: qualem de- nominationem denotat infinitiuus signans praxim cōstru ctus cum scire: sicut dicimus Fran. scit opari moraliter: ibi nō tm̄ notatur ꝙ Fran. habeat notitiā de opatione morali sed ꝙ scit elicere opationem moralem. Et sic conceditur ꝙ solus deus scit se diligere infinite: lȝ angelus sciat ipsum in- finite a se diligendum. Nam cum dico scit se infinite dilige- re denotatur ꝙ habeat in se formaliter scientiam ſm quam scit elicere actum infiniti amoris: ⁊ sic denotatur identitas suppositi scientis ⁊ amantis: sicut etiā dicimus pater in di- uinis scit generare filium. i. ꝙ habet scientiam qua scit gene rare filium: ⁊ ideo lȝ filius in diuinis sciat generationem pa tris: nō tamen scit generare: qꝛ in primo tm̄ denotat̄ ꝙ fili⁹ cognoscit generationem qua pater generat. in scđo non tm̄ notatur scientia: sed etiā notat̄ ꝙ ipse vere possit generare ⁊ sciat vere generare. Et sic lȝ angelus sciat deum a se. s. deo diligendū infinite: nō tn̄ scit diligere deum infinite: qꝛ tunc notaret̄ ꝙ haberet scientiā qua sciret diligere deū infinite: quod est falsum: qꝛ deus tm̄ a seipso est diligibilis infinite. ¶ Ibi. Qui sic rn̄det. In ista lr̄a intendit duas cōclusiōes

Pria cō- clusio. prima est tenendo ꝙ scientia practica possit esse in vno sup posito: ⁊ praxis elicienda in alio supposito: tunc oēs verita tes de praxibus agentiū causatoꝝ possunt cognosci a quo- cūqȝ intellectu practice: qꝛ respectu illarū possunt prius co gnosci ꝗ eliciant̄. ptȝ / qꝛ intellectus meus vt intellectus etiā creatus quātū est ex se pōt cognoscere oēs veritates de pra xibus omnium causatoꝝ anteꝗ eliciant̄: ⁊ silr ab intellectu diuino: immo ab intellectu diuino prius necessario cogno scunt̄: cognouit eī̄ ab eterno me velle ieiunare hodie ⁊c.

Secunda cōclusio est ꝙ oēs veritates de volitione diuina necessarie sunt practice: puta ista / deus est summe diligen- dus a se. An modo in oī intellectu sint practice: dico ꝙ in intellectu increato essent practice si voluntas diuina esset regulabilis: tn̄ quantū est ex ꝑte sua sunt practice: qꝛ habēt ab obiecto rectitudinem ⁊ directiuitatē: in intellectu etiā creato quantū est ex se possunt dici practice: tenēdo ꝙ scie- tia practica nō requirat necessario idētitatem suppositi co gnoscentis ⁊ opantis: qꝛ talis cognitio nata est ex obiecto habere rectitudinem. Sed contingentes de volitione diui na: puta de ista / volūtas diuina vult me diligere Io. non sunt practice: qꝛ ante istā praxim ad quā extendunt̄ nō ha- bent cōformitatem. i. non sunt cōformatiue praxis: immo iste veritates de volitiōe diuina sunt simplr posteriores vo litione diuina qua vult illas. exemplū: deus practice cogno scit homini esse penitendū: qꝛ talis cognitio nata est dirige re in actū pnīe: ⁊ hȝ rectitudinem nō ab obiecto sed simpli citer a determinatione volūtatatis diuine: vt. s̄. patuit (te- nendo etiā ꝙ notitia practica nō requirat identitatē sup- positi cognoscētis ⁊ opantis) sed non cognoscit practice ꝙ deo est volendum hoiem penitere: qꝛ talis cognitio nullo mō precedit talem volitionē. ¶ Ibi. Si q̄ris qualis ē theo logia ꝯtingētiū an. s. simplr practica an speculatiua: ⁊ hoc loquendo de theologia in se nō cōparando alicui intelle- ctui. Dicit ꝙ talis est in se qualis est ex obiecto: nō est aūt ex obiecto ꝯformis. i. ꝯformatiua praxis: qꝛ ex obiecto nul la nata est haberi notitia determinate rectitudinis cōtin- gentis: vt. s̄. patuit: ⁊ ꝑ ꝯn̄s ex obiecto nō est practica: ⁊ ꝑ ꝯn̄s in se erit speculatiua. Huic cōgruit ꝙ in intellectu diuino nō sit practica: sic intelligendo ꝙ in tali intellectu non sit practica ex obiecto neqȝ de volitione diuina respectu con- tingentiū neqȝ de volitione creata respectu cōtingentium: tenendo vt. s̄. practicā requirere idētitatē suppositi cogno scentis ⁊ volentis: mō talis videt̄ esse in re in se qualis est in ꝑfecto genere illo nō in imꝑfecto: ⁊ qꝛ in intellectu diui no nullo mō est practica ex obiecto neqȝ de volitione diui na: ideo simplr ⁊ in se nullo mō est practica: ꝑcipue loquen do de practica ex obiecto: ergo si in intellectu diuio est spe culatiua: ergo simpliciter ⁊ ī se erit speculatiua. ¶ Ibi. Si obijciat̄. Hic doc. instat ꝯtra hoc qđ dixit. s. ꝙ theologia cō tingentiū est in se speculatiua ⁊ ex alia ꝑte ꝯcedit ꝙ in in- tellectu creato est practica: vt. s̄. patuit: ⁊ ꝑ ꝯn̄s sequitur ꝙ practicū nō repugnat speculatiuo: ⁊ sic idem erit practicuȝ ⁊ speculatiuū. ¶ Dicit ꝙ esse practicū ex obiecto ⁊ esse per se speculatiuū ex obiecto ꝑ se opponūtur: ⁊ sic eadem scien tia nō pōt ꝑ se esse practica ⁊ speculatiua ꝑ se ex obiecto: sed bene aliqua cognitio que ex se est speculatiua potest di ci practica non ex illo obiecto quod respicit nec ex alio sȝ aliunde: puta a voluntate determinante intellectum ad no titiam praxis. i. ꝙ voluntas diuina determinat hanc pra- xim esse rectam. s. adorare christū in eucharistia: ⁊ tunc co- gnitio illius erit practica: qꝛ vere regulatiua in actum re- ctum ex determinatione voluntatis diuine. Si eī̄ nō esset sic determinatū: talis adoratio nō diceretur recta: ⁊ ꝑ cō- sequens cognitio talis nō esset practica: sed speculatiua ex tali obiecto: dicit̄ ergo practica tm̄ ꝑ accidens: qꝛ a determi natione volūtatis diuine: ⁊ tale practicū nō repugnat spe- culatiuo in se. ¶ Ibi. Contra hoc. Hic doc. instat ꝓbando ꝙ notitia cōtingētiū nullo modo nec ꝑ se nec ꝑ accidēs ꝑt dici practica: quia cui conuenit vnum oppositorum ꝑ se si- ue primo modo siue secūdo modo dicendi per se: aliud op- positum nec per se nec per accidens conuenit: exemplū de primo modo: rationale conuenit ꝑ se primo modo homi- ni: irrationale non conuenit sibi nec ꝑ se nec per accidens. exemplū secundi: risibile cōuenit ꝑ se secundo modo homi ni: rudibile nec per se nec per accidens conuenit: cum ergo practicum ⁊ speculatiuū sint opposita: sequitur ꝙ si notitie contingentium conuenit per se esse speculatiuum: ꝙ esse practicum nec per se nec ꝑ accidens possit conuenire. Re- spondeo: licet antecedens posset exponi de per se primo mo do vel secundo modo: non autem tertio modo: prout dicit idem quod solitarie. ¶ Sensus huius litere est ꝙ hoc an- tecedens. s. Cui conuenit vnū oppositorum per se: ei aliud oppositū nec per se nec per accidens cōuenit: non debet sic exponi vt ly per se accipiat̄ pro ꝑseitate tertij modi prout idem est qđ solitarie conuenire: qꝛ si vnum oppositum con- uenit solitarie alicui nō cōuenit sibi aliud: ⁊ sic accipiendo ly per se: aīs non habet difficultatem. Potest etiam expo-

ni: q₂ aliquid conuenire alicui est predicari de ipso. Ideo illud non conuenit sibi ꝑ se tertio modo: q₂ vt sic tm̄ est ꝓpositio de secũdo adiacente: non de tertio. ¶ Ibi. Tamen concedo ꝙ nullo modo inherendi inheret opposituũ predicati huius qꝺ est ꝑ se esse speculatiuũ: q₂ theologia cõtingens ꝑ se secũdo modo est ꝑ se speculatiua: ita ꝙ inherentia sit ꝑ se ⁊ predicatũ determinetur ꝑ se: vult dicere ꝙ esse ꝑ se speculatiuũ inest ꝑ se secundo modo theologie contingentium: sicut dicendo: homo ꝑ se secũdo modo est risibilis ꝑ se. i. ꝙ hoc predicatum risibile inest homini ꝑ se secũdo modo: ita ꝙ predicatum sit ꝑ se ⁊ ꝑ se inhereat: est enim aliquod predicatum ꝑ se: quod tamen ꝑ se non inheret: sicut hic homo est albus album est suo modo vnum predicatum per se: q₂ ꝑ se potest predicari de isto albo: ⁊ isto: non tamen inheret ꝑ se homini. Sequitur. Sed ꝑ accidẽs esse practicum. per accidens non opponitur illi. i. ꝙ practicum ꝑ accidens. quale est a voluntate diuina: vt. s̄. dixi. non opponitur speculatiuo nec per se nec ꝑ accidens: immo stant simul. sed practicum per se quod est ex obiecto opponitur speculatiuo: ideo tale nec ꝑ se nec per accidens inest speculatiuo. ¶ Ibi. Si arguitur per se est speculatiua per se: ergo ꝑ se est speculatiua: vult dicere. si theologia contingẽtium ꝑ se scilicet secũdo modo est speculatiua per se: id est speculatiuum per se inest theologie contingentium ꝑ se secundo modo: ergo per se: ⁊ simpliciter est speculatiua: conceditur: sed tunc practicum per accidens. de quo supra dixi: non repugnat tali scientie speculatiue ꝑ se: sed bene practicum per se simpliciter repugnat. ¶ Ibi. Si ꝓ alterum istorum que tenet ista responsio nõ teneatur: id est ꝙ si nõ teneatur ꝙ scientia practica requirat identitatem suppositi cognoscentis ⁊ operantis quo ad primum: sed teneatur ꝙ possit esse practica respectu praxis eliciende in alio supposito: ptꝫ ꝙ tam in intellectu diuino q̄ʒ creato potest dici practica: siue nõ teneatur: quo ad secundum: ꝙ nõ sit in deo potentia executiua alia a volitiua: sed teneatur ꝙ vltra volitiuam sit etiam in deo potentia executiua: ptꝫ ꝙ in deo potest esse scientia practica de contingentibus: q₂ lꝫ cognitio dei nõ sit prior actu voluntatis respectu contingentium: est tamen prior actu potentie executiue: ⁊ sic ptꝫ. Doc. tamen in litera sequenti videtur declinare ad hoc ꝙ theologia in intellectu diuino nullo modo sit practica nec respectu necessariorum: q₂ voluntas diuina est ex se determinata ad rectitudinem actus circa essentiam diuinam: nec respectu contingentium: loquendo semꝑ de practica que requirit identitatem suppositi cognoscentis ⁊ operantis: q₂ non videtur poni ibi alia potentia executiua ⁊c.

Ad argumenta ꝓ̄ncipalia ꝓ̄me questiõis. Primũ argumentum cuꝫ sua r̄nsione clarum est. ¶ Primo em̄ arguit sic Io. 20. hec autem scripta sunt vt credatis. i. ꝙ ista ordinantur ad credere ⁊ tale credere est speculatiuum: ptꝫ / q₂ ei succedit visio clara. vt patebit in quarto. distin. 49. ¶ R̄ndet ꝙ fides non est habitus speculatiuus: patet / quia ad actum practicum inclinat: q₂ ad credere quod dirigit voluntateꝫ in praxim respectu creditorum: nec credere est speculatiuum: ptꝫ / quia ordinatur ad veram praxim: puta ad dilectionem credendorum: nec similiter clara visio ptꝫ q₂ visio deitatis est directiua in fruitionem obiecti clare visi. ¶ Secundo arguit ibi. Preterea. Practica ponitur esse circa cõtingẽs. tertio de aĩa. t. c. 49. Sed obiectũ theologie non est cõtingens: ergo ⁊c. ¶ R̄ndet doc. ibi. Ad secundum dico. Hec r̄nsio stat in hoc: ꝙ lꝫ obiectum agibile qꝺ presupponitur cognitiõi practice: aliquando sit necessariũ in se: vt in ꝓposito de subiecto theologie: tamen q₂ finis agibilis obiecti est actio ⁊ illa cõtingenter causatur: scientia practica est circa illam actionem cõtingentem quã dirigit ⁊ regulat: ⁊ talis actio dꝛ obiectum ꝯtingens scientie practice. ¶ Ibi. Cõtra hoc arguit primo. q₂ scientia est necessarioꝝ: vt ptꝫ. 1. poste. t. c. 51. similiꝛ 6. ethi. Scientificum distinguit a ratiocinatiuo. i. practico penes necessariũ ⁊ cõtingens. ¶ Preterea. Si theologia est circa contingens agibile. ergo est habitus actiuus cum rõne vera: ⁊ hec est diffinitio prudentie: vt dicit. 6. ethi. c. 6. ergo theologia est prudentia: ⁊ non scientia. ¶ R̄ndet doc. ad primũ ibi. Ad ꝓ̄mum r̄ndeo. Et ꝓ intelligentia huius r̄nsionis nota ꝙ scientia est tm̄ de necessario cõplexo: vt. s̄. patuit in illa. q. an theologia sit scientia: ita ꝙ ex ꝑte sua requirit tm̄ necessitatem inherentie predicati ad subiectum: ⁊ nõ requirit necessario subiectum illius cõplexi esse in se necessarium. Nota etiam ꝙ obiectum immediatũ notitie practice (qꝺ est operatio) lꝫ in se sit mere cõtingens: põt tamen de illa operatione aliquid concludi de necessitate: puta q₂ demonstrat ipsam necessario esse rectam si conformiter eliciatur cognitioni practice recte. ⁊ sic scientia practica lꝫ sit circa cõtingens in se: est tm̄ de complexo vt de necessario: ⁊ dicitur cõplexum necessariũ q₂ omnino infalsificabile: ⁊ sic ptꝫ litera doc. ¶ Ibi. Tunc ptꝫ ad auctoritatem. 1. poste. Scientia est necessariꝫ dicti de cõtingente. i. ꝙ est de aliqua ꝓprietate respectu alicuius subiecti cõtingẽtis in se: ⁊ nõ oportet intelligere ipsam ꝓprietatem esse necessariam in se: sed ꝙ necessario inhereat. Sequit in litera. Et ita veritates necessarie includũtur in veritate cõtingentis vel cõcluduntur de aliquo qꝺ est cõtingens ꝑ rationes alicuius ꝓ̄oris necessariꝫ. Nam iste veritates necessarie in sciẽtia practica cõcluduntur de aliquo cõtingente ꝑ rationeꝫ alicuius ꝓ̄oris necessariꝫ nõ in se necessariꝫ: q₂ si subiectum nõ est necessarium nec inclusum erit necessariũ: debet ergo sic intelligi ꝑ rationem necessariꝫ. i. necessario sibi cõuenientis. ¶ Ibi. Per idem ad auctoritatem. 6. ethico. hec r̄nsio patet ex supradictis. Quia em̄ habitus ꝑtis ratiocinatiue id est potentie practice est circa actum inquantũ cõtingenter elicitur. aliter ille actus nõ esset in potestate agentis: et sic artifex nõ indigeret virtute ad recte agendũ: vt expositum est in ꝓ̄mo arti. Sed habitus scientificus. i. ꝙ talis habitus practicus vt dicitur scientificus est circa eũdem actũ nõ absolute: sed inquantũ de eo aliquid necessario concluditur: cõcluditur em̄ ꝙ necessario sit rectus: si elicitur conformiter tali habitui. ¶ Ibi. Si obꝫcit ⁊c. ĩ. ad hoc r̄ndet. ¶ Ibi. Ad secundũ. s. de prudentia. Et dicit doc. ꝙ diffinitio prudentie debet intelligi de habitu actiuo primo: qualis est habitus acquisitus ex actibus. Unde sicut circa factibilia ars se habet ad habitũ exꝑti: ita circa agibilia se habet scientia moralis ad habitũ prudentie. Nã habitus vno modo accipit ꝓ habitu acquisito in vlĩ. i. qui nõ acquirit ex hoc actu ꝑticulari vel hoc: vt ꝙ vnus homo est ordinabilis ad beatitudinem: ⁊ hoc siue de actionibꝰ immanentibꝰ: siue transeũtibus. Alio mõ pro habitu acquisito ex actibus practicis. i. dictaminibꝰ in ꝑticulari vt ꝙ domus debeat sic vel sic edificari. ⁊ sic talis habitus ꝓprie dicit prudẽtia. De hoc vide doc. ĩ. dist. 17. Et ex hoc ptꝫ ꝙ ratio Gul. ochaꝫ in ꝓlo. q. 4. que est. 11. in ordine: quã facit cõtra hoc qꝺ dicit Doc. de habitu prudentie nihil concludit: vt patet intuenti eam. ¶ Tertio principaliter arguit doc. ꝑ auctoritatem Boetꝫ. de trinita. vbi assignat tres ꝑtes speculatiue. quarum vna est theologia s̄m eum: q₂ dicit ibi ꝙ subiectũ huius est prima substantia: de qua dicit ꝙ substantia dei caret materia. ¶ R̄ndet doc. ꝙ Boe. intelligit de meta. quã vocat diuinã sicut etiã phũs. 6. meta. t. c. 2. dicit meta. diuinã: q̄ apud ip̄m est speculatiua: q₂ diuidit ibi speculatiuã in mathematicaꝫ naturalẽ ⁊ diuinã. Et qꝺ addit Boe. de subiecto huiꝰ ꝙ est ꝓ̄ma substantia ⁊c. verũ est ꝙ deꝰ cõsiderat in metaph. ꝑfectissime quas in aliꝫs scientꝫs humanitꝰ acquisitis cõsiderari põt: tm̄ vt ibi ꝓcise ꝯsiderat in ꝯceptibꝰ cõibus sensibilibꝰ hoc est ab ipsis sensibilibꝰ abstractis: nõ em̄ cõsiderat ibi vt obiectũ attingibile ꝑ actũ volũtatis: sicut in theologia consideratur: ⁊ certũ est vt. s̄. dixi cõtra Greg. ꝙ de eodẽ obiecto vt diuersimode ꝯsiderato põt esse habitꝰ practicus ⁊ speculatiuus: ⁊ hoc est qꝺ dicit doc. parũ. s̄. in illa obiectiõe. s. ꝙ nõ est idẽ obiectũ habitus sciẽtifici ⁊ rõcinatiui: quõ idẽ obiectũ põt esse pluriũ habituũ: tm̄ diuersimode cõsideratũ: idem tm̄ habitus nõ põt esse pluriũ obiectoꝝ: q₂ tunc idem dependeret a duobus obiectis: qꝺ est ĩpossibile: vt alꝛs ostẽsum est. ¶ Quarto ꝓ̄ncipalꝛ arguit ibi. Omni practica aliqua speculatiua est nobilior: nulla aũt est nobilior theologia: ergo theologia nõ est practica. Probatio maioris. Tũ q₂ speculatiua est sui gr̄a: q₂ est in sola speculatione. practica ꝟo est gr̄a vsus: q₂ ipsa ordinatur ad opus. Tũ q₂ speculatiua est certior: vt ptꝫ. 1. meth. in ꝓlo. R̄ndet doc. ⁊ ꝓ̄mo dicit vnũ notabile: scꝫ ꝙ nobilitatis est inferiori attingere suum superius s̄m phm̄. 7. poli. c. 14. vel. 9. ⁊ accipit ibi attingere pro ordinari: ⁊ sic sensitiua in homine q₂ immediate ordinatur ad intellectiuã est nobilior sensitiua in bruto. potentia enim sensitiua exterior ordinatur ad sensitiuam interiorem: ⁊ interior ad intellectiuam: ideo intellectiua pro statu isto dependet a sensibus saltem occasionaliter: vt. ĩ. patebit dist. 3. q. 4. ⁊ sic illa sensatio est simpliciter nobilior que ordinatur ad nobiliorem operationem respectu potentie nobilioris. Sequitur ꝙ illa cognitio erit nobilior que ordinatur ad actum voluntatis q̄ʒ illa que nullo modo ordinatur: quia actus voluntatis est nobilior: quia nobilioris potentie: hoc supponit vt verum. Et probat hoc subtiliter in quarto distinc. 49. Secundo dicit ꝙ phũs non ponit aliquam scientiam esse cõformem praxim. i. cõformatiuã pra-

praxis volūtatis circa finē: q2 poſuit volūtatē circa finē hēre
tm̄ quādā motionē naturalē: ſiue quādā naturalē inclina=
tionē: ⁊ ꝑ ꝯñs reſpectu illius non poſuit ſciētiam directiuā
Si tamen poſuiſſet aliquam praxim circa finem. Uult di
cere breuiter: ꝙ ſi philoſophus poſuiſſet aliquam praxim
circa finem vltimum: non negaſſet ſcientiam practicam re
ſpectu iſtius praxis eſſe nobiliorem ſpeculatiua ſciētia cir
ca idem: puta ſi aliqua eſſet ſpeculatiua circa illa circa q̄ ē
ſcientia moralis non diceret iſtam ſpeculatiuam eſſe nobi
liorem morali ſcia ⁊c. ¶ Ibi. Ad ꝓbationem primam. Di
cit doc. ꝙ illa eſt nobilior ſcientia: que eſt gratia alicuius
actus potētie ſuperioris ſe: qualis eſt theologia q̄ eſt gr̄a
praxis eliciende a volūtate: que eſt nobilior intellectu. Il
la vero que eſt tm̄ gratia actus inferioris potentie ē igno
bilior illa: que eſt gratia ſui: et hoc ſi illa que eſt gratia ſui
ſit nobilioris potentie. ¶ Ad aliam ꝓbationem de certi=
tudine dicit Doc. duo. Primum: ꝙ quelibet ſcientia reſpe
ctu ſui obiecti: eſt eque certa ſm̄ proportionem: quia que=
libet reſoluitur in ſua principia īmediata: ⁊ patet etiā ſu=
pra. q. de ſubiecto theologie: ꝙ ſcientia eſt certa ⁊ infalli=
bilis notitia de obiecto neceſſario per cauſam euidentem
applicatam per diſcurſum ſyllogiſticum: et ideo quelibet
ſcientia vt ſcientia eſt eque certa: non eſt tamen eque cer=
ta ſm̄ quantitatem. i. ꝙ vna poteſt eſſe perfectior alia. illa
enim que eſt obiecti perfectioris ⁊ certioris eſt certior. Et
ſic quia philoſophus poſuit ſcientiam practicā tātum cir
Septi de trin. c. 1. ve[...] na vere dicat̄ relatiue. tūc non erit essentia: pꝫ/ qꝛ si relatiue dicitur: dicit relationē ⁊ fundamentū absolutū. Quero ergo de fundamento si est essentia diuina non dꝛ relatiue: qꝛ fundamentū relationis nō dꝛ relatiue ad aliud: sed solum illud qd̄ cōstat ex fundamento ⁊ relatione: ⁊ sic pꝫ dictum Aug. ⁊ qd̄ dicit infra. c. 3. Quapropter si pater nō sit aliq̄d ad se: nō erit aliquid qd̄ ad alterū dicatur. Sensus est: ꝙ si pater nō dicit aliq̄d ad se. i. aliqd̄ fundamentum relationis absolutū: sed tantū dicat paternitatē: tunc pater nō relatiue refertur: patet qꝛ paternitas nō refert̄. ergo oportet ꝙ illud quod relatiue dicitur ad aliud dicat duo. s. fundamentum absolutū relationis ⁊ ipsam relationē: ⁊ sic intēdit ꝓbare ꝙ essentia diuina sit vere fundamentū paternitatis et
Prima difficul. filiationis: ⁊ per consequens prioꝛ origine: ⁊ sic patꝫ ratio doctoris. ¶ Sed occurrūt due difficultates. Prima: quia videtur ꝙ Doc. sibi contradicat in hoc quod dicit: ꝙ omne relatiuum loquendo semper de relatiuo reali: includit aliquod absolutum. Nam s̄m ipsum proportionalitas est relatio vere fundata in alia relatione. s. in proportione vt declaraui in. q. 1. huius dist. ergo proportionale erit relatiuum: et tamen nō includit aliquod absolutū. ¶ Preterea. Ipse vult in isto ꝑ. distinctio. 19. q. 1. ⁊ distinctio. 31. ⁊. q. 6. quoli. ꝙ equalitas: similitudo: ⁊ idētitas trāsferātur ad alia predicamenta q̄ȝ ad substātiā in qua ꝓprie reperit̄ idētitas: ⁊ quātitatem in qua ꝓprie reperit̄ equalitas: ⁊ qualitatē in qua ꝓprie reperit̄ similitudo: vt pꝫ a phō. 5. metaph. c. ad aliquid. sed certū est ꝙ vna paternitas est similis alteri paternitati: ⁊ equalis s̄m magnitudinē ⁊ vere idē alteri: ⁊ sic sequitur ꝙ paternitas erit īmediate fundamētū similitudinis realis ⁊ equalitatis ⁊ identitatis: ⁊ sic simile vere re
Scd̄a difficultas. latiue dꝛ: et tm̄ nō dicit aliquid ad se. ¶ Scd̄a difficultas
Rn̄sio ad primam. est: posito ꝙ viatoꝛ vere cōcipiat essentiā diuinā ⁊ etiā ꝑsonas simul: an ordinate possit frui essentia diuina nō fruendo aliqua ꝑsona: ¶ Ad primā difficultatē rn̄deo: ꝙ doc. ītelligit ꝙ nullū ens relatiuū est qd̄ nō dicat de necessitate aliqd̄ fundamētū absolutū: ⁊ hoc mediate vl' imediate. Nā impossibile est apud ipm̄ in quarto in materia de eucharistia: ⁊ in quoli. aliquam relationē esse sine fundamento absoluto. Et ꝯcedo ꝙ ꝓportionalitas: similitudo: equalitas: ⁊ identitas possunt imediate fundari in relatione: media
Ad scd̄a[...] te tm̄ fundatur in aliquo absoluto. ¶ Ad scd̄aꝫ difficultatē

dico: ꝙ non eſt incouueniens ꝙ aliquis actu fruatur eſſen
tia diuina: ⁊ hoc ordinate non fruendo aliqua perſona: ſi
tamen habitualiter fruat ipſa perſona: vt patebit. J. a doc.
in ſimili. Nam in aliquo inſtanti poteſt frui eſſentia diui=
na: ⁊ in tempore imediato illius inſtātis poſtea frui perſo
na. ¶ Scōm dictum principale eſt ibi. Secundo etiā dico
ꝙ viator poteſt frui vna perſona. In iſta lr̄a dicit duo. Pri
mum ꝙ viator pōt diſtincte cōcipere vnam ꝑſonam nō cō=
cipiendo aliā: ⁊ ſic ordinate frui vna (cū in ipſa ſit ꝑfectiſſi
ma ratio fruibilitatis rōne deitatis incluſe in ipā) nō fruē
do alia. Secūdū eſt vt pōt elici ex intentione doc. ꝙ etiam
poſito ꝙ viator ſimul cognoſcat perſonas diuinas: adhuc
ordinate pōt frui vna non fruendo alia: qđ dictum pōt ha=
bere duplicē ſenſum. Primus eſt: ꝙ viator actu fruatur pa
tre amādo illum ꝓpter ſemetipm: ⁊ ꝙ actu nō eliciat amo=
rē erga filiū: ſed ſit in ꝓxima diſpoſitione vt ipſum diligat
et ſemꝑ habitualiter diligat ipm: et hic ſenſus eſt verus et
multotiēs hoc cōtingit. Nā multi deuoti eliciūt actū amo
ris erga filiū: vt in ſacramēto euchariſtie ⁊ actu nō eliciūt
erga patrem: ſunt tamen parati et prōpti diligere ipſum.
Secūdus ſenſus eſt: ꝙ viator pōt actu frui patre nō fruen=
do filio: ita ꝙ negatio fruitionis erga filiū non tm̄ accipia
tur pro nō diligere: ſed ꝓ odire: ita ꝙ aliquis actu diligat
patrem: ⁊ actu odiat filiū: ⁊ hic ſenſus eſt manifeſte falſus:
vel etiam ꝙ actu diligat filiū ⁊ ꝙ nō velit diligere ſpm̄ſan=
ctum: quia nō diligere nō eſt odire: vt patebit.

Guliel. ochā. d. I. pmi. q. 5. Rn̄ſio ocham.

Et ex his apparet ꝙ quidā non recte improbat doc.
vt nititur improbare qui dicit. Primo: ꝙ ē
impoſſibile cōcipere eſſentiā non cōcipiendo ꝑſonam. Et
quādo Sco. dicit: ꝙ relatio nō eſt de cōceptu eſſentie diui=
ne. ergo pōt concipi eſſentia nō cōcipiendo perſonam. Re
ſpondet ipſe ꝙ licet nō ſit de intellectu ipſius: eſt tamen idē
realiter ipſi: ⁊ que ſunt idē realiter vnū nō poteſt concipi
alio nō concepto. Sed hoc habet ꝓbare ⁊ non ꝓbat. Nam

Improbatio reſpōſionis ocham.

apud doc. ſubiectū ⁊ propria paſſio ſunt idem realiter: ⁊ ta=
men ſubiectū poteſt precognoſci quid ſit nō ſimul cognita
paſſione. Hoc idē de eſſentia ⁊ relatione: ⁊ multa ibi dicit
que concludunt ex iſto fundamento: ꝙ qn̄ aliqua ſunt idē
realiter: ipoſſibile eſt vnū concipi alio nō concepto. ¶ Ad
aliam rationē Doct. qua ꝓbat ꝙ vna perſona pōt cōcipi a
viatore alia nō ꝯcepta: quia ſunt articuli diſtincti reſpectu
perſonarū. ¶ Rn̄det ꝙ nō ſequitur ex hoc ꝙ vna perſona

Ocham.

poteſt concipi ſine alia: ſed poteſt credi cōcipi vna perſona
ſine alia qꝛ ad diſtinctionem articulorum ſufficit diſtinctio ſi=
gnorum: ſiue conceptuū: ſiue vocū: ⁊ ideo poſſunt eſſe tres
articuli reſpectu triū ꝑſonarum: ex quo ꝑſone diſtinguūtur
realiter: nō tn̄ pōt vna intelligi alia nō intellecta. hec ille.
¶ Sed reſponſio iſta nō euacuat rationē doc. qꝛ poſito ꝙ

Rn̄ſio ocham nō ſatiſfacit.

vnū correlatiuum nō poſſit diſtincte intelligi alio nō intel
lecto: vt ipſe Ocham infert rn̄dendo: tn̄ ex quo pater inq̄n=
tum pater nō dicitur relatiue ad ſpm̄ſanctū. ergo pater pōt
intelligi ſpūſancto non intellecto: vt deducit Doct. Multi
alij inſtāt contra poſitionem doc. ſed qꝛ eorum inſtātie ex ſu=
pra declaratis facile poſſunt ſolui: nō illas tranſeo.

De ſecundo arti. Hic doc. duo ꝑncipaliter intendit.
Primo recitat opi. Hen. tenētis eſſe im
poſſibile comprehēſorē de potentia dei abſoluta poſſe vide
re eſſentiā non videndo ꝑſonā: nec per cōſequens frui eſſen
tia nō fruendo ꝑſonis. reducit aliquas rationes. Secūdo
doc. ꝓbat hoc eſſe ipoſſibile de potentia dei abſoluta. Sed
primo adducit rationes doc. ⁊ poſt ratiōes Hen. ⁊ ſolutio=
nes earum. Doc. ergo. ibi q̄ntum ad iſtū art. de potentia ab
ſoluta dei intēdit ꝓbare ꝙ non eſt cōtradictio ꝙ aliquis vi
deat eſſentiā diuinā nō videndo perſonā: vel ꝙ clare vide
at vnam perſonā nō videndo aliā. Et hoc ꝓbat primo ꝙ
ſi non eſt implicatio reſpectu patris: ꝙ ꝓ aliquo inſtāti vi
deat eſſentiā: ⁊ ꝓ illo nō videat filium: hoc idem pōt ꝓba=
ri de quolibꝫ comprehenſore. Probat ḡ hoc pmo de patre
ibi. Pater prius origine q̄ꝫ generet filiū eſt perfecte beat⁹.
¶ In iſta lr̄a ſunt plura dicta: ex quib⁹ ſequitur intentū.
primū ꝙ in quocūq; inſtanti pater eſt perfecte beatus: in
eodē inſtanti perfecte videt eſſentiā ⁊ fruit ea: vt pꝫ. Secū
dum ꝙ in aliquo priori originis q̄ꝫ generet filium eſt perfe
cte beatus. ergo ſequitur ꝙ illo priori nō videt eſſentiam
⁊ fruatur ea: ⁊ per conſequēs in illo priori non videt eam
vt cōicatam filio. ergo in aliquo priori pōt videre eſſentiā
⁊ frui ea nō vidēdo filiū: ⁊ hoc eſt inq̄ntū lr̄a ſonat.

Difficultas.

Sed circa ſecundū dictū occurrunt alique difficulta
tes. ¶ Prima eſt: ꝙ ſi pater prius origi=
ne ſit beatus q̄ꝫ generet filiū videtur ſequi ꝙ poſterius ori=
gine generet filiū: ⁊ ſic erit contradictio in dictis ſuis: quia
ipſe in. 2. d. I. q. I. ⁊ in quoli. q. 8. vult ꝙ pri⁹ origine dicat re
ſpectu huius qđ eſt a ſe: et poſterius origine dicat reſpectu
huius qđ eſt ab alio. Si ergo poſterius origine generaret
filiū. ergo ab alio haberet ꝙ generaret filiū: qđ eſt falſum.

Expoſitio ſcotiſtarum.

¶ Aliq̄ periti viri i iſto paſſu exponūt Doc. ⁊ dicūt ꝙ hic
prius origine debet accipi ꝓ priori natura: ita ꝙ pater i ali
quo priori natura q̄ꝫ generet filiū eſt ꝑfecte beat⁹: ⁊ i poſte=
riori natura generet filiū. Sꝫ ſaluo meliori iudicio nō cre

Improbatio

do ꝙ hoc ſit ad intentionē doc. Ratio qꝛ ſuſtinendo ꝙ pa=
ter cōſtituatur in eſſe ꝑ paternitatē: vt ſic eſt tm̄ prior ori=
gine filio: vt expreſſe pꝫ a Sco. in. I. d. 26. ⁊. 28. in. 2. d. I. q. I.
in quol. q. 4. 8. ⁊ alibi ſepe. Cū ergo beatitudo pr̄is preſup
ponat pr̄em habere eſſe: ⁊ pater tm̄ eſt prius origine filio:
ſeq̄tur ꝙ nō erit prior natura beat⁹ q̄ꝫ generet filiū. Si ve=
ro dicat ꝙ pater ꝯſtituitur in eſſe ꝑ abſolutū (vt vult. S. Bo
nauentura) ⁊ vt ſic eſt prior natura filio: ad qđ videt decli=
nare Doc. in. I. d. 26. Dico ꝙ hoc nō eſt ad ꝓpoſitū Doc. qꝛ
hic nō habet determinare: an pater ꝯſtituatur ꝑ abſolutū:
ſed ſupponit cōem opi. ꝙ cōſtituatur in eſſe ꝑ paternitatē.
Si vero dicatur ꝙ qn̄ dicit doc. ꝙ pater pri⁹ origine eſt bea
tus ⁊c. nō accipit ibi pr̄em inq̄ntū pater eſt: ſed accipit ꝑn=
cipale eſſe pr̄is qđ eſt deus: ⁊ ſenſus ē: ꝙ de⁹ in aliquo prio
ri natura eſt in ſe beat⁹ q̄ꝫ generet filiū: ⁊ hic ſenſus lꝫ ſit ve
rus (qꝛ om̄e dicens ꝑfectionē in diuinis eſt pri⁹ natura ꝑſo
nis diuinis: vt pꝫ a Doc. in plurib⁹ locis) forte tn̄ non eſſet
ad intentionē doc. ⁊ ideo eſt difficile hic declarare inten=
tionem doc. Nā videtur expreſſe iplicatio dicere pater pri⁹

Videtur hic exp̄ſſe contradictio.

origine eſt btūs q̄ꝫ generet filiū: cū generare prius inſit pr̄i
q̄ꝫ beatitudo: pꝫ/ qꝛ ꝑ generationē actiuā cōſtituitur in eſſe
pr̄is: ſuſtinendo cōem opi. de ꝑſona vt exp̄ſſe patet a Doc.
in. I. d. 28. q. 3. ſiue vltima. ⁊. d. 26. ⁊. q. 4. ql̄. ¶ Dico ergo
ſaluo ſemꝑ meliori iudicio ꝙ dictū Doc. ſic debet intelligi.

Explanatio huius ꝙ. ſ. pr̄ prius origie eſt btūs q̄ꝫ generet filium.

Pater prius origine eſt beatus q̄ꝫ generet filiū. i. q̄ꝫ habeat
filiū genitū: ita ꝙ in aliquo priori originis pater eſt ꝑfecte
beatus: ⁊ in aliquo poſteriori originis fili⁹ habet eſſe geni=
tum. Quod ſic expono qꝛ in quo inſtanti pater hꝫ eſſe i eo
dem inſtanti habet oēm ꝑfectionem diuinā: ⁊ quia in ali=
quo priori originis habet eſſe ꝑ generationem actiuā: ſiue
per paternitatem qđ idem eſt: ſeq̄tur ꝙ in illo priori eſt ꝑfe
cte beatus: ⁊ ſic in illo priori ꝑfecte videt eſſentiam non vi
dendo eam vt in filio: qꝛ in illo priori filius non eſt: ⁊ ſic ha
betur intentum. Et dico ꝙ ipſum genarare patris eſt vere
prius ipſo filio: qꝛ ꝓducens non tm̄ eſt prius producto: ac=
cipiendo ipſum ꝓ abſoluto ꝓducentis: ſed etiam ꝓducens
inq̄ntum actu producit eſt prius producto: vt patet a Doc.
in. 2. di. I. ⁊. 25. Sic in propoſito pater vt producit filium eſt
prior ipſo filio: et quia conſtituitur in eſſe per productionē
actiuā: ſequitur ꝙ talis productio actiua eſt prior ipō filio.

Videt implicatio.

Sed tunc videt cōtradictio in dictis Doc. quia ipſe
vult q̄uis pater prius origine ꝓducat crea
turā ⁊ filius poſterius origine: nō tn̄ ſequitur ꝙ in aliquo
priori ſit poſita in eſſe a patre: in quo non ſit poſita in eſſe
a filio: ſed quia tm̄ pater hoc hꝫ a ſemetipſo ⁊ filius a patre
⁊ hoc expreſſe pꝫ a doc. in. 2. d. I. q. I. ⁊ in quoli. q. 8. Si ergo
pri⁹ origine dicat aliqđ pri⁹ i q̄ poſteri⁹ nō ē ſeq̄t ꝙ creatura
ſiue i eſſe cognito ſiue volito ſiue in eē realis exn̄te: erit ꝓdu
cta a pr̄e i aliq̄ inſtanti: i quo nō erit ꝓducta a filio: ⁊ tūc
ſi ꝓducitur a filio in poſteriori originis: erit bis ꝓducta:
qđ eſt impoſſibile. ¶ Similiter videtur ſequi ꝙ ſpūſſctūs
ſit vere ꝓductus a patre in aliquo priori: in quo nō produ=
catur a filio: quia pater prius origine producit ſpiritūſan=

Solutio

ctum et filius poſterius origine: quod patet a Doc. d. 12. pri
mi. ¶ Reſpondeo ꝙ aliud eſt loqui de priori origine quo
pater producit filiū in eſſe ſimpliciter: ⁊ quo producit crea
turam vel ſpiritumſanctum: quia quando producit filium
cōparatur ad ipm: ſic ꝙ eſt ſimpliciter prior ſm principiuꝫ
formale productiuuꝫ: ⁊ ſm productionem qua conſtituitur
in eſſe: ⁊ ſic non tantū dicitur prior origine quia producit
a ſemetipſo: ſed etiam poſito per impoſſibile ꝙ hoc nō ha=
beret a ſemetipſo: adhuc ſic ꝓduceret filiū: ⁊ inq̄ntum ꝓdu=
ceret eſſet prior filio producto: ſed non eſt ſic quando cōpa
ratur ad creaturam ⁊ ſpm̄ſanctū: qꝛ ſimpl'r eadē ratio for=
malis producendi creaturam ⁊ ſpm̄ſanctum eſt in filio: ſed
tunc tm̄ dicitur pater pri⁹ origine ꝓducere: qꝛ a ſemetipſo:
et filius poſterius origine: qꝛ a patre: ⁊ tamen in quocunq;
inſtāti ponitur creatura in eſſe ⁊ ſpūſſanctus a patre: i eo=
dem ponitur a filio: ⁊ ſic pꝫ quō nulla eſt ꝯtradictio in di=
ctis Doc. Et ex iſta ſolutione facilime omnia dicta Ochā
in. diſtin. I. primi. q. 5. ⁊ Greg. de Ari. ⁊ Alfon. Tole. et mul
torum aliorum ſolui pn̄t: que dicta cauſa breuitatis non ad
duco. ¶ Ibi. Rn̄detur ꝙ pater habet eſſentiam vt in trib⁹

f

personis. Hic Henri. rñdet ad rõnem doc. q̃ ꝓbat ꝙ pater priꝰ origine videat essentiã ꝗ̃ generet filiũ: ꝛ ista rñsio stat in hoc ꝙ pater habet essentiaʒ ꝓ obiecto non absolute: sed vt cõicatam tribus personis: ita ꝙ pater nõ intelligit ipaʒ in se et absolute: sed intelligit vt cõicatam tribus: prius tñ origine filio: qꝛ pr̃ a semetipso ꝛ filiꝰ a pr̃e: sʒ nullo mõ priꝰ vt exposuimꝰ de priori. ¶ Ibi. Cõtra: quelibet ꝑsona. Hic intendit ꝓbare ꝙ pater intelligit essentiam nõ vt cõicataʒ filio: et ratio stat in istis. Primo ꝙ si aliq̇d intelligit aliud formaliter: habet in se formaliter intellectionem ꝛ intellectũ: hoc pʒ ꝛ diffuse patebit a doc. ĩ. d. 3. q. 7. et in. 4. d. 43. Secundo ꝙ intelligens aliq̇d formaliter habet ipm̃ intelligibile pñs vt patet: qꝛ ad intellectionẽ req̇ritur pñtia obiecti: vel aliq̇d supplens pñtiam talis obiecti: vt pʒ in ꝓlo. q. 1. ꝛ alibi: ꝛ si est ꝑfectissimũ intelligens: nõ tñ habet ꝑfectissimũ obiectum in se pñs: sed etiã habet illud in se formaliter: hoc patet/qꝛ si non tunc ipsum obiectũ ꝑfectissimum esset aliud ab intellectu et intellectione: q̇d est cõtra phm̃. 12. metaphysice. Ex his seq̇tur: ꝙ ex quo pater ꝑfectissime intelligit essentiam: ꝛ vt intelligens habet in se formaliter intellectionem ꝛ intellectũ: ergo ex secũdo dicto vt intelligens habet in se formaliter essentiã: ꝛ vt sic intelligens nõ intelligit ipam vt cõicatam filio. Expono tamen istã lr̃am cum dicit quelibet ꝑsona intelligit formalr̃ intellectu: hec ꝓpositio potest habere duplicẽ sensum. P̃mo ꝙ ꝑsona intelligat formaliter intellectu vel vt principio formali ꝓductiuo intellectionis: sicut dicimꝰ ignis calefacit calore formaliter. i. ꝙ calor sit ratio formalis calefaciendi ipsi igni: vel vt p̃ncipio receptiuo siue formali rõne recipiendi ipsaʒ intellectionem: sicut dicimꝰ ꝙ substantia est alba sup̃ficie formaliter. i. ꝙ sup̃ficies est ipsi substantie formalis ratio recipiendi albedinem: et vtroq̃ mõ semꝑ inest formaliter. De primo patet a doc. in isto. 1. di. 3. q. 7. ꝛ. 8. ꝛ. d. 17. ꝛ in. 2. d. 3. q. 8. ꝯtra Tho. De scd̃o etiã pʒ ĩ pluribꝰ locis. Propositio ergo doc. est simplr̃ vera vtroq̃ modo: pʒ/qꝛ intellectus ẽ formalis ratio ꝓducendi intellectionẽ ipsi persone: qꝛ intellectꝰ ꝯcurrit vt ꝑtialis causa: ꝛ ꝑsona ipso intellectu ꝓducit intellectionẽ. Est etiã intellectꝰ ipi ꝑsone ratio for̃alis quasi suo modo recipiẽdi intellectionẽ qua formaliter ꝑsona dicitur intelligens. Si ergo pater intelligit formaliter intellectu vtroq̃ mõ exposito: seq̇tur ꝙ intellectus erit formaliter in patre: ꝛ silr̃ intellectio: nec dꝛ formaliter intelligere intellectu vt est in filio: sicut nõ dicimus ꝙ ignis calefacit formalr̃ calore existẽte in ligno: sed calore formaliter existente in ipso: sic in ꝓposito de patre: vñ Aug. 15. de tri. ca. 7. vel. 9. q̃libet ꝑsona intelligit sibi. i. intelligit formalit̃ intellectu ꝛ intellectione formalr̃ existentibꝰ in illa. Sequitur: ibi. igit̃ ita videtur ꝙ q̃libet intelligit ꝑfecte per se itelligendo essentiaʒ vt est in se formaliter. i. si pater intelligit formaliter intellectu essentiã vt in pr̃e formalr̃ existente: sequitur ꝙ pater per se intelligat essentiã vt est in se formalr̃ i. ꝙ ꝑfecte intelligit essentiã vt in se absolute ꝛ non vt cõicatam filio: siue: seq̇tur ꝙ intelligẽdo essentiam ꝑfecte habeat illã in se for̃aliter ꝛ ꝑfecte presentẽ ꝛ non vt cõicatam filio. Si ei pater est ꝑfectissime intelligẽs essentiã: statim seq̇tur ꝙ si habet in se formalr̃ intellectum: ꝙ etiaʒ in se hebeat formaliter ipsaʒ essentiã in rõne obiecti actu intelligibilis. Et quod dico de pr̃e idem dico de alijs ꝑsonis. ¶ Ibi cõfirmatur. hic doc. adducit duo incõueniẽtia si pater intelligeret beatifica visione essentiã vt in filio: primũ ꝙ pater aliq̇d reciperet a filio vel ab aliquo vt in filio. ꝛ tũc intellectus patris vt pr̃is vilesceret recipiendo aliq̇d ab alio: vt pʒ per argumẽtũ philosophi. 12. meta. t. c. 51. quo ꝓbat deũ nõ intelligere aliq̇d aliud a se: ꝛ sic pater nõ haberet oẽm ꝑfectionẽ a se. Scd̃m qꝛ seq̇tur ꝙ nõ oñis perfectio simplr̃ sit prior ꝓprietatibus: qꝛ visio si tñ esset in patre ab essentia vt cõicata filio: illa visio esset posterior ꝓprietatibus.

Dubiũ. ¶ Hic tñ occurrit aliqua difficultas: qꝛ nõ videtur ꝙ rõ doc. cõcludat de patre si intelligeret essentiaʒ vt in filio: sicut concludit si intelligit creaturã. Qꝛ vt doc. declarat. q. pe. ꝓlogi. Intellectus diuinꝰ vilesceret si moueret̃ ab aliquo extra ipm̃. In ꝓposito nõ est sic: qꝛ essentia diuina nõ est aliud ab intellectu paterno: nec extra ipsum.

Solutio ¶ Dico ꝙ ratio Doc. cõcludit si recte itelligatur. Nã essentia diuina partialiter quasi causat intellectionẽ sui in intellectu patris. vt pʒ a Doc. hic parũ. ĩ. ꝛ in. q. pe. ꝓlo. ꝛ. ĩ. d. 2. 6. ꝛ. 7. ꝛ alibi sepe: cuʒ ergo filius distinguatur realiter a patre: si essentia vt in filio quasi moueret intellectũ patris vt patris: tunc quasi reciperet intellectionẽ ab aliquo q̇d est extra intellectũ patris vt patris: qꝛ ab essentia vt in filio. ¶ Secũdum incõueniens est ibi. Immo q̇d est maius incõueniens. Nam si pater reciperet visioneʒ beatificam ab essentia vt in filio: ergo nõ habet omnẽ perfectionem simplr̃ a semetipso: patet/qꝛ suppositũ nullo modo dicit aliquã rationẽ agendi: sed tñ est conditio agentis: vt pʒ a doc. d. 3. q. 6. ꝛ. d. 7. sed tota rõ agendi est a principio formali. Et ex hoc dicimꝰ ꝙ pater generat filiũ a semetipo: qꝛ rõnem formalẽ generãdi hʒ a semetipo ꝛ nõ dicimus ꝙ filius spirat spiritũsanctũ a semetipso: qꝛ rõnem formalẽ spirãdi non hʒ a semetipso. Si ergo pater quasi reciperet visionẽ beneficam ab eẽntia vt in filio: tunc nõ haberet illã a semetipso: sicut nec filius dꝛ habere esse a semetipso: qꝛ illud esse hʒ a memoria fecunda vt in patre. ¶ Immo sequitur aliud incõueniẽs. Ibi. Aliud ꝙ nõ oĩs ꝑfectio simpliciter. In isto dicto supponit vnũ manifestũ apud oẽs theologos: qꝛ oĩs ꝑfectio simplr̃ aliquo modo dꝛ prior omi ꝓprietate ypostatica: ꝛ hoc est satis clarũ apud Doc. in. d. 38. huius primi. ꝛ in quoli. q. 1. Si ergo pr̃ quasi reciperet visionẽ essentie ab ipa essentia vt in filio: sequit̃ ꝙ talis visio sit posterior ipso filio: et sic perfectio simpliciter erit posterior proprietate ypostatica: quod ẽ absurduʒ.

Ad istas

rationes respondet Ochã. vbi. s̃. ¶ Ad primam exponit dictũ Aug. quod debet sic intelligi. s. ꝙ persona patris nõ intelligat intellectu vt in alia persona: ita ꝙ intelligat illa persona: quia tũc esset illa ꝑsona. (Guliel. Ocham. i ꝑmo. d. 1. q. 5.) ¶ Sed ista expositio nõ videtur ad mentem Aug. qꝛ quando Aug. dicit ꝙ pater intelligit sibi ꝛ filius similiter: vult dicere ꝙ illam intellectionem habet pater in se formaliter: ꝛ similiter vt intellectu intelligit sibi habet ipsum intellectum in se formaliter. (Ochã nõ recte exponit augusti.) Hoc idem dico de filio ꝛ spiritu sancto. Et si intelligit formaliter intellectu: sequitur ꝙ habet essentiam intellectã in se formaliter: hoc idem de filio: ꝛ de spiritusancto. Et quod dicit doc. ꝙ in perfecte intelligente se: non minus requiritur ꝙ habeat in se obiectum vt formaliter intelligibile: ꝗ̃ ꝙ habeat intellectum in se quo intelligat Dicit Ochã ꝙ hoc nõ est simile: quia intellectꝰ requiritur vt realiter ꝛ formaliter idem cum intellectione: et realiter cum intelligente: ꝛ nõ vt formaliter ideʒ. ¶ Et vltra dicit ꝙ aliquod intelligibile nõ requiritur vt formaliter idem cum intellectione: ꝛ potest realiter distingui ab intelligente: vt patet de persona filij: que est intelligibilis a patre: que tamen nõ est formaliter idem cum intellectione patris: nec realiter idẽ cuʒ patre. (Istantia Ocham) Et ideo nõ oportet ꝙ omi eodẽ modo intelligens habeat intelligibile quod habet intellectũ. hec ille. ¶ Respondeo ad Ochã. Primo ꝙ haberet probare ꝙ intellectio ꝛ intellectus sint idem formaliter: cuius oppositũ patebit a Doc. ĩ. d. 8. q. pe. sed quicquid sit nõ curo: qꝛ intẽtio Doc. nõ est ꝙ oĩ mõ quo habet̃ intellectus: habeat̃ ꝛ intelligibile: sed ꝙ in ꝑfectissimo intelligente se habeat̃ intelligibile vt ꝑfecte pñs sibi: ꝛ vt idẽ sibi vt existens formaliter in illo: ꝙ modo sint ideʒ formaliter non est presentis speculationis. (Rñsio ad Och.) ¶ Et quod dicit de filio ꝙ est intelligibilis a patre ꝛc. Hoc non est ad propositum: qꝛ doc. loquitur de obiecto motiuo: cuiusmodi nõ est filius: vt patet a doc. hic. Sed essentia diuina non tñ quasi mouet intellectum patris ad cognitionem sui: sed etiam ad cognitionẽ cuiuscũq̃ alterius: vt ptʒ a doc. in pluribus locis: loquit̃ etiam de obiecto beatificatiuo in quo vltimate perficit̃ per actũ secundũ vt. ĩ. patebit. d. 2. parte. 1. q. 1. in illis preambulis. ¶ Deinde Ocham respõdet ad cõfirmationẽ: ꝛ ad incõueniẽtia. (Idem Ocham.) Sed vt euidens est intuenti respõsionem ipsius: illa nõ euacuat rõnem doc. vt patere potest ex declaratione rationis.

Deinde

declarat doc. modũ quomodo comprehensor potest videre essentiam: ꝛ frui ea non videndo personas: nec fruẽdo eis: qui modus ponitur. ibi. Modus ponendi est iste. Licet ista litera sit satis clara: tamen pro imperitis in via doc. declaro aliqua. Primo qñ dicit actus habens primũ obiectũ a quo eẽntialr̃ depẽdet. Hoc sic dʒ intelligi: qꝛ ex quo ipe vult. q. 1. ꝓlo. ꝛ. d. 3. q. 7. huiꝰ. ꝛ in. 2. d. 3. q. 10. ꝛ. 11. ꝛ in quoli. q. 15. ꝙ actus cognoscendi siue abstractiue siue intuitiue causatur ab obiecto ꝛ ab intellectu vt a duabus causis partialibus. Actũ ergo causari partialiter ab obiecto est essentialiter dependere ab illo. Secundo dicit ꝙ idem actꝰ qui est obiecti secundarij: essentialr̃ nõ dependet ab illo: ꝛ per consequens idem actus potest manere respectu obiecti primarij a quo essentialiter dependet absq̃ hoc ꝙ maneat respectu obiecti secũdarij a quo essentialiter non dependet: sed non ecõuerso: non enim idẽ actꝰ potest manere respectu obiecti secũdarij si non maneat respectu primarij: quia a primario simpliciter dependet in eẽ et in conseruari: vt patebit. ĩ. distin. 3. q. vlti. quomodo intellectio est in continuo fieri: hoc idem in. 2. distin. 2. quest. 4.

d.3.q.8.in quoli.q.13.Hic Doc.vocat obiectū primariū qd
Obiecta ꝓmaria ꝛ scđaria. est causa illius actꝰ: ꝛ scđariū qd cognoscitur virtute obie-
cti primarij ꝛ non virtute ꝓpria: ꝛ sic essentia diuina apud
ipsum: est obiectū om̄ino primariū virtute cuius oīa obie-
cta scđaria cognoscūtur: vt pꝫ ab ipō hic.ꝛ.q.pe. ꝓlo.ꝛ.39.
huius ꝛ alibi. Obiecta aūt scđaria sunt oēs creature ꝛ om
nes relatiōes diuine siue cōes siue ypostatice. ¶ Sed hic
oritur difficultas. Qꝛ dicit ꝙ essentia diuina ē obiectū pri-
Diffi. mariū respectu visionis ipsiꝰ cōprehensoris. Quia si sic: se-
quitur ꝙ talis visio partialiter causat ab essentia: ꝛ tūc eēn
tia īmediate poterit aliqd causare ad extra qd expresse ē cō
tra ipsum: vt pꝫ ī q̊li.q.8.ꝛ.q.14. ¶ Dico ꝙ talis visio īme
Rñsio diate causatur a volūtate diuina: ꝛ in hoc supplet vicē obie
ti perfecte. Nam dicit doct. in.q.1. ꝓlo. ꝙ voluntas diuina
qñ causat cognitionem essentie diuine in aliquo intellectu
nō ostēdendo eā in se: tūc supplet vicē essentie diuine īper
fecte: qñ vero causat ostendendo eā in se: tūc supplet perfe
cte. Requiritur ergo essentia diuina in tali visiōe nō vt cau
sans ipsam: sed vt terminans in ꝓpria presentialitate ꝛ exi
stentia. Sed de hoc diffusius dicetur in.4.d.49. ¶ Ter-
tio dicit ꝙ eadeꝫ visio primo pōt esse obiecti primarij: puta
essentie diuine: deinde obiecti scđarij: puta ꝑsone diuine.

Contra hoc arguit Ochā.vbi.s. Quia nō est transi
tus de cōtradictorio in cōtradictorium sine
Guliel. Ochā in 1.d.1.q.5. ꝯtra doc. mutatione. Si ergo idē actus priꝰ nō terminabatur ad ꝑso
nam: nūc aūt terminatur ad ipam: ergo erit aliqua muta-
tio vel in ꝑsona vel in actu: ꝛ talis mutatio erit acquisitiua.
Vel ergo acq̄ritur aliqd absolutū nouum: ꝛ hoc est falsuꝫ:
vel aliqua relatio rōnis noua. ꝛ hoc nō potest esse nisi per
Solutio rationis Ocham nouū actum: et sic nō manet idē actus. ¶ Rñdeo ꝙ nulla
est mutatio sed tm̄ noua terminatio: qꝛ talis visio priꝰ non
terminabatur ad ꝑsonam: nunc aūt terminatur. Et sic con
cedo ꝙ ꝑsona diuina priꝰ nō habuit esse visum ꝛ post hꝫ eē
visum: ꝛ cōcedo ꝙ ī ꝑsona est aliqua relatio rationis noua:
et tm̄ ſm illam nō dicitur mutari. Sicut ꝛ nunc nō dꝛ deus
mutari qñ prius nō amabatur a me ꝛ nūc amatur: vt ptꝫ a
Doc.ſ.in.d.30. Et qñ dicit ꝙ talis relatio rōnis siue termi
natio passiua est ꝑ nouū actum. Negatur ꝯña. ꝛ pꝫ ꝑ exem
plum. Qꝛ posito ꝙ tm̄ habeā vnā visionē qua possim vide-
re decē obiecta: ꝛ nouē nō sint pñtia et post fiūt presentia.
illa priꝰ nō hēbāt esse visum: nūc aūt hñt esse visum: ꝛ tñ nō
per nouū actū videndi. Sic in ꝓposito volūtas diuina priꝰ
nō presentabat ꝑsonas vidēti essentiaꝫ: nūc autē illas facit
esse presentes: et in eodem instanti quo fiūt presentes talis
visio terminatur ad eas: ꝛ sic nunc habent aliqd esse visum
quod prius non habebant: ꝛ tamen non per nouum actum
videndi: ꝛ sic patet ꝙ ratio Ocham non concludit.

Hen. qli. 2.q.7. Deinde in isto scđo articulo adducūtur argumēta Hē.
ꝯtra positionē. Doc. ꝛ solnūtur a Doc. Et pri
mo arguit Heñ. ꝙ est impossibile cōprehēsorē videre eēn-
tiam nō videndo ꝑsonam: ꝛ ꝓma ratio est talis ꝙ si videret
essentiā non vidēdo ꝑsonas. illa visio esset cōfusa qꝛ precise
Rñsio. alicuius cōis tribus ꝑsonis. ¶ Rñdet Doc. ꝙ cognitio cō
munis diuisibilis in plura qd cōe abstrahitur ab illis plu-
ribus dꝛ confusa qꝛ vniuersalis: sed essentia diuina q̄uis sit
cōis tribus ꝑsonis: nō tamen diuiditur nec habet rōnē vni
uersalis cum vt sic sit singularissima. Dicit scđo ꝙ aliud est
cōe cognoscere in se ꝛ aliud ꝯtenta cognoscere ꝓcise in illo
primo mō natura cōis potest distincte cognosci ꝛ diffiniri
ꝛ nō cōfuse. sicut cognoscens naturā humanā vt priorē oī
singularitate. secūdo modo dicunt singularia ꝓcise cogno
Nota hāc distinctionem. sci ꝯfuse quādo cōparātur ad naturā diuisam in illis et tūc
cognoscēs naturā ēt in se distincte: tūc cognoscit cōfuse oīa
singularia cōtenta sub illa cū sit nata diuidi vel actu sit di
uisa in illis: sed cognoscens distincte naturā diuinam in se
nō cognoscendo actu ꝑsonas diuinas nō dicitur cognosce
re illas ꝑsonas ꝯfuse: qꝛ talis natura nō est diuisa in illis.
Si etiā cōcederetur ꝙ videns essentiā diuinā in se non vidē
do ꝑsonas ꝙ cognoscat illas ꝑsonas cōfuse: sic intelligēdo
ꝙ videat aliquid qd natū est ꝓdicari de illis ꝛ natuꝫ est esse
constitutiuum quiditatiue illoꝝ forte nō esset incōueniens
lꝫ hoc non sit multū in vsu. Et cū dicit parū.ſ.ꝙ non opꝫ in
essentia distincte cōcepta ꝑsonam distincte concipi: qꝛ ꝑso-
na non est primus terminꝰ visionis: ex hoc nō dꝫ inferri ꝙ
si ꝑsona nō distincte concipitur essentia distincte concepta
ergo persona confuse concipitur concepta essentia: qꝛ cōfu
se sic concipi requirit naturā vt diuisam ꝛc. ¶ Scđo ꝓnci-
paliter arguit ad idē cognitio intuitiua est tm̄ existentis vt
existens est: ꝛ vt pñs in sua existētia: sed essentia diuina nō
existit nisi in ꝑsonis: ġ nō pōt videri sine ꝑsonis. Vel sic for-
mer rō: q̄ ꝓcise dicūt vnā exñtiā impossibile est videre vnū
nō vidēdo aliud. sed eēntia ꝛ ꝑsona dicūt precise vnā exñ-
Rñsio. tiā: ergo. ¶ Rñdet doc. ꝙ aliđ est loqui de exñtia ꝛ aliđ de
incōicabili subsistentia: qꝛ cognitio intuitiua bñ terminat
necessario ad exñs vt exñs: eēntia aūt diuina vt ꝓor ꝑsonis
est vere exñs exñtia ꝓpria: imo exñtia q̄ est de rōne forali
eēntie diuine: vt.ſ. patebit.d.2.ꝑte.1.q.2.ꝛ in quoli.q.1. Sed
nō est necesse ꝙ cognitio intuitiua terminet ad incōicabile
subsistēs: ꝛ exēplum pꝫ. Cū dicit Doc. ad formā argumen
ti: ꝙ lꝫ nō sit visio nisi existētis inq̄ꝫtū exñs ꝛ nō est exñs ni
si in ꝑsona: nō sequit: igit est existētis inq̄ꝫtū est in ꝑsona.ı.
ꝙ rō terminādi visionē sit ipa ꝑsona in qua eēntia existit:
vel qd sit ipa eēntia sub illa rōne ꝓcise qua existit in ꝑsona
ita ꝙ si ꝑ impossibile esset sine ꝑsona nō posset terminare
visionē: ꝛ iste intellectꝰ est maniste falsus: sicut pꝫ de albedi
ne actu nō exñte nisi in pariete que tñ non terminat sub il-
la rōne qua dꝛ existere ī pariete.ı. ꝙ existētia vel subsistētia
parietis sit rō terminādi: si em̄ albedo esset separata a pa-
riete posset perfecte videri intuitiue. Dꝫ ergo inferri ꝙ vi
sio vel est alicuiꝰ subsistētis vel alicuiꝰ existētis in subsistē-
Itē Hē. te.ı. ꝙ est alicuiꝰ vere existētis: qd tñ non existit nisi in aliq̄
supposito subsistente: sed tale suppositū: in quo existit nul
lo mō est ratio terminandi hmōi visionē. ¶ Tertio ꝓnci-
paliter arguit ad idē: qꝛ non pōt aliqd ꝑfecte intuitiue vi-
deri in quo sunt plura distincta ex natura rei: nisi etiā illa
distincte videantur: pꝫ de albedine existēte in pariete: que
non pōt intuitiue videri nisi oēs ꝑtes eiꝰ intuitiue videātur:
sed ꝑsone diuine sunt ī essentia diuina ex natura rei: ergo.
¶ Rñdet doc. ꝙ aliud est loq̄ de ꝑtibus ex natura rei inte
Rñsio. graliter cōstituētibus aliqd totū. ꝛ aliud de ꝑsonis tm̄ sub-
sistentibꝰ in aliqua natura. ꝓmo mō nō potest videri albuꝫ
nisi videātur partes in q̄bus est diuisuꝫ: sed nō seq̄tur secū-
do modo: qꝛ essentia nō est diuisa ī ꝑsonis. ¶ Et nota qd
dicit in rñsione ꝙ vniuersale diuiditur: qūo hoc cōtingat:
diffuse exposui: exponēdo.d.3.2. Et qd dicit ꝙ essentia di-
Subtilis obiectio ꝯtra doc. uina est de se hec: diffusiꝰ patebit.ſ.d.5.q.2.ꝛ.2 6.ꝛ in quol.
¶ Sed in rñsione Doc. (in qua cōcedit ꝙ cognitio intui-
tiua est existentis inq̄ꝫtū exñs est: ꝛ hoc idē vult.ſ.d.3.ꝛ.di.
8.q.pe.ꝛ in.2.d.5.ꝛ in.4.d.10.ꝛ.49.q.12.ꝛ in quoli.) videt
maxima difficultas. Qꝛ ex quo essentia diuina dicit totuꝫ
esse existētie ꝑsonaꝝ: ita ꝙ essentia dīna ꝛ ꝑsona est tm̄ vna
existētia: vt ptꝫ expresse a doc. in pluribꝰ locis: ꝛ ꝑ Aug. de
tri. vbi vult ꝙ pater est ipa deitate: lꝫ dicatur pater pater-
nitate. Tunc arguo sic. Quecūq̄ꝫ dicunt tm̄ vnā existentiā
impossibile est videre vnū non vidēdo aliud: sed ꝑsona di-
Solutio obiectionis. uina ꝛ essentia sunt hmōi: ergo est īpossibile videre eēntiā
nō videndo ꝑsonā. ¶ Rñdeo ꝓ nunc: ꝙ lꝫ essentia ꝛ ꝑsona
siue ꝓprietas ypostatica dicāt vnam existentiā tm̄ realiter:
formalr tamen nō dicūt eandē existentiā: imo ex quo sunt
distincte formalitates ex natura rei: etiā dicūt distictas exi
stentias ex natura rei: ꝛ nō est incōueniens apud Doc. ꝙ ī
deo sint plures existentie ex natura rei formalr distincte.
Nā.ſ.d.8.q.pe. expresse cōcedit: ꝙ in deo pñt esse plura infi
nita ex natura rei formalr distincta: infinitas aūt non pōt
cōpetere alicui ex natura rei nisi formaliter existenti. Sed
ista materia diffusius ꝑtractabit.ſ.d.2.ꝑte.2.q.1. que tñ est
4. in ordine. in rñsione ad primum articulū. Esset tñ valde
incōueniens ponere plures existētias in deo ex natura rei
realiter distinctas. ¶ Ibi. Ex his arguitur ad ꝓpositum.
Ex predictis arguit hē. Deinde arguit Hen. probando ꝙ voluntas cōprehensoris
non possit frui essentia nō fruendo personis nec vna ꝑso-
na non fruendo alia: quia volūtas nō potest magis abstra
here obiectuꝫ suū q̄ꝫ intellectus ostendere.ı. ꝙ si intellectꝰ
nō potest videre.a.sine.b. ꝙ etiaꝫ volūtas non poterit vel-
le.a.sine.b. Sed intellectus cōprehēsoris (accipitur hic cō
prehensor pro clare vidente essentiā: non autem ꝓ compre-
hensore ꝓprie sumpto: quia vt sic a solo intellectu diuino cō
prehendi potest) nō potest videre essentiā non videndo ꝑso
nas. ergo. ¶ Cōfirmatur: quia si in obiecto nulla ē distin-
ctio nec re nec ratione: voluntas non potest velle vnuꝫ sine
alio: patet: sed ꝑsona nec re nec ratiōe distinguitur ab essen
tia: non re: pꝫ/ quia tunc essent quatuor res quia tres ꝑso-
ne et vna essentia: nō ratione quia distinctio ratiōis est tm̄
respectu distinctorum prius. Si em̄ intellectus ratione di-
stinguit.a.a.b. prius apphendit.a.ꝛ.b. vt disticta. ¶ Respō
det Doc. ad ꝓmam rationem: posito ꝙ intellectꝰ nō videat
essentiam sine ꝑsona adhuc volūtas potest frui essentia nō
fruendo ꝑsona. Ad ꝓbationem dicit ꝙ intellectus potest vi
dere aliquod obiectū primū: puta aliquod totū in quo vni-
tiue plura ꝑ se obiecta cōtinētur: sicut hō est vnū obiectum
primū ꝛ totale: in quo plura ꝑtialia ꝑ se cōtinent. vt oīa su
periora q̄ vnitiue cōtinent in illo ꝓmo: qꝛ qđlꝫ natū est ꝑ se

Isto rō ē multum apparet.

terminare actum intellectus cū quodlʒ sit per se intelligi-
bile: lʒ ergo intellect⁹ p̄mo videat illud totū obiectū ⁊ oīa
obiecta ꝑ se vnitiue ꝯtēta ī illo: volūtas tñ p̄t hr̄e actū circa
vnū ⁊ nō circa aliud: ⁊ pʒ exēplū de ep̄atu: in quo ostēditur
sacerdotiū: pōt enī volūtas hr̄e actū elicitū circa ep̄atū ⁊ nō
circa sacerdotiū. Si dicatur ep̄at⁹ nō potest haberi sine sa-
cerdotio cū ꝑ se īcludatur in illo. Dico ꝙ volūtas pōt ha-
bere actū etiā circa impossibile: vt pʒ a Doc. in. 2. d. 6. q. 2.
Dico etiā ꝙ aliud est hr̄e actū simpl'r circa ep̄atū nō habē-
do tñ actū circa sacerdotiū: ⁊ aliud est velle ep̄atū efficaci-
ter (qd̄ est velle oīa reqsita ad ep̄atū) p̄mo mō pōt hr̄e actuʒ
circa ep̄atū. s. actū cōplacētie simplicē ⁊ non efficacē. secun
do modo non pōt: vt pʒ a Doc. in. 2. vbi. s̄. ⁊ Doc. intelligit
primo mō. Sed in ꝓposito posset velle efficaciter eēntiam
non volēdo ꝑsonas (loquēdo de potentia dei absoluta) qꝛ
in volitione eēntie efficaci nō includeretur necessario voli
tio ꝑsonarū cū tota ratio obiecti volibilis sit eēntia: aliter
pater in p̄mo signo originis nō esset ꝑfecte btūs cū beati-
tudo sit fruitio efficacissima vltimi finis. Dico tñ ꝙ qñ vult
ep̄atum. totū ostensum non est tm̄ ep̄atus sed est quoddam
totū includens ep̄atū: sacerdotiū: diaconatū ⁊c. ⁊ ideo pōt
velle vnū non volēdo aliḋ. Et sic vt eēntia cū ꝑsonis osten
ditur: ostēditur vt quoddā quasi totū ꝯtinēs essentiā ⁊ ꝑso-
nas: ideo volūtas pōt velle essentiā nō volendo ꝑsonas: non
tñ ecōtra: qꝛ in ꝑsona includit̄ eēntia vt rō obiecti volibilis:
⁊ ideo est dissimile de ep̄atu: qꝛ nec ep̄at⁹ est rō quare sacer
dotiuʒ sit obiectū volibile nec ecōtra. ¶ Ad ꝯfirmationē.
Dicit Doc. ꝙ ꝑsone nō distinguūtur re: qḋ si intelligat ꝙ
nullo mō distinguant̄ p̄ter opus intellect⁹. hoc nō dicit ſm
intentionē ꝓpriā cū oppositū teneat. ī. d. 3. pte. 2. q. 1. ⁊ d. 8.
q. pe. ⁊ alibi sepe. sed loqtur ſm opi. alioꝝ: tenēdo tñ ꝙ sola
rōne distinguant̄ nō seqtur ꝙ intellect⁹ pri⁹ hēat illa sicut
obiecta distincta: sed sufficit ꝙ in p̄mo obiecto ꝯcipiat ali-
quid: puta ꝙ in essentia ꝯcipiat ꝓprietatē: sicut etiā dicim⁹
ꝙ homo vt ī subiecto differt a se vt in predicato: ⁊ silr hō vt
in cōcreto differt tm̄ ratione a se vt in abstracto: ⁊ sic hr̄e ⁊
habit⁹ distinguunt̄ tm̄ ratione vt. ī. pʒ a Doc. in. d. 8. q. pe. nō
eī ē necesse ꝙ illa q̄ rōne distiguūt̄ ꝙ pri⁹ ꝯcipiāt̄ vt obiecta
distincta. ¶ Ultimo loco arguit Hen. rōne fruitionis: et
vtraqꝫ rō stat in hoc: qꝛ si aīa xp̄i fruitur ꝑsona p̄ris ⁊ non
fruit̄ ꝑsona filij nō videt̄ ꝑfecte qetata in p̄re: qꝛ ꝑsona filij ē
obiectū fruibile. nec ꝑsona p̄ris ꝯtinet eminenter ꝑsonā filij
cū sint eiusdē simpl'r ꝑfectiōis: ⁊ tūc vltra sit potest frui ꝑso
na filij aut eadē fruitione qua fruit̄ p̄re. aut alia nō eadē qꝛ
eadē fruitio non videt̄ eē respectu duoꝝ obiectoꝝ fruibiliū
eq̄ ꝑfectoꝝ: nō alia qꝛ iste due fruitiones aut sunt īcōpossi-
biles: ⁊ tūc fruitio nō eēt ꝑpetua qꝛ qñ vna inest alia ꝓpter
incōpossibilitatē: aut sunt incōpossibiles: et tūc duo actus
eiusdē sp̄ei sunt in eodem subiecto: qḋ est ꝯtra phm̄. 5. meta.
¶ Dico breuiter vt dixi in declarādo titulū. q. ꝙ tota ratio
obiecti vltimate fruibilis est essentia diuina ⁊ in quocūqꝫ ē:
est semꝑ ratio talis obiecti: ⁊ qꝛ tm̄ vna est in trib⁹ ꝑsonis:
ideo tm̄ ī eis est vnū obiectū fruibile: qḋ est ratio formalis
terminandi actū fruitionis: ⁊ sic ita ꝑfecte qetat potentiaʒ
fruentē in vna ꝑsona sicut in tribus. qꝛ ipsa sola est tota ra-
tio quietandi nec ꝑsonales ꝓprietates aliquid addunt: non
enī magis qetat vt in se q̄ȝ vt in ꝑsona: ⁊ sic negatur ꝙ tres
ꝑsone sint tria obiecta ꝑ se fruibilia sed bñ sunt tria suppo
sita hñtia eādē rōnē obiecti fruibilis qꝛ eādē eēntiā: ⁊ ideo
termināt actū fruitiōis vt qḋ: sed nō vt quo siue vt rō for-
malis terminādi. Et cū q̄rit̄: aut eadē fruitiōe fruit̄ ꝑsona fi
lij qua ⁊ ꝑsona p̄ris. Dico ꝙ simpl'r eadē: qꝛ fruitio tm̄ depē
det ab essentia diua: bñ veꝝ est ꝙ talis fruitio pōt hr̄e aliaʒ
⁊ aliā terminutionē respectu alteri⁹ ⁊ alteri⁹ ꝑsone: ⁊ sic di-
uersificari hʒ aliū ⁊ aliū respectū rōnis. De quo alias: essen
tia enī diuina est obiectū primuʒ a quo essential'r dependet
actus fruitionis: ⁊ ꝑsone sunt obiecta sc̄daria: vt. s̄. patuit.

Quantum ad tertiū articlʒ. In ista lr̄a plura notant̄
a doc. Primū ꝙ ostēsa essentia diua ⁊ ꝑso-
nis nō est in ptāte volūtatis create ordinate frui sic vel nō
frui sic: puta frui essentia nō fruēdo ꝑsonis: vel vna ꝑsona
⁊ nō alia: ⁊ hoc stāte ordinatione diue volūtatis: q̄ ordina
uit vt cōprehēsor fruatur essentia vt ī trib⁹ ꝑsonis: ⁊ lr̄a cla
ra est. Scḋʒ est ibi. Sʒ de ptāte absoluta volūtatis. Et vult
Doc. ꝙ volūtas de ptāte sua absoluta nō pōt frui vna ꝑso
na nō fruēdo alia: siue ordinate siue inordinate: ⁊ assignat
rōnē. Qꝛ posito ꝙ volūtas cōphēsoris absolute possit vel-
le frui: qḋ tñ ille act⁹ fruitionis p̄cise terminetur ad essentiā
in se ⁊ non vt in trib⁹: vel ꝙ p̄cise terminetur ad essentiā in
vna ꝑsona ⁊ nō ad essentiam vt in alia ꝑsona: hoc tm̄ est in
ptāte dei. ⁊ exēplum positū est satis ad ꝓposituʒ: ⁊ assignat
rōneʒ Doc. ibi. Act⁹ aūt fruitiōis quantū est ex natura sui
primi obiecti nat⁹ est vt sit triū ꝑsonaꝝ in eēntia: qꝛ ex quo
essentia est rō formalis obiecti fruibilis: ⁊ ipsa essentia ꝑfe
ctissime est in trib⁹ ꝑsonis: seqtur ꝙ q̄ȝtū est ex natura essen
tie ꝙ act⁹ fruitionis sit ipsi⁹ essentie vt in tribus ꝑsonis. Et
addit ꝙ nisi ponatur miraculū ex ꝑte obiecti act⁹ fruitiōis
erit ex se triū ꝑsonaruʒ. Sed de⁹ de ptāte sua absoluta pōt
facere ꝙ talis act⁹ precise terminetur ad essentiā ⁊ non ad
ꝑsonas: vel ad essentiā vt in vna ꝑsona ⁊ nō vt in alia: ⁊ hec
est intentio Doc. ¶ Ibi. Si dicas ꝙ ista rō. Propter hoc
Doc. arguit ꝯtra hoc qḋ dixit: qꝛ si act⁹ fruitionis sit de se
essentie vt in trib⁹: videtur ꝙ nō sit in ptāte dei ꝙ act⁹ frui
tionis sit tm̄ eēntie vt in se ⁊ nō vt in trib⁹: vel ꝙ sit tm̄ essen
tie vt in vna ꝑsona ⁊ nō in alia. Licet rñsum sit parū. s̄. di-
cit tñ ꝙ act⁹ alicui⁹ creature est in ptāte dei q̄ȝtū ad aliquaʒ
ꝯditionē: puta ꝙ sic referatur vel nō sic referatur: ⁊ exēplū
est satis ad ꝓpositū: lʒ aliqbus sit dubiū: qꝛ posito ꝙ aliqs
eliciat actū homicidij: posito tali actu nō est in ptāte sua vt
vtatur illo actu ad deū: puta referēdo ipm̄ ad deum: pʒ qꝛ
eliciēs actū homicidij fruitur ipso actu: qꝛ oīs peccans vt
sic semꝑ fruitur actu pc̄ti: ⁊ hoc declarabit̄. ī. q. vlt. hui⁹. di.
⁊ clarius in. 2. Et tñ est in ptāte dei absoluta referre actuʒ
homicidij ad se: īmo posset illū actum acceptare vt dignuʒ
vita eterna: vt posset ꝓbari ex dictis Doc. i. d. 17. p̄mi. ⁊ ex
dictis Francisci May. in eadē. d. et Ochā in eadē. ⁊ in q̄li.
¶ Ibi dimittatur exemplū illḋ ⁊ teneatur rō ⁊c. Nō omit
tit hoc exemplū: ex hoc ꝙ nō sit ad ꝓposituʒ: sed ex hoc ꝙ
aliqbus videtur dubiū ꝙ act⁹ pc̄ti referatur ad deū ab vna
potētia puta dei: ⁊ nō ab alia puta a creatura. Assignat er-
go rōnem quare sit in ptāte dei absoluta: vt act⁹ fruitionis
sic terminetur vel nō sic terminetur: qꝛ accidens necessario
ꝯñs actum positū: pōt non inesse manente actu. Naʒ acci-
dit actui fruitionis ꝙ sic terminetur ad essentiam vt in tri
bus personis: ⁊ tale accidēs dicitur inesse actui necessario
non tamen necessitate absoluta: qꝛ tunc non posset separa-
ri: sed de necessitate cōditionata: qꝛ impossibile est ex ꝑte
creature quin talis actus sit eēntie vt in tribus: ⁊ ꝑ ꝯñs ex
parte creature necesse est vt sit ipi⁹ eēntie vt in trib⁹: tñ ex
ꝑte dei nō est necesse vt tale accidēs siue talis cōditio: pu
ta ꝙ actus terminet̄ ad essentiā vt in tribus.

Quantum ad quartū arti. de facto. Hic articul⁹ cla
re pʒ in lr̄a. Et vult doc. hic ꝙ in p̄ria de
facto erit tm̄ vna fruitio ⁊ vna visio triū personaꝝ: qꝛ erit
eēntie vt in tribus ꝑsonis. Et ꝓbat ꝑ auctoritates Aug. q̄
sunt clare. Ad illā ī qua dicit oēm sciam nostrā vno simul
conspectu forte videbimus: ⁊ accipit sciam habitualem nō
ꝓ habitu acqsito vel infuso: sed ꝓ obiecto p̄ñte intellectui:
sic enī multotiēs accipit sciam ꝓut obiectū hʒ esse in intel-
lectu: vt memoria vel pars mēorie: v. ī. patebit. d. 2. pte. 2. q.
vlti. ⁊ d. 6. ⁊. 27. Et qḋ dicit forte: dʒ referri ad obiecta se
cūdaria relucētia in ṽbo: qꝛ forte nō vidēt illa vnico intui-
tu: īmo forte vidēt ṽitates ꝯtētas in illis virtual'r discurrē
do: vt. s̄. patuit. q. illa. An theologia sit scia: vt ṽo cōparā-
tur ad eēntiā diuinā: illā ⁊ ꝑsonas vnico intuitu videbim⁹
⁊ sic etiā illa fruemur in trib⁹ ꝑsonis. Scḋo p̄ncipal'r dicit ꝙ
loquēdo de viatore ꝙ viator lʒ de facto possit frui ordina-
te vna ꝑsona nō fruēdo alia: tñ cū illa de facto stat fruitio
habitualis respectu aliarū personaꝝ: qꝛ ex quo hñt eandē
essentiā q̄ est tota rō obiecti fruibilis: nō pōt qs ordinate
frui vna persona nō fruēdo alia saltem habitual'r. i. vt sit ī
proxima dispositione ad fruendū: ⁊ nō accipitur hic habi-
tualiter sic ꝙ habeat habitū: sed sicut habēs habitū acqui
situm potest prōpte et faciliter operari sic fruens actu vna
ꝑsona debet esse dispositus de primo vt cū ostensa sibi fue-
rit alia persona ꝙ semꝑ paratus sit ita frui illa sicut alia: et
licet de facto nō fruatur illa ostensa sufficit ꝙ sit paratus
frui illa loco ⁊ tempore: ⁊ nō ponat obicem puta odiendo
illam vel determinando velle non frui ea: et hoc intendit
Doctor in isto articulo.

Ultimo sunt soluenda argumenta principalia: quib⁹
primo probat ꝙ in deo sunt plures rationes
fruibilitatis: ⁊ primū argumētum est in principio questio-
nis ⁊ stat in vno fundamēto. s. Quod dicit rationē bonita
tis ꝓprie dicit rationem ꝓprie fruibilitatis. sed paternitas
in diuinis ⁊ filiatio dicūt ꝓpriam rationē bonitatis: ergo.
Probatio minoris est manifesta in litera ꝑ philosophū et
Cō. c. 7. p̄mi ethi. vbi habetur ꝙ bonū equal'r dicitur enti:
⁊ dicit ibi Cōmē. ꝙ sicut ens ⁊ vnū sunt in oī gñe ita ⁊ bo-
num. ¶ Rñdet Doc. ibi ad argumenta principalia. ¶ Et
rñsio stat in hoc. Qꝛ obiectū vere fruibile dicit bonitatem
perfectam: in qua nō potest esse vere ratio alicuius defe-

Duplex velle volūtatis.

Itellēē.

Rñsio

ctus:ſed vere eſt ibi rō oīs boni: q̄uis ergo paternitas ſit
bonū vt bonū cōuertit cū ente: nō tñ eſt tale bonū de quo
loq̄mur in ꝓpoſito:ꝛ pꝫ lr̄a. ¶ Scđo arguit ibi. Preterea
ſicut vnū cōuertit cū ente. Et rō ſtat in hoc:ꝙ ex quo vnū
ꝛ bonū cōuertunt:eo mō quo vnū repit in diuinis ꝛ bonū
ſꝫ vnū in diuinis eſt eēntiale:q2 cōe trib⁹ ꝑſonis:pꝫ q2 di-
cim⁹ꝙ tres ꝑſone ſunt vn⁹ de⁹vel vna eſſentia:vel vna na
tura:eſt etiā ꝑſonale: pꝫ q2 dicim⁹ ꝙ pater eſt vna ꝑſona:
ꝛ talis vnitas cōpetit tm̄ pr̄i:et fili⁹ eſt vna alia ꝑſona. Et
vltra ſeq̄tur ꝙ ſicut in deo ſunt tres vnitates.ꝛ ꝑ ɔñs tres
bōitates.ergo ſūt ibi tres rōnes fruibilitatꝭ. ¶ Rn̄r ꝑmo
ab Hen.ibi. Ad ſecūdū dr̄. Et lr̄a clara eſt. Et vult ꝙ vnū
ꝑtim dicat eſſentiale ꝛ ꝑtim notionale: q2 ſm̄ vnā rōnem
dr̄ de eſſentia:ꝛ ſm̄ aliā de ꝑſona. Nā vnū dicit indiuiſionē
ꝛ eo mō quo aliquid eſt vnū eo mō eſt indiuiſum: ſicut em̄
Frā.eſt vnū nūero: ita eſt indiuiſus:nūeraliter: ꝛ ſicut hō
eſt vnū ſpecie:ita eſt indiuiſus ſm̄ ſpēm. Sic in ꝓpoſito eēn
tia diuina eſt vna ſubſtantia:ideo eſt indiuiſa ſm̄ ſubſtātiā:
vel eſt vna natura ideo eſt inndiuiſa ſm̄ naturā:ꝛ q2 eſſen-
tia eſt cōis tribus:ꝛ ꝑ ɔñs eſſentiale: ergo et vnitas eēntie
eſt cōis tribus:ꝛ ſic talis vnitas eſt q̇d eſſentiale. Sed pater
eſt vna ꝑſona:ideo eſt indiuiſus ſm̄ ꝑſonalitatē:ꝛ q2 pater
eſt vnū notionale:ſeq̄tur ꝙ vnitas pr̄is erit notiōalis: ꝛ ſic
pꝫ intentio Heñ. q̄uo vnum dicatur eſſentiale ꝛ notionale.
¶ Ibi. Sed ɔtra iſti⁹ cām q̄rit argumentū. Supple argu-
mentū factū q̄rit cām quare vnuꝫ non dicatur ſic eſſentiale
ſicut bonuꝫ cum eꝗ ſint ɔuertibilia. Et Heñ. non aſſignat
cām. Dicit em̄ ipſe ꝙ bonū eſt tm̄ eſſentiale: ꝛ doc. q̄rit cuꝫ
bonum cōuertatur cū vno: quare vnū nō dicatur eēntiale:
et ſil'r qñ dicit ꝙ vnū eſt partim eēntiale ꝛ partim notiona
le: quare nō ſic bonū cū ſint eꝗ ɔuertibilia. ¶ Doctor er-
go rn̄det ad argumentum ibi. Ideo eſt alia rn̄ſio. Et nota
iſtam lr̄am doc. in qua plura dicit. Primo ꝙ rō ſuppoſita-
lis ſiue ꝑſonalis nec eſt formalis rō agendi:nec eſt forma-
lis rō termini alicui⁹ actiōis. Hoc declaro ſic. q2 rō forma
lis agendi ſemꝑ dicit ꝑfectionē vt notū eſt:ſed rō ſuppoſi-
ti nullā ꝑfectionē dicit: q2 in creaturis dicit tm̄ negationē
duplicis dependentie.ſ.actualis ꝛ aptitudinalis: vt diffuſe
pꝫ a doc. in.3.d.1.q.1.ꝛ ī quol.q.9.ꝛ.19. vel dicit negationeꝫ
duplicis cōicabilitatis.ſ.vt quo ꝛ vt q̄d. vt patebit.ꝭ.d.2.pte
2.q.1.in corpe.q.ꝛ talis negatio nō dicit aliquā ꝑfectioneꝫ
nec rōnē agendi. Rō vero ſuppoſiti in diuinis vel dicit il-
lā duplicē negationē.de qua.ſ̄.vt dubitatiue loq̄tur doct.
ꝭ.d.23.ꝛ.28.vel accipitur ꝓ aliquo poſitiuo vt aſſertiue lo-
quitur doc. in.3.d.1.q.1.ꝛ quōcūꝗ accipiatur:claꝝ ē ꝙ nul-
lam ꝑfectionē quiditatiuā dicit. Et declaro ꝑ exēplū. Naꝫ
hic hō generat hoiem:humanitas eſt ratio formalis gene
randi eū ꝛ q̇ditatiua: ꝛ ſuppoſitū ipſi⁹ hois eſt cōditio ip-
ſius gn̄antis. Sil'r humanitas in hoīe gn̄ato eſt rō forma-
lis terminādi gn̄ationē: ſiue termin⁹ formalis gn̄ationis:
et rō formalis qua genitū dr̄ ſuppoſitū eſt ɔditio ipſi⁹ ge-
niti. Scđo dicit ꝙ ex quo rō formalis obiecti fruibilis: ſi-
ue ratio formalis terminādi fruitionē q̄d idē ē: eſt ꝑfectio
q̇ditatiua: vt pꝫ q2 ꝑfectio fruitionis ꝑ̄ncipaliter accipitur
a rōne formali obiecti fruibilis: ideo dicit doc. ꝙ bonitas
que eſt rō formalis terminādi actū fruitionis:de neceſſita
te eſt ꝑfectior q̇ditatiua. Tertio dicit ꝙ vnitas poteſt eſſe et
Unitas accipitur dupl'r. ꝑfectio q̇ditatiua ꝛ ratio ſuppoſiti:q̄d dꝫ intelligi de vnita
te fundamētali. ſicut dicim⁹ ꝙ natura diuina ē vna:tunc ta
lis vnitas eſt vnitas q̇ditatiua q2 eēntia diuina eſt entitas
ꝑfectionalis ꝛ q̇ditatiua:aliqñ accipitur vnitas ꝓ rōne ſup
poſiti:eo mō quo dicim⁹ ꝙ paternitas eſt vna. Et ſic poſſu-
mus dicere ꝙ eēntia diuina eſt bonitas q̇ditatiua:ꝛ ſil'r vni-
tas q̇ditatiua:ꝛ vt ſic eſt rō obiecti fruibilis:paternitas ꝟo
nec dicit vnitatē q̇ditatiuā nec bonitatē:ꝛ ſic pꝫ litera doc.
¶ Tertio ꝛ vltio arguit doc. ibi. Preterea. Act⁹ nō teriat
ad obiectū. Ut hec rō clarius intelligat formo eā ſic. Ois
act⁹ q̄ teriat ad obiectū inq̄ꝫtū obiectū nūerat:rō formalis
illi⁹ obiecti numerat. Sꝫ act⁹ fruēdi teriat ad tres ꝑſonas
inq̄ꝫtū tres ſiue inq̄ꝫtū tria obiecta.ergo. Probatio mino
ris credim⁹ in deū inq̄ꝫtū trin⁹. ergo videbim⁹ deū inq̄ꝫtū
trin⁹:q2 viſio ſuccedit fidei ſm̄ totā ei⁹ ꝑfectiōeꝫ.i.ꝙ ſi cre
dim⁹ nūc in deū vt trinū: ꝙ tūc erit viſio dei vt trini:tunc
vltra videbim⁹ deū vt trinū. ergo fruemur deo vt trino:
q2 fruitio ſeq̄tur viſionē. ¶ Rn̄det doc. ibi. Ad tertiū dico
Dicit ꝑmo doc. ꝙ ly inq̄ꝫtū pōt capi dupl'r. Pmo vt deno-
Inq̄ꝫtum pōt capi dupl'r. tat illud q̄d imediate ſeq̄tur accipi ſm̄ ſuā rōnem formaleꝫ.
Exēpluꝫ. Hō inq̄ꝫtū rōnalis eſt alb⁹: ſenſus eſt ꝙ homini
ſumpto in rōne formali rōnalitatis nō repugnat albedo:
et hoc modo. ly inq̄ꝫtū accipitur ſpecificatiue: q2 tm̄ ſpecifi-
cat rationē formalē illius q̄d imediate ſeq̄tur. Scđo acci-
pitur ly inq̄ꝫtum: vt non tm̄ ſpecificat rationē formalē illi⁹
quod imediate ſeq̄tur:ſed etiam denotat illud q̄d imediate
ſeq̄tur eſſe cām inherentie ꝑ̄dicati ad ſubiectū:ſiue illud re
duplicatū ſumatur ꝓ ſeipſo toto ꝑmo. Exēplum. hō inq̄ꝫtū
homo eſt riſibilis:ſiue ſumatur ꝓ aliquo quod ɔcluditur ī
intellectu ſubiecti. Exēplum. hō inq̄ꝫtū rationalis eſt riſi-
bilis:ꝛ hoc modo ly inq̄ꝫtuꝫ accipitur reduplicatiue. Hoc
declarato rn̄detur ad argumentū. Qꝫ ſi ly inq̄ꝫtū accipia-
tur reduplicatiue et ſpecificatiue ſimul (nā qñ accipitur re-
duplicatiue ſemꝑ accipitur ſpecificatiue.) Dicit Doc. ꝙ ma
ior eſt vera:ꝛ ſenſus maioris eſt: ꝙ ſi obiectuꝫ numerari eſt
cauſa quare hoc ꝑ̄dicatū.ſ.ꝙ ratio formalis obiecti nume-
retur:inſit ſubiecto. ꝓpoſitio eſt ꝟa:ſed minor eſt falſa. Et
ſenſus eſt ꝙ trinitas ſit cā inherentie ꝑ̄dicati ad ſubiectū.ſ.
fruitionē vel viſionē:ꝛ formetur ſic vt clari⁹ intelligatur.
Sed tres ꝑſone inq̄ꝫtū tres terminātactū fruitionis.i.ꝙ
trinitas ꝑſonarū inq̄ꝫtū trinitas:eſt cā quare hoc ꝑ̄dicatuꝫ
inſit ſubiecto:hic ſenſus falſus ē:ꝛ ſic pꝫ rn̄ſio ad argumen
tum. ¶ Deīde arguit Doc. ad oppoſitū. ibi. Ad oppoſituꝫ
in ordine eſſentiali ꝛc. Hic intendit ꝓbare ꝙ tantū ſit vna
ratio formalis vltimi finis:ꝛ poſtea rn̄det ad iſta argumē-
ta ꝙ ſint plures rationes formales. Pro intelligentia iſto
rū argumentoꝝ ꝛ ſolutione. Nota ꝙ qñ Sco. loq̄tur ꝙ tm̄
eſt vna ratio formalis obiecti fruibilis: intendit ſimplicit'
de rōne formali cōſtituente obiectū in eſſe fruibili:ꝛ ſic tm̄
eſt vna.ſ. ipſa deitas:ꝛ qñ hic ɔcedit ꝙ ſunt plures: intelli-
git de rationib⁹ tm̄ terminatiuis nō cōſtituentib⁹ aliq̄d in
eſſe fruibili:et ſic pater terminat fruitionē meā vt q̄d: non
tñ paternitas eſt ratio formalis dans patri ꝙ ſit obiectum
fruibile:ſed eſt ſola deitas. Et hoc declarato patent argu
menta cū ſuis reſponſionibus. Et ſic finis hui⁹ queſtionis.
¶ Iſtas tñ rationes deduco rn̄dendo ſingilatim ad eas.
primo arguitur ſic in ordine eēntiali finitū eſt tm̄ vn⁹ finis
vltimate ꝛ ille eſt ratio fruitiōis:ergo ē tm̄ vna ratio frui-
tionis ſiue obiecti fruibilis. ¶ Dicit Doc. ꝙ eſt tm̄ vnus fi-
nis in ſe qui.ſ. ſit ratio obiecti fruibilis: tñ habet ī ſe diſtin
ctas rationes.i. ꝓprietates ꝑſonales q̄ nō ſunt formaliter
rōnes vltimi finis.i.q̄ nullo mō ꝑtinēt ad formaleꝫ rōnem
obiecti fruibilis cū nullā dicant ꝑfectionē formaliter:ꝛ ſic
poſſibile eſt frui eo ſub rōne vltimi finis formal'r nō fruen
do illo ſub illis rōnib⁹.i. ꝙ poſſibile eſt frui eſſentia abſo-
lute nō fruēdo ea vt ī trib⁹ ſiue vt hn̄te in ſe ꝓprietates ꝑ-
ſonales cū nullo mō ꝑtineant ad rationē obiecti fruibilis.
tis nō. est em̄ ipossibile ꝙ inter idiuidua eiusdē spēi sit talis ordo causarū essentialr̄ ordinatarū: cū inter illa non sit ordo essentialis: vt pꝫ exp̄sse a philosopho. 3. met. t. c. 11. In indiuiduis inq̄t eiusdem spēi: non est hoc prius. s. essentialr̄: illud ꝓo posterius. s. essentialr̄. Oportet ergo ꝙ cause essentialr̄ ordinate differant specie: nec sufficit ꝙ differant vt species specialissime q̄ adinuicem sunt disperate: q2 due species specialissime eiusdem generis nō vniūtur adinuicem ad ꝓductionem alicuius effectus vt cause ꝑ se essentialiter ordinate: vt pꝫ a doc. in scđo dist. 3. q. 8. vide ibi. Et cū dicit ꝙ inter illas est causalitas alterius ordinis ⁊ alterius rōnis: est causalitas alterius ordinis: q2 supior in alio ordine causandi causat: puta q2 causat respectu scđe independenter ⁊ est mouens nō mota: inferior ꝓo dependenter ⁊ mouet inquantū mouetur a prima: ⁊ sic est mouens mota: ⁊ per ꝯn̄s causalitas cause supioris est alterius ordinis a causalitate inferioris: est etiā causalitas superioris alterius rationis a causalitate inferioris: q2 superior est essentialiter ꝑfectior: causalitas em̄ dicitur alterius rōnis: que cōsequitur entitatem alterius rationis: sicut ergo causa superior est essentialiter ꝑfectior ⁊ quiditatiue causa inferiori: ita causalitas superioris erit essentialiter ꝑfectior causalitate inferioris. Nisi teneat̄ ꝙ ad ordines essentialiter causarū sufficit alius ⁊ alius modus habendi formaꝫ eiusdem speciei: vt videtur Doc. tenere in scđo me. q. 5. vide que ibi exposui. Sed in accidentaliter ordinatis non est talis ordo essentialis: ⁊ hoc dependet ex p̄ma ꝯditione causarū accn̄taliter ordinatarū: videlꝫ q2 secūda nō dependet in agendo a prima. nulla em̄ causa eiusdem rōnis cum alia eiusdem specie specialissime dependet essentialiter ab illa in causando: q2 (vt dixi) non est isti ordo essentialis: nam in causatione alicuius sufficit vnū vnius rōnis: pꝫ/q2 calores qui ponunt̄ eiusdem rationis ad causandū calorem in ligno sufficit vnus calor. Non em̄ oportet ponere duos calores ad causandum calorem in ligno: sed si essent essentialiter ordinati vnus nō sufficeret sine alio. Nec valet instantia de patre ⁊ matre que sunt eiusdem speciei: ⁊ tamen necessario cōcurrunt ad eundem effectum. vt pꝫ a Doc. in tertio di. 4. q2 nō ponūtur cause accidentaliter ordinate: sed tm̄ ponūtur vt due cause partiales integrantes vnā totalem. De hoc patebit. i. dist. 3. q. 8. ⁊ in secūdo dist. 3. Tertia cōditio est ꝙ oēs cause per se essentialiter ordinate simul necessario requiruntur ad causandum: nō sic intelligendo ꝙ sicut inferior non pōt ꝓducere effectum nō concurrente superiore: ita nec superior potest producere inferiore nō cōcurrente. Sed ꝙ inferior nullo modo cōcurrit superiore nō agente ad eūdem effectum cōmunem: nō tamen ecōtra. Si tamen teneatur ꝙ simplr̄ oēs cōcurrant: adhuc oportebit dicere ꝙ semper superior concurrit vt mouens nō mota ⁊ vt alterius ordinis ⁊ rationis in causando: q2 semper secunda agit in virtute prime q̄uis prima nō possit sm̄ phm̄ attingere immediate effectum nouum nō concurrente simul secūda ⁊ particulari: semp tamē secunda attingit effectū in virtute prime ⁊ in causando dependet a prima sed nō ecōtra. Et ꝙ simul cōcurrant ad effectum: pꝫ/q2 aliter aliqua per se causalitas deesset effectui Si em̄ necessario dependet ab. a. b. c. d. vt a causis essentialiter ordinatis ad illum effectum: si posset ꝓduci ab vna tm̄: alie per se causalitates deessent: immo nullo modo posset ꝓduci nisi teneat̄ ꝙ causa superior eminenter continet causalitatem omniū inferiorū: vt. i. patebit: ⁊ sic superior ꝑ se sufficeret. primus modus sm̄ viam theologorum ⁊ sm̄ veritatem est verus: secundus vero modus sm̄ viam philosophorum est probabilis: immo necessarius. de quo. i. dist. 8. q. vlt. ⁊ in quolibet. q. 7. Sed in accidentaliter ordinatis non sic q2 non requiritur simultas earum ad causandum: vt patet/ quia si sic: sequeretur ꝙ hic homo non posset generare nisi simul cōcurrerent pater eius/auus/abauus/ proauus: ⁊ sic ascendendo vel in infinitum vel ad primum hominem: puta vsq̄ ad Adam.

Quō cā supior eēntialr̄ ē alteri⁹ ordinis ⁊ rōis

Et ex hoc apparet improbatio illi⁹ quod dicit Ochom cōtra Docto. de cā per se ⁊ per accidens in primo dist. 2. q. 10. Ubi vult ꝙ ita hec si per se album calefacit sicut calidum calefacit: q2 tam album q̄ȝ calidū supponūt pro aliquo supposito: vel vtraq̄ȝ sit per accidens. Cum tam albedo q̄ȝ caliditas accidat supposito. Et ita non est maior ratio q̄ȝ calidum per se calefaciat q̄ȝ ꝙ albus per se calefaciat: cū vtrunq̄ȝ accidat supposito calefacienti. Sed hec nō est mens Doctoris: vt patuit s. Diceret enim Doctor ideo calidum per se calefacit: quia suppositum habens caliditatem que est per se ratio formalis calefaciendi sm̄ illam calefacit. Et album per se non calefacit: q2 suppositū habēs albedinē sm̄ illā: nullo mō pōt calefacere cum nō sit ratio formalis calefaciendi.

Impro= cham.

Contra primam differentiam arguit Ocham vbi. s. sic dicens. Quero quid est causam secundaꝫ dependere a prima in causando: aut hoc est q2 sine ea causare non potest: aut q2 in suo esse dependet a prima: aut q2 recipit virtutem a prima: vel aliquam influentiā a prima. Primū non: q2 in multis sicut causa secūda non pōt causare sine prima: ita nec ecōuerso: pꝫ/q2 sicut multa agentia particularia nō possunt causare effectum suū sine sole: ita sol sine ipsis. Nec secundū: q2 aliquando causa dependet in esse ⁊ cōseruari ab aliqua alia sine qua si causa cōseruaretur a deo nihilominus posset effectus esse. Nec potest dari tertiū q2 talis influentia vel motio non posset esse: nisi sit vel motus localis vel aliqua forma substantialis vel accidentalis. Sed pꝫ ꝙ frequenter causa secunda in agendo nec motum localem: nec formā absolutā recipit a prima. ¶ Preterea. Scđm Sco. alibi. s. in primo dist. 3. q. 7. ⁊ in secundo dist. 3. q. vlti. ⁊ diffuse in quolib. q. 15. Obiectū ⁊ intellectus sunt due cause ꝑtiales respectu intellectionis: ⁊ tamen sm̄ eū neutra dependet ab alia in causando sed vtraq̄ȝ agit virtute propria: vt pꝫ ab ipso Sco. in primo dist. 3. q. pe. ⁊ alibi sepe. Et tunc querit Ocham: aut sunt essentialiter ordinate aut accidentaliter. Si primo: ergo nō semper secūda depēdet a p̄ma in causando. Si secūdo: ergo secūda potest agere sine prima: vt pꝫ. Et confirmat hoc: q2 sm̄ Sco. intellectus respectu intellectionis est causa principalis ⁊ vl̄is: et illimitata: ⁊ tamen obiectum in causando non dependet ab ea. ¶ Pro rn̄sione ad rationem Ocham premitto vnū dictum Sco. in quarto di. 1. q. 1. in rn̄sione ad vltimū argumētum principale. Ubi sic dicit: ꝙ nihil potest agere in quocūq̄ȝ ordine agendi nisi ꝓpria virtute. Nisi em̄ habeat formā actiuā ⁊ intrinsecā non pōt oīno agere: ita etiā nisi habeat propriā virtutem intrinsecā: q2 illa forma est virtus. Quō si prius nō habuit formā ⁊ virtutē: ⁊ nūc agit in aliquo ordine: opꝫ ꝙ nūc de nouo habeat formā ⁊ virtutem in illo ordine. Eadē em̄ natura manens absq̄ȝ oī mutatione: nullo mō est nunc actiua nūc nō actiua: sꝫ tn̄ agēs dependens ab ab alio dr̄ agere in ꝟtute alterius: q2 virtus agentis dependentis nō sufficit sine illa virtute a qua dependet. Et parū i. Causaꝫ etiā secūdā (. i. que hꝫ formā actiuā in esse quieto) agere in virtute alterius nō est recipere tunc aliquid ab illo altero: sed tm̄ habere ordinem inferiorem ad illud alterum agens in suo ordine simul. Et parū. i. Et ex hoc pꝫ ꝙ cause prime in causam secūdā ꝓprie dictā qn simul agunt: nō est influentia noua: q̄ sit creatio alicuius inherentis cause secūde. Sed influētia ibi est determinatus ordo istarū causarū in agēdo effectum cōem. hec ille. ¶ Et ex hoc pꝫ rn̄sio ad rōnem Ochā. Nō em̄ dicit̄ causa scđa dependere a prima in agendo ex hoc ꝙ nō potest agere sine prima: tum q2 aliqn̄ sm̄ ipm̄ nec prima pōt agere sine scđa: nec ex hoc ꝙ scđa hꝫ suum esse ⁊ cōseruari a prima. Nec ex hoc ꝙ secunda in causando aliquid recipit a prima. Sed dicit̄ dependere a prima in agendo ꝓpter determinatū ordinem inferioris cause ad ordinem cause superioris. Posito ergo ꝙ causa superior nō possit agere sine inferiori: non tamen sequitur ꝙ in agēdo dependeat ab inferiori: sed supior simul causando cum inferiori, semꝑ in agendo habet ordinem superiorem ⁊ inferior inferiorem. ¶ Dico secundo ꝙ ꝓprie loquendo nulla dicit̄ causa scđa respectu alicuius p̄me: nisi illa scđa etiā dependeat a p̄ma in esse ⁊ cōseruari vt posset deduci ex dictis Doc. in p̄senti dist. ⁊ dist. 8. q. vlti. ⁊ in secūdo dist. 37. ⁊ in quoli. q. 7. In causis ꝓo accidentaliter ordinatis ⁊ si vna dependeat ab alia esse: non tamen dependet totaliter ab illa in suo conseruari: sed a solo deo. Et posito ꝙ sic dependeret: vltra hoc requiritur determinatus ordo in agendo: videlꝫ supioris ⁊ inferioris: qualis nō est in causis accidentaliter ordinatis cum ille sint eiusdeꝫ speciei specialissime. Et sic patet instantia de sole: que non concludit: tum quia posito ꝙ sol non possit agere sine causa inferiori: non tamen in agendo dicitur dependere: quia in esse suo non dependet ab inferiori. ¶ Dico tertio ꝙ cause essentialiter ordinate sic se habent ꝙ impossibile est secundam agere sine prima: etiam per impossibile prima circumscripta: propter determinatum ordinem quem habet secunda in agendo ad primam. Et ideo per impossibile circumscripto primo ente: et existente sole. Impossibile est solem aliquid producere: precipue cum effectus necessario in esse ⁊ conseruari dependeat a prima causa: et ideo ipsa circumscripta esset simpliciter impossibilis talis effectus: sed non econuerso circumscriptis causis secundis: quia prima continet virtualiter et

Gul. Ocham arguit ꝯtra doc. de depēdētia a prima cā.

Rn̄sio ad rōnez Ocham.

Pulchra declaratio quō cā scđa dependet a pria iagēdo.

Obiectio eminenter causalitates oĩm scdaꝝ causarũ. ¶ Si dicat̃ cũ agere sequat̃ esse: ⁊ sol hꝫ formã ꝓpriã ⁊ ꝟtutem ꝓpriaꝫ qua agere põt: cũ hoc sit verũ de oĩ cã scda: vt patuit.s̃.ꝑ doc.
Rñsio. videt̃ ꝙ possit agere circũscripta pria. ¶ Dico ꝙ vltra ꝟtutem propriã quaꝫ hꝫ requirit ordinem determinatũ qui est agere in virtute sup̃ioris: ⁊ in agendo dependere a sup̃iori Effectus eñi nõ tñ dependet a causa secũda: sed etiã a prima. Et ideo nõ credo absolute ꝙ inter causas inferiores ⁊
Circũscripto celo ignis põt gñare. celum sit simpliciter ordo essentialis in causando: qꝛ ꝑ possibile celo circũscripto adhuc ignis posset calefacere: ⁊ posset corrũpere aliud ⁊ generare aliam substantiã: vt subtiliter deduci põt ex dictis doc. in dist. 48.4.q.2. vbi vult expresse ꝙ cessante motu p̃mi mobilis adhuc aliquid inferiꝰ
Obiectio moueri põt: vide ibi. ¶ Si dicatur ꝙ etiam ꝑ possibile vel impossibile circũscripta omni causa secunda: p̃ma nõ posset agere omnem effectum cause secũde: ptꝫ/qꝛ philosophi volunt ꝙ imꝑfectio effectus tñ attribuat̃ cause secũde: q̃uis ille effectus dependeat etiã a prima. Et dicũt ꝙ impossibile est primã causam agere immediate effectũ imꝑfectũ.
Solo. ¶ Rñdeo ꝙ hoc bene concluderet si ꝓbatum esset ꝙ causa prima agat tñ de necessitate nature: vt ptꝫ subtiliter a doc. in p̃mo dist.2.q.1.⁊ dist.8.q.vlti.⁊.q.7.quolibe. Sed ex quo primuꝫ agens tñ agit cõtingenter ad extra. dico ꝙ immediate posset ꝓducere oẽm effectũ nulla secũda causa cõcurrente: vt ptꝫ cõiter ꝑ doc. Et presertim a doc. subtili vbi.s̃.
Itẽ alia. ¶ Dico secũdo ꝙ posito ꝙ prima causa non possit agere: circũscripta omni secũda adhuc esset ordo essentialis inter illas: ⁊ oĩs causa secũda in agendo depẽderet a prima: ⁊ de necessitate ageret in virtute prime: cum prima eminenter ⁊ virtualiter cõtineat causalitatem cuiuscũqꝫ secũde: vt subtiliter ptꝫ a doc. in locis vbi.s̃.allegatis. ⁊ in secundo dist. 37. Et sic ptꝫ quõ ratio Ochã nõ cõcludit ꝯtra doc. ¶ Ad
Ad aliam rõnẽ gul. ocham. aliud de intellectu ⁊ obiecto. Dico ꝙ nõ sunt due cause essentialiter ordinate: sed due cause partiales respectu effectus cõmunis: lꝫ vna sit ꝑfectior: tamen neutra in agendo agit in virtute alterius: nec vna illarũ eminenter cõtinet totam causalitatem alterius. Sed vt dicit doc. in primo dist. 2.q.8. causa imꝑfectior aliquid addit intantum ꝙ effectus nõ solum nõ põt esse ꝑfectior a causa ꝑfectiori plusq̃ ab imperfectiori: immo nõ potest esse plus a perfectiori tñ q̃ ab imꝑfectiori tñ. Sunt ergo cause essentialiter ordinate tñ vno modo: videlꝫ ꝙ vna est simpliciter ꝑfectior altera: ita tamen ꝙ vtraqꝫ in sua partiali causalitate est ꝑfecta nõ de-
Ad aliam rõnem. pendens ab alia. Hec Sco. sed non sunt cause essentialiter ordinate: vt.s̃.exposuimus. ¶ Ad aliud cum dicit ꝙ intellectus est causa vniuersalior ⁊c. Hoc verũ est vt dicit doc. in p̃mo dist.3.q.8. Quia intellectus partialiter cõcurrit ad intellectionem cuiuscũqꝫ obiecti: ⁊ obiectũ est tñ causa determinate intellectionis: loquendo de obiectis creatis. Sed inter illa nõ est essentialis ordo sic ꝙ partialis causa imperfectior in agendo depẽdeat a perfectiori: nec ꝙ agat in virtute ꝑfectioris: sed tñ dicitur ordo essentialis inter illa ex hoc ꝙ vna causa essentialis sempꝫ est ꝑfectior: ⁊ aliquando respectu intellectionis intellectus est causa imꝑfectior q̃ obiectũ: ⁊ aliquando econtra obiectũ est causa ꝑfectior: vt
Scdo arguit gul. ochã ꝯtra doc.i.1.di. 2.q.10. ptꝫ a Doc. in p̃mo dist.3.q.8. ¶ Secũdo p̃ncipaliter arguit Ocham vbi.s̃.cõtra secundã differentiã quã doc. ponit inter causas essentialiter ordinatas ⁊ accidentaliter ordinatas: que est ꝙ cause essentialiter ordinate sunt alterius rationis ⁊ alterius ordinis: qꝛ superior est ꝑfectior: ⁊ arguit sic. Aut accipit̃ superioritas pro prioritate ẜm ꝑfectionem: aut pro prioritate ẜm illimitationem. Non primo modo: qꝛ esset petere principiũ ꝙ cause essent alterius rationis: qꝛ superior: qꝛ idem est acsi diceret̃: qꝛ perfectior est perfectior. Nõ secũdo modo: qꝛ causa illimitatior non est sempꝫ perfectior limitata: ptꝫ de corpore celesti: quod est imperfectius aĩali: vt dicit Doc. in secũdo dist.18. Et tamen corpus celeste est causa illimitatior. Silr̃ qñ intellectus humanus intelligit essentiã angeli intellectus est causa illimitatior essentia angeli: ⁊ tamen essentia angeli est causa ꝑfectior respectu intellectionis: qđ etiã tenet doc. in primo dist.3.q.7. ⁊ alibi. ¶ Dico ꝙ sup̃ioritas ista amplectit̃ vtrũqꝫ simul:
Rñsio. vcꝫ ꝙ causa sup̃ior sit ꝑfectior ⁊ illimitatior: nec hoc est petitio principij: vt ptꝫ intuenti lr̃am Doctoris: sed est ad maiorem declarationem illius quod dicit.

Ex his ergo declaratis Doctor probat intentũ principale. Et primo ꝓbat ꝙ infinitas essentialiter ordinatoꝝ est simpliciter impossibilis. Et prima rõ est ibi. Tum qꝛ vniuersitas causatoꝝ est causata: ⁊ lr̃a clara ẽ. Si eñi tota vniuersitas causatorũ sit causata: ⁊ certũ est ꝙ nõ ab aliquo illius vniuersitatis: qꝛ tunc idem causaret seipsum. ptꝫ: si eñi illud est de numero illius vniuersitatis: et per ꝯñs de numero causatoꝝ: ⁊ tota illa vniuersitas est causata ab illo: ergo illud causabit seipsum. Et ꝙ tota vniuersitas causatoꝝ essentialiter ordinatoꝝ sit causata ptꝫ: qꝛ illud qđ est simplr̃ in causatum ponit̃ extra illã vniuersitatẽ: nec valet dicere ꝙ tota illa vniuersitas causatorũ essentialr̃ ordinatoꝝ nõ sit causata: sed in infinitũ causabilis. Contra
si.a. ꝑtinens ad vniuersitatem causatorũ essentialiter ordinatoꝝ sit essentialr̃ causatum.a.b.⁊.b.a.c.⁊.c.a.d.⁊ sic ascẽdendo. si.a. est in actu causatũ: sequit̃ ꝙ oẽs cause sup̃iores que ꝑtinent ad vniuersitatem illam sint actu causate: ptꝫ/ qꝛ.a. est actu causatũ: ergo oẽs cause a quibꝰ essentialr̃ depẽdet erunt in actu. quãdo.a. actu causat̃: ptꝫ ꝯña: qꝛ effectus in actu nõ põt esse nisi a causa in actu: vt ptꝫ ꝑ phm̃.2.phy. t.c.37.⁊.5.meta.c. de cã.t.c.3. Et tunc quero aut ille cause superiores sunt causate in actu aut aliqua illarũ nõ est causata. Si secũdo habetur intentũ. Si primo ergo erunt oẽs causate ab aliquo illius vniuersitatis: ⁊ sic idem erit causa suijpsius: nec valet dicere ꝙ bene.a. est causatũ.a.b.⁊.b.a.c. ⁊.c.a.d. nõ tñ.a. erit causatũ. nec a.c. nec a.d. sed precise.a.b.⁊ b. precise a.c.⁊.c. precise a.d.⁊ sic ascendendo. Dico primo ꝙ nõ sequitur qꝛ in causis essentialr̃ ordinatis quicquid est causa cause est causa causati. Dico secũdo ꝙ hoc posito adhuc nõ habetur intentũ: qꝛ adhuc oportet ponere aliquid esse causa ꝙ sit extra illã vniuersitatem: vt ptꝫ: sufficit mihi ꝙ si tota vniuersitas causatoꝝ sit causata ꝙ quicqđ est illius vniuersitatis erit causatũ ⁊ nõ ab aliquo illius vniuersitatis: qꝛ quocũqꝫ assignato: quero aut est causatum ab aliquo illius vniuersitatis aut a nullo aut ab aliquo extra illã vniuersitatem: nõ primo: qꝛ oportet concedere ꝙ idem esset tandem causatũ a seipso. nõ secũdo: qꝛ nõ ens nõ potest esse causa entis: vt ptꝫ. si tertio/ habetur ꝓpositũ ꝙ erit status in essentialr̃ ordinatis. ¶ Secũda rõ est ibi. Tum scdo. Et rõ stat in hoc. Quia cũ cause essentialr̃ ordinate simul cõcurrant si est ꝓcessus in infinitũ in talibꝰ causis in ascendendo: ergo erũt infinite cause in actu: cũ nihil agat nisi sit in actu
Sed apud Doc. forte nõ est incõueniens ꝙ dentur infinita in actu. Dicit eñi in tertio dist.14. ꝙ posset poni animã xp̃i simul posse recipere infinitas visiones: ⁊ nõ tñ hoc: sed etiã simul elicere illas: hoc tamen esset incõueniens apud phõs ⁊ etiã Doc. hoc assertiue nõ dicit: vt ptꝫ ibi. esset tamen incõueniens ꝙ darent̃ infinita in actu inter que esset ordo essentialis: ita ꝙ inter illa sit essentialis depẽdentia causati ad causam. ¶ Tertia ratio est ibi. Tum tertio. Et ratio stat ĩ hoc. vbi est ordo essentialis inter aliqua ibi necessario est prius ⁊ posterius essentialr̃: ptꝫ/qꝛ nõ est ordo inter aliqua inter que nõ sit ratio prioris ⁊ rõ posterioris: loquendo de quocũqꝫ ordine essentiali. Si eñi est ordo essentialis inter perfectionis necessario vna ꝑfectio erit prior prioritate ꝑfectionis. Si est ordo durationis inter aliqua necessario vnum erit prius ⁊ aliud posterius duratione. Si ergo inter causas sit ordo essentialis necessario vna erit essentialiter prior vt ptꝫ. Cum ergo inter causas essentialr̃ ordinatas necessario sit prioritas ⁊ posterioritas essentialis. Sequit̃ ꝙ si in essentialiter ordinatis nõ sit status: ita ꝙ nõ sit aliqua prima: ꝙ in essentialr̃ ordinatis nõ sit prius ⁊ posterius: ptꝫ qꝛ vbi nõ est primũ ibi nõ est prius qꝛ prius est qđ est primo ꝓpinquius: vt ptꝫ ꝑ phm̃.5.me.t.c.16. ⁊ si ibi nõ est prius: ergo nec ordo essentialis: ⁊ sic ponere ordinem essentialeꝫ in causis ⁊ negare ibi prius est negare ordinem essentialem: negat̃ aũt prius vbi negatur primũ. ¶ Ibi. Tum quarto. qꝛ sup̃ior cã est ꝑfectior in causando ex dĩa scda. ergo in infinitũ sup̃ior est in infinitũ ꝑfectior: ⁊ ita infinite ꝑfectionis in causando: ⁊ ꝑ ꝯñs nõ causans in virtute alterius: qꝛ quelibet talis in ꝟtute alterius causans est imꝑfecte causans: qꝛ
Dubium. est dependens ab alio in causando. Sꝫ quõ teneat ista rõ ꝙ sit status est aliqualr̃ difficile: qꝛ forte cõcederet̃ ꝙ in infinitũ sup̃ior est in infinitũ ꝑfectior: sꝫ nõ sequit̃ ex hoc ꝙ detur p̃ma sꝫ data quacũqꝫ alia daret̃ superior ⁊ ꝑfectior. Di-
Solo. co ꝙ ratio doc. euidenter cõcludit: si recte intelligat̃. pono eñi ꝙ.a. causet̃ a causis essentialr̃ ordinatis: certũ est ꝙ oẽs simul actu cõcurrũt ex tertia dĩa posita supra ⁊ superior est ꝑfectior. ex scda dĩa: ⁊ in infinitũ sup̃ior in ĩfinitũ ꝑfectior ergo illa q̃ in infinitũ est sup̃ior actu ꝯcurrit ad.a. effectum ergo ibi erit status: ptꝫ/qꝛ illa q̃ in infinitũ est ꝑfectior (quecũqꝫ sit illa nõ curo) si ponit̃ causata nõ erit in infinitũ ꝑfectior: qꝛ causa illiꝰ erit ꝑfectior: ergo illa causata nõ fuit in infinitũ ꝑfectior. silr̃ in infinitũ ꝑfectior nõ ꝯcurrit ad.a. depẽdẽdo ab alio: qꝛ si in agẽdo depẽderet nõ esset in infinitũ ꝑfectior: vt ptꝫ/ ergo ibi erit statꝰ ad illã q̃ in infinitũ est superior: qꝛ illa nõ erit causata nec aget in ꝟtute alterius: sed

Quõ i essentialr̃ ordinatis ne cessario o[...] uenit ad vnũ p̃mu[...] in causati[...]

Infinita ĩ actu pñ poni.

oīno independenter: ergo simplr̄ p̄ma: nec valet dicere: ꝙ
illa p̄ma non pōt assignari: qꝛ data siue assignata quacūqꝫ
adhuc superioꝛ erit assignabilis ⁊ assignata illa superioꝛe:
adhuc alia superioꝛ erit assignāda. ⁊ sic in infinitum: quia
quero a te an oēs cause eēntialiter oꝛdinate simul actu cō-
currant ad effectū. a. si non: ergo nō erūt essentialiter oꝛdi
nate qđ est contra suppositū: si sic ergo danda est aliqua in
actu que sit in infinitū superioꝛ: ⁊ ꝑ ꝯn̄s in infinitū ꝑfectioꝛ
quecūqꝫ sit illa: ⁊ ibi necessario erit status: qꝛ illa non erit
causata nec dependens ab alia: ergo p̄ma. ¶ Quinta eui-
dentioꝛ alijs est ibi. Tum q̇nto. Qꝛ effectiuū nullā imꝑfe-
ctionem ponit necessario. Et ratio qꝛ effectiuū vt huiusmo
di necessario includit limitationē: patet / qꝛ datur aliquod
simpliciter ꝑfectū ⁊ summū qđ si ex natura sua diceret imꝑ
fectionem in nullo esset ꝑfectissimū. Sicut si ens vt ens ne-
cessario includeret iperfectionē: vbi esset in illo semꝑ dice-
ret imꝑfectionem: ⁊ sic nō posset esse ꝑfectissimū ens. Sic
in ꝓposito si effectiuū vt effectiuum necessario includeret
imꝑfectionē: nullum eēt ꝑfectissimū effectiuū: quod est fal
sum ⁊ si daꝛ ꝑfectissimū effectiuū illud in agendo nō potest
dependere ab alio. Si sic: ergo illud erit primū: ⁊ sic habe
tur ꝓpositum. ¶ Ibi. b. ꝓbatur sic. Hic Doc. intēdit ꝓbare
ꝙ nisi ponatur statꝰ in causis essentialiter oꝛdinatis: ꝙ est
īpossibilis infinitas in accidētaliter oꝛdinatis. Et vis istiꝰ
rōnis stat ī hoc ꝙ dicit ꝙ nulla difformitas ꝑpetuaꝛ nisi in
ꝟtute alicuiꝰ ꝑmanētis. qđ nō est aliq̇d illiꝰ successiōis: sed
est aliquid priꝰ essentialiter: qꝛ qđlꝫ successionis dependet
ab ipso. Exēpluꝫ de difformitate ⁊c. Nā impossibile est mo
tum ꝑpetuari nisi ab aliquo ꝑmanēte qđ sit alteriꝰ speciei: ⁊
hoc ꝓpter difformitatē in motu: qꝛ est essentialr̄ successiuꝰ:
in quo est semꝑ nouū prius ⁊ nouum posterius. Silr̄ est de
Perpulcra deductio ad ꝓbādū statū in cōi. hoibus. Nam ꝙ ꝑpetuētur infiniti hoīes successiue: hoc nō
pōt esse ab vno illoꝝ: ergo ab aliquo alteriꝰ speciei a quo to
ta successio indiuiduoꝝ speciei hūane essentialr̄ dependeat.
Si eñ successio hoim̄ ꝑpetuaꝛ: ergo est statꝰ in causis essen
tialiter oꝛdinatis: pꝫ nā cause essentialiter oꝛdinate necessa
rio simul cōcurrunt. Pono ergo ꝙ hic hō / sol / deꝰ: ⁊ sic in
infinitū sint cause eēntialr̄ oꝛdinate respectu soꝛ. ⁊ simul cō
currant. Nunq̇d oēs cōcurrēt in generatione alteriꝰ ꝓdu-
cti a soꝛ. si sic: ergo iste cause variaꝛ maxime ꝓxime. Opoꝛ
tet ergo ꝙ cōtinuētur ab aliqua natura ꝑmanente: qꝛ cause
saltē ꝓxime cū deficiant nō pn̄t ꝑpetuare. Pōt etiā dici et
foꝛte melius ꝙ doc. in ista scđa cōclusione nō intēdit abso-
lute ꝙ nisi ponatur statꝰ in essentialr̄ oꝛdinatis nō pōt po-
ni infinitas in accn̄taliter oꝛdinatis: sed ꝙ nisi ponaꝛ oꝛdo
essentialis causaꝝ in quo est statꝰ (vt ꝓbatū est q̇nqꝫ rōnibꝰ)
nō poterit poni infinitas in accn̄talr̄ oꝛdinatis: ⁊ ꝙ sic itel-
ligat videtur ex tertia cōclusiōe vbi dicit ꝙ ⁊ negādo oꝛdi
nem essentialē causaꝝ nō erit infinitas talis: ergo videꝛ vel-
le in scđa ꝯclōne ꝙ nisi ponaꝛ oꝛdo eēntialis cāꝝ ⁊c. ¶ Ibi
ꝓbaꝛ etiā ⁊c. Dicit doc. ꝙ si negeꝛ oꝛdo essentialis in causis
adhuc infinitas est ipossibilis i accn̄talr̄ oꝛdiātis. Et sensus
lr̄e stat ī hoc. s. ꝙ si vis dicere ꝙ successio hoīꝫ pōt ꝑpetuari:
tūc sic: aut ab aliquo eiusdē spēi: aut alteriꝰ spēi: si scđm: er-
go ponis oꝛdinē essentialē: qꝛ cām alterius spēi a qua essen
tialiter depēdebit tota successio. Si primū: ergo cū natura
humana in aliquo indiuiduo sit causata ⁊ in alio nō causa-
ta habetur ꝓpositū ꝙ erit ibi statꝰ. s. in illo in quo nō ē cau
sata. Si ꝟo ponaꝛ in quolꝫ indiuiduo cāta: ergo ab aliquo
alteriꝰ spēi: vt pꝫ: ⁊ sic ponis oꝛdinē essentialē causaꝝ: ⁊ sic
pꝫ hec lr̄a. ¶ Ibi. Ad scđam instantiā. hec lr̄a clara est. Et
qđ dicit accipiēdo possibile vt diuidiꝛ contra necessariū: qđ
idē est ꝙ ꝯtingens ad vtrūlibet. Nā possibile vt diuidiꝛ cō-
tra ipossibile pōt stare cū necessitate: pꝫ de filio dei q̇ dꝛ pos
sibilis vt diuidiꝛ cōtra īpossibile. i. ꝙ nō est ens ipossibile:
et tñ est necesse esse vt diffuse patebit. ī. pte. 2. ¶ Ibi. Secū-
Scđa cōclusio de p̄mo effectiuo. da cōclusio de p̄mo effectiuo est ista. Qꝫ p̄mū effectiuuꝫ est
oīno icausabile oī gñe causaꝝ: vcꝫ efficiētis finalis materia
lis ⁊ foꝛmalis. Et ꝓbat p̄mo ꝙ non sit cābile cā finali: ⁊ ꝓ-
batio est ibi. Et vlteriꝰ cōcludiꝛ. Et rō stat in hoc. Primuꝫ
effectiuū est oīno imꝑfectibile: aliter nō esset primum: ergo
est oīno infinibile. ꝓbatur ꝯn̄a sic. Cuiꝰ est cā finalis eiꝰ est
causa efficiēs pꝫ. Nō eñ dꝛ cā finalis ipsiꝰ efficiētis sed ipiꝰ
effectꝰ: qꝛ cā finalis p̄supponit efficiēs ⁊ mouet ip̄m tm̄ me-
taphoꝛice ad ꝓducēdum effectū: qꝛ inq̄ztū amata ⁊ desidera
ta ab efficiente efficiēs ꝓducit effectū ꝓpter finē sic amatuꝫ
⁊ desideratuꝫ: ⁊ q̇d sit mouere metaphoꝛice exposui. s̄. d. 1.
q. 4. Tūc sic. Om̄e hn̄s cām finalē est effectibile: sed p̄muꝫ
effectiuū nō est effectibile ergo p̄mū effectiuū nō hꝫ cām fi-
nalem. Itē ꝙ nō sit causabile intrinsece nec a cā materiali
nec foꝛmali. ⁊ ꝓbat. Ibi. Due aūt alie ꝯn̄e. ¶ Et prima ꝓ-
batio stat in hoc. Qꝛ cā extrinseca. s. efficiēs ⁊ finalis nul- Oꝛdo cāꝝ cuiuslꝫ cōpositi.
lā imꝑfectionē includit de necessitate: aliter nō posset esse
esse in p̄mo ente: cā ꝟo intrinseca. s. materia ⁊ foꝛma cuꝫ sit
pars alicuiꝰ cōpositi: necessario includit imꝑfectionē: ergo
rō cause extrinsece erit prioꝛ naturaliter rōne cause intrin
sece ⁊ prioꝛ ē causalitas cause extrinsece q̄ꝫ intrinsece: vt pꝫ
quia finis p̄mo mouet efficiens: ⁊ efficiēs ꝓducit foꝛmā in
materia: ⁊ sic ꝓducit cōpositū. Cū ergo a p̄mo efficiēte ne-
getur cālitas passiua. s. efficiētis ⁊ finalis vt patuit. s̄. ergo
ab ipso negaꝛ causalitas cause materialis ⁊ foꝛmalis cū sit
necessario posterioꝛ. ¶ Scđo probat idē ibi. Alr̄ probātur
eedē ꝯn̄e. Et lr̄a clara est. Cause eñ intrinsece vt materia
⁊ foꝛma pn̄t duplr̄ intelligi causari ad q̄ꝫtū aut entitatē ca
rū ꝓpꝛiā: aut q̄ꝫtū ad aliqueꝫ respectū: puta ꝙ materia di
caꝛ actu materialr̄ causare cōpositū intrinsece ⁊ foꝛma di-
catur actu causare foꝛmalr̄ cōpositū intrīsece. p̄mo mō cau
saꝛ a solo deo: loq̇ndo de materia qꝛ ip̄a imediate creaꝛ:
vt pꝫ a Doc. in. 2. d. 12. q. 2. Foꝛma ꝟo causaꝛ ab agēte natu
rali: nō tñ causatiōe distincta a causatiōe cōpositi: vt pꝫ a
doc. in. 2. d. 17. scđo mō materia ⁊ foꝛma semper causaꝛ ab
agente: non eñ materia hꝫ ꝙ posset materialr̄ causare nisi
ab agente inducēte foꝛmā in materia qua inducta tam foꝛ-
ma q̄ꝫ materia dicuntur causare intrinsece cōpositū: sed de
hoc erit sermo in. 4. di. 1. q. 1. Si ergo tā materia q̄ꝫ foꝛma
non sunt cause intrinsece nisi ab efficiēte moto a fine: ergo
causalitas efficientis erit simpliciter prioꝛ causalitate ma-
terie ⁊ foꝛme: ⁊ ꝑ ꝯn̄s si. a. sit cātū a materia ⁊ foꝛma ītrin-
sece: ꝫ ab aliquo efficiēte p̄oꝛi a qua tā materia q̄ꝫ foꝛma de
pēdēt in causando: ⁊ ꝑ ꝯn̄s si p̄mū effectiuū eēt causatū in-
trīsece a materia ⁊ foꝛmā hēret aliđ efficiēs priꝰ: ⁊ sic p̄mū
effectiuū nō eēt p̄mū. ¶ Ibi. Tertia ꝯclō. Hic ꝓbat doc. Tertia cōclō de primo effectiuo
ꝙ primū effectiuū est i actu exn̄s. Hec lr̄a clara est vsqꝫ ibi.
Et ip̄m pōt esse. sicut pꝫ ex q̇nta rōne posita ad. a. ꝙ p̄mū
effectiuū possit esse. ꝓbaꝛ ex q̇nqꝫ rōnibꝰ: q̇bꝰ ꝓbat statū in
causis eēntialr̄ oꝛdinatis. ⁊ ad ꝓbādū ꝙ p̄mū effectiuū sit
in actu: ille q̇nqꝫ ꝓbatiōes sumūtur ex ꝯtingētibꝰ. Prima
sic. Uniuersitas cātoꝝ est cāta ⁊ actu exn̄s. ꝫ p̄ma cā a qua
depēdet est exn̄s: pꝫ qꝛ nō exn̄s nihil realr̄ pt̄ cāre: ⁊ sic per
tractētur alie rōnes sequentes. ¶ Ibi. Uel si accipiaꝛ de
natura ⁊ q̇ditate ⁊ possibilitate sunt ex necessarijs. i. si ille
q̇nqꝫ rōnes sic ꝯtractenꝛ nō arguēdo de actuali exn̄tia: sꝫ
de possibilitate: ille rōnes ꝓcedēt ex necessarijs: vt si sic ar-
guaꝛ. Uniuersitas cāndoꝝ est effectibilis. ꝫ ab aliquo vel a
nullo vel a se: et sic de alijs. ¶ Ibi effectiuū simplr̄ p̄mum
pōt eē a se: ꝫ est a se. Hec lr̄a vsqꝫ ibi. Istud vltimū ⁊c. Et
deduciꝛ sic. Cui repugnat esse ab alio si pōt eē (hoc dicit ꝓ-
pter ens ipossibile cuiusmodi est figmentū) pōt esse a se: pꝫ /
qꝛ nō ab alio cū sibi repugnet esse ab alio. Et si pōt eē a se:
ergo est a se: ꝓbatur ꝯn̄a sic: si. a. pōt eē a se: aut ergo ab ali
quo qđ non est ipsum. a. aut ab aliquo qđ est ipsum. a. aut a
nullo. Non p̄mo modo: quia. s̄. probatū ē ꝙ sibi repugnat
esse ab aliquo alio a se. Nō secūdo mō: qꝛ idē causaret seip̄ꝫ
et nihil est qđ gignat seip̄m: vt inq̇t Aug. primo de tri. Nō
tertio mō: qꝛ illud qđ in se nihil est nō pōt aliq̇d realr̄ cau
sare: seq̇tur ergo ꝙ si p̄mū effectiuū pōt eē a se: ergo ē a se. i.
ꝙ est eēntialiter quedaꝫ entitas necessaria q̄ est sua exn̄tia:
que nec ab alio nec a seipsa nec a nullo dependet sed est in
se talis: litera sequens est satis clara. vt patet intuenti.

Iuxta tres cōclusiones. Hic doc. ponit tres alias cō
clusiones. Prima aliqđ finitiuū est sim-
pliciter p̄mum: hoc est nō est ad aliud oꝛdinabile nec i vir-
tute alterius natū finire alia: ⁊ hoc pōt ꝓbari q̇nqꝫ rōnibꝰ Pria cōclusio.
positis ad. a. q̄ sic deducunꝛ. ¶ Prima sic deduciꝛ. Uniuer
sitas causatoꝝ est finita: ergo dependet ab aliquo tanq̄ꝫ a fi
ne: nō ab aliquo illiꝰ vniuersitatis qꝛ idē esset finis suijpsiꝰ
ergo ab alio extra illā vniuersitatē: ⁊ sic arguatur vt prius
mutando nomen causati in nomē finiti: et sicut ibi dicebaꝛ
aut illud ē causatū a se: aut ab alio ⁊c. ita hic dicaꝛ. illđ aliđ
aut est finitū a se: aut ab alio ⁊c. Scđa sic deducitur. Si nō
est status in finibus: ergo actu erunt infiniti fines. quod est
ipossibile. Tertia sic deducitur. Aliq̇d ē ꝓpinq̇us fini: ergo
est p̄mū finitiuū. Quarta deducitur sic. Supioꝛ finis ē ꝑfe-
ctioꝛ in finiēdo: ergo in infinitū superioꝛ erit in infinitū ꝑfe
ctioꝛ: ⁊ ita infinite ꝑfectionis in finiendo: ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō finiēs
in virtute alteriꝰ: ⁊ sic primū finitiuū. Quinta sic. Esse finē
alicuius nō includit de necessitate imꝑfectioneꝫ: sed si esset
finis in virtute alteriꝰ necessario includeret imꝑfectionem
quia dependentiā finis: ergo in aliquo dꝫ poni sine imꝑfe-
ctione: ergo erit in aliquo finis nō ī virtute alterius: sed in
virtute ꝓpꝛia: ⁊ sic p̄mū finitiuū. ¶ Ibi. Secūda ꝯclusio
est hec. Primū finitiuū est incausabile: hec ꝯclusio satis ꝓ-

batur in lr̃a. Et ratio stat in hoc: cuiꝰ non est ꝑ se agens eiꝰ nõ erit aliqđ agens: pꝫ/ qꝛ nõ oportet fugere ad agens per accñs (quasi dicẽdo et si nõ habet agẽs ꝑ se: tñ agens hꝫ ꝑ accñs: vt pꝫ de casu: ꝛ fortuna q̇ tm̃ sũt effectꝰ ꝑ accñs qꝛ oĩs effectꝰ ĩ re positiuꝰ neĉ̇o hꝫ cãm ꝑ se agẽtẽ: ꝛ si casus ꝛ fortuna respectu alicuiꝰ cãe intẽdẽtis ꝑ se aliũ effcm̃ dicãꝛ effectus ꝑ accñs: tñ respectu alteriꝰ cause ꝑ se erunt effectus: vt pꝫ a doc. ĩ. d. 2. pte. 2. scđi in quol. q. vlti. hic est ꝙ Ari. reducit casuꝫ ꝛ fortunã ad agẽs ꝑ se: vt pꝫ. 2. phi. t. c. 66. 67. reducit em̃ illos ad naturam ꝛ ad intellectum. i. ad agens per se vel per modum nature ꝛ per modum intellectus. siue ad agens naturale ꝛ ad agens a proposito. Sed primi effectiui nullum est per se agens. vt. s̃. probatum est. nec per se nec per accidens: de per se patet. de per accidẽs pꝫ: qꝛ cuius est agens ꝑ accidẽs eius erit aliqđ ꝑ se agẽs vt. s̃. patuit. ergo nullũ erit agens ipsiꝰ pmi effectiui. Tũc vltra. cuius nõ est aliqđ agens eius non est aliq̃s finis. ꝓbatur qꝛ oẽ ꝑ se agẽs agit ꝓpter finẽ. ex. 2. phi. t. c. 47. 61. 70. vbi vult phũs etiã hic de natura de qua minꝰ videtur qꝛ nõ cognoscit finẽ nec amat actu elicito sed tm̃ habet naturalẽ inclinationẽ: ergo multo fortius agẽs a ꝓposito siue agens ꝑ intellectuꝫ agit propter finẽ. Tũ qꝛ cognoscit illũ. Tũ: qꝛ actu elicito volũtatis amat illũ. Tuꝫ: qꝛ actu elicito ordinat effectũ ad finẽ quẽ actu elicito amat. cuiꝰ ergo est causa finalis eiꝰ erit causa efficiẽs: patet/ qꝛ efficiens agit aliqđ propter finẽ. s. ordinando illũ effectũ ad finẽ quẽ diligit: nõ est ergo cã finalis respectu pmi efficiẽtis qꝛ pmum efficiẽs mouetur metaphorice ab vltimo fine ad ꝓducendũ effectũ: inq̃ntum em̃ amat vltimũ finẽ ꝓducit effectũ illũ amatũ ꝛ desideratũ: sed primũ efficiẽs nõ põt agere propter aliũ finẽ a seipso: vt pꝫ: ergo agit propter seipm̃ tanq̃ ꝓpter finẽ. si ergo pmũ efficiẽs haberet finẽ aliũ ad quẽ ordinaretur haberet aliquod efficiens qđ causaret illđ in ordine ad illũ finẽ: pꝫ ergo ꝙ si primũ effectiuũ est simpl'r in effectibile ꝙ erit etiã simpl'r infinibile: et si est simpl'r incausabile cã finali statim: seq̇tur ꝙ erit pmũ finitiuũ: sicut etiã arguimꝰ si est simpl'r in effectibile: ergo erit pmũ effectiuũ. ¶ Ibi. Tertia cõclusio est. Primũ finitiuũ est actu exñs: ꝛ probatur sic. Cui repugnat esse ab alio si põt esse põt esse a se: ergo est a se: sed pmo finitiuo repugnat esse ab alio: ꝓbatur: qꝛ cuius nõ est cã finalis eiꝰ nõ est causa efficiẽs. vt pꝫ. s̃. sed pmi finitiui nulla est cã finalis: ergo primũ finitiuũ est simpl'r ineffectibile: ergo vt põt esse: põt esse a se: ergo actu est a se: ista ꝯña deducaꝛ vt priꝰ.

Tertia cõclusio.

Conclusionibus

tribus. Hic Doctor ponit tres alias ꝯclusiões. ¶ Prima. Aliqua natura eminens est simpl'r pma ꝫm ꝑfectionem. Et ꝓbat per dictũ Ari. ꝙ forme se habẽt sicut numeri in ordine essentiali. Dicit doc. in ordine essentiali: qꝛ. s̃. probauit ꝙ superior essential'r est alteriꝰ rõnis siue alteriꝰ spẽi: mõ forme specifice se hñt sicut numeri: qꝛ q̃to aliqua est superior tanto est ꝑfectior: ꝛ hec cõclusio ꝓbaꝛ illis q̇nq3 rationibꝰ positis ad. a. Et formeꝛ sic prima. Uniuersitas causatoꝝ de necessitate includit imꝑfectionẽ: ergo reducitur ad aliqđ simpliciter ꝑfectũ non ad aliqđ eiusdẽ vniuersitatis qꝛ idẽ reduceretur ad seipm̃. ꝛ sic ideꝫ respectu eiusdẽ esset ꝑfectũ et imꝑfectũ: ergo ad aliud nõ eiusdẽ vniuersitatis: ꝛ illđ dicatur. a. tunc sic. Aut. a. ẽ simpliciter ꝑfectũ aut nõ. Si pmum habetur ꝓpositũ. Si scđm arguaꝛ vt priꝰ. Secũda sic. Si in ꝑfectionibꝰ essential'r ordinatis nõ est statꝰ ad aliquã pmaꝫ ergo in actu sunt infinite ꝑfectiones essentialiter ordinate ꝛ sic infinite spẽs essentialiter ordinate: qđ est ĩpossibile: ergo stãdum est ad aliquã pmã. Tertia sic. In ꝑfectionibus essentialiter ordinatis vna est prior alia: ergo daꝛ pma: qꝛ priꝰ est qđ est pmo propinquiꝰ. Quarta sic. Quãto ꝑfectio supior tanto ꝑfectior: ꝫ in infinitũ supior erit in infinitũ: ꝫ erit infinite ꝑfectiõis ꝛ illđ nõ reduciꝛ ad ꝑfecitꝰ: qꝛ nõ eẽs infinite ꝑfectiõis: ꝫ ibi erit statꝰ. Quinta sic. Ens simpl'r ꝑfectũ necessario nõ includit imꝑfectionẽ: al's in nullo reperireꝛ ꝑfectissime: ꝫ ĩ aliq̊ dꝫ ꝑfectissime reperiri: sꝫ si reducere tur ad ꝑfectiꝰ nõ eẽt ĩ illo ꝑfectissime ĩ q̇ ẽ ꝑfectissime: ꝫ ibi erit statꝰ in ꝑfectiõibꝰ. ¶ Ibi. Scđa ꝯclo ẽ ista: ꝛ hec clara est in lr̃a. Et rõ stat in hoc: qꝛ pmũ effectiuũ ẽ simpl'r incãbile. ꝓbaꝛ sic qꝛ est infinibile: ꝫ est simpl'r incãbile. ꝓbatur ꝯña cuiꝰ nõ est cã finalis eiꝰ nõ erit causa efficiens. ꝛ cuiꝰ nõ est causa efficiens: eius nõ est cã materialis nec formalis. oẽs iste ꝯñe patẽt. s̃. ꝓbaꝛ añs: qꝛ si primũ in perfectione hẽret finẽ ad quẽ ordinareꝛ nõ esset simpl'r pmũ in perfectiõe: pꝫ qꝛ excederetur a tali fine. Aduerte hic ꝙ nõ quelꝫ finis dicitur ꝑfectior ordinato ad finẽ. vt. s̃. declaraui. in. q. de praxi: loq̇ꝛ ꝫ doc. hic đ fine ex nã rei ad quẽ alia ex nã rei ordinãtur siue de fine ꝑexñte et nõ de fine acq̇sibili ꝑ opatiõẽ. Et

Pma ꝯclo.

Scđa ꝯclo.

pmuꝫ effectiuũ ẽ simpl'r ex natura rei infinibile q̃cũq3 rõne finibilitatis ꝛc. ¶ Ibi. Tertia cõclusio. Suprema natura est aliqđ actu existens: et probatur sic. Cui repugnat eẽ ab alio si põt esse a se: ergo erit a se: sed pmo eminẽtissimo repugnat esse ab alio al's nõ esset primũ eminentissimum: ergo ꝛc. et deducatur hec consequentia vt prius.

Tertia cõclusio.

Quantum

ad secũdum articulum. Hec lr̃a huiꝰ articuli clara ẽ: ꝛ circa finẽ articuli presupponit vnũ probandũ diffuse in. 4. d. 12. Qꝫ cã equiuoca est essentialiter nobilior suo effectu: cũ ergo pmum effectiuuꝫ sit causa effectiua equiuoca omniũ causatoꝝ ꝛ hoc mediate vel imediate: seq̇tur ꝙ essentialiter erit eminẽtiꝰ eis: ꝛ per consequens inter oĩa entia simpl'r erit eminentissimum: et hoc est quod Doctor intendit in hoc articulo.

Quantum

ad tertiuꝫ arti. In isto arti. doc. intendit duo ꝓbare. Primo ponit vnũ preambulũ scꝫ ꝙ primũ effectiuũ est oĩno necesse esse: ꝛ probat. ¶ Ibi. Ex hoc arguo sic. Et rõ stat in hoc: ꝙ nihil põt destrui nisi per aliqđ sibi incõpossibile positiue vel ꝓuatiue. Exẽplũ pmi. Albedo nõ põt destrui nisi ꝑ nigredineꝫ: que ẽ sibi incõpossibilis positiue. Et lꝫ albedo posset a deo destrui sine positione nigredis in subiecto: vt patet a doc. in. 4. d. 43. tñ posito ꝙ sit aliqđ ꝙ nullo mõ possit destrui nisi ꝑ aliqđ incõpossibile sibi: sicut priuatio nõ põt destrui nisi ꝑ habitum tanq̃ ꝑ aliqđ positiuũ incõpossibile sibi: illđ nõ posset destrui nisi per positiuũ illud. Exemplũ scđi. Uisio nõ destruitur nisi ꝑ cecitatẽ q̇ ẽ sibi incõpossibilis ꝓuatiue. Si ergo primũ effectiuũ põt nõ esse: hoc erit ꝑ aliqđ sibi incõpossibile ꝓuatiue vel positiue: ꝛ certũ est ꝙ priuatiue nihil est sibi incõpossibile: vt pꝫ: qꝛ ꝓuatio est in subiecto apto nato sed in pmo effectiuo nõ est aliqđ subiectũ qđ sit receptiuuꝫ habitꝰ ꝛ priuatiõis: qꝛ pmũ effectiuũ nullo mõ est cõpositũ vt patuit. s̃. Esset em̃ necesse: ꝙ si entitas pmi effectiui: posset destrui priuatiue ꝙ talis ꝓuatio in aliquo reciperetur: quod est ĩpossibile. Nec ẽ destruibile ꝑ aliqđ sibi incõpossibile positiue: qđ posset sibi inesse: ꝛ ꝓbo ꝑ oĩa ĩcõpossibilia positiua: puta cõtrarie: relatiue: disperate ꝛ hm̃oi: ꝛ incõpossibile dicatur. a. illud. a. nõ põt destruere. b. positiue nisi positiue insit. Nã albedo nõ põt destruere nigredinẽ nisi enti hñti nigredinẽ. Sic. a. nõ põt destruere. b. nisi insit enti in quo est ipm̃. b. ꝛ tũc q̃ro aut. a. ẽ a se: ꝛ cũ. b. sit a se. ꝛ. a. non põt destruere. b. nisi. a. insit: ꝛ si sic. alterũ incõuenientũ seq̇tur. Uel ꝙ duo oĩno incõpossibilia sint simul: qđ est ĩpossibile. vel ꝙ neutrũ eoꝝ sit: qꝛ vtrũq3 destruit esse alterius cũ sint equalis ꝟtutis: qꝛ vtrũq3 a se: ꝛ hec ĩcõpossibilitas positiua debet intelligi incõpossibilitas formalis: sicut due forme formal'r repugnãt inter se: ita ꝙ non possint esse simul in eodẽ: eo ꝙ vna formaliter expellit aliã: vt pꝫ de cõtrarijs. Si ꝓo dicatur ꝙ. a. est incõpossibile. b. nõ formaliter: sed virtualiter: de qua incõpossibilitate ꝟtuali patebit. ĩ. in rñsione ad primuꝫ arg. pncipale huius. q. ꝛ in. 4. d. 49. q. 12. Et sic dicimꝰ ꝙ. a. ẽ incõpossibile. b. ꝟtualiter: qꝛ habet in virtute sua aliquẽ effectũ q̇ formaliter est incõpossibilis ipsi. b. sicut dicimꝰ ꝙ aqua virtualiter ẽ ĩcõpossibilis caliditati: qꝛ virtualiter ꝯtinet frigiditatẽ que ẽ incõpossibilis formaliter caliditati: ꝛ hoc est qđ dicit Doc. hic. Aut. a. ꝑ effectũ ipsiꝰ põt destruere ipm̃. b. q̇ effectus sit formaliter incõpossibilis ipsi. b. ꝛ hoc nõ qꝛ effectꝰ. a. ẽ simpl'r imꝑfectior ipso. b. ꝛ imꝑfectius nõ põt destruere ꝑfectiꝰ: ꝛ sic patet lr̃a doc. ¶ Scđo pncipaliter doc. probat ꝙ tm̃ sit vnum primũ effectiuũ. Ibi. Ex hoc vltra ꝓpositum. Et ista rõne supponit vnũ ꝙ quecunq3 differũt: per aliud differũt adinuicem: ꝛ per aliud cõueniũt: patet/ qꝛ Fran. ꝛ Jo. differunt ꝑ differentias indiuiduales ꝛ cõueniũt in humanitate. Si ergo essent duo prima necesse esse que dicãtur. a. ꝛ. b. differant et conuenirent: et tunc quero aut. a. ꝛ. b. sunt simpliciter primo diuersa: aut sunt vere differentia. non primo modo quia due nature perfecte nõ pñt esse primo diuersa: vt patebit. ĩ. d. 3. Si scđo modo: tũc. a. differt a. b. ꝑ aliquaꝫ rationẽ formalẽ que dicatur. c. ꝛ ꝯuenit cũ. b. ꝑ aliqđ aliud a. c. ꝛ illud dicatur. d. ꝛ certũ est ꝙ illud in quo cõuenit non includit formaliter illud ꝑ quod differt: nec ecõtra: vt pꝫ de aĩali ꝛ rõnali. ¶ Querit mõ vltra doc. aut. c. ꝛ. d. sunt necesse esse: q̇ formal'r differũt adinuicẽ: aut nõ. Si primo. ergo. a. erit necesse esse ꝑ duas rões formales necessario essendi: ꝛ sic circũscripto. d. erit necesse esse ꝑ. c. ꝛ ex alia pte non erit necesse esse circũscripto. d. cũ sit ratio formalis necessario essendi: et sic. a. erit necesse esse ꝛ nõ necesse esse. Si secũdo. s. si. a. ꝛ. b. sunt possibilia tm̃ vel vnũ illoꝝ. ergo. a. non erit necesse esse: quia nihil erit necesse esse per aliquod possibile quod in sua ratione formali includitur. Et hoc ẽ

Quõ destruiꝛ aliquid positiue ꝛ aliquid priuatiue.

Ochami pmo. d. 2. q. 10. istat ꝯtra doc. Secundo arguit.

quod dicit Doc. in ista ratione.
Contra hanc rōnez arguit vnꝰ doc. Primo sic: qꝛ deꝰ ⁊ creatura cōueniūt in ente ⁊ differūt suis ꝓ
Ocham i 1.d.2.q.10 istat ꝯtra doc. ꝓprijs rōnibus. ergo si ratio Doc. eēt bona includeret duas rōnes formales: ⁊ tūc ille aut sunt necesse esse: aut possibiles: ⁊ arguatur vt doc. arguit. Secūdo arguit in hoc quod
Scdo arguit. dicit doc. ꝙ ille due rationes formales formaliter differūt: sed in deo sunt plura formaliter distincta ſm Sco. in pmo d.8.q.pe. ⁊ etiā ſm ipsum Ochā relatio ⁊ essentia differūt formaliter in deo: ⁊ tūc arguatur vt priꝰ: aut illa formalr distincta sunt rationes formales necessario essendi aut nō: et sic arguatur vt priꝰ. ¶ Pro rñsione ad argumenta istiꝰ
P rñsione nota. Doc. pmitto aliqua. Primo ꝙ essentia. a. ⁊ b. a qua abstrahitur ens cōe est in actualissima existētia: que exñtia ē de essentia. a. ⁊ b. vt patet a doc. pñti. d. q.2. ⁊ in quol. q.1. Primum eñ effectiuū. s. a. ⁊ similiter aliud primū effectiuū. s. b. habēt aliā ⁊ aliam entitatē actualissimā ⁊ perfectissime existentē: ⁊ nullo modo realiter ꝯtractā: vt patebit. ī. a Doc. d. 5. ⁊. 26. et iste due ētitates siue nature actualissime: aut sunt eiusdē spēi specialissime: aut alterius spēi. Non scdo: qꝛ vna spēs necessario est ꝑfectior alia essentialiter: vt pꝫ. 8. met. qꝛ forme se hñt sicut nūeri: ⁊ sic vna illaꝝ esset eminētior essentialiter: ⁊ si sic. esset ꝯtra presuppositū: qd est ꝙ ista duo necesse esse sint simpliciter eminētissima. Si primo: stat arg. Doc. qꝛ iste due nature realiter cōueniūt in aliqua natura specifica: sicut dicimꝰ ꝙ natura sortis ⁊ natura Pla. conueniunt in hūanitate: ⁊ vltra hoc differūt ꝑ suas differentias ⁊ sic sortes ꝯstat ꝑ suā humanitatē ⁊ differentiā indiuidualem. Sic in ꝓposito: natura. a. ꝯuenit quiditatiue cum natura. b. ⁊ vltra hoc differt ab ipo. b. nō per id quo cōuenit: sed per aliquaz rationē formalē distinguentē. a. a. b. ⁊ tunc stat arg. doc. Secūdo pmitto ꝙ lꝫ a natura. a. ⁊ a natura. b. possit abstrahi cōceptus cōis entis: q̄ tñ conceptꝰ est posterior ipo. a. ⁊. b. ⁊ ꝑ ꝯñs nullo mō est ratio ꝯstituendi. a. ⁊. b. vt pꝫ. et ꝙ talis ꝯceptꝰ sit posterior: patebit. ī. a Doc. d. 8. ⁊ sic nullo mō est ratio ꝯstitnēdi priꝰ. nō sic est de ꝯceptu specifico: qꝛ talis p̄supponit naturā cōem indiuiduis et priorē ipsis: vel est ipsa natura sic essentialr prior. Et sic si darētur duo prima effectiua. scꝫ. a. ⁊. b. illa de necessitate cōuenirēt in aliqua natura cōi priore. a. ⁊. b. ⁊ distinguerent ꝑ. c. ⁊. d. ⁊ cum vna ratio nō includat formaliter aliā: si ille rōnes sunt ne-
Obiectio cesse esse: tūc arg. Doc. stat i suo robore. ¶ Si dicatur hic: ꝙ non seqtur ꝙ. a. erit necesse esse duplici necessitate: qꝛ necessitas p̄supponit entitatē: sed ipꝫ. a. hꝫ esse ꝑ istas duas rationes formales q̄ sunt rōnes formales necessario essendi: ita ꝙ sicut vna non dicit totā entitatē ipsius. a. seqtur ꝙ nūc etiam necessitatē simpliciter ipsiꝰ. a. sicut si hō diceretur habere necesse esse saltē ſm q̄d: non diceretur necesse esse ꝑ rationē aīalis: qꝛ si sic: posset argui vt Doc. arguit: ꝙ duplici
Rñsio. necessitate esset necesse esse: sic i ꝓposito. Dico ꝙ ⁊ si necessitas p̄supponat entitatē: tñ sicut ē impossibile aliq̄d esse ens duplici entitate ⁊ vltimata: sic est ipossibile aliq̄d eē simpliciter necesse esse duplici necessitate simpliciter: qꝛ circūscripta vna adhuc esset necesse esse ꝑ aliā: ⁊ ex alia parte nō eēt necesse esse: qꝛ eēt circūscripta ratio simplr necessario essendi: in ꝓposito iste entitates q̄ cōstituūt ipm. a. sunt simpliciter necesse esse sicut ⁊ ipm. a. qꝛ qd est necesse eē in pmo ente ē ibi necesse eē in vltima necessitate. Non eñ dātur gradus ibi necessitatis ſm quos vna dicat maior: ⁊ altera minor: et ideo stat argm̄ doc. ꝙ si. a. esset necesse esse illa duplici necessitate circūscripta vna ⁊c. Et sic cōcedo ꝙ si aīal est simpliciter ratio necessario essendi hoī: ⁊ similiter rōnale: tūc homo exñs necesse esse ista duplici necessitate simpliciter ⁊
Pma diffi. vltimate: ꝑ impossibile circūscripta vna eēt necesse esse ⁊ nō necesse esse: sic dictū Doc. de necessitate pmi effectiui dꝫ itelligi. ¶ Sed occurrit difficultas duplex. Prima in hoc qd dixi ſm Doc. ꝙ ꝯceptꝰ entis ē posterior entitate pmi effecti-
Rñsio. ui: si sic. videt sibi ꝯtradicere: qꝛ ipse vult in pmo. d. 3. ⁊. d. 8. ꝙ p̄dicetur in q̄d: ⁊ si sic: tūc seqtur ꝙ ē prior illo q̄ditatiue et de q̄ditate eius. ¶ Dico ꝙ ille ꝯceptus ex hoc p̄t dici de q̄ditate ⁊ pōr: qꝛ sumit ab entitate diuina q̄ditatiua: tñ i se
Scda dif. ille cōceptꝰ entis est posterior: nec dicit aliq̄d pertinens ad q̄ditatē dei. Et ex hoc qd dixi pñt solui multe obiectiōes.
Rñsio. ¶ Scda difficultas est. an ꝯceptus entis sit posterior creatura: cū etiā sumatur a tali creatura. ¶ Dico ſm aliquos exponētes doctorē: ꝙ cōceptꝰ entis q̄ est p̄dicabilis de deo ⁊ creatura in q̄d est simpliciter pōr oī creatura: cū talis cōceptus pmo sumat ab eētia pmi effectiui: pōt tñ dici quodāmodo posterior ꝓut a creatura abstrahit: ꝓprie tñ predicatur in q̄d de creatura vt prior. Posset tñ dici ꝙ cōceptꝰ entis ex natura rei nō ē prior q̄ditatiue ⁊ eētialiter creatura: nec ꝓprie de q̄ditate eius: et hoc ex natura rei: sed qꝛ abstrahitur ab ipsa creatura q̄ditatiue: ideo p̄dicatur in q̄d
Hic patet euidēs solutio argumētoꝝ Gu. cōtra doc. de illa. ¶ Ex his pꝫ rñsio ad pmū argumentū Ochā: quia ⁊ si deus ⁊ creatura ꝯueniāt in cōceptu entis: nō tñ ille cōceptus cū sit posterior deo potest dici rō necessario essendi ipsiꝰ ⁊c. Si etiā. a. ⁊. b. essent due nature spē distincte (qd nō credo esse veꝝ: vt patebit ꝑ argumentū Doc. pñti. d. q. illa. An tm̄ sit vnꝰ deus: qd ēt argm̄ recitat magister Ochā vbi s̄. acceptādo illud tāq̄ veꝝ: ⁊ affirmādo ꝙ. a. ⁊. b. nō differūt spē: qꝛ vnū eēt ꝑfectiꝰ alio eētialr: sed differūt solū nūero vide ibi) adhuc argm̄ doc. ꝯcluderet qꝛ. a. de necessitate hēret vnaz realitatē q̄ ꝯueniret cū. b. ⁊ aliā qua differret a. b. q̄ realitates essent priores ipso. a. ⁊ tūc formet argumentū. vt prius illis realitatibus. ¶ Si dicat ꝙ hoc videt seq̄ vt cōparat ad creaturā: qꝛ certū est ꝙ hꝫ aliq̄d in quo ꝯuenit cū creatura: qꝛ ens p̄dicatur in q̄d de vtroq̄: vt pꝫ a Doc.
Obijcit cōtra se. ī. d. 3. q. 8. ⁊ etiā hꝫ aliq̄d quo differt a creatura vt manifestū est: et sic formet argumētū de illis realitatibꝰ vt prius. ¶ Dico breuiter ꝙ si. a. cōueniat cū creatura in aliquo cō-
Soluit ceptu: nō tñ cōuenit cū ipa in aliq̄ realitate: vt pꝫ a Doc. d. 8. ⁊ sic. a. seipso differret a creatura. ¶ Si dicat saltez illud a quo accipitur cōceptus entis in quo conuenit cum crea-
Obiectio tura differunt ab illo a quo accipitur ratio differentie qua differt a creatura: ⁊ sic formetur argumentū vt priꝰ de illis
Rñsio. duobꝰ. ¶ Rñdeo: ꝙ si singularitas essentie diuine esset extra illā formaliter: forte argumētū heberet aliqualē apparentiaz: sed essentia diuina est de se formalr hec: vt patet. ī. a
Rñsio ad argumentū Ochā. Doc. d. 5. q. 2. ⁊. 26. Et sic dico ꝙ essentia diuina seipsa tm̄ realiter differt a creatura: ⁊ cōceptꝰ entis accipit ab ipsa vt est formaliter hec: q̄ conceptus vt dixit. s̄. est posterior ipsa. ¶ Ad aliud argumentū illius dico breuiter de attributis: ꝙ ⁊ si formaliter sint necesse esse: ita ꝙ sapiētia sit necesse eē simplr alia necessitate formaliter a bonitate: tñ non seqt ꝙ circūscripta vna illaꝝ ipse deꝰ esset necesse esse et nō necesse esse: qꝛ sicut entitas dei nullo mō est ab entitate attributoꝝ cū sit prior illis: vt pꝫ a Doc. in pmo ⁊ i quol. ita nec necessitas dei est ab illis: imo si ꝑ impossibile oīa attributa diuina essent circunscripta: ita esset necesse esse sicut ipsis non circūscriptis. Ratio ergo cōcluderet ꝯtra Doc. si huiusmodi attributa essent rōnes necessario essendi ipsiꝰ dei: qd nō est verū: imo ⁊ si ipsa attributa sint formaliter necesse esse: originaliter tñ ⁊ ꝓpter realē idētatē quā habēt cū essentia ab ipa sunt necesse esse: vt pꝫ a doc. ī. d. 8. q. pe. ⁊ in quol. Quod dicit ipe de essentia ⁊ rlone patebit. ī. pñti. d. ꝙ rlo nō est formaliter necesse esse: sed tota necessitas illiꝰ est ꝓpter idētitatem realē cuꝫ essentia diuina. ¶ Et qñ dicit Ocham vbi. s̄. ꝙ si essentia est necesse esse ⁊ rlo similiter. ergo datur ibi aliqua cōpositio essentie ⁊ relationis cū essentia sit prior relatione: ⁊ ꝑ ꝯñs videt ꝙ sit in potētia ad illā. ¶ Dico ꝙ dato ꝙ relatio esset formaliter necesse esse: adhuc essentia diuina nō est aliquo mō in potētia ad illā cū sit simpliciter in vltima actualitate: ⁊ magis relatio dicitur esse in actu ꝑ essentiā q̄ ecōtra: ⁊ de hoc vide diffuse Doc. i. 1. d. 5. q. 2. ⁊. d. 26. ⁊ in quol. Et sic patꝫ qualiter argumentū doc. est euidens. ¶ Scdo principaliter arguit Doc. ꝓbādo ꝙ nō pñt eē plura prima effectiua. Ibi. Scdo ꝓbatur idem: qꝛ due nature eminētissime ⁊c. Et ratio stat in hoc: qꝛ sicut vnitas addita numero variat spēm: (pꝫ qꝛ si ternario additur vna vnitas
Differentia inter gradꝰ indiuiduales ⁊ specificos. erit numerꝰ quaternariꝰ ⁊ alia spēs a ternario et ꝑfectior) sic in gradibus ꝑfectionalibꝰ ⁊ specificis. Nota tñ ꝙ quidā sunt gradus ꝑfectionales indiuiduoꝝ. i. cōseq̄ntes esse indiuiduale: ⁊ talis gradus additꝰ alteri nō variat indiuiduum: pꝫ qꝛ si albedini vt duo addatur aliꝰ gradus erit eadē albedo: sed ꝑfectior. Alij sunt gradꝰ perfectionales specifici. i. vltimate cōstituētes aliq̄d in esse specifico: vt vltima differentia hoīs: ⁊ si illi vltime differentie adderetur vnꝰ alius gradꝰ specificus ipi hoī: iam nō esset hō: sed alia spēs perfectior hoī. Isti eñ gradus semꝑ variāt spēs quibꝰ adueniūt ita ꝙ d̄ necessitate vna erit ꝑfectior alia. Si ergo repugnat
Obiectio duas naturas nō vltimate ꝑfectas esse equales in ꝑfectio-
¶ Dico breuiter ꝙ dictũ doc. dꝫ sane intelligi: ⁊ verum est ꝙ ex quo esse productiuũ dicit ꝑfectionẽ sine impfectiõe aliqua includit necessitatem producendi: sed non sequitur modo. includit necessitatẽ ꝓducendi. ergo includit respectu cuiuscũqꝫ ꝓducibilis. Sufficit eñ ꝙ perfectissimũ ꝓductiuum includat necessitatem producẽdi saltem respectu alicuius ꝓducibilis: sicut etiã dicimus ꝙ ꝑfectissima voluntas de necessitate includit actum amoris: sed non circa quodcũqꝫ amabile: sed tñ circa summũ amabile: vt ꝓbat Sco. ĩ. dist. 10. ⁊ in quoli. q. 16. Dico secundo ꝙ ꝓductiuũ quod ex se nullam includit imperfectionem: dicit necessitatem producendi. hoc verum est vt cõparatur ad productionẽ: que nullam imperfectionẽ includit tã ex pte principij ꝓductiui q̃ ex pte ꝓducti. cum ergo in entibus reperiat̃ summũ ꝓductiuũ. ergo ⁊ summa ꝓductio: sꝫ nõ põt eẽ sũma ꝓductio nisi terminet̃ ad summum ꝓducibile. cũ ꝓductio capiat denoĩationem a ꝓducto. Et sic tale ꝓductiuũ includit necessitatez ꝓducendi. ⁊ sic dꝫ doc. intelligi. Ut ṽo ꝓductiuũ cõparat̃ ad ꝓductionẽ necessario includentem impfectionem ex pte ꝓducti: ptꝫ ꝙ non includit necessitatem ꝓducendi: ⁊ sic vt ꝓductio diuina cõparatur ad creaturã: necessario includit impfectionem ex parte creature. ⁊ ideo doc. optime se limitat in litera qñ dicit ꝙ nõ est ꝓducens ꝑfectum in rõne ꝓducentis nisi sit necessario ꝓducens. ꝓducens aũt primũ nõ põt esse necessario producens aliud a se: ex hoc dicit qꝛ talis ꝓductio necessario includeret impfectionem: vt ṽo cõparatur ad intra nullam impfectionem includit.

Obiectio

Si dicatur ꝙ prima causa s̃m phõs necessario ꝓducit aliud se: ⁊ tamen talis ꝓductio non erit ꝑfectissima: imo includit impfectionem cũ terminet̃ ad ꝓductũ limitatũ ⁊ dependens.

Rñsio.

Dico s̃m doc. ĩ. di. 8. q. vlt. ⁊ in scdo dist. 1. q. 3. ꝙ est implicatio cõtradictionis primã causam producere: aliud de necessitate nature.

Quarta ratio principalis doc. est ibi. Preterea relationes opposite de secũdo modo. ¶ Pro intelligentia litere nota ꝙ eadẽ natura creata põt fundare in se aliquas relationes secũdi modi q̃ ponũtur. 5. meta. c. de ad aliquid: vt sunt oẽs relationes q̃ nõ requirũt naturã esse cõicatiuã in se ⁊ cõicataꝫ: siue q̃ nõ requirũt naturam esse rõnem formalem cõicandi se alicui supposito: et eandem esse terminũ formalem ꝓductionis suppositi: quod idem est ꝙ eandeꝫ naturã esse actu cõmunicatã: sed tñ iste relationes respiciũt aliq̃d aliud a natura vt ꝓductũ ab illa ⁊ receptũ in illa: sicut sunt multe relationes mouẽtis ⁊ mobilis: q̃ possunt fundari in eodem simplr̃ sed respectu tertij: sic intelligendo qd̃ idem nõ põt mouere se absolute: sed sic intelligendo qd̃ idem vt cõparat̃ ad effectũ quem ꝓducit et ad quem est in potentia receptiua: ⁊ sic idem põt esse fundamentum relationis mouentis ⁊ mobilis. Nam vt producit effectũ in seipso: tunc hꝫ relationez mouentis: vt ṽo recipit illum hꝫ relationem mobilis. ⁊ sic due relationes vere reales secũdi modi possunt fundari in eadem natura.

Dubium.

Si dicat̃ ꝙ relationes reales opposite sunt inter extrema realia realiter distincta: sed ideꝫ realiter nõ potest distingui a seipso ergo ⁊c.

Rñsio.

Dico ꝙ hec materia requirit ꝓlixiorem tractatum ideo differatur vsqꝫ ad dist. 27. huius primi. vbi doc. aliqualiter ꝑtractat hanc difficultatem ⁊ aliqualr̃ exposuit super 25. dist. secũdi. Sed pro nunc sufficiat ꝙ due relationes opposite secũdi modi possunt fundari in eadem natura vt relationez mouentis ⁊ mobilis: nõ tñ relationes ꝓducentis ⁊ producti possunt fundari in eadeꝫ natura creata: qꝛ eandẽ naturã posse fundari hmõi relationes est ipsam ꝑ ꝓductionem esse sui cõicatiuã: siue rõnem formalem cõicandi se alicui supposito: ⁊ silr̃ ꝑ ꝓductionẽ esse actu cõicatã. Nã inquãtum fundat relationem ꝓducentis est esse cõicatiuã: siue rationem formalem cõicandi se: ⁊ inquantũ fundat relationẽ producti est ipsam esse cõicatã producto: ⁊ tunc de necessitate erit in duobꝰ suppositis: qꝛ vt cõicatiua sui erit in sup

posito pducente: ꝛ vt cōicata erit in supposito pducto: mō vna natura numero in creaturis non pōt esse in duob⁹ sup-positis: ꝛ hoc pꝑter impfectionem ꝛ limitationē talis na-ture. ¶ His declaratis infert doc. intentū principale. vꝫ ꝙ eadeꝫ natura diña pōt imediate fundare relationes pdu centis ꝛ pducti. ꝛ est quodāmō argumentū a fortiori. Nam si natura creata eadem pōt fundare duas relationes oppo sitas secūdi modi: lꝫ cum impfectione nature: qꝛ impfectio-nis est fundare relationem mouentis ꝛ mobilis: qꝛ vt fun-dat relationem mobilis includit potentialitatem recepti-uam alicuius ꝫm ꝙ formaliter dꝛ mobilis. cum ergo rela-tiones producentis ꝛ pducti q̄ ptinent ad eūdem modū re-latiuoꝝ nō includant ex se aliquam impfectionem in fun-damento: sequit a fortiori ꝙ natura diuina que est pfectis-sima: poterit immediate fundare relationes producentis ꝛ producti: ꝛ si sic: sequitur ꝙ pductio erit in diuinis. ¶ Ibi. Cōfirmatur rō. Hec est bona cōfirmatio ꝛ stat in hoc. infi-nitas diuine essentie: siue illimitatio eiusdem incōparabi-liter pl⁹ excedit quācūqꝫ aliā illimitationē ꝙꝫ repugnātia quarūcūqꝫ relationū scđi modi excedat repugnantiā qua-rūcūqꝫ aliarū eiusdē modi. Ut hoc intelligat pono dictuꝫ doc. in. 25. dist. 2. ꝛ alibi. ꝙ alique relationes nō sunt repu-gnantes neqꝫ in eadem natura: neqꝫ in eodem supposito vt relationes mouētis ꝛ moti: qꝛ idem suppositū numero pōt mouere se: vt pbat doc. in isto pmo dist. 3. q. 7. ꝛ in scđo dist. 2. q. 10. Alie sunt relationes q̄ nō repugnant in eadem na-tura: sed bene in eodem supposito: vt relationes pducentis ꝛ pducti q̄ possunt imediate fundari in natura diña: sed nō in eodem supposito: qꝛ relatio pducentis fundat in pducen-te: ꝛ relatio pducti in pducto. Alie sunt relationes eiusdem modi repugnantes in eodem supposito ꝛ in eadem natura numero: vt relationes causantis ꝛ causati: ꝛ hoc qꝛ causa semꝑ pducit aliud ī natura: suppositū em̄ causatū dicit sim-pliciter aliā naturā saltē numero distinctā a natura suppo siti causantis: oēs iste relationes ptinēt ad scđm modū: re-pugnantia ergo relationū causantis ꝛ causati est maior re-pugnantia ꝙꝫ repugnātia relationū pducētis ꝛ pducti: ꝛ mo uētis ꝛ mobilis: pꝫ/qꝛ relationes causantis ꝛ causati repu-gnāt in eodē supposito ꝛ in eadē natura: relatiōes ꝟo pdu-cētis ꝛ pducti repugnāt tm̄ in eodē supposito ꝛ nō in eadeꝫ natura: ꝛ relationes mouentis ꝛ mobilis adhuc min⁹ repu gnāt: qꝛ nō repugnāt nec in eadē natura: nec in eodē suppo sito. Dicit ꝫ doc. ꝙ illimitatio eēntie diñe plus excedit oēm aliā illimitationem (cū in infinitū excedat. Nā inter finitū ꝛ infinitū est distātia simpl'r infinita: vt patuit. s. a doct. q. 1. pñtis dist.) ꝙꝫ repugnātia relationū secūdi modi excedat re pugnantiā aliarū relationū eiusdeꝫ modi. hoc ptꝫ. Si ergo natura creata: qꝛ aliqual'r illimitata pōt fundare relatiōes oppositas scđi modi vt relationes mouētis ꝛ mobilis: quā-to magis natura diuina q̄ est in infinitū illimitatior omni illimitatione creata: poterit fundare relationes pducentis ꝛ pducti: que vt dixi ex sua ratione formali nō repugnat si-mul esse in eadem natura: lꝫ repugnet simul esse in eodem supposito: ꝛ hoc est quod doctor intendit. ¶ Ibi. Confir-matur etiam ratio: qꝛ oīa relatiua opposita equaliter inclu dunt cōtradictionem: sed aliqua secūdi modi nō includūt contradictionem: igitur nec alia.

Fundare relationē mouētis ꝛ mobilis quō dicit impfectionem,

Hic quidam sic exponūt ꙗ relationes secūdi modi equal'r cōtradicūt: sꝫ nō eque distāt. di centes ꝙ inter ꝯtradictoria est maior ꝛ minor distātia. Sed quicq̇d sit de ista distantia parū curo. Dico tñ ꝙ dictū doc. sic dꝫ intelligi: ꝙ oēs relatiōes scđi modi equal'r cōtradicūt ptꝫ de oībus: qꝛ sicut īpossibile est ꝙ idem sub eadeꝫ rōne ꝛ respectu eiusdem sit cā ꝛ causatū: ꝛ efficiens ꝛ effectū: sic est impossibile ꝙ idem sub eadē rōne ꝛ respectu eiusdem sit mo uens ꝛ mobile: lꝫ em̄ idem real'r possit esse mouens ꝛ mobi le: nō tñ idem sub eadem rōne ꝛ respectu eiusdem: ptꝫ qꝛ vo luntas vt est mouens accipit vt est in actu virtuali: vt ꝟo est mota accipit vt est in potentia formali: siue receptiua effe-ctus pducti: sed est impossibile ꝙ eadem vt in actu virtuali sit mouens ꝛ mota. ¶ Et qđ dicit doc. Sed alique relatio-nes scđi modi nō includūt cōtradictionem. Hoc nō dꝫ re-ferri ad eūdem modū cōtradictionis quē posuit: qꝛ equal'r oēs repugnāt: sed magis dꝫ referri ad fundamentū absolu tum: vcꝫ ꝙ alique relationes q̄ includūt ꝯtradictionē respe ctu vni⁹ ꝛ eiusdē ꝛ sub eadē rōne cōsiderata: nō tñ includūt cōtradictionem quin possint fundari in eadem natura nu-mero vt relationes mouētis ꝛ mobilis nō cōtradicūt in ea dem natura. ergo nec relationes pducentis ꝛ pducti ꝯtradi cūt in eadē natura: lꝫ in eodē supposito: alique tñ magis re pugnant ꝛ minus repugnant: vt dixi. s. ꝛ sic patent rōnes

doc. q̄ sunt valde singul. ¶ Ibi. Arguit aliter quidā doct. sic ꝛc. Hic doc. introducit aliquas rōnes alioꝝ quib⁹ pbāt pductionē esse in diuinis. Prima rō est ista. Prima psona cōstituit p relationē ad secūdā. ꝛ ratio clara est ꝛ sil'r rōnes sequētes. Sed qꝛ iste rōnes nō vidētur multū efficaces nec fideli nec infideli: ideo doc. soluit illas. ibi. Iste rōnes non declarant ppositū p manifestius. Et ptꝫ/qꝛ infideli esset mi nus notum aliqđ p se subsistens cōstitui in esse tali p rela-tionem ꝙꝫ pductionem esse in diuinis: ptꝫ/qꝛ philosophi di cerent esse simpl'r impossibile: ꝛ magis impossibile aliquod suppositū esse p se ens: siue p se subsistens p aliquā relatio-tionem ꝙꝫ ꝙ natura diuina p pductioneꝫ sit cōicata alicui supposito. Nam sola substantia singularis est p se subsistēs vt etiā prescindit ab omni accidente. Et hic quidā volunt dicere ꝙ doc. intendebat per rōnes prius factas ostensiue demonstrare phis trinitatem personaruꝫ: sed vt dixi. s. in princi. q. tm̄ intendebat adducere fortiores psuasiones si q̄ essent: ꝛ ita rationes doc. magis psuaderent infideli produ ctionem diuinā ꝙꝫ rationes hic posite. ¶ Ibi. Si etiā vult psuadere fideli. Certum est ꝙ illa ratio pcedit ex minus no to: est em̄ magis notum pductionem esse in diuinis cum sit simpl'r articulus fidei ꝙꝫ psonam cōstitui p relationem: non em̄ est articulus fidei ꝙ psona sit simpl'r cōstituta p relatio nem: ꝛ facilius sustineri pōt ꝙ est cōstituta p absolutum ꝙꝫ p relationem: vt diffuse patebit in isto pmo dist. 26. Et an cōstituatur psona p relationem originis ad aliam psonam hec materia plene tractatur a doc. in pmo di. 28. ꝛ in quoli. q. 4. tota lr̄a sequens est in se clara: vt ptꝫ intuenti.

Hen. q̄lib. 6. q. 1. S. Bona. li. 1. d. 2. q. 2.

Ochā. i. 1. ꝛ. 14. q̄l. ꝛ Alf. tol.

Tenendo igitur quatuor rationes primas ꝛc. Nunc Doct. respondet ad argumenta principa-lia. Pro responsione primi nota ꝙ necessarium in se potest capi dupl'r. Primo quiditatiue ꝛ originatiue. i. ꝙ tale neces sarium est in se formal'r ꝛ quiditatiue necessariū ꝛ etiam ta lis entitas sic necessaria a nullo originatur nec pducitur: ꝛ isto modo solus deus dicit necessarius: qꝛ talis entitas ne-cessaria est simpl'r incausabilis: vt. s. patuit. q. 1. huius dist. ꝛ hoc modo oīs persona diuina est sic necessaria originatiue accipiendo originari pro causari: nō aūt pro produci: quia oēs psone sunt simpl'r incausabiles: ptꝫ/qꝛ sunt eiusdē natu re: que est oīno incausabilis: filius tñ ꝛ spūssanctus sunt p-sone pducte: nō tñ causate: ꝛ sic sustinendo opi. phōꝝ ꝙ ce-lum ꝛ alie intelligentie sunt necesse esse: ꝛ tñ causate: habe-rent dicere ꝙ talia formaliter ꝛ quiditatiue dicerent entita tem necessariā: ꝛ hoc modo essent ex se necesse esse: nō tñ di cerentur ex se necesse causatiue cum talia sint vere causata ꝛ sic sicut a primo effectiuo habent effectiue entitatem: ita ꝛ necessitatem. In pposito de filio dei dicit Doct. ꝙ est for-maliter ex se necesse esse. i. ꝙ filius dei formaliter includit entitatem vere necessariā: nō tamen est ex se necesse esse ori ginatiue: qꝛ talem entitatem nō hꝫ a semetipso: sed hꝫ a pa tre ipm̄ pducente. Hoc ideꝫ dico de spūsancto. ¶ Et addit vnū doc. ꝙ filius dei est magis necesse esse ꝙꝫ aliqua alia in telligentia causata: qꝛ vltra hoc ꝙ sit necessario pductus: etiam formaliter includit eandem naturā quam ꝛ pater a quo pducitur. intelligētia ꝟo ꝛ si sit necessario causata a pri mo effectiuo: tñ dicit aliam naturā specie distinctā a natu-ra primi effectiui. Sꝫ an sit possibile aliquid esse necessariū ꝛ ab alio causatū hꝫ videri. I. in isto primo dist. 8. q. vlti. ꝛ in scđo dist. 1. q. 3. ꝛ in quolib. q. 7. vbi doc. pbat ꝙ est implica tio contradictionis aliquid esse necesse esse ꝛ esse causatum. Sed difficultas est ex quo filius est ex se formaliter neces-se esse. ergo cōstituentia filium sunt rōnes necessario essen-di filium: ꝛ sic videtur ꝙ filiatio que est vltima ratio consti-tuendi filium sit ex se necessarium: qđ nō videtur. Solutio huius difficultatis differatur vsqꝫ ad solutionem vltimi ar gumenti principalis ad primam. q. huius secunde partis. ¶ Ibi. Ad secundā pbationem maioris. Nota in ista respō sione duplex esse possibile: scꝫ possibile logicum ꝛ possibile reale. Primū nihil aliud est nisi non repugnantia termi-norum: ꝛ sic dicimus deum esse deum est possibile: ꝙꝫuis sit summe necesse esse. Secundum scilꝫ reale. dicit Doctor ꝙ possibile reale est quod accipitur ab aliqua potentia in re sicut a potentia inherente alicui vel terminata ad illud si-cut ad terminū. Et dicitur possibile reale accipi a potentia inherente. i. a potentia actiua transmutatiua: qua median-te dicit aliqs posse trāsmutare aliud essentialiter a se distin ctum. Et aliqñ possibile reale dicit accipi a potentia termi nata ad illđ. i. a potētia passiua: qua mediāte illud dꝛ posse trāsmutari ab alio eēntial'r distīcto. Loquēdo đ possilitate reali pᵒ mō fili⁹ nō dꝛ possibilis cū nō sit pō actiua trāsmu-tatiua. Nec scđo mō dꝛ poss'is qꝛ nō recipit suū eē ab aliq̄ eēn

Neciuꝫ tñ se pōt dupl'r accipi.

Dubium.

Alibi soluitur.

Possibile logicum.

Duplex possibile reale.

tialiter distincto: sed tm̄ ꝑsonalr̄: vꝫ a patre qui simplr̄ hꝫ eādē essentiā cū filio: lꝫ realr̄ siue ꝑsonalr̄ distinguat a prē. Et ꝯcedit doc. ꝙ filiꝰ est terminꝰ ꝓductiōis: siue gn̄atiōis: ⁊ hoc mō pōt dici possibilis. ¶ Sꝫ in hoc videt ꝙ doc. sibi ꝯtradicat: qꝛ tūc videt ꝙ nō sit ex se formalr̄ necesse eē. Qꝛ in cuiꝰ cōceptu q̇ditatiuo nō cadit eē illud formalr̄ ⁊ q̇ditatiue nō est necesse eē: sꝫ si filiꝰ hoc mō sit possibilis: qꝛ ꝓducibilis ab alio ī suo ꝯceptu q̇ditatiuo nō īcludit eē. hoc pꝫ in sili: qꝛ sustinēdo ꝫm opi. ꝓhoꝝ: ꝙ scd̄a intelligētia sit necesse esse: ⁊ cū hoc causata: ⁊ ꝑ ꝯn̄s possibilis. dicit doc. in dis. 8. q. vl. arguēdo sic ꝑ Aui. si intelligentia scd̄a est ab alio. g̃ in ꝯceptu eiꝰ q̇ditatiuo nō cadit esse. g̃ est de se possibile esse ⁊ nō existēs. hoc idē in scd̄o di. 1. q. 2. ⁊ etiā patere pōt ī. d. 3. Dico ꝙ qn̄ doc. dicit ꝑ Aui. ꝙ intelligētia q̄ est ab alio non includit in suo ꝯceptu q̇ditatiuo eē siue exn̄s: nō sic dꝫ ītelligi ꝙ esse intelligētie nō sit formalr̄ in illa: sꝫ sic dꝫ intelligi ꝙ tale esse siue exn̄s nō habet ab illa a semetipsa: sꝫ qꝛ est capax talis eē vt habeat illud ab alio: sequit ꝙ nō sit q̇ditatiue illud. ⁊ sic doc. intelligit. Pariformiter pōt dici de filio qꝛ tm̄ intelligētia ex hoc ꝙ hꝫ tale esse: lꝫ ab alio cōicatū. dꝛ ex se necesse eē formalr̄: sic dico de filio. ¶ Ibi. Ad tertiā ꝓbationē. Rn̄det doc. ad argm̄ dādo duplicē rn̄sionē quarū vna nō noīat expsse: qn̄ dicit ꝙ ꝓducēs est priꝰ ꝓducto: trāseat: qꝛ ꝯcedo ꝙ saltē est prius origine. Et cū infert. g̃ ꝓducens in illo ṗori pōt intelligi esse ꝓducto nō intellecto. Dico ꝙ si ꝓducēs ꝯstituat in esse ꝑ relationē ad productū (qꝺ doc. tenet sustinēdo ꝙ ꝑsone ꝯstituātur ꝑ relatiōes: vt pꝫ in ṗmo di. 28. ⁊ in quol. q. 4.) tūc ꝓducēs nō pōt intelligi ꝓducto nō intellecto. Alia rn̄sio est ista: q̄ ptꝫ in lr̄a: vꝫ ꝙ si ꝑsona cōstituat in esse ꝑ absolutū ꝙ ꝑsona ꝓducēs pōt intelligi esse: ꝓducta nō intellecta. Et cū infert. si ꝑsona ꝓducēs pōt intelligi esse ꝑsona producta nō intellecta. ergo ꝑsona ꝓducta pt̄ intelligi nō esse. Negat ꝯn̄a: qꝛ tūc in tali abstractione cōmittit mendaciū: sicut hic: pōt intelligi hō nō intellecta risibilitate. g̃ hō pōt esse sine risibilitate: sic est in ꝓposito. ¶ Ibi. Ad quartā ꝓbationē. Dico ꝙ illa ꝑsona ⁊c. In ista lr̄a dꝫ accipi ꝑsona ꝓ ꝓprietate ꝑsone: qꝛ nō dicimꝰ ꝓprie ꝙ ꝑsona sit in essentia: sꝫ ꝙ proprietas ꝑsonalis est in essentia. Et cū dꝛ ꝙ circūscripta ꝓductiōe essentia dīna nō hꝫ ꝓductū: siue ꝓprietatē hipostaticā ipsius ꝓducti: dicit ꝙ essentia dīna nō includit formalr̄ ⁊ q̇ditatiue ꝓprietatē hipostaticā. Et sustinēdo ꝙ ꝓprietas hipostatica sit relatio. ꝑ textū Aug. probat ꝙ eēntia dīna nō includit illā q̇ditatiue: q̇ tex. s̄. expositꝰ est di. 1. q. 2. huiꝰ ṗmi. Si ṽo ꝓprietas hipostatica sit q̇d absolutū: adhuc essentia dīna nō includit illam q̇ditatiue: qꝛ talis ꝓṗetas ex sua rōne formali nō dicit aliquā ꝑfectionē q̇ditatiue: ⁊ patebit a doc. 26. d. huiꝰ ṗmi. Et. ĩ. dicit doc. ꝙ nō sequit mutatio sic arguēdo. Essentia diuina de se formalr̄ ⁊ q̇ditatiue nō includit ꝓprietatē: ⁊ illā ꝑ productionē hꝫ. ergo mutat. Nō seq̇tur: qꝛ ad hoc vt aliquid mutet: req̇rit ꝙ priꝰ fuerit sub opposito eiꝰ ad qꝺ dꝛ mutari: sicut dicimꝰ ꝙ materia mutat a ṗuatiōe vniꝰ forme ad ipsaꝫ formā. i. ꝙ ṗus in aliquo instāti duratiōis fuerit sub priuatione: ⁊ post fiet sub forma. Nā si in eodē instāti in quo ṗuatio nata esset iesse materie: ab agēte forma ꝓduceret in materia: tūc materia nō diceret mutari: qꝛ in re ṗuatiuo nō infuisset ṗus duratiōe: lꝫ infuisset nisi agēs extrinsecū ṗuenisset ꝓducēdo formā in ipa materia. Sꝫ de hmōi mutatione: vide bonā glo. quā feci sup di. 3. tertij. ⁊ sup di. 39. ṗmi. doc. ī ꝓposito nunq̄ fuit aliqꝺ instās duratiōis ī quo essentia diuina nō haberit ꝓṗetatē hipostticā. ¶ Ibi. Ad q̇ntā probationē dico ꝙ in gn̄atione in creaturis ꝯcurrūt due rōnes. s. ꝙ ipsa est mutatio ⁊ est productio: vt est mutatio est forma subiecti mutati: vt est productio est termini producti vt via. ¶ Nota pro sensu huiꝰ lr̄e. Nā in gn̄atione in creaturis dicimus ꝙ aliq̇d vere transmutat a ṗuatione alicuiꝰ forme ad ipsam formā: ptꝫ qn̄ ex ligno gn̄atur ignis: tūc materia ligni q̄ erat priuata forma ignis vere transmutat siue mutatur a ṗuatione illiꝰ forme ad ipsaꝫ formā: ⁊ sic gn̄atio ignis includit mutationē aliquā. i. materiā mutari a ṗuatione ad formā: ⁊ qꝛ materia vere mutatur. seq̇tur ꝙ ipa est subiectū mutationis: ⁊ sic gn̄atio sumpta pro mutatiōe est forma denoīans ipsam materiā siue subiectū gn̄ationis ⁊ hoc est imꝑfectionis: qꝛ si agens esset ꝑfectissimū posset ignem generare sine mutatione subiecti. Qn̄ ṽo accipitur gn̄atio vt est productio: tūc talis ꝓductio tm̄ respicit ꝓductū pro termino: ⁊ nō includit aliqꝺ subiectū mutari. Et hoc mō gn̄atio vt est ꝓductio trāsfertur ad dīna: ⁊ sic pater in dīnis vere ꝓducit filiū: nō ṗsupponēdo in tali ꝓductiōe aliqꝺ subiectū vel materiā priꝰ mutari a ṗuatiōe ad formā. nihil em̄ ibi ṗsupponitur nisi natura dīna: q̄ ī gn̄atiōe filij nō est materia

Apparēs ꝯtradictio

Rn̄sio.

Quid sit ꝓpꝛe mutari.

Nō dr̄iam inter gn̄ationē creatam ⁊ diuinā.

nec q̄si materia. nec potētia receptiua: nec q̄si potētia receptiua: vt. ĩ. doc. declarat dist. 5. q. 2. ⁊ dis. 27. q. 1. ¶ Ibi. Ad scd̄m ṗncipale. Doc. hic dicit ꝙ q̄uis filiꝰ ꝓducat a patre: nō tm̄ depēdet a prē: qꝛ depēdentia seq̇tur entitatē vꝫ quiditatiuā. i. ꝙ oē depēdens ꝓpꝛe loquēdo de depēdētia semꝑ dicit aliā entitatē essentialē ab entitate illiꝰ a quo depēdet: ⁊ sic cū filius habeat eandē entitatē essentialē quā pater hꝫ scꝫ naturā diuinā: ideo nō depēdet a patre. ¶ Ibi. Ad vltimū dico. Licet hec lr̄a sit clara. Nota tm̄ qn̄ dicit ꝙ gn̄atio ē ꝑfectior alijs mutatiōibꝰ: vt em̄ gn̄atio ⁊ alie mutatiōes. s. alteratio loci: mutatio: augmentatio ⁊ hmōi. cōparant ad terminū a quo denoīant: generatio est ꝑfectior: qꝛ ⁊ terminus est ꝑfectior. Nā generatio ex. 5. phy. terminat ad substātiam: ⁊ silr̄ ex. 7. meta. terminat ad cōpositū. Alie ṽo mutationes tm̄ terminant ad aliqꝺ accidēs: vt augmētatio ad quantitatem: alteratio ad qualitatē: loci mutatio ad vbi: vt ṽo generatio ⁊ alie mutationes cōparant ad subiectū in quo sunt: generatio vt est mutatio nō vt est ꝓductio est imꝑfectior: qꝛ supponit subiectū magis in potentia: ptꝫ/qꝛ ipa fundat in materia q̄ est in potentia ad formā substantialē: ⁊ vlterius ad alias formas. Alie ṽo mutationes sunt in subiecto in actu: puta in cōposito qꝺ tm̄ est in potentia ad formas accidentales: ⁊ loquor semꝑ de generatione vt est mutatio. Et sic finis huius questionis.

Et depēdēs ꝓpꝛe dicit aliā entitatē eēntialē ab illo ⁊c.

¶ Sup q̄ōne quarta: in ordine tamen septima.

AD quartam q̄ōnem de numero ꝓductionū ptꝫ veritas: quia sunt tm̄ due ꝓductiones. Hoc declaratur ab aliquibꝰ sic: scꝫ ab Hen. quoli. 6. q. 1. Actus notionales fundant sup actus essentiales: sꝫ tm̄ sunt duo actus essentiales manentes intra: qui sunt intelligere ⁊ velle. ergo tm̄ sunt duo actus notionales qui sunt ꝓductiui ad intra. ¶ Ibi. cōfirmat ratio. Actus notionales sunt ꝓprie ꝓprietates ꝑsonarum: sicut generatio actiua patris: ⁊ generatio passiua filij: ⁊ spiratio passiua spūssancti. Et tenendo ꝙ ꝑsona constituat ꝑ relationes: tūc generatio actiua patris est ꝓṗetas ipsius cōstituēs ipm̄ patrē: ⁊ in re nullo mō differt a prn̄itate. Hoc idem dico de gn̄atione passiuo filij ⁊ filiatione: vt clare patebit. ĩ. 28. di. ⁊ in quoli. q. 4. Pōt etiā dici ꝙ spiratio actiua sit actꝰ notionalis: vt distinguit ꝯtra actū essentialē. Essentiale em̄ in diuinis dꝛ ꝙ est cōmune tribus. Et ꝑ oppositū qꝺ nō est cōe tribus pōt dici notiōale: ⁊ de hoc vide Sco. ṗma. q. quoli. ⁊ in hoc doc. non cōtradicit Hen. Sed qn̄ dicit ꝙ actus notionales fundatur sup essentiales Hoc non est ad mentē doct. vt patebit: nisi sic intelligat ꝙ actꝰ notionales: puta generatio ⁊ spiratio preexigūt actꝰ essentiales. s. intelligere ⁊ velle. Si em̄ sic intelligeret non discordaret a Sco. vt patebit. ĩ. sed hec nō est mens Hen. Et cum dicit ꝙ actus notionales adequātur actibus essentialibus. Si sic intelligat: ꝙ sicut intellectus diuinus habet tm̄ vnum intelligere respectu essentie. ergo tm̄ vnā generationē: ⁊ silr̄ voluntas tm̄ hꝫ vnū velle. ergo tm̄ vnum spirare. Hoc verū est: sed ipse Hen. nō sic intelligit hmōi adequationem: sed sic intelligit ꝙ generatio adequat intelligere in rōne principij. Vult em̄ ꝙ intelligere dei sit ratio formalis ⁊ adequata respectu generatiōis filij: vt. ĩ. patebit Et sic cū tm̄ sit vna intellectio tm̄ erit vna generatio: lꝫ dicat ꝙ velle nō sit rō ꝓducendi spm̄sctm̄: sꝫ ipa voluntas. Et doc. hoc improbat inferiꝰ. s. ꝙ intelligere sit rō formalis generādi filiū: vt patebit in p̄nti. q. Hoc idē improbat dist. 5. q. 2. ⁊. d. 6. ⁊. 7. ⁊ spālr̄ in. 27. d. q. 1. ⁊ in. 2. d. 1. q. 1. ⁊ similiter in quoli. ¶ Ibi. Et modus ponit iste. Et parum. ĩ. ibi. Tam intellectꝰ q̄ volūtas in quocūq; habēt esse ꝓpter separationē illoꝝ a materia. i. ꝙ sunt potētie īmateriales ⁊ ī oꝑando nō indigēt aliquo organo sicut alie potētie: ⁊ qꝛ īmateriales iō sunt reflexiue sup se ⁊ sup actꝰ suos. Seq̇tur ī lr̄a. Postq̄ hūerint eē in actu suo ṗmo simplicis intelligētie aut volitōis. i. ꝙ intellectꝰ dꝛ eē ī actu suo ṗmo ꝑ simplicē intellectionē: ⁊ dꝛ simplex intellectio vt distinguit ꝯtra intelllectionē cōuersiuā: ⁊ qꝛ termiat ad obiectū simplex a quo totalr̄ causat. vt vult ipē Hen. vt. ĩ. patebit. dist. 3. q. 7. Hoc idē dico de volitiōe simplicis volūtatis. Et qꝺ dicit ꝙ ꝑ intellectionē simplicē hꝫ esse in actu ṗmo. hoc iō est: qꝛ ꝫm ipm̄ vt. ĩ. patebit: ipsa notitia simplex est actus ṗmus siue ratio formalis ꝓducendi verbum: quicquid dicat de votione saltez hoc tenet de notitia simplici. Et q̄tum ad hoc quod dicit ꝙ notitia simplex totaliter est ab obiecto vel a fantasmate improbatur a docto. ĩ. d. 3. q. 7. Et quod dicit ꝙ

Declaratio Hen.

Spiratio actiua pōt dici notionalis.

in tellectio simplex est rō formalis ꝓducēdi ỽbū etiā in nobis: iꝑrobat doc. ī. di. 27. ¶ Seqtur. Sunt supra se cōuersiue ⁊c. i. ꝙ intellectꝰ habita cognitione simplici obiecti: post ea cōuertitur supra se seipm̄ cognoscendo: ⁊ sup cognitionem simplicem illā cognoscēdo: ⁊ sup obiectū cognitū relucens in cognitiōe simplici. Et in hoc doc. sibi nō ꝯtradicit. Seqtur. Intellectus em̄ nō solū intelligit verū simplici intelligentia: sed etiā intelligētia ꝯuersiua intelligendo se intelligere: ⁊ cōuertendo se sup obiectū intellectū ⁊ sup actuz simplicē intelligendi ⁊ sup se intelligentē ꝑ actū suū cōuersiuū: qꝛ notitia scd̄a q̄ est in verbo nō solum scit ⁊ intelligit rem: sed sic scit ⁊ intelligit rem vt sciat se scire ⁊ intelligere eam. In ista lr̄a Hen. vult ꝙ ỽbū dicaꝶ esse a notitia simpli-

In quib⁹ bene dicit Hen. ci: ⁊ hoc postq̄ cōuersus est ad ea ad q̄ cōuertitur: tunc verbum causatur ab intellectu informato notitia simplici: ita ꝙ verbū est declaratiuū obiecti ⁊ intellectus vt informati notitia simplici: ⁊ verbuz nihil aliud est nisi qꝛ scio me hoc scire: ⁊ hoc est qđ dicit ꝙ nō solū itelligit rē notitia simplici sꝫ etiā mediāte notitia ꝯuersiua: qꝛ notitia scd̄a siue cōuersiua accipiēdo i abltō: q̄ notitia est in ỽbo. i. ad quā imediate seqtur ỽbū de re cognita. mediāte ergo tali notitia scd̄a. s. cōuersiua nō tm̄ scit ⁊ intelligit rē: sꝫ etiā scit se scire ⁊ intelligere eā: totū hoc est bene dictū: excepto hoc ꝙ verbū necessario reqrat notitiā cōuersiuā: vt patebit. ī. a doc. 27. dist. ¶ Seqtur. silr̄ volūtas nō solū vult bonū ⁊c. Hec lr̄a clara est vsq̄ ibi. Sed ista ꝯuersio partim vno ⁊ eodem mō cōuenit intellectui ⁊ voluntati: ⁊ partim alio ⁊ alio mō. Snia huius lr̄e est ꝙ intellectus habita notitia simplici obiecti. vi sua cōuertit se supra se ⁊ sup intellectionez simplicē: ⁊ sup rem cognitā. Silr̄ voluntas habita volitione simplici obiecti. virtute sua ꝯuertit se supra se ⁊c. ¶ Ibi. Sed alio ⁊ alio mō quantū est ex parte obiectoꝝ ad q̄ se ꝯuertit. Dicit ꝙ volūtas ⁊ intellectus vt cōparanꝶ ad obiecta ad q̄ se ꝯuertūt differunt: qꝛ intellectus vt nudus recipit notitiā genitā ab obiecto ad qđ se cōuertit ⁊ a seipō vt informato notitia simplici: ita ꝙ intellectus vt formatus notitia simplici ⁊ obiectum ad qđ intellectus ỽtute sua se ꝯuertit sunt actiua notitie genite: ita ꝙ ipsam imprimūt in intellectu nudo. i. ꝙ ipē intellectus vt recipit notitiā genitaz a seipso vt informato notitia simplici ⁊ ab obiecto mō preexposito cōsideraꝶ vt nudus ⁊ vt quoddā purū potentiale. ¶ Ibi. Volūtas autē postq̄ conuersa est ⁊c. Sententia huius lr̄e est: ꝙ voluntas postq̄ virtute sua cōuersa est sup seipsam volentem ⁊ sup volitionē simplicem ⁊ sup rem volitā: ipsa volūtas vt nuda se habet pure actiue in productione sp̄ūssancti: sed ipsa volitio simplex ⁊ res volita ⁊ ipsa vt volens se habent quasi materia. i. ꝙ volūtas vt nuda de seipsa volente: ⁊ de volitiōe simplici: ⁊ de re volita. ꝓducit amorem incentiuum. i. sp̄m̄ssanctum. In ꝓductione ỽbo filij fit mō ꝯtrario: qꝛ intellectus intelligens notitia simplici: ⁊ ipsa notitia simplex ⁊ essentia cognita nō se habent vt quasi materia: sed sunt vere ꝓductiua notitie genite: ⁊ intellectus vt nudus se habet mere passiue Sequiꝶ. Qui hꝫ esse a ꝓducētib⁹ ipm̄ nō ꝑ informationē eius de quo est q̄si subiectiue: nec ꝑ aliquā imp̄ssionez factā eidem. i. ꝙ sp̄ūsctūs q̄ hꝫ esse a ꝓducētib⁹ ipm̄. s. a volūtate nuda: q̄ est rō ꝓducēdi ipm̄: hꝫ dico esse est nō ꝑ informationem ei⁹ de qua est quasi subiectiue: qꝛ sp̄ūsctūs est de voluntate vt informata volitiōe simplici vt de quasi materia prima: vt dicit. s̄. Nō tn̄ ille sp̄ūsctūs subiectaꝶ ibi: nec imprimitur in ipsa volūtate vt informata amore simplici: sed ꝑ quādam quasi excussionē vel expulsionez: aut ꝓgressum: aut magis ꝓprie loquendo ꝑ quandā expressionem ꝓducti de eo de quo subiectiue ꝓduciꝶ. i. ꝙ q̄uis volūtas vt nuda ꝓducat spiritūsanctū de seipsa vt informata amore simplici vt de quasi subiecto: nō tn̄ ꝓducit illū ita ꝙ subiecteꝶ in tali volūtate: sed magis exprimit illum vt ꝑ se stantem: ⁊ nullo mō receptum in tali volūtate. ¶ Ecōtrario est de notitia genita: que ꝓduciꝶ ab intellectu informato notitia simplici de ipso intellectu vt nudo vt de quasi materia: ⁊ imprimitur ibi per quandā informationem: ita ꝙ talis notitia genita nō diciꝶ ꝓprie ꝑ se stare: sed esse in intellectu nudo tanq̄ in subiecto. Et tota lr̄a seq̄ns ptꝫ vsq̄ ibi. Et hic apparet dr̄ia intellectus vt intellectus: ⁊ intellectus vt natura. Ista lr̄a stat in duob⁹ dictis: q̄n accipitur intellect⁹ vt intellect⁹ accipitur vt mere passiue se hꝫ tam respectu notitie simplicis q̄ respectu notitie genite: respectu em̄ vtriusq̄ tm̄ passiue se hꝫ: sꝫ intellectus vt natura accipitur vt est principiū actiuū vel ꝓductiuum verbi. Et qꝛ vt dixi. s̄. notitia simplex est rō formalis ꝓducendi ⁊c. tunc intellectus vt informat⁹ tali notitia simplici: qꝛ vt sic est vere ꝓductiu⁹ rōne notitie simplicis: ideo sic dꝛ intellect⁹ vt natura cū natura sit quedā vis insita rebus ex similib⁹ sīa ꝓcreans. Dicit etiā in ista lr̄a ꝙ notitia simplex ⁊ notitia genita siue ỽbū sunt vna res ƀm rem: sꝫ tm̄ differūt ỽbū a notitia simplici: qꝛ ỽbū ꝓcedit ab ea vt declaratiua eius: verbū em̄ tm̄ valet sicut scio me hoc scire. Expono tn̄ aliqualr̄ hanc literā de ỽbo ad ỽbū. Cū dicit. Et hinc Expō lr̄e de ỽbo ad verbum. apparet dr̄ia intellectus vt intellect⁹ ⁊ intellect⁹ vt natura vocat intellectū vt intellectum ipsum intellectū vt nudum ⁊ mere passiuū: ⁊ intellectuz vt natura vocat intellectū informatum notitia simplici obiecti. sequiꝶ declaratio q̄d sit intellectus vt nudus ⁊ vt natura. dicit em̄ qꝛ intellectus vt in patre existens in actu intelligendi suā essentiā. i. simplici notitia essentie: quem actū siue quā notitiā opaꝶ ipsa essentia in ipso intellectu suo: vt talis intellectus est quasi ī potentia. s. receptiua ad notitiā essentialez: siue notitiā simplicem ipsi⁹ essentie: ⁊ vocat notitiā essentialē: qꝛ est cōis oīb⁹ ꝑsonis: ⁊ vt distinguiꝶ a notitia notionali: q̄ est ỽbū diuinū Sequiꝶ ƀm rōnem intelligendi. i. ƀm illā notitiā essentialē ipse intellectus patris est fecūdus fecūditate naturali (nā est fecūditas ꝑ modū nature ⁊ fecūditas ꝑ modū volūtatis: ⁊ dꝛ aliq̄d fecūdū q̄n est ꝑ̄ncipiū ꝓductiuū dispositū ⁊ nō impeditū) ad ꝓducendū de seipō. s. intellectu nudo: ⁊ ꝑ impressionem: vt dixi. s̄. aliquid sibi silr̄e: ad qđ. s. ꝑ̄ncipiū formale ꝓductiuū: (qđ est ipse intellectus formatꝰ notitia simplici) est quasi in potētia receptiua. i. ꝙ intellect⁹ nudus est quasi receptiu⁹ notitie genite ab ipso intellectu formato: q̄ intellectus formatus dꝛ p̄ricipiū ꝓductiuū: ꝑ hoc ꝙ est actu sub illa notitia essentiali: qꝛ illa notitia vt dixi. s̄. est ratio formalis ꝓducendi notitiā genitā ƀm ipm̄ Hen. Intellect⁹ em̄ vt est quedā notitia essentialis. i. vt est habēs talem notitiā ƀm actū. i. ꝑ illā est in actu principiandi: qꝛ ƀm illam dꝛ natura ⁊ ꝑ̄ncipiū actiuū: quo p̄ricipio. s. actiuo pater de eodē intellectu. s. nudo ⁊ puro: ⁊ vt est tm̄ intellect⁹ (qđ idē est ꝙ esse nudū) vt đ puro passiuo siue receptiuo: vt dixi. s̄. format notitiā. i. gignit notitiā quā recipit in ipso intellectu nudo ⁊ talis notitia est verbū: q̄ ƀm rem est eadē notitia cū illa de qua formaꝶ: siue q̄ est ꝑ̄ncipiū formale ꝓducendi: q̄ est notitia essentialis siue simplex: ⁊ differt tm̄ ƀm rōnē: vt dixi. s̄. ¶ Sequiꝶ. Et ꝑ oēm eūdem modū. Hic declarat quō verbum nostrū ꝓduciꝶ in nobis: ⁊ vult ꝙ eodem mō ꝓducatur sicut ⁊ diuinū. Cognitū em̄. i. obiectuz cognoscibile primo simplicem sui notitiā imprimit. s. intellectui representādo se illi vt pure passiuo. i. ꝙ obiectuz imprimit intellectui nr̄o vt pure passiuo notitiā sui simplicē ꝑ quā ipsum obiectū est actu presens intellectui: qꝛ intellectio est similitudo obiecti cui⁹ est. Seqtur. Intellect⁹ aūt sic ꝑfect⁹ notitia simplici obiecti (⁊ talis notitia ƀm ipm̄: vt. ī. ptꝫ p̄nti. q. ⁊ dist. 27. q. 1. est notitia cōfusa obiecti) siue formatus tali notitia ꝑ ipm̄ obiectum cognitū siue cognoscibile (qꝛ obiectū vt cognitū nō causat notitiā: sed vt cognoscibile) qđ obiectū cognitū cōtinet ipse intellectus formatus notitia simplici: cōtinet dico nō ꝑ impressionem: qꝛ obiectū cognitū nō recipiꝶ formalr̄ in intellectu cognoscente: sed cōtinet expressiue. i. ꝙ intellectus formatus tali notitia est suo modo declaratiuus ⁊ expressiuus sui obiecti. ⁊ talis intellectus sic formatus factus est fecūdus ⁊c. Applica sequentia sicut prius de formatiōe verbi dei. ¶ Doc. tamen improbat primo ꝙ verbū nostrū sic ꝓducatur vt ipse ponit: vt patebit. ī. dist. 27. Scd̄o improbat ꝙ volūtas de seipsa vt īformata amore simplici de quasi subiecto vel materia ꝓducat sp̄m̄sanctū: vt patebit. ī. dis. 5. q. 2. admittit tn̄ ꝙ ipsa est principiū formale ꝓductiuū sp̄ūs sancti saltem partiale: vt patebit. ī. a doc. dist. 10. q. 1. Tertio improbat ꝙ intellectus vt informatus notitia simplici dicatur natura accipiendo naturā vt est ratio formalis ꝓducendi ꝑ modū nature: vt ptꝫ in ista. q. ⁊ di. 6. ⁊. 7. ⁊. 13. ⁊. 27. ⁊ alibi. Quarto iꝑrobat ꝙ intellectus patris vt nudus informetur notitia genita: vt ptꝫ in p̄nti. q. ⁊ dist. 5. q. 2. ex intētione. ⁊ dist. 27. huius. q. 1. Quinto improbat doc. ꝙ intellectus nudus sit de quo ꝓducaꝶ verbū siue ꝑ impressionem siue nō ꝑ impressionem: vt ptꝫ. ī. dist. 5. q. 2. Sexto quando dicit ꝙ intellectus virtute sua se cōuertit supra se ⁊c. Si hoc intelligat ꝙ cognitio cōuersiua sit totaliter causata ab intellectu obiecto nō cōcurrente: vel aliquo alio vice obiecti: nō tenetur apud Doc. vt ptꝫ ex intentione in quoli. q. 14. ⁊ aliqualiter. q. 15. Hoc idem dicerem de voluntate tenendo illā opinio. ꝙ obiectum vel cognitio obiecti sit causa partialis volitionis: de quo in secūdo disti. 25. ⁊ sic ptꝫ positio huius doc. quam bene nota.

In quib⁹ Sco. iꝑrobat Hen.

Ista opinio ponit tres articulos: quos nō credo eē veros. Hic doctor primo improbat istā conclusionem ꝙ intellectus vt nudus conuersus super intellectum formatū notitia simplici formetur ab eo notitia

genita: vt clarius dicā hāc ꝯclusionē ꝯtra quā arguit doc.
notitia genita siue verbū in diuinis formaꝫ siue ꝓducitur ab
intellectu pr̄is vt informato notitia simplici: ⁊ hoc vt intel-
lectus nudus prius cōuertitur sup seipm̄ formatū: ⁊ talis no-
titia genita recipitur in intellectu nudo. ¶ Contra hanc ar-
guit doc. ibi. Hoc iprobo sic. Intellectus nō ꝯuertitur nisi vt
est i aliquo supposito. Nā itellectū ꝯuerti sup seipm̄ forma
tū notitia simplici est ipm̄ se intelligere vt habentē notitiā
simplicē: ⁊ hoc cū dicat actionem erit alicuius suppositi.
Querit mō doc. qđ est illud suppositū qđ actione sua ꝯuer-
tit se sup intellectū formatū notitia simplici. Certum est ꝙ
nō est suppositū filij: pꝫ / qꝛ esset filius ante filiū. Nā ista cō-
uersio sup intellectū formatū notitia simplici precedit ge-
nerationē filij. vt. s̄. pꝫ. ergo si intellectꝰ vt in filio sic ꝯuer-
titur: tūc erit filiꝰ ante filiū. ¶ Ibi. Si aūt vt cōuertitur sup
intellectū formatū est ipsius pr̄is: tūc arguo sic. Cuiꝰ est ⁊c.
Tota ista rō in hoc ꝯsistit. Si pater mediāte intellectu nu
do conuertitur sup intellectum formatū notitia simplici. s. vt
ꝓductiuū notitie genite. ꝓductiuū dico ipsius notitie geni
te de intellectu nudo ꝑ impressionem ipsius notitie genite
in intellectu nudo. (Nā ꝓprie ꝓducere de aliquo ꝑ impres-
sionem ꝓducti in illo est ipm̄ ꝓductū formalr̄ inesse illi de
quo ꝓducitur: sicut de materia ligni ꝓducitur forma ignis ⁊ reci
pitur formaliter in illa materia) est ipm̄ intellectū nudū vt
in patre formaliter existentē suo mō recipe illā notitiā ge
nitā ꝓductā ab intellectu formato notitia simplici: qđ in si-
mili pꝫ: si eñ intellectus meus pure passiue se haberet ad
a. obiectū vt actiuū: tunc intellectus meꝰ reciperet notitiā
illius obiecti. a. tanꝗ̄ a cā ꝓductiua illius notitie: ⁊ sic intel
lectus meus informaretur tali notitia: ⁊ ꝑ ꝯn̄s esset forma-
liter intelligens ꝑ illam notitiā in intellectu meo receptā.
Sic est in ꝓposito. si intellectus patris vt patris habeat in-
tellectū formatū notitia simplici: vt ꝓductiuū illiꝰ notitie:
iprimendo illā in intellectu patris vt patris. ergo pater for
maliter haberet in se illā notitiā: ⁊ ꝑsona filij esset formalr̄
in patre. ⁊ ꝑ ꝯn̄s pater esset formaliter filiꝰ. sicut paries ha
bens formalr̄ albedinē est formalr̄ albus. Et hic est sensus
totius lr̄e. hanc tñ vt clarius intelligatur expono de v̄bo ad
verbū. ¶ Ibi. Tunc arguo sic. Cuiꝰ est vt ꝯuertitur. i. cuius
suppositi est intellectꝰ nudus vt ꝯuertitur sup seipm̄ forma-
tum notitia simplici. Seqtur. eiꝰ est vt notitia genita forma
tur. i. intellectꝰ nudus est eiusdē suppositi inquātū ille intel
lectꝰ tali notitia genita formatur. Ista ꝓpō sic declarata ꝓbatur
a doc. ibi. Assumptū ꝓbandū. ꝓbo sic. Cuiꝰ est vt ꝯuertitur
sup intellectū formatū. eiꝰ est vt hꝫ intellectū formatū ꝓ ob-
iecto actu p̄n̄te. i. cuiꝰ suppositi est vt intellectꝰ nudus ꝯuer-
titur sup intellectū formatū eiusdē suppositi est intellectus
nudus vt hꝫ itellectū formatū ꝓ obiecto actu p̄n̄te. ergo eiꝰ
est vt ab illo obiecto formatur. i. ergo eiusdē suppositi est itel-
lectus nudus vt ab illo obiecto. i. ab illo intellectu formato
notitia simplici informatur. s. notitia genita. Seqtur. ꝓbatio
huius ꝯn̄e: vcꝫ ꝙ eiusdē suppositi est intellectꝰ nudus vt ab
illo obiecto formatur: qꝛ passiuū ꝓportionatum dispositū ⁊
approximatū actiuo sufficiēti ꝓportionato natū est imedia-
te ꝑfici ab illo actiuo. ꝑ ph̄m. 9. me. Seqtur par. ꝫ. intellectꝰ
nudus ⁊ ꝯuersus hn̄s intellectū formatū vt obiectū p̄n̄s est
passiuū dispositum ꝓportionatū ⁊ approximatū intellectui
formato vt obiecto sufficiēter actiuo. hoc pꝫ ꝑ Hen. vbi. s̄.
q̇ vult ꝙ intellectꝰ nudus p̄missa ꝯuersiōe sit passiuū natura
le respectu notitie genite. Et iō intellectus formatꝰ notitia
simplici est actiuū naturale iprimens notitiā genitā in in-
tellectu nudo ꝯuerso. Sequitur: ergo intellectꝰ nudus vt con
uersus nulla facta variatiōe circa ipm̄ eē subsistētie. i. circa
ipm̄ suppositū subsistēs. vel cuiuscūqꝫ entitatis vt sic formatur
notitia genita. Cū ergo intellectꝰ nudus vt est pr̄is ꝯuertatur
sup intellectū formatum vt passiuū ad actiuū a quo recipit
notitiā genitā: ergo in patre erit formalr̄ notitia genita: et
sic pater formalr̄ erit filiꝰ: pꝫ ꝯn̄a: qꝛ si in hoīe est formalr̄
quātitas ⁊ albedo sit formalr̄ in quātitate ergo hō erit for
maliter albꝰ: sic i ꝓposito. ¶ Ibi. Hic posset poni vna rn̄-
sio ꝙ intellectꝰ nudus ꝑ hoc ꝙ de seipo actualr̄ formatur illa
notitia: siue ex hoc ꝙ est q̄si materia informata notitia geni
ta hꝫ esse in ꝑsona genita. Sꝫ nota ꝙ hec rn̄sio nō euacuat
argumētū Sco. qꝛ si intellectꝰ vt nudus ꝯuertitur ad intelle-
ctū formatū notitia simplici. q̄ro cui ꝑsone ꝯuenit iste actꝰ
cōuersiuꝰ aut ꝑsone filij aut patris: ⁊ arguo vt prius argutū
est in argumento p̄cedente. Sꝫ si absolute diceret ꝙ intelle
ctus nudus vt de quo formatur notitia genita siue vt suo mō
recipiens notitiā genitā: siue se habens quasi materiā est fi
lij. i. ꝙ vt est filij hꝫ illā notitiā: nō loquendo de illa conuer-
sione intellectꝰ nudi sup intellectū formatū. Si ergo Hen.

Hic iprobatur positio Hen.

Hic exponitur lr̄a d̄ v̄bo ad v̄bum.

Sco. ꝯtra Hen.

sic intelligat dicit doc. Ibi. Sed ꝯtra istā rn̄sionē sunt duo
argumenta prima q̄ ponentur dist. 5. q. vlt. cōtra opi. de quasi
materia q̄ ibi sp̄aliter iprobabitur: vide ibi vbi diffuse ꝓbat ꝙ
essentia siue intellectꝰ diuinꝰ tm̄ habetur in filio vt terminꝰ for
malis gn̄ationis: ergo nō pōt ibi esse vt materia nec quasi
materia: ⁊ ꝑ ꝯn̄s vt in filio non formatur notitia genita: qꝛ vt
sic haberet rōnem materie vel vt q̄si materie: qđ est ipossibi
le vt ꝓbat doc. hic ⁊ hoc idē in. 27. di. huiꝰ. q. 1. ¶ Ibi. Se-
cundus articulus est ꝙ intellectꝰ informatꝰ notitia actuali
essentiali est p̄ncipiū actiuū ⁊ elicitiuū notitie genite. Quia
dicit Hen. vbi. s̄. ꝙ notitia simplex siue essentialis in intel-
lectu patris est rō formalis ꝓducēdi notitiā genitā. Cōtra
quē articulū arguit doc. multis medijs. ¶ Primo ibi. Hoc
iprobo sic. Hec rō stat in hoc. habēs formalr̄ p̄ncipiū ꝓdu-
ctiuū notitie genite pōt illo formalr̄ ꝓducere. sꝫ pater habꝫ
formaliter memoriā fecūdā q̄ est p̄ncipiū ꝓductiuū v̄bi: pꝫ
ꝑ Aug. qꝛ v̄bū gignitur a memoria: ergo pater formalr̄ ꝓdu-
cit notitiā genitā memoria vt p̄ncipio ꝓductiuo: ⁊ nō intel-
ligentia siue notitia simplici qđ idē est: ⁊ hic est sensus huiꝰ
lr̄e. Declaro tñ hanc literā cū dicit ibi: ergo lꝫ in patre con
currant memoria / intelligentia ⁊ volūtas: pater nō gignet
verbū formalr̄ intelligētia vt quo. Formaliter eñ genera-
re vt quo est in se hr̄e formalr̄ principiū siue rōnem forma
lem generandi: sicut dicimꝰ ignis formaliter calefacit calo
re vt quo: qꝛ hꝫ in se formalr̄ calorem qui est ratio forma-
lis calefaciendi: sic pater dr̄ formalr̄ generarare memoria
vt quo: qꝛ habet in se memoriā formaliter q̄ est p̄ncipiū ge
neratiuū siue rō formalis generandi. Sequitur. vt aūt hꝫ no-
titiam actualem est in actu intelligentie. i. ꝙ pater per intel
ligentiā actualem in actu intelligentie. i. ꝙ tm̄ ꝑ ipsam est
formaliter intelligens omne intelligibile: ⁊ ꝑ ꝯn̄s ꝑ ipsam
non est formaliter ꝓducens verbū: cum talis notitia sit sim
pliciter finis potentie. ꝓpter hoc tm̄ ponitur vt ꝑ ipsam obie-
ctum intelligatur nō vt ꝑ ipsam aliquid generetur. Seqtur: sed
vt est in actu memorie. i. vt hꝫ obiectū intelligibile presens
intellectui suo ⁊c. Memoria eñ apud docto. vt. j. patebit est
intellectus habens obiectū ꝑfecte presens: ⁊ hoc in rōne in
telligibilis non vt actu intellecti: quia vt intellectus habet
obiectum presens in rōne intellecti magis dr̄ intelligentia
ꝓpter actualem intellectionem quā habet: ⁊ vt sic nō est ve
re ꝓductiuus: vt v̄o hꝫ obiectū p̄n̄s in rōne itelligibilis hoc
totū dicitur memoria: qꝛ hoc totū est p̄ncipiū formale ope-
randi siue intelligendi: ⁊ est p̄ncipiū formale ꝓducendi ver-
bum: ⁊ hoc totū dicitur actus p̄mus respectu actus secundi
Actus eñ primus vt sepe dictū est / est p̄ncipiū actionis vel
oꝑationis: actus v̄o scđs est ipa oꝑatio siue actio siue gene-
ratio ⁊ hmōi. ¶ Ibi. scđo sic. Scđo ꝓbat doc. intentū. s. ꝙ
notitia simplex nō est p̄ncipiū ꝓductiuū filij: pꝫ / qꝛ p̄ncipio
ꝓductiuo correspōdet ꝓductum vt finis siue terminus ꝓdu-
ctionis: sed notitie simplici nō corrn̄det aliquod ꝓductum
per ipsam vt finis vel terminus ꝓductionis: patet ista: quia
intellectio est vltimus terminus ꝓductus ab intellectu ⁊ fi-
nis vltimus intentus ab intellectu ⁊ ab obiecto. Intenditur
eñ ab intellectu talis notitia vt per ipsam obiectum tm̄ in-
telligatur: sed ꝓductio intenditur nō vt sibi sistatur: sed vt ꝑ
ipsam ꝓductum habeatur: ⁊ sic actus primus (cuiusmodi est
memoria) est principiū ꝓductiuū ⁊ nō actus secundus: cu-
iusmodi est intellectio. ¶ Ibi. Tertio sic. Ista ratio stat in
vno dicto: videlꝫ ꝙ habens principium ꝓductiuū cui nō cor
respondet ꝓductum adequatum pōt illo ꝓducere: sed pater
habēs intellectū ⁊ obiectū ꝑfecte presens intellectui habet
principiū formale ꝓductiuū filij: ergo si filius ꝑ tale princi-
pium nō est ꝓductus: adhuc pater illo principio pōt ꝓduce-
re. Si ergo ꝑ Hen. pater ꝓducit filiū notitia simplici vt p̄n-
cipio ꝓductiuo: ergo pater hꝫ filiū ante filiū: qꝛ memoria vt
memoria est p̄ncipiū formale ꝓductiuū verbi. vt pꝫ ꝑ Aug.
⁊ experimentaliter pꝫ in nobis: qꝛ verbū nostrū (qđ est in-
tellectio ꝑfecta obiecti) imedeate ꝓducitur a memoria videlꝫ
ab intellectu ⁊ obiecto p̄n̄te: vt patebit. j. distin. 27. ⁊ multe
sunt auctoritates Aug. ꝙ verbū est a memoria vt memoria.
Si ḡ s̄m Hen. ipm̄ verbū pōt esse a notitia simplici: ⁊ cū etiā
possit esse a memoria: vt dixi. ergo pater habebit duo ver-
ba siue duos filios: quoꝝ vnū correspōdet memorie ⁊ aliud
notitie simplici: qđ est incōueniens: ⁊ hoc intēdit doctor in
ista litera. ¶ Ibi. Preterea. Verbū est illius immediatius
verbū a quo immediatius exprimitur. Hic doc. arguit con
tra Hen. deducendo ad vnū incōueniens: videlꝫ ꝙ verbum
esset immediatius expressiuum notitie simplicis q̄ꝫ essentie
diuine: ⁊ ꝙ sit incōueniens pꝫ etiā in nobis: qꝛ v̄bū nostrū
siue intellectio ꝑfecta obiecti imediate exprimit ⁊ manife-
stat declaratqꝫ ipm̄ obiectū a quo specificatur vt pꝫ: ⁊ non dr̄

Attende hāc declarationem. Quid sit generare vt quo.

Quid sit actꝰ p̄mꝰ ⁊ secūdus.

Dr̄ia īter intellectionē ⁊ ꝓductionē.

Verbū in nobis est manifestare seu notitiā obiecti declarare.

exꝓmere siue manifestare aliā notitiā obiecti. Sic in ꝓposi
to notitia genita: ſm cōiter loquētes dr̄ imediate exꝓssiua
obiecti siue eēntie diuine siue mēorie fecūde. Si ḡ talis noti
tia genita imediate exꝓmeret a notitia simplici vt a princi=
pio formali ꝓductiuo: tūc ab ipā specificaret ⁊ nō a memo
ria fecūda: ⁊ sic magis ⁊ imediatiꝰ esset expressiua ⁊ mani=
festatiua notitie simplicis ꝗ̄ obiecti siue essentie diuine. Naꝫ
q̄lꝫ notitia ꝓprie loquēdo est semꝑ exꝓssiua illiꝰ a quo spe=
cificat. Vñ notitia simplex dr̄ imediate declaratiua essentie
diuine cū ab ipsa specificet: vt pꝫ a doc.ī.d.27. cū ergo notitia
genita apud oēs sit imediate exꝓssiua essentie diuine siue me
morie: sequit ꝙ imediate exꝓmit ab illa ⁊ nō a notitia sim=
plici. ¶ Ibi. Preterea. Si actualis itellectio pr̄is. Quito
siue vltio arguit doc. ꝯtra Hen. Et supponit duo in isto ar
gumento. Primū ꝙ actualis notitia est ab eēntia diuina vt a
ꝑncipio ꝓductiuo: qd̄ etiā ipse Hen. ꝯcedit vt. s̄. patuit ⁊ pꝫ
etiā rōne: qꝛ si actualis notitia simplex nō eēt imediate ab
eēntia: sꝫ ab alia notitia: tūc q̄ro de illa alia aut est imedia=
te ab eēntia aut nō. si ꝑmū nō ē maior rō de vna ꝗ̄ de alia.
si scd̄m ergo erit ꝓcessus in īfinitū in notitijs. Stat ergo ꝙ
notitia simplex sit ab eēntia siue a memoria. Scd̄o suppōit
ꝙ notitia genita ⁊ notitia essentialis sunt eiusdē rōnis: pꝫ/
qꝛ nō variat rō formalis ex hoc ꝙ est esse cōicatū ⁊ nō cōi=
catuꝫ: qꝛ tūc essentia diuina esset alterius rōnis vt in patre et
vt in filio: qꝛ in patre nō est cōicata ꝑ ꝓductionē: in filio est
cōicata ꝑ gñatiōeꝫ. Dicit ergo doc. ꝙ si notitia simplex eēt
realr̄ disticta a pr̄e talis notitia eēt ṽe ꝓducta ⁊ ṽe genita:
ergo cū eēntia diuina sit ꝑncipiuꝫ formale ꝓductiuū notitie
simplicis q̄ ṽe nō ꝑncipiat: qꝛ realr̄ nō distinguit a supposi
to principiante: adhuc esset ꝑncipiū ꝓductiuū eiusdē si vere
principiaret: ergo notitia genita q̄ vere ꝑncipiatur a pr̄e est
ab essentia diuina: siue a memoria fecūda vt a principio for
mali productiuo ⁊ nō a notitia simplici: vt dicebat Hen.

Primum dubium.

Sed circa hoc qd̄ dicit notitiā genitaꝫ ⁊ notitiā sim=
plicem esse eiusdē rōnis occurrunt aliqua
dubia. Prīo qꝛ notitia simplex est formalr̄ ꝑfectio simplr̄:
notitia ṽo genita nō ē formalr̄ ꝑfectio simplex: primū pꝫ a
doc.ī. pñti dist. 8. ⁊ in quol. Itē in ꝑmo dist.1.q.2. qꝛ intelle=
lectus paternꝰ est formalr̄ beatus in visiōe deitatis. hoc idē
in.q.14. quoli. q̄ visio est notitia ingenita siue simplex. non
pōt aūt eē btūs formalr̄ in aliquo qd̄ nō ē ꝑfectio simplicit
ptꝫ etiā in isto ꝑmo dist.2.q.1. ⁊ in quol.q.14. ꝙ intelligere
filij est optimū illius substātie: ergo. Scd̄m ptꝫ. s. ꝙ notitia
genita nō sit ꝑfectio simplr̄ formaliter: qꝛ si sic: cuꝫ ipā ne=
cessario includat relationē cōstituētem ipsam: ergo relatio
includeretur formalr̄ in aliquo qd̄ est ꝑfectiōis simplr̄: qd̄
est falsum. Tum qꝛ talis relatio nullā ꝑfectionem dicit. illō
mō qd̄ nō dicit aliquā ꝑfectionem non est de formali rōne
perfectiōis simplr̄. Tum etiam qꝛ q̄cq̄d formalr̄ includitur
in ꝑfectione simplr̄ est ꝑfectio simplr̄: vt ptꝫ a doc. in quoli.
sed relatio nō est ꝑfectio simplr̄: vt ꝓbat doc.q.1. quol. ergo
Tunc vltra. Que sic se habēt ꝙ vnū ex sua rōne formali est
ꝑfectio simplr̄ ⁊ aliud nō: nō sunt eiusdem rōnis: vt ptꝫ: sed
notitia genita ⁊ notitia simplex sunt hmōi. ergo. Si ṽo di=
catur ꝙ bene cōcludit si notitia genita esset ꝯstituta ꝑ rela
tionem: sed diceret ꝙ esset ꝯstituta ꝑ ꝓprietatem absolutam.
Sed hoc nihil est: qꝛ adhuc talis ꝓprietas nullā ꝑfectionē
diceret: vt ptꝫ a doc.ī.di.26. ¶ Scd̄o dubitat qꝛ notitia in=
genita est entitas absoluta: vt ptꝫ a doc.q.14. quoli. ⁊ dist.
10. quarti. Sed notitia genita ē entitas relatiua: modo ab=
solutū formaliter ⁊ relatiuū formaliter nō sunt eiusdem ra
tionis: ergo nec notitia genita et ingenita. ¶ Rñdeo ꝙ di
ctū doc. dꝫ sane intelligi. Non eīn vult ipse ꝙ de facto noti
tia genita ⁊ ingenita sint simplr̄ eiusdē rationis: vt patet ꝑ
argumenta superius facta: sed ex hoc dicuntur eiusdem ra
tionis: qꝛ si notitia simplex esset realiter distincta a supposi
to producente: tunc esset vere notitia genita ⁊ eadē que nūc
Et similiter si notitia genita nūc esset ideꝫ realiter cuꝫ pro=
ducēte: esset simpliciter eadē ꝙ notitia simplex: ⁊ ex hoc di
cerentur eiusdem rōnis. ¶ Sed quō est possibile ꝙ idem vt
realr̄ distinctū dicat vere genitū ⁊ formaliter relatiuū: ⁊ ꝙ
nō sit ꝑfectio simplr̄: et ꝙ si illud idem esset realiter idem ꝙ
dicatur absolutum ⁊ ꝑfectio simplr̄. ¶ Dico breuiter ꝙ vt
notitia est realr̄ idē cū supposito producēte necessario pul=
lulat ab essentia diuina vt ꝑfectio simplex ⁊ vt entitas absolu
ta: vt ṽo realr̄ distinguitur a supposito ꝓducēte necessario
ꝓducit vt entitas relatiua. Accidit ergo notitie diuine ꝙ di
catur entitas absoluta formalr̄: qꝛ hoc hꝫ ꝓpter idētitatem
realem cū supposito ꝓducente: accidit etiaꝫ ꝙ dicatur enti=
tas relatiua: qꝛ hoc est ꝓpter realē distinctionē a supposito
producēte. Si dicat nōne paternitas est idē realr̄ cū suppo=
sito ꝓducēte? Dico ꝙ sic: ergo erit entitas absoluta ⁊c. Di=
co ꝙ sunt alique entitates q̄ diuersimode pullulāt ab essen
tia diuina: quedā eīn simplr̄ pullulāt vt entitas absoluta: ⁊
quedā vt entitas relatiua. Et si querat rō diuersitatis: nul
la alia est assignāda: nisi qꝛ hec est talis entitas ⁊ illa talis
⁊ sic notitia simplex est talis entitas ꝙ vt est idem realr̄ cū
supposito necessario pullulat ab essentia vt entitas absolu=
ta: ipā eadē entitas est talis entitas ꝙ si realr̄ distingueret
a supposito ꝓducēte esset vere genita ⁊ vere entitas relati=
ua: ⁊ paternitas est talis entitas ꝙ vt est idem realr̄ cū sup=
posito patris oritur de necessitate vt entitas relatiua: ⁊ est
talis entitas ꝙ si etiam esset distincta realiter nō esset vere
genita nec esset entitas absoluta: ⁊ sic ptꝫ ad difficultatem.
¶ Ibi. Tertius articulus est. Hic instat contra tertiū arti
culum. vbi Henri. vult ꝙ cōuersio intellectus nudus suꝑ se
formatū est necessario ad hoc vt intellectus nudus formet
ab intellectu formato. i. ꝙ intellectus formatus notitia sim
tasma efficaciter mouet intellectū possibilē causando spēm
intelligibilez albedinis: stāte ergo efficaci motiōe alicuius
singularis respectu potētie sensitiue cōiter stant alie motio-
nes supiores. Quinto p̄mitto ꝙ qñ Doct. dicit ꝙ spēs spe-
cialissima p̄mo p̄mitate originis cōfuse cognoscitur: pōt eē
duplex sensus. Primꝰ ꝙ si ponat̄ ꝙ spēs ītelligibilis speciei
specialissime sit ꝑtialis causa cognitionis spēi specialissime
⁊ cuiuscunq̄ supioris: argm̄ Doc. dz applicari ad spēm ītel
ligibilē sic ꝙ illa prius origine causat cognitionē spēi spe-
cialissime ⁊ posteriꝰ origine causat cognitionez superioris.
Alius sensus ē: ꝙ si ponat̄ alia ⁊ alia spēs intelligibilis re-
spectu supioris ⁊ inferioris: puta ꝙ vna sit respectu albedi
nis ⁊ alia respectu coloris ⁊ alia respectu qualitatis et alia
respectu entis. Tunc dico ꝙ argumētū doc. pōt sic applica-
ri. Fantasma prius origine causat spēm intelligibilez illius
spēi specialissime: cuius singulare fortius mouet sensum et
posterius origine causat spēm intelligibilē: puta gn̄is: et sic
deinceps: ⁊ vltra seq̄tur ꝙ spēs intelligibilis p̄mo causata.
prius origine nata est causare cognitionē obiecti cuius ē: et
spēs intelligibilis. secūdo causata nata est posteriꝰ origine
causare cognitionē obiecti cuiꝰ est. Istis p̄missis patere pōt
euidentia argumēti doc. Et qđ dicit ibi parū. ī. Et hoc sup
posito ꝙ singulare non possit cognosci sub rōne ꝓpria: de q̄
alias. Loquor em̄ mō de illis que certū ē posse intelligi sm̄
oēm opi. ¶ Hic Doc. nō intendit disputare nunc an singu
lare possit cognosci sub rōne ꝓpria vel nō: de quo ip̄e ī me-
taphisica sua. li. 7. q. 15. sed intēdit tm̄ loqui de vl'i: q2 notum
apud oēs ꝙ vl'e pōt intelligi ab intellectu nr̄o: q2 intellectꝰ
est vniuersaliū: sed non ē sic notū apđ oēs ꝙ singulare pos-
sit cognosci ab ītellectu nr̄o: ideo intēdit loqui de re magis
vel minus vl'i: ⁊ sic ꝓbat intentū ꝙ p̄mū cognituz cognitiōe
cōfusa ⁊ p̄mitate originis est spēs specialissima cuiꝰ singula
re ⁊c. Nō ergo p̄ma doc. est ibi. Cā naturalis agit ad effe-
ctum suū ⁊c. Si ponat̄ ꝙ spēs intelligibilis sit ꝑtialis cā co
gnitionis minꝰ vl'is ⁊ magis vl'is: tūc ista minor dz sumi sub
illa maiori: vcz sed spēs ītelligibilis puta albedinis est cau
sa naturalis respectu intellectiōis: ⁊ sil'r intellectus ē causa
naturalis: ergo spēs ꝓducit cognitionez ꝑfectiorem q̄z pōt:
sed cognitio spēi specialissime est perfectior cognitione ge-
neris: pz/q2 cognitio specificatur ab obiecto.

Dubium **Sed hic occurrit** aliqualis difficultas: quia vide
mus ꝑ experientiā ꝙ cā natura
Rn̄sio. lis priꝰ ꝓducit effectū ip̄fectū: ⁊ deīde ꝑfectū: vt pz in gene
ratione hoīs: sic erit in ꝓposito. Dico ꝙ hoc nihil est: quia
doc. loq̄tur de cā naturali ꝑfecte disposita ⁊ nullo mō īpe-
dita talis em̄ īmediate attingit effectū ꝑfectissimū: vt ptz a
doc. in. 2. ⁊ in. 3. d. 4. ⁊ alibi. In ꝓposito spēs intelligibilis
obiecti ⁊ ītellectꝰ agēs siue possibilis sūt debite approxiati
⁊ nō appet aliqđ īpedimētū: nec appet ꝙ req̄rat̄ aliq̄ dispō
p̄or respectu spēi ¶ Si iterꝫ dicat̄: cū cognitio disticta spēi
Itē aliud sit ꝑfectior cognitiōe cōfusa eiusdē: videt̄ seq̄ ꝙ priꝰ origine
producat cognitionē distinctā spēi specialissime. Dico pri
Rn̄sio. mo ꝙ notāter doc. dic̄ effctm̄ quē p̄mo p̄t ꝓducere mō spēs
intelligibilis spēi specialissime nō pōt partial'r p̄mo ꝓduce
re nisi notitiā cōfusam: īter notitias aūt ꝯfusas ꝑfectissime
est notitia spēi specialissime: ⁊ sic gradatim ascendēdo. Nō
dicit aūt absolute ꝙ cā naturalis ꝓducat p̄mo effectuz ꝑfe-
ctissimū sed dicit ꝙ priꝰ ꝓducit effectū ꝑfectissimū quē p̄mo
pōt ꝓducere. mō p̄mo nō pōt ꝓducere nisi notitiā ꝯfusam:
ergo p̄mo ꝓducit notitiam spēi specialissime q̄ est ꝑfectior.
Scđo dico ꝙ cognitio distincta alicuiꝰ habētis ꝑtes p̄sup-
ponit distinctā cognitionē partiū: nā si distincte cognosco
hoīez sm̄ oēs suas ꝑtes: seq̄tur ꝙ cognosco hoc aīal ⁊ etiā
rōnale ⁊ alia cognitione cognoscit̄ aīal ⁊ alia cognoscitur
rōnale: ita ꝙ cognitio distincta diffiniti presupponit duas
cognitiones partiū: mō est īpossibile vnaz ⁊ eandē cām si-
mul ꝓducere duas cognitiones eque ꝑfecte vt supra ꝓbaui
dist. 2. q. 1. ⁊ certū est: ꝙ cognitio aīalis seorsum sumpta est
imꝑfectior cognitōe hoīs: ⁊ similiter cognitio rōnalitatis
est imꝑfectior cognitione hoīs: ⁊ ideo cognitio hoīs ē ꝑfe
ctior qualibꝫ cognitiōe partiū. Si teneat̄ alius sensus: vcz
ꝙ magis vniuersale cognoscitur ꝑ ꝓpriā speciē: ⁊ minꝰ vni
uersale ꝑ propriā: pz tunc ꝙ species minꝰ vniuersalis tantū
causat cognitionē illius: ⁊ illa ē cognitio cōfusa: vt patz: q2
cognitio distincta est cognoscere ꝑtes ipsius: in quas natū
est resolui. ¶ Dico scđo ꝙ doc. limitate loq̄tur cū dicit. Cā
naturalis p̄mo ꝓducit effectū ꝑfectissimū quē primo potest
ꝓducere: mō spēs intelligibilis cuz intellectu nō pōt p̄mo
producere nisi notitiā cōfusam obiecti: sed īter notitias cō
fusas vna est ꝑfectior alia: ideo si pōt ꝓducere imꝑfectorē
⁊ ꝑfectiorem: si est ꝑfecte disposita prius ꝓducit ꝑfectiorē:
que est spēi specialissime: si tm̄ spēs intelligibilis p̄mo repre
sentet spēm illā: ⁊ post ꝓducitur notitia oīm essential'r īclu
sorum: ⁊ sic habita notitia entis ꝑ viam diuisiōis poterit co
gnoscere spēm distincte: ⁊ sic p̄mum simpl'r cōceptū distin-
cte est cōceptus entis q̄ est cōceptꝰ cōissimꝰ: ⁊ ꝑ ꝯñs q̄ sunt
ꝓpinquiora sunt priꝰ distīcte cognita: ⁊ que remotiora po-
sterius distincte cognita. Et hoc ꝓbat dupl'r. p̄mo ibi. Hoc
sic ꝓbo ⁊c. Quia cōcipe distincte. a. est cognoscere oīa que
quiditatiue includūtur in. a. Sed cōceptꝰ entis includit̄ q̄-
ditatiue in oībꝰ inferioribus. ergo est simpliciter primū co-
gnitum distincte: ⁊ post ꝓpinquiora ⁊c. Et addit ꝙ conce-
ptus entis est simpliciter simplex: et sic pōt distincte cōcipi
sine aliis: non alia sine eo.

Sed occurrunt aliqua dubia. Videtur enim si ad
cognitionem distinctā: puta hoīs
sufficeret cognitio oīm ꝑtium: ꝙ cognitis illis ꝑtibus co- Primum
gnoscatur ⁊ hō ꝑfecte: qđ nō videtur: q2 cognitis aīa ⁊ cor dubium.
pore distincte nō ꝓpter hoc cognoscitur humanitas: cū sit
alia entitas absoluta realiter distincta ab oībus ꝑtibꝰ: ⁊ sic
cognitis illis sepatis cognosceretur hō: etiā hoc nō seq̄tur
si cognoscātur vt vnite cum adhuc distinguitur realiter ab
ipsis vt vnitis: vt patet a doct. in. 3. d. 2. ¶ Tū: q2 cognitis
oībus ꝑtibus distincte: a quo causat̄ cognitio totius: non a Scđm.
partibus q2 sunt imꝑfectiores toto etiā simul sumpte: mo-
do imꝑfectius nō pōt causare cognitionez ꝑfectioris vt. s̄.
pz. q. 1. p̄ntis. d. ¶ Tū etiā si cognitis oībus ꝑtibus cogno
sco totū distincte. quero an sit alia cognitio distincta totiꝰ: Tertium.
⁊ alia oīm ꝑtium: aut eadē: nō scđo mō patet: q2 p̄or est co-
gnitio ꝑtiuz ⁊ imꝑfectior. Si alia q̄ro ad q̄d terminatur co-
gnitio totiꝰ: aut terminat̄ ad totū: aut ad ꝑtes: non ad par-
tes: q2 tūc non esset alia cognitio totiꝰ ⁊ partiū. si ad totuz
absolute. ergo illa erit cōfusa. pz. ergo cognitio ꝯfusa totiꝰ
stat semꝑ cū cognitiōe distincta eiusdez qđ est impossibile.
¶ Tū etiā: q2 aut eadē cognitiōe cognoscūtur simul oēs Quartuz.
partes totius: aut alia et alia cognoscitur alia ⁊ alia pars:
nō p̄mo: quia nō pōt esse eadē cognitio pluriū: ⁊ hoc distin
cta oīm. Si alia et alia. ergo cognitio distincta totius erit
tm̄ quoddā agregatū ex pluribꝰ cognitionibus distinctis:
qđ videtur incōueniēs. ¶ Tū etiā: q2 nunq̄z totū: puta hō:
posset ꝑfecte distincte cōcipi: pz/q2 cognoscere ꝑfecte homi Quintuz.
nē q̄ztum est cognoscibilis distincte: est cognoscere omnes
eius ꝑtes quantū sunt cognoscibiles. Sed hoc ē īpossibile:
patet/q2 si in instāti. a. ꝑfecte ⁊ distincte cognosco hoīez. er-
go in eodez instanti simul cognosco oēs partes eius q̄ztum
sunt cognoscibiles: ⁊ ꝑ ꝯñs cognosco simul plura eque ꝑfe-
cte simul: sicut qđlibet seorsum pz: q2 ex p̄suppositō cogno-
scitur q̄libet pars q̄ztū est cognoscibilis: aliter totū non ꝑfe
cte cognosceretur distincte. ¶ Tū: q2 accipio aliqđ q̄ztū di
uisibile in ꝑtes infinitas: ⁊ quero si pōt cognosci ab intelle
ctu creato distincte ⁊ ꝑfecte: ptz ꝙ sic: q2 tale q̄ztū est cogno Sextum.
scibile limitatū. Tūc seq̄tur ꝙ oportebit p̄ꝰ cognoscere par
tes infinitas: q̄ tm̄ non p̄nt ꝑtransiri: ⁊ tm̄ si actu distincto co
gnosco illđ q̄ztū ⁊ distincta cognitio req̄rit cognitionē oīm
partiū. seq̄tur ꝙ actu cognoscā infinita: ⁊ sic esset talis intel
lectus infinitꝰ: vt. s̄. ptz. d. 2. q. 1. ¶ Tū: si cognitio distincta Septimuz
conceptꝰ quiditatiui ē precise cognoscere ip̄m sm̄ oēs cōce-
ptus q̄ditatiuos inclusos in eo. ergo relatio: puta paterni-
tas pōt distincte cognosci sine cognitiōe fundamenti ⁊ ter-
mini: pz/q2 fundamentū ⁊ terminꝰ non sunt de cōceptu q̄di
tatiuo relatiōis: q2 ponūtur in diffinitone tm̄ vt addita: vt
patet a doc. ī. d. 30. Sed mō est īpossibile nec distīcte nec cō
fuse posse cognoscere aliquā relationem sine fundamēto ⁊
termino vt. s̄. patuit. q. 1. ꝓlog. ⁊ ī. patet. d. 8. q. 1. ⁊ in quol. q.
14. ¶ Tū: q2 req̄reretur magnū tp̄s ad hoc vt posset: puta
hō cognosci: si non pōt cognosci distincte nisi p̄cognoscant̄ Octauum
oēs cōceptꝰ quiditatiui inclusi in eo: qđ est multuz difficile:
sicut etiā ip̄e doc. habet ꝓ incōuenienti de cognitione spēi:
vbi vult ꝙ si priꝰ oporteret p̄concipere cōceptꝰ vniuersalio-

res ante cõceptū spēi: tunc oporteret ponere magnū tēpus
ante ꝙ̄ cõciperet̄ spēs alicuiꝰ singularis debite approximati
Nonum. sensui ⁊ nõ impediti ⁊c. ¶ Tum: qꝛ quero an potentia sen=
sitiua: puta visiua possit videre disticte aliqḋ albū: pꝫ ꝙ sic:
qꝛ aliter talis potentia eēt impfecta: si pfecte nõ possetvide
re obiectū sibi pfecte approximatū. si ergo põt ipm distincte
videre: puta aliqḋ albū. ergo opꝫ ipm ṗusvidere oēs ꝯceptꝰ
q̇ditatiue iclusos: sꝫ icludit̄ ꝯceptꝰentis: ḡ opꝫ ipaꝫ ṗꝰvidere
Decimum ꝯceptū ētis qḋ tñ vr̄ mãifeste fl̄m. ¶ Tū ē: qꝛ si ṗtvidē disti=
cte albū poterit ṗꝰvidē oēꝫ ptē disticte illiꝰalbi: qꝛ oēs sunt
de integritate illius: ⁊ per ꝯñs possetvidere minorē ⁊ mino
rem partē in infinitū: ⁊ sic oportebit crescere potētiaꝫ visiuā
in infinitū: vt patet ꝑ phm̄ de sensu et sensato. Si dicatur ꝙ
non poterit sicvidere distincte. ergo seqtur ꝙ nunq̄ꝫ poterit
videre pfecte distincte aliqḋ visibile: et sic potentia respectu
sui obiecti debite approximati nõ poterit hr̄e perfectamvi=
sionē: ⁊ ꝑ ꝯñs eēt aliqḋvisibile qḋ nullo mõ eēt natuꝫ videri
vel nõ posset q̄ꝫtū ē visibile ab aliq̄ potētia visiua: qḋ ē mul=
tum incõueniens: ptꝫ/ qꝛ ⁊ si sit aliqḋ intelligibile quod nõ
possit intelligi ab aliquo intellectu creato q̄ꝫtum est intelli
gibile: vt obiectū formal'r infinitū: tñ illud obiectū põt itel
Undecimum ligi q̄ꝫtum ē intelligibile ab intellectu infinito. ¶ Tū: quia
ponēdo ꝙ magis ⁊ minꝰ vniuersale cognoscãtur ꝑ eandeꝫ
spēm minus vniuersalis: qḋ doc. nõ improbat: vt. s̄. pꝫ. seq̄t
ꝙ si cognitio distincta minꝰ vniuersalis sit fm̄ oēs cõceptꝰ
q̇ditatiue inclusos in minꝰ vl'i ꝙ necessario erit simul distin
cta ⁊ cõfusa cognitio eiusdē obiecti: qḋ doc. hꝫ ꝑ magno in=
conuenienti: vt. s̄. patet. d. 2. ꝯtra Hen. Q? aūt sequat̄ patꝫ:
qꝛ ꝑ doc. spēs minꝰvl'is vna cū intellectu necessario priꝰcãt
notitiā cõfusam ipsiꝰminꝰvl'is: si mõ causat notitiā supioꝝ
certū est ꝙ tunc minꝰ vl'e est eque p̄ñs itellectui: immo ma=
gis: qꝛ spēs intelligibilis illiꝰ magis repn̄tat ipm. ḡ tūc vel
cãt nouā cognitionē cõfusaꝫ illius qñ causat cognitionē su
perioꝝ: vel prius habitam cõtinuat: patet/ qꝛ intellectus et
talis spēs sunt cã ꝑ modū nature ⁊ non sunt impedita. ḡ si
Duodecimum. mul erit cognitio cõfusa et distincta eiusdem obiecti. ergo.
¶ Tū ⁊ pono ꝙ Fran. distincte cognoscatur: puta ab an=
gelo qḋ est possibile: vt patꝫ a doc. in. 2. d. 3. q. vlt. que est. 11.
Tunc quero: aut in cõceptu q̇ditatiuo Francisci includitur
conceptus hoīs: aīalis/ corpis: substãtie / ⁊ entis ex natura
rei: ⁊ ṗter om̄e opus intellectꝰ cõparatiui: aūt tm̄ ꝑ actum
intellectꝰ. nõ scḋo modo: qꝛ tūc cõceptus rõnis esset de q̇di
tate cõceptꝰ vere realis. Si ṗmo mõ: tunc pono ꝙ angelus
videat distincte intuitiue ipm Fran. hoc est possibile: vt ptꝫ
a doc. in. 2. vbi. s̄. ergo seq̄tur ꝙ angelꝰ priꝰvidebit intuitiue
cõceptū entis: deinde cõceptū substãtie: ⁊ sic deiceps descē
dendo vsq̄ꝫ ad cõceptū indiuidui. Sed hoc nõvidet̄ possibi
le specialiter apḋ doc. q̄ vult ꝙ intuitiua cognitio tm̄ sit rei
exñtis vt exñtis: ⁊ p̄ñtisvt p̄ñtis: sꝫ tales ꝯceptꝰ supiores nõ
vidētur hr̄e prius existentiā q̄ꝫ cõceptꝰ indiuidui: siue ꝙ cõ=
ceptus supiores in illo ṗori quo intuitiue vident̄ nõ vident̄
habere aliquā existentiā pꝫ: qꝛ nõ existãt nisi vt in singula=
ribus actu existētibꝰ: vt pꝫ a Doc. in. 2. d. 3. q. 1. Ex his ergo
apparet q̄ꝫ difficile sit sustētare: ꝙ nihil dr̄ cognosci distin=
cte nisi cognoscatur fm̄ oēs eiꝰ ptes. ¶ Scḋo ṗncipaliter
posset multū dubitari quõ cõceptꝰentis possit distincte cõ=
cipi sine aliis: qꝛ tunc talis cõceptꝰ esset simpl'r prior: qḋ tñ
nõ videt̄ verū: vt patet a Doc. j. d. 8. q. 2. ⁊ ptꝫ ꝑ phm̄. 2. met.
t. c. 4. ṗncipia inq̇t sempiternoꝝ esse verissima ⁊c. sed de hoc
vide. j. d. 8. q. 2. ¶ Ibi scḋo ꝓbo ⁊c. scḋo ṗncipal'r ꝓbat doc.
scꝫ ꝙ in cognitione distincta ṗus cognoscūtur cõceptꝰ cõio
res: qꝛ fm̄ Aui. ṗmo met. c. 3. metaphysica ē pma fm̄ ordinē
distincte cognoscēdi: qꝛ ipa hꝫ certificare ṗncipia aliaꝝ sciē
tiaꝝ. ergo cognoscibilia in metaphysica sunt pma distincte
cognoscibilia: mõ metaphysica maxime cõsiderat cõissima
vt pꝫ ꝑ phm̄ ṗmo met. in ꝓhe. Si ergo ṗncipia in metaphy
sica hn̄t certificare ṗncipia aliaꝝ sciētiaꝝ. i. ꝙ cõsiderata in
aliis scientiis distincte cognoscūtur per ṗncipia cõissima: q̄
ꝑtinent ad metaphysicā. ergo. nõ tñ sic intelligendo ꝙ p̄ci
se cognoscãtur inferiora ꝑ ꝯsiderata tm̄ in metaphysica: qꝛ
tunc ad metaphysicā ꝑtineret cõsiderare oēs quiditates in
particulari. i. sub rõne ꝓpria ⁊ distincta earū: cuius opposi
tum exp̄sse tenet Doc. in met. li. 1. q. pe. Sed sic intelligo ꝙ
ex quo non põt distincte cognosci aliqua q̇ditas: puta hūa
nitas nisi fm̄ oīa inclusa in illa q̇ditate cognoscatur: ⁊ cum
cõceptus cõissimus includat̄ ibi q̇ditatiue vt cõceptus entis
inq̄ꝫtū ens qui tm̄ ꝑtinet ad cõsiderationē metaphysici: seq̄
tur ꝙ ṗmum cognitū distincte ꝑtinet ad cõsiderationē me=
taphysice: ⁊ vt sic intelligitur esse pmam in ordine disticte
Quõ metaphysica concipiendi. ¶ Ibi. Nec in hoc cõtradicit sibi Aui. qꝛ põit
eam vltimam in ordine doctrine: ⁊ ṗmam in ordine disticte
cognoscendi qꝛ ponit̄ vltima in ordine cõfuse cõcipiendi. i. ē pma ⁊ vl
ꝙ prius cõcipiūtur termini aliaꝝ sciētiarū cõfuse: vt. s̄. pa= tima.
tuit: ⁊ post termini cõiores ⁊ vltimo cõissimi: q̄ ad metaphy
sicam ꝑtinent: ⁊ hec est vltima. Sed in cõcipiendo disticte
puta lineam erit pma: qꝛ incipit a cõissimis iclusis in linea
Et cum dicit ꝙ geometer inq̄ꝫtū geometer nõ vtitur ṗnci=
piis ꝑ se notis nisi tm̄ illis q̄ sunt euidentia ex ꝯfuso ꝯceptu
terminoꝝ qualis occurrit ṗmo ex sensibilibus: puta linea ē
longitudo ⁊c. non curãs ad qḋ genus ꝑtineat linea: sed mõ
cognita geometria ⁊ aliis scientiis specialibus. sequitur me
taphysica de cõceptibꝰ cõibus: ex quibꝰ põt fieri redditio ꝑ
viā diuisiõis ad inq̇rendū q̇ditates terminoꝝ in sciētiis spe=
cialibꝰ: ⁊ tūc ex illis q̇ditatibꝰ sic cognitis distinctiꝰ cogno
scunt̄ ṗncipia sciētiaꝝ specialiū. Hec lr̄a dꝫ sane intelligi. si
em̄ intelligit̄ ꝙ termini sciētiarum specialiū nõ possunt di=
stincte cõcipi vt in illis sciētiis precise: puta ꝙ geometer nõ
possit vt geometer cognoscere lineam diffinitiue nisi ꝑ me=
taphysicā: ita ꝙ tota cognitio diffinitiua ⁊ cõpletiua sit pre
cise a metaphysica: forte hoc nõ videt̄ verū: qꝛ vltime diffe=
rentie linee cognitio magis videtur pertinere ad geometrū
cū doc. velit ꝙ sciētia specialis cognoscat cõsiderata in illa
in particulari: ⁊ sub rõne ꝓpria: vt patet in meta. sua. vbi. s̄.
Si vero intelligitur ꝙ geometer non cognoscat diffinitiue
cõpletiue lineā nisi ꝑ metaphysicā: nõ ꝙ metaphysica tra=
dat notitiā omniū pertinētiū ad distinctā cognitionem: pu
ta linee: hoc modo erit verū: qꝛ geometer nõ põt distincte
⁊ cõplete cognoscere lineā nisi precognoscat ꝯceptū entis:
⁊ post precognoscat an linea sit in genere substãtie vel quã
titatis: qꝛ qḋ cognoscit̄ diffinitiue ⁊ cõpletissime quiditati=
ue diffinitur nõ tm̄ per genus ꝓpinquū: sed etiā per gene=
ralissimū. ergo oportet scire ad quod genꝰ pertineat linea
⁊ hoc nõ potest nisi per methaphysicā q̄ primo diuidit ens
finitū in decem genera: vt pꝫ in. 5. meta. tex. c. 13. fm̄ se inq̇t
(i. ens ꝑ se vt distinguit̄ ꝯtra ens ꝑ accñs: de q̄ ibi. tex. c. 13.)
sunt q̄cūq̄ꝫ signãt figuras predicationis. Et paruꝫ. j. Qm̄ ḡ
predicatoꝝ alia quid significãt: alia quale alia quãtum ⁊c.
Habita ergo cognitõe ad qḋ genus pertineat potest ꝑviā
diuisionis deuenire ad distinctaꝫ cognitionē linee. An mõ
habita per metaphysicā cognitiõe ad quod genus ꝑtineat
linea: possit geometer vt geometer per viam diuisionis co=
gnoscere diffinitiue lineam. Dico ꝙ si ad metaphysicū non
pertinet considerare oēs quiditates in particulari: vt videt̄
tenere doc. vt dixi: ꝙ metaphysica non erit necessaria nisi vt
habeatur notitia cõceptuū transcendētiū ⁊ gn̄alissimoꝝ: et
hoc magis videtur. Est ergo metaphysica necessaria ad co
gnitionē distinctā terminoꝝ cõceptoꝝ in sciētiis specialibꝰ
mõ p̄exposito. Scia ḡ spālis vt geometria ⁊ physica ⁊ hmõi
nõ prehabita metaphysica p̄cise cognoscit terminos ꝯfuse:
⁊ per ꝯñs ṗncipia per se nota in illis sunt tm̄ nota terminis
cõfuse cõceptis: qꝛ in illo priori quo nullo modo intelligi=
tur habere metaphysicā nõ põt cõcipere ad qḋ genꝰ perti=
neant illi termini: nec similiter põt scire oēs cõceptus tran
scendētes: qui nec includūtur quiditatiue in illis terminis:
sed coꝝ ꝯsideratio spectat ad metaphysicā: sꝫ habita ꝑ meta
physicā notitia predictoꝝ: forte nõ vt metaphysicus: sed vt
geometer vel vt physicus poterit acq̇rere notitiā distinctaꝫ
terminoꝝ ꝑ viā diuisionis: ⁊ sic cognoscere sua ṗncipia ex
cognitiõe distincta terminoꝝ: ⁊ sic habere sua principia per
se nota terminis distincte cõceptis: qḋ bene nota. sustinēdo
tñ ad metaphysicā tm̄ nõ pertineat cõsiderare oēs quidita
tes in particulari pertinentes ad speciales sciētias: sꝫ ꝙ q̄li
bet scientia specialis cõsideret quiditates in particulari: et
sub rõne ꝓpria quiditatiua pertinentes ad illā scientiā. Ex
his patet qūo metaphysica dr̄ prima ⁊ non dicitur prima.
¶ Ibi. Sed cõparãdo totū ordinē cõfuse cõcipiendi ad to
tum ordinē distincte concipiēdi quis sit prior. i. an cognitio
cõfusa sit simpliciter ṗor distincta: puta an ꝓ statu isto ṗus
origine cognoscatur aliquid confuse q̄ꝫ distincte. Dicit doc.
ꝙ sic. ṗus em̄ origine cognoscitur totū q̄ꝫ partes. Et quia in
ordine cõfuse concipiendi est spēs specialissima: cuius sin=
gulare fortius mouet sensum. ideo ṗus simpliciter cognitū
ṗmitate originis est species specialissima. Et hoc dꝫ intelli
gi tm̄ qñ singulare illius speciei est perfecte presens ⁊ opti=
mū dispositū respectu potentie sensitiue q̄ etiā sit bñ disposi
ta. Cõiter tñ priꝰ origie ꝯcipit̄ magis vl'e q̄ꝫ minꝰ vl'e: ⁊ hoc
ē: qꝛ cõiter singulare magis vl'is priꝰ ⁊ fortiꝰ sentit̄ q̄ꝫ singu
lare minꝰ vl'is: qḋ est veꝝ cõiter: si tñ singulare minꝰ vl'is for
tius moueat sensuꝫ: tūc spēs itelligibilis illiꝰ spēi ṗꝰ origie
cãt notitiā illiꝰ q̄ꝫ notitiā magis vl'is. Ex his appet ꝙ doct.
hic ⁊ i sua met. lib. 2. q. vl. sibi nõ ꝯtradicit. hic em̄ vult ꝙ pri
mū cognitū ṗmitate origis nõ ē magis vl'e: sꝫ simpl'r minꝰ

vl'e: ꝛ ibi vl't ꝙ magis vl'e: vide ēt ꝗ ibi ꝓlixe exposui oñdēdo quō illa. q. ñ ꝯtradicit. q. huic. Et ibi glosaui auctes phi. ꝛ Aui. put faciūt ibi ad ꝓpositū: ꝗ ſm aliū ꝛ aliū sensum pñt ꝟificari: vt ibi pꝫ.

Rñsio ad al's instantias.

¶ Nūc rñdeo ad illas istātias fctās ꝯtra illō. s. ꝙ disticte cog̃scere ē cog̃scē ſꝫ oēs ptes ꝛc. Ad pmā dico ꝙ distincte cognoscere aliq̃d nō est tm̃ cog̃scere oēs partes illiꝰ etiā vnitas: ꝛ hoc si totū sit aliō a ptibꝰ ꝛ vnitis sed est cog̃scere ipm̃ totū ſm oēs suas ptes: ita ꝙ si ē vna cognitio totiꝰ ꝛ partiū: illa terminetur ad totuꝫ ꝛ ad ptes. Si ꝟo alia ꝛ alia: vna terminetur p̄cise ad totū ꝛ alia ad ptē: vel si sint plures pte alia ad vnā: ꝛ alia ad aliā. ꝛ hoc dr̃ disticte cognosci. ¶ Ad scḋm dico: ꝙ cognitio totiꝰ realiter vel cōceptibiliter distincta a ptibꝰ causatur a spē intelligibili totius si intelligit̃ abstractiue: si ꝟo intuitiue: cātur ab ipo toto. imo forte totū ēentiale causat cognitionē nō tm̃ sui ſꝫ ēt partiū. Et tenēdo ꝙ magis vniuersale cog̃scatur abstractiue p spēm minꝰ vl'is: tūc species illa poterit ptialiter causare notitiā totiꝰ ꝛ oim̄ ad q̇ditatē ipsiꝰ ptinentiū: vt. s̄. patuit q. 1. q2 obiectū causat cognitionē sui ꝛ oim̄ ꝟtual'r vel essentialiter cōtentoꝝ. ¶ Ad tertiū dico: ꝙ loq̄ndo de toto essentiali ꝛ ī nobis ꝙ alia cognitiōe cognosco totū: ꝛ alia ꝛ alia ptes: ꝛ sic alia cognitione cognosco hoīem: ꝛ alia corpus: ꝛ alia aīam. similiter alia cognitiōe cognosco hoīem: alia animal: alia corpus: ꝛ sic ascendēdo. Et cōcedo ꝙ cognitio hominis terminatur p̄cise ad hoīeꝫ: ꝛ cognitio aīalis ad aīal. Et cū dr̃ ꝙ cognitio hoīs est cōfusa ꝛ cognitio ptiū distincta ergo idē cognoscitur simul distincte ꝛ ꝯfuse. Dico ꝙ cognitio hoīs absolute est cōfusa: ꝛ cognitio ptiuꝫ hoīs p̄cise nō est cognitio hoīs distincta: cū illa sit tm̃ cognitio partiū ꝛ non hoīs. Sed habita cognitione hoīs ꝛ omniū ptiū vt sunt hoīs. hoc totū vocatur cognitio disticta hoīs: ꝛ sic cognoscere hoīeꝫ ſm oēs suas partes (lꝫ talis cognitio plures includat cognitiones) est cognoscere distincte hoīem. Ista ꝟo nō simul stāt. s. ꝙ simul cognoscā hoīem distincte ꝛ cōfuse: q2 cognoscere cōfuse est ipm̄ cognoscere nō ſm oēs partes: ꝛ cognoscere distincte est ipꝫ cognoscere ſm omes suas partes. sicut etiā cū cognosco ꝓpositionē aliquaꝫ distincte: nō tm̃ cognosco ꝓpōnem in se sed simul cognosco termios: illiꝰ: lꝫ alia cognitione cog̃scaꝫ ꝓpōnē: ꝛ alia ꝛ alia terios ꝛ stantibus simul illis cognitionibꝰ: tūc distincte cognosco propositionē. Nisi forte dicatur vt aliq̇ dicunt ꝙ p̄us habet cognitio terminoꝝ ꝛ vnionis eoꝝ: ꝛ post cognoscitur ꝟitas ꝓpōnis distincte: ꝛ habita illa non remanet prior cognitio terminoꝝ: q2 illa cōtinet notitiā terminoꝝ: sed hoc non credo absolute veꝝ de quo al's. Et ex his pꝫ rñsio ad quartū.

Alia et alia cognitione cognoscitur hō et partes.

¶ Ad q̇ntū cōcedo absolute ꝙ intellectꝰ creatus nō pōt simul cognoscere eque bene plura sicut q̇dlꝫ seorsuꝫ: ꝛ hoc eq̄ intēse. In ꝓposito ꝯcedo: ꝙ nō eque intēse simul cognoscit totū ꝛ ptes: sicut vnū illoꝝ seorsum acceptū: tm̃ cognoscit totum ꝛ ptes distincte: sicut ego cognosco lapidē disticte ſm oēs suas ptes: nō tm̃ ita intēse sicut intellectꝰ angeli q2 pfectior: ꝛ tm̃ āgelꝰ nō cognoscit distinctiꝰ: posito ꝙ lapis possit a me cognosci distincte: sic in ꝓposito. ¶ Ad sextū dico breuiter ꝙ illud q̄ᵹtū pōt distincte cognosci ſm oēm eiꝰ q̇ditatē: q2 ſm oēm cōceptuꝫ inclusum q̇ditatiue: sed nō pōt distincte cognosci ſm oēm partē integralē: ꝛ hoc loquēdo de ptibus ꝓportiōalibus: q2 tūc actu cognoscerētur infinita imo infinities infinita: q2 illud est diuisibile in infinitas partes: ꝛ q̄lꝫ pars adhuc est diuisibilis in alias infinitas. hoc eī mō tm̃ pōt cognosci ab ītellectu infinito intēsiue. pōt tm̃ cognosci distincte ab intellectu creato ſm oēs partes integrales quātitatiuas. ¶ Ad septimū dico: ꝙ cognitio paternitatis cōfusa nō pōt haberi aliquo mō nisi p̄cognitis fundamento ꝛ termino: ꝛ magis termino: q2 ꝓprie est ad aliō siue est entitas formaliter ad aliud vt ad terminū: habita tm̃ tali cognitione pōt eam distincte cognoscere et q̇ditatiue. i. ſm omes cōceptus q̇ditatiue ꝛ essentiāl'r inclusos: ꝛ quo ad istā cognitionē q̇ditatiuā distinctam pōt haberi sine termino ꝛ fundamento p̄cognitis. i. ꝙ cognitio fundamēti ꝛ termini nō req̇ritur ad cognitionē eius tm̃ quiditatiuā distinctam: lꝫ req̇ratur ad cognitionē eius absolutā: q2 est impossibile cognoscere relationē fundamento ꝛ termino nō p̄cognitis ꝛc.

Relatio pōt quiditatiue ꝛ distincte cognosci nō p̄cognitis fundamento ꝛ termino.

¶ Ad octauū dico: ꝙ hoc est necessariū q2 talis cognitio distincta vt. s̄. pꝫ. fit p diuisionē magis cōis: ꝛ hoc nō est incōueniēs: est tm̃ incōueniēs ibi de indiuiduo sensibili pfecte pñte sensui sub rōne ꝓpria. ¶ Ad nonuꝫ dico: ꝙ visio illa pōt termīari ad q̇ditatē albedinis absolute nō vt qō: sed vt quo. i. ꝙ q̇ditas albedinis ē rō formalis terminādi visionē: non aūt terminat vt qō: sed tm̃ vt singularis. i. ꝙ singularitas est ꝯditio obiecti: vt pꝫ a doc. li. 1. met. sue. q. 6. Cum dr̃ de cōceptu entis. Dico ꝙ talis cōceptꝰ nō cognoscitur nisi abstractiue: mō potentia visiua nō abstrahit: cognoscit ergo albedinē distincte eo mō quo pōt sibi ꝯpetere cognitio siue visio distincta: visio eñ tm̃ terminatur ad rem existentē ꝛ sic suo mō videt albedinē: ꝛ q̇cq̇d real'r ꝛ essentialiter existit in albedine: si visio est pfecta ꝛ distincta: non tm̃ ibi distinguēdo vnū cōceptū ab alio. Vel breuiter dicēduꝫ ꝙ nō pōt videre nisi ꝙ cadit sub obiecto eiꝰ adequato: qō ē p̄cise color vel lux: nō est sic de intellectu: q2 hꝫ totū ens pro obiecto: ꝛ pōt abstrahere ꝯceptus etiā cōissimos. Pōt breuiter dici: ꝙ cognoscere aliq̇d distincte ſm oēs ꝯceptꝰ essentialiter inclusos tm̃ ptinet ītellectui: cū sit ꝟtus illimitatior et ꝟtꝰ abstractiua: ꝛ hoc magis placet. ¶ Ad decimū dico: ꝙ non pōt videre oēm partē albi: q2 datur minimū visibile virtute quo minꝰ videri nō pōt: vt pꝫ de sensu ꝛ sensato: ꝛ cū dr̃ ꝙ tunc esset aliqua pars nō visibilis: dico ꝙ esse visibile pōt dupl'r intelligi: pmo ꝙ sit visibile per se: ꝛ hoc mō ē ibi aliqua ps ita pua ꝗ nullo mō pōt mouere sensum. scḋo ꝙ sit visibile non p se: sed vt in toto pōt coagere ad sui visionem: sed sepatū nō: ꝛ hoc mō quecūq̧ pars pōt videri vt p̄cise in toto: nō tm̃ distincte pōt videre oēs ptes cuꝫ sint ibi infinite. Si eñ intellectꝰ non pōt simul videre ptes infinitas: multo minꝰ potentia visiua.

Visibile duplex.

¶ Ad vndecimū pꝫ rñsio ex dictis ad pmū scḋꝫ ēt tertiū art. ¶ Ad duodecimū ꝛ vltimū pꝫ rñsio ex his ꝗ exposui ꝓlixe in q̄l. de notitia intuitiua. ¶ Ibi. Si eñ aliq̇s aliꝰ eēt. Dicit doc. ꝙ si spēs itelligibilis spēi specialissime (ꝗ agit ſm vltimū potentie sue) imediate ꝓduceret ꝯceptū supioris: ille eēt pfectissimꝰ quē posset ꝓducere: q2 cā nālis nō ipedita ꝛc. ꝓducit effectū pfectissimū quē pt̄. Si ḡ cōceptꝰ superioris esset pfectissimus in quē pōt: seq̇tur ꝙ nūq̄ talis spēs poterit ꝓducere ꝯceptū spēi specialissime: cū ille sit pfectior ꝯceptu supioris. ¶ Scḋo p̄ncipaliter doct. ꝓbat idē ibi. Scḋo sic. q2 ſm Aui. ꝛc. Hic doc. p̄supponit vnuꝫ qō dicit. s̄. di. 2. q. 1. ꝙ aliqua est ꝓpositio p se nota terminis confuse cōceptis: vt mathematicus habet istam per se notā puta: totuꝫ est maius sua parte: vel linea est longitudo sine latitudine: terminis confuse cōceptis. Et metaphysicus haberet illas ꝓpositiones per se notas terminis distincte conceptis. si ergo metaphysica est vltima in ordine doctrine: sequitur ꝙ prius cōcipiūtur principia aliarum sciaꝝ ꝛ termini illaꝝ ante p̄ncipia metaphysice: mō ordine doctrine ē a confuse concipiendi ad distincte: prius eñ occurrit totum ꝛ deinde resoluitur in partes. si eñ cōiora: puta ens ꝛ hmōī pmo ꝯciperētur: tūc metaphysica ꝗ pmo tractat de illis eēt simpl'r prima ordine doctrine: qō est ꝯtra Auicē. Tertia rō est ibi. Tertio quia si oporteret preconcipere ꝯceptus vniuersaliores añ ꝯceptū talis spēi: tūc supposito casu de singulari mouēte sensum ꝛ intellectū exñte soluto. i. non impedito: oporteret ponere magnū tēpus anteq̄ꝫ cōciperet species illius singularis pmo sensati: q2 p̄us oporteret intelligere oīa predicata cōīa dicta ī quid de illa specie ſm ordinē: cuiꝰ oppositū manifeste experimur: nā visa aliqua albedine singulari p̄us ꝛ facillime intellectus fert̃ in cognitionē albedinis in se q̄ꝫ in cognitionē superioꝝ. Et qō dicit de singulari mouente sensum ꝛ intellectū. Non dꝫ intelligi ꝙ singulare imediate moueat intellectū: sed tm̃ mediate: q2 prius monet sensum exteriorē causando spēm sensibilem: et spēs sensibilis in sensu exteriori causat fantasma in virtute fantastica: ꝛ fantasma causat spēm intelligibilē ī intellectu possibili qua causata statim pōt seq̇ intellectio. ꝛ hoc loquēdo de singulari exñte soluto. i. nullo mō impedito sꝫ debite approximato ꝛc. ¶ Ibi. Ex hoc apparet causa quare intellectꝰ intelligit p̄us vnū intelligibile q̄ꝫ aliud: lꝫ spēs pluriū sint ibi pñtes. hoc eñ nō est a volūtate. Dicit doc. ponēdo ꝙ in intellectu sit spēs nigredinis ꝛ albedinis: spēs soni: spēs tāgibilis obiecti ꝛ hmōi: que oēs agunt de necessitate nature ad cognitionē obiectoꝝ: quoꝝ sunt species: ꝛ certū est ꝙ oīa illa obiecta quoꝝ sunt tales spēs nō simul intelligūtur. quare ergo vna p̄us mouet ad cognitionē sui obiecti: Hoc precipue erit: q2 singulare spēi repñtate fortius mouet sensum exteriorē: quo moto fortius excitatur ꝟtus fantastica: qua excitata fantasma talis singularis fortius ꝛ prius excitat speciem intelligibilem: ꝛ hoc nō est a voluntate: quia intellectus tunc non habet actum intelligendi. Sed in hoc videt̃ ꝙ doc. sibi contradicat: qui in. 2. d. 9. q. 2. expresse dicit ꝙ est in potestate angeli q̄ᵹtum ad primam intellectionē vti hac specie in memoria: vel illa: ad illam intellectionem actualem istius vel illius. hec sunt verba formalia Doc. vide responsionem huius in glosa quam ibi feci. ¶ Ibi. Scḋo dico de cognitione actuali distincte conceptorum. Hic doctor intendit ꝓbare ꝙ loquendo de cognitione distincta actuali primū cognitū primitate origīs est magis vniuersale. ꝛ hec

Apparēs ꝯtradictio

ratio eſt ſatis clara ī litera. ¶ Scđa ratio eſt ibi. Scđo ꝓbo idem. Et ſimiliterˢ hec littera eſt nota.

Duplex cōfuſum.

Contra iſtud obūcitur. Hic doct. intendit probare ꝙ magis vl'ia ſint primo nota nobis primitate originis: et lr̄a clara ē. ¶ Ibi. Ad ꝑmū dico. Hec rn̄ſio ſtat in hoc ꝙ ſicut duplex eſt cōfuſum. ſ. ꝑtiū ſubiectiuarū ⁊ ꝑtiū eſſentialiū: ita duplex eſt ordo. ſ. cōfuſe cōcipiendi ⁊ diſtincte: ⁊ ꝗ̄to aliq̄d eſt magis ꝯfuſuʒ ꝑtiū eſſentialiū tanto priꝰ cognitū cognitiōe confuſa: ⁊ ꝗ̄to aliq̄d ē magis confuſum cognitiōe ꝑtiū ſubiectiuaꝝ: tāto priꝰ cognitū cognitiōe diſtincta: ſed cōparando iſta duo ꝯfuſa inter ſe. ꝑmū ſimpliciť cognitū eſt cōfuſum ꝑtiū eēntialiuʒ. Et hoc eſt qđ dicit ibi. De iſto duplici ꝯfuſo. ¶ Ibi. Ad Aui. dico. Hec lr̄a clara eſt excepta iſta lr̄a q̄ ponitur ibi: qn̄ obiectū nō ē debite approximatū nō mouet ad cog̃ſcendū ſe ſub ꝑfectiſſima rōne ſed ſub aliq̄ imꝑfecta. hoc ſic ītelligiť qn̄ ſenſibile ē pn̄s ſenſui: vt ſingulare magis vl'is cū video coloratū hoc. ſ. vt ē ſingulare coloris: tūc tale ſingulare cāt p̄ciſe in ſenſu ſpēm coloris: ⁊ ita intellectꝰ ſequēs prio cog̃ſcit colorē: lʒ tale ſingulare ſit in ſe albū: tn̄ vt a remotis nō videť niſi vt indiuiduuʒ coloris nō vt indiuiduū albedis: ſed vt tale coloratū fit ꝑfecte pn̄s: tūc cāt viſionē albi: ⁊ ſic tādē cātur in ītellectu ſpecies intelligibilis ſpēi albedis: ⁊ tūc tale dr̄ ꝑfecte mouere ſenſum: ⁊ intellectꝰ primo cog̃ſcit ſpēm illiꝰ ſingularis. ſ. albedinē: ⁊ hoc magis pʒ in metaphy. Doc. li. I. q. vlt. vide q̄ ibi expoſui. ¶ Ibi. Ad tertiū dico. Tertiū argm̄ ſtat ī hoc: qꝛ in argumentādo priꝰ cōponimꝰ ſyll'm ex ꝓpōibꝰ: ⁊ ꝓpoſitiones ex terminis: ⁊ vltimo reſoluimꝰ ſyll'm in ꝓpōnes: ⁊ ꝓpōnes in terminos. ğ in ſyll'o ꝓus cog̃ſcimꝰ terminos: et poſt ꝓpōnes: ⁊ vltimo ſyllogiſmū. ſicut ğ dixi in cōpoſitione cōplexoꝝ. hoc idē dico in ꝯpoſitione incōplexoꝝ: nā hō priꝰ ꝯponiť ex ente: ſubſtātia corꝑe aīato: ſenſitiuo ⁊ rōnali: ⁊ vltimo reſoluiť in ea ex qbꝰ ꝯponitur. Cū ğ via cōpoſitiua ſit prior reſolutiua: ſeq̄tur ꝙ ꝑmo cognitū in hoc hoīe erit magis vl'e: cū magis vl'e ꝑmo cōponat: vt pʒ a doc. ī. 4. d. I. q. I. ¶ Rn̄det doc. ibi. Ad tertium dico. Et rn̄ſio ſtat in hoc. vcʒ ꝙ vtrobiꝗ̄. ſ. tā in cōplexis ꝗ̄ in incōplexis ꝓcedi tur ab includēte ad incluſuʒ: ⁊ ſicut in cōplexis cū ꝓncipiū īcludat ꝟtualr̄ cōcluſionē: ſeq̄tur ꝙ ꝓus cognoſco ꝓncipiū ⁊ ſimiliter cū termini ꝓncipioꝝ īcludāt ipa ꝓncipia: ſeq̄tur ꝙ ꝓus cognoſco termios: ſic in incōplexis cū inferiꝰ includat eſſentialiter ſuum ſuperius: ſeq̄tur ꝙ cognitione cōfuſa prius cognoſco inferius ꝗ̄ ſuperius.

Quid ſit ꝑmo notū hītualr̄.

Quantum ad notitiā habitualē. Hec lr̄a pʒ vſꝗ̄ ibi. Quātū ad iſtā notitiā hītualē ⁊ ꝟtualē dico: ꝙ cōiora ſunt priꝰ nota via originis: ⁊ ſatis pʒ lr̄a. Dicū tur aūt hītualr̄ ſiue ꝟtualiter nota ex hoc ꝙ includūtur in ꝑmo intellecto: ⁊ dr̄ ꝑmū intellectū in ꝓpoſito illud qđ ꝑ ſe intelligiť: ita ꝙ intellectio p̄ciſe terminať ad illđ ⁊ nullo mō ad incluſum. Sed qꝛ hīta notitia cōfuſa puta hoīs: tūc incluſa ſiue ꝑtes eēntiales illiꝰ dicunť intelligi: nō actu: qꝛ tūc intellectio actu terminareť ad illud: ⁊ tūc eēt ꝑ ſe ītellectū: ſed intelligiť hītualiter eo ꝙ eſt actu intelligibile: qꝛ. ſ. i potentia ꝓpinqua ad intelligi: nō ꝙ actu intelligať. Et ſic magis vniuerſale ē ꝑmo cognitū hītualiter minꝰ vniuerſali ſpſtādo ī cognitiōe hītuali ¶ Nota tn̄ de cognitiōe habituali ⁊ virtuali: qꝛ poſſet fieri difficultas. Si ens inquantū ens ē ꝑmo cognitū habitualiter ⁊ virtualr̄. ergo erit aptū ꝓus cognoſci actualiter: ⁊ ſic ordo diſtincte ꝯcipiēdi erit ꝑor ordine cōfuſe cōcipiendi: ſicut etiā forma q̄ eſt apta ꝓus ꝑficere materiā etiā actu ꝓus ꝑficit. Dico ꝙ nō ſeq̄tur ꝙ ens priꝰ cognoſcatur. nā ex quo Doc. tm̄ loq̄tur de cognito habitualiter ⁊ ꝟtualiter diſtincto cōtra cognitū actualiter: qualem ordinē hʒ aliq̄d ī ſe talē hʒ reſpectu cuiuſcūꝗ̄: ſicut dicimꝰ ꝙ hō priꝰ cōſtituitur ꝑ ens: deinde ꝑ ſubſtantiā: ⁊ ſic deſcendendo: ita hō in intellectu talē habebit ordinē: ꝙ qn̄ pn̄tať intellectui in cognitiōe actuali ſic ꝑficit intellectū ſm̄ illud eſſe qđ hʒ in ſe. ğ ꝓus eſt ī intellectu ꝑficiēdo vt ens. ſcđo vt ſubſtātia: ⁊ ſic deſcendēdo. Et intelligo nō ꝑficiēdo formaliter: ſed tm̄ obiectiue: vn̄ qualis eſt ordo inter aliq̄ vbi realiter diſtinguūtur: talis eſt vbi nō diſtinguūtur realiter: vt pʒ a Doc. in. 2. d. I. ⁊ in quol. vbi ğ plures forme realr̄ diſtinguūtur: vt vegetatiua: ſenſitiua: ⁊ intellectiua: q̄ realiter diſtinguūtur talis eſt ordo inter illas: ſic ꝙ vegetatiua prius ꝑficit: deinde ſenſitiua: ⁊ vltimo intellectiua. ğ vbi ī vna forma ſunt idē realiter ⁊ ꝟtualiter ibi cōtinētur vt in intellectiua. adhuc ſm̄ rōnē talis eſt ordo ꝙ ītellectiua intelligitur priꝰ ꝑficere vt vegetatiua ꝗ̄ vt ſenſitiua: ⁊ poſt intelligiť ꝑficere vt ſenſitiua: ⁊ poſtremo vt intellectiua. Et ſic ꝗ̄to cōiora tanto ſunt priꝰ nota intellectui noſtro: lʒ pro ſtatu lapſus ſit oppoſitum: et non debet intelligi ꝙ actualiter ſic ſit: ſed aptum natum eſſet ſic eſſe ex parte obiectorum: ſed pro ſtatu iſto repugnat intellectui ordo ille ⁊c.

Th. nitꝛ ſolu re rōnes Doc.

Sed ad rationes quas facit doc. ꝓbando ꝙ ſpēs ſpālīſſima ē ꝑmū cognitū loquēdo de cognitiōe cōfuſa actuali. Rn̄det q̄dā nouꝰ expoſitor S. Tho. ī libro q̄ intituľať de ente ⁊ eēntia. ¶ Ad ꝑmū dicit ꝙ ꝑfectiſſimꝰ ꝯceptꝰ ē cōceptꝰ entis ī quē pn̄t hmōi agētia naturalia. Et cū dr̄ a Doc. ꝙ tūc nō poſſet ꝓducere conceptū ſpecificū cuʒ ille ſit ꝑfectior. Rn̄det ꝙ nulla ꝟtus pōt in ꝑfectiorē effectum in ſuo effectu ꝑfectiſſimo ſimplr̄: quelʒ tn̄ virtꝰ pōt in effectū ꝑfectiorē ſuo ꝑfectiſſimo effectu ī quē pōt ꝓ aliq̄ ꝑori: qꝛ ille nō eſt ꝑfectiſſimꝰ niſi ſm̄ q̄d. Exēplū virtus gn̄atiua leonis non pōt in ꝑfectiorē effectū ꝗ̄ ſit leo: pōt tn̄ in effectū ꝑfectiorē illo quē ꝓducit in ꝓncipio actionis: q̄ tn̄ effectꝰ fuit ꝑfectiſſimꝰ: quē ꝓ tunc poſſet ꝓducere. ¶ Ad ſcđm argm̄ rn̄det: ꝙ ťmini metaphyſicales vt ſic nō ponūtur a nobis ꝑmo cog̃ſci: ſunt eīm termini metaphyſicales abſtracti abſtractiōe formali: ⁊ ſm̄ iſtū abſtractio formalis eſt q̄ forma abſtrahitur a ſubiecto vel a materia: ⁊ abſtractio totalis eſt qua totū vniuerſale abſtrahitur a ꝑtibꝰ ſubiectiuis: ſm̄ ꝑmā abſtractionē ꝗ̄titas abſtrahiť a mā ſenſibili: ⁊ ſm̄ ſcđam abſtractionē aīal abſtrahiť ab hoīe ⁊ leone: ⁊ ſic dicit ꝙ ens qn̄ꝗ̄ hʒ abſtractionē foralē qn̄. ſ. cū p̄ciſiōe ceteraꝝ rōnū gn̄icaꝝ ⁊ ſpecificaꝝ accipiť: ⁊ qn̄ꝗ̄ hʒ abſtractionē totalē: qn̄. ſ. vt totū vniuerſale ꝑtāte includit cetera genera ⁊ ſpēs. ¶ Ad tertiū rn̄det ꝙ nō opʒ in quacūꝗ̄ formatione ꝯceptꝰ ſpecifici ſemꝑ ſingillatim p̄formare ꝯceptū cōfuſum entis: ſed ſufficit ens ꝑmo oīm fuiſſe cognitū: in illo eīm oīa ꝟtualiter cōcipiunť. ¶ Ulteriꝰ dicit ꝙ nō opʒ tm̄ ipſis intereſſe: qꝛ nō eſt ordo eēntialis inter ꝯceptꝰ ꝯfuſos ⁊ ꝙ nō ſit talis ordo eēntialis (vt Scotiſte vn̄r tenere) ꝓbat qꝛ qn̄ ſunt aliq̄ ꝯceptꝰ eēntialiter ordinati ordine ordis: impoſſibile eſt extremos generari nō genitis intermediȷ̄s: ſed experimur nos ꝯcipere hoīem ⁊ ſubſtātiā: et tn̄ intermedia ignoramꝰ nō ſolū diſtincte ſed etiā ꝯfuſe. ğ. Et dicit ꝙ Scotiſte nō pn̄t ſoluere hanc rōnem. Et ſi cōtra illā rōnem arguatur. ſ. ſi nō eſt ordo eēntialis īter cōceptꝰ cōfuſos actuales ſuꝑioris ⁊ inferioris. ğ ita pōt ꝑmo gn̄ari conceptꝰ ſpēi ſpālīſſime ſicut entis: qđ eſt cōtra eos. Dicit ꝙ lʒ nō ſit ordo eēntialis inter oēs alios cōceptus inter ſe p̄ter cōceptū entis: eſt tn̄ ordo eēntialis inter cōceptū entis: ⁊ inter oēm aliū cōceptū: ſic opʒ priꝰ ens cōcipi: quo ꝯcepto pn̄t alia cōcipi. ¶ Deīde dicit ꝯtra Doct. ꝙ ens ⁊ qđlʒ ſimplr̄ ſimplex pōt cognoſci cognitiōe cōfuſa actuali: ⁊ āteꝗ̄ ꝓbet p̄mittit ꝙ nō eſt de rōne cognitiōis diſtincte actualis ꝙ obiectū cognoſcatur ꝑ reſolutionē ī ꝑtes rōnis: ſed ſufficit ꝙ obiectū penetretur ab intellectu ſm̄ oē qđ actualiter in illo inuenitur: ſiue hoc fiat per reſolutionem obiecti in partes rationis: ſiue fiat ex claro intuitu obiecti ſimplicis. Similiter nō eſt de rōne cognitionis ꝯfuſe actualis: ꝙ intellectus intelligat obiectū ſm̄ aliq̄d: ⁊ ſm̄ aliq̄d ignoret: ſed ſufficit ꝙ ītellectus feratur in obiectū: ⁊ nō penetret eiꝰ actualitatē: quo p̄miſſo probat intentū: ⁊ rō ſua ſtat in hoc: ꝙ qn̄ intellectꝰ fertur in ens actualiter ⁊ neſcit ipm̄ ſeꝑare a ſubſtātia ⁊ accidente cognoſcit ipm̄ confuſe: ſed hoc patet ꝑ experientiam qꝛ videmꝰ multos per plures annos exercitatos in ſtudiȷ̄s adhuc neſcire diſtinguere rōnem ꝓpriam entis a ſubſtantia et accidente. Et addit ꝙ ex quo cōceptꝰ actualis confuſus entis eſt cōceptus imꝑfectiſſimus omniū. ergo eſt prius via originis: pʒ / qꝛ imꝑfectiora ſunt priora via generatiōis ex 9. met. T. c. 15. ¶ Et ſi dicať ad hoc ꝙ ꝑfectio cōceptus eſt duplex. ſ. obiectalis ⁊ euidētie: ⁊ ille cōceptꝰ eſt ꝑfectior obiectalis q̄ habet obiectum ꝑfectius poſitiue: ille autē eſt ꝑfectior euidentie qui habet obiectū pauciora includēs: vt pʒ in ꝓhe. metaphy. lectione ſecūda. ¶ Contra hoc arguit ꝓbando ꝙ ꝯceptꝰ actualis cōfuſus entis ſit cōceptus imꝑfectiſſimus loquendo de perfectione euidentie: ⁊ ratio ſtat in hoc: quia ille conceptus eſt ineuidentiſſimus ſub quo ītellectus magis remotꝰ eſt a cognitione aliorum ꝗ̄ ſub quocūꝗ̄ alio cōceptu: ſed intellectus habens cōceptum entis magis diſtat ab aliorum cognitiōe ꝗ̄ habens quēcunꝗ̄ alium cōceptum: patet / quia quādo ſunt aliqui duo cōceptus quorum vnus actualiter includit alterum ipē eſt in proximiori diſpoſitione ad cognoſcenduʒ reliquū ꝗ̄ econuerſo: modo aliȷ̄ cōceptus includūt cōceptum entis ⁊ nō ecōtra. Et confirmat hoc ꝑ dictuʒ Sco. qui dicit ꝙ pars rōnis actualiter intellecte eſt ſatis proximuʒ intellectui: adeo vt proximius eſſe non poſſit. Et dicit ꝙ illud de prohemio metaphyſice ſcʒ ꝙ euidentia actualiter penes obiectum pauciora actu includens non eſt ad propoſitum: quia certitudo illa eſt certitudo obiectalis: ſermo aūt noſter eſt de euidētia ſe tenente

Hec rō ſet multū euidens ſi valeret.

ex ꝑte intellectꝰ. Ex talibꝰ em̄ euidētibꝰ ⁊ certis ꝓcedit intellectꝰ ad sibi ineuidentia ⁊ incerta. ¶ Ultimo arguit cō-
tra doc. ꝓbando ꝙ spēs specialissima nō sit obiectū simplr
cōfusissimū: ⁊ dicit ꝙ magis vl'e puta genꝰ est magis cōfu-
sum: qꝛ plura ɔtinet sine ordine: spēs aūt cōtinet ꝑtes suas
ordinate: mō ꝓuerbiū est. vbi pluralitas sine ordine ibi cō-
fusio. Et si dicat ꝙ genus cōtinet spēs ordinate: qꝛ cōtinet
eas mediꝭ differentijs: q̄ sunt valde ordinata. Arguit con-
tra: quia genus non cōtinet species et differentias in actu
sed in potētia: vt dicit Porphy. c. de differētia. ergo ɔtinet
eas indistīcte tenet ɔña: qꝛ actꝰ est q̄ distinguit. 7. meta. tex.
c. 49. Et sic pꝫ q̄d dicat iste nouus expositor.

Ochaꝫ et ɔtra doct. arguit. **Item Ocham** in p̄mo. d. 3. q. 5. arguit cōtra multa dicta doc. Et p̄mo cōtra hoc qđ di-
cit ꝙ cōceptus spēi vel generis nō est simplr simplex. ⁊ p̄mo
sic arguit. Qñ aliq̄d cōponitur ex pluribꝰ ꝑtes sunt ibi mō
sibi cōuenienti: si totū sit realiter: ꝑtes sunt realr: si totū sit
ens rōnis ⁊ hñs actualr esse ɔpositū ⁊ eē obiectiuū ꝑtes ꝓ-
portionalr erūt. ergo conceptꝰ spēi specialissime nō pōt esse
sine ꝑtibus suis: ⁊ ita cū Sco. ponat ꝙ ɔceptꝰ entis ē pars:
non pōt esse cōceptꝰ spēi specialissime sine ɔceptu entis: qđ
ipse negat. ¶ Scđo arguit. Quādo aliqua hñt oēs partes
simplr easdē sunt simpliciter idē. ergo si conceptꝰ speciei est
cōpositꝰ habebit easdē ꝑtes quas hꝫ diffinitio. ḡ diffinitio
⁊ diffinituꝫ nō eēnt distincti termini: qđ Sco. negat. d. 2. q.
2. ¶ Si dicat ꝙ aliter cōponūt cōceptū spēi ⁊ cōceptū dif-
finitiōis: qꝛ in cōceptu diffinitiōis sunt in actu: sꝫ in cōceptu
spēi sunt tm̄ potētialr vel ꝟtualr. ¶ Cōtra: qꝛ nō dicimꝰ for-
mā facere materiā cōpositā eo ꝙ sit in materia tm̄ in poten-
tia ⁊ nō in actu: sic in ꝓposito. ¶ Scđo p̄ncipalr arguit cō-
tra aliū dictū doc. s. ꝙ illđ dꝛ ɔfuse ɔcipi qñ ɔcipit sicut exp̄-
mitur ꝑ nomē: ⁊ distincte qñ ɔcipitur sicut exp̄mitur ꝑ diffi-
nitionē: innuens ꝙ diffinibile nō pōt distincte cognosci si-
ne diffinitione. Cōtra. Oē qđ cōcipitur ſm totū ⁊ ſm q̄libꝫ
ꝑtem distincte ɔcipitur: sed ɔceptꝰ diffiniti est hmōi: pꝫ: tū
qꝛ aliqua spēs nō hꝫ diffinitionē ꝓprie dictā: tū qꝛ ɔceptus
alicuiꝰ spēi est simplr simplex. tū qꝛ cōissimū nō est sꝑ p̄muꝫ
distincte cognitū: nec etiā ɔmuniꝰ semꝑ p̄us disticte cogno-
scitur. ¶ Tertio p̄ncipalr arguit ɔtra hoc qđ dicit doct. ꝙ
spēs specialissima cuius singulare ⁊c. Primo cognoscit ⁊c.
Sed qꝛ iste rōnes ꝓcedūt de singulari: de quo doc. ad pñs
nō intēdit ꝑtractare. iō ꝓ nūc omittātur. ¶ Quarto p̄nci-
paliter arguit ɔtra rōnes q̄s doc. facit ꝓbādo ꝙ spēs specia-
lissima sit p̄mū cognitū: ⁊ p̄mo arguit ɔtra p̄mā: qꝛ qñ acci-
pit ꝙ cā naturalis ⁊c. aut intelligit ꝙ cā naturalis producit
effectū ꝑfectissimū ſm numeruꝫ: aut ſm spēm? Si p̄mo mō:
falsum est: qꝛ ignis in calefaciendo nō ꝓducit ꝑfectissimuꝫ
calorē que pōt: qꝛ successiue ꝓducit illū. Si scđo mō: aut in-
telligit de causa totali aut ꝑtiali? Si p̄mo. si est nata ꝓduce-
re plures effectꝰ: nullus eoꝝ priꝰ ꝓducetur nisi forte p̄orita-
te tꝑis: qꝛ vnꝰ pōt ꝓduci in instanti: ⁊ aliꝰ tantū successiue ⁊
ꝓductꝰ in instanti erit p̄or: sed non seq̄tur ꝙ sit ꝑfectior: pꝫ
ꝑ phm̄. 9. meta. q̄ sunt p̄ora gñatione sunt īꝑfectiora: qđ dꝫ
intelligi de totali cā ordinata hñte plures effectꝰ. Si itel-
ligit de cā ꝑtiali: nō seq̄tur ꝙ ꝓducat effectuꝫ ꝑfectissimū: ī
quē pōt priꝰ origīe: pꝫ/ qꝛ substātia aīe p̄mo causat cognitio-
nem: ⁊ postea ista cognitio ⁊ substātia aīe poterūt ꝓducere
vnā volitionē q̄ē ꝑfectior cognitiōe p̄ma ꝓducta ī naturali-
bꝰ. ¶ Preterea. ſm Sco. visibile distās p̄us intelligiꝫ sub rōe
cōiori q̄ minꝰ cōi. ḡ nō semꝑ ꝓducitur p̄mo effectꝰ ꝑfectissi-
mus. Si dicatur ꝙ cāe iste sunt īpedite ꝓpter īproportionē
mediꝭ. ¶ Cōtra. qñ ē aliq̄ cā ꝓductiua multorū effectuū: ita
ꝙ q̄cūq̄ sufficiūt ad ꝓductionē vniꝰ effectꝰ: puta. a. ⁊ nō alte-
rius: puta. b. ⁊ tūc. a. ⁊. b. si simul ꝓducātur priꝰ nā ꝓducitur
b. q̄. a. qꝛ p̄us nā ſm phm̄. 5. meta. ⁊ ſm eos: est illud qđ pōt
eē sine alio ⁊ non ecōuerso. ḡ non pōt ꝓduci ɔceptꝰ spēi spe-
cialissime nisi ꝓducatur ɔceptꝰ cōior: sed ecōuerso p̄t ſm eos
qñ obiectū īproportionalr existit. ḡ p̄us nā ꝓducitur ɔceptꝰ
cōior. Si dicatur ꝙ ɔceptus spēi spālissime p̄t ꝓduci sine cō-
ceptu cōiori. Contra. si ɔceptꝰ ille sic excedēs non simul cā-
retur. hoc erit ꝓpter defectū intellectꝰ agētis: aut possibilis:
aut spēi itelligibilis: nō ꝓpter defectuꝫ intellectꝰ agētis vel
possibilis: qꝛ sꝑ vniformiter se hñt: nec spēi intelligibilis sꝫ
vlis: qꝛ quero a q̄ causareꝫ illa spēs illiꝰ vniuersal': ⁊ nō pōt
dari nisi intellectus agens ⁊ singulare: vel spēs singularis
vel nā cōis q̄ oīa sunt p̄ñtia ⁊ sufficiēter approximata qñcū-
q̄ generatur spēs rei singularis. Hoc ɔfirmatur: qꝛ si p̄mo
nō hꝫ ɔceptꝰ entis: ⁊ postea hꝫ: tūc erit tꝑs mediū inter ꝓdu-
ctionē ɔceptꝰ spēi specialissime ⁊ ꝓductionē ɔceptꝰ entis. Et
quero de illo tꝑe: aut fit aliqua mutatio aut nulla? si nulla:
non est maior rō ꝙ ageret post illud tꝑs mediū q̄ in illo tē-
pore medio. si aliq̄ mutatio: non p̄t dari terminꝰ talis muta-
tionis: qꝛ nec spēs nec actꝰ intelligēdi: vt pꝫ. ¶ Itē arguit
ɔtra hoc qđ dicit doc. ꝙ ɔceptꝰ ꝑfectissimꝰ in quē p̄ñt est cō-
ceptꝰ spēi specialissime ipse ꝓbat ꝙ ɔceptꝰ singularis sit ꝑfe-
ctior. Sed qꝛ doc. p̄us p̄misit velle tm̄ loq̄ de magis ⁊ minꝰ
vniuersali: ⁊ nō de singulari: ideo hec argumēta Ochā q̄ ꝓ-
bant de singulari ad pñs omitto: cū non sint ɔtra ɔclonem
Doc. ¶ Cōtra scđam rōnem Doc. arguit Ochā ⁊ ꝓbat: po-
sito ꝙ termini metaphysicales sint p̄us noti termīs aliarū
sciaꝝ: ex hoc non seq̄tur ꝙ metaphysica ordine doctrine sit
prior alijs scientijs: qꝛ scientia metaphysicalis est de cōple-
xis: q̄ cōplexa sunt posteriꝰ nota ordīe doctrine: qꝛ nō semꝑ
seq̄tur ꝙ si termini sint priꝰ noti ꝙ cōplexa ex illis terminis
sint p̄us nota: pꝫ/ qꝛ isti t̄mini: corpꝰ celeste: astra: et paritas
⁊ iparitas: ⁊ hmōi sunt māifeste noti: ⁊ tm̄ istđ ɔplexū astra
sunt paria: nō pōt euidēter coḡsci. ¶ Preterea. Metaphy-
sica nō tm̄ est de ɔpositis: sed etiā est de substātijs sepatis: q̄
sunt posteriꝰ note ſꝫ istos. ḡ ⁊ si metaphysica non eēt vltima
ordine doctrine q̄tū ad illā ꝑtē q̄ est de ɔplexis ɔpositis ex
terminis cōibꝰ: tñ posset esse vltima q̄tū ad illaꝫ ꝑtem q̄ est
de substātijs sepatis. ¶ Cōtra tertiā rōnē arguit. Tū quia
eq̄ ɔcluderet magnū tꝑs si ɔceptꝰ spēi spālissime p̄mo ꝓduci-
tur āteq̄ deueniatur ad cōceptū entis. Tū qꝛ dicerēt alij ꝙ
simul saltē tꝑe q̄uis non nā ꝓducerenꝫ ɔceptꝰ entis cōissimi
⁊ ɔceptꝰ spēi spālissime. ¶ Deīde arguit ɔtra scđm articulū
in q̄ ponitur ꝙ ens nec'io est p̄mū distincte cognitū p̄mitate
origīs: et dicit ꝙ hoc est simplr fl'm: qꝛ ex q̄ ɔceptꝰ entis nō
est de eēntia spēi spālissime: cū talis ɔceptꝰ nō sit aliq̄d rea-
le: sed tm̄ in itellectu: sed spēs spālissima est res extra intel-
lectū ḡ talis spēs p̄t disticte ɔcipi sine ɔceptu entis. ¶ Pre-
terea. Ita ens p̄dicatur ī q̄d de deo sicut ⁊ de creatura. ḡ si-
cut deꝰ p̄t distincte coḡsci sine cognitiōe entis. ḡ. silr ⁊ crea-
tura cū nō sit maior rō de vno q̄ de alio. ꝙ aūt deꝰ sic possit
cognosci: ⁊ hoc loquēdo de cognitiōe intuitiua: pꝫ/ qꝛ in re
est simplr simplex ⁊ sic in re aut totaliter ignoraꝫ: aut tota-
liter cognoscitur. Cognitio autem intuitiua non ē respectu
alicuius conceptus. Itē aliquod sensibile distincte cogno-
scitur a sensu sine cognitione entis. ergo sic silr ⁊ ab intelle-
ctu cū sit pō supior ⁊ ꝑfectior. Ultimo arguit ɔtra. 3. ar. Sꝫ
qꝛ rōnes ille ꝓcedūt ex malo itellectu cognitionis ꝟtualis
⁊ habitualis: ⁊ vltra qꝛ ex illa parua glo. quā ibi feci facil-
me solui possunt: ꝓlixitatē vitādo illa argumenta pretereo.
Multi etiā alij docto. arguūt ɔtra pōnem Sco. in hac ma-
teria: sed qꝛ eoꝝ argumenta vel coincidūt cū argumentis ⁊
rñsionibus istoꝝ: vel si quid addant facilime solui pōt per
easdem, responsiones vel expositiones ad argumenta isto-
rum: illa ideo relinquo.

Nunc soluenda sunt dicta istarū opi. Et p̄mo ad illū nouū expositorē. S. Tho. rñ- Soluunꝫ rōes tho. Gaie.
deo. Qñ ergo rñdet ad p̄mū argumētū Sco. de cā nāli ⁊c.
Dico ꝙ argumētū doc. est euidēs. Et qñ dicit ꝙ cā nālis ꝓ-
ducit effectū ꝑfectissimū ꝓ illo tꝑe q̄ ꝓducit illū non tm̄ ꝑfe-
ctissimū simplr: qꝛ ꝓ alio tꝑe pōt ꝓducere ꝑfectiorē: vt pꝫ de
virtute actiua respectu leonis. Dico vt. s. dixi ꝙ doc. loquiꝫ
de cā nāli nullo mō impedita ⁊ ꝑfecta q̄tū ad hoc: ꝙ non
prereq̄rit aliquā dispōnē preuiā: sꝫ ꝙ imediate possit attin-
gere terminū p̄ncipalr intentū: cuiusmodi est in ꝓposito de
causis nālibꝰ respectu intellectiōis. sic em̄ intellectꝰ ⁊ obie-
ctū: siue spēs intelligibilis obiecti sunt cause ꝑfecte: ꝙ nul-
la preuia dispōne posita ⁊ amoto quocūq̄ impedimēto sta-
tim attingunt perfectissimā intellectionē obiecti quam p̄ñt
habere: nō em̄ cognitio magis vl'is est dispositio preuia re-
quisita ad cognitionē minus vniuersalis loquēdo de cogni-
tione cōfusa: ⁊ sic pꝫ ꝙ ille cause si in p̄mo instanti quo sunt
sic vnite nō ꝓducūt ɔceptum perfectissimū: ꝓ nullo alio tꝑe
possunt ꝓducere ipsum. Et qđ dicit de ꝟtute actiua leonis
non est ad ꝓpositū: quia si virtus actiua leonis esset causa
ita perfecta respectu sui effectus principaliter intenti: sicut
est obiectū perfecte presens intellectui vel in se vel in specie
intelligibili subito attingeret leonē sicut etiam obiectum in-
tellectionem: sed quia virtus actiua leonis est valde imper-
fecta: ideo p̄us attingit multas dispōnes preuias que sunt
effectus imperfectiores. ¶ Ad scđam rñsionē quam dat ad
scđm argumētum doc. Dico ꝙ illa rñsio non euacuat ratio-
nem doc. qꝛ siue loquaꝫ de abstractione metaphysicali for-
mali siue totali non videꝫ respondere ad rōnem doc. Si em̄
metaphysica est posterior ordine doctrine quātū ad cogni-
tionem cōplexoꝝ: erit etiā posterior quantū ad cognitionē
incomplexoꝝ: qualitercunq̄ illa incōplexa abstrahantur:
vt patet intuenti: ⁊ respōsio facta ad istam scđam rōnem pꝫ
quomodo parum cōcludit. ex superius declaratis vide ibi.

¶ Respōsio ad. 2. arg. nō soluit rationē doc. nec intelligitur rō doc. Arguit enim doc. a fortiori: qꝛ posito ꝙ tale lumen requiratur vt habitus supernaturalis: si tñ intellectꝰ ꝑ illū ītelligit siue videt: naturalit̃ videt qꝛ talis visio erit nat̃alis ⁊ nāliter cāta. Tūc sic: si habitꝰ glorie q̄ in se est imperfectior intellectu pōt naturalit̃ hr̄e actū visiōis sine q̄cunqꝫ alio supnaturali sibi inherēte: multo fortiꝰ intellectꝰ creatus stante pn̄tia obiecti poterit habere actū visionis diuine (ad quā naturaliter ordinat̃) sine quocūqꝫ habitu infuso: ⁊ sic arg. doc. debet intelligi. Sequētia que dicit in illa rn̄sione nō sunt ad ꝓpositum ⁊ procedunt ex malo intellectu illius argumenti. ¶ Ad responsionem ad tertiū argumētū dico: ꝙ nulla est ibi fallatia: vt patet intuenti rationem Sco. Et certū est ꝙ deus imediate potest producere oēm effectum cause secunde vt oēs concedūt Theo. Et quod dicit de visione ꝙ nō est res absoluta. Dico ꝙ est qualitas vere absoluta: vt infra patebit. d. presenti. q. vlt. in respōsione ad vltimū argumētū principale: ⁊ clarius extat probatū a doc. in. q. 13. quol. ⁊ aliqualiter i. 4. d. 10. nec oportet hic adducere rationes: ⁊ sic nō mutat̃ quid est in ad aliquid. ¶ Et qđ addit de illo simili quod non sequitur Deus producit actū meritoriū mediante charitate et voluntate Petri. ergo imediate pōt producere. Dico primo ꝙ actus meritorius vltra substantiā ⁊ intēsionē actꝰ includit respectū rationis (quod est acceptari vt dignū tali premio) vt docet Doc. infra. d. 17. ⁊ sic actꝰ meritoriꝰ vt meritorius dicit formaliter respectum rōnis: visio aūt vt visio est qualitas absoluta. Posset ergo deus immediate producere substātiā ⁊ intensionē actus meritorij. ¶ Dico. 2. ꝙ etiam deus sine charitate ⁊ sine voluntate Petri posset producere actum meritoriū: ⁊ quo ad substātiam ⁊ intensionem ⁊ acceptionem passiuam: nec aliqua apparet cōtradictio: vt patebit ex multis dictis doc. infra. d. 17. ⁊ alibi. Veruntamē Petrꝰ tali actu tantū diceretur mereri passiue et non actiue: quia si immediate produceretur a deo et reciperetur in voluntate petri: volūtas petri tantū se haberet in potentia receptiua. ¶ Responsio quarta patet ꝙ nichil concludit ex dictis. s. ꝯ ꝑmam rn̄sioneꝫ. ¶ Ad illud de clementina. ⁊c. Dico primo ꝙ nō loq̄tur de lumine creato: vt pꝫ in tex. illo vbi sic dicit̃. Quinto ꝙ q̄libet intellectualis natura in seipsa nāliter est btā: quodqꝫ anima non indiget lumine glorie ipsam eleuante ad deum videndum et eo beate fruendum. hec ibi. Vult enim ibi clementina illa ꝙ intellectus creatus non possit ex suis puris naturalibus beatificari in deitate: quia nullus vt sibi relictꝰ in suis naturalibus posset deum videre: immo nec abstractiue cognoscere sub ratione propria deitatis vt supra patuit in prolo. et in. 2. d. 3. de intellectu angelico. et subtiliter in q̄l. q. 14. requiritur enim presentia obiecti: ⁊ ideo si deus voluntarie non faceret se presentē itell̃ui creato esset simpl̃r impossibile ipsū videre. est ergo supnat̃alis talis visio: qꝛ hoc tantū est in potestate dei facere se videri. Lumē ergo glorie poterit esse ipsa deitas q̄ dr̃ lux increata ⁊ lumē glorie dans cuicūqꝫ intellectui beato vt glorificetur in illa. ¶ Dico. 2. ꝙ aliud ē loq̄ de facto: ⁊ aliđ de possibili. posito enī ꝙ de facto ⁊ de pō dei ordiata nullꝰ itellectꝰ creatꝰ videat vel possit videre sine tali lumie creato: loquēdo tñ de poſi ⁊ de pō. dei absoluta: nō dicit illa clemētia ꝙ sit simpl̃r ipoſe intellectui creato vidē eēntiā diuaꝫ sine tali lumine: Posset absolute si vellet ostēdere se itellectui creato sine tali lumine

Actus meritoriꝰ potest eē sine caritate.

ne ifuso. ⁊ h̄ mō loq̄t̃ Sco: ꝙ nō req̄rit̃ tale lumē de necessitate nature: quasi sit impossibile simpliciter vt deus videatur sine tali lumine. ¶ Dico. 3. ꝙ non accipitur ibi lumen tale creatum: quo mediante possit deus videri: sed vult ꝙ talis visio sit ex gratia dei: non ex puris naturalibus: vt exponit glo. ibi: que sic dicit ad litteram. Non intelliget inquit quasi hoc possit sua naturali virtute. Hoc expresse est hereticum et reprobatum de conse. d. 4. c. vl. Et ibi soluitur quod opponitur de libertate arbitrij: et est contra doctrinam Apostoli ad Ro. 6. Gratia dei vita eterna: idest beatitudo perfecta. Huius ratio est: quia illud qđ est proprium superioris nat̃e nō pōt nā inferior asseq̄ nisi ꝑ rōnē superiorꝭ nat̃e cuiꝰ illđ est ꝓpriū. Sicut nec aq̄ pōt fieri calida nisi ꝑ actionē ignis. Videre aūt deū ꝑ essentiā in q̄ ꝑfecta beatitudo consistit soli deo est propriū. Nulla igit̃ natura intellectualis potest deum per essentiam videre nisi deo hoc faciente. propter quod dominus Joā. 14. Qui diligit me diliget̃ a pr̄e meo: ⁊ ego diligā eū ⁊ manifestabo ei meipsū. Hec glo. Ex his ḡ appet quō Sco. nedū sit sustētabilis sed vere est imitabilis: cuius doctria est ita singularis: ꝙ in nullis adhuc extat reprobata: nec q̄dē vere reprobari potest. Et non tantū ipse fuit huiꝰ opi. sꝫ etiā multi alij. presertim Durandus qui fuit ordinis predicatoruꝫ hoc asserit: ⁊ ꝓbat multis rōnibꝰ: q̄rū prima talia ē. Lumē glorie ponit̃ ꝓpter excellētiā obiecti sup intellectū creatū ergo frustra. ꝓbat̃ ꝯn̄a: qꝛ obiectū in infinitū excedit nō solū intellectū creatuꝫ s̄m se: sed etiā cuꝫ tali lumine: et ꝯn̄r lumen tale non reddit intellectuꝫ de improportiōato proportionatum. Secundo qꝛ quicq̄d sit. Frater Th. in. 4. d. 49. tenet ꝙ visio dei potest cōicari hoī in solis dispositionibus vie. ergo nō exigit̃ lumē glorie qđ ē propria dispō ꝑrie. hec in summa Durādꝰ. Jste tñ expositor nitit̃ soluere has rationes: quā solōnē nō recito: qꝛ eaꝫ nō reputo veram ⁊c.

Doctri[na] Scoti [nul]lo ē rep[ro]bata adhuc

Ad argumēta pricipalia. Nūc doc. respondet ad rationes principales factas in principio q. q̄bus probat ꝙ deus sit adequatū obiectū intellectꝰ nostri: ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō est ens inquātū ens. ¶ Prima ratio est ibi. Arguitur ꝙ sic. Et argumētum stat in hoc. Jllđ est primuꝫ obiectū potētie qđ est cā cognoscēdi oīa ꝑ se perceptibilia a tali potētia: sed deꝰ est hmōi: pꝫ. qꝛ est ꝑfectissimū ens ⁊ ꝑfectissimū cognoscibile: ⁊ ꝑ ꝯn̄s est cā cognoscēdi oīa alia: qꝛ 2. Meta. t. c. 4. Primū in vnoq̄qꝫ gn̄e est cā essendi aliis i eodem genere. ¶ Rn̄det doc. ibi. Dico ad primū ꝙ nō semper ꝑfectissimū. Hic doc. prīo rn̄det ad propōnē Aristo. ꝙ nō semꝑ primū in aliquo gn̄e est cā imꝑfectorū: pꝫ / qꝛ in genere animalis primū animal est homo: ⁊ tamē nō est causa aliorū aialiū. Non p̄t ergo itelligi de cā effectia: sꝫ forte accipit causam pro ratione mensurādi ꝑfectionalit̃: ⁊ sic primū in gn̄e aialiū est mensura oīm imꝑfectorū. Nec silr̃ seq̄t̃ a. est primū visibile in gn̄e visibiliū. ḡ est cā visibilitatis oībus visibilibꝰ: pꝫ hoc esse falsum. Sic in proposito nō seq̄t̃. deus est ꝑfectissimum intelligibile in genere intelligibiliū ergo est causa cognoscendi oīa alia intelligibilia. nō enī sequitur formali cōsequētia: vt patuit. s. de ꝑfectissimo visibili: ⁊ si hic seq̄tur de materiali ꝯn̄a. Deꝰ ē ꝑfectissimū intelligibile. ḡ est cā cognoscēdi oīa alia. Hoc tꝫ in deo q̄ est causa oīm et virtualiter ꝯtinet oīa intelligibilia. Sic etiā itelligēdo non sequitur ꝙ deꝰ sit adequatū obm̄ intellectꝰ nr̄i: qꝛ ⁊ si sit cā cognoscēdi oīa alia: non tñ adeq̄te ⁊ precise: qꝛ alia obā pn̄t mouere intellectum nostrum: vt. s. exposui. ¶ Scđo principaliter arguitur. Jllud est primū obm̄: q̄ cognito alia cognoscuntur / ⁊ non eꝯ: sꝫ cognito deo oīa alia cognosci pn̄t: ⁊ nō eꝯ. probatur minor: sicut oīa alia dependēt a deo in essendo: ꝑticipando ipsum: ita depēdent in cognoscendo: qꝛ vnūq̄dqꝫ sicut se se habet ad eē: ita ad cognitionē ex. 2. Meta. Ad hoc rn̄det doc. ibi. Ad secūdā rōnem dico. Vt hec rn̄sio itelligatur facio argumentū i forā. Nullū ens participatū cognoscitur nisi vt est ab ente ipartic ipato: sꝫ omne ens creatū est ens ꝑticipatū. ḡ nullum ens creatū pōt cognosci nisi vt est ab ente imꝑticipato. Maior potest habere duplicem sensum. Primꝰ est. nullū ens ꝑticipatū pōt cognosci nisi sit ens ab ente ī participato. Secūdus vero est. nullū ens ꝑticipatū pōt cognosci nisi per rōnē entis imꝑticipati vt priꝰ cogniti. Si ergo maior accipiat̃ in primo sensu ⁊ minor in secundo sensu: pꝫ ꝙ argumentuꝫ est in q̄tuor terminis. ¶ Jbi. Et rō realis istiꝰ defectꝰ. Sēsus huiꝰ lr̄e est: ꝙ ⁊ si aliquid precise depēdeat ab aliquo ⁊ q̄ꝫtū ad entitatē: ⁊ q̄ꝫtū ad cognoscibilitatē (qꝛ cognoscibilitas sequitur entitatem) non tñ sequitur ꝙ dependeat in

Primū i[n] aliq̄ gn̄e est cā imꝑfectorū quō intelligitur.

cognosci.i. ꝙ cognitio entis sic dependentis sit precise ab illo a quo dependet:pōt enim esse ab intellectu ⁊ a re dependēte. Exēplū. Filiꝰ depēdet a p̄re in essendo: q2 habet suuȝ esse a patre:⁊ depēdet quātū ad cognoscibilitatē:q2 cognoscibilitas seq̄tur de necessitate entitatē: ⁊ tn̄ nō seq̄tur ꝙ filius tn̄ cognoscat̄ ꝑ rōnē p̄ris:q2 patre mortuo perfecte cognosci pōt.sic est in proposito. ¶ Ibi. Ad illud.8. de trini. dico ꝙ loquitur ibi de notitia boni ī communi. Et quia hic doc. ita clare exponit hanc responsionem:ideo pretermitto illam. Et sic finis huius questionis.

¶ Questio Quarta.

Quarto querit doct. Utrum aliqua veritas certa ⁊ sincera possit naturaliter cognosci ab intellectu viatoris absq̧ lucis increate speciali illustratione.

Henr.i.sum. ar.1.q.2. In ista .q. est opinio vna talis q̄ expresse tenēt ꝙ nulla veritas sincera possit haberi via naturali.⁊c. Et declaro intentionem ipsiꝰ exponendo litteram. ¶ Ibi. Q3 inter intentiones generales est

Libro de causis ꝓpositio.4. per se ordo naturalis.⁊c. Et accipit hic intentionem ꝓ cōceptu passiuo siue pro conceptibili:⁊ sic duplex est conceptꝰ generalis.s.conceptus entis ⁊ conceptus veri:et conceptꝰ entis est prior conceptu veri:q2 prima rerum creatarum est esse:quod esse accipit pro conceptu entis:⁊ ordo naturalis inter hos cōceptus est ordo prioris et posterioris:ita ꝙ vnꝰ conceptus naturalis est prior alio:vt patet de cōceptu entis respectu alioꝝ. Et ꝙ conceptus entis sit prior conceptu veritatis probat etiam ratione. Ille conceptus est prior:q̄ potest haberi sine alio et non econtra:sed conceptus entis cum sit entitas absoluta potest haberi sine conceptu veritatis:cum illa dicat respectum ad ipsam. ergo conceptus entis est prior conceptu veritatis. ¶ Ibi. Hec etiam conclusio ꝓbat̄.s.ꝙ ꝯceptꝰ entis sit ꝓ̄or ꝯceptu veritatis:p3/q2 ꝯceptꝰ veritatis siue veritas nō ꝯcipit̄ nisi itelligētia ꝯponente vel intelligente:⁊ talis compositio presupponit intelligētiam simplicē extremorū. Nam veritas dicit respectū conformitatis exemplati ad exemplar:sic ꝙ conformitas eorū scȝ exemplaris ⁊ exemplati dicitur veritas. modo talia extrema possunt concipi diuisim conformitate non concepta: quis enim absolute potest concipere hominem non concipiendo conformitatem ad suum exemplar:⁊ sic prius intelligentia simplici potest concipi entitas aliqua sine conformitate ad exemplar:et per cōsequens sine veritate:⁊ sic cōceptus talis entitatis est prior. Et cum dicit:ꝙ tunc ꝯcipit̄ illud quod verum est. Sic debet intelligi ꝙ concipiendo entitatem in se concipitur illud quod est conforme suo exemplari:sed quando concipitur sub ratione veritatis:tūc concipitur sub ratione conformitatis ad exemplar. ¶ Ibi. Si igitur in.q.preposita. Hic dicit duo. Primum ꝙ si accipiat̄ sincera veritas pro conceptu vero:sic homo naturaliter potest concipere aliquod verum:puta entitatem in se: et hoc probat:quia inconueniens est naturam esse inexptem proprie operationis s3 Dam.i. ꝙ natura nata habere propriā operationem:sicut visus visionem:⁊ intellectus intelligere et ꝙ priuetur illa est inconueniens: ⁊ loquitur de propria operatione actiue ⁊ non passiue:ita ꝙ intellectio dicitur ꝓpria operatio:quia tn̄ actiue est ab illo:saltē principaliter: licet ipse Henr. ponat ꝙ totaliter: vt patebit infra.q.7.presentis.d. Et si hoc est inconueniens in natura inferiori est magis inconueniens in natura superiori:qualis est natura intellectiua. vnde ph̄s.2.celi.t.c.50. vbi reputat ꝙ magnuȝ inconueniens esset stellas habere virtutem progressiuam et non haberet organa ad progrediendum. Adhuc inquit irratiōabile nullum organum ipsis dedisse naturam ad motum. Nichil enim vt contingit facit natura.i. natura nihil ponit ociose sine causa: vt dicit alia translatio:neq̧ de animalibus curasse:sic autem preciosa despexisse. Sed videtur tanq̄ studiose factum auferre ab eis omnia per que contigebat procedere ipsa per se ipsa:hec ibi. Ex quo concludit in textu seq̄ēti:ꝙ stelle sunt corpa spherica: ⁊ nō mouent̄ motu progressiuo:quia tunc haberēt organa.⁊c. Sic i ꝓposito ex quo natura intellectualis habet potentiam intelligendi verum:ociose etiam si non haberet necessaria ad operandum et intelligendum verum. Potest ergo intelligere veꝝ:puta cōceptū entis:nō tn̄ sequit̄ ꝙ sub rōne veritatis. ¶ Secundum dictum est ibi. Sed si loquamur de cognitione veritatis.i. an ex puris naturalibus possit cognosci aliqua sincera veritas.i. aliqua conformitas alicuius entitatis ad suum exemplar:⁊ tunc distinguit de exemplari:quia duplex est exemplar rei.s.creatum quod est species intelligibilis ipsius rei:et tunc cognoscere veritatem alicuius rei per exemplar creatum est cognoscere conformitatem rei ad specieȝ intelligibilem ipsius. Exemplar vero increatuȝ est ydea in mente diuina:et tunc cognoscere veritatem rei per huiusmodi exemplar est cognoscere conformitatem illius rei ad propriam ydeam:que relucet in mente diuina

¶ Et tunc ponit duas conclusiones. Prima:īpossibile est habere aliquā sinceraȝ veritatem de aliqua re vt comparatur ad exemplar creatum:⁊ hoc probat tribus rationibus Henr.

¶ Quarum prima est:obiectum a quo abstrahitur exemplar creatum.s.species intelligibilis est mutabile. ergo nō potest esse causa alicuius immutabilis. an̄s patet:quia omne sensibile est mutabile:⁊ a solo tali accipitur species intelligibilis in intellectu nostro. cōsequentia patet. quia causa magis habet rationem immutabilis:cū ipsa causet inq̄ntum est in actu:⁊ effectus habet magis rationem possibilis et mutabilis. modo sincera veritas est immutabilis conformitas obiecti ad suum exemplar. Si ergo extrema.s.obiectum et exemplar sunt mutabilia:quomodo erūt causa talis conformitatis vt omnino immutabilis: quia tunc in effectu esset maior perfectio q̄ȝ in causa. Et hec est ratio Aug.83.q.q.9. vbi vult ꝙ a sensibilibus non est expectanda sincera veritas:quia sensibilia sine intermissione mutantur. ¶ Secūda est:quia anima est de se mutabilis ⁊ passiua erroris:patet quia de se est sicut tabula nuda ⁊ ita sicut est passiua.i. receptiua veritatis:ita erroris:et sic mutabilis ab vno ad aliud. Sed species intelligibilis recepta in ipsa est magis mutabilis. Tū:quia accidens. tum q2 causata siue abstracta a sensibili:quod est magis mutabile q̄ȝ anima. ergo per talem speciem non potest anima sic rectificari:vt per talem speciem habeat certam et infallibileȝ noticiam de obiecto cuius est talis species:quia tunc immutabile esset causatum in anima per omnino mutabile. 1.rō: 2.rō:

¶ Tertia ratio stat in hoc:quia si intellectus potest habére certam ⁊ infallibilem veritatem de aliquo obiecto:puta ꝙ albedo sit color:illa veritas habet̄ per speciem intelligibilem albedinis et coloris:quia intellectus per talem speciem potest cognoscere obiectum. sed non est possibile: patet quia intellectus per huiusmodi speciem nescit discernere verum a non vero:siue a verisimili:patet quia talis species aliquando representat se tanq̄ȝ se:et hoc in ratione obiecti actu intelligibilis.i.ꝙ ipsa est tunc obiectū actu intelligibile:et tunc veritas est:quia tunc intellectus intelligit secundum ꝙ obiectum est sibi presens. aliquando representat se vt obiectum:quod tunc contingit quando intellectus intelligit ipsam vt obiectum:credendo intelligere actu obiectum intelligendo ipsam:⁊ tunc falsitas est q2 accipit vnum pro alio. accipit enim speciem illam pro obiecto cuius est species. ¶ Secunda conclusio est:ꝙ potest haberi sincera veritas de aliqua re vt comparatur ad exēplar increatum:sed hoc non potest esse via naturali. Et tunc modus ponitur:videlicet quomodo potest haberi sincera veritas de aliqua re vt comparatur ad exemplar increatum. Et quia ista littera est satis obscura:ideo declaro eam de particula in particulam. Cum dicit. deus non vt cognitum habet rationem exemplaris:ad quod aspiciendo cognoscitur sincera veritas: est enim cognitum in generali attributo:sed est ratio cognoscendi vt nudum exēplar et propria ratio essentie create. Sensus est:ꝙ deus vt habet ydeas creaturarum est ratio cognoscendi illas creaturas:quia quando ostendit nobis ydeas creaturarum est ratio cognoscendi creaturas:⁊ hoc vt exemplar nudum.i.nō vt cognitum. Sequitur. Qualiter autem possit esse ratio cognoscendi et non cognitum:ponitur exemplum. Et littera stat in hoc:quia species intelligibilis ē ratio cognoscendi obiectum cuius est:non tamen vt cognita. Nam prius cognoscitur obiectum per illam q̄ȝ talis species cognoscat̄: vt patet. Similiter quando radius solis deriuatur ab ipso sole ad potentiam visiuam directo aspectu:tunc videtur sol quando radius videtur:quando vero deriuatur obliquo aspectu:puta quando reflectitur ad opacum:si radius solis prius terminetur ad aliquod opacum vbi reflectitur:⁊ in tali reflectione deriuatur ad oculum: non est necesse ꝙ si videam illum radium:ꝙ simul vel prius videam solem. Sic quando beati vident ydeas vt in mente diuina vidēt eas directo aspectu: quia deriuantur a deo aspectu directo:et sic etiam deus videtur. Sed quando deus ostendit nobis tantum ydeas:non vt in ipso relucentes deriuan-

tur ad intellectū q̄si obliq̄to aspectu: et hoc est qd dic̄ Hen. ¶ Ibi. Ponitur autem qualiter habet triplicē rationem respectu actus videndi scilicet lucis acuentis: et speciei immutantis: et characteris siue exēplaris configurantis ꝛc. Sicut dicim⁹ q̄ sol mediante luce acuit: quia visibilia in potētia remota facit visibilia in potētia propinqua. Species vero immutat: quia facit colores causare suas similitudines in medio et in organo: et etiam in diaphano producit lumen quod est species lucis: vt patet a doc. i. 2. d. 13. Tertio sibi assimilat alia. i. simul lucentia et luminosa facit per quod sunt aliqualiter similes soli. Sic deus qui est lux increata acuit intellectum per ostensionem ydearum: et immutat per infusionem actuum: et configurat per relucentiam ydearum de ipsis obiectis. ¶ Ibi. Ultimo additur q̄ perfecta notitia veritatis: est quando due species exemplaris concurrunt in mente: vna inherens scilicz causata. alia elapsa. s. incausata in mente lucendo: causata est species intelligibilis impressa intellectui possibili a rebus sensibilibus. Et sic patet positio Henrici.

doc. ꝯ hen. **Primo** iste rationes videntur concludere impossibilitatem certe cognitionis naturalis. Si enim requiritur (vt dicit Hen.) ad certam notitiam alicuius obiecti immutabilitas eiusdē: sequitur statim q̄ de nullo obiecto possit esse aliqua certitudo: quia omne tale secundū ipsum continue mutatur. Nec valet dicere q̄ vt comparatur ad lumen supernaturale: q̄ potest de ipso haberi certitudo: quia si obiectum continue mutatur vt comparatur ad q̄dcūq̄ lumen: pz q̄ semper mutatur. Si enī hō cōtinue mutatur in quocunq̄ lumine videatur: semper videbitur inq̄tum ꝯtinue mutatur. Et vltra hoc qd dicit Hen. q̄ res sensibilis continue mutatur. Hoc est manifeste falsum. Nam hec fuit opinio Heracliti. 4. metaphy. tex. com̄. 22. qui volebat q̄ omnis res sensibilis primo quocunq̄ instanti semper haberet aliud et aliud esse vt infra declarabo. ¶ Ibi. Similiter si propter mutabilitatem exemplaris. Hic doc. arguit contra secūdā rationē Herici que fuit talis. Qz anima de se est mutabilis et passiua erroris. ergo ne erret in cognitione alicuius: oportet q̄ rectificetur per aliquid immutabilius ipsa anima: patet consequentia. Si enim mutabilitas est ratio qua non habetur certitudo de sensibili. ad hoc ergo vt certificetur de aliquo sensibili. opz vt certificetur per aliquid imutabilius in eo: sed exemplar creatum: videlicet species intelligibilis causata a sensibilibus est mutabilius ipsa anima. ergo per tale exemplar vt res sensibilis comparatur ad illud non potest certificari de tali re sensibili. Contra hanc rationem arguit doc. et deducit ad duo inconuenientia: quorum primū est: quia si anima non potest habere certitudinem de aliquo obiecto per aliquod mutabile. ergo nec p̄ actū intelligendi quodcunq̄ obiectum quocunq̄ lumine non potest habere certitudinem de aliquo obiecto: patet quia actus intelligendi est mutabilis: immo tantū esse habet in continuo fieri: vt infra patebit. d. presenti. q. vlti. in responsione ad vltimū argumētū et in quol. prolixe. q. 13. Siue ergo res sensibilis comparetur ad exemplar creatum: siue ad exēplar increatum: in quocūq̄ lumine per nullum actum intelligendi tale sensibile poterit anima certificari de tali sensibili: quod est contra ipsum. Secundum inconueniens est: q̄ etiam ipse actus intelligendi nunq̄ i se erit verus: nec aliquā certitudinem continebit: et sic anima non poterit esse certa de aliquo actu suo intelligendi: quod est falsum: probatur ex dictis Hen. Si de illo quod continue mouetur non potest haberi certitudo. cum ergo actus ille sit mutabilior ipsa anima: sequit̄ q̄ nūq̄ poterit esse certa de aliquo actu suo intelligendi: et sic intellect⁹ reflectēdo se super actum suum intelligendi nullam certitudinem haberet de actu ītelligendi: supra quē reflectitur: nec similiter aliq̄ de actu reflexiuo cum ille sit simpliciter mutabilior anima: q̄ omnia sunt absurda. ¶ Ibi. Similiter secundum opinionem istam. Hic doc. deducit Hen. contra seipsum: quia Hen. dicebat: q̄ quando species intelligibilis causata a sensibilibus concurrit cum specie illapsa: tunc habetur certitudo de obiecto sensibili. Contra hoc arguit: ostendendo contra Hen. q̄ nulla tunc haberetur certitudo de re sensibili: aut oportebit eum dicere: q̄ de re sensibili potest haberi certitudo per exemplar creatum. Primū probatur: q̄ tunc nulla esset certitudo: quia quādo aliquid concurrit quod repugnat certitudini per illud nunq̄ potest haberi certitudo: probatur: quia quando propositio contingens cōcurrit cū altera de necessario nunq̄ pōt sequi cōclusio de necessario sed tantū de contingenti: sic quando exemplar creatū qd repugnat certitudini concurrit cum specie illapsa per quā habetur certitudo: nunq̄ ex his duobus simul concurrentibus habebitur certitudo. Et si vult dicere q̄ habetur certitudo: tunc oportet eum concedere q̄ exemplar creatū non repugnat certitudini. ¶ Si dicatur q̄ hec ratio quaz facit doctor contra Hen. etiam contra ipsum doc. concluderet: qui sic arguit de fide infusa et fide acquisita in quol. q. 14. arti. 1. Quando ad eundem actum concurrit regula fallibilis: lz cum regula infallibili ille actus non est infallibilis. Probatur per simile: quia ex duabus premissis quarum vna est necessaria et alia contingens: non sequitur cōclusio necessaria: et ratio: quia quod dependet ex pluribus non potest esse perfectioris conditionis quocunq̄ illoruz: nunc autem quicunq̄ actus credendi ad hoc q̄ eliciatur dependet a fide acquisita mouente. igitur si illa sit fallibilis nūq̄ actus elicitus erit ex p̄ncipio tali: supple ex fide īfusa que dicitur regula infallibilis: quin sibi posset subesse falsum. hec ibi Sic erit in proposito: quia diceretur q̄ q̄uis certitudo sit a specie illabente vt a regula infallibili et a specie intelligibili causata a sensibilibus vt a regula fallibili: non tamen sequitur incertitudo obiecti sensibilis. Instātia

¶ Dico q̄ non est simile de fide īfusa et fide acquisita: quia certitudo act⁹ vt est a fide infusa semper est determiate vera: ita q̄ talis actus simpliciter dicitur determiate verus: licet cum fide īfusa concurrat fides acquisita: et simul īclinet ad eundem actum: nūq̄ tamen certitudo actus habetur a fide acquisita vt talis est: sed tm̄ a fide infusa: quia fidei īfuse nūq̄ pōt subesse actus falsi: inclinationi vero fidei acquisite q̄tum est ex parte sua potest subesse actus falsi. Si ergo certitudo actus credendi dependeret ab vtroq̄ habitu tunc argumētum Doc. concluderet contra seipsum: sed q̄ tota certitudo actus credendi accipitur ab habitu infuso: licet cum illo concurrat fides acquisita: patet q̄ argumentum Doc. de fide infusa et acquisita nō concludit. Argumentum vero factum contra Hen. concludit contra ipsuz Hen. quia ipse vult q̄ certitudo de aliquo sensibili simul depēdeat a specie intelligibili causata a sensibilibus que est regula fallibilis: et a specie infusa que est regula infallibilis. Solutio

¶ Ibi. Idē etiam patet de tertia rōne. Doc. hic improbat tertiam rationez Hen. que talis erat. Quia ex quo anima per exemplar creatum non potest discernere verum a verisimili: sequitur q̄ per tale exemplar nō poterit habere certitudinem de aliquo sensibili. probat antecedens: quia talis species intelligibilis pōt representare se tanq̄ se intellectui et se tanq̄ obiectum: sicut est in somnis. si representat se tanq̄ se veritas est. si vero se tanq̄ obiectuz falsitas est. Contra hoc arguit doc. non contra rationem istam in se: sed reducendo Hen. ad alterum inconuenientium: vz q̄ vel nulla erit certitudo de sensibili quātūcūq̄ alia species infusa concurrat cum ista specie intelligibili: quod est contra ipsum: vel oportebit Hen. dicere: q̄ per talem speciem intelligibilem poterit haberi certitudo de sensibili. ¶ Ibi. Qd autem ista conclusio non sit sm̄ mentem Augustini, ꝛc. Nunc doc. probat ex dictis Aug. q̄ potest haberi certitudo de sensibilibus vel de abstractis ab eis absq̄ speciali lucis increate illustratiōe: cuius oppositum asserebat hen. dicens fuisse intentionem Augu. vz: q̄ de sensibilibus nulla esset certitudo. probatur ergo per Augu. q̄ possit haberi sincera veritas et certitudo. ꝛc. ptz per August. 2. Soli. Spectamina disciplinarum. i. principia scientiarum quisq̄ verissima esse nulla dubitatione concedit. ergo de principiis scientiarum potest esse certitudo et infallibilitas: que tamen principia sumuntur a visibulibus. Idem etiam probat per Boetium de ebdo. Cōmunis inquit animi conceptio est quam quisq̄ probat auditam. i. conceptio alicui⁹ propositionis per se note ab omnibus intelligentibus terminos illius propositionis et vnionem terminorum: est supple fundamentaliter propositio quam vnusquisq̄ p̄bat. i. scit euidententer esse veram quando audit eam preconcipiendo terminos et vnionem terminorum. Deinde probat auctoritate Aristo. 2. Metha. t. c. primi. Prima inquit principia sunt omnibus nota: sicut ianua in domo: quia ianua neminem latet: licet interiora domus lateant.

¶ Ibi. Ex his tribus auctoritatibus. Hic intendit probare q̄ non tantum possit via naturali haberi certitudo de principiis per se notis: sed etiam de omnibus conclusionib⁹ virtualiter contentis in eis: et argumentum stat in hoc. Il-

lud eſt ſimpliciter naturale: quod ſequitur naturam alicuiꝰ ſpeciei: ſiue quod conſequitur ad naturam alicuiꝰ ſpeciei: hoc pz. Sed poſſz habere certitudinem infallibilem de primis principiis: ⁊ de concluſiõibus virtualiter cõtẽtis in eis conſequitur naturam ſpeciei humane. ergo talis certitudo infallibilis poteſt haberi naturaliter. probatur minor. quod cõuenit oĩbus alicuius ſpeciei ſequitur naturam ſpecificam: ſed poſſe habere certitudinem infallibilẽ de principiis primis ⁊c. conuenit omnibus indiuiduis ſpeciei humane. hoc patet per tres auctoritates. ſ. poſitas. ſ. Auguſti. Boetii. ⁊ Ariſto. Si ergo poteſt haberi certitudo infallibilis de principiis primis: etiaz poteſt haberi certitudo de cõcluſionibus virtualiter contentis in eis. Hoc probat: quia cuilibet eſt naturaliter euidẽs forma ſylli perfecti: ſicut patet ex diffinitione ſylli perfecti primo priorum. ca. 1. que talis eſt. Syllogiſmus perfectus eſt qui nullius indiget preter illa que ſumpta ſunt vt appareat neceſſarius. Syllus vero imperfectus eſt: qui indiget vnius aut pluriũ: que ſunt neceſſaria per ſumptos terminos: non autem per ſumptas propoſitiones: qui imperfectus poteſt exponi: ꝙ eſt ille qui vnius indiget. i. vno videlicet conuerſione vel tranſpoſitione: aut plurium. i. pluribus. ſ. conuerſione ſimul ⁊ tranſpoſitione: que quidẽ ſunt neceſſaria. Nam sylli habent euidẽtem neceſſitatem illationis per ſumptos terminos. i. ꝙ manent idem termini: non autẽ per ſumptas propoſitiones: quia non manent eedem propoſitiones: patet quia imperfectus vt reducatur ad perfectum indiget conuerſione alicuius vel aliquarum propoſitionũ. Syllus ergo perfectus dicitur ille qui nullius indiget: quia nec cõuerſione nec trãſpoſitione: vt ſunt duo primi modi prime figure: omnes autem alii ad hoc vt dicantur ſimpl'r perfecti reducuntur: vel ad barbara: vel ad celarent: vt patet primo priorum. Hec volui explicare propter iuuenes.

Sillus imperfectus indiget vnius aut pluriũ.

Sillus pfectus nulliꝰ indiget.

¶ Ibi. Secũdo apparet. Hic doc. ꝓbat per Aug. ꝙ nõ tñ habemus certitudinẽ de principiis per ſe notis: ⁊ de cõcluſionibus per ſe contentis: ſed etiam de multis cõtingẽtibꝰ ⁊ de multis que fiunt nota per experientiaz: ⁊ auctoritates Auguſtini ſunt clare in littera.

Quantum ad ſecundũ articulũ. Hic doc. intẽdit ꝓbare ꝙ de tribus naturaliter poſſumus habere certitudinẽ infallibilẽ: videlicet de principiis per ſe notis ⁊ de cõcluſionibus. Secũdo de cognitis per experiẽtiam. Et tertio de actibus noſtris. ¶ Primum ibi. Quantum ad certitudinẽ de principiis. Hec littera ſatis patet: ⁊ prolixiꝰ. ſ. d. 2. q. 2. ⁊ clare exponam reſpondẽdo ad pñtez q. Tota ergo iſta ratio ſtat in hoc. videlicz ꝙ eſt impoſſe alicui intellectui ſtante apprehenſione terminorum ꝓpoſitionis per ſe note ⁊ cõpoſitionis eorum: quin habeat certam ⁊ infallibilem veritatem de conformitate illius cõpoſitionis ad terminos. Eſt enim impoſſe ꝙ aliquis cognoſcat totum ⁊ partẽ ⁊ compoſitionẽ horũ terminorũ: quin habeat certitudinẽ infallibilẽ de cõformitate cõpoſitionis terminorum. ¶ Ibi. Confirmatur ratio iſta per ſimile per phm. 4. meta. t. c. 8. ⁊ 9. Et littera ſtat in hoc. ſ. ꝙ due notitie: ſiue due opi. dicũtur formaliter repugnare: quãdo ſimul de eodẽ repugnant: vt de homine aſſenſio ꝙ eſt homo: ⁊ ſimul aſſenſio ꝙ nõ eſt homo. Nam iſti duo aſſenſus formaliter inter ſe repugnãt: q2 vnꝰ formaliter expellit aliũ. Et due noticie ſiue due opiniones vel duo aſſenſus dñr virtualiter repugnare: qñ vna eſt cauſa alicuius effectus: qui formaliter repugnat effectui alterius cauſe: vt. ſ. expoſui. d. 2. q. 1. exponendo primum argumentum principale. Modo notitia qua cognoſco totũ ⁊ ptẽ ⁊ qua cognoſco vnionẽ illorum inter ſe eſt cauſa neceſſaria huius cõformitatis ⁊ veritatis: videlicet ꝙ totum eſt maius ſua parte. Si ergo ſtat in intellectu ꝙ iſta compoſitio ſiue vnio totius ⁊ partis ſit falſa: tũc notitia talis compoſitionis erit cauſa neceſſaria huius falſitatis. ſ. ꝙ omne totũ eſt maius ſua parte: q2 ergo pma notitia qua cognoſco eſſe veram vnionem inter totũ ⁊ partẽ eſt cauſa neceſſaria veritatis: ⁊ notitia q̃ cognoſco cõpõnẽ eſſe falſaz ẽ cã neceſſaria falſitatis. iõ iſte due notitie repugnant virtualiter: q2 ſunt due cauſe neceſſarie duorum effectuum inter ſe formaliter repugnantiũ: ⁊ ſic pz littera iſta. ¶ Ibi. Sed nũquid in iſta notitia pncipiorũ ⁊ cõclonũ nõ errabit itellectꝰ: ſi ſenſus oẽs decipiant circa terminos? ¶ Reſpondet doc. ꝙ habita cognitiõe ſenſibiliũ per ſenſus nunq̃ intellectus errabit: ⁊ dicit duo in iſta littera. Primũ ꝙ intellectus non habet ſenſum pro cauſa: ſed tantum pro occaſione: q2 cognitio alicuius cõplexionis neceſſarie nec in eſſe nec in fieri dependet ab aliquo ſenſu. ⁊ vt clariꝰ hoc intelligatur pono talẽ ordinẽ. Potentia viſiua accipit ſpeciem ſenſibilem ab aliquo ſenſibili extra: puta ab albedine et vidit illam: deinde in virtute fantaſtica cauſatur fantaſma ſingularis albedinis prius viſe: deinde virtute fantaſmatis ⁊ intellectus agentis cauſatur ſpecies intelligibilis albedinis: que repñtat albedinem in ſe: et ſicut dico de iſto ſenſibili: ita de omnibus aliis. Habita ergo ſpecie intelligibili albedinis ⁊ ſpecie inteligibili coloris: ille ſpecies intelligibiles vna cum intellectu cauſant cognitionez terminorũ quibus terminis cognitis ſtatim intellectus nullo ſenſu cooperante nec interiori nec exteriori poteſt formare compoſitionem illorum: ⁊ perfecte cognoſcere compoſitionem eorum: ita ꝙ notitia talis compoſitionis: puta omnis albedo eſt color: ſtatim erit ſibi euidens. Patet ergo quõ mõ intellectus habita cognitione habituali plurium terminorum: virtute propria poteſt cauſare nedum cognitionem actualem illorum terminorum: concurrente tamen ſpecie intelligibili vt partiali cauſa: ſed etiam poteſt cauſare compoſitionem ⁊ vnionem illorum: ⁊ eandem perfecte cognoſcere: ⁊ ſic non dependet a ſenſu: immo ſi omnis ſenſus erraret circa aliquod complexum nunq̃ intellectus erraret ſtante cognitione habituali terminorz vel actuali (Et voco pro nunc cognitionem habitualem terminorum: quando termini ſunt preſentes intellectui in ratione obiecti ĩtelligibilis per ſpeciem intelligibilem: Dico actualem quando actu ab intellectu cognoſcuntur) patet quia ſi potentia viſiua iudicaret rubeuz eſſe viride: ſtante cognitione in intellectu iſtorum terminorum rubei ⁊ viridis: intellectus haberet infallibilem certitudinem ꝙ rubeum non eſſet viride. Secundũ dictum eſt ex intentione Doct. ꝙ ſi ſenſus erraret circa cõplexum: ⁊ hoc vel aliqui ſenſus tantum: vel etiam omnes ſimul: adhuc intellectus non erraret: quia ſemper haberet apud ſe terminos qui eſſent cauſa veritatis: ſed hoc infra clarius patebit.

De ſecundis cognoſcibilibus. ſ. de cognitis per experientiam. Hic doc. intendit probare quomodo poſſumus habere certam ⁊ infallibilem notitiam de notis per experientiam: et licet littera Doc. ſit ſatis clara: tamẽ aliqualiter exponitur. ¶ Unde nota ꝙ notitia experimentalis proprie eſt notitia pertinens ad intellectum non ad ſenſum: que tamen pro ſtatu iſto ſemper habet ortum a ſenſu: licet aliquando dicatur notitia experimentalis etiam notitia ſenſitiua. De hoc vide que expoſui ſuper primo meta. doc. q. 4. ⁊ 5. experientia eſt notitia alicuius ſingularis prius tamen cogniti a ſenſu: vt puta ꝙ hic ignis ſit calidus: prius habet notitia aliqua a ſenſu tactus q2 tangendo ignez per accñs ſtatim tangens caleſit: ⁊ tandem intellectus percipit ꝙ talis ignis eſt calidus formaliter: quia efficit talem effectum. Et dicit doc. ꝙ licet experientia: puta de iſta ꝙ ignis ſit calidus: non habeatur de omnibus ſingularibus: ſed tantũ de pluribꝰ: puta de iſto igne: et de iſto: et de iſto: nec ꝙ ſemper: ſed ꝙ pluries: tamẽ expertus infallibiliter nouit ꝙ ita eſt et ſemper et in omnibꝰ ſupple ꝙ ignis calefacit: et ꝙ ſemꝑ calefaciat ſi habet paſſum approximatum: et ꝙ hoc ꝯtingit in omnibus ignibus quia nouit per experientiaz ꝙ iſte ignis / ⁊ iſte / et iſte circa paſſum approximatum ſemper calefacit: et per iſtum idem iudicat de alio eiuſdem ſpeciei. Sequitur. Et hoc per iſtã propoſitionem quieſcentem in anima quicquid euenit vt in pluribus ab aliqua cauſa non libera eſt effectus naturalis illius cauſe. ¶ Ad hoc eni vt aliquis ſit certꝰ ꝙ ignis ſemper calefaceret paſſum approximatum diſpoſitum: et ꝙ omnia indiuidua ignis ſint huiuſmodi hoc cognoſcit infallibiliter: quia certitudinaliter ſcit ꝙ omne illud quod euenit a cauſa naturali ſiue non libera eſt effectus eius naturalis: et quia ſcit ignem non eſſe cauſam liberam calefaciendi: et nouit per experientiam ꝙ hic ignis calefacit et ille. ſequitur ꝙ habebit certã et infallibilẽ notitiam de iſto vniuerſali: ꝙ omnis ignis natus eſt ꝓducere calefactionẽ et ꝙ ſemper actu calefacit calefactibile approximatum et diſpoſitum: quia ignis eſt cauſa naturalis: et per conſequens de neceſſitate agit. Sequitur. Quia cauſa non libera nõ põt producere vt ĩ pluribꝰ effectũ: ad cuiꝰ oppoſitũ ordinat' vel ad quẽ ex forma ſua nõ ordinat'. i. ꝙ ex quo cauſa naturalis ſiue non libera ordinatur ad producẽdũ talẽ effectũ: puta calefacere: vel ꝙ herba talis ſpẽi ſit naturalit' ordinata ad talẽ effectũ vt ĩ pluribus producit illũ effectũ: et ſi aliquãdo oppoſitum illius effcũs caſualiter eueniat:

Notitia experimentalis pertinet ad intellm

Propõ deſcẽtis ĩ aĩa.

hoc non erit ex forma talis cause:sed magis propter aliquod extrisecū:p3 q2 ipsa semp ₇ necessario cū nō sit cā libera itēdit producere effectū ad quē ordinatur:₇ hō est qđ intēdit doc. ¶ Ibi. S3 vlterius notādū. Deinde doc. dicit duas cōclusiones. Pria ē. ꝙ aliqñ hr̄ noticia expimētalis de ɔc usiōe:q2 notū est sepe intellectui ꝙ luna eclypsatur:₇ tūc habita tali cognitiōe itellect⁹ p diuisionē querit media et causas propter quid:₇ iuēta causa eandē ɔclusionē pri⁹ notā per experiētiā demōstratiue ostendit:₇ tunc cognitio cōclusiōis sic a priori demōstrata est i prio genere cognitionis:tūc eni pfectiori mō cognoscit q̄ possit. Sicut etiā notū est p experiētiam ꝙ ois hō est risibilis:₇ tūc intellect⁹ diuidēdo petit causam immediatā risibilitatis:vt pt3.2.post.qua inuēta statim eandē ɔclusionē a priori demōstrat. ¶ Secūda ɔclusio ē ibi. Qñq3 āt ē expiētia de pricipio: ita ꝙ nō cōtigit amplius p viam diuisiōis vlterius iuenire pricipiū notum ex terminis:s3 statur i aliquo vero vt in plurib⁹: cuius extrema experimētatum est frequēter vniri: puta ꝙ herba talis speciei est calida:nec iuenitur aliquod medium aliud prius per quod demōstretur passio de subiecto propter qđ. sed statur i isto sicut in primo noto per experientiā:tūc lic3 incertitudo ₇ fallibilitas remoueātur p illā propositione3: supple quiescētē in aia:v3:effectus vt in pluribus alicuius cause nō libere est naturalis effect⁹ eius:tamen iste est vltimus gradus cognitiōis sciētifice ex hoc:v3 ꝙ nō ɔtingit demōstrari p aliqđ pri⁹. Seqtur. Et forte ibi nō hr̄ necessaria cognitio actualis vniōis extremorū:sed aptitudinalis.i.ꝙ nō cognoscit caliditas talis herbe actu necessario iesse herbe talis speciei:s3 si talis passio:puta caliditas cognoscitur inesse necessario.hoc verum ē loquēdo de aptitudine.₇ sensus ē. Herba talis speciei est apta nata esse sic vel sic calida ¶ Ibi. Si enim passio ē res illa absoluta.₇c. Hic a doc hr̄: ꝙ si accipiatur passio pro re absoluta:puta pro actuali caliditate herbe talis speciei:vt i plurib⁹ talis passio realiter distiguitur a subiecto. Si vero accipiat passio pro aptitudine ad rem absolutam talis aptitudo non distiguitur realiter. Primo mō accipiendo passione3 expertus nō haberet cognitionem: quia ita est supple necessariā s3 diceretur habere cognitionē necessaria3 qñ cognosceret herbam talis speciei ita esse aptam natam.₇c.

De tertiis cognoscibilibus. Hic doc. ostendit quomo potest esse certitudo ifallibilis de actibus nostris:sed quia hec littera est de se clara ₇ manifesta nō curo aliter eam exponere.

Quantum ad tertiu3 articulū. In isto articu. rñdet Doc. ad ratiōes Heñ. prius factas. Ad prima3 ad illud de mutatiōe obiecti:antecedēs est falsū.s. ꝙ obiectū cōtinue moueatur:nec est opi. Augu. sed Heracliti. 4.meta.t.c.22. vbi philosoph⁹. Ampli⁹ aūt oēs vidētes hāc motam naturam:de permutatione autē nichil verum dicemus. Circa vero omnino permutās non contingere verū dicere:ex hac existimatiōe pullulauit opi. dictoru3 summa que est dicētium Heraclytizare:₇ qualem Cratill⁹ habuit:qui tādem nichil opinatus est oportere dicere/sed digitum mouebat solum:et Heraclytum increpauit dicentem bis i eodem flumine non est intrare. Ipse eni existimauit nec semel. Hec Arist. ¶ Dicti philosophi dicunt nichil esse verū:q2 nichil fixum:sed oia sensibilia erūt i cōtinua pmutatiōe. Et Heraclitus posuit oia cōtinue moueri et nichil esse determinate verum:qui etiam opinatus est nichil oportere dicere:supple verbo exprimere:sed digitū mouere solu3.s.quod volebat Vñ ₇ Aristippū reprehēdit dicētē:q2 bis i eodē flumine non est intrandum.i.ꝙ homo non potest bis itrare:putabat.n.iste Aristippus:ꝙ anteq̄ homo itraret secūdo fluuiū:prima aqua fluminis iam defluxerat:nec esse eādē que prius. Hic.n.s.Heraclit⁹ existimauit.s.ꝙ nec semel potest homo in eūdē fluuiū intrare:q2 anteq̄ semel etiam itraret:dicebat totam aquam defluxisse. ¶ Ibi. Et etiā ɔña nō valet:dato ꝙ añs sit verū:q2 adhuc s̄m Arist. posset hri certa cognitio de hoc ꝙ omnia mouentur. Non seqtur ēt. Obm̄ ē mutabile. ergo qđ gignit ab eo nō est repñtatiuū alicuius sub ratiōe imutabilis:quia mutabilitas in obiecto nō ē ratio gignēdi:s3 natura ipsius obiecti qđ ē mutabile. ¶ Hoc dictum doc. t3 ex vna ppōne quā doctor facit ifra.q.6.pñtis.d. Quecūq3 spēs intelligibilis gignit ab aliquo repñtat ipsu3 s̄m illā rationē s̄m qua3 gignit ab eo.cū ergo natura i aliquo ente mutabili sit ratio formalis gignēdi spēm intelligibilē:vt ifra patebit.q.6.₇ natura vt natura precedit mutabilitatē.ergo spēs itelligibilis repñtat illā absolute:nō autē sub ratione mutabilitatis. Et ꝙ mutabilitas nō sit ratio formalis gignēdi spēm itelligibilē p3 q2 illa spēs itelligibilis ē ētitas absoluta:vt ifra patebit q.6. mutabilitas autem ē entitas respectiua. ¶ Ibi. Genitum igitur ab ipso repñtat naturā per se. igit si natura vñ natura:puta natura albedis habeat aliq̄ imutabilē habitudinē:siue necessariā habitudinē ad aliud:puta ad colorē: illud aliud per suū exēplar.i.color per propria3 spēm intelligibilē:₇ illa natura.s.albedo per suū exēplar:v3 p ɔpriā spēm itelligibilē repñtātur vt imutabiliter vnita:siue vt necessario vnita:₇ sic per illa exēplaria hr̄ ifallibilis certitudo ꝙ albedo est color. ¶ Ibi. P3 etiam ꝙ per repñtatiuu3 in se mutabile p̄t repñtari aliud sub ratiōe immutabilis:q2 essentia dei sub ratiōe immutabilis repñtatur intellectui per aliquid omino mutabile:siue illud sit spēs siue act⁹. De spē p3:q2 spēs intelligibilis infusa angelis per quam poterāt cogscē deū sub rōe deitatis:vt p3 a doc.i.2.d.3.q.9. repñtabat deū sub rōe deitatis i rōe obiecti itelligibilis:₇ de⁹ sub rōe deitatis ē oio imutabilis:s3 talis spēs cū sit creata ē mutabilis. De actu ēt p3. Nā actus intelligēdi deū sub rōe deitatis ē magis silitudo obiecti q̄ spēs itelligibilis:vt pt3 a doc.i.2.₇ tñ ille act⁹ cogscēdi cū sit creatura ē mutabilis: ₇ ē silitudo obiecti oio imutabilis:s3 de h̄ in q.15.ql. diffuse exponā. ¶ Ibi. Hoc p3 p silr:q2 finitū p̄t repñtare aliqđ sub rōe infiniti:p3 de spē intelligibili ifusa angelis q̄ est finita:₇ tñ repñtat deū sub rōe infiniti:₇ silr visio btifica i itellectu creato ē finita:₇ tñ repñtat obiectum btificū sub rōne ifinita. Dicit ergo doc. nō ē maior ratio ꝙ ifi. repñtetur per finitum:q̄ ꝙ imutabile representetur per aliquod mutabile. ¶ Ibi. Ad secūdā dico. Hic rñdet ad s̄a3 rōnē Heñ. Snia hui⁹ rñsionis stat i duob⁹ dictis. Primū ꝙ aia ē mutabilis ab igrātia negatiue ad noticiā cuiuscūq3 obiecti:₇ ē̄:₇ h̄ p3. Scōm est ꝙ circa pricipia p se nota nūq̄ mutat a deceptiōe ad rectitudinē:nec ē̄. Et h̄ stāte apphēsiōe terminorū et vniōe eoꝝ:q2 vt̄s. exposui est ipose itellectui apphēdēti termios ₇ cōpositionē termioꝝ alicui⁹ cōplexi p se noti:q̄n habeat ifallibilē certitudinē de tali cōplexo:₇ sic stāte tali apphēsiōe impose est ipm decipi circa tale cōplexū. ¶ Ibi Ad.iii. Hic rñdet ad.iii. rōnē Heñ.₇ dicit ꝙ si illa rō de vero ₇ verisimili hēret aliq̄ apparētiā magis ɔcluderet ɔ̄ opi. Heñ. q̄ negat speciē itelligibilē: vt p3 p ipm quol.v.q.4. cui⁹ opinio de negatiōe spēi intelligibilis recitat a Doc. infra. q.6.₇.7.pñtis.d. Illud ergo qđ pōt se repñtare tāq̄ obiectum in somnis est fantasma: et sic si itellectus solo fatalinate immutatur:per quod obiectum est sibi pñs:₇ nō per aliam spēm intelligibilē: nō videtur ꝙ p aliquid i quo obiectū sibi relucet possit discernere verū a verisimili:quia illud fantasma aliqñ repñtat se tāq̄ obiectū:₇ tūc falsitas est. Aliqñ representat se tanq̄ se:₇ tūc veritas est:₇ sic per tale fantasma non potest discerni verum a versimili. Sed ponendo spēm i itelligibilem i itellectu nō valet ratio scilicet ꝙ talis species posset representare se tanq̄ se:vel se tāq̄ obiectum: quia si posset representare se tanq̄ obiectu3: hoc contingeret in dormiēdo. sed certū est ꝙ itellect⁹ in dormiendo nunq̄ vtitur specie intelligibili. Sequēs littera in isto articulo clara est.

Circa quartū artic. Cōtra ɔclusiōe3 opi. arguo sic. Hec littera ē nota vsq3 ibi. Itē tertio. Hic arguit Doc. ex quo Heñ. dicit ꝙ hō ex puris nālib⁹ nō pōt hr̄e certā ₇ infallibilē v̄itatē de aliq̄ sēsibili nisi mediāte luce icreata:puta ꝙ nō pōt hr̄e certā ₇ ifallibilē notitiā hui⁹. aial rōnale est risibile:nisi mediāte luce icreata. Et sic doc. inquisitiue arguit ɔ̄ ip3 de luce icreata cū dicit. Aut lux etna causat aliquid p̄us naturaliter actu supple itelligendi:aut nō:si sic: aut ꝗ in obiecto:aut i intellectu: nō i obiecto:q2 obiectu3 inq̄tū h3 eē in itellectu nō h3 eē reale:siue eē exñtie s3 tm̄ intētionale:q2 tm̄ vt cognitū i cognoscēte:vel vt repñtatū in suo repñtatiuo:₇ vt sic tm̄ h3 esse diminutū ₇ s̄m qđ:₇ h̄ mō nō ē capax alicui⁹ accñtis realis:q2 accidēs reale nō pōt recipi nisi i subiecto hñte verū esse exñtie. Sequit. Si in intellectu.i.si lux increata p̄us causat i itellectu aliqđ. igit lux icreata nō imutat itellectū ad cognoscēdū sincerā veritatē nisi mediāte effectu suo.i.ꝙ nō causat imediate i intellectu notitiā certā ₇ ifallibilē:s3 tm̄ illā causat mediāte effectu suo pri⁹ i tali itellectu pducto. Sequit. Et ita eq̄ pfecte videt opinio cōis ponere notitiā i lumie icreato:sicut ista opinio:q2 cōis opi. ponit eā videri i intellectu agēte q̄ ē effect⁹ lucis icreate:₇ pfectior q̄ esset illud lumē accñtale causatū. Si aūt nichil causat añ actū.i.si lux icreata nihil

Omnia entia tantum sunt in apparētia s̄m Hera. ₇ cratillum.

Mut[...] repñta[...] mutab[...]

Finiti [...] repñe[...] remit[...]

accidēs[...] le non [...] pit nisi [...] iecto n[...]

cāt añ notitiā creatā ⁊ ifallibilē. ꝗ sola lux cāt actū: aut lux cū
itell'u ⁊ obō. Si pᷓio h̄ ē valde icōueniēs: qꝛ tūc ab itellectu
agēte negaret nobilissima actio nata sibi ꝯpetere: ⁊ pꝫ lit-
tera. Si scđo. ⁊ h̄ ē cōis opi. q̄ ponit lucē eternā sicut cau-
sam remotā ꝯcāre oēm certam cognitionē vel veritatem.
vel igitur erit ista opi. inconueniens/ vel non discordat a
communi opi. et sic patet iste quartus arti.

opinio Scoti de sinceris veritatibꝰ. Ad .q. igitur dico. Hic Doc. ostēdit itēdē q̄uo ꝟitates in
fallibiles videt̄ i regulis etnis: ⁊ hic tm̄ loq̄tur de ve
ritatibus necessariis: vt. ĩ. patebit. ¶ Et ꝓ intelligētia hu
ius lr̄e ꝑmitto tale exēpū. Ista ꝟitas. albedo ē color: dr̄ vi
deri i tminis cognitis vt i obis ꝓximis: qꝛ cognitio tmino
rū est cā notitie ifallibili ꝯformitatis tminoꝝ: ⁊ sic ista ve
ritas ifallibilis siue cognitio ifallibilis huius. albedo est co
lor: dr̄ videri i albedine ⁊ colore cognitis mō preexposito.
Scđo ista ꝟitas vr̄ i spēbꝰ itelligibilibꝰ tminoꝝ: qꝛ ipēs itel
ligibilis coloris ē ꝑtialis cā ⁊ imediata notitie coloris: ⁊ si-
milr̄ spēs itelligibilis albedinis est ꝑtialis cā notitie albe
dinis. ꝓ tāto ꝗ dicit̄ ꝙ notitia ifallibilis huiꝰ ꝓpōnis. albe-
do ē color. videt̄ i spēbus itelligibilibꝰ sicut i ꝯtinēte obiū ꝓ
ꝓximū: qꝛ tales spēs itelligibiles ꝟtualr̄ ꝯtinēt notitia tmi-
noꝝ: lꝫ aliq̄ exponāt ꝙ tales tmini dicūtur ꝯtineri i specie-
bus repn̄tatiue. Sꝫ hoc nō placet. Tertio notitia ifallibi-
lis huiꝰ ꝓpōnis. albedo ē color. dr̄ videri i aliq̄: vt i cuiꝰ ꝟtu
te obiū ꝓximū siue tmini cogniti mouēt itellectū: ⁊ li possꝫ
poni ꝙ termini cogniti: siue cognitio eorum moueat intel-
lectum pro statu isto in virtute fantasmatis (quod non cre-
do verum) tunc talis notitia infallibilis diceretur videri
in fantasmate coloris et albedinis: vt in illo cuius virtute
obiectum proximum mouet. Quarto eadem cognitio in-
fallibilis potest dici videri in aliquo vt in obiecto remoto:
puta in albedine sensibili extra et in colore sensibili extra.
quia nisi mouerent sensum pro statu isto de conformitate
ꝯclō p̄ma. eorum nunq̄ʒ haberetur infallibilis cognitio. ¶ Modo
applicando ad diuina. Dico primo: ꝙ veritas ista: vt. s̄. vi-
detur in ipsis terminis cognitis tanq̄ʒ in obiectis proxi-
ꝟitas ifallibilis accipitur multipliciter. mis immediate et necessario causantibus conformitatem
illorum et notitiam illius conformitatis. ¶ Nota de veri-
tate infallibili. Nam aliquando termini dicuntur veritates
infallibiles: quia ꝯformes suo exemplari. i. itellectui dīno
eo mō quo dicimꝰ aliqđ esse veru ens: qꝛ cōforme suo prin-
cipio productiuo: ⁊ sic omne ꝓductū potest dici veꝝ: vt pꝫ.
6. met. doc. Sic forte in ꝓposito termini dn̄r veritates qꝛ
conformes suo principio productiuo. s. itellectui dīno. Ali
q̄n accipitur veritas ꝓ habitudie necessaria p̄dicati ad sub
iectū: ⁊ hec ē duplex: q̄da ē hitudo nec̄ia euidēs ex tminis:
ita ꝙ solis tminis apphēsis itellectꝰ apphēdit necessariaꝫ
habitudinem terminorum adinuicem: et hoc modo propō
nes per se note dicuntur veritates infallibiles: siue habitu
do euidēs iter hmōi tminos. q̄da ē necessaria hitudo: sꝫ nō
ex sola ratione tminorū: vt habitudo inter terminos con
clusionis demonstrabilis: qꝛ talis habitudo vt sit euidēs de
pendet a ꝓpositiōibꝰ per se notis. hitudo ꝗ seu ꝯformitas
nec̄ia terminoꝝ adinuicē dicitur veritas ifallibilis. ⁊ sic ter
mini ꝓpositionis per se note vt apprehēsi saltem distincte
nec̄io causant nec̄iam hitudinē: ⁊ sic intellectꝰ apphēdens
hmōi terminos nec̄io apprehendit hitudineꝫ inter eos. et
hoc modo videt veritatē infallibilē i terminis illis. i. ꝙ vi-
det necessariā ⁊ euidentē hitudinē ⁊ cōformitatē. Aliquan
do videt non in solis terminis apphēnsis: sed in p̄ncipiis:
nō tm̄ absolute acceptis: sed in p̄ncipiis ꝑtractatis. i. posi-
tis in forma ⁊ figura quia tunc statim inducens cognouit.
Et ꝓprie obiecta secūdaria causāt hmōi hitudinē: nō aūt
notitiā hitudinis: nec silr̄ notitiam terminoꝝ: vt. ĩ. patet et
si aliquo mō dn̄r causare. hoc erit p̄cise illo mō quo. ĩ. expo-
nā. Et dicitur: ꝙ huiusmodi obiecta secūdaria sunt lux: qꝛ
manifestatiua: pꝫ qꝛ illis apphēnsis vel principiis pertra-
ctatis apprehensis statim manifestatur hitudo necessaria
⁊c. Dn̄r ēt imutabiles: qꝛ obā illa secūdaria vt p̄cise hn̄t eē
obiectiuum sunt necesse esse: ⁊ immutabiles: vt ꝓlixe ex-
posui in. 2. Doc. d. 3. q. 1. Et similiter sunt eterne: qꝛ i tali eē
ab eterno sunt ꝓducta ab intellectu diuino: ⁊ hoc necessa-
rio et ab eterno: vt. ĩ. patet. d. 39. ⁊ in. 2. d. 1. q. 1. ⁊. d. 3. q. 1.
Scđa ꝯclō ¶ Secundo videtur in intellectu diuino sicut in cōtinen-
te obiectū ⁊ ꝓximū: ⁊ hoc duplr̄. Pᷓio vt i cā ꝓxima: qꝛ oēs
termini virtute intellectus diuini ꝓducūtur in eē cognito:
Quātū ergo ad secundū articulū. Hic Doc. determinat i qbꝰ cōsistit vestigiū trinitatꝭ. Et primo dicit q ois respectꝰ creature ad deū pertinet ad tertiū modū relatiuorū: z cōclusio dz sane intelligi: nō eni ois respectꝰ creature ad deū est mēsurati ad mēsurā: vt p3 de respectu effectꝰ ad cām: s3 q̄tū ad hoc: q2 nulla relatio creature ad deū est mutua. Deīde dicit q vestigiū cōsistit i aliqbus absolutꝭ: z forte i aliq̄ respectu sicut i tertia sui parte. In qbꝰ cōsistit vestigium. Et primo probat de absolutꝭ p Aug. 6. de tri. c. 10. vel. 28. Hec igit̄ oīa q̄ arte diuina facta sunt z vnitatē q̄ndā in se ostēdunt z spēm z ordinē: vnitas autē est perfectio absoluta: sicut p3 per exēpla sua. Unū iqt aliqd ē sicut nā corporum: vnitas eni accipit̄ pro ipsa entitate. Species ēt siue forma ē aliqd absolutū: sicut p3 per exēpla sua ibidē: sicut sunt q̄litates corpoꝝ z doctrine aiaꝝ. Ordo autē aliquē respectū dicit: s3 non ad finē vltimum s3 ad operationē: vñ dicit: aliquē ordinē tenēt sicut sunt pondera z amores aut delectatiōes aiaꝝ: z forte hic ordo accipit̄ p respectu actꝰ primi ad actū secundū: z si ordo accipit pro ipsa opatione vt amor: z hmōi satis patebit i. q. 13. q̄li. q s3 operatio talis puta itellectio z volitio icludat aliquē respectū: non tñ est essentialiter relatio. Hec tria sic sumpta repñtāt sub ratiōe similitudinis tria corrñdētia eis i deo: q2 vnitas summā vnitatē pmi principij a q̄ est origo. spēs summā pulchritudinē: ordo seu operatio perfectissimā opationē. Nota q hic non accipit̄ proprie silitudo q̄ est iter iduidua eiusdē spēi specialissime: s3 accipit̄ silitudo tātū vniuocationis p q̄nto i. q vnitas q̄ est formalr i creatura z vnitas q̄ est formalr i deo cōueniunt vniuoce i vnitate communi: z hec silitudo vltra h q est vniuocationis hz ēt q illa similia cōueniūt vniuoce i cōceptu q eodē noie dr. z q̄ ad hoc differt vestigiū hoc mō acceptū a vestigio fm proportionalitatē: s3 enī productū z producēs primū sūt vniuoce saltē i cōceptu entis et sic aliqualr dicant̄ silia summe vniuocatiōis i cōceptu entis: non tñ sunt vniuoca mō supradicto: vt p3: z sic p3 littera. Lra sequēs clara ē vsq. ibi. S3 quō accipit̄ rō vestigij i diuinis q̄ sit silitudo partis: cū i diuinis non sit pars. Respondeo zc. ❡ Nota pro itelligētia huiꝰ littere q i diuinis proprie non ē numerꝰ: vt declarat doc. ifra. d. 24. nec proprie ps nec q̄si pars cōstitutiua: vt ifra patebit a Doc. d. 5. q. 2. s3 possit eē ibi q̄si pars non itegralis s3 subiectiua: vt s. dixi i prolo. i. q. de sbō theologie: q tres persone sunt quasi ptes subiectiue: tñ vt nos cōcepimꝰ trinitatē eē quoddam totū nō i re: s3 i nro itellectu sic cōcipiēte: psona erit ibi ps vt cōcipit̄ i nro itellectu. Et nota q p rōne vestigij nō deuenimꝰ in cognitionē personaꝝ q̄ ad eoꝝ propria: s3 tantum q̄ ad propriata: z q2 vnū veꝝ bonū sunt iq̄ s3 creatura: z h sunt appropriabilia tribꝰ psonis: z si actu ista tria q̄ cōplent rōne vestigij approprient̄ illi psone: adhuc i intellectu nro erit ibi psona vt ps: et ex natura sua sint appropriabilia: s3 nō actu approprient̄: adhuc erit ibi ps: z sic vestigiū dz repñtare ptē inq̄tū est appropriabile illi persone: z ipsa psona cognita cognoscimꝰ totū. i. ipsam trinitatē. ❡ Nunc expono istā lrām vt trinitas est q̄si quoddā totū numerale saltē in cōceptu intellectꝰ nri: q2 in itellectu nro: pnt eē tres cōceptꝰ distincti realr respectu triū psonaꝝ: psona est ibi q̄si ps huꝰ totiꝰ: nō accepta i se s3 pnt cōcipitur in intellectu nostro: ita etiā appropriatū psone inq̄tū appropriatū est ibi q̄si ps eiusdē: q2 accipit̄ p illo cui appropriatur. i. q species vnitas et ordo: vel vnū veꝝ z bonū: vt actu appropriantur puta filio in q̄ est summa vnitas: q2 pncipiū ois creature: z summa pulchritudo: z pfectissima opatio / vt p3: z silr summa bonitas: sūma vnitas: summa veritas: ista vt actu appropriātur filio p intellectū nrū dñr ps: q2 filiꝰ cui appropriantur dr pars h mō pdicto. Seqtur. Nec tñ h: s3 etiam appropriabile. zc. i. s3 vnitas / veritas / z bonitas nō actu appropriuntur vni persone: q2 tñ sunt appropriabilia vni psone / puta pri vel filio: adhuc ista appropriabilia vni persone sunt ibi q̄si pars: q2 z illa persona cui sunt appropabilia hz rōne q̄si ptis: z h est qd dicit: q2 eiꝰ rō. s. appropabilis vt est et vt cōcipitur: cōplete saluatur in vna psona. i. q vnitas / veritas / z bonitas. vel spēs / vnitas / z ordo: vt cōcipiūtur vt appropabilia pñt cōplete saluari i vna persona: z per cōns rō eiꝰ. s. attributi appropabilis nō ponit trinitatē: cū ex se sit appropabile vni persone: sed ponit cōcomitāter vnitatē alicuiꝰ persone: in q̄ sit vel cuius sit appropabile. Seqtur. Lz igitur creatura cōiter nō repñtet nec psonā vt psona: q est in itellectu nro q̄si pars trinitatis: vt p3: nec appropatū vt appropatū: q2 appropatū vt appropatū alicui persone nō pōt cognosci nisi pcognoscatur illa persona cui apprope tur. Sufficit g q creatura q̄ dr vestigiū trinitatis repñtet ipsa attributa / vt sunt appropriabilia vni persone: z sic illa appropabilia: vt hmōi dñr quasi pars: q2 z persona cui sunt appropriabilia habet rationem quasi partis respectu totiꝰ trinitatis modo preexposito: z sic patet expositio littere.

Ī diuinis nō est p̄ numerus.

Quid cognoscimus te deo p rōne vestigij.

expositio

Hen.quoli. 3.q.9.⁊ qli. 5.q.2.⁊ qli. 4.q.7.⁊.8 qli.2.q.3.

Quantū ad tertiū articulū in q̄ videndū est: in qbꝰ fūdatur respectꝰ vestigii siue creature ad deū siue ecōuerso cui dr̄ vestigiū. Hic doc. Prio ponit opi. Hen. Scdo ipsam iprobat. Et tertio rn̄det ad articulū. Quantū ad p̄m.i. ibi. Dr̄ ƀz Boe. de ebdomada. diuersum est esse: et id qd est ⁊ illud q̄ aliqd est dr̄ ratitudo eiꝰ: q̄ aūt ipsum est vt est dr̄ aliqtas eius. ¶ Pro intelligētia huiꝰ lr̄e ponit hen. quatuor. Primū ibi. Diuersuz est esse: ⁊ accipit ibi esse pro oī imaginabili. Scdm ibi. Et id qd est.i. illud qd actu vel aptitudine existit: illd vero qd icludit ɔdictionē ad esse dicit figmentū. Tertiū ibi. Illd q̄ aliqd est.i. illd q̄ aliqd est ens possibile dr̄ ratitudo eiꝰ. Quartuz ibi. Quo aūt ipm est qd est.i. illd q̄ mediāte aliqd actu existit dr̄ aliqtas eius: q̄ aliquitas est ipsa aptitudialis vel actualis exn̄tia q̄ ens actu existit vel aptuz est existere. Et nota ſm istum ꝙ respectꝰ vestigialis est illa triplex relatio creature ad deū.s. relatio ꝓducti ad ꝓducēs: relatio exēplati ad exēplar: ⁊ relatio finiti ad vltimum finem. Et hec triplex relatio in creatura est quiditas rei ⁊ non fundatur in ipsa ratitudine: quia ille triplex respectꝰ ⁊ est quiditas rei ⁊ ratitudo eiꝰ.i. est illd quo formalr̄ entitas creata est quiditas possibilis. Et cuz dr̄ humanitas est tm̄ humanitas: ergo rō humanitatis.i. humanitas inq̄ntū humanitas nō est res rata.i. ꝙ de se nō est rata vl̄ ens possibile: sed aliq̄ alio extra rōnē formalem humanitatis: q2 erit rata ab illo respectu vestigiali: quia ille respectus vestigialis dicitur quiditas inquātū exēplatus ab ydea diuina. ¶ Et ꝓ clariori intelligentia nota ꝙ ens ratū dr̄ illud vel qd actu existit preter opꝰ intellectus vel qd est aptū natū existere. Scdo nota ꝙ aliquitas.s. existentia aptitudinalis qua ens ratū siue ens possibile exn̄s dr̄ tali existētia exn̄s: vel accipit aliquitas ꝓ existētia actuali q̄ ens ratuz.i. actu exn̄s dr̄ existere actu: vel aliquitas accipitur ꝓ exn̄tia aptitudinali vel actuali. Tertio nota ꝙ ratitudo nichil aliud est nisi quiditas cōstituēs aliquid in vero esse: vel actuali vel aptitudinali. Exēpluz: hō vt est aptꝰ existere dr̄ verū ens ratuz: q2 sibi nō repugnat existere: ⁊ respectꝰ vestigialis: de q̄ supra est quiditas siue ratitudo hominis constituēs ipm in tali esse vero vel rato: existētia vero hois aptitudinalis dr̄ aliquitas eiꝰ. ¶ Dicit ergo hen. ꝙ diuersum est esse: ⁊ id quod est: accipit ibi esse ꝓ ente imaginabili: qd est cōe enti ⁊ nō enti: ⁊ id quod est: accipit pro ente possibili existere vel ꝓ actu exn̄te: et ratitudinē accipit ꝓ quiditate dāte tale eē possibile: ⁊ aliquitatē accipit ꝓ existētia aptitudiali vel actuali. Dicit g̃ ꝙ ratitudo ipsa siue quiditas siue respectꝰ vestigialis q̄ idē importāt ſm ipz nō fundat in quiditate: q2 idē fundaretur in seipso: sed fundatur in aliquitate.s. i existētia aptitudiali vel actuali ipsiꝰ creature. Et nota ꝙ talis respectꝰ vestigialis i q̄lz creatura dicit participationē passiuam entis imparticipati scdm triplicē relationē.s. creature vt ꝓducte ad ipsuz deū vt producentē: ⁊ exēplate ad ipsuz exēplar: ⁊ finite ab vltimū finē Ista triplex relatio dr̄ ratitudo siue quiditas cuiuslz entis creati dans cuilz esse ratuz.s. esse verū ens. Et hāc positionē probat Hen. sic: vz ꝙ q̄lz creatura dicatur ens ratum siue ens verū ab ipsa ratitudine: siue ab ipsa ꝑticipatiōe passiua entis iparticipati. Sz humanitas est tm̄ humanitas ergo rō humanitatis nō est res rata.i. humanitas i se sumpta formalit̄ nō dr̄ verū ens ratum nisi inquātuz est ens participatū mō p̄dicto: ergo participatio passiua: q̄ est esse ratione formalez humanitatis erit ratitudo siue quiditas humanitatis vt entis rati. Item adducit alia argumenta: q̄ post exponentur respondendo ad illum.

Henri.

Contra Henri.

Cōtra ista. Doc. hic arguit ɔ̄ positionē Hen. ⁊ p̄ncipalis intentio est probare quō respectus vestigialis non dicatur quiditas rei create: ⁊ anteq̄ hoc ꝓbet premittit vnā distinctionē de realitate: nā aliquādo accipitur res a reor reris ⁊ dicitur realitas opinabilis q̄ est ɔmunis ſm Henri. figmento et non figmento. Scdo pro re dicta a ratitudine q̄ ſm ipsū Henri. dr̄ realitas quiditatiue: q2 ponit rē quiditatiua esse ratā ꝑ hoc qd est exēplata: qd nō cōuenit figmentis: vltra istas realitates nō restat nisi realitas exn̄tie actualis. Habemꝰ ergo tria per ordinē.s. realitatē opinabilē: quiditatiuā / et existentie. Hac distinctione premissa arguit doc. ɔ̄ positionē Hen. ¶ Ibi. Quero tunc quid intelligit per aliquitatē. Et vt hec rō doc. clariꝰ itelligatur formetur sic diuisiue: q2 dicit Hen. ꝙ ratitudo fundatur i aliquitate dans simplicit̄ esse ratū. Contra: aut aliquitas accipitur pro ente cōi enti ⁊ non enti: aut pro entitate quiditatiua: aut pro entitate existētie actualis vel aptitudinalis. Simil̄r ratitudo: aut accipitur cōformiter istis tribus modis. Si primo mō accipitur aliquitas et ratitudo: cū tale ens de se sit nichil: ista duo de se erunt nichil. Si vero aliquitas accipiatur primo mō: ⁊ ratitudo scdo modo: tūc ratitudo fundabitur in ente quod de se est nichil: ⁊ qd fundabitur in illo qd de se est nichil: nichil est: q2 qd non est a se aliquid: siue in se aliquid: nec ad aliud erit: et sic ratitudo et aliquitas erunt duo nichila. Si vero ista duo accipiantur scdo modo.s. ꝓ entitate quiditatiua: tunc ratitudinem fūdari i aliq̄tate nichil aliud erit nisi quiditatē fūdari i quiditate: ⁊ sic idē fundari i seipso qd nō est itelligibile. Si vero aliquitas accipiatur tertio mō.i. ꝓ existētia actuali: ⁊ ratitudo scdo modo: hoc est ɔ̄ Hen. q̄ ante actualē existētiam ponit ens ratū qd est ens possibile: ⁊ sic ratitudo fundat̄ in illo. Si vero accipiat̄ aliquitas ꝓ existētia aptitudinali: ⁊ ratitudo scdo mō: tunc ꝑ hoc argumentū nō cōcludit̄ ɔ̄ hen. q2 ipse diceret ꝙ ipsa ratitudo fundat̄ i ipsa aliq̄tate possibili dans sibi tale esse possibile. sed bene alia argumenta q̄ sequuntur ɔcludunt ɔ̄ ipsum. Si vero accipiatur aliquitas tertio mō: ⁊ ratitudo tertio mō: nichil aliud est nisi exn̄tiaz fundari in existentia: quod est absurdum. ⁊ sic p̄z ista ratio doc. ¶ Ibi. Si dicas ꝙ aliqtas q̄ est realitas opinabilis ē quid coe alicui ⁊ nichilo: sed alia est aliquitas q̄ est ꝓpria figmentis: ⁊ alia q̄ est propria rei possibilis esse: ex qua cōponit̄ res hn̄s aliquitatem ⁊ ex ipso esse sicut ex ratitudine sua. Cōtra. Hoc est dicere ꝙ duplex est aliqtas. alia alicuiꝰ et nichil: ⁊ alia alicuius tm̄: sicut si diceret̄ ꝙ duplex est albedo: alia albi ⁊ nigri: ⁊ alia albi tm̄: qd est absurdum. ¶ Ibi Et p̄terea de illa aliq̄tate. Hec lr̄a clara est. ¶ Ibi. Preterea scdo sic. Humanitas aut habet in se cōceptum cui nō repugnat aliquid subesse in effectu: aut cui repugnat de se aliquid subesse in effectu: aut cui de se aliquid subest in effectu.i. aut humanitati non repugnat existentia actualis: aut sibi repugnat: aut tertio est id cui de se aliquid subest in effectu.i. ꝙ de se ⁊ ex semetipsa est actu exn̄s. Si detur primꝰ modus: habet̄ intentū: q2 illud est verū ens ratuz cui de se nō repugnat actualis exn̄tia: ⁊ sic cū humanitas iquātū humanitas sit verū ens absolutuz: ⁊ vt sic sibi non repugnat actualis exn̄tia. ergo ratitudo accepta pro respectu vestigiali nō ɔstituit humanitatē in esse rato: q2 tunc respectiuum esset de quiditate absoluti: qd est falsum. Si detur secundꝰ modꝰ: ergo actualis existētia nunq̄ poterit iesse humanitati: p̄z q2 si.a. repugnat.b. absolute ꝑ nichil adueniens ipsi.b.a. nō poterit ɔuenire.b. sicut rudibile repugnat absolute hoi: ergo per nichil adueniens hoi poterit sibi cōuenire: seqtur g̃ ꝙ cū humanitati absolute sumpte non repugnat actualis exn̄tia: g̃ humanitas iquantū ē possibilis existere erit verum ens ratum: ⁊ vt sic im absoluta includit: ergo respectus vestigialis non erit ratitudo humanitatis. Si detur tertiꝰ modus: hoc est impossibile: quia tunc eēt entitas omnino indepēdens. ¶ Ibi. Preterea phs 4. meta. Pro itelligētia huiꝰ lr̄e: nota ꝙ aliqd esse ad aliud ɔtigit dupl̄r. Primo q̄ditatiue ⁊ essētial̄r: ⁊ sic ois relatio i se sumpta est ad aliqd essential̄r.i. ꝙ i suo ɔceptu q̄ditatiue includit esse ad aliud. Secūdo denominatiue: ⁊ sic omne ens in quo fundat̄ aliqua relatio dr̄ ad aliud denoīatiue: q2 ꝑ relationē fundatā. Sz oia entia esse ad aliud p̄mo mō: siue q̄ditatiue.i. oia entia eē tātuz relatiōes est incōueniēs ꝑ phm. 4. meta. vbi. s. q2 si oia apparētia essent vera.i. si oia ētia eēnt sola apparētia: q̄ apparētia ē q̄ditatiue relatio: tūc oia ētia eēnt q̄ditatiue ad aliqd. Nec valet dicere ꝙ erūt ad aliud ad opi. ⁊ sensuz: q2 i argumēto ducēte ad ipossibile ɔclusio dz eē q̄ vel magis esse ipossibilis sicut p̄missa ex q̄ deducit̄ talis ɔclō vt p̄z i prio post. Si g̃ oia apparētia eēnt vera q̄ ad sensuz ⁊ opi.i. ꝙ sensus ⁊ opinio iudicaret omia apparētia esse vera: ⁊ sic oia apparētia eē ad aliud.i. ꝙ si sensꝰ iudicaret aliqd apparēs hominē esse verū hoiem: ⁊ sic si iudicaret apparēs aliqd esse ad aliud: ita ꝙ illud quod apparet esse ad aliud iudicaret vere esse ad aliud: tunc talis cōclusio.s. esse ad aliud mō p̄exposito nō differt a p̄missa.s. ꝙ apparet esse hoiem ⁊c. ergo si ɔclusio dz eē magis ipossibilis: opz ꝙ intelligatur simpl̄r ⁊ absolute: ⁊ q̄ ad intellectū.i. si antiq̄ q̄ ad itellectū dicebāt oia apparētia esse vera.i. ꝙ oia entia simpliciter ⁊ absolute erāt tātū apparētia: ergo seqtur simpl̄r ⁊ absolute ꝙ oia entia essent ad aliqd quiditatiue quod est icōueniēs: ⁊ sic hec ɔclusio est magis ipossibilis vel saltē erit ipossibilis sicut p̄missa ex qua sequit̄: et sic p̄z ista lr̄a. ¶ Ibi. Preterea q̄rto sic. Pro itelligētia huius lr̄e est sciēdū: ꝙ h̄re q̄d rei pōt tripl̄r ɔtingere. Primo

secūda rō

Tertia rō

t.c.26. et 27.

Esse ad aliud quiditatiue ⁊ denominatiue

4. ratio.

Habere qd rei ɔtigit. ⁊

habere verā diffinitionē:sicut hō diffinitur per aīal ratio-
nale. Secundo hr̄e tm̄ aliqđ p̄dicatū dictū in q̇d:vt rōnale
est ens q̇ditatiue:ꝛ tñ nō pōt ꝓprie diffiniri.s.p gen⁹ ꝛ dif-
ferentiā. Tertio pro entitate dicēte i se q̇d:ꝛ sic ens iquan-
tum ens est entitas in se q̇ditatiue: qꝛ pōt p̄dicari in q̇d de
inferiorib⁹. Pōt addi quartus mod⁹.s.p ente ꝙ nec diffini
tur/nec hꝫ p̄dicatū dictū i quid:nec est q̇d:tm̄ est ideꝫ realr
alicui exnti hn̄ti entitatē:vt pꝫ de passionib⁹ entis : ꝛ forte
de vltimis differētus. Oia supradicta q̄ pn̄t hr̄e q̇d rei aliq̄
modo p̄expposito:pn̄t etiā hr̄e quid nois:nō tñ ecōtra:illa ve
ro q̄ tm̄ hn̄t q̇d nois:ꝛ nullo modo quid rei sunt tm̄ ficticia
Dicit ergo doc. humanitas inquantum humanitas : habet
tm̄ q̇d nois.i.ꝙ tm̄ sit ens ficticiū vel chimericū:ꝛ pꝫ littera
Et nota i ista lr̄a quō figmēta nō pn̄t diffiniri diffinitione
ꝓp̄e dicta:puta diffinitione per genus et differentiam: qꝛ
Figmētū. in diffinitione vna pars non repugnat alteri:modo figmē-
tum est compositum ex partibus i compossibilibus siue ad
inuicem repugnantibus.

Secundo contra opi. arguit̄ ex dictis eius. Et prio
inducit ad hoc ꝙ respect⁹ vestigialis non
sit ratitudo entis rati:qꝛ p ipsuꝫ ens ratū est actiuū sua ra
titudine: ꝓbatur ista. Qꝛ oē actiuū inquātū est hm̄ōi est in
actu:sꝫ ens ratū dꝛ esse i actu p ratitudinē vt ipse dicit : sed
certū est apō ipm̄:ꝙ nulla rel̄o est alicui p̄ncipiū forale agē
di:cū g respect⁹ vestigialis sit tm̄ rl̄o:seq̄tur ꝙ nō erit rati-
tudo alicuius. ¶ Ibi. Itē s̄m ipm̄. Nulla creatura iquātū
rata:siue inquātū ꝑticipata differt specie ab illo qđ est de⁹
et tñ s̄m oēs esse qđ est deus est absolutū. si ergo ratitudo
ipsa est tm̄ relatio ꝛ relatio differt specie ab absoluto: vt pꝫ
et sic creatura iquātū rata differret specie a deo ꝛ nō dif-
ferret specie. ¶ Ibi. Item s̄m ipsum. ens rōnis participat
ens ratū. Hec rō sic dꝫ itelligi qꝛ ens rōnis fundat̄ i ēte ra
to.i.i ente possibili existere vel actu exn̄te:ꝛ ideo iquantuꝫ
fundat̄ ibi dꝛ participare ens ratū:nō tñ ens rōnis dꝛ fora
liter ꝛ quiditatiue ens ratū a tali ꝑticipatione cū sit poste
rior ipso ente rōnis. prius enī intelligit̄ ens rōnis i se suo
modo habere esse q̄ȝ intelligatur fundari in alio: igit̄ i pro
posito licet creatura dicatur ens ꝑticipatū ab ipso ente im
participato:nō tamen formalr̄ ꝛ q̇ditatiue dicitur esse ve-
rum ens ratum tali participatione passiua:immo prius in
telligitur in se esse verum ens siue ratum q̄ȝ intelligat̄ sub
tali respectu scilicet participatione passiua.

Quantū ad istum articulum. Hic doc. ponit opi. pro
priā. Et sn̄ia doc. est ꝙ nulla relatio potest
esse ratitudo alicuius entis absoluti:ꝛ probatio clara ē in
lr̄a. aliq̄liter tamē expono lr̄aꝫ. Null⁹ respect⁹ est ratitudo
siue id quo aliquid est firmū ens:vel veꝝ ens:vel certū ens
q̄ oia iportāt idē. Sequitur. qꝛ ois respect⁹ aliq̇d hꝫ i quo
fundat̄ qđ s̄ꝫ se nō ē ad aliud. Hoc dꝫ iteligi de fundamē-
to remoto:qꝛ etiā relatio pōt imediate fundari i alia rela-
tione: vt proportionalitas fundatur i duab⁹ proportiōib⁹
et hoc pꝫ expresse a doc. in multis locis. Debet ergo itelli-
gi de fundamēto remoto:qꝛ oē qđ relatiue dr̄ est aliquid ex
cepta relatione per Aug. 7. de trini. ꝛ exposui dictū Aug.
vt. s̄. d.1.q.2. Intelligit etiā doc. de ente absoluto qđ nō sit
ratū aliq̄ relatiōe:multe eñ relationes sunt vera entia re
alia ꝛ realr̄ disticta a suis fundamētis: vt probat doc. in.2.
d.1.et p ꝯn̄s rata ratitudīe pertinente ad gen⁹ relationis.
Si v̄o accipiatur ipa ratitudo pro participatiōe passiua:
pꝫ ꝙ relatio realis nō erit rata ꝑticipatione passiua aliq̄
relatiōe q̄ dicat̄ ens participatū:cū talis relatio entis par
ticipati p̄supponat ens tanq̄ȝ fundamentū illi⁹ participa-
tionis passiue. Sequitur. Et i illo p̄ori i quo.s. fundamētū
relationis est essentialr̄ ens ad se loquendo de fundamēto
absoluto:si non est essentialr̄ ens certū:aut ens firmū.i.si in
illo p̄ori q̄ est ens absolutū nō est essentialr̄ ens certū : aut
ens firmū:nō erit capax alicui⁹ respect⁹ p quē fiat ens ratū
et probat. qꝛ ens nō ratū si fiat ratū:aut fiet ratū ex se:qđ ē
impossibile:qꝛ tunc esset ex se necesse esse: vt. s̄. patuit. d.2.
q.1. aut ab aliq̄ causante fiet ratū:ꝛ si hoc p̄us:naturalr̄ ab
solutū aliqđ pōt terminare illā causationē q̄ȝ respect⁹: quia
formalis rō cuiuslꝫ termini p̄mi producti nō est necessario
respect⁹:prius enī causa attingit aliqđ absolutū tanq̄ȝ effe
ctū:quo absoluto producto stati ex natura rei orit̄ rela-
tio producti ad producens et ecōtra:loquendo de omni p-
ducente creato: et de hoc prolixius patebit in scđo. d.1.

1. dubium. **Sed occurrit** dubiū i hoc qđ dicit:ꝙ causatio cau
se pri⁹ terminatur ad absolutū in ef
fectu q̄ȝ ad respectum. Instatur p̄mo: qꝛ tunc relatio esset
in aliquo priori in quo nō esset terminus:pꝫ/qꝛ causatio est
relatio:ꝛ causa quando causat adhuc est p̄or natura effe-
ctu: vt pꝫ pn̄ti. q. ꝛ in.2.d.1.q.2. Tum etiā qꝛ relatio cause Secūdū.
ad effectū est simul natura cū relatione effect⁹ ad causam
imo vr̄ ꝙ relatio effect⁹ ad causam sit q̄si prior natura: liꝫ
vere nō sit prior:ꝛ h̄ pꝫ a doc. in.2. vbi. s̄. ergo causatio cau
se nō videt̄ pri⁹ terminari ad absolutū effect⁹:qꝛ in eodē in
stanti quo ponitur:ponitur terminus ei⁹. Tertio:si enī po- Tertiū.
nitur pri⁹ absolutū effect⁹ q̄ȝ respect⁹ ad causam primam.
Quero i illo priori:an tale absolutū sit vere causatum:aut
nō causatū. Si primo. ergo icludit respectū causati:siue re
spectū depēdentis. Si scđo. ergo erit incausatū ꝛ indepen-
dens:qđ est falsum. Quarto pꝫ:qꝛ in deo est vera gn̄atio: Quartū.
et tñ illa non pri⁹ terminat̄ ad absolutū q̄ȝ ad relatiuū. er- Respōsio ad primū.
go vr̄ idē concedendū esse in creaturis. ¶ Rn̄sio ad p̄mum
cū dr̄:ꝙ causatio est relatio:falsum est. nā qn̄ causa causat
nihil aliud facit:nisi ꝙ effectū quē hꝫ i virtute sua ponit in
esse:non est itelligendū ꝙ qn̄ causa causat ꝙ sit aliq̄ relatio
media inter ipsam et causatū p̄or ipso causato:sꝫ tm̄ abso-
lutū in cā ponit effectū absolute:quo posito oritur relatio
causati ad causam:ꝛ cause ad causatū:si talis causa nō est
deus q̄ nō refertur realiter ad creaturā. Et qn̄ cōmunit̄ dr̄
ꝙ generatio termiat̄ ad genitū:ꝛ ꝙ est via i naturā ꝛ hm̄ōi
dꝫ sane itelligi. Si accipitur gn̄atio formalr̄ p relatiōe:illa
vere terminatur ad absolutū geniti:ita ꝙ ē posterior tali ab
soluto. Si v̄o generatio accipit̄ vt prior genito:tunc gene-
ratio formalr̄ nichil est in se aliud a causa generāte:sed est
p̄cise ipsum absolutū cause: p quanto ponit genitū in esse. Ad.1.
¶ Ad secundū ꝯcedo totū: loquēdo de causatione:q̄ est for
maliter relatio:sed loquendo de causatione q̄ nichil aliud
dicit nisi causam ponere effectum in esse: est falsum: ꝙ ta-
lis causatio sit posterior:imo est prior natura. Et cū dicitur
ꝙ talis causatio terminat̄ ad absolutū. Dico ꝙ illud termi
nari non est relationis ad terminū:sed precise ē ponere ab-
solutū effect⁹ in aliquo priori:in quo nō intelligit̄ respect⁹
effect⁹ ad causam. ¶ Ad tertiū dico breuiter ꝙ tale abso- Ad.3.
lutū in illo priori est fundamentalr̄ causatū: siue fundamē
taliter dependēs pro q̄ȝto.s. in illo priori est fundamentū re Ad.4.
ceptiuū respect⁹. ¶ Ad quartū dico:ꝙ doc. intelligit de ge
nito:qđ est ens ad se: modo ꝑsona i diuinis est formalr̄ re-
latiua:tenēdo ꝙ ꝯstituatur in esse ꝑsonali p relatiōes: vt. i̅.
patebit. d.26. q̇d sit tenendū. an p absoluta:an p relatiōes

Ad rationes pro opinione posita. Hic doc. itendit
soluere rōnes Hen. ¶ Ad illud Aui.
de humanitate. Pro intelligētia huius respōsionis est no-
tandū:ꝙ si ratitudo accipiatur pro realitate quiditatiue:
tūc humanitas erit rata aliqua ratitudine:qꝛ realitatibus
ꝑtinentib⁹ ad esse quiditatiuū humanitatis: ꝛ sic humani
tas nunq̄ȝ excludit predicata essentialia:sed icludit. cū hu-
manitas inquantū humanitas sit talis p sua p̄dicata essen
tialia:oia v̄o posteriora excludit:sic intelligendo ꝙ qn̄ hu-
manitas p̄cise cōsiderat̄ vt humanitas tm̄ icludit illa: que
pertinent ad esse ipsius:et vt sic non includit illa q̄ nō sunt
de essentia eius: vt sunt oēs passiones entis: ꝛ etiā passio-
nes proprie humanitat̄:sꝫ de h̄ vide doc. i.2.d.3. ꝛ sic pꝫ so-
lutio primi argumenti Hen. ¶ Secundo principaliter ar-
guit Hen. ibi. Quicquid includitur in per se intellectu ali-
cuius inquātū tale:est illud q̄ ipm̄ formalr̄ ē tale. Sꝫ respe
ctus vestigialis includitur in rōne entis rati:pꝫ/qꝛ dr̄ ens
ratū inquātū ꝑticipat ipm̄ eē. si. n. nō ꝑticiparet sꝫ eēt de se
eē:tūc eēt absolute necesse esse. Respōdet doc. Ibi. Ad se-
cundū. tam maior ē falsa q̄ȝ minor:ꝙ maior sit falsa pꝫ : qꝛ
aīal includit̄ in p se ꝯceptu hois:et tamē non est id quo for
maliter est hō. opꝫ ergo addere ꝙ includitur in intellectu
alicuius tanq̄ȝ vltimū ei⁹:nā hō est formalr̄ hō p rōnale:qꝛ
est vltimū qđ includitur in intellectu hois tanq̄ȝ vltimum
ei⁹. Et tūc minor ē falsa/ꝛ maior probatiōis minoris que
est ista. Cui cōuenit esse et non ex se est ens ratū ꝑticipan-
do ipsum esse vel inquātum ꝑticipat ipsum esse. prio dicit
ꝙ si p ly inquātum:intelligat̄ reduplicari aliquid p se prio
modo:est falsa. Et sensus est. Creatura inquantū ꝑticipat
ipsum esse est ens ratū.i.ꝙ ꝑticipare esse siue participatio
passiua est rō formalis ꝛ q̇ditatiua quare creatura dicat̄
ens ratum. sicut dicim⁹ ꝙ hō inquātū rōnalis est hō.i.ꝙ rō
nalitas est rō formalis ꝛ quiditatiua. ꝙ homo dicatur hō.
Sequitur. Vel si accipiatur in maiori ꝑticipando gerundi
uuꝫ:ꝛ prout exponitur p quia : vt puta cū dicitur creatura
nō est ens ratū nisi participando ipsum esse illđ gerūdiuuꝫ
qđ est participādo:exponit̄ per ly quia. et sensus est. Crea-

tura est ens ratū:qꝛ ꝑticipat ipsum esse: ⁊ tūc distinguit᷑ de ly quia:qꝛ aut dicit causalitatē ꝑtinentē ad primū modum ꝑse:tunc est falsa:qꝛ cū dicitur creatura ē ens ratū:qꝛ participat ipsum esse.sensus est: ꝙ participare ipsum esse est ratio formalis et quiditatiua quare creatura dicat᷑ ens ratum.Sequitur.Si aūt itelligatur ꝑ ly inquātū:causalitas q̄ pertinet ad secundū modū per se: qualis est i subiecto respectu proprie passiōis.sicut cū dicim⁹ hō inquātū rōnalis est risibilis:⁊ sic ꝯcedit:ꝙ creatura inquātū creatura participat esse:qꝛ creatura est causa:quare ħ predicatū.s.participare esse insit ipsi creature.Seq̄tur.Nō tñ est proprie vera ecōuerso.s.ꝙ inquantū participat esse est tale ens:sicut hec lȝ sit propria.hō inquātū hō est risibilis.ista tñ est iꝓpria.hō inquātū risibilis est hō.Sic in ꝓposito hec est propria.lapis inquātū tale ens:puta inquātū ens creatū participat esse:qꝛ ly inquantū nō tātū stat specificatiue:sȝ etiā stat reduplicatiue.ista autē est iꝓpria.lapis inquātū participat eē ē tale ens:qꝛ ly inquātū nō pōt stare reduplicatiue:lȝ forte specificatiue.¶ Ibi.Exēpluȝ.Hec est falsa proprie loquēdo:hō inquātuȝ risibibilis est hō.si tñ ly inquātū accipiatur reduplicatiue:qꝛ sensus esset.risibilitas ē precise causa.quare hō sit hō.Si ꝟo ly inquātū accipiat᷑ specificatiue.vt.s.tantū reduplicat rōnē formalē risibilitatis:⁊ ipsa risibilitas reduplicata nō sit causa iherētie p̄dicati ad subiectū:vt.s̄.exposui.d.1.q.2.Et sensus est qñ accipit᷑ specificatiue tātū:ꝙ ħ p̄dicatum hō conuenit homini sumpto sub risibilitate.Et pȝ littera vsq̄ ibi. Tunc intelligo sic.Nā in primo instanti nature est ens qđ est ipsum esse:siue ex se esse quod est deus.In scđo instāti lapis est ens ratū absolute:qꝛ vt dixi/s̄.ꝑus causa attingit effectuȝ in se absolutū:et post ꝯseq̄tur relatio:⁊ sic in illo ṗori q̄ lapis est lapis nō intelligit᷑ nec vt ꝑticipās:necnō ꝑticipās: qꝛ in illo ṗori tātū ꝯpetunt sibi p̄dicata essentilia:sicut cū dicim⁹:ꝙ i illo ṗori in quo hō est hō non est risibilis necnō risibilis:qꝛ risibile et

Nō hic de trib⁹ instātibus. nō risibile sunt tātū p̄dicata posteriora.In tertio vero instanti ē ipsa ꝑticipatio ⁊ respectus q̇dā ꝯñs ad ipsum lapidem:sicut dicim⁹ de cā et effectu:ꝙ causa etiā qñ causat ē prior natura effectu:et i secūdo istāti nature ītelligit᷑ effect⁹ in se absolute: ⁊ in tertio instāti ꝯseq̄tur relatio effect⁹ ad causam.¶ Deinde arguit Hen.ibi.Secūdo sic.Ista rō pōt sic formari.Illud sine quo creatura nō pōt quiditatiue et vltimate cognosci est quiditas ei⁹ siue ratitudo.Sed sine ꝑticipatiōe passiua modo preexposito creatura nō pōt ꝑfecte et vltimate q̇ditatiue cognosci.ergo talis participatio passiua q̄ ꝯsistit in respectu vestigiali erit quiditas illi⁹ Minor pȝ ꝑ Boe.de ebdo.Qꝛ si paulisꝑ amoueas ṗmum bonū.i.si nō ꝯsideres illud:tūc creature ī eo ꝙ sunt nō erūt bona.i.ꝙ si non cognosco eas inquātū sunt ꝑticipate a primo bono īparticipato:īplicat posse cognoscere eas quiditatiue.¶ Rñdet᷑ a doc.ibi.Ad argumētū de prio phy.t.c.primi.Dicit doc.primo ꝙ nō sequit᷑.relatio est prior cognitiōe causati cogniti.ꝑ causam.ergo talis relatio est de essentia causati.nō sequit᷑.sic i proposito:posito ei ꝙ ꝑticipatio passiua sit ṗor cognitione entis participati:non tñ sequit᷑ ꝙ sit de essentia illi⁹.Aliud est enī cognoscere aliq̇d ꝑfecte quiditatiue ſm ꝙ includit oīa predicata essentiala: ⁊ aliđ est ipsum ꝑfecte cognoscere ſm oēm causam extrinsecā.primo modo lapis pōt perfecte cognosci sine quocunq̄ respectu ad causam extrinsecā:sed secundo modo non pōt perfecte cognosci nisi cognoscat᷑ inquātū includit relatiouē ad quālibet ꝑ se causaȝ:⁊ cognitio scđo modo non dicit᷑ pertinere ad cognitionē quiditatiuā lapidis.¶ Ibi.Ad Aug.patet littera.¶ Ibi.Ad Boe.dđm est.Dicit doc.ꝙ esse creature puta lapidis pōt in se absolute considerari:⁊ sine omni respectu ad deū:⁊ si pōt considerari sine tali respectu.sequit᷑ ꝙ ille respectus non erit de quiditate lapidis:⁊ sic substracto deo ꝑ intellectū:poterit lapis absolute cōsiderari q̄ꝫtū ad suū esse quiditatiuū deo nō considerato: ⁊ si respect⁹ lapidis ad deū esset de quiditate lapidis:tunc esset implicatio contradictionis cognoscere lapidē nō cognito deo:qꝛ respectus nō pōt cognosci termino nō p̄cognito:vt.s̄.exposui.

Bonitas duplex. Et quod dicit de bonitate.apud Boe. accipitur illa bonitas nō pro absoluta bonitate lapidis:sed pro quodā influxu dei siue pro quadam efficientia bonitatꝭ create a deo et sic si intelligitur lapis i se sine isto respectu:quod est creari siue effici a deo:tunc lapis non est bon⁹:illo modo capiēdo bonitatē:qꝛ vt sic non intelligitur sub isto respectu quod est creari vel effici:quod creari est bonitas isto modo: esset tamen bona bonitate absoluta:et patet littera.

Ad primū argumentū principale.Dico ꝙ ꝑ vestigium distincte iuestigatur illud cuius ē imago:siue similitudo.s.pars totius:et patet ista littera ex his q̄ dixi.s̄.quō vestigiū repn̄tat attributū iquātū approṗabile.⁊c.Nota tñ ꝙ per vestigium absolute sumptū non naturaliter inuestigatur ipsa trinitas etiam eo mō quo exposui supra de imagine trinitatis.Si ꝟo cognosceretur vestigiū sub illa relatione qua refertur ad vestigiatum: tunc posset cognosci trinitas:sed talis relatio vestigii ad vestigiatum nō posset cognosci non precognito vestigiato:vt pȝ a doc. in simili de imagine.s̄.ꝑsenti.d.q.1.⁊ diffuse in quoli.q.14. Et multa bona vide ibi.¶ Ibi.Ad scđm dico.Patet ista lr̄a:et clarius patebit.ī.ꝑñti.d.q.vltima.⁊ in.2.d.16.Et qđ dicit ꝙ q̄libet essentia creata inquātū talis essentia creata representat deum sub ratione vestigii.Difficultas esset de relationibus.Posset breuiter dici ꝙ nulla relatio est creata a deo cū in ad aliquid non sit motus.Posset secundo dici:ꝙ ⁊ si relatio non sit vestigium trinitatis quātū ad omnem assignationē:quia ſm istam assignationem que est vnitas:spēs ⁊ ordo:tñ posset dici vestigiū q̄ꝫtū ad istam assignationē:qđ ē vnū verū et bonū:et forte q̄ꝫtū ad aliq̄ aliaȝ assignationē positā a doc.Ratio vltima cum sua responsione clara est in littera.

Auerte hāc obiectionē de relationibus.

Dubitat᷑ in hoc qđ dr̄:ꝙ ꝑ vestigiū disticte iuestigat᷑ id cui⁹ ē imago.Tū:qꝛ vnū verū bonū ponitur imago respectu istorū approṗabiliū.s.sūmi bōi veri:⁊c. sȝ illa nō sr̄ appropriabilia nisi vt formalr̄ īfinita: sȝ talia a nobis nō pñt disticte ꝯcipi.Nō.n.via nālī possū disticte ꝯcipere bonitatē īfinitā:lȝ.n.possim ꝯcipe ꝙ aliq̄ bonitas ē formalr̄ īfinita:nō tñ illā possū distincte ꝯcipe ī se:ḡ. — 1.dubium.

¶ Tū:qꝛ si ꝑ vestigiū distincte possuȝ iuestigare id cui⁹ ē imago:qꝛ ē silr̄itudo illi⁹.ḡ per imaginē trinitatis q̄lis ē i nobis:possuȝ distincte ꝯcipere trinitatē cui⁹ est imago.ꝯñs ē falsuȝ: et ꝯ doc.in ṗmo.d.1.⁊ i q̄li.q.14.ꝯñā pȝ:qꝛ ex ħ distincte p̄t ꝯcipi pars:cui⁹ vestigiū ē imago ex ħ ꝙ est imago ei⁹:ita ꝙ eē imaginē ei⁹ est rō distincte iuestigādi:sic̄ in ꝓposito de imagine i nobis. — Secūdum

¶ Tū:qꝛ q̄ro a quo p̄t cāri disticta cognitio: puta boni īfiniti:nō a bono creato:qꝛ tūc ꝯtineret illud virtualr̄:vt pȝ a doc.in simili i ṗmo.d.ꝑñti.q.1.⁊.d.8.q.1.⁊ i.2 d.3.et in quoli.q.14.art.2.nec ēt pōt ab aliq̄ alia creatura cāri ꝓpter causaȝ dictā.s.qꝛ ꝯtineret illđ ꝟtualr̄:mō nulla creatura pōt virtualr̄ ꝯtinere bonū īfinitū vt pȝ. — Tertium.

¶ Tū:qꝛ vr̄ sibi ꝯdicere:ponēdo ꝙ per vestigiū distincte inuestigat᷑ illud cui⁹ est imago.s.ipa pars:et ꝙ totū tm̄ ꝯfuse iuestigat᷑ Si.n.disticte cognosco aliq̄ partē:puta pedē alicui⁹ hois: et distincte cognosco eē partē hois:statim seq̇tur ꝙ cognoscā distincte ipm̄ hoiem:ponēs.n.distincte drīam iter.a.et b.cognoscit vtrūq̄ distincte.aliter nō poneret distinctā differētiā inter illa:sȝ cognoscēs distincte.a.eē partē.b.ponit distinctā drīaȝ iter illa ꝯcipiēdo distincte partē nō eē totū cui⁹ est pars:nec eꝫ. — Quartū.

¶ Tū: etiā qꝛ bñ seq̇tur distincte.cognosco summū bonū eē approṗabile alicui ꝑsone diuine: puta pr̄i vel filio.ḡ distincte possum ꝯcipere illā ꝑsonā.ḡ ⁊ totā trinitatē:qꝛ ꝑsone sūt relatie. — Quintum.

¶ Tū.6.qꝛ statim seq̇t᷑ ꝙ possim nāliter distincte ꝯcipere aliq̄ ꝑsonā:qꝛ per vestigiū disticte inuestigat᷑ id cui⁹ est imago.s.pars:sed vna ꝑsona dr̄ pars.vt s̄ patuit:et approṗabile nō dr̄ pars nisi pro quāto est appropriabile alicui parti.s.alicui persone. — Sextum.

¶ Rñdeo premittēdo q̄ꝫdā declarationē.s.qñ doc. dicit ꝙ per vestigiū distincte inuestigat᷑ illud cui⁹ ē imago:nō intelligit ꝙ per cognitionē talis vestigij habeam⁹ distinctā notitiā illius partis i se:cognoscēdo eā distincte:sic̄ nec per imaginē trinitatis hēm⁹ distinctā noticiā illi⁹:sȝ sic intelligit᷑ ꝙ vestigiū ē nālis silr̄itudo partis:et nāliter suo mō repn̄tatiuū illius:et iō habita notitia vestigii inuestigat᷑ illud cui⁹ ē silr̄itudo:et ħ distincte:accipiēdo distincte ꝓ q̄ꝫto ponit᷑ silr̄itudo illi⁹ partis:lȝ pars cognoscat᷑ tm̄ ꝯfuse: sicut ꝑ vestigiū impressuȝ a pede hois cognosco ꝙ ē silr̄itudo pedis hois:et sic cognito illo possuȝ cognoscere illud cui⁹ ē silr̄itudo nālis: puta ꝙ est similitudo pedis:et totū dr̄ cognosci siue cōfuse inuestigari:ꝓ quāto tale vestigiū nō est nālis similitudo totius:immo nullo modo est similitudo totius. Et per hoc patet responsio ad instantias. — Rñsio.

¶ Ad primam dico:ꝙ per bonū creatū nō possū nāliter ꝯcipere bonū infinitū distincte ⁊ sub rōne ꝓpria illi⁹:sȝ dr̄ naturaliter iuestigari distincte:qꝛ ē nālis similitudo boni īfiniti:et sic ꝑ bonū finitū cognitū possuȝ naturaliter īuestigare ꝙ ē aliqđ bonū īfinitū: lȝ illđ nō possim distincte ī se cognoscere. — Ad ṗmū.

¶ Ad scđaȝ pȝ rñsio:qꝛ sicut per vestigiū inuestigat᷑ illđ cui⁹ est imago:ita — Ad secūdū.

per imaginē:cū vtrunq; sit similitudo:nō tñ ɔcipitur distincte in se. Et vltra sicut per vestigiū impssum a pede nō scirem illud eē vestigiū pedis:nisi p̄habita cognitione pedis: ita per imaginē trinitatis cognitā nō scirē ipsam eē imaginem nālem trinitatis:nisi prehabita cognitione trinitatis. Est tñ differētia:q2 per bonū finitū possum naturaliter inuestigare aliqđ eē summū bonū nō prius cognitū : q2 bonū participatū dz reduci ad bonū imparticipatū:sz per imaginem trinitatis naturaliter notā nō possum naturaliter inuestigare aliqđ ens eē trinū et vnū:et hꝫ ē:q2 aīa hꝫ suas potētias et operatiōes nō est ens participatū ab aliq̃ ente vt trino. Et iō vestigiū est magis naturalis similitudo partis ⁊c. q̃ aīa sm̄ potentias et operationes respectu trinitatis: immo q̃ ad multa deficit: vt.j.pz.q.vl.p̄sentis.d. ⁊ de hꝫ alꝭ

Ad.3. ¶ Ad tertiā pz rñsio:q2 nō ponitur bonū infinitū posse naturaliter cognosci i se et distincte per bonū finitū:sz q̧ p bonum finitū possuz inuestigare aliqđ eē bonū infinitū ⁊ q̃uo: et a quo cātur ista cognitio. Dico pariformiter vt dixi.s. p̄nti.d.q.1.q̃uo.s.de⁹ p̄t naturaliter cognosci in ɔceptu cōi

Ad.4. et ɔfuso. ¶ Ad quartū pz ex supradictis:q̧ nulla ē ɔ̃dictio: q2 nō pono partē distincte ɔcipi in se:sz pono q̧ per vestigiū distincte inuestigatur illa per se.i.q̧ vestigium est naturalis similitudo talis partis confuse etiam accepte: ⁊ nullo modo est similitudo illius totius cuius est talis pars: posito ēt q̧ pars cognoscatur distincte:non seq̄tur q̧ totuz distincte cognoscatur: vt pz intuēti. Si.n.distincte cognosco pedē ⁊ distincte scio pedē non eē totuz:propt̄ hꝫ nō sequit̄ q̧ distincte cognoscam totuz in se. Cognoscere.n.totum distincte est cognoscere illud secunduz omēs partes. Ex his que.s. dixi patet solutio ad alias instantias. ¶ Questio sexta.

Sexto q̄rit doctor. An in parte intellectiua proprie sūpta sit memoria proprie.i.habēs spēm intelligibilē priorē naturalit̄ actu itelligēdi. Pro declaratiōe tituli.q.p̄mitto aliq̃. Primuz q̧ memoria in proposito accipitur pro pricipio productiuo act⁹ intelligēdi: vt.s.patuit.d.2.parte scđa.⁊.j.patebit.d.6.⁊.7.⁊ talis memoria(vt dixi)includit intellectuz et p̄sentiā obiecti intelligibilis sub rōne intelligibilis:q̄ duo integrant vnum principiuz formale ꝓductiuuz act⁹ intelligēdi: vt.j.patebit q.7.et.8.p̄ntis.d.et ēt vltima.q. Scđm.obiectuz esse p̄sens intellectui p̄t dupliciter intelligi. Primo in se et in ꝓpa existētia:et sic ptinet ad memoriā vt est principiuz ꝓductiuuz notitie intuitiue eiusdē obiecti. Scđo vt non ē in se p̄sens: sed tātuz in aliquo repn̄tatiuo:et sic ptinet ad memoriā vt est principiuz ꝓductiuuz notitie abstractiue eiusdē obiecti sic repn̄tati. Tertio p̄mitto q̧ Doc.in p̄senti q̄ōne tātum loquitur de memoria vt ē principiuz ꝓductiuum notitie abstractiue:et q2 principiuz ꝓductiuuz alicui⁹ ē p̄us ip̄o ꝓducto vt pz:et obiectū in cognitiōe abstractiua vel repsentatiuum obiecti ptinet ad memoriā supradictā : seq̄tur q̧ tale representatiuū erit prius ipso actu intelligendi. Sed quia repsentatiuū obiecti p̄t multis modis accipi. restringit ḡ se doc.ad vnū tātū modū.an.s.respectu cognitiōis abstractiue alicui⁹ obiecti sit necesse p̄us ponere in intellectu possibili spēm intelligibilē repsentātē obiectū in rōne intelligibilis: q̄ spēs ptineat ad memoriā:vel sit ps memorie ꝓductiue cognitiōis abstractiue. Et sic titulus.q.debet intelligi.

Hen.q̄l.4. In ista.q. Hic recitat̄ opinio Hen̄.qui negat oē3 speciē intelligibilē nāliter p̄cedētē actū intel
q.7.8.⁊.21. ligēdi:et mod⁹ ponēdi Hen̄.pz in lr̄a. Vult eī Hen̄. q̧ in co
⁊.quolib.5. gnitiōe abstractiua obiectū sit tātū pn̄s in fantasmate for
q.14. maliter exn̄te in ṽtute fantastica:⁊ q̧ nō est necesse ponere
Hoc idem aliq̃ spē3 intelligibilē in intellectu possibili respectu cogni
Gotf.q̄l.q. tiōis abstractiue:sz sufficit fantasma:et hāc positionē pro
19.et quoli. bat auctoritatib⁹ et rōnib⁹:q̄ exponētur rn̄dendo ad illas.
13.q.3.

Cōtra istā opi.hic Doc.supponit vnū verū q̧ intellect⁹ pōt cognoscere vniuersale:et p ɔn̄s intellectus pōt hr̄e obm̄ pfecte p̄sens in rōne vl̄i. Nota q̧ Doc. tm̄ loquit̄ de vl̄i hꝫ ē de nā vt idifferēti ad sua singularia:⁊ vt p̄ori quolibet singulari:nō autē loquit̄ de vl̄i scđe intētionalr̄ capto:siue de nā vt accepta sub tali intētiōe : ptz q2 loquit̄ hic de vniuersali vt p̄cedit cognitionē sui:sm̄ vniuersale scđe intētionaliter captū nō pōt fundari in nā absoluta: sed tm̄ in nā vt cognita:vt Doc.inuit i suis vniuersalib⁹. Intēdit ergo loqui de vniuersali vt est nā indifferēs ad oia singularia ⁊ vt p̄or illis. Cū ḡ dicit i lr̄a. Intellect⁹ pōt hr̄e obiectū actu vniuersale pfecte sibi pn̄s i rōne obiecti p̄us naturaliter q̃ actu itelligat.i.q̧ p̄t hr̄e nām vt p̄orē quacūq; singularitate pn̄tē sibi in rōnē obiecti:supple intelligibilis: priorē nāliter q̃ actu itelligat illā:⁊ cū nō possit illā hr̄e pn̄tem nisi p aliqđ repsentatiuū nāe vt nāe.et tale repsentatiuum exn̄s in intellectu vocat spēm intelligibilē:q̄ iō dicit̄ species intelligibilis:quia est repesentatiua obiecti intelligibilis sub ratione qua est intelligibile ⁊ non sub ratione qua actu intelligitur. ¶ Ibi. An̄s assumptū vr̄ satis manifestū:q2 obiectū in rōne obiecti est p̄us aq̄liter actu:et per ɔn̄s vniuersalitas q̄ est ꝓpria ɔditio obiecti inq̃tū obiectū Ista vniuersalitas nō accipit̄ ꝓ aliq̃ secūda intētione: sz p aliq̃ ɔditiōe nāe indifferētis ad singularia et p̄cedētis illa ¶ Ibi. Cōsequētiā ꝓbo.s. q̧ in illo p̄ori intellect⁹ hꝫ obm̄ sibi p̄sens in spē intelligibili:et ꝓbat p̄mo ex pte vniuersalitatis obiecti.scđo ex pte pn̄tie : ex parte vl̄itatis obiecti arguit sex viis: ꝓbādo q̧ tale vl̄e vt p̄us actu intelligēdi nō possit eē pn̄s intellectui in rōne obiecti intelligibilis nisi p spēm intelligibilē cātā et ipressam intellectui possibili repsētātē tale vniuersale i rōe obiecti itelligibilis ¶ Ibi. Prio arguo sic. Hic ꝓbat p̄mo rōne sumpta ex pte fantasmatis repn̄tātis. Et rō stat in hꝫ. Vl̄e vt ē p̄us actu intelligēdi anteq̃ itelligat̄ opz eē pn̄s intellectui nō in se: vt pz ḡ in aliq̃ repsentatiuo:aut ḡ in fantasmate : aut in spē intelligibili: aliud dari nō p̄t:nō in fantasmate: vt ꝓbat.ergo in spē intelligibili.pz ɔn̄a a tota disiūctiua ad vnā ptē cū negatiōe alteri⁹:q̧ āt nō possit eē p̄sens i fantasmate:siue q̧ fantasma nō possit repn̄tare aliqđ vniuersale: siue aliqđ ens sub rōne vniuersalis ꝓbat doc. ¶ Sed ꝓ intelligētia ꝓbōnis Doc.suppono aliq̃. Prio q̧ repn̄tatiuū alicui⁹ in rōne obiecti itelligibilis ē duplex.s.oīno illimitatū vt eēntia diuina Aliud oīno limitatū vt repsentatiuū cātū. p̄mo mō eēntia diuina pp sui illimitationē pfectissime ē repsentatiua oīm intelligibiliū q̃tūcūq; diuersoꝝ: vt pz a Sco.d.2.et.37.et de tali nō intelligit̄. Secūdo suppono q̧ repn̄tare aliqđ pfecte:vel eē repn̄tatiuū alteri⁹ entis a seipo:est ipm̄ ens cōtinere emiēter aliud sm̄ totā entitatē illi⁹ : vt pz a Doc. d.3.secūdi.⁊ ex intētiōe ipius.d.2.p̄mi. Et sic nulla creatura q̃tūcūq; pfecta p̄t eē repn̄tatiua alteri⁹ nō ɔtēti virtualiter in ipa. Tertio suppono q̧ rō vniuersalis et rō singularis sunt rōnes oīno repn̄tabiles diuersa:sic q̧ nō pōt repiri aliqđ vnū repn̄tatiuū simpliciter limitatū pfecte repn̄tās vtrūq;:et q̧ singulare possit ēt hr̄e repn̄tatiuū in intellectu sub rōne singularitatis qđ dicat̄ spēs intelligibilis : de hoc patebit in.2.d.3.q.10.et.11.ɔparādo singulare ad intellectū ex nā pōe. ¶ Si fieret istātia q̧ eadē spēs intelligibilis p̄t eē repn̄tatiua min⁹ vniuersalis et magis vniuersalis puta albedinis et coloris:et doc.dubitatiue loquit̄.q.1. p̄ntis.d. ¶ Dico q̧ hoc sustinēdo nō est simile de repn̄tatiuo alicui⁹ sub rōe singlar̄ ⁊ sub rōe vniuersalis:⁊ de repn̄tatiuo alicui⁹ sub rōe min⁹ vl̄is et sub rōne magis vniuersalis:q2 in p̄mo mō intelligūtur repsentabilia simpliciter diuersaꝝ rōnū:non sic intelligēdo q̧ hec albedo et albedo in cōi sint diuersarū rōnū:cū vna sit de q̃didate alteri⁹: sz sic q̧ rō vniuersalitatis et rō singularitatis sunt diuerse rōnes. Sed secūdo mō min⁹ vniuersale et magis vniuersale non sunt repn̄tabilia vt oīno diuersarū rōnū cū vtrūq; sit repn̄tabilis sub rōne vniuersalis. Istis suppositis pz rō Sco.q̧ cū fantasma sit repn̄tatiuū simpliciter limitatū:et est p̄mo repn̄tatiuū nāe singlaris sub ɔditionib⁹ et circūstātiis singularib⁹ et mālib⁹:sequit̄ q̧ idē fantasma manēs simpliciter idē non p̄t repn̄tare nām in rōne obiecti intelligibilis sub rōne simpliciter absoluta et vniuersali. Nota tñ ꝓpter illa q̄ dixi i secūdo supposito:q̧ repn̄tatiuū est duplex.s.formale et virtuale. Primū est spēs intelligibilis respectu obiecti itelligibilis. Secundū est ɔtinēs ṽtualiter vel eminēter entitatē alicui⁹ obiecti intelligibilis: vt docet Doc. in quolibetis.q.14. Secūdū ergo suppositū dz intelligi de representatiuo virtuali et nō formali. Posset ēt addi tertiū repn̄tatiuū qđ dr̄ repn̄tatiuū eēntiale:et sic obiectū inferi⁹ est repn̄tatiuū eēntialiter obiecti supioris:ex hꝫ q̧ ɔtinet tale supi⁹ eēntialr̄:et p ɔn̄s nō tm̄ pōt eē rō formalis:licet remota ꝓducēdi spēm intelligibilē sui:sed ēt pōt eē rō formalis remota tñ ꝓducēdi spēm intelligibilē oīm supiorū: vt.s. exposui. Doc.aūt in p̄nti.q.loquit̄ tm̄ de repn̄tatiuo formali:qđ est vel spēs intelligibilis vel fantasma:et ꝓbat q̧ non fantasma. ¶ Ibi.rn̄det̄ q̧ spēs eadē. Hic ponit̄ rn̄sio Hen̄. ad argumētū doc.et dicit q̧ lz eadē spēs:siue idē fantasma nō possit repn̄tare idē sub diuersis rōnib⁹:tñ sub alio ⁊ alio

Right margin notes (beside the lines they are printed next to): "Instantia" (beside "lectū ex nā pōe. ¶ Si fieret istātia…"); "Respondeo" (beside "p̄ntis.d. ¶ Dico q̧ hoc sustinēdo…"); "Repsentatiuū formale ṽtuale et eēntiale" (beside "male et virtuale. Primū est spēs…").

lumie p̄t repn̄tare:q2 in lumie ꝟtutis fantastice tm̄ repn̄tat sub rōne singularis:ſ3 in lumie intellectus agētis repn̄tat sub rōne vniuersalis. ¶ Ibi. Cōtra. Hic doc. arguit ꝯ rn̄sionem Hen̄. Et pro intelligētia huiꝰ rn̄siōis nota. Dicimus eni ꝙ aliqd p̄t cōpetere alicui:puta.a. rōne posterioris et aliquid rōne ipsiꝰ.a. Exemplū p̄mi. Frācisco ꝯpetit eē simi lem:puta Joāni albo rōne albedinis sibi inherētis: et ꝯpetit sibi eē similē Joāni eēntialiter rōne nāe exn̄tis in vtroq3 Primo mō cōpetit sibi tātū ꝑ accn̄s. Scd̄o mō per se:q2 rōne nāe q̄ est de eēntia Frācisci. Hoc idē dico de repn̄tatiuo ꝙ cōpetit alicui eē repn̄tatiuū ex sua rōne formali ꝛ p̄ori: vel ex aliq̊ posteriori:et per accn̄s. Exemplū p̄mi. spēs sensibilis albedinis ex sua rōne formali ē repſentatiua albedinis. Exemplū secūdi. pō sensitiua vel organū hn̄s in se talē spēm sensibilē p̄t dici repn̄tatiuū albedinis:et hoc per accidēs:q2 nō rōne talis pōe:sed rōne illiꝰ spēi sibi accn̄taliter inherētis. Dicit ergo doc. ꝙ hic q̄ritur de repſentatiuo ex sua rōne formali:siue de repſentatiuo in se:et illd̄ ē in se simpliciter tale:nec fit tale ꝑ aliquid posterius:nec variat̄ per quodcūq3 posteriꝰ quo ad suā rōnem formalem repſentādi: nec similiter per qd̄cūq3 extrinsecū:l3 forte per aliqd̄ extrinsecū possit magis vel minꝰ disponi ad ꝑfectius vel imꝑfectius repſentādi. erit tn̄ semꝑ ex sua rōne formali tm̄ repn̄tatiuū alicuiꝰ sub eadē rōne:ꝛ nō sub diuersis oino rōnibꝰ. cū g̊ fantasma ex sua rōne formali sit tm̄ repſentatiuū alicuiꝰ sub rōne singularis:per nullū posterius sibi adueniēs: per aliquod extrinsecu3 poterit eē representatiuū alicuius sub rōne vl'is. ergo falsu3 est dicere:ꝙ idē fantasma i lumine intellectꝰ agētis est repſentatiuū vl'is et i lumie ꝟtutis fantastice sit repſentatiuū singularis:et hoc est quod dicit doc:et p3 lr̄a doc. vsq3 ibi. Si rn̄deat. ¶ Hic ponit̄ vna rn̄sio Hen̄. qui dicit:ꝙ nō ē incōueniēs idē sub eadē rōne formali eē repſentatiuū diuersorū:et ꝓbat per simile: q2 idē ſm̄ eandē qualitatē pōt eē simile diuersis. Sicut vnū albū ſm̄ eandē albedinem est simile diuersis albis. Dicit doc.

Henri.

Responsio ad Henri.

ꝙ hoc nihil est ad ꝓpositū:et rn̄sio Doc. stat i hoc. L3 eadē qualitas:puta eadē albedo possit eē similis decē albis:ita ꝙ in eadē albedine sint decē sil'itudines t̄minate ad decē albas:est tn̄ ipossibile ꝙ eadē albedo vna sil'itudine sit similis duabꝰ albis:q2 tūc eadē sil'itudo per se depēderet a duobꝰ terminis totalibꝰ. Sic dico i ꝓposito. vbi ē ordo eēntialis: siue depēdētia eēntialis vniꝰ ad aliud est impossibile vnū depēdere a duobꝰ in eodē genere. nā spēs repn̄tatiua eēntialiter depēdet ab ip̄o repn̄tato:q2 repn̄tatiuū imitat̄ suū repſentatū sicut imꝑfectū suū ꝑfectū:et semꝑ loquor de representatiuo:qd̄ ex sua nā est posteriꝰ repn̄tato ꝛ i eēndo ꝛ in ꝑfectiōe:q2 eēntia diuina est perfectissima rō repn̄tandi quodcūq3 itelligibile:tn̄ ipsa est simpl'r p̄or i eēndo ꝛ i perfectiōe. Si ergo fantasma per te repn̄taret aliquid sub rōne singularis et aliqd sub rōne vl'is:tūc idē depēderet a duobus total'r:q2 vt repn̄tat singulare ip̄m imitat̄ vt posterius suū p̄us:et sic idē simpliciter depēderet a duobꝰ in eodē genere:qd̄ est ipossibile. P3 ergo ꝙ nō est simile de albedine hn̄te p̄res sil'itudines. ¶ Secūdo p̄ncipal'r ex eadē via arguit doc. ꝓbādo ꝙ fantasma nō possit eē repn̄tatiuū alicuius obiecti itelligibilis sub rōne vl'is:et ꝓbat sic. Q2 repn̄tatiuū qd̄ ſ3 totā ꝟtutē suā repn̄tat obm̄ aliqd̄ sub vna rōne nō p̄t simul repn̄tare idē vel aliud̄ sub alia rōne obiecti:ſ3 fantasma i eodē istanti i quo itelligit̄ vl'e ſm̄ tota3 virtutē suā repn̄tat obm̄ vt singulare virtuti fantastice: q2 tūc ē actualis imaginatio illiꝰ obiecti i singulari. ergo. Maior p3. Tū q2 repn̄tatiuū formale in repn̄tādo depēdet a repn̄tato:q2 sub eadē rōne formali repn̄tat quo cātur: sed ide3 nō pōt in eodē istāti depēdere a duabꝰ rōnibꝰ formalibꝰ oppositis:vt p3:nec ēt ꝓ alio istāti. Tū q2 repn̄tatiuū repn̄tās aliqd ſm̄ totā virtutē suā alicui potētie vt ibi exn̄s:in eodē istāti nō pōt repn̄tare illud ꝑfecte alteri potētie cui nō existit:vt p3 de spē sensibili exn̄te i organo pōe visiue: q̄ nō repn̄tat idē in eodē instāti ſm̄ totā virtutē ꝟtuti fantastice:imo nec i alio istāti: cū in virtute fantastica sit ꝓpriū repn̄tatiuum. ergo nō a fortiori poterit repn̄tare diuersa sub diuersis rōnibꝰ:siue idē sub oppositis rōnibꝰ. Tū: q2 sicut virtꝰ limitata in agēdo in eodē instāti nō pōt h̄re duos effectꝰ ꝑfectos p̄ncipue diuersarū rōnū. ergo nec virtꝰ limitata in repn̄tādo in eodē instāti poterit repn̄tare idē sub diuersis rationibus:ꝛ maxime diuersis potentijs: vt supra dixi:et sic patet ista maior.

Obiectio

relõ eẽt rõ formalis gñandi ⁊ spirãdi: seq̄ret q̄ vtraq; ꝓductio esset nãlis: ⁊ ꝑ modũ nãe: ꝓbat: q2 oẽs ꝓductiões que dñr ꝑ modũ nãe sunt a pncipio forali ꝓductiuo ꝑ modũ nãe: ⁊ oẽs ꝓductiões q̄ denoiant libere sunt a pncipio formali ꝓductiuo ꝑ modũ volũtatis. Sed nulla relõ põt esse rõ formalis ꝓducẽdi aliq̃d libere: p3 q2 sola volũtas est rõ formalis sic ꝓducẽdi. Et vltra si pñitas in pre est rõ formalis ꝓducẽdi filiũ ꝑ modũ nãe: g̃ ⁊ spiratio actiua in patre ⁊ filio erit rõ formalis ꝓducẽdi spm̃ sctm̃ ꝑ modũ nãe: ꝓbat ꝯña: q2 ois relõ eq̄ nãlit respicit suũ correlatiuũ: si g̃ vna respicit suũ correlatiuũ ꝑ modũ nãe: ⁊ reliq̃ silr. ¶ Secũdo. Si pñitas est rõ formalis gignẽdi (cũ pñitas ⁊ gñatio actiua sint penit⁹ idẽ l3 noie differãt: vt. j. patebit. d. 28. q. vltima. ⁊ in q̄li. q. 4.) seq̄tur q̄ idẽ erit pncipiũ suiipsius: q2 si pñitas ẽ pncipiũ gñatiõis ⁊ gñatio ẽ penit⁹ idẽ q̄ pñitas. g̃ idẽ erit pncipiũ sui. ¶ Tertio. Q2 tũc pñitas eẽt simplr ꝑfectior filiatiõe: ꝓbat ꝯñtia duplr. Primo q2 illud quo ꝓducẽs ꝓducit: si nõ est eiusdẽ rõis cũ forma ꝓducti: cõtinet eã ṽtualr: ⁊ est ꝑfecti⁹ ea: p3 q2 tota ꝑfectio agẽtis ꝑ sumit a rõne formali agẽdi: vt s̃. exposui. d. 1. q. 2. Cu g̃ pñitas sit alteri⁹ rõnis a filiatiõe: ⁊ est rõ formalis ꝓducẽdi filiũ: q̄ dr fili⁹ ꝑ filiationẽ: g̃ simplr erit ꝑfectior filiatiõe. Secũdo q̄d est rõ formalis alicui agẽdi dicit ꝑfectionẽ in illo: s3 pñitas ꝑ te est rõ formalis gñerãdi filiũ. g̃ erit aliq̄ ꝑfectio in patre: filiatio aũt nõ est ipsi filio rõ formalis agẽdi: nec ad intra: nec ad ex̄. g̃ pñitas erit ꝑfectior filiatiõe: hoc aũt est manifeste falsum: q2 tũc ꝑsone nõ essent eq̄les i ꝑfectiõe. ¶ Partẽ affirmatiuã solõnis ꝓbo. Hic Doc. intẽdit ꝓbare q̄ rõ formalis gñandi i patre est simplr aliq̄d absolutũ. pmo sic. Q̄d est ꝑfectiõis in pncipio ꝓductiuo nõ tollit ab illo rõnẽ pncipii ꝓductiui: s3 cõicare se i idẽtitate numerali ⁊ adeq̄ta cõicatione sibi ponit ꝑfectionẽ in pncipio ꝓductiuo. g̃ hoc ñ tollit ab aliq̄ rõnẽ pncipii ꝓductiui. Ista rõ Doc. est satis euidẽs. Illi eni q̄ dicũt pñitatẽ esse rõnẽ formalẽ generãdi: ex hoc dicũt q2 vr ipossibile q̄ idẽ nũero sit rõ formalis gñandi ⁊ ꝑ gñationẽ sit cõicatũ ꝓducto: q2 inter rõnẽ formalẽ gñandi ⁊ rẽ cõicatã ꝑ talẽ gñationẽ: ꝓducto: vr aliq̄ distinctio. Cũ g̃ essentia dĩna eadẽ nũero q̄ ẽ est in patre sit ꝑ gñationẽ cõicata filio: nõ vr posse q̄ in pre sit rõ formalis gñandi siue cõicãdi seipã filio: vr. eni q̄ cõicari alicui in idẽtitate nũerali auferat ipsi cõicato rõnẽ pncipii ꝓductiui. Doc. g̃ intẽdit pncipalr ꝓbare q̄ cõicare se in idẽtitate nũerali nõ auferat ab eo rõnẽ pncipii ꝓductiui. Et hoc ꝓbat ibi. S3 si de⁹ ꝑ ipossibile gñaret aliũ deũ: ⁊ ille ali⁹ tertiũ: deitas poneret pncipiũ ꝓductiuũ alteri⁹ et nõ relatio: ⁊ tũc deitas nõ cõicaret se in idẽtitate nũerali: nec cõicaret se cõicatiõe adequata sibi in rõne pncipii productiui: q2 deitas posset esse principiũ alteri⁹ cõicatiõis: puta facte ꝑ impossibile a scdo deo. g̃ cũ mõ deitas cõicet in identitate numerali ⁊ cõicatiõe adeq̄ta sibi: ita q̄ deitate nõ põt esse alia cõicatio numero eiusdẽ rõnis cũ ista: sequitur q̄ multo magis mõ ponet absolutũ esse pncipiũ ꝓductiuũ q̄3 tũc poneret. ¶ Et breuit ꝓ clarior intelligentia premitto aliqua. Primum q̄ ide3 numero possit esse in pluribus suppositis: ita q̄ in vno sit ex semetipso: et in alio sit per aliquam productionem: sicut nunc de facto essentia diuina ex semetipsa est in patre: vt. j. patebit. di. 28. q. vltima et eadem per generationem est in filio: et per spirationem in spiritu sancto. Secundum quando aliqua sunt eiusdem rationis si vnum sit principium formale agendi et reliquũ. hoc patet quia ratio formalis agendi consequitur entitatem quiditatiuam: vt s̃. exposui. d. 1. q. 2. ⁊ d. 3. q. 6. Tertiu3 naturam simpliciter eandem numero posse diuersis suppositis communicari est pefectionis omnino illimitate: vt s̃. notaui. di. 2. parte. 2. que. 3. Si enim commũicare plurib⁹ idem specie est maioris perfectionis q̄3 communicare ide3 genere. ergo communicare pluribus suppositis in perfectissima identitate que est identitas numeralis: hoc erit tantum infinite perfectionis: vt. j. patebit. di. 28. si ergo idem specie communicare pluribus non aufert ab eo quod communicatur quin sit principium formale productionis per quam cõmunicat: a fortiori si aliquid eiusdẽ spẽi communicatur in identitate numerali non aufert ab eo quin illud quod cõicatur in tali idẽtitate sit pncipiũ formale alicuius productionis per quã cõmunicat: cum hic mod⁹ sit perfectissimus: ⁊ sic p3 littera doc. Et exemplũ positum ibi de calore in igne satis clarum est. Si ergo deus gñaret alium deum ratio formalis generandi esset deitas: a fortiori q̄ñ pater gñat filium cõmunicando sibi eandem deitatẽ rõ formalis gñandi filiũ ꝑ quã gñationẽ cõicat filio eadẽ deitas erit deitas ipsa: supple rõ formalis gñandi ¶ Ibi. Secũdo ꝓbo idẽ sic. Ista rõ stat i aliq̄b⁹ dictis. Primũ q̄ termin⁹ formalis gñationis est simplr perfectior oi eo q̄d per talẽ gñationẽ hr: vt. s̃. patuit a doc. d. 5. q. 2. et vide ibi expositionẽ quã feci. Scdm: q̄ essentia diuia est termin⁹ formalis gñatiõis diuie: vt. s̃. ꝓbatũ est. d. 5. q. 2. Tertiũ: q̄ tota perfectio ꝓducentis sumit simplr a rõne formali ꝓducẽdi vt. s̃. patuit: cũ g̃ in pre nichil sit ꝑfectius essentia diuia: et ipsa eadẽ in filio est terminus formalis gñationis: g̃ in pre erit simpliciter rõ formalis gñatiõis: p3 q2 aliter nõ põt poni. Si em̃ paternitas ponit: statum seq̄tur q̄ rõ formalis generandi sit imꝑfectior termino formali: q̄d est impossibile. ¶ Huic rõni instat: q̄ ꝯña tm̃ valet in gñatione vniuoca. s. ista ꝯña: aliq̄d absolutũ est termin⁹ formalis gñatõis: g̃ aliquid absolutũ ẽ rõ formalis gñatiõis: dr q̄ h̄ ꝯña valet tm̃ in gñatiõe vniuoca: s3 gñatio i diuinis est tm̃ equoca: ⁊ q̄ sit equoca ꝓbat trib⁹ viis. Prima sumit ex ꝑte ꝑsonaꝝ. Secũda ex ꝑte ꝓductionum. Tertia ex ꝑte drĩe specifice. ¶ Ex pma via arguit sic pmo. Paẽnitas ⁊ filiatio drñt specie: g̃ ꝑsone ꝯstitute ꝑ eas drñt specie: añs ꝓbat: q2 drñt se3 q̄ditates: ⁊ talis est drĩa specifica. Tũ q2 paternitas ⁊ filiatio sunt puri act⁹: drĩa aũt act⁹ et forme est specifica: ꝯña ꝓbatur. s. q̄ pr ⁊ fili⁹ drant specie. Tũ q2 nõ maior distinctio est in principiis q̄3 in pncipiatis. Tũ q2 eadẽ est drĩa formalium cõstituentiũ ⁊ cõstitutoꝝ. Tũ q2 eadem est drĩa eoꝝ se3 q̄ precise aliqua drñt ⁊ ipsoꝝ differẽtiũ. Tũ q2 rlones sunt idem essentie diuine sicut ꝑsone: igit ꝓpter istud nõ negabitur drĩa specifica ꝑsonaꝝ sicut nec rlonũ. ¶ Ex secũda via arguit sic: ꝓductiões drñt specie/ g̃ ⁊ ꝓducta: añs p3: q2 i diuinis nõ est ꝓductio nisi vnica eiusdẽ rõnis: ꝯña ꝓbat. Tũ q2 aliter nõ esset ꝓportio ꝓductionũ ad ꝓducta. Tũ q2 ꝓductiones sunt eiusdem rõnis cũ productis. Tũ q2 potẽtie alteri⁹ rõnis req̄runt obiecta alteri⁹ rõnis: g̃ si producerẽt sua obiecta producerent ea alteri⁹ rõnis: g̃ sicut intellect⁹ et voluntas ꝑsupponũt bonũ et verũ formaliter distincta: ita producerent terminos formaliter distinctos vel erunt q̄bus termini sic distincti producũtur. ¶ Ex tertia via arguit sic: quod est ꝑfectius est simpliciter ponendum in diuinis: sed differẽtia specifica cũ sit de ꝑfectione vniuersi est ꝑfectior drĩa numerali. g̃. ¶ Ad ista dicit doc. pmo q̄ siue gñatio ponat equoca siue vniuoca rõ non infringitur: q2 in equoca gñatione: o3 pncipiũ productiuũ esse ꝑfectius termino formali. ¶ Secundo dicit q̄ falsum est dicere generaationem diuinam esse equiuocam. Dicit eni doc. q̄ generatio in diuinis est simpliciter vniuoca nõ equoca: aut denominat talis a termino formali generationis. aut a formali proprio ipsi supposito producto. i. aut denoiatur talis a nã in supposito producto q̄ est termin⁹ formalis: aut a ratiõe suppositali ꝯstituẽ suppositũ i eẽ simplr icõicabili. Si a nã: cũ eadẽ sit i pre ⁊ filio: g̃ gñatio diuia erit vniuoca. Si a rõne suppositali: nulla gñatio erit vniuoca: q2 nullũ genitũ in sua fora idiuiduali assimilat gignẽti. ¶ Hoc etiã arguit alio mõ: q2 gñatio ct est distictia ⁊ assimilatia: ꝑfectior aũt rõ i ea ẽ q̄ sit assimilatia q̄3 sit distictia. Hec rõ p3 i lra. ⁊. s̃. exposita est pñti. d. rñdẽdo ad argumẽta facta ꝯ opi. sancti Tho. Si eni diceret talis vel talis inquãtũ est distinctiua quelibet esset equiuoca: q2 q̄libet distinguit: ⁊ patet littera

Ad argumenta igitur i oppositũ. Hic doc. rñdet ad argumẽta facta pro opi. tenẽtiũ gñationẽ diuinã eẽ equocã. ¶ Ad pmũ ex pma via premittit aliq̄. Primũ q̄ i diuis nõ ẽ prope nec gen⁹: nec spẽs: nec drĩa specifica: vt. j. patebit. d. 8. q. 2. põt tñ poni ibi drĩa q̄si specifica: s3 nõ vere specifica: sicut dicimus q̄ paẽnitas magis differt a filiatione q̄3 a paternitate. Scdm: q̄ aliq̄ dñr magis distigui q2 media min⁹ ꝯueniũt i aliq̄ gñe: et sic hõ et albedo magis distinguũtur q̄3 hõ ⁊ asin⁹ vel frãciscus et Ioãnes: q2 hõ ⁊ albedo i nullo gñe ꝯueniũt. Aliqua ꝓo dñr magis distingui ꝓꝑ maiorẽ repugñtiã vel incõpossibilitatem: et sic homo et asinus magis distinguuntur q̄3 homo et albedo: quia magis repugnant in eodem. Sed hoc modo non est proprie dictum aliqua magis distingui: proprie enim illa dicutur magis distingui que minus in aliquo genere conueniunt: et ita distineta genere generalissimo plus distinguũtur q̄3 contraria que sunt eiusdem generis: licet contraria magis repugnent. Tertium est: q̄ vlr q̄3ta est distinctio idest repugnantia constituentium tãta est et constitutorum: quia si albedo et nigredo sunt incompossibilia et constituta per ea sunt incompossibilia: et ita est in

Pro pte affirmatiua

Aliqua pñt dici magis distigui duplicter.

ꝓposito:quāta enī est incōpossibilitas paťnitatis ⁊ filiationis tāta est pr̄is ⁊ filii:ita ꝙ sicut pr̄nitas nō est filiatio:ita nec pr̄ ē fili⁹. Quartū loq̄ndo de distictiōe ꝓprie dicta dico ꝙ ꝯstituta min⁹ distiguūť q̄ȝ ꝯstituētia qꝛ ꝯstituētia min⁹ ꝯueniūt i gn̄e ⁊ ꝯstituta magꝭ ꝯueniūt:pȝ qꝛ rōale ⁊ irrationale nō ꝯueniūt q̇ditatiue in gn̄e:⁊ tn̄ sp̄es ꝯstitute q̇ditatiue cōueniūt:sic ē in ꝓposito ꝙ q̄ȝuis pr̄nitas ⁊ filiatio nō ꝯueniāt q̇ditatiue i aliq̄ nā:tn̄ pr̄ et fili⁹ q̇ditatiue ꝯueniūt i deo:et sic pr̄nitas et filiatio magis distinguūť.i. min⁹ ꝯueniūt q̄ȝ pr̄ et fili⁹. Et ex his pȝ rn̄sio ad rōnes factas ꝑ p̄ma via. ¶ Ibi. Sed adhuc pōdero argumētū. Hic doc. intēdit probare ꝙ tāta dr̄ia sit iter ꝑsonas quāta iter relatiōes cōstituētes:qꝛ ille relatiōes sūt subsistētes:⁊ subsistētes sūt ꝑsone dine.ꝗ. ¶ Scd̄o:ꝑsone dine aliq̄ dr̄ia formali differūt et nō nisi dr̄ia illa q̄ ē relationū:qꝛ nullā aliā habēt: ⁊ ista q̄ est relationū ē specifica:ꝗ. ¶ Ibi. Ad ista rn̄deo. Doc. ad has duas rōnes rn̄det. Ad p̄mā dicit:ꝙ lȝ relationes sint subsistētes ⁊ ꝑsone ꝑ illas subsistāt:vltra tn̄ illas relatiōes includūt nām in q̄ subsistūt:⁊ iō rōne nāe magis ꝯueniunt ¶ Ad scd̄am:dicit ꝙ nō seq̇tur:istis p̄cise ꝑsone distiguūť:ꝗ distinguūť sp̄ē:nō seq̇tur:qꝛ si tn̄ includerēt relatiōes bene seq̄reť:sȝ vltra illas includūt nām in q̄ ꝯueniūt:⁊ pȝ in instātia:qꝛ Fran. ⁊ Jo. p̄cise distinguūtur ꝑ aliā et aliā hecheitatē:sȝ ille hechcitates sunt p̄rio diuersa.s. in nullo q̇ditatiue ꝯueniētia:ꝗ Fran. ⁊ Jo. sunt p̄mo diuersa. nō seq̇tur:qꝛ Frā. ⁊ Jo. vltra hecheitates includūt nām in q̄ cōueniūt q̇ditatiue:sic in ꝓposito. ¶ Ad scd̄aȝ viā de productionibus. doc. rn̄det ad rōnē factā pro scd̄a via ⁊ negat ꝯn̄tiā nō ei seq̇tur:ꝓductiōes distinguūtur sp̄ē:ꝗ ⁊ producta:pōt enī eadē nā ex sua maxima ꝑfectiōe in se hēre p̄ncipia cōicatiua alteri⁹ et alteri⁹ rōnis:puta intellectū et volūtatē:et ita propter distinctionē p̄ncipioꝝ formaliū pn̄t esse ꝓductiones alteri⁹ rōnis:et tn̄ ꝓducta erunt vni⁹ rōnis ꝓpter vnitatē termini formalis.s. nāe q̄ cōicať. Et cū ꝓbať ꝯn̄a p̄ma ꝑ proportionē. Dicit doc. ꝙ ꝓportio illa productionis ad terminū formalē est:ꝙ ꝑ ipsaȝ cōicať termin⁹ formalis. Sȝ nō req̄riť talis proportio ꝙ ꝓductio sit vni⁹ rōnis si termin⁹ formalis sit vni⁹ rōnis:qꝛ ꝓductiōes pn̄t distingui ꝑ rōnes suas formales aliter q̄ȝ ex terminis formalib⁹: vt .ī. patebit. d.13. Exemplū hui⁹ est:qꝛ q̄nq̄ȝ forma eadē pōt acq̇ri mutationib⁹ alteri⁹ rōnis:vt apparet.3.phisi.t.c.21.et hoc.s̄.declaratum est.d.2.parte.2. ¶ Cum probatur illa consequentia secunda per hoc ꝙ productiones sunt eiusdē rationis cum productis. Dicit doc. ꝙ sunt eiusdem rōnis q̄ȝtum ad hoc:qꝛ sicut productiones sunt relationes:ita producta sunt relatiua:et hoc tenendo ꝑsonas constitui per relationes. Si vero teneatur ꝙ persone sint constitute per absoluta:simpliciter negatur ista ꝓpō:productiones sunt eiusdē rōnis cū productis. ¶ Cū arguiť tertio. de potentiarum:distinctione.s̄.rn̄sum est.d.2.parte.2.q.4. siue vltima illius partis. ¶ De tertia via.s. de perfectione differētie specifice: pȝ littera:quia in creaturis dr̄ia specifica nō dicit perfectionem simpliciter:immo limitatam:sed dicit ꝑfectionem supplentē iperfectionē:vt pȝ in lr̄a. Et sic pȝ rn̄sio ad oēs obiectiones pro gn̄atione equiuoca in diuinis.

Aduerte tn̄ ꝙ Ocham in primo.d.7.q.1.rn̄det ad argumenta doct. Primo ad illa quibus probat ꝙ relatio non est ratio formalis producendi:et secūdo ad illa quibus probat ꝙ absolutum in pr̄e est ratio formalis gn̄andi. Ad p̄mū ꝗ prime vie dicit: ꝙ sp̄us sctūs eque nāliter et eque necessario producitur sicut filius:nec ꝓpter hoc dicitur spirit⁹ sctūs produci magis ꝑ modū volūtatis q̄ȝ filius. ¶ Sed ista rn̄sio videtur esse ꝯ doc. qꝛ sp̄us sctūs vt inquit Augu. procedit a patre et filio non q̄uo nat⁹ sed q̄uo datus. Ubi vult ipse Augu. ꝙ spiritus sanctus producatur per modum voluntatis:⁊ ꝙ talis productio sit libera:sed de hoc magis patebit infra.d.10. Et forte Ocham hoc habet dicere:quia ipse exp̄sse tȝ ꝙ intellect⁹ ⁊ voluntas etiā in creaturis nullo mō dn̄t adinuicem:sed hoc pertractare non est presentis speculationis:hoc enim pertinet ad secundum librum.d.16. vbi q̄ritur an potentie aīe differāt ab ipsa aīa et a seinuicē. ¶ Ad secūdū argumētū dicit ꝙ illa generatio nō est totaliter relatio in patre ad filiū: sicut nec creatio est aliqua relatio dei ad creaturam:sed illa relatio diceret p̄ncipaliter paternitatem et patrē cōnotando ipsum filium:sicut creare dicit principaliter ipsum deuȝ connotando creaturam:cuius esse sequitur ad esse dei. ¶ Dico primo.ꝙ non est simile de creatione et generatione:quia impossibile est deum referri relatione reali ad creaturā. vt pȝ a doc.ī.d.30. in diuinis aūt gn̄ans relatione reali refertur ad genitū. Dico scd̄o:ꝙ posito ꝙ de⁹ possit referri relatione reali ad creaturā qua formaľr diceret creās illa relatio esset de necessitate elicita a p̄ncipio formali creandi. Sic in ꝓposito:cū semꝑ gn̄ans vniuoce ꝑ gn̄ationem actiuā formaľr in ipso existentem attingat ipȝ genitū:et sit via in genitū ⁊ termineť ad ipsum:non poterit poni rō formalis gn̄atiōis:sȝ aliq̇d aliđ erit rō formalis: aliter ideȝ esset principiū sui. ¶ Ad tertiū dicit Ochā ꝙ hoc argumtū doc. min⁹ valet:⁊ tota rn̄sio Ochā stat i hoc ꝙ i diuinis nō pt̄ dici ꝑfecti⁹ ⁊ imꝑfecti⁹ nec vna relatio ꝑfectior alia ꝓpter realē idēptitatē cū deo. ¶ Sed hec rn̄sio nō multū valet: qꝛ et si oīa i dinis sint vna res:⁊ ꝑ ꝯn̄s nihil sit ꝑfecti⁹ alio realiter:multa tn̄ in diuinis ex sua rōne formali dicūt ꝑfectionē simpľr ⁊ formaliter distinctā ab alia ꝑfectiōe:vt .ī. patebit d.8.q.3. vbi ꝓbať ꝙ attributa i diuinis differūt formaliť: et tn̄ q̄dlȝ dicit ꝑfectionē simpľr:vt ibi patebit. Et aliqua sunt q̄ ex sua rōne formali nō dicūt aliquā ꝑfectionē nec iperfectionē vt relationes in diuis. Dico vltra: ꝙ si per ipossibile poneretur ꝙ lapis esset ratio formalis ꝓducendi homineȝ esset tante ꝑfectiōis q̄ȝte est hō: lȝ ꝗ paťnitas ex sua rōne formali nō dicat ꝑfectionē neq̄ȝ iperfectionē : si tn̄ poneret rō formalis producēdi filium:de necessitate esset tante ꝑfectionis q̄ȝte terminus formalis cōicatus per talē ꝓductionē. Et sic pȝ ꝙ rn̄sio Ochā nō infrigit rōnē doc. ¶ Ad aliđ diciť scd̄a via quo ꝓbat doc. ꝙ rō formalis gn̄andi est aliquod absolutum. Dicit Ochā:ꝙ si vn⁹ deus generaret aliū deū:tūc deitas esset ratio generandi:qꝛ nulla foret relatio talis que posset esse ratio generandi:si tamē eēt ibi relatio eadem realiter cum essentia posset concedi ꝙ tam essentia q̄ȝ relatio foret ratio generandi. ¶ Sed hec rn̄sio nō euacuat rōnē doc. vt pȝ ex.s̄.declaratis in illa rōne: nec oportet hic aliter insistere. Et sic patet quomodo responsiones Ocham parum valent contra rationes doc.

Ochā i p̄rio d.7.q.1.

Responsio Ochā nō satisfacit

Idem O.ham

Eiiciť eius responsio

Idem Ocham

Nō satisfacit responsio Ocham.

Idem Ocham

Ei⁹ rn̄sio euacuat.

Ad formā autem.q. qua q̄riť de potentia generandi an sit aliquid absolutū. ¶ Hic doc. duo dicit. Primū ꝙ potētia generādi loquēdo de fundamēto proximo relationis est quid absolutū:et hoc probatū est.s̄. per duas rōnes. Et quid sit illud absolutuȝ.s̄. declarauit.d.2. ꝑte.2.q.3. ꝙ est memoria fecunda pr̄is q̄ memoria duo includit.s. intellectū et essentiā diuinā vt ꝑfecte presentē in rōne obiecti intelligibilis:hoc idē exp̄sse declarat in.2.d.1.q.1. et in quoli.q.2. Scd̄m est ꝙ potentia gn̄andi notat actum vt egredientē ab eodē supposito cui attribuiť potētia:⁊ dr̄ per hoc notare talē actū: qꝛ pō construitur cū gerūdiuo cū dico potētia gn̄andi:hoc dicit doc. ꝙ lȝ in filio sit simpľr eadem memoria q̄ et in pr̄e:i filio tn̄ nulla est pō gn̄andi:qꝛ si filius haberet memoriā fecundā vt potentiam generandi: tūc posset gn̄are:in solo ꝗ pr̄e memoria fecūda ē pō gn̄andi Et ideo addit doc. ꝙ ista nō cōcedereť:filius hȝ scientiam siue voluntatē gn̄andi:lȝ ista concedereť: fili⁹ scit gn̄ationē patris et vult eā. Et addit ꝙ imo videnť ille negande.s. filius hȝ sciētiā vel voluntate gn̄andi: sicut etiam iste negarenť:fili⁹ scit gn̄are et vult gn̄are: qꝛ idē vr̄ importare velle agere et habere vuluntatem agendi. Sed nō idē istis videtur esse velle actionem:qꝛ hec non includit eā velle vt actionem voluntatis quod alia videntur significare.

Petrus Aureolus

Contra p̄mū arguit Aureolus et probat ꝙ i pr̄e nulla est potentia vere productiua vel elicitiua qua generat vel possit generare filium: sed pō qua dicitur posse generare est solūmodo actualis connexio ⁊ non repugnātia terminorum:sicut et potentia qua deus potest esse de⁹:et sic non est aliud potentia generandi in patre q̄ȝ potentia qua pater potest esse pater:⁊ ꝙ potentia generandi in pr̄e non significet aliquod principiū ꝓductiuū in patre respectu filii probatur multipliciter. ¶ Primo:vbi est p̄ncipiuȝ productiuū siue elicitiuū ibi est productio elicita:sed in deo non est productio elicita.ergo. ¶ Secundo sic. posse esse patrem non est potentia productiua:sed est posse cōnexionis nec̄ie eo modo quo hō pōt esse animal : qꝛ si talis pō esset ꝓductiua ēt pater in diuinis ꝓduceret in eē pr̄is: quod est falsum. Sed eadē est potētia qua pr̄ pōt gn̄are:et qua pr̄ pōt esse:sicut est idē actus generare et paternitas: sicut ēt dicit magister:ꝙ iste sunt idē:pr̄ pōt esse pr̄:⁊ pater potest generare. Sed fili⁹ non potest esse pater ⁊ filius nō pōt gn̄are. ¶ Tertio. Si pō gn̄andi ē potētia ꝓductia aliqua ꝑfectio simpľr eēt in patre q̄ nō esset i filio.ꝗ. ¶ Quarto. Cuius negatio non est negatio pōe: ipsum non est formaliter pō:sed scd̄m Augu. negatio pōe generatiue non

eſt negatio põe: ſʒ tm̃ poſſibilitatis ĩminoꝝ: ait eni ꝯ̃ Ma. xi. lib. 3. ꝙ fili⁹ nõ genuit: nõ qꝛ nõ potuit: ſʒ qꝛ nõ oportuit: qð exponẽs magr̃ dicit: nõ qꝛ nõ potuit. i. nõ ex aliqua ĩpotentia fuit: ꝛ per conſequens negatio potentie generatiue non eſt negatio potentie. ¶ Quinto. In pr̃e non põt poni aliq̃ põ ꝓductiua reſpectu ſui formalis ꝯſtitutiui alias ꝓduceret ĩ eẽ pr̃is: ſʒ gñare ẽ foꝛale ꝯſtitutiuũ pr̃is: ğ reſpectu gñare nulla ẽ ĩ eo põ ꝓductiua. ¶ Sexto. Nulla põ ꝓductiua recipit actũ ĩ ſe ſʒ ab ea egredit̃ act⁹: ſʒ gñare non egredit̃ a pr̃e: pʒ qꝛ ip̃m ꝯſtituit. ¶ Septimo. Si in pr̃e eſt aliqð foꝛale p̃ncipiũ ꝓductiuũ illð nõ erit pr̃nitas: qꝛ pr̃nitas ꝛ gñare idẽ ſũt realr̃. Nec erit pſona tota: qꝛ tũc gñare egrederet̃ a pſona ꝛ eſſet aliud realiter ab ea. Nec eſſentia: qꝛ act⁹ generatiõis egrederetur ab ea ꝛ eẽt aliud realiter ab eo cum nichil egrediatur a ſe. hec Petrus Aureolus.

Grego. de Ari. ad rationes Aureoli

Ad iſtas rões rñdet Greg. Ari. i. 1. d. 7. q. vnica. Ad p̃mã dicit ꝙ vel ꝑ ꝓductionẽ ĩtelligit̃ ip̃m ꝓductũ: ſicut ĩ creaturis res q̃ ꝓducit̃: dr̃ ꝓductio: ꝛ tũc iſta eſt falſa ꝙ in deo nõ ſit ꝓductio elicita: vel ĩtelligit ꝑ ꝓductionẽ ip̃m ꝓducẽs: vel ei⁹ ħitudinẽ ad ꝓductũ: ꝛ tũc iſta ẽ falſa: vbi ẽ p̃ncipiũ elicitiuũ ibi ẽ ꝓductio elicita: alias põ creatiua nõ eẽt ꝓductiua: cũ nec creãs vel ei⁹ ħitudo ad creaturã ſit ꝟe ꝓducta: vel ĩtelligit q̃dã rẽ mediã diſtictã tã a ꝓducẽte q̃ a ꝓducto: ꝛ adhuc iſta ẽ falſa: ꝛ pʒ inſtãtia de põ creatiua: qꝛ ĩter ip̃aʒ ꝛ creaturã nõ ẽ aliq̃ res media ꝓducta. ¶ Ad ſcðaʒ dicit Gre. ꝙ ſi valeret eq̃ ꝓbaret̃ ꝙ põ creatiua dei nõ eẽt ꝓductiua qð ẽ falſuʒ apð oẽs. Arguaʒ eni ſic: poſſe eẽ creatorẽ nõ ẽ poſſe eẽ põ ꝓductiua alias deus ꝓduceret ĩ eẽ creatoris: ſed ẽ eadẽ põ q̃ de⁹ ꝓducerʒ: ꝛ q̃ p̃t eẽ creator: ſicut idẽ ẽ deũ creare ꝛ deũ eẽ creatorẽ: ğ põ creatiua nõ eẽt ꝓductiua: qð ẽ falſuʒ. ¶ Rñdet ğ Gre. ad illã rõnẽ cũ dr̃: poſſe eſſe pr̃eʒ nõ ẽ poſſe põ ꝓductiua. Hoc nomẽ pr̃ aliq̃ñ ẽ nomẽ ẏpoſtaſis: aliq̃ñ ꝓprietatis. prĩo mõ eẽ pr̃em ẽ eẽ pſone q̃ ꝓducit filiũ: alio mõ ẽ filiũ gñare: hec multũ dr̃nt. Nã prĩo ꝓcedim⁹ deitatẽ eẽ patrẽ: nõ aũt ſcðo mõ prĩo mõ dico ꝙ poſſe eẽ pr̃eʒ nõ ẽ poſſe põ ꝓductiua: ſʒ ſcðo mõ poſſe eẽ pr̃eʒ ẽ poſſe põe ꝓductiue: ſicut eni ꝑ ꝓductiuã põm pr̃ põt filiũ ꝓducere ꝛ ei⁹ eẽ p̃ncipiũ: ſic ꝑ eãdeʒ põt eẽ pr̃: cũ nõ ſit alið p̃mã pſonã eẽ pr̃eʒ q̃ ip̃m filiũ gignere. ¶ Et cũ dr̃: ꝙ tũc pr̃ ꝓducit̃ ex ſe in eẽ pr̃eʒ. Negat̃ ꝯña inſtãtia pʒ de poſſe ꝛ eẽ creatorẽ: vñ ſicut poſſe eẽ creatorẽ nõ ẽ poſſe ꝓducere creatorẽ. ꝛc̃. Et ad magr̃m dr̃ ꝙ accipit ibi nomẽ pr̃is vt ẽ nomẽ ꝓprietatis. ¶ Ad t̃tiũ dic̃ Gre. ꝙ ſi accipiat̃ ꝑfectio ſimplr̃ vt eſt ſignificabile incõplexe nulla eſt ꝑfectio ſimplr̃ niſi de⁹. Et ſic p̃ncipiũ ꝓductiuũ filii ẽ ꝑfectio ſimplr̃: qð ꝛ ipſe Aureol⁹ hʒ cõcedere: niſi velit dicere aut patrem non producere filium: aut patrem non eſſe deum: ꝛ ſic patet argm̃ eſſe ꝯ̃ Aureo. ſ. ꝙ aliqua perfectio ſimpliciter deeſt filio. Vel intelligit aliqð ſignificabile tm̃ complexe: ſicut ſi dicatur ꝙ eſſe ſapientem eſt perfectio ſimpliciter. Et ſic cũ dr̃ ꝙ põ productiua filii eſt perfectio ſimpliciter: idem eſt ac ſi diceretur poſſe producere filium eſt perfectio ſimpliciter: et ſic argu. reducitur contra Aureo. Nam ſi poſſe ꝓducere creaturã eſſet perfectionis ſimplicit̃ ex hoc ſequitur per locum a minori: ꝙ poſſe ꝓducere creatorem eſſet perfectionis ſimpliciter. ¶ Rñdet ergo ad argumẽtũ Aureoli dicens: ſi prĩo mõ accipiat̃ ꝑfectio: tunc põ productiua filii eẽt ꝑfectio ſimplr̃: qꝛ ipſe pr̃ eſt ꝑfectio ſimplr̃: ꝛ tñ filius non eſt min⁹ ꝑfectus: qꝛ licet ipſe non ſit pater: eſt tñ idipſum: ꝛ eſt eadem bonitas q̃ eſt ipſe pater. Si vero accipiatur ſecũdo mõ: ſic poſſe producere filiũ non eſſet ꝑfectionis ſimplr̃: ſicut nec poſſe producere craturam eſt perfectionis ſimpliciter. ¶ Ad quartũ dicit Gre. ꝙ minor eſt falſa: accipiendo põm pro pricipio productiuo: ꝛ iõ nõ ſequitur tenendo expoſitionem magiſtri. ſ. non quia nõ potuit. i. non fuit ex impotentia: ac ſi dicatur non quia impotens fuit. Sed non ſequitur non fuit impotens: ergo potuit vel fuit potens producere filium? Sicut non ſequitur iſte puer non eſt iniuſtus ergo eſt iuſtus? ¶ Ad quintũ dicit Gre. ꝙ non ſequit̃: in pr̃e non eſt põ productiua reſpectu gñare: ergo in eo non eſt põ productiua: niſi per generare intelligas: ipſum genitum: nam cum hoc ꝙ in patre non eſt põ productiua reſpectu alicuius quod eſt in eo: bene tamẽ ſtat q̃n eo ſit põ productiua reſpectu filii. ¶ Ad ſextũ ꝛ ſeptimũ ſilr̃ rñdet ꝙ a põ productiua nichil egreditur niſi qð ab eo producit̃. Et iõ ſi ꝑ gñare ĩtelligas ip̃m ꝓductũ: generare egreditur a põ productiua que eſt ipſe pr̃ ſi vero ꝑ gñare intelligit aliq̃d aliud: nõ valet conſequẽtia ꝙ ſi reſpectu illius non ſit põ productiua in patre: ğ abſolute nõ ſit ĩ ea põ ꝓductiua: hʒ Gre. Et lʒ iſte rñſiões videãtur euadẽ rões Aureoli ſuſtinẽdo viã Gre. q̃ tʒ exp̃ſſe ꝙ idẽ ſit p̃ncipiũ qð ꝓducẽs ꝛ p̃ncipiũ q̃: ſiue (ꝙ idẽ eſt ſimplr̃) patrẽ gñare ꝛ pr̃eʒ eẽ põʒ gñandi: vt pʒ ab ip̃o Gre. pñti diſt.

Rñſio ad Aureo. ſm viã Sco.

Suſtinendo tñ opi. Sco. alit̃ rñdeo ad rões Aureo. Et pri⁹ p̃mitto aliq̃ ex q̃bus ſtatim patebit rñſio. Et p̃mo p̃mitto: ꝙ in quocũq ꝓducẽte ẽ reperire rõnẽ formalẽ ꝓducẽdi ꝛ cõditionẽ ꝓducẽtis: ita ꝙ rõ formalis dr̃ p̃ncipiũ quo ꝓducẽs ꝓducit: ꝛ ꝯditio ꝓducẽtis cõſtituit ip̃m ꝓducẽs vt dicat̃ pricipiũ qð: ꝛ hʒ ſatis. ſ. patuit pñti. d. 2. d. 1. q. 2. ꝛ. d. 3. q. 6. Scðo p̃mitto: ꝙ ꝛ ſi ĩ creaturis rõ formalis ꝓducẽdi ſiue p̃ncipiũ gñandi: qð idẽ eſt realiter ꝛ eſſentialiter: diſtinguat̃ a ꝓducto: ꝑ hoc qꝛ eadẽ nã numero nõ põt ſimul eſſe in plurib⁹ ſuppoſitis. In diuinis tñ p̃ncipiũ formale ꝓductiuũ nõ diſtinguit̃ realr̃ a ꝓducto vt pʒ: qꝛ ſuſtinẽdo opi. doc. ꝙ memoria fecũda ſit p̃ncipiũ ꝓductiuũ filij: ſiue põ gñandi: eſt eadẽ realit̃ ꝛ eſſentialit̃ cũʒ filio ꝓducto: lʒ ex nã rei et forte formaliter diſtiguat̃ ab illo: et ſic nõ eſt neceſſe p̃ncipiũ elicitiuũ ſiue ꝓductiuũ in diuinis eſſe realit̃ diſtictũ a ꝓducto: ſed ſufficit ꝙ ꝓducẽs cui tale p̃ncipiũ ꝓductiuũ ẽ potẽtia ꝓducẽdi ſit realr̃ diſtictuʒ a ꝓducto: vt. ſ. expoſui pñti. d. 2. d. 4. q. 2. Tertio p̃mitto ꝙ aliud eſt aliq̃d eſſe p̃ncipiũ elicitiuũ alicui⁹ ꝓductionis ſiue eſſe rõnẽ formalẽ eliciẽdi aliquẽ actũ: ꝛ aliud eſt eẽ p̃ncipium qð ꝓducẽs. Exẽplũ: gñatio actiua dr̃ act⁹ ꝓductiu⁹ ſiue gñatiu⁹ eo mõ quo. ſ. expoſui. Si cõparetur ad põm generãdi põt dici q̃ſi elicita a tali põ: qꝛ ꝛ ſi ñ diſtiguat̃ realit̃ puta a memoria fecũda q̃ eſt põ gñandi: diſtiguit̃ tñ ex nã rei et formalr̃: ꝛ iõ põt dici act⁹ q̃ſi elicitus. Et hoc pʒ exp̃ſſe a doc. q. 4. quoli. Si vero cõparet̃ ad ſuppoſitũ gñans nõ dr̃ actus elicitus a tali ſuppoſito: pʒ qꝛ ip̃m cõſtituit. Iſtis ğ p̃miſſis: pʒ rñſio ad rões Aureoli. ¶ Ad p̃mũ: q̃ñ dicit̃ vbi eſt põ gñandi ibi eſt gñatio elicita. Si intelligat̃ gñatio ꝓ genito: pʒ ꝙ genitũ eſt vere ꝓductũ a pr̃e. Si vero ĩtelligatur ꝓ ip̃a gñatiõe: dico ꝙ ꝛ ſi gñatio nõ ſit elicita a pr̃e cum ipſum cõſtituat: dr̃ tñ q̃ſi elicita a põ gñandi q̃ eſt memoria fecũda et hoc ſufficit. ¶ Ad ſcðm: negat̃ iſta: ꝙ eadẽ ſit põ qua pat̃ põt gñare: ꝛ qua pat̃ põt eſſe pat̃: qꝛ memoria fecũda vt põ gñandi ſiue p̃ncipio formali pat̃ põt gñare ꝛ pat̃nitate põt eſſe pr̃. qꝛ nõ eodẽ pr̃ eſt de⁹ quo eſt pr̃: vt inquit Augu. deitate ei eſt de⁹ ꝛ pat̃nitate pr̃. Et qð dicit de magiſtro: ꝙ idẽ eſt pr̃eʒ eſſe pr̃eʒ: et pr̃eʒ gñare: cõcedo hoc eẽ verũ vt ly pr̃ accipit̃ adiectiue: qð idẽ eſt gñare: ſiue genuiſſe: qð. ſ. patuit. d. 5. q. 1. ¶ Dico etiã ꝙ iſta multũ differunt pr̃ põt gñare et põ gñandi: ꝑ p̃mũ notat̃ p̃ncipiũ qð generãs ſiue potẽs gñare: ꝛ per ſcðm notat̃ rõ formalis gñandi ¶ Ad tertiũ dico ꝙ põ gñandi põt dupliciter accipi. Uno modo formalr̃ vt eſt quedã relatio. Alio mõ fundamentaliter: vt eſt qðdam abſolutũ quod eſt fundamentum ꝓximũ talis gñationis. Primo mõ põ gñandi in diuinis nullã perfectionẽ dicit nec imꝑfectionẽ. Scðo mõ dicit ꝑfectionẽ ſimpliciter. quia vt ſic põ gñandi eſt intellectus et eſſentia diuina: et hec eadem perfectio que eſt in patre eſt, etiam in filio: ſed vt in patre eſt ratio formalis generandi: in filio aut non: et quomodo hoc patebit reſpondendo ad argumẽta principalia doc. ¶ Ad quartum patet rñſio: quia ly non potuit: accipitur ab Augu. et a magiſtro vt noiat impõm: que notat imperfectionem. Dico enim ꝙ quicquid perfectionis eſt in potentia generandi in patre illud idem eſt in filio: ſi ei eadẽ memoria fecunda q̃ eſt in filio nõ ꝓintelligeretur habere terminũ adequatũ: ita ipſi filio eſſet põ gñandi ſicut et pr̃i. ¶ Ad q̃ntũ: pʒ rñſio ex ſupradictis: qꝛ ſi accipiatur gñatio ꝓ ꝓducto / pʒ ꝙ nõ eſt neceſſe ip̃m diſtingui realr̃ a potentia generãdi ſiue a p̃ncipio formali ꝓductiuo q̃: ſed ſufficit ꝙ realr̃ diſtiguat̃ ab ip̃o ꝓducẽte. Si ꝟo accipiat̃ ꝓ gñatione ipſa actiua: dico ꝙ eſt q̃ſi elicita a põ gñandi: et diſtinguit̃ ex nã rei et formaliter ab illa. Sed põ ꝓductiua non eſt ipſe pater: ideo non ſequitur quod ipſe dicit: nam ipſa generatio vt cõparat̃ patri nõ eſt act⁹ elicit⁹ ipſius patris: quia conſtituit patrem. ¶ Ad ſextum ꝛ ſeptimum: patet reſponſio ex ſupradictis.

Põ gñandi foꝛalr̃ et fũdamẽtalr̃.

Greg. vbi ſupra.

Quia tñ dixi ꝙ neceſſe eſt in patre diſtinguere principium q̃ et quod: quia memoria fecunda eſt principium quo generandi: ꝛ pater eſt principium quod: vt allegaui doc. Greg. vbi ſupra probat ꝙ ibi non eſt aliquod principium quo: aliud a principio quod producit. Et arguit ſic. Si enim ſit aliquod principium quo ꝓducens producit: et aliud principium quod. ip̃m producẽs iam non a ſeipſo p̃mo ꝓducit ſʒ alio p̃ncipio. Si eni nõ ꝓduceret ſeip̃o

pmo cũ p se pducat: pduceret p se prio p aliqd sui. ⁊ tũc ãt p aliqd extrĩsecũ: aut intrinsecũ. Nõ prio. Q2 nihil tale est in diuinis. Nõ scdo. Q2 tũc icluderet i se aliquã entitatẽ: ⁊ p ɔñs in pr̃e ad min⁹ eẽnt plures entitates: qd ẽ ipoĩe cũ sit infinite simplicitatis. ¶ Scdo arguit. Si pr̃ per aliud a se aliquo mõ pduceret tanq̃ pncipio q̃: esset aliquo mõ illud tale cã patris: pbaɫ: q2 oẽ qd agit p aliqd agit vt aliq̃ mõ h3 eẽ vel tale eẽ p illud: nã pncipiũ quo est forma cõstituens vel pficiẽs ipm̃ pncipiũ qd. ¶ Tertio. Si aliqua forma simplex sbãlis vel accñtalis p se separata a diuina ɔtute ipsa sei pa pma ageret ⁊ nõ aliq̃ alio pncipio quo: g̃ simil'r in ppposito. ¶ Deinde Gre. in speciali arguit pbãdo q eẽntia nõ sit pncipiũ quo generãdi: q2 oẽ pncipiũ gñandi est realiɫ distinctũ a gñatiõe vel a gñato: p3 ista: q2 oẽ pncipiũ distinguiɫ ab eo cui⁹ est pncipiũ: sed eẽntia diuina nõ sic distinguiɫ nec a gñatiõe nec a genito.

Idem Grego.

¶ Ad hãc rõnem dr̃ a. s. Tho. in. 1. d. 7. q pncipiũ qd distinguiɫ a pncipiato: nõ aũt pncipiũ q̃. Et in h Tho. ɔcordat cũ Sco.

Tho. respondet

¶ Cõtra hãc rñsionẽ arguit Greg. dicẽs. Si hoc esset verũ: nõ magis pncipiũ quo esset pncipiũ pncipiati q̃ ecõuerso: vbi gr̃a: in proposito essentia diuina nõ magis eẽt pncipiũ quo gñatiõis vl' geniti q̃ ecõuerso: genitũ vel gñatio eẽt pncipiũ ei⁹: similiter essentia ita esset pncipiũ eẽntie sicut gñatiõis: ex quo tale pncipiũ a principiato nõ distinguiɫ s3 est ipsum. Hoc aũt null⁹ diceret nisi vocabulis abutereɫ. ¶ Cõfirmaɫ. Q2 pricipiũ inq̃tũ pncipiũ est alteri⁹ ⁊ nõ sui: vt p3 prio phi. t. c. 8. iõ dr̃ ibi q si tm̃ vnũ est: pricipiũ nõ ẽ: vel igiɫ principiũ quo nõ est pricipiũ: vel est distictũ ab eo cui⁹ est principiũ. ¶ Itẽ sic arguit. Si eẽntia esset pricipiũ gñatiõis vel filii essentia diceret relatiue principiũ ad illã vel illũ: p3 ɔña: q2 principiũ inq̃tũ principiũ eẽt aliqd.

Scot. respondet

¶ Ad hãc rõnẽ dr̃ a Sco. pñti dist. q vbi pricipiũ nõ distinguiɫ a pducto ibi inter illa nõ est realis relatio: vbi ɔo distinguiɫ relatio ẽ realis: l3 aũt in creaturis semp pricipiũ quo sit real'r distinctũ a pducto: ⁊ p ɔñs real'r referãtur adinuicẽ: in diuinis tñ nõ ẽ realis distinctio inter illa: vnde nec realis r'o s3 rõnis tm̃.

Instat Grego.

¶ Dicit Gre. q hec sol'o Sco. nulla ẽ prio q2 dicit icõpossibilia. s. aliqd eẽ pncipiũ alicui⁹ ⁊ tale nõ distingui ab illo: vt patuit prio phi. t. c. 8. scdo q2 si nõ exigiɫ realis distinctio: quid prohiberet relationem vt relatio est: esse principium quo generatiõis vt est actio vel pductio: ⁊ esse tñ indistinctam ab ea realiter: ⁊ cũ hoc (vt s̃. p3) impugnauit. Qd etiã dicit non esse relationem nisi rationis. Nichil est: nam qd ex animam est: est principium extra animam et non secũdum rationem est tm̃ ad aliquid: si ergo essentia non realiter referatur nec realiter est principium hec Grego.

solutio Grego.

Respondendo ad primum quo probat de quo et quod: dico q in parte sunt due entitates ex natura rei ⁊ formaliter distincte: nõ tñ realiter nec essentialiter: vt s̃. patuit. d. 2. parte. 2. ⁊ ille nõ faciunt aliquam compositionem: vt s̃. patuit. d. 5. q. 2. et magis. j. patebit distinctione. 26. Tum quia paternitas non est actus perficiens essentiam siue informans: sed magis est actus quo suppositum subsistit in natura diuina. Tum q2 propter infinitatem ⁊ simplicitatem essentie diuine transit in perfectam identitatem realem in essentiam diuinam: ⁊ ita persona patris constituta ex paternitate et essentia tanq̃ ex duob⁹ constitutiuis formaliter distincti est ita pfecte simplex sicut ⁊ eẽntia. ¶ Ad s̃m ɔcedo q principium quo constituit ipsum patrem est illud quo pater est: non quo pater est pater: pater enim vere cõstituitur ex essentia ⁊ paternitate. ¶ Ad tertium dico: q si daretur forma simplex separata adhuc esset distinguere quo ⁊ quod: p3 de intelligentia q̃ est forma simplex in qua natura est principiũ quo et qd: ipsa eni nã vt aliqũo por singularitate dr̃ pricipiũ quo et cõstitutũ ex nã ⁊ proprietate indiuiduali siue suppositali est principiũ qd: et similiter si calor esset separat⁹ ⁊ posset calefacere in ipso distingueretur principium quod et quo: quia natura caloris siue quiditas esset pncipium quo: et constitutũ ex tali q̃ditate et hecheitate diceret pricipiũ qd. Sic dico in proposito de patre. ¶ Ad pmã rõnem qua probat Greg. q essẽtia nõ sit pricipiũ gñandi. ⁊ c̃. Patet responsio ex his que dixi in secundo p̃supposito rñdendo ad rationes Aureoli: que responsio in re est eadem cũ illa scti Tho. ¶ Ad illud qd dicit ɔ̃ respõsionem scti Tho. dico q esset difficile tenenti viam Tho. soluere hoc argumentum: quia si inter essentiam ⁊ relationem nulla est distinctio ex nã rei siue inter essentia3 et personã pducta: sed tenẽti viã Sco. facilis est rñsio: q2 ipe vult expresse q relatio originis sit nõ idẽ formal'r essentie diuine: vt. s̃. patuit. d. 2. pte. 2. q. 1. imo vult expsse q distiguaɫ formaliɫ: vt p3. j. d. 8. q. 3. psona ɔo ɔstituta: ⁊ si forte nõ distiguatur formal'r ab eẽntia diuia q2 includit illã i sua q̃ditate: tñ essentia diuia diceret distingui formal'r a psona: q2 ipa non includit psonã q̃ditatiẽ. Et de hmõi di. formali satis dixi i d. 2. pte. 2. q. 1. ¶ Ad ɔfirmationẽ qñ dicit pncipiũ inq̃tũ pncipiũ est alteri⁹ pncipiũ: dico q si accipiaɫ pncipiũ p pncipio qd: q illud est alteri⁹ pncipiati real'r distincti: ⁊ sic pr̃ est pncipiũ qd respectu filii in diuinis. Si vero accipiaɫ p principio quo: ɔcedo q in creaturis ẽ alteri⁹ real'r distincti: sed in deo adhuc distinguo: aut enim pncipiũ quo cõparaɫ ad terminũ formalẽ pductiõis: aut ad terminũ totalẽ productũ. Primo mõ nõ est alteri⁹ nisi vt tm̃ rõne distincti: q2 essentia diuina vt i pr̃e est pncipiũ quo cõicandi seipsam filio vt terminũ formalẽ pductiõis: ⁊ sic ipsa essentia cõicata tm̃ distinguiɫ rõne a seipsa vt in filio. Scdo mõ est alterius distincti: saltẽ ex nã rei ⁊ formal'r lic3 nullo mõ real'r. ¶ Ad aliud qñ dicit: q tunc essentia diceret relatiẽ ad pductũ: p3 rñsio per Sco. Et cũ dicit q sol'o doc. nulla est. Dico q doc. nõ negat q pncipiũ alicuius nõ distiguatur ab illo loq̃ndo de pncipio quod. si vero loquaɫ de pncipio quo dic. vt. s̃. dixi. Et cũ dixit vltra: q si non exigiɫ realis distictio: relatio posset esse principiũ q̃: h satis. s̃. iprobatũ est quõ nulla relatio pt̃ eẽ rõ for'alis pducẽdi. Et qd dicit q tale pncipiũ q̃ est extra aiam cõceditur. Et cũ infertur: si g̃ essentia nõ referatur realiter nõ erit realiter pncipium. Dico q esse realiter principiũ quod infert referri realiter: sed non sequitur de principio quo. Et sic patet responsio ad Gregorium.

Ad argumenta pncipalia. Primo arguitur sic p Aug. 5. de tri. c. 6. Eo pr̃ quo est ei filius: g̃ eo est pr̃ quo gñat: s3 paternitate est pater: g̃ paternitate gñat. Rñdet doc. q ly eo d3 intelligi formaliter: sicut dicimus q Fran. est similis Joãni similitudie formaliter: s3 albedine fundamẽtal'r. Sic pater gñat gñatiõe formaliter: sed fundamentaliter memoria fecunda: vt. s̃. expositũ est. ¶ Secũdo arguiɫ: q2 actus pprius est a ppria forma agentis: : sed gñare est act⁹ pprius pr̃is: g̃ a ppa forma: et illa nõ pt̃ eẽ eẽntia: q2 est cõmunis tribus. g̃ erit paternitas: probaɫ maior. Tum q2 forma propa dat esse g̃ et agere. Tum q2 effectus et causa correspondent sibi inuicẽ vl'is vl'i. particularis pticulari. p3 scdo Phy. t. c. 28. vbi inquit Ari. Gñia inquit sunt cã genex et pticularia cã pticulariũ. verbi gr̃a: qm̃ artifex est cã statue: ⁊ iste artifex ẽt cã hui⁹ artificiati. Hoc idem. 5. Meth. c. de cã. t. c. 2. ¶ Rñdet doc. In ista rñsiõe aliqua dicit. Prio q forma dr̃ cõicabilis dupl'r. Vno mõ vt est vl'is ad multa inferiora: quox quodlibet sit ip̃3: sicut vl'e cõicaɫ singularib⁹. Alio modo forma dicitur cõicari pluribus: ita q quodlibet sit ipso ⁊ non ipsum: sicut for'a cõicaɫ mãe: nec dicim⁹ q mã sit for'a ignis: sed sicut cũ dicim⁹ aĩa cõicatur corpori: ⁊ tñ corpus nõ est aĩa: s3 diciɫ aĩatũ ipsa aĩa. Scdo dicit q a forma cõi pmo mõ est effect⁹ in cõi: q2 si formã aliquã in vl'i acceptã cõsequaɫ aliqua operatio in vniuersali: quãlibet formã singularẽ sub illa seq̃tur operatio singularis eiusdẽ rõnis: nisi aliqua forma singularis sit imperfecta: sicut aĩal in cõmuni cõseq̃tur ista operatio quod est sentire in communi: sic hoc animal (si nõ est imperfectum) cõsequitur sentire eiusdẽ rõnis. Nõ tamen intelligas q cã in cõmuni pducat aliquem effectũ in cõmuni. Tũ/ q2 actiones sunt circa singularia: ex prohemio metaphysice. Tũ/ q2 in causa duo req̃rũtur. s. ratio formalis causandi: ⁊ conditio agẽtis q̃ est singularitas: vt. s̃. patuit. Debet ergo sic intelligi: q sicut propria passio inest singularibus per rationem alicuius communis cui primo inest: vt p3 pmo Poste. Et hec ppria passio singularis inest huic singulari p rõnem propriã illi⁹ singularis: sicut effectus cõmunis qui natus est consequi talem formam communem dicitur prius esse a tali natura communi. Tertio dicit doc. q si loquamur de secũda cõitate q̃ est forme respectu participantiũ ipsam: non oportet q talis forma sit pncipiũ operatiõis cõmunis: maxime qñ habetur a pluribus suppositis scdm ordinem. ita q vni cõicatur ab alio: et hoc communicatione adequata. Et sic ista est falsa q operatio propria sit a forma propria: q2 opatio propria vt generare in patre potest esse a forma communi: loquendo de communitate s̃m nomen. ¶ Ibi. Et cũ pbaɫ pma ppõ: q2 propria forma dat esse/ g̃ dat agere. Negatur ɔña: quia multe sunt forme dantes esse q̃ non sunt actiue. Et quare aliqua forma est actiua et alia non est actiua: vide lr̃a3 que clara est.

¶ Ibi. Cū probat̄ scđo ꝯña per phm secūdo phi. pꝫ ꝙ loquitur de vniuersali et ꝑticulari pͥmomō: et nō scđomō: put. s. eadē forma nūero est cōis ꝑticipātibus eā. Ista eni cōitas non est in creaturis: qꝛ nulla vna forma singularis pt participari a pluribus: ita vt qđlibet dicat̄ habere esse per illā formā: nec est cōitas vniuersalis ad participātia sine cōitate vniuersalis primomō dicta: nō enim nā hūana est realr tota participata a Fran. et Iohāne. Sed quō dicat̄ tunc vniuersale predicari de plurib⁹ exposui. in. d. 3. q. 1. scđi doc.

Multiplex medium. ¶ Tertio arguit̄. Mediū est eiusdē generis cū extremis: sed supposita q̄ sunt extrema sunt relatiua: igitur illud quo suppositū agit quod est mediū inter ea est relatiuū. ¶ Rñdet ad tertiū ꝙ qđdā est mediū ꝑ participationeꝫ vtriusqꝫ extremi: sicut fuscū quod est mediū inter albū et nigrū: ꝛ de tali verū est: ꝙ ē i eodē genere cū extremis: sicut ꝓbat Aristo. 10. meta. t. c. 24. Declaratū est inqt ꝙ oia media sunt i eodē gñe et ꝙ sunt inter ꝯria: et ꝙ oia sunt ꝯposita ex contrariis. vide ibi. Et ibidē. t. c. 2. ꝛ. 23. Si igit̄ media sunt in eodē genere ꝛ: sicut declaratū ē: et ꝯria hñt media necesse ē vt fiat ꝯpositū ex his ꝯriis. vide ibi. Aliud est mediū aliquo alio mō accñtalr sumptū: sicut operatio inter operās et terminū: istud nō opꝫ eē eiusdē generis cū extremis: qꝛ qñ aīa intelligit se intellectio ei⁹ est qualitas: et tñ operās ꝛ obiectū sunt substātia: tale aūt mediū accipit̄ in proposito: vꝫ ipsum quo inter suppositū generās et generatū: loquendo de quo fundamētaliter: vt s̄. dixi. Vel pt dixi ꝙ ipsum quo: nō est mediū proprie: sed tenet se ex parte alterius extremi. s. generātis: vt pꝫ: propriū aūt mediū (si quod det̄) pōt dici generatio: ꝛ de illa verū est: ꝙ est eiusdē rōnis cū extremis: qꝛ ipsa gñatio est relatio: sicut extrema sunt relatiua. Ista tñ vltima rñsio nō saluaret mediū esse eiusdē rōnis inter extrema: sustinēdo ꝙ ꝑsone diuine sint ꝯstitute per absoluta: sicut forte ipse vr̄ sustinere. ꝭ. d. 26. Nō pͥma rñsio est melior.

¶ Ultimo arguit̄ sic. Potētia est eiusdē generis cū actu: vnino in diuinis sunt idē: sꝫ act⁹ generādi est relatio vel relatiuū: ergo ꝛ potētia generādi erit relatio vel relatiuū. ¶ Respōdet doc. ꝙ ista ꝓpositio: pōe et act⁹ sunt eiusdē gñis: vera est de potētia q̄ est differētia entis ꝯdiuidēs ens ꝯ actū: qꝛ sic ens in cōi non tñ diuidit̄ per actū et potentiā: sꝫ etiā quodcunqꝫ gen⁹ entis ꝛ q̄cunqꝫ spēs et indiuiduū: qꝛ sic eadem albedo primo est in potētia supple obiectiue ꝛ postea in actu: et hoc mō ad idē genus pertinēt actus et potētia. Et de hac potētia et actu. vide in. 2. d. 12. ꝛ. 16. Et hoc mō proprie loquēdo nō est de potētia generādi in diuinis: qꝛ illa gñatio est simplr necessaria et in actu: sed hic ē sermo de potētia vt ē pͥcipiū productiuū: et hoc modo hec ē falsa. s. ꝙ talis potētia sit eiusdē generis cū actu: pōt ei forma substantialis esse principiū actionis de genere actionis: et actionis de genere qualitatis: vt s̄. patuit distin. 3. q. vlti. Et sic finis distinctionis.

¶ Distinctionis octaue. q. prima primi.

Circa octauā distinctionē q̄rit̄. Utrū de⁹ sit sūme simplex ꝛ ꝑfecte talis? Titul⁹. q. sic dꝫ intelligi: ꝓ vt summa simplicitas excludit oēm cōpositioneꝫ ex aliis: et oēm ꝯponibilitatem cum aliis.

Ad questionē rñdeo. Hic doc. intēdit ꝓbare simplicitatē diuinā ꝑ media q̄dā particularia: et scđo ex mediis cōibus. s. ex infinitate et necessitate essendi. Primo mō ꝓcedēdo primo oñdit deū nō posse cōponi ex partibus ēentialibus: sicut ex mā et forma. Scđo: nec ex partib⁹ q̄titatiuis siue integralibus. Tertio: ꝙ nec ex subiecto et accidēte. ¶ Primū ꝓbatur. s. ꝙ nō sit cōpositus ex partib⁹ eēntialibus siue ex mā et forma. Et rō stat in hoc. Deus non hꝫ causam efficientē respectu sui cū sit primū effectiuū: sicut ostensum est. s̄. d. 2. pte. 1. q. 1. ergo nō est cōposit⁹ ex mā et forma: pꝫ ꝯña: qꝛ causalitas māe que est mālr cāre compositum: presupponit causalitatem efficientis: patet quia mā nunqꝫ dr̄ cāre nisi actu sit vnita cū forma: sed forma inducit̄ ab agente: ergo. Ar̄ ergo sic. Deus est oīno ineffectibilis: ergo est incausabilis cālitate māe et forme: qꝛ a quo negat̄ pͥus necessario negat̄ et posteri⁹. Hec ēt rō. s̄. patuit. d. 2. loco. vbi. s̄. ¶ Scđm: vꝫ carentiā ꝯpositionis q̄titatiue vr̄ phs probare. 8. phi. t. c. 78. vbi tex. sic incipit. Nūc aūt volumus hoc ꝓbare hunc motorē impꝑtibilē eē non habētē magnitudinē: determinās prius quedā que precedūt hanc ꝓpositionem. Et Com. ibi. In hoc inquit. c. vult Ari. declarare ꝙ hic motor primus nō est in mā sed subsistēs. Et in eodē loco. t. c. 79. Qm̄ autē ipossibile est oīno in magnitudine finita eē potentiā infinitā: ex hisdē manifestū est sic: qꝛ maior potentia agit equalr in tēpore minori. vide ibi tex. cū Com. Et hoc idē in. 12. meta. t. c. 4. vbi hr̄. Qꝛ primū est pōe infinite: potētia aūt infinita nō est in magnitudine neqꝫ finita neqꝫ infinita: et hoc ꝓbat Aristo. qꝛ maior pō est i maiori magnitudine: et ita infinita pō non pōt esse in magnitudine finita: nulla est aūt magnitudo infinita: ergo nec aliqua infinita potētia in magnitudine. ¶ Sꝫ istud argumētū vr̄ deficere: qꝛ qui poneret potentiā infinitā esse in magnitudine: diceret ipsam esse eiusdē rōnis in qualibet parte magnitudinis et in tota magnitudine: ita ꝙ pō infinita erit tota in tota magnitudine et tota in qualibet parte: nec erit maior maiori: nec minor minori. Sicut ēt aīa intellectiua est tota in toto corpore et tota in q̄libet pte: et per ꝯñs nō probaret̄ ꝑ hoc argumētū potentiā infinitā nō esse in magnitudine: qꝛ si poneret̄ tota in toto et tota in qualibet pte: nō opꝫ tūc ponere magnitudinē infinitā. ¶ Declarādo ergo rōnē Aristo. dico ꝙ ꝯclō sua est ista: ꝙ potētia infinita nō est in magnitudine finita extēsa per accñs ad extēsionē magnitudinis: et hoc probat rō sua hoc mō. Quecūqꝫ potētia est extēsa per accñs (ceteris parib⁹) maior est et efficacior in maiori magnitudine: lꝫ nō sit maior. i. formalr intēsior: qꝛ paru⁹ ignis pōt plus habere intēsiue de calore q̄ȝ magnus si sit multū rarus et alius densus: lō addit̄ in maiori ceteris paribus. Exemplū de calore in igne q̄ lꝫ sit eq̄lis intēsionis in pte ꝛ in toto: pꝫ qꝛ si calor sit in igne q̄titatis cubitalis et extensus in tota illa q̄titate: et ille calor sit intēsus vt quatuor: data q̄cunqꝫ pte q̄titatiua illius caloris erit intēsa vt quatuor: vt pꝫ et tñ calor extēsus in tota illa q̄titate est efficacior q̄ȝ sit in vna pte illi⁹ q̄titatis: et hoc pꝫ ꝑ experientiā. Et ex hoc seq̄tur ꝙ pō extēsa ꝑ accñs q̄diu ē i magnitudine finita pt intelligi crescere i efficacia ꝑ augmētū magnitudinis. Sꝫ q̄diu itelligit̄ posse crescere i efficacia nō est infinita sm̄ efficaciā. Et ex hoc seq̄tur: ꝙ oīs talis pō extēsa per accñs q̄diu ē i magnitudine finita ē intēsiue finita et nō infinita: qꝛ infinitas intēsiue nō pt eē sine ifinitate i efficacia: et sic seq̄tur ꝙ pō in efficatia nō est in magnitudine finita: nec ēt pō infinita ifinita intēsiue. Et vltra cū nō sit aliq̄ magnitudo infinita: pꝫ ꝙ nō est aliq̄ talis potētia infinita i magnitudine. ¶ Sed q̄d hoc ad ꝓpositū ꝙ oīno talis potētia non sit in magnitudine? Respondeo coniungendo huic (. s. ꝙ pō ifinita non est in magnitudine) illā ꝯclōnē quā prius ꝓbauit phs ꝙ. s. tale potēs est sine mā. seq̄tur ꝓpositum: qꝛ oī extēsione aliq̄d extēdit̄: vel si extēsio: puta aliq̄ superficies erit aliq̄d per se exñs. aliq̄d esset forma informās extēsionē extēsa ꝑ accñs: si eni esset superficies cubitalis sepata: q̄ diceret̄ extēsa ꝑ se et albedo iforaret illā: illa albedo erit extēsa ꝑ accñs. ꝛc̄. Si ergo pō ifinita ponat̄ i magnitudie: q̄rit̄ q̄d est illud qđ ē extēsum ipa magnitudie? nō ipa pō ifinita: qꝛ illa nō posset esse extēsa nisi i magnitudie ifinita: ꝛ illa non est dabilis: nec ipsa perficit ipam sicut forma māꝫ. i. ꝙ ipsa pō infinita nō perficit illā magnitudinē sicut fora perficit māꝫ: qꝛ pō ifinita nō est i mā: ergo oꝫ ponere māꝫ extēsaꝫ ista magnitudie: q̄ mā perficeret̄ pō ifinita: sicut mā mixta vel corpus mixtum extendit̄ magnitudine per se extensa: ꝛ perficit̄ per aīam intellectiuā non extensam: sꝫ nulla mā est in hñte talē pōm ex ꝓostēsa ꝯclone phi: ex illa igit̄ ꝛ mālitate precostensa per philosophū ꝛ mō ostēsa i ista conclusione hꝫ ista rō efficaciā. Dicit ei Arist. Qm̄ aūt aliā substātiā eternā nō mobilē abstractā a sensibilib⁹ esse manifestū est: ꝛ ibi Commenta. facit rememorationem de hoc quod declaratum est prius: scilicet substātiam eternam esse nō mobilē et abstractā ab omnibus materialib⁹. vide tex. cum comēto. t. c. 4. ¶ Tertia conclusio spālis. s. ꝙ primū ens nō sit compositū ex subiecto ꝛ accidente: qꝛ eni deus nō est materiatis nec quantus: ideo nō est capax alicuius accidentis materialis. ergo tantū est capax illoꝝ que conueniunt spiritualibus: puta intellectionis ꝛ volitionis et habituū illis correspondentium: sed talia non possunt esse accidētia illi nature. sicut prolixe exposui. supra. dist. 2 parte. 1. q. 1.

Secundo probo generaliter propositū. s. ꝙ primum sit summe simplex. ꝛ primo ꝓbat̄ ex rōne necesse esse. Qꝛ si primū sit cōpositū cōponentia sint. a. ꝛ. b. ꝛ tunc querit̄. aut. a. ꝛ. b. sunt formalr ex se necesse esse aut nō: sed pose esse: ꝛ arguat̄ eodē mō sicut. s̄. d. 2. q. 1. argutū est: probando ꝙ nō pñt esse plura necesse esse. ¶ Ibi. Se-

s. 4.

Deus nō est ꝯpositus ex mā ꝛ forma

Deus non hꝫ q̄titatē finitam.

cundo ostendo generaliter propositū per rationem infinitatis. Et primo ꝙ non sit cōponibilis. Qꝛ oē cōponibile habet rōnē partis:sꝫ infinitū nō hꝫ rōnē partis:vt.j.probabitur.q.imediate sequēti. ¶ Preterea. Oē ꝯponibile alteri est imperfectū.pꝫ ista:qꝛ si est alteri ꝯponibile caret ꝑfectione illius alteriꝰ:nō eni cōtinet illā ꝑ idēptitatē realem: qꝛ tūc nō esset cōponibile illi:vt s̄.patuit.d.5.q.2. sed infinitum nullam imperfectionē includit.ergo. Et patet littera.

Ad argumēta principalia. Primo arguit ꝙ simplicitas nō sit formaliter ponenda in deo. Quicquid formaliter ponit in deo dicēs aliquā perfectionē illud est ꝑfectio simpl'r:sed simplicitas nō est ꝑfectio simplex.qꝛ tunc mā prima eēt ꝑfectior hoie cum sit simplicior ipso homine. Rūdetur ad hoc argumentū. Et in ista rūsione sunt multa dicta. Primū ꝙ simplicitas vt excludit omnē cōponibilitatē et oēm cōpositionē est ꝑfectio simpliciter. Nō tñ ex hoc seqtur ꝙ ois creatura simplex sit ꝑfectior creatura non simplici:qꝛ aliqd qd est simpliciter ꝑfectionis pōt repugnare alicui nāe limitate:et ita illa nāe esset non simpl'r et perfecte talis nā si hrēt illud qd sibi repugnat. sicut canis nō diceret simpl'r perfectꝰ canis si esset sapiēs:qꝛ sapientia repugnat illi. Similiter alicui nature limitate pōt repugnare aliqua ꝑfectio simpl'r:et aliqua non. sicut cani repugnat sapiētia q̄ est perfectio simpliciter et nō repugnat sibi vita q̄ est ꝑfectio simpl'r. Et tūc non seqtur illā naturam esse perfectiorē cui cōpetit talis perfectio q̄ꝫ cui repugnat: maxime qñ illi cui ista repugnat ꝯuenit alia ꝑfectio simpl'r. Exemplū. actualitas est ꝑfectio simpl'r:ꝛ simplicitas est ꝑfectio simpl'r. cōposito aūt cōuenit maior actualitas: lꝫ nō maior simplicitas:māe aūt licet ꝯueniat simplicitas nō tñ tanta actualitas q̄ꝫta ꝯuenit cōposito. Simpliciter aūt actualitas est perfectior simplicitate:et ita simpliciter perfectius pt esse illud cui ꝯuenit actualitas sine simplicitate q̄ꝫ illud cui cōuenit simplicitas sine actualitate. Secundū dictū ꝙ descriptio ꝑfectionis simpliciter data ab Alex. sic dꝫ intelligi ꝙ perfectio simpliciter est meliꝰ nō tñ suo ꝯdictorio.ꝛc̄. Hoc prolixe exposui.s̄ d.2.parte.2.q.1. ¶ Tertium dictū est ꝙ inter ꝑfectiones simpl'r absolute sumptas ē ordo:ita ꝙ vna ex sua rōne formali est perfectior alia. intellectualitas eni est perfectior sapiētia:et tamē vtraqꝫ est ꝑfectio simpl'r. nulla eni ex sua rōne formali necessario icludit aliquā imperfectionē:qꝛ si sic nō posset reperiri formalter in deo. Quartū dictū. Quecūqꝫ ꝑfectio simpl'r accepta i summo gradu sibi cōpetēte(vt cū dicimus sapiētia infinita intellectualitas infinita)vt sic vna nō est perfectior alia: nec eni deitas vt formaliter infinita est intēsiue ꝑfectior bonitate formaliter infinita. ¶ Scdo arguit sic. Qꝛ ꝑfectionis est forme posse dare esse lꝫ imperfectionis sit depēdere a mā.ꝰ si prima rō separet a scda.s.ꝙ possit dare esse et nō depēdere a mā:erit ꝑfectionis in ea posse dare esse formal'r alicui: et sic erit cōponibilis. ¶ Rūdetur ꝙ dare esse alicui formaliter necessario ponit limitationē:qꝛ dans esse sic nō includit per perfectā idēptitatē realē illud cui dat esse. ꝛ sic tale erit limitatū. Deinde posito ꝙ dare esse formaliter posset separari a depēdētia ad mām. ita ꝙ nō dependeat a materia:tñ de necessitate includit depēdētiā ad efficiēs virtute cuius forma iformat mām. ¶ Et si instet de vbo qd dat esse nāe hūane cū sit suppm nāe hūane. Pꝫ quō hoc nō est dare esse formaliter:et prolixe exposui.d.1.q.1.3.docto.

Inter ꝑfectiones simpliciter datur ordo.

Quidā nouus expositor Scti Tho. in lib. de ente ꝛ eēntia arguit ꝯ Sco. ꝓbando ꝙ simplicitas nō sit perfectio simpliciter. Et pmo pmittit qd sit perfectio simpliciter:et exponit Ansel. eodē mō quo Sco. exponit i.1.d.2.pte.2.q.1.ꝛ.d.8.q.1.et diffusiꝰ in qli.q.6.et hāc expositionem ipe approbat. Deinde arguit sic. Nulla negatio est ꝑfectio simpl'r:sed simplicitas est negatio formal'r.ꝰ. ꝓbat minor:qꝛ simplicitas nihil aliud est q̄ꝫ negatio ꝯpositionis. Unde non est ꝑfectio sed negatio ꝑfectionis. Et addit sic. Propterea et deficit hic modꝰ arguēdi. In indiuiduo entis qdlibet incōpossibile simplicitati dicit imperfectionē.ꝰ ipsa simplicitas ē melior in vno quoqꝫ q̄ꝫ nō ipsa et ꝯñter ꝑfectio simpliciter:opꝫ eni addere in antecedēte. et ipsa dicit perfectionē:quod falsum est:qꝛ negatiuū pdicatū ē. hec ille. Scdo arguit sic. Nulla ꝑfectio simpl'r saluat in relatiōe vt relatio ē. simplicitas aūt saluat i relatiōe vt relatio ē: et singulariter pꝫ de relatione diuina vt paternitate: q̄ ſm Sco. nullā perfectionē includit:et tñ est simplicissima licet hic expositor hꝫ nō tāgat. ¶ Tertio arguit sic. Nichil qd diuidit per quātū et non q̄ꝫtū est ꝑfectio simpliciter:pꝫ qꝛ ens non quātum nullā perfectionē includit:vt pꝫ a Sco. in.q.3. quoli.ꝰ multo minꝰ nec diuisum. Sed simplicitas diuidit i simplicitatē relatiuā et absolutā et simplicitas relatiua dr̄ non quāta qꝛ nullā perfectionē includit:et precipue relatio diuina:vt pꝫ expresse a Sco. in.1.d.7. et in quoli. q.3.et.5. et alibi ergo simplicitas nō est perfectio simpl'r. ¶ Si dicatur ad ista. ꝙ relatio formal'r sumpta nō est simplex:sed simplicitas pdicatur de eo denoiatiue. Hoc non euadit argumēta:qꝛ simplicitas relatiua est passio relationis: ſm hos autē est modus intrinsecus. Impossibile ē aūt ꝙ alterꝫ horꝫ sit ꝑfectius eo cuiꝰ est:vt arguat sic. Nulla passio est maior entitatis suo subiecto:simplicitas denoians relationē est ciꝰ passio:sicut vl'r passio superioris ē passio iferioris:lꝫ nō primo.ꝰ simplicitas denoians relationē ē maioris ꝑfectionis ipa relatione:sed relatio nō est q̄ꝫta: ꝰ nec simplicitas relatiua est q̄ꝫta.ꝰ nec ꝑfectio simpl'r. Sil'r arguere potes. si dicāt ꝙ simplicitas sit modꝰ qd tñ minꝰ ꝯsonū veritati vr̄. Substātie ꝰ inmāles nō rōne simplicitatis sunt perfectiores essentiis substātiarū cōpositarū:sed ratione simplicitatis subsistentis et adunātis in se tantum perfectionem ita indiuise qua gaudent. Hec ille Nouus expositor.

Thodotcaie. arguit contra Sco.

Respōdeo ad rōnes noui expositoris. Ad primā:negat ꝙ simplicitas sit tñ negatio cōpositionis:sicut eni actualitas dicit gradū intrinsecū illiꝰ cuiꝰ est positiuū:ita ēt est simplicitas. Et sicut vnitas ex ꝯsequēti dicit in diuisionē a se et diuisionē a quolibet alio:tñ dicit aliqd positiuū respectu entitatis cuiꝰ est vnitas:sic simplicitas:lꝫ ex ꝯñti dicat negationē cōpositionis: tñ vltra illā dicit aliquod positiuū respectu entitatis cuius est: ꝑ quod positiuū ꝯuenit sibi negatio cōpositionis et sibi repugnat affirmatio cōpositionis. Et ideo opꝫ ipsum ꝓbare ꝙ simplicitas sit tantū negatio. ¶ Ad secundū de relatione dico premittēdo aliqua. Primū ꝙ ꝑfectio simpliciter est de se talis entitas cui nō repugnat infinitas intēsiua:et in summo accepta erit formal'r infinita:et ꝑ ꝯñs ois ꝑfectio simpl'r icludit ꝑfectionē et necessario excludit imperfectionē. Scdm si perfectio simpl'r ponit esse ens q̄ꝫtū:vel ꝯtineri sub ente q̄ꝫto:tñ cōpetere pōt supposito entis q̄ꝫti: et ideo si ponatur relatio ens non q̄ꝫtum puta paternitas: tunc paternitati vt suppositum entis sibi repugnat omnis perfectio simpliciter:ad hoc eni vt sibi nō repugnet requirit vt sit suppositi entis quāti. Istis suppositis:dico ꝙ simplicitas q̄ ponit ens quātū:vel ponit cōtineri sub ente quāto:erit perfectio simpliciter:qꝛ vt sic ex sua ꝑfectiōe intrīseca excludit omnē cōpositionē. Cū ꝰ dicit ꝙ r'o vt relatio est simplex. Hoc indiget probatione:ꝛ pꝫ īstātia de relatiōe i gñe: ꝙ ꝛ si nō sit cōposita ex re et re:pōt tñ dici cōposita ex realitate ꝛ realitate: sicut q̄lꝫ spēs componit ex realitate gñis ꝛ dr̄ie. Posito etiam ꝙ nō sit cōposita ex realitate et realitate: est tamen alteri cōponibilis:ꝛ sic nō summe simplex. Et posito ēt ꝙ dicat simplex:nō tñ erit simplex illa simplicitate: de qua i ꝓposito loquit:posito ꝙ ipa nō sit ens q̄ꝫtū. Et qd dicit de patnitate i diuis. Dico pmo ꝙ ipa nō ē ens quātū: ꝛ ꝑ ꝯñs nō est simplex simplicitate includēte ens quātū. Dico scdo ꝙ oporteret ꝓbare ꝙ patnitas ex sua rōne formali ꝛ q̄ditatiua nō possit esse alteri cōponibilis: lꝫ eñ vt ꝯparat ad essentiā diuinā nullo modo sit componibilis cū illa ꝑꝑ infinitatem et simplicitatem essentie diuie ꝓpter quā transit in perfectissimam idemptitatem realē:vt pꝫ a doc. s̄.d.5.q.2.ꝛ.j.d.26. non tñ probat ꝙ nō sit cōponibilis alteri realiter distincto si ad illud cōparetur. ¶ Ad tertiū. negatur simpliciter ꝙ simplicitas de qua in presenti loquimur sit indifferens ad ens q̄ꝫtum et nō q̄ꝫtū:qꝛ ipsa est tñ ens quātum Dico vltra ad oia ista ꝙ nō sequitur. Simplicitas est perfectio simpliciter:ergo quelꝫ simplicitas est perfectio simpliciter:pꝫ instantia:qꝛ entitas est ꝑfectio simpliciter: pꝫ qꝛ sibi non repugnat infinitas intensiua. ergo quelꝫ entitas erit ꝑfectio simpliciter. Non sequitur: sufficit eni ad ꝑfectionē simpliciter ꝙ possit repiri in aliquo quod sit formaliter infinitū. Et sic dicimus ꝙ entitas est ꝑfectio simpliciter:quia aliquod suppositum entitatis est formaliter infinitū:pꝫ de entitate q̄ est essentia diuina. Sic dico in proposito ꝙ simplicitas est ꝑfectio simpliciter:quia in aliquo est formaliter infinita. vt simplicitas q̄ est modus intrinsecus essentie diuine. Sicut etiā dicimus ꝙ bonitas est ꝑfectio simpliciter:nō tñ q̄lꝫ bonitas cōtenta erit formaliter ꝑfectio simpliciter:sed sufficit ꝙ aliqua bonitas in summo accepta sit formaliter infinita. vt bonitas diuina q̄ est ꝑfectio attributalis essentie diuine formaliter infinite. Qua-

Rūsio ad argumēta Tho. Caie. cōtra Sco.

Simplicitas ē ꝑfectio simpl'r cōtra Tho. Caie.

re enī dicim⁹ q̄ hūanitas nō est pfectio simpl'r: qꝛ in aliquo non pōt reperiri vt sit formal'r infinita et oīno illimitata: data enī quacunqꝫ hūanitate ēt pfectissima semp erit limitata. Et iō apparet quō nō seqtur. simplicitas vt simplicitas est pfectio simpliciter: ergo q̄libet simplicitas erit pfectio simpliciter: non sequitur. Sufficit enī q̄ aliqua simplicitas cōtenta sub simplicitate in cōi sit pfectio simpl'r: ꝛ talis erit in proposito simpliciter in essentia diuina et cuiuscūqꝫ attributi. ꝛc.

¶ Secunda pars. q. 1. huius. d. 8.

Quero iuxta hoc. Utrū aliqua creatura sit simplex. s. put simplicitas excludit oēm cōpositionē et cōponibilitatē. ¶ Hic dicit. ꝛc. Hic ponit opi. Thome q̄ dicit q̄ q̄libet creatura est cōposita ex actu et potētia: qꝛ nulla ē pura potētia: qꝛ tūc nō eēt: nec purus act⁹: qꝛ tūc esset de⁹. ¶ Sensus hui⁹ lr̄e est q̄ si aliqua creatura daret q̄ non esset cōposita ex actu et potētia. aut illa eēt: pura potētia tm̄ cuius oppositū experimur: aut eēt act⁹ tm̄: et sic esset purus actus: et p consequēs esset de⁹. ¶ Secūdo dicit q̄ q̄libet creatura est ens per participationē quod est ens ab alio causatū: sꝫ ens imparticipatū est causa illi⁹: ita q̄ participās dr̄ esse causatū. ¶ Cōtra istā ↄclonē arguo sic presupponēdo tn̄ vnū. s. q̄ si Tho. intelligit oēm creaturā cōponi ex actu et potentia sicut ex diuersis reb⁹: rō doc. ↄcludit ↄtra Tho. Si vero intelligit q̄ sit ↄposita ex actu. i. ex aliq̄ entitate: ꝛ ex potentia. i. carētia alteri⁹ entitatis. argumētū doc. nō ↄcludit ↄ Tho. arguit ergo doc. ↄ hoc. s. q̄ sit ↄposita ex diuersis reb⁹. Et argumentū clarū est: qꝛ si in quolibet sit ↄpositio ex re et re. accipio illā rem ↄponentē. et q̄ro si est simplex aut cōposita: si simplex: hr̄ ppositū: si cōposita: erit pcessus in infinitum. ¶ Cōcedo igit q̄ est aliqua creatura simplex. Hoc est non cōposita ex rebus: tn̄ nulla creatura est pfecte simplex quin aliquomō sit ↄposita vel ↄponibilis. Et hec est positio doc. Et declarat modū cōpositionis in qualibet creatura. Et vult in snīa q̄ q̄libet creatura q̄tūcunqꝫ pfecta sit cōposita ex aliqua entitate positiua et carētia alicuius gradus entitatis. Et lr̄a stat in hoc q̄ nulla creatura hꝫ entitatē hꝫ totā pfectionē q̄ nata est esse entitatis in se. Nā entitati nō repugnat infinitas intēsiua accipiēdo ergo perfectissimā creaturā: pꝫ q̄ nō ↄtinet totā perfectionē entitatis: qꝛ sic eēt formaliter infinita. ergo ↄtinet entitatē propriā et carentiā alterius gradus entitatis: q̄ non repugnat sibi inquantū talis creatura suprema ē ens. Similiter accipio lapidē: entitas propria lapidis est pfecta vt quatuor: et oīs alia pfectio repugnat lapidi inq̄tū lapis est: nō aūt repugnat sibi inq̄tū lapis est ens. Sicut talpe inq̄tū talpa repugnat videre: nō tn̄ sibi repugnat inquantū aīal: vt pꝫ. 5. metha. c. de priuatiōe. t. c. 27. ¶ Ad istā ēt supple ↄpositionē seqtur ↄpositio act⁹ ꝛ potētie obiectiue: et sic oīs creatura est ↄposita ex ppria entitate et potētia obiectiua eiusdē entitatis: supple q̄ nulla creatura est necessaria: vt. j. patebit. q. vltima psen tis. d. et iō oīs creatura est possibilis fieri anteqꝫ fiat: tūc illa potētia et act⁹ ei⁹ dn̄r ↄponere ipsam. ¶ Est ēt q̄lꝫ creatura cōponibilis: qđ ptꝫ de accidēte qđ est cōponibile cum subiecto. in substātia ēt pꝫ tam de forma q̄ꝫ de materia que sunt cōponibiles adinuicē: de substātia ēt per se gn̄abili et corruptibili pꝫ q̄ est receptiua accidētis: nulla igit substantia esset nō receptiua nisi pter sui pfectionē: sed pfectissima intelligētia est receptiua accn̄tis: qꝛ capax est sue intellectionis et volitiōis q̄ nō est substātia sua. Et q̄ tales operationes sint accn̄tia pbat dupl'r. Primo qꝛ tunc esset formaliter btā seipā: pꝫ qꝛ si intellectio et volitio intelligētie sint formal'r sua substātia. ergo erit formaliter btā et q̄ditatiue in seipā: qđ est falsum. Scđo qꝛ ex quo p̄t intelligere infinita. si intellectio sua esset sua essentia posset hr̄e eēntiam infinitā: qꝛ hr̄et itellectionē ifinitor. Et quō hic ↄcludat. s. patet. d. 2. pte. 1. q. 1. et. d. 3. q. 7. Seqtur ēt q̄ si intellectio esset sua substātia: tūc nō depēderet ab aliquo obiecto nisi a quo depēdet suū esse: et ita nihil inferi⁹ se: nec etiā se posset intelligere in genere pprio. nā intelligere in genere pprio est q̄ obiectū saltē partial'r causet cognitionē: vt patebit in. 2. d. 3. q. 10. ꝛ. 11. Et tūc si lapis cognosceret ab intelligētia in genere pprio: saltē partialiter posset causare substantiā abstractā a mā: cū sua intellectio sit sua substātia.

S. Tho. parte. 1. sū. q. 3. ar. 4.

Intellectio et volitio subā creata est sibi accn̄s.

et mlta alia incōueniētia posset poni q̄ breuitatis cā trāseo

Ad argumēta pricipalia. Ad p̄mū Aug. q̄ dicit q̄ nulla creatura est in se simplex. Cōcedo q̄ nulla est pure simplex: qꝛ saltē est ↄposita aliquo p̄dictor modor. ¶ Et p idē pꝫ ad argumēta pro opi. nō enī est act⁹ purus qui caret aliquo gradu actualitatis. ꝛc. ¶ Ad aliđ de participare dicit doc. q̄ participare idē est q̄ partem capere: et participare notat duplicē respectū. Unū partis ad totum. aliū capiētis et captū. Prim⁹ respectus est realis: alius rōnis tm̄. Et nō capit pars pprie pro parte reali realiter distincta ab alio toto: sed capit hic totū p infinito: ꝛ pars dr̄ aliqđ finitū vel min⁹ bonū. Deinde dicit doc. q̄ oīs pfectio simpl'r est nata esse infinita. ꝛ iō q̄n in creaturis est finita dr̄ esse pars suipsius: vt est in deo. vbi est infinita puta sapiā est pfectio simpl'r: ꝛ ipā in deo est formaliter infinita: et in nobis ē formaliter finita. ꝛ iō sapiā in nobis dr̄ pars respectu sapie in deo: qꝛ min⁹ ens siue min⁹ pfecta. Deinde notat doc. q̄ pars p̄t capi tripliciter. Primo vt totū captū sit tantū pars capiētis: vt spēs capit genus quod est tm̄ pars spēi. Scđo q̄ pars capti sit pars capiētis: vt cū aliqđ monstrū hꝫ duo capita et duas aīas: et tn̄ reliquū corpus ē tm̄ vnū. ibi qđlibet dr̄ capere corp⁹ alteri⁹: quod est solū pars vtriusqꝫ. Tertio q̄ pars capti sit totū capiēs: vt finita pfectio hoīs est tot⁹ hō capiēs: ꝛ tn̄ est tm̄ pars infinite perfectiōis dei capte. i. ē minor pfectio habita a deo pfectiore vl' infinito. Primis duobus modis p̄t concedi relatio realis. Tertio vero modo non. Et ex his patet q̄ tantum tertio modo debet intelligi Sanctus Tho. de participatione. — Pars capitur tripliciter

Circa aliqua dicta doc. in ista mā occurrūt alique difficultates. Prio circa hoc quod dicit q̄ oīs creatura est saltē cōposita ex aliq̄ entitate et carentia alterius entitatis sibi non repugnantis inq̄tum ens. Ex hoc videtur sequi q̄ paternitas in diuinis sit hoc modo composita: patet quia dicit aliquam entitatem et carentiam alterius entitatis inq̄tum ipsa est ens. ¶ Sequit etiā q̄ essentia diuina sic sit cōposita: qꝛ et si dicat entitatē infinitā formaliter: tn̄ inq̄tū ens nō repugnat sibi formaliter entitas lapidis: et tn̄ caret ea. ergo est cōposita ex entitate et carentia alterius entitatis qđ tn̄ est falsum dicere. ¶ Rn̄deo ad p̄mū dubiū p̄mittēdo aliqua. Primo q̄ paternitas q̄ est ratio subsistēdi psone patris: ex sua rōne formali et q̄ditatiua (si tn̄ dicat q̄ditatem) ita est ex se formaliter talis entitas q̄ nullaꝫ pfectionē nec impfectionem dicit: etiā circūscripto omni eo qđ non est de rōne formali ipsius: et hic patere pōt ex multis dictis Sco. in diuersis locis maxīe. j. d. 13. vbi vult q̄ productiōes in diuinis seipsis distinguant: et in. 2. q. quoli. vbi expresse vult q̄ p̄nitas siue gn̄atio actiua est talis entitatis: q̄ si ipā eadē que nunc est per ipossibile nō esset: nulla alia p̄nitas vel gn̄atio actiua esset. Et exp̄sse vult q̄ hmōi relationes nullam perfectionem includant ex sua rōne formali: vt s̄. patuit. d. 7. ↄ opini. Hen. ꝛ infra patebit. d. 13. ꝛ. 26. ꝛ. 28. et in quoli. q. 3. ꝛ. 5. ꝛ alibi. Secundo premitto q̄ quādo Sco. dicit q̄ omnis creatura est composita ex realitate positiua et carentia alterius entitatis. ꝛc. Non intelligit de perfectione qua vnum dicitur esse perfectū ex hoc q̄ est idē realiter alicui entitati dicenti perfectionem: sed intelligit q̄ accepto ente aliquo in sua formalitate q̄ dicat aliq̄ꝫ entitatem positiuam et carentiaꝫ alicuius perfectionis: que perfectio nata esset esse gradus intrinsecus et hoc inquantum ens. Exemplum. Homini in est carentia perfectionis infinite: que perfectio non repugnat enti: qꝛ tunc cuilibet enti repugnaret. Tertio p̄mitto q̄ pfectio entitatiua siue q̄ est gradus intrinsecus entis tm̄ ↄpetit enti q̄ꝫto. s. enti dicenti pfectionē aliq̄ꝫ et non enti nō q̄ꝫto. i. nō dicenti perfectionem. Quarto p̄mitto q̄ hmōi cōpositio. s. ex entitate ꝛ carentia ꝛc. q̄ res sic ↄposita includat entitatē q̄ꝫtā ꝛ carētiā vlterioris entitatis q̄ꝫte. Exemplū. Hō dicit ex sua entitate aliq̄ꝫ entitatē q̄ꝫtā: cui entitati nō repugnat vlterior perfectio: vt perfectio angeli: et hoc inquātū ens: oꝫ ergo q̄ in se sit ens q̄ꝫtum cui nō vt tali enti sed vt enti absolute nata est inesse vlterior perfectio: q̄ vt tale ens caret. vt hō inquātū hō caret perfectione angeli q̄ repugnat hoī inquātū hō: hō tn̄ iquantum ens non caret tali perfectione. i. non repugnat sibi talis perfectio angeli: qꝛ ergo hō vt hō est ens quātū: et vt sic caret perfectione puta angeli: q̄ perfectio sibi nō repugnat et hoc inquātū ens dr̄ sic cōponi. s. ex ente quāto et carētia vlterioris perfectionis qua est ens perfectibile. ¶ Et si dicatur q̄ ex hoc vr̄ seq̄ q̄ talpa q̄ inquātū aīal nata est hr̄e vi=

1. dubium.

2. dubium.

R°. ad. 1.

Obiectio

Solutio. sum: ꝙ etiã inq̃tũ talpa vr aliq̃liter apta h̃re visionẽ. ¶ Dico ꝙ est simile q̃tũ ad hoc: ꝙ sicut nõ repugnat talpe inq̃tũ aĩal h̃re visionẽ et repugnat sibi inq̃tũ talpa: sic cuilz creature inq̃tũ ens nõ repugnat sibi etiã ꝑfectio infinita: cui tñ repugnat inq̃tũ talis vel talis creatura. Sed nõ est simile q̃tũ ad hoc ꝙ creatura cõposita ex ente et carẽtia. &c. sit in se ens quãtũ. &c. Et iõ doc. limitate loq̃tur ꝙ oĩs creatura sit sic cõposita: nã oĩs creatura q̃ est per se termin⁹ creationis est ens quantũ: et hoc loquẽdo de creatura siue ꝓprie siue gñaliter: vt pz in tertio. ¶ Ex his appet r̃nsio ad p̃mũ dubiũ. Dico eni ꝙ paternitas diuina non est sic cõposita q: in se nõ est ens quantũ: lz eni inquãtũ ens absolute non repugnet infinitas vt gradus sibi intrinsecus: et vt paternitas careat tali infinitate: tñ nõ dr̃ cõponi ex ente et tali carentia: cũ paternitas: vt dixi nõ dicat entitatẽ positiuã q̃tã. ¶ Dico ẽt ꝙ dictũ Sco. p̃t sic exponi. vz. ꝙ oẽ ens est cõpositum quod includit aliq̃ entitatẽ positiuã et carẽtiã vlterioris ꝑfectionis. ꝙ hoc est verũ si entitas illa positiua nõ sit ĩ se infinita: nec alteri entitati formal̃r infinite idẽ realiter. In ꝓposito paternitas et oĩs relatio diuina q̃uis nõ dicat entitatẽ formaliter infinitã: dicit tñ entitatẽ realiter infinitam: q: est real̃r eẽntia diuina (vt oẽs ꝯcedũt) et sic ẽt inquãtum ens nõ est capax vlterioris ꝑfectionis: q: infinitũ non põt intelligi excedi. Et sic seq̃tur ꝙ nõ sit ꝯposita illa vlteriori cõpositiõe. s. act⁹ et potẽtie obiectiue: quicq̃d enim est ens et caret aliqua ꝑfectione entis: et hoc formal̃r vel realiter est simpl̃r possibile: et termin⁹ potẽtie simpl̃r cuius terĩm⁹ nõ põt esse ens infinitũ quod est necesse esse. Illud ergo quod est real̃r vel formaliter infinitũ nullomõ est cõpositum. ¶ Ad secundũ dubiũ pz solutio ex supradictis: lz eni essentia diuina careat formaliter et realiter ꝑfectione lapidis q: nõ est nec formaliter nec realiter lapis: non tñ caret aliqua ꝑfectione entis vt ens: pz q: ip̃a formaliter et realiter est infinita: et iõ nõ caret aliqua ꝑfectione qua vlterius possit ꝑfici ẽt inq̃tũ ipsa est ens: q: infinitũ intẽsiue nõ põt vlterius ꝑfici. Immo eminẽter includit totã ꝑfectionẽ lapi-

Aliđ dubiũ dis et cuiuscunq̃ entis finiti et limitati. ¶ Tertio dubitat̃ in hoc quod dicit ꝙ oẽ ens carẽs aliqua ꝑfectione entis est simpliciter possibile ⁊ termin⁹ põe simpl̃r: q: multa sunt entia q̃ carẽt aliqua ꝑfectiõe entis: et tñ nõ sunt obiectũ potẽtie simpl̃r et possibilia: pz q: relatio creature ad deũ caret aliqua ꝑfectione entis: et tñ nõ est obiectũ potẽtie ꝓductiue: pz q: nullã per se termĩat ꝓductionẽ cũ ĩ ad aliq̃d nõ sit

Responsio. mot⁹. vt pz. 5 phi. t. c. 10. ¶ Dico ꝙ Sco. intelligit ꝙ oẽ tale: vel est per se obiectũ potẽtie causatiue siue per se terminus alicui⁹ ꝓductionis: vel de necessitate ꝯcomitat ad aliquid quod est ꝑ se termin⁹. &c. Et sic dico ꝙ lz relatio creature ad deũ nõ possit eẽ per se termin⁹ alicui⁹ ꝓductionis: de necessitate tñ ꝯcomitat̃ suũ fundamẽtũ qđ vere creat̃: ⁊ quod est vere obiectũ potẽtie simpl̃r. Et sicut dixi de relatione creature ad deũ sic dico de quocũq̃ alio qđ ẽ in crea-

Itez aliud dubium. turis. ¶ Videt̃ ẽt ꝙ carẽs aliquo gradu entis. &c. nõ sit simpliciter possibile. Tũ q: ydee in mẽte diuina sunt h̃mõi: et tamẽ nõ sũt possibile: nec ẽt respectu alicui⁹ possibilis: vt. ĩ. patebit. d. 35. ⁊. d. 39. Tũ q: ẽt oĩa q̃ producũtur ab actu intellect⁹ diuini (loquẽdo de productiõe ad extra: et vt ꝓducunt̃ ante oẽs actũ volũtatis diuine ad extra) sunt necessaria et nullomõ possibilia: vt s̃. patuit. d. 3. q. 4. ¶ Dico ꝙ

solutio Sco. tñ intelligit de entibus quo ad esse existẽtie nõ autez quo ad esse s̃m q̃d: et talia sunt ydee: cũ tñ sint obiecta secundaria intellect⁹ diuini habẽtia tantũ esse cognitũ: vt. ĩ. patebit a docto. d. 35. et. d. 39. et alibi sepe. &c.

¶ Questio. 2. d. 8.

SEcundo queritur Utrũ cum simplicitate diuina stet ꝙ de⁹ vel aliq̃d formal̃r dictum de deo sit in genere. i. an ipse deus qui est simplicissim⁹ possit esse in aliquo genere: et an aliquid dictũ de deo formaliter vt bonitas sapientia et h̃mõi: q̃ dicunt perfectionem simpliciter: vel relatio originis vel relatio cõis vt equalitas similitudo possint eẽ in genere aliq̊.

Hic sunt due opi. extreme. &c. Prima opi. est Heñ. qui dicit ꝙ cũ simplicitate diuina non stat ꝙ aliq̃s sit concept⁹ cõis vniuocus deo et creature: et ad hoc ponũtur quedã rõnes prius tacte. ¶ In ista. q. sic procedã. p̃mo improbabo opi. et deinde r̃ndebo ad argumẽta opi. ¶ Cõtra istã positionẽ sunt due rõnes q̃ tacte sunt superius. d. 3. q. 1. Una q: tũc nõ posset ꝯceptus ille ꝓprius deo causari in intellectu n̄ro: et hec rõ prolixe exposita ẽ. s. et vide ibi. ¶ Ibi. R̃nsio aliquoꝝ ad hãc rõnẽ. Hic ponitur respõsio Henri. dicẽtis ꝙ ens ratã. i. inq̃tũ relatũ ad primũ ens facit de se notitiã: et ita ꝯcipere illud sub rõne illa. &c. Henri. lib. 10.

Et dicit tria. Primũ ꝙ ens relatũ facit notitiã sui in intellectu ꝯcipiẽte illud. Scđm ꝙ nõ facit notitiam sui sub rõne absoluta: pz q: ꝯcipere hoiem inq̃tũ refert̃ ad aliud nõ est precise ꝯcipere ip̃m sub rõne absoluta: sed magis sub aliq̃ relatione: et sic concipit̃ illa relatio. Tertiũ est ꝙ relatio hz causare in intellectu cõceptũ correlatiui siue relatiõis correspõdẽtis: et cũ nõ ꝯcipiat̃ relatio corr̃ndẽs vt in se subsistens: ꝯcipiet̃ aliquomõ fundamẽtũ illius relatiõis virtute istius. ¶ Contra. Istud argumentũ videtur stare. &c. Hic doc. arguit cõtra r̃nsionẽ Henri. et p̃mo ꝓbat ꝙ argumẽtũ factũ ab ip̃o doc. stet ĩ robore suo: q: si ẽ dare aliqđ adequatum pro obiecto a nobis naturaliter cognoscibili ⁊ ĩtelligibili qualitercũq̃ sit p̃sens ĩtellectui nostro: posset facere cõceptum de se: et de his que includit essentialiter vel virtualiter. hoc. s̃. diffuse expositũ est. d. 3. q. 3. de obiecto adequato intellectus nostri in rõne motiui: qđ eni est obiectũ adequatũ intellect⁹ in rõne motiui solũ facit notitiã sui et oĩm essentialiter et virtualiter cõtentorum: vt ibi longius exposui: sequitur ꝙ nunq̃ potest facere notitiã alicuius quod nec essentialiter nec virtualiter cõtinet. Cum ergo ipse deus nec virtualiter: nec essentialiter includat̃ in aliqua creatura: nõ poterit nãliter cognosci: nec etiã aliquis ali⁹ cõcept⁹ de deo absolutus possit haberi virtute creature: nisi ille alius essentialiter vel virtualiter contineatur in creatura. Si ergo cõceptus entis non sit cõmunis deo et creature dictus in quid de deo ⁊ creatura: virtute creature nõ poterit haberi siue cognosci conceptus entis de ipso deo: vt clare exposui. s̃. d. 3. q. 1. ⁊ hoc est qđ dicit doc. hic. ¶ Et tñ ista littera est aliqualiter obscura declaro eam. Cum dicit. Si est dare aliquod adequatũ obiectũ a nobis naturaliter cognoscibile et intelligibile qualitercunq̃ sit presens intellectui nostro: posse supple illud adequatũ facere conceptũ de se et de his que includit essentialiter vel virtualit̃. Hic accipit obiectũ naturaliter cognoscibile nõ pro eo ad quod potẽtia nãliter inclinatur: sed pro eo ad quod potentia naturalit̃ põt attingere virtute causaꝝ nãliũ. que dñia. s̃. patuit. q. 1. prologi. Sequit̃. Et secũdũ iã dicta nullo mõ includitur illud absolutũ qđ est fundamẽtũ relationis in deo. i. ꝙ absolutũ in deo qđ ponitur fundamentuz relationis corr̃ndentis relatiõi rei rate: siue relatiõi creature nõ cõtinetur essentialiter vel virtualiter in aliqua creatura. Seq̃tur. Probatio assumpti. s. ꝙ tale absolutũ in deo non contineatur in creatura: q: lz dicã r̃nsio Hen. supponat ꝙ relatio in creaturis prius naturaliter cõcipiat̃ q̃ relatio sibi correspõdẽs: vel fundamẽtũ r̃lonis corr̃ndentis qđ credo esse f̃lm: vt s̃. patuit: quia terminus r̃lonis nãliter preintelligitur r̃loni sicut et fundamentũ: lz etiã supponat ꝙ res creata rata nõ intelligit̃ a nobis nisi inq̃tuz relata: qđ improbatũ est. s̃. d. 3. q. 5. ⁊ vr̃ esse ꝯ Aug. 7. de tri. Oĩs res ad se subsistit q̃to magis deus. Loquit̃ autem ibi de subsistentia: vt qua naturaliter est res creata: et naturalit̃ in se subsistit. i. per se existit alioquin non est argumentũ. Si omnis res ad se subsistit quanto. &c.

His inq̃ omissis q̃ forte ab aduersario negarẽtur arguo sic. Hic doc. ꝓbat ꝙ ẽt posito ꝑ ꝙ r̃lonez creature cognoscam⁹ r̃lonẽ corr̃ndentẽ in deo: lz h̃ sit falsũ: vt patuit. s̃. tñ adhuc nõ seq̃tur ꝙ per relationẽ correspondentẽ in deo cognoscamus aliquod absolutum in deo supponendo vnum. ꝙ absolutum in deo qđ est immediatũ fundamentũ ipsi⁹ r̃lonis est realiter ipse deus: nõ eni ĩ alio põt imediate fundari relatio ipsius dei ad creaturã. Tũc arguitur sic. Causans cognitionẽ alicui⁹ de necessitate continet illud essentialiter vel virtualiter. Sed h̃mõi relatio non sic cõtinet aliquod absolutum qđ sit realiter deus. g̃. &c. maior est nota ex declaratis. s̃. d. 3. q. 1. hui⁹ p̃mi. minor pz. Tũ q: relatio nõ cõtinet essential̃r absolutũ: q: tunc eẽt absoluta: nec virtualiter: q: tũc esset ꝑfectior vel eq̃ perfecta. Tũ q: talis relatio est tñ r̃lo rõnis: vt. ĩ. patebit. d. 30. ¶ Ibi. Istđ etiam probatur. quia s̃m eos essentia diuina non est nata facere de se nisi conceptum vnicum in intellectũ supple realem. ¶ Hic doc. deducit ad hoc inconueniens: ꝙ si per creaturam ratam possum⁹ naturaliter habere ꝯceptũ realẽ de deo. i. cognitionem aliq̃ terminatam ad aliquod reale in deo: tunc per creaturã possem⁹ naturaliter cognoscere deũ sub ratiõe deitat̃ qđ est ĩpoĩe: patet ꝯsequẽtia supponẽdo

vnū ſm opi. eoꝝ. ꝙ eſſentia diuina eſt tm̄ nata cauſare vnū conceptū realē de ſeipſa: qꝛ iſti dicūt ꝙ bonitas ſapia ⁊ oīa attributa in deo ſunt tm̄ in eſſentia diuina per intellectum negociantē: ita ꝙ in re nihil eſt ibi niſi eſſentia: vt. ī. patebit q. imediate ſequēti. Et iō non pt̄ cauſare in intellectu aliqȝ cognitionē terminatā ad aliqd reale in ipſa niſi cognitionē ſui. Et ſic de eſſentia diuina nō eſt natꝰ hr̄i niſi vnꝰ cōceptꝰ realis q̄ eſt ipſiꝰ eēntie. Si ḡ per creaturā ratā pt̄ hr̄i aliqs cōceptus realis de eēntia diuina: ille erit tm̄ ꝯceptꝰ eēntie diuine ſub rōne eſſentie: ⁊ per ꝯñs poterit cognoſci ex creatura ſub rōne propria. Et hoc eſt qḋ dicit hec rō. ſ. d. 3. q. 1. vbi prolixe eſt expoſita. ¶ Secūda ratio tacta in. q. p̄dicta ſ. q. 1. d. 3. erat de cōceptu vno certo et duobꝰ dubiis q̄ certꝰ eſt cōis illis: q̄ rō ibi ꝓlixe expoſita eſt. ¶ Rn̄det tm̄ ad illā rōnē ab aliqbus tripliciter. Primo ꝙ aliqs ꝯceptus idem eſt certꝰ et dubius: vt ꝯceptus ſortis ⁊ platonis dubius eſt: et ꝯceptus alicuius hoīs eſt certꝰ: et tn̄ iſte et ille eſt idem. ¶ Hoc nihil eſt. Dicit doc. ꝙ lȝ idē ꝯceptus poſſit diuerſificari ſm modos grāmaticales et logicales grammaticales vt penes quoſcūqȝ modos ſignificādi. Logicales vt penes quoſcūqȝ modos cōcipiēdi diuerſos ſicut penes particulare et vniuerſale: vel explicite ſicut diffō exprimit: vel implicite ſicut diffinitū exprimit: et per iſtas differētias poſſent poni nō tm̄ certitudo et incertitudo: ſed etiam veritas et falſitas: tn̄ ꝙ idē ꝯceptꝰ eodē mō ꝯceptus q̄tū ad iſtos modos ſit certus et dubius eſt ſimpliciter impoſſ: et per ꝯñs ꝙ cōceptus de ente ſit certus et conceptus de ente creato vel increato ſit dubius: hoc nō eſt ꝓpter modos ſignificādi diuerſos grāmaticales vel logicales: vel ergo erit ſimpliciter alius et alius ꝯceptꝰ. ſ. ꝯceptꝰ entis in ſeq eſt certꝰ ⁊ ꝯceptus entis creati vel increati q̄ eſt dubiꝰ: et tūc hr̄ ꝓpoſitū. Et ſic cū dr̄ ꝙ ꝯceptꝰ hoīs ſit certꝰ et ꝯceptus ſortis et platonis eſt dubius: aut ꝯceptus hoīs eſt alius a cōceptu ſortis et platonis: et habeť intentū. aut eſt idē ꝙ cōceptus ſortis et platonis: et tunc idem conceptus exparte rei erit certus ⁊ dubius: qḋ eſt affirmare idē ⁊ negare.

Ad hen. ar. 22. in ſūma

Hen. in ſuo arti. 22. q. 1. 2. ⁊ 3.

Aliter dicit Hic poniť rn̄ſio Henri. ꝙ ſunt duo ꝯceptus tm̄ ꝓpinqui: et ꝓpter iſtā ꝓpinquitatē videtur eſſe vnus: et tūc intellectꝰ eſt certꝰ de vno. hoc eſt de illis duobꝰ ꝯfuſe ꝯceptis: vel eſt certꝰ de illis ſub vnitate cōceptis: ⁊ dubius de illis vt diſtincte ꝯceptis. ¶ Cōtra. Hic doc. improbat rn̄ſionē Henri. et rn̄ſio eſt ſatis clara in lr̄a. Exponiť tn̄ aliqualr̄. Cū dicit. Q̄ nō pn̄t aliq ꝯceptus cōcipi ſub vnitate niſi ſimul prius nāliter ꝯcipianť ſub diſtictiōe ꝓpria ſibi q̄ ſupponiť illi vnitati: nō pt̄ intellectꝰ eſſe certus de eis inquantum habent illam vnitatem: et dubius de eis inquantuȝ ſunt diſtincti. Exemplū. Si ponať ꝙ ſubſtātia et qualitas ſint analogata tm̄ in ente: ita ꝙ vnitas analogie nō poſſit cognoſci niſi prius cognita ſubſtātia et qualitate vt ad inuicē diſtinctis: tunc nō pōt eſſe certitudo de tali vnitate analogie niſi prius vel ſimul ſit certitudo de ſubſtātia et qualitate: ⁊ per ꝯñs nō poterit eſſe certꝰ de vnitate analogie et dubius de ſubſtantia et qualitate. Seqtur. Sed intellectꝰ ꝯcipiēs ens de deo et creatura. ſi ſunt duo ꝯceptꝰ nō pōt hr̄e cōceptꝰ iſtos ſm aliqȝ vnitatē: niſi prius nāliter hēat eos vel ſimul ſub rōne diſtinctoꝝ: pȝ qꝛ ens in deo et ens in creatura ſi ſunt duo ꝯceptus hn̄tes attributionē nō pn̄t ꝯcipi inqꝫtū hn̄t vnitatē attributiōis: niſi prius nā vel ſaltē ſimul ꝯcipiať iſte et ille inqꝫtū diſtincti: puta iſte ſub ꝓpria rōne: et ille ſub ꝓpria rō ne: qꝛ iſtis ſub propriis rōnibus ſunt fundamēta vnitatis ordinis ⁊ attributiōis. ¶ Dicit eni Henri. vtē. patuit. d. 3. q. 1. ꝙ de deo et creatura nō hr̄ aliqs ꝯceptꝰ cōis: ſed tm̄ cōceptus analogicus: qꝛ cōceptus creature hȝ attributionē ad ipm̄ deū: ideo ꝯuenīūt in vnitate. ꝯceptus analogici: ita tm̄ ꝙ deo et creature nō ponitur aliqs ꝯceptus cōis alius a ꝯceptu dei et creature: ſed tm̄ eſt ibi vnitas ordinis vel attributionis. Cū ergo vnitas attributionis inter aliqua duo non poſſit cognoſci niſi prius cognoſcātur illa quorū vnū hȝ attributionem ad aliud: ſeqtur ꝙ nō poterit eſſe certitudo de tali vnitate ordinis vel attributiōis: niſi prius vel ſimul nā habeať certitudo ſub rōne propria ipſiꝰ creature q̄ hȝ attributionē ad deum: ⁊ ipſius dei ad quam creatura hȝ attributionē. Et hoc eſt quod dicit. ¶ Cōfirmať iſtud ꝑ argumentum phi. 2. de aīa. t. 146. de ſenſu cōi: quē cōcludit eē cōem per cognitionē differētie albi et dulcis: vt pȝ in lr̄a phi: ex cuius differētie cognitiōe concludit ꝙ cognoſcit extrema. Sic in ꝓpoſito: nō pn̄t cognoſci creatura et deus inq̄tum cōueniūt in vnitate attributiōis niſi prius cognoſcantur ſub rōnibus ꝓpriis. ḡ nō poterit eſſe certitudo de tali vnitate niſi ſimul vel prius nā ſit certitudo de deo ⁊ creatura: cum certitudo talis vnitatis ſimpliciter depēdeat a certitudine fundamentoꝝ: ſed non ſic eſt ponēdo conceptum entis alium a conceptu dei et creature: quia de tali conceptu ſtat certitudo ſine certitudine conceptꝰ creature ⁊ dei.

Joan. rodi ton lib. pri mo.

Tertio modo rn̄deť. Hic poniť rn̄ſio Jo. Roditon. q̄ dicit ꝙ nō eſt certitudo de ꝯceptu aliquo vno et dubitatio de duobꝰ: ſed eſt certitudo de duobus diſiūctis et dubitatio de alterutro illoꝝ: vt puta certꝰ ſum ꝙ hoc ens eſt ſubſtātia vel accn̄s: dubitādo tm̄ determinate vtrū ſit hoc ens qḋ eſt ſubſtātia vel illud ens qḋ eſt accidēs. ¶ Cōtra. Hic doc. iꝓbat iſtā rn̄ſionē: qꝛ iſta certitudo. ſ. entis p̄cedit oēm appꝛehēſionē quorūcūqȝ diuidētiū ipſum ens: pȝ qꝛ nō opȝ in p̄ma apphēſione qua ſciť ḃ eſſe ens: apphendere a ſe vel ab alio: per ſe vel in alio: et ſic de aliis diſiūctis. i. ꝙ qn̄ apphendo: puta ꝙ aqua eſt ens: non eſt neceſſe prius apphendere an ipſa aqua ſit ens a ſe vel ens ab alio: vel ſit ens in ſe vel ens in alio: prius eni ſimplr̄ apphendo ꝙ eſt ens et poſtea apphendo diſiūctim diſiunctionē: habita eni certitudine ꝙ aqua eſt ens: poſtea q̄ritur cū ens diuidať per ens in ſe vel in alio. an ipſa aqua ſit ens in ſe vel in alio. Et ex iſtis rn̄ſionibus pȝ rn̄ſio ad oēs alias obiectiones factas ꝯtra iſtā rōnē doc. que iudicio meo nullam hȝ inſtantiā ſi bene ꝑpendātur que expoſui: et p̄cipue que expoſui in. d. 3. q. 1. huius. ¶ Ibi. Cōtra illud ē eſt tertiū argumētū ſuperius dictū. ſ. d. 3. q. 1. qḋ erat de inq̄ſitiōe intellectꝰ quā hēmus de deo ꝑ nālē iueſtigationē in q̄ illas rōnes creature q̄ dn̄t ꝑfectionē de ſe: ſepamꝰ ab iꝑfectione cū q̄ ſunt in creaturis: et eas ſm ſe acceptas ꝯſideramꝰ vt īdifferētes: ⁊ eis attribuimꝰ ꝑfectionē ſuā: ⁊ ſic acceptas in ſummo attribuimꝰ eas creatori vt ꝓprias ſibi. Sȝ hec rō. ſ. d. 3. q. 1. clare expoſita eſt. ¶ Et ita arguit Augu. 15. de tri. eodē mō arguit ſicut argutū eſt in illa tertia rōne: et littera pȝ. Et cōſimilia argumēta frequēter habētur a doc. et a Scis. ſequentia clara ſunt. ¶ Ibi. Ad illud eſt auctoritas philoſophi. 2. meth. t. c. 4. vbi habet Ariſt. ꝙ primum ens quod eſt deꝰ: et vl'r pricipia ſempiternoꝝ ſunt maxime vera et maxime entia: qꝛ ſunt cā veritatis et entitatis in aliis. Vn̄ facit iſtā ꝯſequentiam. Principia ſempiternoꝝ ſunt cauſa entitatis in aliis et ſil'r veritatis. ergo ſunt maxime vera et maxīe entia. Iſta ꝯñtia tȝ bȝ ipȝ ꝑ ḃ principiū qḋ ponit ibi. Unūqḋqȝ maxime ipm̄ alioꝝ eſt per qḋ aliis ineſt vniuocatio. ¶ Uult enim ex hoc ſenſu ꝙ illud eſt maxime ens quod eſt cauſa entitatis in aliis vniuoca et non equiuoca: ⁊ hoc apparet et ex ſn̄ia eius. Tum: quia dicit per qḋ aliis ineſt vniuocatio. Tum ſcḋo: qꝛ exēplificat de igne ꝙ eſt maxime calidus quia eſt cauſa caloris in alio. Sȝ certum eſt ꝙ ignis eſt cauſa vniuoca reſpectu caloris. ergo ꝓpoſitio aſſumpta per quā tȝ ꝯñtia Ariſt. hȝ intelligi de cauſa vniuoca. Tum tertio: qꝛ hoc dicit Com. i comē. 4. 2. met. exemplificādo de igne: volens ꝙ hoc nomē ignis magis ſit dignū habere hanc intentionē calidū: qꝛ eſt cauſa caliditatis in aliis. Tunc arguitur ſic. Illud qḋ eſt cā vniuoca entitatis et veritatis in aliis: eſt maxime ens et maxime verum. Sed deus eſt hmōi ſm ipſum Ariſt. ergo. ⁊c̄. Aut eni in minori accipitur ꝙ deus eſt cauſa vniuoca vel equiuoca ſiue analoga: Si primo mō: hr̄ intentū: qꝛ cā vniuoca ⁊ effectus eius ſunt eiuſdē rōnis. Si ſc̄o accipiatur in minori. ſecundo modo. argumentum eſt in quattuor terminis et nichil concludit. Ex hac ergo aucťe expreſſe habetur ꝙ ipſum ens ſit vniuocum deo et creature.

Ad argumenta opinionis oppoſite. Primo arguitur pro opinione Henri. probando ꝙ ens non dicat conceptum vniuocum communem deo ⁊ creature: ⁊ arguiť ſic. Extremis ꝯdictiōis nihil ē cōe vniuocū: pȝ qꝛ enti ⁊ nō enti nichil eſt cōe vniuocū. Sȝ deꝰ et creatura ſunt ſub extremis ꝯdictiōis: pȝ qꝛ deꝰ eſt independens ⁊ creatura depēdēs: ⁊ depēdere ⁊ non dependere ſunt ꝯdictoria. ¶ Rn̄det Doc. ⁊ rn̄ſio ſtat in hoc ꝙ extrema ꝯdictionis pn̄t capi dupl'r. Uno mō per ſe et preciſe. Sicut eſſe et nō eē: depēdere et nō depēdere: ⁊ hmōi. Alio mō fundamentalr̄: ſicut ſubā et accn̄s pn̄t dici extrema ꝯdictionis fundamentalr̄: ptȝ qꝛ ſubā eſt ens ꝑ ſe: accn̄s eſt ens in alio: ens ꝑ ſe et non ens ꝑ ſe ſunt ꝯdictoria. Si eni ly ens per ſe accipiať pro ſubſtātia: et ly nō ens per ſe pro accidēte: tunc ſubſtātia et accidēs dicunť ꝯdictoria fundamētaliter. Si vero ly nō ens per ſe accipiať tm̄ pro negatione cōtradicēte enti per ſe: tunc ſunt ꝯdictoria ꝑ ſe formalr̄. Sic

Extrema ꝯdictiōis ſumūť dupl'r.

in ꝓposito. si accipiaꝶ causatũ et nõ causatũ per se et formaliter: tũc ꝯtradicũt. Si vero fundamẽtaliter: vt causatũ pro ipsa creatura: et nõ causatũ pro ipso creatore: patet ꝙ non cõtradicũt: lȝ ergo ab extremis ꝯdictionis formalr̄ sumptis nõ possit abstrahi ꝯcept⁹ cõis vniuocus: tñ ab extremis cõtradictionis fundamẽtaliter sumptis põt abstrahi ꝯcept⁹ cõis vniuocus dict⁹ in q̇d. Et sic patet rñsio. ¶ Scõo arguitur sic: et est ꝯfirmatio illius rõnis. Oĩs ꝯceptus cõis ẽ neuter respectu illoꝝ q̇bus est cõis. Sed nullus est conceptus neuter respectu ꝯdictorioꝝ qꝛ est alter eorũ. ¶ Respondet doc. ꝙ ꝯceptus cõis est neuter formaliter. i. ꝙ in sua ratiõe formali nõ includit cõceptuȝ inferioris: et sic ꝯceptus entis nõ est formaliter cõceptus creati nec increati. Si autẽ intelligaꝶ ꝙ iste concept⁹. s. entis est ita neuter ꝙ neutruȝ cõtradictorioꝝ dicaꝶ de eo. falsum est: qꝛ concept⁹ entis est ens positiue qđ est vnũ extremũ ꝯdictionis. ¶ Tertio arguiꝶ sic. Primo diuersa in nullo conueniũt q̇ditatiue. Sed deus et creatura sunt primo diuersa. Maior pȝ qꝛ q̄ in aliquo cõueniũt q̇ditatiue nõ sunt primo diuersa: sed proprie differẽtia: vt pȝ. 5. metha. tex. nõ hñte coñ. q̄ tex. icipit. Eadem ꝓo dñr. Circa finẽ illi⁹ tex. Hic aũt tex. nõ hȝ comen. qꝛ in alia trãslatione tex. corrñdẽs huic textui nõ reperitur neq̄ comen. Hoc ẽt pȝ. 10. metha. t. c. 12. vbi hr̄ sic ꝫm trãslationẽ aliã. Que aũt differũt ab aliquo per aliq̇d differunt. ergo est necesse vt sit aliq̇d idẽ per quod nõ differt. ꝛc̄. vide tex. cũ comen. et sic pȝ maior. Minor ẽt pȝ: qꝛ si de⁹ nõ eẽt primo diuersus a creatura nõ esset simplr̄ simplex: qꝛ includeret aliq̇d quo ꝯueniret cũ creatura et aliq̇d in quo differret. ¶ Rñdet doc. ꝙ de⁹ et creatura nõ sunt p̄mo diuersa i cõceptu: tñ sunt p̄mo diuersa realitate: qꝛ i nulla realitate ꝯueniũt. Et quõ hoc intelligaꝶ. s̄. exposui. d. 2. pte. 1. q. 1. exponẽdo illõ argumẽtũ doc. quo ꝓbat ꝙ nõ pñt esse plura necesse esse. Hoc ẽt patebit. j. rñdẽdo ad p̄mũ argumẽtũ principale. ¶ Quarto arguiꝶ sic. Ubi tñ est vnitas attributionis nõ põt esse vnitas vniuocatiõis: sed creature ad deũ in rõne entis est tñ vnitas attributiõis. ergo ens nõ dr̄ ꝯceptũ cõem vniuocũ deo et creature. ¶ Rñdet doc. ꝙ lȝ sola vnitas attributiõis nõ ponat vnitatẽ vniuocatiõis: põt tamẽ stare cũ vnitate vniuocatiõis: pȝ per exemplũ. Spẽs eiusdẽ generis habẽt essentialẽ ordinẽ siue attributionẽ ad primũ illius generis: vt pȝ. 3. metha. t. c. 21. vbi expresse poniꝶ ꝙ in vnoquoq̄ genere est vnũ quod est mẽsura oĩm illi⁹ generis. vide ibi Com. et tñ cũ hoc stat vnitas vniuocationis rõnis generis in ipsis spẽbus: ita et multo magis opȝ eẽ in ꝓposito. ꝙ in rõne entis i qua est vnitas attributiõis attributa habeãt vnitatẽ vniuocatiõis: qꝛ nũq̄ aliq̄ cõparãtur vt mẽsurata ad mensurã vel excessa ed excessum nisi i aliquo vno cõueniãt: sicut eni cõparatio simplr̄ est in simplr̄ vniuoco. s. in specie specialissima: vt pȝ per phm̄. 7. phi. t. c. 24. ita oĩs cõparatio est i aliqualr̄ vniuoco: qñ eni dr̄ hoc est pfecti⁹ illo. Si q̄ratur q̇d pfectius: opȝ ibi assignare aliq̇d cõe vtriq̄. Alia argumenta cum suis respõsionib⁹ clara sunt i littera.

Albert de Saxonia: ꝛ Robertus Olchot. li. 1. q. 5.

Alia est opi. affirmatiua in alio extremo que ponit deũ in genere. Et hec est opi. alber. de saxonia ꝛ Rober. Olchot. Et probãt illã opi. per auctoritates et rõnes q̄ infer⁹ soluẽtur. Pria auctoritas est Dam. in eła. c. 10. Substãtia inq̇t q̄ cõtinet substãtialiter increatã deitatẽ. ꝛc̄. vr̄ eni ibi tenere ꝙ de⁹ sit in genere. ¶ Scõa est Boetii in lib. suo de tri. vbi videꝶ dicere ꝙ duo genera manent in diuinis. s. substãtia ꝛ relatio. Si dicaꝶ ad boe. ꝙ tñ sunt ibi ꝫm aliquẽ modũ similẽ predicãdi. Hoc nõ põt esse verꝝ: vt pȝ per Augu. 15. de tri. sic dicentẽ. Si dicã eternus immortalis. ꝛc̄. et spũs. hoꝝ oĩm nouissimum quod posui. s. spũs q̄si tñ vr̄ significare substãtiã. Et sic pȝ ꝙ spũs in deo dicaꝶ vere substãtia: et nõ tñ ꝫm modũ p̄dicãdi. ¶ Ibi. Itẽ 5. de tri. vr̄ dicere ꝙ actio ꝓprissime ꝯueniat deo. ergo non tñ manẽt modi predicãdi. ꝛc̄. ¶ Tertio ad hoc vr̄ auctoritas Auerr. 10. metha. coñ. 7. exponẽdo istũ tex. Manifestũ est igiꝶ ꝙ vnũ in quolibet genere est nã: et non est hoc vnũ nã alicuius eorũ. sed sicut in coloribus querere vnum colorem est vnũ. Silr̄ in substãtia ẽt q̄rere vnã substãtiã est vnũ. sic dicit Com. Manifestũ est inq̇t ꝙ vnũ in quolibet genere est alia nã simpliciter nãe illi⁹ generis: et vnũ nõ ẽ nã alicui⁹ coꝝ. s. vnũ vniuersale. D. d. Sed in colorib⁹. ꝛc̄. Idest ꝙ est principiũ eẽ substãtiaꝝ et pricipiũ nũeri eaꝝ q̄ existũt i sbã. Et itẽdit ꝙ cũ huic fuerit iũctũ qđ declaratũ est in phisicis s. hoc eẽ primum motorẽ eternũ et absolutũ ab oĩ materia: et declarauit post ꝙ hoc nõ solũmõ est principiũ tanq̄ motor sed tanq̄ forma et finis: declarabiꝶ ꝙ illud est vnum de quo declaratũ fuit hoc: qđ est p̄ncipiũ sbẽ. sicut est declaratum ꝙ est actus vltimus cui nõ admiscetur põ oĩno. Hec Com. Et sic pȝ quõ Com. vult ꝙ illud vnum qđ est mẽsura aliorũ sit primus motor. ergo sicut in aliis gñib⁹ p̄ncipiũ est aliq̇d illius gñis: ita primus motor est aliq̇d de gñe sbẽ. ¶ Ad hoc rõ p̄ma poniꝶ talis. Quia põt cõcipi sbã creata et sbã increata: ꝛ neuter ꝯceptus est simpliciter simplex. ergo resoluẽdo remanebit rõ sbẽ indifferens ad vtrũq̄ ꝯhẽs: ꝛ sic indifferẽter accepta vr̄ eẽ ratio gñis. ¶ Scõa rõ est: qꝛ multa entia simplicia ponunꝶ in gñe sicut angeli ꝫm ponẽtes eos esse immãles: accidẽtia ẽt ꝫm ponẽtes ea esse simplicia. ergo simplicitas dei nõ excludit ab eo rõnem gñis. Et sic pȝ ista positio. ꝛ primo añq̄ improbetur rñdetur ad argumenta.

Ad argumenta p scõa opi. Hic doc. rñdet ad argumẽta scã p opi. Alberti de saxonia q̄ imediate. s̄. sunt posita. ¶ Ad p̄mũ ad auctoritatem illaȝ Dam. ꝛc̄. Et sensus lr̄e talis est. Substãtia q̄ est gen⁹ gnãlissimũ. duo dicit. Primũ ꝙ sit ens p se: ꝛ hoc ẽ pfectionis. Scõm ꝙ possit substare accñtib⁹ pp sui limitationẽ: ꝛ hoc est impfectionis. Primũ attribuẽduȝ est deo. s. qđ est sbã. i. ens p se. ꝛ hoc est qđ dicit Dam. Substãtia q̄ ꝯtinet supsbãliter increataȝ deitatẽ. i. ꝙ increata deitas põt dici sbã supsbãliter. i. ꝙ est ens p se qđ est pfectionis: vt aũt ẽ limitata ꝛ põt substare accñtibus ꝯtẽtiue oẽm creaturã ꝯtinet. i. ꝙ ipsa vt gñs gnãlissimũ ꝯtinet sub se oẽm sbãȝ: q̄ ẽt cõtinet in se oẽ aliud accñs siue corpale siue spũale: ꝛ hoc p modũ subiꝛ hoc ẽ impfectiõis. Et sic pȝ quõ Dama. vult deũ esse sbãȝ. ¶ Ad Boe. dico ꝙ nusq̄ inuenitur in libello illo ꝙ duo genera maneãt in diuis: nec breuiꝶ gña: nec dr̄ie genꝝ: nec ẽt modi coꝝ: nec rõnes coꝝ manẽt ibi ꝛc̄. Intẽdit ergo ꝙ duo modi p̄dicandi sunt in diuis. s. p̄dicati relatiui ꝛ essentialis ꝛc̄. Et accipitur ibi essentiale nõ ꝓ eo qđ est de essentia alteri⁹ sed pro oĩ p̄dicato dicẽte aliquã pfectionẽ: ꝛ tale est semper in deo ens absolutũ: vt bõitas: intellectio: et volitio: sapia et hm̃õi: vt patet a doc. q. 1. quolibet. Aliqñ ẽt accipitur essentiale pro oĩ p̄dicato qđ est cõe tribus psoni s: et si sit relatiuũ et ens rõnis: vt creare qđ dicit relationẽ rõnis cõez tribus. nã hec est vera. pater creat. filius creat: ꝛ. ss. vt pȝ a doc. q. 1. quoli. et de hoc eẽntiali nõ intẽdit hic doc. Ali⁹ est modus p̄dicandi relatiuus: et sub isto cõprehendũtur oĩa relatiua: et oẽs relationes que possunt p̄dicari in diuinis. ¶ Ad Auer. dico ꝙ nõ vr̄ hr̄e intẽtionẽ magistri sui Arist. Sensus totius lr̄e stat in hoc. Plato eni posuit ꝙ genera et species sunt quedã nãe et substãtie separabiles subsistẽtes: et ꝙ ip̄m genus sic separatũ eẽt vnũ: ita ꝙ vnitas illa nullomodo distinguebaꝶ a natura talis generis: immo eẽt ipsa nã: quã opinionẽ sic improbat Aristo. x. metha. c. 3. circa principiũ. Nullũ vlr̄e dictũ de multis est substãtia per se existẽs. Sed ens et vnũ sunt maxime vlr̄ia dicta de oĩbus. ergo ens vel vnũ nõ est substãtia p se existẽs. Maior pȝ: qꝛ substãtia p se exñs nõ est cõis multis cõitate predicatiõis. Querit ergo Ari. an in substãtiis sit aliq̇d vnũ quod sit mẽsura aliorũ. an hic ip̄m vnũ. i. an sicut in aliis generibus sit aliquid qđ sit mẽsura oĩm illi⁹ generis de quo p̄dicaꝶ vnũ denoiatiue: an ip̄m vnũ. Et ꝓbat ip̄e Arist. ꝙ nõ ip̄m vnũ in se: sȝ aliq̇d cui ꝯuenit ip̄m vnũ. Et hoc est qđ ꝯcludit circa finẽ. Quare siq̇dẽ in passionib⁹ et q̄litatib⁹. ꝛc̄. Idest ꝙ sicut in aliis p̄dicamẽtis aliq̇d illi⁹ p̄dicamẽti de quo p̄dicatur vnũ denoiatiue est vere mẽsura oĩm illius generis: ita silr̄ i predicamẽto substãtie ẽ aliq̄ sbã de q̄ p̄dicaꝶ ip̄m vnũ denoiatiue: q̄ est mẽsura oĩm illi⁹ generis. Et hoc ẽ qđ dicit. Quare siq̇dẽ in passiõibus et q̄litatibus et q̄titatib⁹ ip̄m vnum aliq̇d vnum supple ip̄m vnũ. i. aliq̇d ens qđ dicitur aliquid vnũ: sed nõ hoc ipsius sbẽ. i. nõ ipsum vnũ ipsius sbẽ siue qđ sit ipsi sbẽ sicut volebat Plato. Sed est aliq̇d supple de quo p̄dicaꝶ vnũ denoiatiue qđ est mẽsura omniũ ꝛc̄. Et silr̄ est i substãtiis. Et hoc est qđ dicit. Sȝ in substãtiis necesse ẽ silr̄ se hr̄e. Si ergo p̄mus motor poneret mẽsura ipsius gñis sbẽ vt voluit Auer. hoc ip̄m vnũ poneret mẽsura: pȝ qꝛ prim⁹ motor pp suã simplicitatẽ multo ꝓius esset hoc ip̄m vnum q̄ ydea platonis. i. ꝙ ex quo prim⁹ motor ẽ simplicissim⁹: vnitas dicta de ipso esset eadẽ nã cum illo: et cũ prim⁹ motor sit magis simplex q̄ ydea platonis: seq̄reꝶ ꝙ ipsum vnũ qđ est natura primi motoris esset mensura ꝛc̄. magis q̄ ydea platonis: quod est falsum. Et ideo Auer. non intellexit mẽtẽ sui magistri. Scõm ergo Arist. mensura prima ipsius gñis sbẽ est aliqua sbã illius gñis prima. s. primitate perfectiõis cui conuenit vnitas denominatiue. Et hoc loquendo de mensura itrinseca: que dicitur intrinseca nõ ex hoc ꝙ sit for-

Quõh mensu trinsec spc. a

Quomõ hõ dicit̃ mẽsura intrinseca respu. asini. — malr̃ in ipso mẽsurato: sꝫ qꝛ itrinsece ꝯtinet̃ i eodẽ gñe in q̊ sũt mẽsurata. sicut dicimꝰ ꝙ in gñe aĩalis hõ ẽ mẽsura oĩm aĩaliũ intrĩseca ex h̃ ꝙ intrinsece ꝯtinet̃ sub aĩali. Primus vero motoꝛ ẽ mẽsura oĩm alioꝝ a se ꝑfectissime nõ tñ intrĩseca: qꝛ nõ ꝯtinet̃ in aliq̊ gñe i q̃ ꝯtinẽt̃ mẽsurata: imo ẽ ex oẽ gñs: ⁊ sic dr̃ mẽsura extrinseca. Et sic pꝫ ista lr̃a. ¶ Ibi. Ad aliã rõnẽ ꝓcedo. Pro itelligẽtia huiꝰ lr̃e nota ꝙ aliq̃d

Aliq̃d esse in gñe ꝯtingit duplr̃. — esse in gñe ꝯtingit duplr̃. Uno mõ ꝑ se. i. ꝙ recipit p̄dicatio nẽ illiꝰ gñis ꝑ se i p̄mo mõ. ⁊ sic tm̃ q̃ sũt in recta linea p̄dicamẽtali dr̃r esse i gñe. Alio mõ nõ ꝑ se sꝫ reductiue: vt sũt drĩe vel ꝑtes ꝯponẽtes totũ: qđ totũ est in recta linea: q̃ ꝑtes nõ recipiũt p̄dicationẽ illiꝰ gñis ꝑ se. Primo mõ aliq̃d est in gñe duplr̃: puta i gñe sbẽ. s. ꝯpositũ ex re ⁊ re sicut hõ. et sic gñs ⁊ drĩa sumũt ab alia ⁊ alia re in hoĩe: vt puta a sẽsitiuo ⁊ itellectiuo: ⁊ sicut sensitiuũ in hoĩe vel illđ qđ p̄us fuit sensitiuũ in hoĩe ẽ ꝟe ꝑfectibile ab itellectiuo: ita aĩal sumptũ a sensitiuo hoĩs ẽ ꝑfectibile a rõnali sumpto ab intellectiuo i hoĩe. Quedã ꝟo nõ sunt composita ex re ⁊ re. vt angelꝰ in q̊ nõ sũt ꝟe due res hñtes aliã ⁊ aliã exñtiã: sed in ipso pñt eẽ due realitates: q̃ꝝ vna i p̄rio instãti nãe ẽ ꝑfectibilis ab alia realitate. ⁊ si illa realitas vere distinguere t̃ ab alia realr̃ eẽt vere ꝑfectibilis ab alia i hoĩe. Et ab illa realitate in p̄mo instãti nãe p̄t sumi rõ generis: ⁊ ab alia realitate põt sumi rõ drĩe. Et sic q̃uis angelus sit tm̃ vna res exñs nõ includẽs plures res: qꝛ tñ in ipsa re st̃ due realitates mõ p̄expositо: iõ p̄t esse in genere. In deo aũt nec st̃

In deo nõ est aliq̃ realitas perfectibilis. — due res q̃rũ vna sit ꝑfectibilis ab alia: vt pꝫ. nec due realitates: q̃ꝝ vna sit perfectibilis ab alia qꝛ ip̄e deꝰ in illo p̄ori quo p̄cedit oẽm realitatẽ: oẽm realitatẽ quã includit formalr̃: includit formalr̃ vt ifinitã. Et realitas forãlr̃ infinita nõ põt itelligi esse ꝑfectibilis ab alia realitate: qꝛ hoc ẽ ꝯ rõnem infiniti. Et ex his ptꝫ rñsio ad vltimã rationem illius opi. Et sic patet hec opinio et eius improbatio.

Opin. doc. — **Teneo** opionẽ meã mediã ꝙ cũ simplicitate dei stat ꝙ aliq̃s sit ꝯceptꝰ cõis sibi ⁊ creat̃e: nõ tñ cõis vt gñis. Pria ps ꝓbata ẽ arguẽdo ꝯ p̄mã opinionẽ. Scđaꝫ ꝑtẽ ꝓbo ꝑ Aug. 7. đ tri. Manifestũ ẽ iq̃t deũ abusiue sbãꝫ vocari: rõ sua ibi ẽ: qꝛ sbã dr̃ qđ substat accidẽtibꝰ absurdũ ꝟo ẽ ꝙ deꝰ alicui accñti substet. Hec rõ sic tꝫ. Nõ eĩ itelligit ꝙ rõ sbẽ sit substare accidẽtibꝰ vt sbã ẽ gñs: qꝛ tũc vt sic sbã relatiue diceret̃: qđ ẽ ꝯ aug. q̊ p̄misit ibi ꝙ absurdũ ẽ: ꝙ substãtia relatiue dicat̃ Sꝫ sbã: vt ẽ gñs ẽ limitata: ⁊ oĩs sbã limitata capax est accñtis: ⁊ sic põt substare alicui accñti deꝰ ꝟo nõ ¶ Itẽ arguit Aui. 8. metha. c. 4. Qꝛ gñs ẽ ps: deꝰ aũt est simplex nõ hñs ꝑtẽ ⁊ ꝑtẽ. g̃ deꝰ nõ est in gñe ¶ Nũc ostendo propositũ duobus mediis. Primo ex ratione infinitatis Secundo ex ratione necesse esse. Ex ratione infinitatis arguit tripliciter. Primo sic. Cõceptus habens indr̃iam ad aliqua: siue qui ex rõne sua est cõmunis ad aliqua ad q̃ non põt conceptus gñis esse indifferens siue communis: talis ꝯceptus non põt esse genꝰ. Sed quicq̃d dr̃ cõiter de deo et creatura est indifferens: siue ꝯmune ad finitũ et infinituꝫ loquendo de essentialibus: quia que dicũt perfectioneꝫ in diuinis sunt formaliter infinita: vt. j. patebit. q. immediate sequenti: vel saltem est commune ad finitum cuiusmodi est creatura: et non finitum cuiusmodi sunt relationes diuine: que formaliter nõ sunt finite nec infinite: vt subtiliter pꝫ a doc. 5. q. quoli. ¶ Secũdam partẽ minoris que est ista Nullum genus potest esse indifferens ad finitũ ⁊ infinituꝫ probat: qꝛ genus sumitur ab aliqua realitate q̃ sm̃ se est potentialis ad realitatẽ a qua accipit̃ drĩa: sed nullũ infinitum est potentiale ad aliquid: qꝛ tunc hr̃et rõnẽ partis. Assumptũ pꝫ (. s. ꝙ genus sumatur ab aliqua realitate q̃ secundum se est potentialis ad realitatẽ a qua accipitur differentia) per Arist. 8. metha. c. 5. t. c. 9. Diffinitio inquit est sermo lõgus. ⁊ paꝝ. j. Ergo in substãtiis est q̃dã sbã que pos̃e est: vt habeat diffinitionẽ ⁊ sermonem: vt sbã composita siue fuerit sensibilis siue intelligibil̃. Illa autem ex quibus est sbã prima impos̃e est vt habeant hic: cum sermo diffinitionis significet aliquid de aliquo: et debet esse q̃dam quasi mã: et q̃dã q̃si forma. Et ibi Co. Illa aũt ex quibꝰ est ipsa sbã: ⁊ intendit per illa ex quibꝰ est i bã p̄mo mãm ⁊ formam. s. ꝙ impos̃e est vt forma: aut mã habeat diffinitionẽ. diffinitio eni est sermo in quo disponitur aliquid ꝑ aliqđ. Et. j. In diffinitione oꝫ vt sit aliquid qđ significet formam et aliud significans quod est q̃si mã. hec ille. Et sic seq̇t̃ ꝙ illud qđ ponitur in aliquo gñe habeat ꝑtẽ ⁊ ꝑtẽ. ¶ Apparet etiã ꝑ rõnẽ. Hic intendit probare ꝙ illud qđ ponitur in gñe per se includat plura quiditatiue. s. gñs ⁊ drĩam: ptꝫ qꝛ si genꝰ diceret totã q̇ditatẽ hoĩs: tũc solũ genꝰ ꝯplete diffiniret: pꝫ qꝛ illud cõplete diffinit qđ explicat totã q̇ditatẽ diffiniti: ⁊ tũc drĩa sup̄flueret. ¶ Hãc rõnẽ aliq̃lr̃ ꝑtractã do intelligo sic. ꝙ in aliq̃bꝰ creaturis genꝰ ⁊ drĩa accipiũtur ab alia: ⁊ alia re: ⁊ i aliq̃bꝰ ab alia: et alia realitate. sicut. s̄. exposui rñdẽdo ad rõnes ꝓ opi. Alberti de saxonia: ⁊ ꝑ ꝯñs qđ ponit̃ in aliq̊ gñe de necessitate icludit aliquã realitatẽ q̃ ẽ potẽtialis et perfectibilis ab alia realitate: nullũ aũt infinitũ formalr̃ ẽ in põ ad aliud: vt perfectibile: vt pꝫ. Sed oĩs realitas i deo dicẽs perfectionẽ q̃cũq₃ sit illa est formaliter ifinita: vt patebit. j. q. imediate sequẽti. Et sic ptꝫ quõ nec deꝰ: nec aliq̃d i deo est aliquo mõ in gñe. ¶ Scđo ex eodẽ medio. s. rõne ifinitatis ꝓbat̃ ꝙ deꝰ nõ sit in gñe: ⁊ rõ stat in hoc. Quicq̃d ponit̃ genꝰ respectu aliquoꝝ est ꝯhibile ad illa per drĩas: sꝫ ens nõ est ꝯhibile ad deũ: et creaturã per drĩas. g̃ ens nõ põt poni genꝰ: nec apparet aliquid aliđ qđ possit poni genꝰ respectu dei ⁊ creature. Maioꝛ est nota: vt pꝫ: et minoꝛ sic̃r: qꝛ ens ꝯhit̃ per finitũ et infinitũ: ꝯhit̃ enim ad deũ ꝑ infintatẽ: ⁊ ad creaturã ꝑ finitatẽ: finitũ aũt ⁊ infinitũ sunt tm̃ modi intrinseci. mõ illđ qđ ponit̃ spẽs i aliq̊ genere nõ est tm̃ ꝯceptꝰ realitatis: ⁊ modi itrĩseci eiusdẽ realitatis: qꝛ tũc albedo posset esse genꝰ: ⁊ gradꝰ itrĩseci albedis possent eẽ drĩe specifice: qđ est falsum ⁊ ip̃e. ¶ Ibi. Arguo tertio ex scđo medio. s. ex rõne necesse esse: ⁊ est argumentũ Aui. 8. meth. c. 4. Si necesse esse hꝫ genꝰ. g̃ intẽtio gñs vel erit ex se necesse esse vel nõ: si p̄mo mõ: tũc nõ cessabit q̊usq₃ sit ibi drĩa. Hoc itelligo sic. ꝙ genꝰ tũc includeret drĩaꝫ: qꝛ sine illa nõ est in actu vltimo: ⁊ necesse esse est in actu vltimo: vt. s̄. patuit. đ. 2. q. 1. Si aũt genus includat differẽtiã: tũc nõ est genꝰ: patet quia genus est contrahibile per differentiã g̃ nõ includit illam. s. formalr̃. Si det̃ scđm mebrũ. s. ꝙ nõ sit ex se necesse esse. sequitur ꝙ necesse esse eẽt constitutum ex eo quod non est necesse esse.

Jo. angli. bac. — **Sed Jo.** angli. dictꝰ Bac. in suo. 1. di. 9. sic dicit. Lꝫ nõ veli asserere ꝙ deꝰ nõ sit i gñe: cũ nõ videam rõnes q̃ cõiter hoc ꝓbãt ꝯcludere. ponit̃ eni rõ a Sco. đ. 8. q. 2. ⁊ arguit ꝯ rõnes doc. ostẽdẽdo ꝙ nõ ꝯcludãt. Prima q̃ sumit̃ ex rõne potẽtialitatis. Qꝛ infinitũ nõ est in põ ad aliud. dicit ꝙ nõ ꝯcludit: ⁊ hoc sic ostẽdit. Qꝛ qđlꝫ genus diuidit̃ ꝑ duas drĩas: quaꝝ vna se hꝫ vt p̄uatio: alia vt habitus: et illa q̃ se hꝫ ꝑ modũ p̄uatiõis exp̄mit rẽ imꝑfectã: vt iaĩatã: ⁊ aliq̃ respicit rẽ ꝑfectioꝛẽ: vt imoꝛtale ⁊ icoꝛruptibile. Illa ꝟo drĩa q̃ ꝯuenit rei: ⁊ detmiat rẽ sm̃ ꝙ res ẽ ꝑfecta: ꝯuenit rei sꝫ ꝙ est i actu. Sꝫ drĩa q̃ ꝯuenit deo: vt ꝯtẽtꝰ infra habitũ sbẽ ꝯuenit sibi sꝫ ꝙ res ẽ ꝑfecta: q̃ drĩa p̄uatia q̃ est imoꝛtale: idepẽdẽs: icreatũ: et hmõi: exp̄mũt rẽ: vt ẽ imperfecta: drĩa g̃ q̃ ꝯuenit deo: vt ꝯtẽto ifra habitũ subẽ cõuenit deo sm̃ ꝙ est i actu: sꝫ vt sibi ꝯuenit detmiari ꝑ drĩam sic ip̄m est res gñis. g̃ si deꝰ sit in gñe subẽ deus erit res gñis subẽ sm̃ ꝙ in actu nõ scđm ꝙ in põ. hec ille. ¶ Sed h̃ rñsio

Destruitur rñsio Joã. angli. — nõ soluit rõnẽ doc. vt pꝫ intuẽti. dicit eni multa q̃ nõ credo esse vera. Prio eni posito ꝙ aliq̃ drĩa dicat ꝑfectioneꝫ: q̃ro tunc quid intelligis per hoc qđ dicis ꝙ differentia cõuenit deo sm̃ ꝙ est in actu: aut enim intelligis ꝙ ipsa differentia exprimit ipsum deuꝫ sm̃ ꝙ est in actu? aut intelligis ꝙ ipsa differentia determinat genus ad deum sm̃ ꝙ est in actu aut intelligis ꝙ ipsa dicitur conuenire deo sm̃ ꝙ est in actu ex hoc ꝙ constituit ipsum in vltima actualitate? Si secũdo modo? hoc non potest esse: quia illud quod ponitur in genere cõstituit̃ in esse ꝑ genꝰ et drĩam: vt supra patuit. ergo differentia non presupponit ipsum deũ in actu. Non p̄rio mõ: qꝛ drĩa eo modo exprimit diffinitum quo sumitur a re vel a realitate diffiniti. Nam rationale non exprimit totam q̇ditatem hominis: sed tm̃ illam realitatem a qua sumitur: et sic drĩa q̃ cõuenit deo exprimit aliquam realitatẽ dei a qua sumitur: et genus quod predicatur de deo exprimet aliam realitatem a qua accipitur: ⁊ sic realitas a qua accipitur genꝰ erit in potentia suo modo ad realitatem a qua accipitur drĩa. Nec tertio mõ: qꝛ si talis drĩa constituit deum in esse actuali: qꝛ realitas a qua accipitur constituit ipsum in vltima actualitate: tunc q̃ro: aut illa realitas a qua accipitur differentia dicit totum esse q̇ditatiuum dei? aut tm̃ aliquam realitatẽ presupponẽtẽ aliquam a qua accipitur genus? Si p̄mo? g̃ genꝰ nõ intrat q̇ditatẽ illius: quod est ꝯtra Arist. 8. Met. t. c. 9. Si scđo mõ? g̃ illa realitas p̄supposita erit in potentia ad realitatem a qua accipitur drĩa. ¶ P̃. Cũ de rõne generis sit determinari per drĩam ad spẽm: et omne determinabile per drĩam est in potẽtia ad illã: sꝫ eo modo genꝰ est determiabile ꝑ drĩam quo accipitur ab ali=

qua revel realitate:eo enim mõ aial est determinabile ad rõnale q̃ sensitiuũ ĩ re a quo accipit̃ rõ aialis est determinabile siue pfectibile ab ĩtellectiuo a quo accipit̃ rõnale:ḡ oẽ illud qd p se ponit̃ in aliq̃ gñe icludit aliq̃d põle ꝛ pfectibile a quo accipit̃ rõ generis:ꝛ aliq̃d actuale ꝛ pfectiuũ a q̃ accipit̃ rõ dr̃ie. Qd ẽt dicit ꝙ aliq̃ dr̃ie ꝯhẽtes gen⁹ se hñt per modũ priuatiõis:ita ꝙ vna se hʒ vt priuatio.ꝛc̃. Si intelligit ꝙ tñ sit negatio in sbõ apto nato.illa nõ põt dici differentia generis:cum omnis differentia generica sit constitutiua entis positiui.

Jo. Angli. ad scdaꝫ rationẽ Doc.

Deinde ipse Jo. Angli. dicit scdam rõnẽ doc.nõ valere q̃ fũdat̃ in hoc:ꝙ ens ĩfinitũ nõ ẽ in genere Dicit ꝙ hoc nõ ꝯcludit:qꝛ illimitatio nõ excludit aliq̃d in genere simplr̃:qꝛ illd nõ ponit aliq̃d extra gen⁹ simplr̃.quo posito nihilominus res remanet in genere eodẽ.Sʒ posita infinitatiõe ꝛ illimitatiõe in aliq̃:ppter hoc nõ excludit̃ a pprio genẽ in quo collocat̃ cũ multis aliis finitis.vbi gr̃a. Si linea poneret̃ ĩfinita:adhuc esset in eodẽ genere cũ corpore ꝛ linea finitis:qd pʒ:qꝛ recipet p̃dicationẽ q̃titatis essentialr̃. ¶ Jtẽ qꝛ finitũ ꝛ infinitũ ꝯgruũt q̃titati Necvalʒ dicere ꝙ lʒ q̃titas ĩfinita esset i genere q̃titatis:nõ sequit̃ ꝙ de⁹ infinit⁹ erit.ꝛc̃.qꝛ q̃titas illa nõ diceret entitatẽ totalẽ ꝛ infinitã:sʒ p̃cise q̃titatẽ infinitã.de⁹ aũt dicit entitatẽ infinitã totalẽ oĩm genez. ¶ Cõtra. Jdõ oʒ ꝯcedere ꝙ q̃titas ĩfinita ñ effugit gen⁹ q̃titatꝭ:qꝛ recipit eẽntialẽ p̃dicationẽ q̃titatꝭ tãq̃ ꝯcretũ p aliã dr̃iaꝫ q̃titatꝭ:sʒ q̃uis de⁹ dicat totalẽ entitatẽ ĩfinitã.ꝛc̃.tñ qñ dicit̃ sbã recipit p̃dicationẽ eẽntialẽ sbẽ ꝛ differt spẽ ab angelo.Cõfirmat̃. Sapientia cõcedit̃ in deo ꝛ rl̃o:ꝛ sic de aliis sʒ remota limitatione ꝛ ĩperfectiõe:q̃re ḡ rõ generis nõ p̃t poni in deo remota limitatiõe ꝛ ĩperfectiõe.hui⁹ nõ põt assignari rõ: nisi qꝛ limitatio ꝛ ĩperfectio sunt rõne generis. Sʒ hoc ẽ falsũ vt pbatũ est. s̃.de q̃litate:põt eni q̃cũq̃ rõ generis ꝯcipi depurata nõ ꝯsiderãdo tale esse.sicut humanitas põt cõcipi ꝙ nichil sit nisi humanitas tm̃.hec ille.

Rñsio ad Jo. angli.

¶ Rñdeo breuiter ꝙ si daret̃ q̃titas ĩfinita extẽsiue illa eẽt i genere.sʒ ens infinitũ intẽsiue nõ est i genere.vnde Sco.di.8.q.2.sic dicit. Lʒ esset q̃titas infinita in rõne q̃titatis:cũ tñ q̃titas non sit pfectio simplr̃ nõ seq̃tur ꝙ sit ĩfinitũ ens: qꝛ nõ sequit̃ ꝙ sit ens qd nõ p̃t excedi in pfectiõe.Esset igit̃ ĩfinita linea in genere q̃titatis:qꝛ esset limitatũ ens simplr̃ ꝛ excessuꝫ simplr̃ a pfectiori ente:sʒ ĩfinitũ ens simplr̃ nõ p̃t esse i genere ꝛ rõ est:qꝛ pma ĩfinitas nõ tollit oẽm potẽtialitatẽ quã requirit rõ generis:sʒ tm̃ ponit ĩfinitatẽ ẽm q̃d alicui⁹ ĩperfecte entitatis:i qua vt illa ẽ:bñ p̃t esse ꝯpositio in quocunq̃ gradu illa ponat̃ sʒ secũda necessario tollit oẽm potentialitatẽ.hec Sco.Et sic pʒ rñsio ad Jo.angli. Et cum dicit ꝙ finitum et infinitum sunt passiones q̃titatis secundum phm.Dico ꝙ hoc non est ẽm intentionem phi. Et de hoc vide doc.in sua metaphy.libi.2.ꝛ que ibi plixe notaui.

Grego. de ari. arguit ꝯtra doct.

Item arguit Grego.de Ari.ꝯ aliqua dicta doct. dicens.Hec opi.falsa est tam q̃tuꝫ ad illud quod dicit de genere sbẽ q̃ ad id quod dicit de accidentibus. Nam siue sint plures forme sbãles in sbã vna composita siue vna tantum:falsum est: ꝙ genus significet partem:vt volunt:alioquin non plus predicaretur de specie in quid q̃ differentia:quod est falsum. ¶ Item si significaret partem vel sumeretur a parte speciei. verbi gratia aial ab anima sensitiua ꝛ rõnale ab intellectiua (vt dicũt) nichilominus res illa a qua sumitur genus non esset potentialis ad rem a qua sumitur dr̃ia:nec perfectibilis per eam (vt dicunt) qm̃ nulla forma sbãlis est perfectibilis per aliã formam substantialem:sed quelibet(etiam si plures essent simul in eodem)immediate pficit mãm.sicut patebit in secũdo de oĩ forma mãli. ¶ Scdo deficit in eo qd dicit de accñtibus. Nam aut volunt ꝙ realitas generis et realitas differentie non sit aliqua res simpliciter:sʒ p̃cise ꝯstituunt vnam rem compositam:sicut mã et forma vnam sbãm cõpositam:et tunc non minus in accñtibus res et res et compositio rei et rei q̃ in sbã:nisi ad placitũ velint componentia accidentis vocare realitates: et componentia sbẽ res: vel volunt ꝙ licet sint diuerse realitates.sunt tamen vna res simplex per identitatem :ita ꝙ inter ipsas sit distinctio formalis et vnitas realis:siue(quod idem est dictum) ipse sint distincte formalitates et vna res ad sensum datum in questio.1. huius.distinctionis. ¶ Et tunc quero de formalitate vna:an sit eadem aliquo modo ex natura rei illi rei communi vel non Si non:ergo non est vna res cum alia formalitate. si sic. cum illa formalitas aliquo modo distinguat̃:ab eo ꝛ p te nõ ẽ poẽ vt eodẽ pmo aliq̃d ꝯueniat cũ aliquo et distinguat̃ ab eo:oportebit dare formalitatẽ i formalitate in ĩfinitũ:vt i preallegatis.q.deducebat̃. ¶ p̃. Jsti q̃dẽ alibi expsse ꝯdicũt tã cõclusiõi quã hic ponũt de cõpositione forme accñtalis q̃ ẽt fundamẽto ei⁹.s.ꝙ i tali forma sit alia realitas ꝛ rõ a qua sumit̃ genus: ꝛ alia a q̃ sumit̃ dr̃ia. Nã i reportatis parisieñ.lib.1.d.33.q.2.volẽtes ostẽdere aliqua eẽ eadẽ simplr̃:et tñ nõ adeq̃te aiũt sic. Nisi ẽt multa essent eadẽ simplr̃:q̃ nõ sunt adeq̃ta eidẽ:seq̃tur ꝙ forma accñtalis vt albedo eẽt cõposita realr̃. Nam si rõ cõloris a q̃ sumit̃ rõ gñis eẽt alia realitas ab illa a q̃ accipit̃ rõ dr̃ie specifice albedinis: tũc albedo eẽt cõposita ex duabus realitatib⁹:qd negat̃ cõiter. Sũt ḡ vna realitas h̃ duo in albedie:ꝛ tñ neutrũ adeq̃te est realitas albedinis per se: qm̃ tũc vnũ vel alteꝝ supflueret.hec ipe. Quõ aũt i his verbis dicãt ꝯdictoria vtriusq̃ qd pposui nõ opʒ declarare:sʒ solũ legere sufficit.

Grego. ad pmã rõnẽ Sco.

¶ Ad rõnes ei⁹ dicẽdũ. Ad pmã q̃dẽ. pmo ꝙ illa auctas nõ est vl̃r ad ppositũ suũ:cũ diffinitio(vt de ipsa ibidẽ loq̃tur phs)p eundẽ ibidẽ sit tm̃ subẽ cõposite Et p ꝯñs p illã auctẽ nõ pbaret̃ aliq̃ cõpositio i accñtibus neq̃ i simplicib⁹ substãtiis. ¶ Scdo dico ꝙ nõ est extimãdũ ꝙ gen⁹ positũ in diffinitiõib⁹ subãꝝ ꝯpositaꝝ significet mãꝫ vt ptẽ aliquã subẽ(vt isti putãt)qꝛ gen⁹ p̃dicat̃ i q̃d ꝛ i recto noie p̃ncipali. Et idõ dicẽdũ ꝙ gen⁹ nõ sig̃t tm̃ ptẽ sʒ totum nec phs dicit̃ oppositũ vbi allegat̃:sʒ ait.8.Met.t.c.1. Quod hoc q̃dẽ diffinitionis:oʒ esse vt mãm:id vero vt formã:ꝛ h̃ est verũ:qm̃ lʒ gen⁹ nõ sit mã nec solã mãꝫ significet: est tñ vt mã.i.simile mãe:assimilatio aũt stat in hoc ꝙ sicut mãe aduenit forma:et sicut ex vtraq̃ fit aliq̃d i actu ẽm speciẽ: sic in diffinitiõib⁹ generi addit̃ dr̃ia:ꝛ sic cõplet̃ diffinitio q̃ sig̃nat rẽ in actu et distincte ẽm ppriã speciẽ. Nec est ppe intelligendũ ꝙ gen⁹ sit ps speciei. nã ꝯstat ꝙ gen⁹ nõ ẽ ps speciei plusq̃ ecõuerso:sʒ sunt intẽtiões diuerse quarum neutra alteri est itriseca. Jtẽ gen⁹ nõ est ps rei quã sigificat spẽs:sicut nulla intentio est ps rei extra. Et cũ dr̃ ꝙ phs.5. Met c.de pte.t.c.30.Gen⁹ est ps speciei. et Cõmẽ.cõmẽ. 30.ibi ait.Gen⁹ ẽ pars formaꝝ speciei: forma ei spẽi diuiditur i gen⁹ ꝛ dr̃iaꝫ. Dicit ꝙ phs sic est intelligẽd⁹ sicut ibidẽ Cõmen.exponit.s.ꝙ gen⁹ est pars speciei.i.diffinitiõis speciei q̃ diffinitio aliquando vocat̃ ab eo forma:sicut pʒ p eundẽ.7.Met.c.45.Et h̃ mõ accipit hoc nomẽ forme vbi allegat̃ vñ ait ꝙ et illa ex q̃bus cõponũtur diffinitiones significantes q̃ditates cuiuslibet rei dicũtur ptes diffiniti ꝛ diffinitionis:qd nõ est intelligendũ ꝙ partes diffinitiõis sint partes diffiniti nisi qꝛ sunt ptes diffinitionis:q̃ idem significant quod diffinitũ. ¶ Ad rõnem aũt q̃ inducit̃ ꝯ hoc.s. ꝙ si genus significet totã quiditatẽ rei solũ gen⁹ complete diffiniret. Neganda est consequentia. Nam ad diffiniendũ nõ sufficit qualitercũq̃ significare essentiã diffiniti. Unde pmo Phi.t.c.5.dicitur ꝙ diffinitio diuidit i singula: gen⁹ aũt ꝛ si significet totã subãm cõpositã:nõ tñ expmit explicite quãlibet ei⁹ ptem essentialem. ¶ Jtẽ ꝙ adducit̃ ꝙ gen⁹ et differentia non diffinirẽt qꝛ nõ significarent primo idem quiditati illius re falsũ ẽ. Nam licet genus significet totũ quod significat diffinitio.non tamen eodem modo:quia ipsum implicite.diffinitio vero significat explicite et distincte ¶ Ad aliud de nugatione:dicendum ꝙ in diffinitione non est nugatio q̃uis differentia aliquid explicite significet qd per genus significatur implicite:quia neutrum ponitur in diffinitione alterius. Et ideo si ponantur rationes pro nominibus nõ dicetur idem nomen bis quod tamen requiritur in nugatione. Hec Grego.

Rñsio ad obiectiões Grego.de arim.ꝯ doctorem.

Respondetur ad primũ qñ dicit:ꝙ gen⁹ nõ significet ptẽ. Dico ꝙ facio magnam differentiã cũ dico aliquid significare partẽ et per modũ partis et aliq̃d significare partẽ per modũ toti⁹:q̃ differẽtia plixe declarat̃ a Sco.in suis vniuersalib⁹ i illa.q.an ista sit vera. hõ est aial. Dico tũc ꝙ gen⁹ significat ptẽ sed nõ p modum partis:qꝛ tũc nõ posset predicari in recto de specie sed bene per modum totius: et sic conceditur ista:hõ est animal. Hoc idẽ dico deq̃ differẽtia q̃ tm̃ significat ptẽ spẽi: sed nõ p modũ ptis sed per modũ toti⁹. ¶ Ad aliud qñ queritur an animal sumatur ab aia sensitiua et rationale ab intellectiua.dico ꝙ sic. Et cum infert ꝙ anima sensitiua non est i potentia ad rem a qua accipit̃ differẽtia:qꝛ oẽs forme substãtiales i cõposito sunt imediate in mã:ꝛ vna nõ pficit altaꝫ vt ipsi dicũt. Dico pmo ꝙ genus sumitur ab aliqua pte materiali. Ad qd intelligenduꝫ premitto aliqua. Primo ꝙ in hoie lʒ sint plures forme substantiales vt patebit a doc. in

Aia sensitiua actu nõ ẽ i hoie

4.in mã de eucharistia:nõ tñ actu ponit ibi aĩa sensitiua nec vegetatiua:qꝛ aĩa intellectiua ↄtinet eas virtualiter. Scdo pmitto ꝙ gñans intẽdẽs effectũ puta indiuiduũ pfe ctũ alicuiꝰ spẽi:vt qñ hõ gñat hoĩem:illo indiuiduũ cuiꝰ ge=neratio ꝓcedit ab iperfecto ad pfectũ acqrit ẜm aliõ ꝛ ali ud esse:ita ꝙ vt est sub forma seminis hꝫ tale esse.ꝛ postea sub forma sanguinis hꝫ aliud esse:ꝛ post sub forma carnis aliud:ꝛ sub forma embriõis aliud:ꝛ post sub forma organi ʒatiõis aliud:ꝛ post sub forma aĩe vegetatiue aliud:ꝛ post sub forma aĩe sensitiue aliud:ꝛ post sub forma aĩe itellecti=ue tũc hꝫ aliud vltimatũ eẽ:ꝛ q̊adusqꝫ est in ↄtinua gñatio ne nũqꝫ ponit sub aliq̃ spẽ spãlissima:sꝫ vt tñ hꝫ ↄpletũ eẽ vt patebit a doc.in.4.vbi.s. Ut ḡ est sub forma semis tũc est in põ ad formã sanguis:nõ ꝙ semẽ informet forma san guinis sꝫ mã q̃ erat sub forma seminis imediate informat forma sanguis ꝛ corrũpit forma seminis:ꝛ simil'r vt est sub forma sanguis est i põ ad formã carnis:ꝛ sic illa mã infor=mat forma carnis ꝛ corrũpit in ea forma sanguis:ꝛ sic de=inceps:sustinẽdo ꝙ nõ possint esse pl'es forme in cõposito semꝑ a mã vel a pte mãli:vt ẽ sub tali forma acciperet ta=le genꝰ ꝛ sub alia tale genꝰ:ab vltima tñ forma sumeret rõ dñe ↄstituẽs in vltimo esse specifico. Si vero teneãtur pl'es forme in ↄposito:puta ꝙ i hoĩe esset aĩa intellectiua ꝛ aĩa sensitiua:tũc ab aĩa sensitiua acciꝑet aĩal ꝛ ab intellectiua rõnale. Et cũ dr ꝙ aĩa sensitiua nõ est perfectibilis ab in=tellectiua. Dico sufficit ꝙ sensitiuũ sit perfectibile ab itel=lectiuo:lꝫ aĩa sensitiua nõ sit rõ formalis recipiẽdi:et sic a tali sensitiuo acciperet rõ generis. Et cũ dicit ꝙ Sco. iste asserũt oẽs formas sbãles imediate pficẽ mãam. Hoc est manifeste falsuꝫ: qꝛ aĩa intellectiua imediate perficit corpꝰ organicũ vt organicũ: ꝛ sil'r aĩa sensitiua. ¶ Ad aliud de accñtibꝰ dico ꝙ in eadẽ albedine simplici.i.nõ ↄposita ex re ꝛ re possunt esse pl'es realitates formal'r distincte:a quaꝝ vna accipit rõ generis ꝛ ab alia rõ dñe. Et cũ q̃rit.an vna forãlitas sit eadẽ aliq̃ mõ ex nã rei illi rei cõi.i.an forãlitas a qua accipit rõ dñe sit eadẽ ex nã rei forãlitati a q̃ accipi=tur rõ generis. Dico ꝙ accipiẽdo idẽtitatẽ ex nã rei ꝓ vera idẽtitate reali vt opponit ꝓ̃e distinctioni reali:est eadem ex nã rei.i. ꝙ vtraqꝫ sunt vna res real'r. Et cũ infert.si sic: tunc cũ illa formalitas aliq̃ mõ distinguat ab eo:ꝛ per me nõ est poẽe vt eodẽ prio aliqd ↄueniat cũ aliq̃ ꝛ distinguat ab eo:oportebit dare formalitatẽ in forãlitate in ifinituꝫ. Dico ꝙ hoc nõ seq̃tur:qꝛ per realitatẽ a qua sumit rõ gene ris ꝓ̃e ↄuenit cũ aliis spẽbꝰ:ꝛ ꝑ realitatẽ a q̃ accipit rõ dif ferẽtie differt ab aliis spẽbꝰ. Sic si rõ generis ꝛ rõ dñe ac=ciperet ab aliaꝛ alia forma:ꝑ formã a q̃ acciꝑet rõ generꝭ ↄueniret:ꝛ ꝑ formã a q̃ acciꝑet rõ dñe differret. Sic i ꝓpo sito.sicut ẽt pꝫ a doc.s.d.3.q.3.ꝙ aĩa intellectiua q̄uis sit forã simpl'r real'r tñ icludit aliqd siue aliqꝫ realitatẽ ꝑ quã ↄuenit cũ aliis aĩabus intellectiuis:ꝛ aliã realitatẽ inclu=dit ꝑ quã ꝓ̃e differt ab illis:sic in ꝓposito. Et sic pꝫ q̃uo nõ ẽ ꝓcedere i ifinitũ i istis forãlitatibꝰ siue realitatibꝰ ¶ Ad illud qđ dicũt de ↄ̃dictiõe qꝛ i reportatis ꝑisieñ.ꝛc̃. Ista lit tera in reportatis dꝫ sane itelligi. Uult eñi ibi doc.ꝙ aliq̃ sunt eadẽ alicui simpl'r nõ tñ idẽtitate adeq̃ta siue ↄuertibi li.sicut diffinitio ꝛ diffinitũ sunt idẽ simpl'r ꝛ adeq̃te:lꝫ hõ et animal sint idem simpliciter non tamẽ adequate qꝛ non conuertibiliter:homo eñi est idem formal'r animali ꝛ non econtra:vt s.patuit a doc.d.2.parte.2.q.1.sic realitas albe dinis a qua accipitur ratio generis:ꝛ realitas a qua acci=pitur ratio differentie sunt idem simpliciter ipsi albedini non tamẽ adequate: et si sunt eadem realiter albedini in=ter se sunt eadẽ realiter.ꝛ sic sunt eadẽ simpliciter. Dicit ḡ ꝙ si realitas a qua accipitur ratio generis esset alia ab il=la a qua accipitur rõ differẽtie:tũc albedo esset cõposita ex duabus realitatibꝰ. Hoc verũ dicit:qꝛ doc.accipit ibi alie=tatẽ ꝓ distictione reali.i.ꝙ si iste due realitates in albedi ne essent realiter distincte:tunc albedo esset vere composi=ta:quia ergo non sunt realiter distincte : immo simpliciter idem realiter.licet sint formaliter distincte:ideo albedo nõ potest dici vere composita. Et sic patet ꝙ he due realita=tes sunt vna realitas realiter et essentialiter:et tamen nõ sunt vna realitas formaliter. Et sic patet quomodo Doc. non sibi cõtradicit:si verba ꝛ intẽtio doc.sane intelligant.

Destruun=tur rñsiões Grego.ↄ̃ Doct.

Nunc ostendendum est qualiter responsio=nes date a Grego.ad rationes Sco.non euacuant illas. Ad primam ergo rñsio nem qñ dicit ꝙ si phi.8.met.t.c.15.(cũ dicit oꝫ diffinitiõem esse rationẽ longam:ita ꝙ opꝫ illud esse mãm: illud vero formã.ꝛc̃)sic intelligat vt verba sonant: tũc tñ loq̃ret de diffinitiõe subẽ ↄposite ex mã et forma:ꝛ sic non ꝓbaret ali qua ↄpositio i accñtibꝰ neqꝫ i simplicibꝰ substãtiis. ¶ Dico ꝙ rñsio non valet:qꝛ eo modo quo res est ↄposita eo modo diffinitio exprimit ptes componẽtes. Si est vere ↄposita ex mã et forma tũc diffinitio exp̃mit illas ptes. Si vero est cõ posita ex realitate et realitate eodeꝫ mõ exp̃mit illas:ꝛ sic semꝑ genꝰ qđ ponit in diffinitione sigt mãꝫ ꝛ dñia formaꝫ.

Obiectio.

¶ Et si dicat ꝙ oẽs ptes diffinitionis sunt forme: vt pꝫ a Cõmẽ.c.45.

Solutio.

¶ Dico ꝙ dicũtur forme i predicando siue in=quantũ sunt p̃dicata : p̃dicatũ eñ hꝫ modũ forme et subm modũ mãe.de hoc vide Sco.in suis vl'ibus in illa.q. an ista sit vera.hõ est aĩal. Et qđ dicit ꝙ genꝰ ꝛ dñia vt ponũtur in diffinitione nõ sigñt ptes.ꝛc̃. Si ip̃e itelligat ꝙ genꝰ ꝛ dif=ferẽtia vt accipiũtur ꝓ secũdis intẽtionibꝰ ponãtur in dif=finitione:puta hoĩs:hoc est manifeste falsum:qꝛ sicut diffi=nitũ est aliqd ex nã rei:ita diffinitio q̃ ↄuertit cuꝫ diffinito erit aliqd ex nã rei. Et sicut hic hõ real'r cõponit ex hoc cor pore et ex hac aĩa:ita hõ in cõi p̃ter oẽ opꝰ itellectꝰ dr ↄpo ni ex corꝑe ꝛ aĩa in cõi:ꝛ de hoc vide doc.in.3.d.22. Si vero accipit genꝰ et differentiam vt sunt partes diffinitionis ꝓ primis intentionibus:pꝫ ex supradictis ꝙ genus significat materiam siue partem:licet non ꝑ modũ ꝑtis sed per mo=dum totius. Et ex his pꝫ quõ rñsiones seq̃ntes ad ratio=nem doc.nec euacuant nec soluunt illas.

Guil. ochã arguit con=tra doc.

Contra istã opi.arguit ochã i.1.d.8.ꝛ arguit ↄ̃ aliq̃ di cta doc.et p̃mo ↄ̃ h̃ qđ dicit. In oi specie sunt due realitates a quaꝝ vna accipitur genus ꝛ ab alia dñia. Hoc ẽ simpl'r falsũ:qꝛ aliqđ idiuiduũ ẽ simplex simpl'r:ḡ nõ icludit tales duas realitates. Cõfirmat:qꝛ sicut ꝓbatũ est priꝰ i creaturis nulla ẽ distictio a pte rei:nisi sit distictio reꝝ sꝫ scđꝫ istas multa sunt idiuidua q̃ nõ icludũt distictas res ḡ multo fortiꝰ nec spẽs icludit diuersas res:ꝛ ꝑ ↄ̃ns nec in cludit tales diuersas realitates. ¶ p̃. Sicut spẽs se hꝫ ad iudiuidua ẜm istos:ita genꝰ ad spẽs: sꝫ idiuiduũ nõ icludit tales realitates duas:ḡ.ꝛc̃. Mi.ꝓbat:qꝛ q̃ro de illis reali tatibꝰ ꝓprius diuersorũ indiuiduoꝝ: aut sunt eiusdẽ rõnis aut nõ:nõ põt dici ꝙ sic : qꝛ tũc ab eis posset abstrahi aliqs ↄceptꝰ cõis vniuocꝰ: qđ negãt isti. Si sunt alteriꝰ rõnis:ḡ indiuidua nõ sunt eiusdẽ rõnis sꝫ alteriꝰ rõnis:ḡ nõ erunt indiuidua eiusdẽ speciei. ¶ Si dicat: ꝙ q̄uis iste dñe sint alteriꝰ rõis:nõ tñ idiuidua ↄstituta eẽnt alteriꝰ rõnis:qꝛ cõ stituta minꝰ differũt q̄ꝫ ↄstituentia. ¶ Contra. Añ aliqua tota nata sunt denoĩari a noĩbꝰ ptiũ:illa q̃ ↄueniũt ptibus cõueniũt totis:sꝫ tũc est ista ꝙ idiuidua distiguũtur ꝑ diffe rẽtias idiuiduales:ḡ ille denoĩatiões q̃ ↄueniũt ip̃is dñis indiuidualibus:cõuenieñt ip̃is idiuiduis. ḡ sicut ip̃e dñe sunt alteriꝰ rõnis:ita idiuidua erũt alteriꝰ rõnis. ¶ p̃. Qua rõ ne dicit nõ obstãte ꝙ dñe indiuiduoꝝ sint alteriꝰ rõnis : tñ ip̃sa indiuidua nõ sunt alteriꝰ rõnis eadẽ rõne et facilitate dicet ꝙ q̄uis dñe specifice sint alterius rõnis: non tñ ip̃se spẽs ↄstitute erũt alteriꝰ rõnis:qꝛ sicut nã specifica nõ disti guit nisi ꝑ dñas ididuales:ita ip̃a nã gñis nõ distinguitur nec diuidit nisi ꝑ dñas specificas ẜm eos. ¶ Si dicat ꝙ nõ est simile:qꝛ illa dñia indiuidualis non est quiditatiua sicut dñia specifica est. ¶ Contra. Hoc non est nisi vocabulis vti ad placitum:cum ita sit de essentia indiuidui dñia indiuidu alis:sicut de nã speciei est differentia specifica:nec magis sit intrinseca ipsi speciei:differentia specifica:q̄ꝫ dñia idiuidua lis ipsi indiuiduo. ¶ p̃. Qđ dicit ꝙ illa nã specifica est potẽ tialis ꝛ ꝑfectibilis ab illo actuali. Hoc non est veꝝ:qꝛ nul=la res est in põ ad seipsam.ḡ si.a.ꝛ.b.non distinguantur re aliter.a.non est in potentia ad.b.nec econuerso. ¶ Si dica tur ꝙ sufficit distinctio formalis. hoc non sufficit : quia ea dem ratione dicã ꝙ eẽntia diuina est in potentia et perfe=ctibilis per relationem:vel econuerso ꝓpter distinctionem formalem inter essentiam et relationem. Confirmat. quia quãdo aliqua sunt realiter vnuꝫ:vnum non est imperfectiꝰ alio.quia idem non potest esse ꝑfectius seipso.ergo cum in proposito potentiale et actuale sint vnuꝫ realiter ex hoc ꝙ vnum est potentiale respectu alterius: non potest argui ꝙ potentiale sit imperfectius actuali.ergo si illud actuale es set infinitum.ex hoc ꝙ aliud esset potentiale non posset ar=gui minor perfectio in potentiali: nec per consequens ali=qua imperfectio.ergo sine omni imperfectione ꝑꝑ eẽntiã in finitam posset stare in deo aliquid potentiale respectu alte rius dũmodo vnum distinguatur formaliter ab alio. ergo cum infinitate diuine essentie stat potentialitas alicuius in deo sine omni imperfectione, sed vbi est potẽtia ꝛ actus

ibi est aliq̄ ꝯpō: ergo cū ĩfinitate diuine essentie sine oĩ imꝑfectione stat ꝯpositio. qḋ est absurdū. ¶ Ad .p̄. Auctoritass phi est ad oppositū: q2 sicut p3 ex ꝓcessu phi. o3 diffinitionē eē orōnē lōgā: ita ꝙ vna ps significet mām: et alia formā: q̄lr aūt hoc sit intelligēdū post patebit. ¶ Ad .p̄. Scḋa rō nō ꝯcludit. Prio: q2 ꝑ illā rōnē (cū indiuidua nō distinguant tm̄ ꝑ gradus ĩtrinsecos: s3 ꝑ differētias simplr̄ alteri⁹ ⁊ alteri⁹ rōis et tāta sit ꝯpositio in ĩdiuiduo quāta reqrit̄ ad ꝯpositū speciei) seq̄ret̄ ꝙ ille drīe essent specifice: ⁊ oĩa ĩdiuidua distinguerēt̄ specie. ¶ Si dicat̄ ꝙ ille drīe nō sint q̇ditatiue: ⁊ iō nō ꝯstituūt spēs q̄tūcūq3 sint alteri⁹ rōnis. Cōtra hoc est frequēter argutū: q2 eadē facilitate dicet̄ ꝙ differētie hominis ⁊ asini nō sunt q̇ditatiue. ⁊ iō hō ⁊ asin⁹ nō sunt alterius rōnis. ¶ Ad .p̄. arguit̄ sic. Cōcept⁹ spēi nō est tm̄ ꝯceptus realitatis ⁊ modi ĩtrinseci: q2 tūc albedo posset esse genus et grad⁹ intrinseci albedinis possunt esse drīe specifice. Eodē mō arguo ego sic. Cōcept⁹ speciei nō est tm̄ ꝯceptus realitatis ⁊ drīe ꝯtrahētis ⁊ ꝯponētis cū illa realitate q2 tūc albedo posset esse gen⁹ ⁊ differētie ꝯtrahētes ⁊ cōponētes cū ea possent esse differētie specifice. ergo sicut dicis ꝓpter hoc ꝙ modi intrinseci nō ꝯstituūt ꝯceptū ita ꝯpositū sicut ē ꝯceptus speciei. ita hēs dicere ꝙ drīe q̄ distinguūt̄ formaliter ab illa realitate nō ꝯstituūt ꝯceptū ita ꝯpositū sicut est cōcept⁹ spēi. ergo ad ꝯstōnē spēi reqrit̄ drīa realis inter drīam ⁊ realitatē a qua sumit̄ genus: qḋ tm̄ ipse negat. ¶ Ad .p̄. q̄ro de aliis modis intrinsecis: aut aliquo mō distinguūt̄ vel non sunt oĩb⁹ modis idē ex nā rei cū illis quorū sunt modi: aut nō? Si aliquo mō distinguūt̄ vel nō sunt idē oĩb⁹ modis. ergo erit ita aliq̇d reale vniuocū deo ⁊ creature sicut creaturis inter se: qḋ tm̄ ipsi negāt. ꝯn̄a p3: q2 vbicūq3 ē aliq̇d reale ꝯctū ꝑ aliqua realia: q̄litercūq3 illa ꝯhētia distinguant̄ a ꝯcto ibi est aliq̇d reale vniuocū: hoc p3 q2 nō pōt aliq̄ rō assignari q̄re est aliq̇d reale vniuocū: vel est vnū ⁊ idem nō variatū: nec multiplicatū in vniuocatis: ⁊ tale nullū est etia3 ſm istos. Vel dr̄ reale vniuocū q2 est ꝯctū ꝑ aliqua realia: et multiplicatū ⁊ variatū ꝑ ea: ⁊ tūc qua rōne vnū tale est reale ⁊ reliquū: ergo si cōe deo ⁊ creaturis sit ꝯctū ꝑ quoscūq3 modos reales istud cōe erit aliq̇d reale. sicut aliḋ cōe reale Cōfirmat̄: q2 q̄tūcūq3 sit minor disti̇ctio iter nām specificā et drīas indiuiduales q̄3 iter nām generis ⁊ drīas specificas: tm̄ tāta vniuocatio est speciei ad sua ĩdiuidua q̄ta est generis ad suas spēs. Immo eo ipso est maior vniuocatio ⁊ magis realis ad ĩdiuidua q̄3 ad spēs. ergo si cōe vniuocū deo et creature sit realr̄ ꝯctū ꝑ modos ĩtrinsecos reales: q̇ minus distiguūt̄ a ꝯcto q̄3 drīe specifice distiguātur a nā generis: seq̇tur ꝙ eq3 vel magis erit aliq̇d reale vniuocū deo et creature q̄3 diuersis spēbus eiusdē generis. ¶ Ad .p̄. Scḋ3 eū albedo est aliq̇d reale vniuocū diuersis albedinib⁹: nō obstāte ꝙ ꝯhatur ꝑ diuersos modos ĩtrinsecos: ergo eade3 rōne si aliq̇d cōe deo ⁊ creaturis ꝯhat̄ ꝑ diuersos modos intrīsecos reales deo ⁊ creature erit aliqḋ vniuocū reale. ¶ Ad .p̄. Quero de illo ꝯcto ꝑ modū intrinsecū: aut est aliq̇d reale: aut tm̄ ens rōis? Nō pōt dici ꝙ sit ens rōnis: q2 nullū ens rōnis ꝯhit̄ ꝑ ens reale. ergo op3 ꝙ sit ens reale: tunc arguo sic Nullū ꝯctū est de se illud ad qḋ ꝯhitur: q2 oē tale est cōe. ergo tale contractum per modum intrinsecū diuine essentie est commune et est reale. ergo aliquid reale est commune vniuocum deo et creature. Si autem dicatur ꝙ ille modus intrinsecus nullo modo distinguatur ex natura rei ab illo cuius est modus. ergo infinitas non plus est modus diuine essentie q̄3 econuerso: et per consequens non plus modus est contrahens q̄3 diuina essentia: et ita non ibi erit contrahens et contractum cuius oppositum ipse dicit. ¶ Ad .p̄. Ratio non concludit quia supponit vnum falsum. s. ꝙ intentio generis est aliquid intrinsecum speciei constitutiuum ipsius: cuius oppositum probatum est pri⁹. Hec Gul. Ochā.

Responsio ad ratiões Ocham **Respondeo** ad rationes Ocham. Ad primam. negatur ꝙ aliquod indiuiduum positum in recta linea predicamentali sit simpliciter simplex: omne einm tale de necessitace includit plures conceptus essentiales in quos resoluitur: vt patere potest a doct. supra distinctione. 3. et distin. 5. et in. 2. di. 3. ¶ Ad confirmationem conceditur ꝙ multa indiuidua etiam predicamentalia sunt que non includunt distinctas res: vt qualitates indiuiduales: et breuiter omnia indiuidua accidentalia: quia nullum accidens est compositum ex diuersis rebus: vt patet a docto. in meth. sua et presenti li. distinctione. 2. in. 2. et in. 4. Et cū infertur. ergo in tali indiuiduo nō sunt plures realitates: a quarum vna accipitur rō generis et ab alia rō drīe. Negat̄ hoc illatū. Et cū dicit ꝙ ĩ creaturis nulla est distinctio a ꝑte rei nisi distinctio rex. Dico ꝙ h̄ est manifeste falsum: nec ꝓbōnes q̄s. s̄. facit. d. 2. ꝓbāt ꝓpositū suū: vt p3 ĩtuēti illas rōnes: nec op3 hic ĩmorari. ¶ Ad aliud qn̄ q̄rit de realitatib⁹ ꝓpriis indiuiduox. s. de ipis hecheitatibus: puta de hecheitate Frācisci ⁊ Ioānis: an ille realitates sint eiusdē rōnis: an alterius rōnis? Dico ꝙ esse eiusdē rōnis vel alteri⁹ pōt duplr̄ accipi: vel ꝙ sint eiusde3 rōnis q̇ditatiue vel alterius rōnis q̇ditatiue. Et sic dico ꝙ nec eiusdē: nec alteri⁹: q2 si eiusdē: tūc haberēt quo ꝯuenirēt q̇ditatiue ⁊ quo differrēt. nec etiā alteri⁹: q2 q̄ differūt q̇ditatiue dicunt q̇d: sicut q̄ drn̄t formalr̄ dicūt formalitatē: mō hmōi entitates ꝓpe nō dicūt q̇ditatē vt p3. Vel ꝙ sint alterius rōnis. i. p̄mo diuerse: ⁊ sic ꝯcedit̄: ꝙ sunt h̄ mō alterius rōnis: q2 p̄mo diuerse. Et cū infert̄. ergo ĩdiuidua ꝯstituta per eas sunt hoc mō alteri⁹ rōnis. Negat̄. q2 Frācisc⁹ ⁊ Io. ꝯueniūt q̇ditatie ĩ hoīe ⁊ ĩ aliis supiorib⁹: ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō sunt primo diuersa: vt patere pōt ex. 5. Met. t. nō hn̄te cōmē. q̇ tex. incipit. Eadē v̄o dicūtur h̄ q̇dē ſm accn̄s. ⁊c̄. hoc idē p3. 10. Met. t. c. 12. Et cū ꝓbat ꝙ talia ĩdiuidua erūt alteri⁹ rōnis ꝑ h̄ ꝙ denoiat̄ distingui ꝑ illas realitates ꝓp̄as. Dico ꝙ h̄ seq̄ret̄ si nō ĩcluderēt aliā entitatē q̇ditatiuā. Frācisc⁹ ei rōne hūanitatis est eiusdē rōnis q̇ditatie cū Io. rōne hūanitatis Ioānis: ⁊ sic nō seq̇tur ꝙ sint alteri⁹ rōnis: ⁊ hoc p3 a doc. I. d. 13. ⁊ 26. ⁊. s̄. patuit. d. 7. Dicim⁹ ei ꝙ pr̄ ⁊ fili⁹ ĩ diuinis sunt simplr̄ eiusdē rōnis rōne eēntie ĩcluse: l3 paternitas ⁊ filiatio sint p̄mo diuersa: vt patuit ĩ locis. s̄. allegatis sic ĩ ꝓposito. Et ꝯcedo ꝙ denoiant̄ distingui ꝑ illas realitates ꝓp̄as: s3 ex hoc nō sequit̄ ꝙ tāta distictiōe illa ĩdiuidua distinguātur quāta ille realitates ĩdiuiduox. Et qn̄ addit ꝙ eadē rōne posset dici: ꝙ due spēs eēnt eiusdē rōnis: q̄uis drīe cōstituētes sint alteri⁹ rōnis. Dico p̄mo: ꝙ nō est simile: q2 eē alteri⁹ rōnis eēntialis ⁊ q̇ditatie nō pōt eē nisi per drīas cōstituētes ĩ eē eēntiali et q̇ditatio: ⁊ q̄cūq3 sunt p̄ncipia eēndi eo mō quo sunt p̄ncipia eēndi eodē mō sunt p̄ncipia distiguēdi ⁊ ecōuerso: vt. s̄. patuit ĩ ꝓlo. q. vi. q2 ergo realitates indiuiduales nō ꝯstituūt ĩdiuidua in eē q̇ditatiuo: vt p3. iō nō sunt p̄ncipia distiguēdi q̇ditatie ⁊ eēntialr̄. Dico scḋo: ꝙ sicut ĩdiuidua nō distiguūtur tāta distictiōe quāta eox drīe ĩdiuiduales: sic ⁊ spēs nō distiguūtur tāta distictiōe quanta drīe specifice: p3 q2 drīe specifice nō ꝯueniūt q̇ditatie ĩ aliq̄ gn̄e: l3 q̇ditatie ꝯueniāt ĩ ente: vt. s̄. patuit a doc. d. 3. q. 3. s3 due spēs cōueniūt ĩ gn̄e q̇ditatie. Et cū dicit: ꝙ ita talis realitas ē de eēntia indiuidui: sicut ⁊ drīa ē de eēntia speciei. Si ĩtelligat ꝙ ꝯstituat ĩdiuiduū ĩ aliquo eē eēntiali ⁊ q̇ditatiuo falsum est: q2 tūc eēt drīa eēnalis: sic indiuiduū eēt ꝯhibile ꝑ aliā realitatē indiuidualē. ⁊ tūc de illa alia q̄rit̄: aut dicit q̇ditatē aut nō? si sic? ergo ꝓcessus ĩ infinitū? si non? ergo nec p̄ma realitas: cū non sit maior rō de vna q̄3 de alia. De hoc vide doc. i. 2. d. 3. Si vero intelligit: ꝙ sit de eēntia. i. de ꝯstitutiōe ĩdiuidui. Cōcedit̄ ꝙ talis realitas vere ꝯstituit ĩdiuiduū: nō tn̄ in eē q̇ditatiuo: s3 tm̄ in esse ĩdiuiduali: ⁊ sic p3 quō non est vti vocabulis ad placitum. ¶ Ad aliḋ ꝯ doc. (q̇ dicit ꝙ nā specifica ē ꝑfectibilis a realitate ĩdiuiduali: vt patet in. 1. d. 5. q. 2. et. d. 26.) cū dicit. nulla res est in pō ad seipsam. ergo si. a. et. b. non distinguūtur realiter. a. non est in pō ad. b. ¶ Dico p̄mo ꝙ doc. vult ꝙ talis nā q̄ ex nā rei est prior realitate indiuiduali sit vere determinabilis et cōtrahibilis ꝑ illā: ⁊ q2 illa dicit entitatē positiuā. iō ꝑficit illam et determinat et actuat. Et qn̄ dicit ꝙ non distinguitur realiter. Dico ꝙ nā vt prior tali realitate est indifferens ad omnem hecheitatē: vt p3 a doc. i. 2. d. 3. ⁊ vt sic dr̄. realiter distingui: l3 vt facta talis natura (puta nā humana) propria ipsi Fran. non distinguatur realiter ab ipso: sed transeat in realē identitatē ipsius. vt p3 a doc. vbi. s̄. et ideo doc. ĩ isto p̄mo. d. 5. q. 2. dicit ꝙ essentia diuina ex se et ex sua ratione formali est hec et in vltima actualitate: non sic natura creata. ¶ Secūdo dico ꝙ qn̄ doc. dicit ꝙ est perfectibilis. Hoc magis debet ĩtelligi: sic ꝙ sit actuabilis et determiabilis siue contrahibilis q̄3 perfectibilis: quia proprie perfici est essentialiter vel accidentaliter perfici: sed a tali realitate nec essentialiter perficitur: cum non sit de essentia illius: nec accidentalr̄ cū non sit accidēs ei⁹. ¶ Dico tertio: ꝙ iō p̄t dici perfectibilis a tali proprietate: q2 nā est v̄e actuabilis cu3 ex se non sit in vltima actualitate. vt probat doct. in. 2. di. 3. q. 1. ⁊ si talis proprietas realiter distingueretur vere ab illa perficeretur. ergo cū mō nō distinguat̄ realiter sequit̄ ꝙ saltem ſm rōnem perficiatur: q2 qualis est ordo inter aliqua vbi realiter distinguūtur talis est vbi tm̄ ratione distin

Esse alteri⁹ rōnis pōt duplr̄ intelligi.

Sing. responsio.

hecheitas non est de eēntia indiuidui.

Quō nā hūana ē ꝑfectibilis et distinguitur realr̄ ab hecheitate.

Quid sit ꝓpe ꝑficī.

guūt.vt pz a doc.s.q.3.plogi.ꝛ in quoli.ꝛ alibi sepe. Si ḡ talis ꝓprietas distingueret realr esset ꝓe pfectibilis ab il la.ḡ vbi mō aliqualr distinguit suo mō est pfectibilis ab il la saltē sm rōnē. Sz hoc nō seqtur de eētia diuina:qꝛ ipa est ex nā sua ē hec et in vltima actualitate nec pōt quouis mō intelligi pōꝛ ꝛ vt determinabilis. Et iō nō adduco ꝯ Ochā illam rnsionē:ꝙ sufficit ꝙ distinguat formalr:qꝛ si hec esset sola rō:argumētū qd facit de essentia diuina et prnitate ꝯclu de. et. ¶ Ad alia q̄ dicit ꝯ scdam rōnē Doc. sumpta ex rōne infinitatis (in qua dicit ꝙ ꝯcept⁹ spēi nō tm̄ est ꝯcept⁹ rea litatis et modi itrinseci eiusdē realitatis:sz est ꝯcept⁹ rea litatis et alicuius dr̄ie specifice. cū ḡ ens ꝯhatur ad deum ꝛ creaturā tm̄ p modos intrinsecos.i.p finitū ꝛ infinitū seqt ꝙ nō erit eis gen⁹:nec p ꝯñs de⁹ erit i genere) Cū dicit prio ꝙ cū indiuidua nō tm̄ distinguant p grad⁹ intrinsecos sz p dr̄ias simplr alteri⁹ ꝛ alteri⁹ rōnis:seqret ꝙ ille dr̄ie essent specifice:ꝛ sic indiuidua distinguerent spē. Dico ꝙ ex illa rō ne Doc. hoc nō seqtur. Et ꝯcedo ꝙ indiuidua nō tm̄ diffe rūt p grad⁹ intrinsecos:sed p aliqd aliud.s.p suas ꝓprieta te īdiuiduales:sz postea nego ꝙ hmōi ꝓprietates sint dr̄ie simplr alteri⁹ ꝛ alteri⁹ rōnis:ꝛ hoc loquēdo de differentiis eētialib⁹ ꝛ qditatiuis:vt.s.patuit:sunt.n. dr̄ie tm̄ indiui duales ꝯstituentes tm̄ in eē indiuiduali ꝛ nō in esse qdita tiuo:vt ipse arguit:qꝛ bn̄ tūc ꝯcederet ꝙ eēnt dr̄ie specifice. ¶ Ad aliud ꝯ eādē rōnē. Dico ꝙ nō ē sil'e de realitate ꝛ mō intrinseco:ꝛ realitate ꝛ dr̄ia ꝯhente ꝛ ꝯponēte cū tali reali tate:qꝛ si ꝯcept⁹ spēi esset tm̄ ꝯcept⁹ realitatis ꝛ modi intri seci:tūc albedo esset gen⁹:pz qꝛ si grad⁹ intrinsecus ptinet ad qditatē specificā:ḡ albedo vt.4.erit spēs.qꝛ icludit rea litatē albedinis ꝛ gradū intrinsecū ꝯhentē ꝛc̄.ꝛ silr albedo vt.6.ꝛ albedo vt.8.ꝛ sic de aliis. Albedo.n.pōt intendi et remitti sm grad⁹ intrinsecos. Si vero ꝯcept⁹ spēi puta al bedo dicat ꝯceptū cōpositū ex realitate coloris ꝛ realitate dr̄ie:tūc albedo nō poterit esse gen⁹:qꝛ nō pn̄t reperiri dr̄ie essentiales:ꝯhentes albedinē ad gradū specificū:qꝛ vt sic tm̄ nata est ꝯhi p dr̄as indiuiduales:q̄ (vt dixi) nullo modo sunt dr̄ie qditatiue sz tm̄ indiuiduales:nec alie dr̄ie repe riunt sub spē specialissima. Nō sic de gradib⁹ itrinsecis:qꝛ manifestū ē ꝙ albedo pōt ꝯhi ad albedinē:vt.4.vt.6.vt.8 et si illi grad⁹ ptinerēt ad cōceptū specificum sub albedine possent esse ples spēs.ꝛ sic pz qūo grad⁹ intrinseci nō ꝯsti tuūt ꝯceptū ita ꝯpositū sicut ē cōcept⁹ spēi:qd tm̄ seqret si ptinerēt ad cōceptū spēi. ¶ Ad aliud ꝯ eādē rōnē cū q̄rit de aliis modis intrinsecis. Dico ꝙ modi intrinseci aliquo mō distinguunt ab illis quoꝝ sunt modi:nō tm̄ realiter nec formaliter (nisi forte formaliter negatiue non aūt positi ue) vt infra patebit rn̄dendo ad argumenta principalia. Cum infertur.ꝙ si aliquo modo distinguūtur ꝙ erit aliqd reale cōmune vniuocū deo et creature sicut creaturis iter se. Dico ꝙ hoc non seqtur. Et cuz probat qꝛ vbi ē aliqd rea le ꝯctum per cōtrahentia realia aliquomō distincta a ꝯcto illud ꝯctum est vere vniuocū. Concedo ad bonum sensum. Sed negatur ꝙ aliquid hmōi ꝯhat:qꝛ nō dat aliqua rea litas communis deo et creature.vt s.patuit.d.2.parte.1. q.1.exponēdo illud argumētū de necesse esse:nō eni est cōe deo et creature nisi conceptus:qꝛ tm̄ in ꝯmuni ꝯceptu ꝯue niunt et non in aliqua realitate communi:vt pz in pn̄ti.q. ꝛ plixe exposui infra.d.25.rn̄dēdo ad quasdā rōnes Ochā ꝯ Sco. ¶ Ad confirmationem concedo ꝙ est maior vniuo catio spei ad indiuidua q̄ꝫ generis ad species:quia species est tota quiditas indiuiduorum non sic gen⁹. Tuz ēt qꝛ in spē est ꝓprie cōparatio:vt pz p phm.7.phisi.t.c.24.ꝛ.29 vbi vult ꝙ in specie athoma sit ꝓprie ꝯparatio:non autem in gn̄e:qꝛ genus non habet talem vnitatem. Et cum infert ergo si cōe deo ꝛ creature sit realiter cōtractum per aliqua realia ꝛc. Dico ꝙ si imaginatur aliqd cōe reale prius nā ip so deo contrahibile ꝛc.hoc non pōt imaginari sm mentez Sco.nec ēt pt ħ hēri ex verbis ipsius. Si vero imaginetur aliquid prius supple a quo non conuertitur subsistēdi con sequentia. Conceditur ꝙ dat aliqd cōe deo:illud tamē cōe deo non potest dici de essentia dei:cum sit tm̄ conceptus cōis. Spēs vero ꝛ genus non tm̄ dicunt conceptum cōem: sed etiam aliquam realitatē priorē:ꝛ de eētia suoꝝ iferio rum:sed hoc negatur de cōi deo ꝛ creature. Et p hoc pz ad aliud de albedine ꝛc. ¶ Ad aliud quando querit de illo cō tracto aut est aliquid reale aut aliquid rōnis Dico ꝙ reale pōt multipliciter intelligi vel reale prius ꝛ constitutum in esse reali:et hoc non.vt supra.patuit:aut ꝯceptus realis et posterior deo:sz cōior.hoc modo pt concedi, vel ꝙ vt com

Cōe deo et creature eē aliqd reale pt intelli.3.

paratur ad creaturā sit aliquid reale pri⁹ ipsa et constituti uum ipsius.vt vero comparatur ad deuz sit simplr posteri⁹ pri⁹ tn̄ scōm cōitatē et pdicationē: hoc etiā nō ꝯcedit tale contractū esse qd reale. Ex his pz rn̄sio ad rōnes Ocham.

Ibi quo ad illd qd addit i.q. de quocūqꝫ foralr dicto de deo. Dico ꝙ nihil tale est in gn̄e pp idem: qꝛ nihil dr̄ de deo formalr qd est limitatū et oē genericū est necio limitatū. ¶ Sz tūc est dubiū q̄ sunt illa pdicamē ta q̄ dn̄r deo formalr vt sapiēs bon⁹.ꝛc̄. Rn̄deo ꝙ ens pri⁹ diuidit i infinitū ꝛ finitū q̄ꝫ i.x.gn̄a. Qd dicit doc. ꝙ ens p⁹ diuidit i ens finitū ꝛ ifinitū:nō dz intelligi de simplr pma di uisiōe entis:qꝛ scdz ipz i.q.3.vel.4.qlī.ens diuidit pma sua diuisiōe i ens quātū ꝛ nō quātū. Sz sic dz intelligi ꝙ ens an teqꝫ descēdat ad.10.pdicamēta pus diuidit i ens finitū ꝛ i finitū.ꝛ ens finitū tm̄ diuidit i.x.pdicamēta. vt pz p Ari.5. met.qꝛ ḡ ens pdicat de.x.gn̄ib⁹.ꝛ de his q̄ sunt foralr i deo q̄ sunt ifinita formalr:iō nō pōt cēseri gen⁹.cū oē gen⁹ ꝛ oē genericū sit foralr finitū itēsiue. ¶ Sz orit difficultas. An ens ꝓut predicat de.x.gn̄ib⁹ ꝛ de rlonib⁹ i diuinis dicatur gen⁹ cū ille nō sint formalr ifinite sicut nec gn̄a.vt pz a doc. q.5.quoli. Dico ꝙ nō est gen⁹.qꝛ ens vt hmōi ē magis idr̄ns q̄ꝫ ens qd diuidit immediate in ens finitū et infinitū: pz qꝛ ens reale pri⁹ diuiditur in ens quātū et nō quātū.ꝛ accipit ibi ens q̄ꝫtū ꝓ ente hn̄te aliquā pfectionē: vel ꝓ ente nēcio includēte aliquā ipfectionez:vt exposui in quoli.q.3.ꝛ alibi etiā:et nō quātū ꝓ ente nō dicēte formalr nec pfectionem neqꝫ iperfectionē:cuiusmodi sunt relationes diuinē. Nam si paternitas diceret pfectionē:aliqua pfectio esset in pr̄e q̄ nō esset in filio. Similiter nec iperfectionē:qꝛ nulla imper fectio est in diuinis. ¶ Ibi. Sed tūc est aliud dubiū quō po nitur sapientia trāscēdēs:cū nō sit cōis oībus entib⁹ ꝛ trā scēdētia vident cōia oīb⁹ entib⁹. ¶ Rn̄deo. sicut de rōe ge neralissimi nō est in se hr̄e plures sub se spēs: sed non hr̄e aliud supueniēs gen⁹ sicut hoc gen⁹ qn̄ quia non hz supra se gen⁹ est generalissimuz:licet paucas habeat species:aut nullas:ita omne transcendens nullū hz genus sub quo cō tineatur:sed ꝙ ipsum sit commune ad multa inferiora hoc accidit. Hoc pz ex alio:qꝛ ens non tm̄ habet passiones con uertibiles simplices:sicut vnū bonū,ꝛc. sed habet passiōes disiunctas vt possibile vel necessario:actus vel pō:et hmōi. Sicut aūt passiones ꝯuertibiles sunt transcendentes:quia consequūtur ens non inquātū determinatur ad aliqd gen⁹ ita ꝛ passiones disiūcte sunt trāscendētes:ꝛ vtrūqꝫ mēbrum illi⁹ disiūcti et transcendens:quia neutrum determiat suū determinabile.s.ens ad certum genus:ꝛ tamen vnum mē brum illius disiuncti est speciale formaliter non conueniēs nisi vni enti:sicut necesse est esse in ista diuisione necesse vel possibile et infinitum:in ista diuisione finitū vel infinitū: et tm̄ necesse eē ꝛ finitū tm̄ conueniūt vni enti.s.deo. Ita etiam pma sapientia potest esse transcēdēs:ꝛ quodcūqꝫ aliud qd est commune deo et creature: licet aliquid tale dicatur de solo deo, et de nulla creatura. aliquod autem de deo ꝛ cre atura aliqua. Non opz aūt transcendens vt transcendēs di ci de quocūqꝫ ente nisi sit conuertibile cū pmo trāscēdēte.s. ente. ¶ Est tamen aliquod dubium. Quia dicit doc. ꝙ de ratione generalissimi non est habere sub se plures species. Hoc debet intelligi non simpliciter et absolute:nam ipse in suis vniuersalibus vult ꝙ sufficit ad rationem generis pos se conseruari in vnica specie. Et vltra. quia genus diffini tur ex hoc ꝙ predicatur de plurib⁹ differentibus specie. de hoc vide ibi diffuse. Nā ipse ibi multas difficultates soluit

Tho. pma pte sum.q. 3.argu.5.

Ibi. Alii probant quarto. Dicit Tho. ꝙ ideo ens non est in genere quia continet in se perfectiones omi um generum:quasi velit dicere ꝙ continens est extra ratio nem formalem contenti: et sic si continet virtualiter om nia genera de necessitate erit extra illa. ¶ Et dicit doct. ꝙ argumentum non valet quia continens aliquid conti net illud per modum sui.idest ꝙ sua entitas est ratio for malis continendi illud aliud. Et dicit ꝙ si deus causaret indiuidua subē illa ꝯtineret ꝟtualr oia accidētia p modū sui et nō p modū accidentiū:ꝛ tn̄ ille substātie erūt in gn̄e

Sed videtur michi ꝙ non soluat argumētū Tho. qꝛ ex quo eni sbē cānt accn̄tia alioꝝ generū:iō nō sunt in genere accn̄tiū. Sic in ꝓposito. Si de us continet virtualiter oia genera nō erit in genere. ¶ Di co primo ꝙ argumētū Sco. cōcludit:qꝛ ꝛ si ille sbē sint ex rōnē formalē generis accn̄tis:tn̄ pn̄t esse in genere accidē tis saltē per accn̄s denominatiue sicut albū est in genere q̄ litatis:hoc idem posset dici de deo quod est inconueniens.

Obō bona.

3. responsio

Itē q̄rto sic. De⁹ ītelligit eēntiā suā īquātū vera nō īquātū bona: ꝛ vult eā iquātū bona: nō inquātū vera: ab eťno ēt intellexit se ītelligere eēntiā et velle eā: ēt sine respectu ad extra: qꝛ iste act⁹ ꝯseq̇tur īmaterialitatē nālē. i. act⁹ quo itellect⁹ diuin⁹ reflectiꝶ sup ītellectionē qua ītelligit eēntiā: et similiter act⁹ volēdi quo volūtas vult volitionē q̄ īmediate vult eēntiā: ꝙ sine tali respectu ad extra eēntia icludit rōnē veri ꝛ boni: silr rōnē intelligētis ꝛ ītellecti. s. ip̄m ītellectū: q̄ hꝫ rōnē ītelligētis: ꝛ eēntiā q̄ hꝫ rōnē itellecti: ꝛ similiter includit rōnē volētis ꝛ voliti: q̄ rōnes sunt formaliter distincte. Nota tñ ꝙ lꝫ ſm doc. itellect⁹ diuin⁹ ītelligat eēntiā in quantū vera: et ēt inquātū bona: tñ ħ qđ dicit hic ꝙ ītelligit eā inquātū vera nō inquātū bona: hoc ꝯcludit ꝯ̄ Thoma: q̇ tenet eēntiā sub rōne veri esse obm̄ itellect⁹: ꝛ nō sub rōne boni. Hoc stāte formo sic argumētū: supponēdo mihi p̄mo: ꝙ ītellect⁹ p̄ma ītellectiōe qua ītelligit aliq̇d: non fabricat ens rōnis nec cōparat illđ intellectū ad aliud. nā p̄mo ītelligit obm̄: ꝛ ītellectū poste a ꝯparat. ħ stāte: ītellect⁹ diuin⁹ intelligit essentiā inquantū vera et nō inquantū bona et ħ prima intellectiōe. ꝙ est ibi veritas et nō ꝑ ꝯparationē ad extra. Et similiter volūtas p̄ma volitiōe vult eā inquantū bona ꝛ nō absolute inq̄tū vera: ꝙ est ibi bonitas sine ꝯparatiōe ad ex̄. ¶ Ibi. Ab eterno ēt ītellexit. Pōt formari aliđ argumētū supponēdo aliq̄. Prio: et si idē oīno i re possit se intelligere: ꝛ sic eē obm̄ ꝛ pō: tñ ꝙ idē oīno i re itelligat seipsum intellectiōe: ꝛ ꝙ talis ītellectio qua se ītelligit sit oīno idē in re: hoc nō est ītelligibile: qꝛ operatio semꝑ distinguiꝶ ab opāte. Cū ꝙ ītellect⁹ diuin⁹ ītelligat eēntiā suā vel seip̄ꝫ Et vltra itelligat ēt se ītelligere ꝓpter suā immālitatē naturalē. Queriꝶ tūc. aut ītelligit ītellectiōe reali ꝛ nō sūpta per respectū ad extra: aut intellectiōe rōnis q̄ sit tm̄ ens rōnis: ꝛ hoc per respectū ad ex̄. Si p̄mo: hēo intētū. s. ꝙ ē ibi intellectio ex nā rei aliq̄ mō distincta ab ip̄o intelligēte. Si secūdo: ꝙ tm̄ est ibi ītellectio rōnis ꝛ per respectū ad ex̄. Et sic ītellect⁹ diuin⁹ nō posset seip̄m ītelligere nec eēntiā suā realiter: nec diceretꝶ itelligēs realiter: sꝫ tm̄ secūde itētionaliter. Et vltra. remoto oī ente ad extra seq̇reꝶ ꝙ nō eēt ibi intellectio: ꝛ sic remota oī creatura ad quā fit talis ꝯparatio: de⁹ formaliter nihil itelligeret. q̄ oīa sunt absurda: ꝛ sicut dixi de ītellectiōe: eodē mō p̄t formari argumētū de volitiōe. ¶ Ibi. Itē quinto sic. btitudo diuina ꝯsistit i ei⁹ actibus ꝑfectis ītellect⁹ ꝛ volūtatis: sꝫ oīa attributa diuina se se mutuo respiciūt i perficiēdo act⁹ illos: btitudo aūt dei a nullo respectu depēdet ad extra vt clari⁹ itelligatꝶ ista rō. Suppono p̄mo ꝙ de⁹ sit ex nā rei in seipso btūs obiectiue: et i ītellectiōe et volitiōe deitatis formalr btūs: ꝛ hoc a semetipso: ēt oī respectu extrinseco circūscripto: pꝫ qꝛ btitudo dei ad nihil extra depēdet: sꝫ ē ibi ex nā rei. Tūc sic. Btitudo formalr sumpta ꝯsistit i actib⁹ secūdis ꝛ nō p̄mis. Cū ergo de⁹ sit formalr btūs in seip̄o. ꝙ btitudo sua formalr cōsistit i actib⁹ secūdis. s. in ꝑfectissima visione ꝛ volitione sui. Quero tūc. aut illa visio et volitio sui est ibi ex nā rei: ꝛ aliquo mō distincta ab ipso: cū nō sit intelligibile actū secūdū esse oīno idē cū actu p̄mo: aut ē ibi tm̄ ens rōnis et ꝑ respectū ad extra? Si p̄mo: hēo ꝓpositū. Si scđo: ꝙ erit formalr beat⁹ aliquo ente rōnis ꝛ aliquo respectu sumpto ab extra: et sic remota oī creatura ad quā fit talis ꝯparatio non erit aliquo mō formalr btūs: q̄ oīa videnꝶ absurda. ꝙ seq̇tur qđ erit ibi visio btā ꝛ volitio silr ex nā rei. Et addo vltra. ꝙ ex quo oīa attributa diuina sese mutuo respiciūt in perficiendo act⁹ illos (Nā q̄dā attributa respiciūt ꝛ quodāmō supponūt actū ītellect⁹: vt sapia: sciētia: et hmōi. Quedā actū volūtatis: vt charitas bonitas et hmōi) ꝙ sicut illi act⁹ sunt ibi ex nā rei: ꝛ nō per respectū ad extra: ita attributa ꝑficiētia illos act⁹: nō tñ ꝙ illi act⁹ realr ꝑficianꝶ. ¶ Ibi. Contra rōnē ei⁹. Qꝛ sctūs Thomas asserit: ꝙ illa q̄ distinguunꝶ rōne i vno extremo cui corrn̄dēt aliq̄ distincta realr i alio extremo: sꝑ sumuntur ab illis realiter distinctis. Et ꝙ hoc sit falsum. oñdit doctor hic: qꝛ eēntia diuina distinguiꝶ rōne ab attributo: puta a sapia: ꝛ tm̄ i creaturis corrn̄det distinctio realis iter eēntiā et attributū. vt hō distinguiꝶ realr a sua sapia. ꝙ si eēntia diuina distinguiꝶ rōne a sapia: et talia sumunꝶ a distinctis realr. ꝙ eēntia diuina erit i deo tm̄ per respectū ad extra: qđ nō est itelligibile. ¶ Ibi. Tū qꝛ bonū ꝛ vex. ꝛc̄. Hoc ꝯcludit ꝯ̄ Thomā q̇ bonū et vex ponit tm̄ rōne distingui i creatura. ꝛ ē rō ad hoiem: qꝛ ſm Scotū bonū et vex in creatura formalr distinguunꝶ. ¶ Ibi. Tū tertio. Ubi est mera distinctio rōnis nō req̇riꝶ respectus ad aliq̇d extra: sicut ē in diffinitiōe ꝛ diffinito. ¶ Sꝫ in ista lr̄a doctoris occurit aliq̄ dubia. Primū qꝛ oīs relatio rratiōis fit semꝑ ex cōparatiōe vni⁹ ad alterū. ꝙ sicut talis relatio rōnis req̇rit rē ad extra ꝯparatā: ita et distinctio rōnis req̇rit respectū ad aliq̇d extra. ¶ Dico ꝙ lꝫ oīs relatio ratiōis sit causata vel saltē derelicta per aliquē actū collatiuū intellectus: vel alteri⁹ potētie ꝯparatis vnū obm̄ ad aliud: ꝛ sic nō possit fieri sine tali re ꝯparata: tñ mlta sola rōne distinguūꝶ sine respectu ad extra. i. ꝙ vt intelliganꝶ distingui rōne: nō hn̄t ħ ꝑ respectū ad extra. Immo ꝑ ipōle remoto oī respectu ad ex̄ adhuc distinguerētur. Nā lꝫ itētio generis ꝛ spēi sint cāte suo mō per actū intells ꝯparātis vnū obm̄ ad aliud: tñ ꝙ iter se distinguanꝶ nō hn̄t ħ per respectū ad ip̄a cōparata. ¶ Scđm dubiū ē de diffinitiōe ꝛ diffinito: qꝛ vr̄ ꝙ non tm̄ rōne distinguāꝶ: imo magis ex nā rei. ¶ Dico ꝙ capiēdo diffinitionē ꝛ diffinitū ꝓ vocib⁹: realr distinguunꝶ vt pꝫ: qꝛ sunt diuerse voces realr distincte. Silr capiēdo ꝓ ꝯceptib⁹ nō sunt idē. Tū qꝛ ꝯcept⁹ diffiniti ē incōplexus: ꝛ diffinitionis ꝯplexus. Tū qꝛ ꝯcept⁹ diffiniti importaꝶ ꝯfuse et diffinitionis distincte. Et silr accipiēdo diffinitū ꝓ re ex̄: et diffinitionē ꝓ actu intellect⁹ diffiniētis distinguunꝶ pꝫ qꝛ in demōstratiōe nō supponūt ꝓ eodē vt pꝫ. Aliq̄n accipiuntur diffinitū ꝓ ꝯceptibili ꝯfuso: ꝛ diffinitio ꝓ ꝯceptibili distincto: ꝛ sic forte ex nā rei dr̄nt. Aliq̄ tñ exponentes Sco. dicūt: ꝙ diffinitio ꝓp̄e ē ens rōnis: silr et diffinitū. Nā itellect⁹ diffinit ītellectiue. i. rē ꝯceptā i ꝯcept⁹ diuidit q̄liter in re non ē diuisa. iō totū aggregatū ex illis ꝯceptibus i quo est res diuisa: ē ens rōnis. Et qꝛ diffinire ē duplr. s. effectiue quod est act⁹ realis diffiniēdi: ꝛ formalr qđ est declarare distincte q̇d sit res: q̄ fundaꝶ in illis ꝯceptib⁹ in quos ē diuisus ꝯcept⁹ diffiniti. iō diffinire scđo mō est p̄cise ens rōnis et relatio rōnis: qꝛ ēt diffinitū vt tale est tm̄ i ꝯceptu: iō etiā diffinitū vt tale est tm̄ ens rōnis. Nō tñ negādū est q̄n res realis per diffinitionē expliceꝶ: q̄ diffinitio ē tm̄ ens rōnis formalr ꝛ fundamētaliter ē illi ꝯcept⁹ diffiniētes: vt hō cognosciꝶ p̄mo ꝯfuse. i. sub rōne toti⁹. Postea intellect⁹ diuidit ip̄ꝫ formādo duos ꝯcept⁹ de eo. s. aīalis ꝛ ītellectualis: qui duo ꝯcept⁹ distincte declarāt q̇d sit illud ꝯfusum qđ est hō. hō ꝯcept⁹ est i re ens reale: ꝛ i itellectu solū ens rōnis: et nō diuidiꝶ vt in re sꝫ vt in itellectu. Silr aīal ꝛ ītellectuale sunt ꝯceptus et ipsi declarāt hoiem ꝯceptū: illa declaratio qꝛ est entiū rōnis. i. conceptuū diffinientiū: est tm̄ relatio rationis. hec illa opinio. Ex his pꝫ solutio ad dubium. ¶ Ibi. Et talis ē distinctio in attributis: q̄lis sunt obā intelligētie diuine. i. itellectiōis diuine: differētia rōne. i. ꝙ q̄lia sunt obā differentia rōne respectu intellectionis diuine (q̄ tm̄ est vna) talis est distinctio in attributis: q̄ attributa sunt hmōi obā: q̄ tm̄ rōne distinguūtur: ꝛ hoc ſm. S. Tho. ꝙ nō ꝑ respectū ad extra: qꝛ q̄n req̇riꝶ respect⁹ ad extra: tunc nō dr̄ sola rōne distingui: sed partim ab intellectu et partim aliūde: ꝛ hoc vel a diuersis circūstātib⁹ extra diuersimode: vt intellect⁹ q̇ distinguit dextrū ꝛ sinistrū in colūna per respectū ad diuersas ꝑtes aīalis. Et silr distinguit in puncto p̄ncipiū ꝛ finē per respectū ad diuersas lineas diuersimode circūstantes: ita ꝙ respectu vni⁹ dr̄ p̄ncipiū: ꝛ respectu alterius dr̄ finis: vel ab eodē diuersimode circūstāte: vt intellect⁹ distiguit puta in lapide vt diuersimode circūstante bonū et verū: nam vt p̄sentaꝶ in rōne intelligibilis ꝛ in rōne appetibilis ibi distinguit vex ꝛ bonū. Hic tñ nō loq̇r de bonitate ꝛ veritate vt sunt passiōes entis. ꝛ hoc bñ nota. ¶ Ibi. Itē ꝯtra minorē. Tota vis rōnis hoc ꝯsistit supponēdo aliqua. Primo: ꝙ persone diuine ꝓducte realiter distinguūtur: ꝛ nō per respectū ad extra: q̄m nō sunt ibi per respectū ad extra: ꝛ ipse ꝑsone p̄supponūt intellectū ꝛ volūtatē q̄ sunt p̄ncipia emanationū siue ꝓductionū eax: ita ꝙ ꝓductio filii q̄ est per modū nāe p̄supponit intellectū vt ꝓductiuū per modū nāe: ꝛ ꝓductio spiritussancti q̄ est libera: p̄supponit volūtatē vt p̄ncipiū ꝓductiuū per modum libertatis. Scđo suppono: ꝙ attributa q̄dam ꝑtinēt ad itellectum absolute: vt sapiētia: scia: notitia. ꝛc̄. q̄dā ad voluntatem absolute: vt charitas: dilectio: amor: ꝛ hmōi. Sicut ergo itellect⁹ hꝫ respectū ad gignitionē verbi: ita ꝛ oīa attributa q̄ pertinēt ad intellectū: hn̄t respectū ad gignitionē verbi. Similr volūtas hꝫ respectū ad spirādū spiritūsanctum ꝛ oīa attributa ꝑtinētia ad illā. Similr sic potest sumi distinctio attributorum per respectum ad productiones realiter distinctas. Ergo intellectus beatus poterit illas distinguere per respectum ad distincta realiter in diuinis: puta per respectum ad productionem filii et spiritussancti que distinguuntur realiter.

Deductio de intellectione contra Tho.

Dubium.

Solutio.

Dubiū aliđ Diffinitum ꝛ diffinitio distinguuntur aliquando realr. q̄n ꝙ ex nā rei: interdū ratione tm̄.

Diffō ꝛ diffinitū distinguūꝶ mltupliciter

attributa ꝑtinētia ad intellectū ꝛ voluntatē

Ibi Alia est pō. Hic recitat opi. Hen. q̄li. 5. q. 1. et quolı. 13. q. 1. q̇ dicit: ꝙ eēntia diuia absolute ꝯsiderata. s. inq̄ʒtū nā aliq̄ vel eēntia nullā hʒ distinctionē rōnis nisi tm̄ pō. s. ꝑ q̄to p̄t diuersimode ꝯsiderari: qꝛ ſm Com̄. 12. met. c. 39. q̇ vult ꝙ multiplicitas rōnū i deo non ē nisi in itellectu tm̄: nō in re. vide lrām ei⁹ circa mediū com̄. icipiēdo ibi. In eis aūt q̄ sunt forma nō i mā dispositio et dispositū reducūtur ad vnū in eē: ⁊ duo i ꝯsideratione: vi de vsqꝫ in finē: vbi expsse apparet: ꝙ i deo nulla ē distinctio nisi tm̄ per actū intellect⁹. ⁊c̄. In nā ḡ diuina absolute accepta nulla ē distinctio rōnis nisi i pō. Sʒ ꝯsiderata ipā essentia dina nō in se absolute: sʒ vt v̄itas ꝓut. s. hʒ eē i itelligētia. i. vt actu itelligiť: ⁊ p̄t dupliciter accipi: aut. s. inq̄ʒtū eēntia mouet intellectū q̄si simplici itelligētia. i. vt mouet intellectū diuinū ad sui simplicē notitiā: q̄ itellect⁹ diuin⁹ intelligit eēntiā vt eēntia ē: ⁊ sic ꝯcipiť adhuc ꝑ rōnē sue simplicitatis. i. ꝙ ꝯcipiť vt oino indistincta re et rōne: qꝛ i p̄ma intellectiōe eēntie: nulla ē adhuc distinctio rōnis. Aut iq̄ʒtū itellect⁹ post istā appħēsionē negociať circa ipam pluralitatē attributoꝝ: q̄si reducēdo ipsa de pō ad actū. i. ꝙ an̄ talē negociationē nō sunt actu ibi aliq̄ attributa: sʒ tm̄ in pō: sʒ per talē negociationē causanť ibi talia attributa.: ⁊ sic per illā negociationē reducunť de pō ad actū. Primo mō: itellect⁹ creat⁹ nālis ad ipam nō ꝑtingit. s. cognoscēdo ipam i se et absolute: sʒ ꝯcipit ipaʒ ꝑticulatim i attributis ꝯceptis ex creaturis: et sic nālis intellect⁹ cognoscit eā: vt ē summū bonū: vt s̄. patuit. d. 3. q. 1. recitādo opi. isti⁹. Scd̄o mō itellectus btūs q̄si p̄ma actiōe itelligēdi capit eā itelligēdo eā i se absolute. secūdo mō q̄si itellect⁹ idē ꝯponēs ⁊ diuidēs. i. ꝙ intellect⁹ btūs p̄mo appħendit eēntiā in se absolute: et post negociať ꝯponēdo ⁊ diuidēdo: puta ꝙ sit bona: sapiēs: ⁊ hm̄oi: ⁊ ꝙ bonitas nō ē sapia. ⁊c̄. ita ꝙ i itellectu btō sūt duo vel q̄si duo act⁹: vn⁹ q̇ capit eēntiā i se: et ali⁹ q̇ ꝯponit et diuidit. Sʒ intellect⁹ diuin⁹ vnico et simplici intuitu distinguit rōnes ꝯtētas in eēntia: q̄ ex sua ꝑfectiōe summa: oēs ꝑfectiōes simplr̄ sola rōne: siue opatiōe itellect⁹ distinctas ꝯtinet. Nā eodē actu intellect⁹ intelligit eēntiā et distinguit in ea oēs rōnes attributoꝝ. Seq̄tur. Iste rōnes attributoꝝ ſm q̄s intellect⁹ de simplici eēntia diuersos cōceptus format: nō sť nisi respect⁹ fundati i eēntia. i. ꝙ attributa. s. bonū veꝝ. ⁊c̄. sunt tm̄ respect⁹ rōnis fundati i eēntia: ⁊ sic ſm istos respect⁹ attributales formātur diuersi ꝯceptus qꝛ de bonitate hť vn⁹ ꝯcept⁹: ⁊ de sapia ali⁹: et sic de aliis. Seq̄tur. qꝛ ꝯcept⁹ pluriū absolutoꝝ itra eā ipedit simplicitas. Seq̄tur. et sť ꝯcept⁹ plures. i. ꝙ attributa dicūtur plures ꝯcept⁹: ⁊ similiter ꝯcept⁹ eēntie et attributoꝝ sť plures ne sint sinonymi: ⁊ sunt in eēntia: ne. s. sint vani: sʒ nō sunt respect⁹ ad extra: sʒ ad intra. Sic ḡ oia attributa diuina ꝑtinent ad intellectū vel volūtatē: q̄ ad intellectū mutuo ad intra se respiciūt: similiter q̄ ad volūtatē mutuo ad intra se respiciūt. (Exemplū p̄mi. intellectū ⁊ itelligēs. Exemplū secūdi. volitū et volēs. ⁊c̄.) inq̄ʒtū. s. hec et illa cadūt sub apprehēsione intellect⁹: q̇ intellect⁹ p̄mo simplici itelligentia ꝯcipit eēntiā vt essentia est. deinde negociādo circa eā cōcipit vʒ eā vt intellecta ē: ⁊ vt intelligēs: ⁊ vt rō intelligēdi. Itaqꝫ essentia inq̄ʒtū eēntia respicit alia vt fundata in ipa: et sic dř fundamētū oim̄ attributoꝝ: vt vero ē ꝯcepta ⁊ mouens intellectū ad intelligēdū dř v̄itas: cui⁹ ꝓpria rō ē vt respiciat eēntiā vt eēntia ē: sicut illud cui⁹ est declaratiua: qꝛ ipā veritas ē declaratiua eēntie diuine. ⁊ respicit itellectū vt cui hʒ declarare. s. ipam eēntiā: ⁊ similiter respicit actum intelligēdi vt quo ipsa hʒ declarare eēntiā ipsi intellectui: ⁊ respicit sapiam vt hītū quo intellect⁹ habilis est: vt sibi declaratio fiat. Ipsa vero eēntia vt per actū intelligendi est ꝯceptiua suiipsi⁹ dř intellect⁹: ⁊ sic eēntia q̄ dř intellectus respicit veꝝ: vt per q̄d manifestať eēntia q̄ ꝯcipiť: ⁊ similiter dř intellectio: ꝓut ꝯsiderať vt ē id q̇ eēntia declarať vel intelligiť: et similiter ipā eadē eēntia dř sapia: ꝓut ꝯsiderať vt est id quo intellect⁹ habilis ē vt declareť sibi eēntia. Hoc idē dico de volūtate: de actu volendi: de bonitate: qꝛ eadē vt diuersimode ꝯcepta dř volūtas: act⁹ volēdi: bonitas. ⁊c̄. ¶ A summa ergo vnitate essentie ordinate ſm modū ꝯcipiendi ꝯcipiunť diuerse rōnes attributoꝝ: ⁊ inter illa adhuc ē ordo ſm quē mediatius vel immediatius ordinanť ad emanatiōes: deinde ꝯcipiunť emanationes: et ibi est stat⁹ ad intra. Deinde sequuntur omnes respect⁹ ad extra: qui sunt per accidens. Hec est positio Hen.

Contra istā opi. arguiť ꝑ rōes illas q̄s adduxi ꝯ p̄mā opi. p̄mo ꝑ tertiā: qꝛ ſm eos distinctio ꝑfectionum attributaliū ē fundamētū respectu distictiōis emanationū: sʒ distinctio emanationū ē realis. ḡ ⁊ distinctio attributoꝝ: pʒ ꝯn̄a: qꝛ distinctio realis nō p̄exigit necio distinctionē rōnis: sicut nec aliq̄d q̄d ē puꝝ ens reale p̄exigit illud q̄d est mere ens rōnis. ¶ Cōfirmať rō: qꝛ q̄d est posteri⁹ nāliter nō p̄t eē ꝑfecti⁹ ens ente p̄ori nālr̄. Sed ens reale est perfecti⁹ ens ente rōnis: et distinctio emanationū ē realis et posterior. ¶ In ista rōne cū sua ꝯfirmatiōe sť plura notanda. Primo quō distinctio ꝑfectionū attribualiū sit fundamētū respectu distinctiōis emanationū: de h̄ vide in tertia rōne ꝯ Tho. s̄. Scd̄o nulla distinctio realis p̄exigit necessario distinctionē: q̄ tm̄ est rōnis. ¶ Sʒ hic ē diffi. qꝛ distinctio creaturaꝝ realis: puta hois ⁊ asini realr̄ exn̄tis p̄exigit de necessitate distinctionē ydeaꝝ in deo. s. eē cognitū vtriusqꝫ: q̄d tn̄ ē ens rōis. ¶ Dico ꝙ sic dʒ intelligi: ꝙ distinctio realis nō p̄exigit necio distinctionē rōnis vt rōnē distinguēdi: qꝛ nulla relatio rōnis p̄t eē rō distinguēdi aliq̄ realr̄: vt pʒ. Et sic dico de ydeis: ꝙ q̄uis p̄exigať: nō tn̄ p̄exigunť vt rōnes distinguēdi: qꝛ si ꝑ ipoſe nō eēt ydea lapidis ⁊ hominis: adhuc iter se v̄e realr̄ distinguerētur. In ꝓposito āt intellect⁹ ⁊ volūtas q̄ iproprie dn̄r attributa (vt dixi. s̄.) nūt rō distinguēdi ḡnationē filii ⁊ spirationē spūssc̄ti: qꝛ ipsis circūscriptis vna ꝓductio nō diceret magis per modū nāe q̄ alia: nec vna magis ꝑ modū libertatis q̄ alia. si ḡ itellect⁹ et volūtas eēnt ibi tm̄ ens rōnis: tūc ens rōnis eēt rō distinguēdi aliq̄ realr̄. s. ḡnationē ⁊ spirationē q̄ distinguunť realiter: q̄d ē incōueniēs. ⁊c̄. ¶ Scd̄o dubitať ibi. Sicut nec aliquid q̄d ē pure reale. ⁊c̄. Hoc vř difficile. Prio: qꝛ creatura realiter hn̄s eē necio p̄exigit suū eē cognitū i mēte diuina: vt pʒ a doc. d. 3. q. 4. ⁊. d. 35. ⁊. 36. p̄mi. ⁊. d. 1. q. 1. scd̄i. ⁊ in q̄li. Scd̄o: qꝛ creatura nō p̄t fieri de aliq̄ simplr̄ vt ly simplr̄ excludit oē ens: qꝛ vt excludit eē cognitū ipsi⁹ nō posset fieri: qꝛ nō p̄supponit suū eē cognitū: vt declarat doc. in scd̄o. d. 17. Tertio: qꝛ i itellectu dino an̄ ꝓductionē cuiuscūqꝫ creature fit aliq̄ relatio rōnis: puta ꝯparādo seip̄m ad alia vel ad suā essentiā: vt pʒ a doc. d. 30. p̄mi. ¶ Dico ad oia ista: ꝙ dictum Docto. sic debet intelligi: ꝙ purū ens reale non preexigit aliud quod est mere ens rationis: ita ꝙ ens rationis sit ratio essendi entis realis. Sicut in proposito intellect⁹ diuinus est ratio essendi productionis filii per modū nature: et volūtas est ratio eēndi ꝓductionis. s. ꝑ modū libertatis ⁊ sic si eēnt entia rōnis: tūc ens ratiōis esset rō essendi entis realis. ¶ Ad p̄mū ḡ de ydea dico ꝙ ⁊ si p̄supponať: nō tn̄ est rō eēndi ipsi⁹ creature: qꝛ per ipoſe circūscripto tali esse adhuc volūtas diuina posset ꝓducere. Nā poniť tale esse ydeale: qꝛ intellectus diuin⁹ an̄ oēm actū voluntatis de necessitate intelligit oia possibilia: vt pʒ a doc. di. 3. q. 4. ⁊. d. 35. 36. 39. ⁊. 41. ⁊. 43. p̄mi. ⁊. i. 2. d. 1. q. 1. ⁊ in quol. ¶ Dico scd̄o. ꝙ posito ꝙ tale eē p̄exigať: nō tamē est simplr̄ puꝝ ens rōis: qꝛ sibi nō repugnat veꝝ eē realis exn̄tie: pʒ qꝛ hō ab eterno habuit esse cognitū: et sibi nō repugnauit veꝝ esse reale: ens aūt tm̄ rōnis cuiusmodi sunt secūde intētiōes et cōparatiōes rōnis: sic sunt entia rōnis ꝙ eis repugnat aliq̄n esse ens reale. ¶ Tertio dico: ꝙ etiā hō vt hʒ esse cognitū in intellectu diuino est simpliciter ꝑfecti⁹ ⁊ veri⁹ ens q̄ in sua actuali exn̄tia: lʒ non verius tale: vt pʒ a Doc. d. 1. q. 14. Rn̄sio tn̄ p̄ria est magis ad ꝓpositū. ¶ Ad scd̄m pʒ ex dictis ⁊ ad tertiū similr̄: qꝛ q̄uis talia entia rōis p̄exiganť: non tn̄ p̄exigunť vt rōes eēndi. ¶ Tertio dubitatur in hoc q̄d dicit: ꝙ posteri⁹ nālr̄ nō pōt esse ꝑfecti⁹ p̄ori nāliter: ibi. Confirmatur ista ratio. ⁊c̄. quia compositum ex partibus eēntialibus est nālr̄ posteri⁹ partib⁹: et tn̄ ē ꝑfectius illis: et similiter forma est nālr̄ posterior mā. ⁊ tn̄ ē ꝑfectior mā. ¶ Rn̄sio: ꝙ aliquid esse posterius alio ꝯuenit mltiplr̄. Primo cōpositū nāle ē posteri⁹ suis partib⁹. Scd̄o forma nālr̄ est posterior suo ꝑfectibili. Tertio: effect⁹ nāliter est posterior sua cā. Quarto mēsuratū naturaliter est posteri⁹ sua mensura. Quinto. imperfectū absolute est posteri⁹ ente ꝑfecto absolute. ⁊ hec omnia dn̄r posteriora in essendo. Posteri⁹ p̄mo mō ē ꝑfecti⁹ suo p̄ori. Silr̄ scd̄o mō vt pʒ de forma subāli respectu māe. Sʒ tertio ⁊ q̄rto ⁊ q̇nto modis posteri⁹ ē iperfecti⁹: lʒ tertio mō possit eē eq̄ ꝑfectū qn̄ ē cā vniuoca: sʒ iperfecti⁹ qn̄ ē cā equoca. Qn̄ ḡ dicit doc. q̄d ē posteri⁹ nālr̄ nō p̄t eē ꝑfecti⁹ ens ente p̄ori nālr̄. Hoc dʒ itelligi tertio ⁊ q̄rto ⁊ q̇nto modis. nō aūt p̄mo ⁊ scd̄o. Cū ḡ ens rōnis nō p̄exigať enti reali: nec p̄mo mō: qꝛ nō ē ꝑs eēntialis ei⁹: nec scd̄o mō qꝛ nō ē subm̄ ꝑfectibile ab ente reali. Si ḡ p̄exigiť enti reali p̄exigiť aliq̄ triū modoꝝ seq̄ntiū: sʒ hoc nō qꝛ ens reale de necessitate est perfecti⁹ ente rōnis. cū ḡ di-

Bona diff.

Solutio.

Alia diff.

Solutio.

Alia diff.

Solutio.

Aliqd esse posterius alio dicit mltipliciter

ſtinctio emanationū ſit realis ⁊ poſterior: puta ītellectu et
volūtate: ⁊ itellectꝰ et volūtas ſunt pͥncipia diſtinguēdi il-
la duo mō ꝑdicto. ğ nō ſunt ibi ens rōnis: ſʒ ſunt ibi vere ex
nā rei: ⁊ hoc eſt qđ intēdit doc. ¶ Ibi. Cōtra. in illo iſtāti.
Veritas lʒ ꝯſiſtat in hoc. Qꝛ Hen. ad euadēdū: ꝙ itellectꝰ
et volūtas non ſunt in deo ex nā rei vt diſtincta pͥncipia ꝓ
ductiua: dicit ꝙ ipſa eſſentia ſub alia et alia relatiōe eſt pͥn
cipiū diſtinctaꝝ ꝓductionū: puta ꝙ eſſentia diuina vt eſt de
terminata ꝑ paternitatē eſt pͥncipiū gñatiōis filii: ⁊ vt de-
terminata ꝑ ſpirationē actiuā ē pͥncipiū ſpiratiōis ſpūſſan
cti. Doc. arguēdo ꝯ eū ꝗrit. an ipa eēntia ſub pͥnitate ſit pͥn
cipiū filii eo mō quo eſt pͥncipiū ſpūſſcti: aut alio mō: ſi pͥmo
nō magis filiꝰ erit imago pr̄is ex vi ꝓductiōis ſue ꝗ̄ ſpūſ-
ſanctꝰ. Nā dr̄ filiꝰ imago pr̄is: qꝛ ꝓducit̄ ꝑ modū intellectꝰ
et ſpūſſanctꝰ nō dr̄ imago pr̄is: qꝛ ex vi ꝓductionis ſue nō
ꝓducit̄ ꝑ modū ītellectꝰ. Si ſcđo. ğ ſeqtur ꝙ ante oēʒ actū
intellectꝰ erit aliq̄ diſtinctio pͥncipioꝝ reſpectu filii ⁊ ſpiri
tuſſancti. Sʒ qꝛ Hen. diceret: ꝙ bn̄ verū ē: qꝛ eēntia ſub vna
relatione eſt pͥncipiū filii ⁊ ſub alia ſpūſſcti. Iō doc. ꝯ eū ar
guit. ¶ Ibi. Nec valet attribuere iſtā diſtinctionē relatio-
nibꝰ. Vult dicere in ſnīa. Aut eēntia vt eēntia eſt pͥncipiuʒ
ꝓductiuū filii ⁊ ſpūſſcti: tūc vterqꝫ eodē mō ꝓduceret̄. ⁊ ſtat
rō. aut intellectꝰ ē rō ꝓducēdi filiū vt vr̄ dicere: vt pʒ. ſ̄. d.
2. ⁊. 6. et volitio reſpectu ſpūſſcti: adhuc ſtat rō: qꝛ itellectio
illa eſt tm̄ rō ꝓducēdi ꝑ modū nāe: ⁊ ſilr̄ volitio: qꝛ lʒ volun
tas ſit pͥncipiū libeꝝ: tn̄ actꝰ eiꝰ ſi eſt pͥncipiū non erit ꝑ mo
dū nāe. vt pʒ a doc. i pluribꝰ locis. ⁊ ſic filiꝰ ⁊ ſpūſſctūs erūt
ꝓducti ꝑ modū nāe. Aut rl̄o in eēntia eſt rō ꝓducendi: ad-
huc ſic ſtat argumētū ꝯ eū: qꝛ ſi aliq̄ rl̄o eſt rō producēdi: ħ
erit ꝑ modū nāe. Nā ois rl̄o eq̄ nālr̄ reſpicit ſuū correlati-
uū. i. ſi aliq̄ relatiōes ſunt rōnes producēdi ſuū correlatiuū
erūt rōnes producēdi ꝑ modū nāe. Et ſic ita ſpiratio acti-
ua erit rō proucēdi ſpiritūſanctū ꝑ modū nāe: ſicut ⁊ pater
nitas ſiue gñatio actiua reſpectu filii: ⁊ ſic filiꝰ ⁊ ſpūſſanctꝰ
erūt producti tm̄ ꝑ modū nāe. Relinqtur ğ ꝙ pͥncipia pro-
ductia ſint i deo ex nā rei: q̄ꝝ vnū eſt ꝑ modū nāe ⁊ reliquū
ꝑ modū libertatis. ¶ Ibi. Hoc ēt arguit̄ ꝯ iſtā poſitionem — *Pō mālis nō pt̄ ſeipʒ cognoſcere nec actū ſuum.*
Iſta duo argumēta patere pn̄t ex glo. ſ̄. 4. ⁊. 5. argumētis
ꝯ Tho. quā vide. Dico tn̄ vnū: ꝙ ſi deꝰ ab eťno ex ſui imālī-
tate itelligit ⁊ vult ſi ſe: dico ex imālitate: ꝑꝑ pōs māles ⁊
organicas puta viſiuā: q̄ lʒ videat alia: tn̄ nō pōt videre nec
ſe nec ſuā viſionē. Silr̄ appetitꝰ ſenſitiuꝰ licʒ appetat alia:
nō tn̄ appetit ſe: qꝛ ſunt pōe māles. Intellectꝰ ꝟo nō tm̄ di
uinus: ſed etiā creatꝰ propt̄ ſui imālitatē non tm̄ itelligit
alia: ſʒ ēt itelligit ſuā itellectionē et ſeipſum. Silr̄ volūtas
nō tm̄ pōt velle alia: ſʒ etiā pōt velle ⁊ volitionē ſuā ⁊ ſeip-
ſam. Si ğ deꝰ itelligit ſe pͥma itellectiōe: ⁊ vult ſe pͥma voli
tione: ⁊ hoc ſub rōne boni ⁊ veri: ita ꝙ rō veri ſit ibi rō itel-
ligendi: ⁊ rō boni ⁊ rō volendi. ğ ibi eſt diſtinctio veri ⁊ boni
ex nā rei. Seqtur. Rōnū formaliū i obiectis. i. ꝙ veritas et
bonitas ſunt due rōnes formales obāles: ſiue duo obā for-
malia ante oēʒ actū intellectꝰ. Et qđ dixi pͥma itellectiōe
vel volitiōe nō dʒ referri ad ſcđaʒ: cū tm̄ ibi ſit vna intelle-
ctio ⁊ vna volitio: vt pʒ. ſ̄. d. 2. ſʒ pͥma intellectione. i. pre-
cedēti quodāmodo ſeipſam vt cōparatiuā ⁊ negociatiuam.
¶ Ibi. Hoc ēt cōfirmat̄. Nota ꝙ idē actꝰ intellectꝰ diuini — *Actꝰ diuinus vt ēnia tꝰ ad creaturam non dicit̄ btificus*
ſm̄ diuerſos reſpectꝰ pōt diuerſificari. Nā vt terminat̄ ad
eſſentiā abſolute dr̄ actꝰ beatificꝰ: vt vero terminat̄ ad cre
aturas relucētes i mēte diuia: non dr̄ actꝰ btificꝰ qꝛ tūc deꝰ
eſſet beatꝰ in creaturis: vt ēt ille actꝰ ē ꝯꝑatiuꝰ ſiue negocia
tiuus non dicitur actꝰ btificꝰ: quia tunc in tali negociatione
ſiue ꝯparatione eſſet beatitudo formaliter: vel ſaltē nō poſ
ſet ſine illis eſſe. Cū ğ beatitudo ſecundum eos conſiſtat in
vera cognitione et dilectione eſſentie diuine: erūt ibi iſta ex
nā rei ⁊ diſticte etiā: pʒ qꝛ talis btitudo reqrit obm̄ propriū
et potentiam propriam et operationem propriam.

Quia igitur diuerſimode pōt itelligi dicta opi. hic
doc. intēdit vltra rōes q̄s. ſ̄. facit hen.
alias ſpecialiores adducere. Et prio oſtēdit: ꝙ formalr̄ bo-
nitas ⁊ veritas ſunt i re. ⁊ q̄lʒ ꝑfectio ſimplr̄ ante oē opꝰ in
tellectꝰ: qꝛ q̄lʒ ꝑfectio eſt formalr̄ in ente ꝑfectiſſimo ex nā
rei. ſʒ bonitas ⁊ ꝟitas ē foꝛalr̄ ꝑfectio ſimplr̄. maior patʒ.
¶ Ibi. Tū qꝛ aliter nō eēt deꝰ ſimplr̄ perfectꝰ: qꝛ non eēt q̊ — *Cuilʒ relationi repugnat infinitas.*
maius. ⁊c̄. Hoc ſic debet exponi ſupponendo aliqua. Pri-
mo: qꝛ perfectioni ſimplr̄ non repugnat formaliter infini-
tas: enti autem rationis repugnat formaliter infinitas:
qꝛ etiam relationi reali vt pʒ a doc. hic. ⁊. q. 1. q̊lib. ⁊. 5. Secū
do ſuppono: ꝙ licet deus in ſe ſit formaliter infinitus: ta-
men perfectius eſt ipſum intelligere non tm̄ eſſe in ſe infi-
nitum realiter et formalr̄: ſed etiā intelligere ipſum iclude
re plures ꝑfectiōes foꝛalr̄ iſinitas eaſdē ſibi realiter: lʒ ſm̄
ſuas rōes formales diſtiguātur. Nā eminētiꝰ ē eē i ſe ꝑfe-
ctiſſimū: ⁊ q̊dāmō inumeras ꝑfectiōes reales ⁊ foꝛalr̄ iſini
tas ꝯtinere in ſe. Si ğ nō hr̄et illas ex nā rei: nō eſſet deus
id q̊ maiꝰ excogitari nō pt̄. ⁊ ſic itelligit̄ illa rō. ¶ Ibi. Tū
ſcđo: qꝛ alr̄ ꝑfectio ſimplr̄ i nullo eēt ꝑfecte: nō enī ē aliq̄ ꝑ
fectio ſimplr̄ i creatura ꝑfecte cū ibi ſit cū limitatiōe: nec in
deo ē ꝑfecte: niſi ſit exn̄s i eo: ſed tm̄ i ipō vt q̊d cognitū: qđ
eſt eſſe diminutū: ⁊ ſic ſapiētia nō eēt in deo: vt deꝰ ē exn̄s:
ſʒ tm̄ eēt in eo vt hn̄s eē cognitū: cū ſapiētia ſm̄ opi. ſit ibi
ꝑ ſolā negociationē itellectꝰ. ¶ Ibi. Tū tťio. Participa-
re aliq̊d ab alio ꝓ nūc ꝯuenit duplr̄. Vno mō ſm̄ ꝓportio-
nē q̄ reqrit diſſimilitudinē ꝑticipātis ⁊ ꝑticipati. i. ꝙ non
ꝯueniūt in aliq̄ forma q̄ ꝑdicet̄ de ꝑticipāte ⁊ participato.
Exēplū. Nā lapis eſt ens ꝑticipatū a deo: et tn̄ nec lapis
nec deꝰ hn̄t formā cōem i q̄ ꝯueniūt in rōe ꝑticipātis ⁊ ꝑti
cipati: ꝑter ꝯceptū entis q̊ ꝑdicat̄ de eis i q̊d. Scđo aliq̊d
dr̄ ꝑticipari vniuoce. i. ꝙ ꝑticipās ⁊ ꝑticipatū ꝯueniāt i for
ma cōi: vt bonitas creata dr̄ ꝑticipata a bonitate icreata: ⁊
vtraqꝫ ꝯuenit i bonitate cōi q̄ ē ꝑfectio ſimplr̄: ſʒ i nobꝭ fini
ta: i deo ꝟo iſinita. Et ħ ſcđo mō itēdit doc. ꝙ ē valde i ꝯue
niēs i creatura eē foꝛalr̄ bonitatē ꝑticipatā q̄ ē finita: ⁊ in
deo nō eē foꝛalr̄ ⁊ realr̄ a q̄ ē talis ꝑticipatio: cū vtraqꝫ for-
ma ꝟe ꝯueniat i bonitate. Si ğ bonitas creata eſt realr̄ ex
nā rei i creatura ꝑticipata. a fortiori bōitas a q̄ ſit talis ꝑ-
ticipatio ē i deo ex nā rei ⁊ nō tm̄ ens rōis. vt dicit Hen. et
hoc itēdit doc. ¶ Mi. pͥncipalis rōis: pʒ qꝛ alit̄ Anſel. nō
poneret talia i deo: qꝛ ſm̄ eū. mo. 15. nihil tale ponēdū ē in
deo: qđ nō ſit meliꝰ ipm̄ ꝗ̄ nō ipm̄: ac ꝑ hoc ꝑfectio ſimplr̄:
pʒ ēt eadē mi. qꝛ qđlʒ tale: puta: bonitas: ꝟitas: ⁊ hmōi: pt̄
eē foꝛalr̄ iſinitū ⁊ iſinitas repugnat cuicūqꝫ qđ nō ē ꝑfectio
ſimpliciter. ¶ Scđo pͥncipalr̄ oñdit Doc. ꝙ attributa q̄ ſūt
in deo ex nā rei nō hn̄t idētitatē foꝛalē: qꝛ itells̄ actu ſuo n̄
pt̄ cāre niſi relōnē rōnis ex hoc ꝙ ē ꝟtus collatiua potēs cō
ferre ħ vt cognitū ad aliđ. Quero igit̄ vtrū ꝟitas dicat ꝑci
ſe illā ꝑfectionē: q̄ ē in re foꝛalr̄ aut ꝑciſe illā relōnē rōnis
factā ab intellectu: aut vtrūqꝫ. Si prio. ſeqt̄ (cū ſm̄ opi. nul
la ſit diſtictio i re) ꝙ ꝟitas ⁊ bonitas erūt ſynonyma: qđ ē
falſuʒ. Si ſcđo: tūc nō ē ꝑfectio ſimplr̄: vt pʒ. Si tertio. erit
tm̄ vnū ꝑ accńs. ſeꝑando ğ illā relōnē rōnis a bonitate et
ꝟitate: tūc manēt ibi ꝟitas ⁊ bonitas ex nā rei: ⁊ ſic int̄ illa
erit diſtictio: ⁊ nō erūt tm̄ ſynonyma. ¶ Dubitat̄ tn̄ de hoc — *contradictio appēs*
qđ dicit. ſ. ꝙ itellectꝰ actu ſuo nō pt̄ cāre niſi relōnē rōnis.
Tū qꝛ doc. ipſe vult. d. 3. q. 4. pͥmi. ⁊. d. 36. pͥmi. ꝙ itells̄ diui
nus actu ſuo ꝓducat oē ens i eē cognito: ⁊ tn̄ illud eſſe co-
gnitū nō ē ſola relatio rōis: vt pʒ ꝑ eū. ⁊. 35. ⁊. 36. d. pͥmi. et
in. 2. d. 3. ⁊. 18. Itē ipſe vult expſſe. d. 43. pͥmi. ꝙ intellectus
dinꝰ actu ſuo ꝓducit qđlʒ ens i eē poſſibili: ⁊ tn̄ illđ ens poſ
ſibile nō ē ſola relō rōis: imo ē ens q̊ditatiuū: vt pʒ ꝑ ipm̄.
d. 3. q. 5. pͥmi. ꝯ Hen. ⁊. d. 36. pͥmi. ⁊. d. 3. ſcđi. ¶ Dico breuit̄ — *Cōcordātia*
ad ħ oia ⁊ ad ſimilia ꝙ actꝰ itells̄ diui pōt dupliciter con-
ſiderari. Vno modo vt tantum reſpicit obiectum in ſe. Alio
modo vt reſpicit obiectum inq̄ꝫtum cognitum. Et hoc ſecū
do mō nō pōt cauſare niſi relationē rōis: qꝛ obm̄ inq̄ꝫtū co-
gnitum dicitur tm̄ habere eſſe diminutū: et vt ſic in ipſo tm̄
ſunt nata cauſari entia rōnis. Et hoc pꝫ a Doc. expreſſe
di. 2. huius primi. Debet ergo ſic intelligi: ꝙ intellectus
actu ſuo. ſcilicet collatiuo vel comparatiuo qui actus col-
latiuus eſt reſpectu obiecti cogniti comparati ad aliud ob
iectū cognitū inq̄ꝫtum hmōi. cetera patent. ¶ Ibi. Prete — *Nota de cognitiōe intuitiua ⁊ abſtractiua*
rea intellectus intuitiuus. Iſta ratio plura tangit. Pri-
mo ꝙ intellectus intuitiuꝰ ideſt intuitiue cognoſcens: de
neceſſitate terminatur ad rem exiſtentem inq̄ꝫtuʒ exn̄s in
exn̄tia reali. Secundo ꝙ talis intellectus qui reſpicit obm̄
exn̄s vt exn̄s: non poteſt diſtinguere in illo aliqua plura. i.
non poteſt cognoſcere in illo aliqua diſtincta niſi inquan-
tum eſt exiſtens: et eſt ſenſus. Nam intellectus abſtracti-
uus poteſt cognoſcere in obiecto vt cognito aliqua plura
diſtincta ſola ratione: puta in homine cognito poteſt co-
gnoſcere intentionem ſpeciei: ꝑdicabilis: inferioris: ſupio-
ris: ſubiecti: ⁊ hmōi. Sed intellectus intuitiuus q̄ tm̄ reſpi
cit obiectum exiſtens vt exiſtens et non vt cognitum: non
poteſt cognoſcere in illo ſic exn̄te aliqua plura diſtincta: ni
ſi illa plura ſint exiſtentia in tali obiecto ſm̄ ꝙ exn̄s eſt. Et
ideo non poteſt cognoſcere intuitiue relationes rōis in a-
liquo obiecto exn̄te: pʒ qꝛ ille tm̄ fundantur in obiecto inq̄ꝫ
tum cognito vel inq̄ꝫtum comparato: et non inq̄ꝫtum exi-
ſtente. Tertio: ꝙ intellectus diuinus cognoſcit omnia
attributa intuitiue in eſſentia diuina exiſtente vt exiſtens
eſt: ergo cognoſcit illa vt ſunt ibi ex natura rei. Si vis dice

re ꝙ illa attributa sunt entia rationis causata ab actu collatiuo intellect⁹ diuini: ⁊ ꝙ cognoscit illa in essentia diuina. Quero tūc: aut cognoscit illa ī eēntia diuīa īq̄ʒtū exn̄s est: ꝗ entia rōnis sunt ī exn̄te īq̄ʒtū exn̄s est: ⁊ q̄cq̄d est in exn̄te inq̄ʒtū exn̄s: de necessitate est ex nā rei: aut cognoscit illa in essentia inq̄ʒtū cognita vel inq̄ʒtū ꝯpata: ꝗ nō cognosceret intuitiue: q꞉ cognitio ītuitiua est ad exn̄s īq̄ʒtū exn̄s. Relinquitur ꝗ ꝙ cognoscit illa in essentia diuīa existente: inq̄ʒtū sunt quedā obiecta formalia distīcta p̄ter oēm operationē intellectus collatiui. Et sic patet ista ratio. ⁊c̄.

difficultas

Sed orit̄ difficultas. Quō intellect⁹ diuinus cognoscit creaturas ab eterno: q꞉ nō fuerūt exn̄tes in propria exn̄tia. Scđo: quō secundas intētiones causatas in creaturis: cū in se nec existant (q꞉ exn̄tia est entis realis) nec fundāt̄ in aliqua re existente inquātū exn̄s: sʒ ī re cognita vel ꝯparata īq̄ʒtū hmōi. Tertio: quō intellect⁹ diuin⁹ cognoscit relationes ratiōis causatas ab ipso eterno vt pʒ a doc. d. 30. p̄mi. Nō est dandū ꝙ cognoscat ista abstractiue ꝓpt̄ imꝑfectionē cognitionis. Nec intuitiue: q꞉ nō sunt exn̄tia. ⁊c̄. ¶ Rn̄deo suppone

Rn̄sio.

do mihi aliqua. Primo, ꝙ intellectū diuīū posse cognoscere intuitiue ꝯuenit tripl'r et hoc actu recto: p̄mo vt obiectum p̄marū ī se formaliter exn̄s virtute ꝓpa suo modo mouēs siue quasi mouēs: et sic cognoscit intuitiue essentiā suā. secundo tanq̄ʒ obīn non p̄marīū nec eminēter ꝯtētū in eēntia diuina: nec ex sua ratione formali aliquo modo mouēs intellectū diuinū ad cognitionē sui: vt ꝓꝑetates hypostatice ⁊ relationes diuine ad intra cognoscūtur virtute essentie intuitiue: ⁊ nō dn̄r eminēter contineri in illa ꝓpter ꝑfectā idētitatē eaꝝ realē cū essentia diuina. tertio tanq̄ʒ obiectū secūdariū eminēter cōtentū in essentia diuina: ⁊ sic oēs creature cognoscūtur intuitiue in essentia diuina: q꞉ ipsa est ꝑfectissima rō cognoscēdi oēm creaturā: maxime in esse q̄ditatiuo: lʒ exn̄tia eaꝝ (cū sit mere contingēs ⁊ sequat̄ determinatiōeʒ diīe volūtatis) dicat̄ sic cognosci vt ostendit̄ ab essentia diuina: ⁊ hoc post determinationē diuine volūtatis: vt pʒ a doc. d. 39. primi. Et sic cognitio intuitiua terminat̄ ad aliq̄d exn̄s ī ꝓpa exn̄tia: aut ad aliq̄d: q̄d lʒ nō sit exn̄s in ꝓpa exn̄tia eminēter: tn̄ scđm totā suā entitatem ꝯtinet̄ in alio vere exn̄te q̄d erit cā talis cognitionis: ⁊ sic creature cognoscūtur quiditatiue ab intellectu diuino ab eterno: ⁊ hoc virtute essentie diuine eminēter continētis illas. Et sic pʒ responsio ad p̄mū argumentū. Scđo suppono: ꝙ intellect⁹ diuin⁹ cog̃scit aliq̄d actu reflexo: nā p̄mo cognoscit cognitionē suā qua cognoscit essentiā. scđo cognoscit illā cognitionē vt terminatā ad essentiā cognitā: ⁊ sic cognoscit essentiā vt cognita est: ⁊ hoc simpliciter eadē cognitione: cognoscit essentiā nude: cognoscit eandē cognitionē absolute: cognoscit essentiā vt terminū illius cognitionis absolute: ⁊ sic talis cognitio diuersificat̄ ꝓpter diuersos respect⁹. Tertio cognoscit oēs relationes rationis cātas ab ipō. Tertio suppono: ꝙ aliq̄d cognosci intuitiue cōtingit tripl'r. Primo vt est in ꝓpria exn̄tia. Secūdo vt eminēt̄ cōtinet̄ in aliquo exn̄te. Tertio vt q̄ñ nec hʒ ꝓpriā exn̄tiā in se: nec in alio: nec eminenter continet̄ in alio: tn̄ perfectissime cognoscitur scđʒ totam suā entitatē quantū est natū cognosci: ⁊ cognitiōe perfectissima q̄ nata est haberi de illo. Et hoc tertio modo dico ꝙ relatiōes rationis ⁊ oia entia rationis ab intellectu diuino perfectissime cognoscuntur quantū ad eaꝝ totalē entitatem: ⁊ impossibile esset aliquo modo perfecti⁹ cognosci. Cognitio ergo intellectus diuini vt terminat̄ ad essentiā diuinā dicit̄ perfectissime intuitiua: vt vero terminat̄ ad relationes reales in diuinis: non ita perfecte: vt vero ad creaturas eminenter contentas (cū nullā existentiam dicant ibi) minus perfecte: vt vero actu reflexo terminatur ad seipsaʒ erit perfecta: cum terminetur ad perfectionem simpliciter: vt vero terminatur ad essentiam cognitam vt huiusmodi: adhuc min⁹ perfecte: q꞉ ad ens diminutum: vt vero terminatur ad relationes rationis adhuc erit minus perfecta: quia tn̄ ad entia diminutissima. Ipa ergo intellectio diuina semꝑ erit intuitiua: licet ſm diuersas t̄minatiōes alio et alio modo dicatur diuersificari: nō in se sed in respectib⁹. Et sic patet solutio argumentorum. ¶ Si dicatur. ergo positio Hen. potest stare: quia poterit dicere ꝙ cognoscit illa attributa intuitiue modo p̄expositio: et tamen esse tn̄ entia rationis. ¶ Dico ꝙ argumentū Sco. ad hoieʒ cōcludit q꞉ ipse Hen. vult cognitionē intuitiuam terminari ad rem existētem inq̄ʒtū exn̄s: ⁊ sic fiat argumētū vt pri⁹. Scđo: q꞉ si tn̄ sunt entia rationis: ⁊ simil'r cognitio diuina sit tantum ibi ens rationis: vt aliquo modo distinctum ab essentia quomodo ergo dicet̄ itutitiua. Sil'r sequeret̄ ꝙ oia attributa tn̄ actu reflexo cog̃scerent̄. Sil'r seq̄ret̄ ꝙ intellect⁹ diu⁹ ⁊ intuitiu⁹ tn̄ cognosceret illa vt relatiōes rōis: ⁊ sic n̄ vt ꝑfectiōes simpl'r: q̄ oia sūt absurda. ¶ Ibi. Itē arguit̄ ꝯ illā expōnē: q꞉ si de aliq̄ obō tn̄ nat⁹ est hr̄i vn⁹ ꝯcept⁹ realis. Hāc rōnē ꝓlixe exposui: ⁊ glosaui quā expositionē vide s̄. d. 3. q. 1. ¶ Ibi. p̄. Cōtra ꝯclōnē ī se. Tota vis hui⁹ rōnis in hoc ꝯsistit. Prio: ꝙ act⁹ itellect⁹ diui p̄t dupl'r ꝯsiderari. Vno mō absolute vt t̄minat̄ ad obīn absolute: ⁊ talis act⁹ nō dr̄ negociatiu⁹ nec cātiu⁹ entis rōnis. Alio mō vt est cōparatiu⁹ obi cogniti ad obīn cognitū: ⁊ vt sic dr̄ cātiu⁹ entis rōnis: ⁊ sic cāndo diuersa entia rōis dr̄ q̄dāmō distinctiuus illoꝝ: q꞉ ꝓducit distincta: ⁊ sil'r intell's dr̄ cātiu⁹ entis rōis nō in se: sʒ ꝑ actū intell's scđo mō dictū. Sil'r volitio p̄t ꝯsiderari absolute vt t̄minat̄ ad eēntiā. Scđo mō vt ē ꝯparatiua obi voliti ad aliud volitū: ⁊ vt sic p̄t esse cātiua entis rōnis: vt pʒ a Doc. s̄. d. 1. hui⁹. Cū ꝗ itell's absolute ⁊ intellectio absolute ⁊ nā absolute p̄cedāt aliq̄ mō ītellectioneʒ vt ꝯparatiuā siue distinctiuā entiū rōis: distinguētur inter se ⁊ nō ꝑ talē intellectionē: ꝗ ex nā rei: pʒ q꞉ p̄cedūt distinctiuū eoꝝ q̄ sola rōe distinguūt̄. Ergo distictio nāe ⁊ intellect⁹ vel itellectiōis ⁊ volitiōis nō erit ꝑ itellīn. s. vt hn̄teʒ cognitionē ꝯparatiuā: vt s̄. ¶ Si dicat̄: ꝙ ista vt p̄cedūt huiusmodi cognitionē nullo mō distiguūt̄: tūc seq̄ret̄ ꝙ ista attributa nō magis distiguerent̄ ista itellectiōe q̄ʒ nā vel volitione. q̄d est falsum: ⁊ sic nō esset ibi fallatia accn̄tis dicēdo sic: ista itel lectiōe attributa distiguūt̄. ista itellectio est nā diuina: ꝗ nā diuina distiguūt̄: ꝯclo falsa. Q꞉ si nā dina distigueret̄: tūc ipa eēt rō distiguēdi vnū attributū ab alio: q̄d est falsum: imo est rō ꝯueniēdi. Si ꝗ in isto syllogimo ē fallatia accn̄tis: oʒ ꝙ rō itellectiōis extraneet̄ rōni nāe diuine inq̄ʒtū ꝯparant̄ ad t̄tiū. i. ꝙ inq̄ʒtū itellectio est rō distinguēdi attributa extraneat̄ nāe diīe inq̄ʒtū nā dina cōparat̄ ad rōnē distiguēdi attributa: sicut aial extraneat̄ homini inq̄ʒtū aial ⁊ hō ꝯparat̄ ad gen⁹: ⁊ si eēnt oīo idē nō possent extraneari respectu tertii. Cū ꝗ intellectio dina et nā dina extraneent̄ adinuicē vt ꝯparant̄ ad rōnē distiguēdi: seq̄tur ꝙ erit ibi aliqualis distictio p̄ter op⁹ intellect⁹: q꞉ si essent oīo idem non extranearentur adinuiceʒ respectu rationis distinguendi: et sic in tali syllogismo non esset fallacia accidentis. Cetera patent.

Ad questionē Rn̄dēdo dicit ꝙ iter ꝑfectiōes eēntiales nō ē tn̄ differētia rōis hoc ē diuersoꝝ modoꝝ ꝯcipiēdi idē obīn formale: talis eni distinctio est iter sapiēs ⁊ sapiētiā: ⁊ vtiq̄ʒ maior inter sapiētiā ⁊ v̄itatē: nec est ibi tn̄ distinctio obōꝝ formaliū in itellectu: q꞉ vt argutū est p̄us illa nunq̄ʒ est in cognitiōe ituitiua nisi sit in obō intuitiue cognito: sic ꝙ v̄itas ⁊ bonitas non significent idē obīn formale sed diuersimode conceptū: vt pʒ de hoie et humanitate: sed ꝙ significēt duo obā formalia habentia distinctos modos concipiendi: sicut etiam dicimus ꝙ intentio generis et intentio speciei sunt duo obiecta formalia distincta nata terminare distinctos actus intellectus: sed secundum opi. Henri. veritas et bonitas sūt duo obiecta formalia distincta tamen habentia tn̄ esse in intellectu: quia illa secundum ipsum sunt tn̄ entia rationis. ¶ Intēdit ergo Doc. hic probare ꝙ distinguantur vt duo obiecta formalia preter omne opus intellectus. probat ergo ꝙ sapientia in re non est bonitas in re et hoc probat. Quia si infinita sapientia esset formaliter infinita bonitas: et sapientia in ꝯmuni esset formaliter bonitas in cōmuni. Nota primo: ꝙ hic Doc. vult ꝙ bonitas infinita distinguatur formaliter a sapientia infinita: q꞉ ratio formalis bonitatis infinite non est de ratione formali sapientie infinite: nec econtra. Ideo sunt distincta obiecta formalia et formaliter distincta ex natura rei existentes in essentia diuina. Et nota ꝙ gradus intrinsecus. s. infinitas bonitatis: non est ratio distinguendi bonitatem a sapientia: nec econtra: infinitas sapientie: patet quia gradus intrinsecus presupponit quiditatem contractam cuius est gradus: nec dicit formalitatem proprie: immo talis infinitas est ratio ꝙ quodlibet q̄d natum est dici de ente infinito realiter sibi identificetur sed non formaliter: hoc patet de essentia diuina et de infinitate: ratio ergo ꝙ vnum attributum formaliter distinguatur ab alio non est infinitas sed magis quiditas: cuius talis est infinitas: sicut etiam hec albedo intensa vt octo distinguit̄ ab alia intēsa vt octo illa intēsio nō est rō distiguēdi vnū ab alio: sʒ hecheitas huius (quā ꝯseq̄tur itēsio: vt grad⁹ itrinsec⁹) est rō distiguēdi. Nam intēsio vtriusq̄ʒ p̄supponit illas esse in se distinctas.

Quō itellect⁹ diuinus p̄ōt cognoscere tripl'r actu recto et reflexo.

Aliquid p̄t cognosci intuitiue tripliciter.

Cognitiō diuina dr̄ ꝑfectissima, ꝑfecta et minus ꝑfecta.

Obiectio.

Solutio.

Actus diuinus absolutus negociatiuus

Rō distiguēdi vnū attributū ab alio ē q̄ditas

Sic est in ꝓposito: ꝙ infinitas attributorum presupponit
ipsa esse disticta sm̄ proprias q̇ditates: qḋ pꝫ: q̄ gdꝰ intrin=
secꝰ aduenit q̇ditati: nec variat rōnē formalē eiꝰ: vt ptꝫ de
intēsiōe albedinis vt octo q̄ adueniens sibi nō variat rōnē
formalē albedinis: secus est de gradu specifico: q̇ adueniēs
q̇ditati specifice variat rōnē formalē eiꝰ: vt si g̃dus specifi
cus adueniret hoī: iā hō non esset: sed eēt alia spēs. Si g̃
sapiētia isinita eēt forml'r bonitas isinita seq̄ret ꝙ rō for=
malis bonitatis i ꝯmuni esset formaliter ipsa sapia in cōi
cū infinitas vtriusq̄ non variet rationē formalē illarum.
Obiectio **Si dicat̄** ꝙ hoc nō videt̄ valere. Prio: q̄ nō seq̄tur:
sapia infinita est idē real'r bonitati infinite
g̃ sapia in ꝯmuni est real'r idē bonitati in cōi: non seq̄t. Si=
mil'r itellectio isinita ē real'r idē volitioni infinite: g̃ in cōi
sunt ide real'r: nō seq̄tur. Sil'r paternitas in diuinis ē rea=
liter idē eēntie dine: g̃ pr̃nitas i cōi ⁊ eēntia i cōi sᷓ idē real'r
Sil'r essentia isinita est forāl'r intellectus infinitꝰ: g̃ eēntia
Responsio notanda in cōi est formaliter intellectꝰ in cōi: nꝙ seq̄tur. ¶ Dico ad
primū ⁊ ad sm̄: ꝙ ex quo infinitas vtriusq̄ nō variat rōnē
formalem: cuius est: ⁊ q̄ rō formalis bonitatis est alia for=
maliter a sapia: ideo si sunt idē formaliter etiā seq̄tur ꝙ in
cōi sunt idē formaliter: q̄ tn̄ infinitas ꝓpter suā perfectio
nem idētificat realiter q̇cq̇d pōt esse in illo ente infinito: iō
non seq̄tur: ꝙ si sapia infinita sit realiter idē bonitati infi=
nite: ꝙ etiā in cōi sint idē realiter: q̄ in ꝯmuni nō est talis
rō idētitatis reali: q̄ non infinitas. Hoc idē ad tertiū: di=
co ꝙ isinitas eēntie dine est rō idētificādi sibi real'r q̇cq̇d pt
esse ibi: nō tn̄ forāl'r: q̄ (vt dixi) talis isinitas nō variat rōnē
formalē: cuiꝰ est. Ad q̄rtū: dico ꝙ nō est sil'e: q̄ itell's isinitꝰ
est de rōne formali essentie dine: (⁊ hoc sm̄ aliq̄s exponen=
Nota tes Doc. sꝫ hoc nō credo ver̄ nisi accipiēdū intellectū ꝑ ip
sa itellectualitate) et qn̄ aliq̇d est de essentia alicuiꝰ sm̄ spe
cialē rōnē: nō seq̄tur ꝙ illis sumptis in gn̄alibꝰ rationibus:
vnū sit de eēntia alteriꝰ: vt pꝫ. Nā intell's nō est de rōe for
mali essentie vt eēntia est. Tenēdo tn̄ ꝙ itell's isinitꝰ nō sit
de q̇ditate eēntie isinite: dic pifor̄mit': vt dictū ē de bonita=
Obiectio. te ⁊ sapiētia. ¶ Si dicat̄ ꝙ idē posset dici de sapia ⁊ boni=
tate isinita: ⁊ ꝙ bonitas isinita: lꝫ sit de eēntia sapie isinite:
Solutio et ꝑ ꝯn̄s idē formal'r: tn̄ nō seq̄tur ꝙ bonitas vt bonitas sit
de diffōne illiꝰ vel eʒ. ¶ Dico prio: ꝙ si bonitas isinita inq̄
tū hmōi esset ꝟe de eēntia sapie infinite: ⁊ hoc sub rōe illa
spāli qua isinita: nō seq̄ret̄ ipsaꝫ i cōi eē de eēntia sapie in
cōi. ⁊c̄. ¶ Ibi. Ista etiā opinio ꝯfirmat̄. Hic Doc. ꝯfirmat
hāc opinionē multis auctoritatibꝰ. s. ꝙ attributa distiguā
tur formal'r abinuicē: ⁊ aliq̊ mō distinguātur ab eēntia di=
uina p̄ter oē opꝰ intell's. ¶ Pria auc̄tas est Dam. c. 4. ⁊
c. 9. q̇ dicit ꝙ esse dei dicit qḋdā pelagꝰ isinite sbē: cetera aūt
circūstāt nām. ¶ Dicit Doc. ꝙ hoc nō esset nisi esset aliqua
distinctio ex ꝑte rei: pꝫ. Si eni bonitas ⁊ sapia eēnt tn̄ re=
latiōes rationis: tūc nō essent ꝑfectiones scḋe ex ꝑte rei.
Si g̃ oia attributa essent tn̄ vna res oibꝰ modis idē p̄ter
operationem intellectus: g̃ non dn̄r plures perfectiones
simpliciter ex ꝑte rei: ⁊ sic non sunt ꝑfectiones circūstantes
nām: relatio eni rationis nō pt̄ dici ꝑfectio aliqua: nec sim
pliciter nec sm̄ quid. Sequit̄ etiā: ꝙ si hmōi attributa sunt
tn̄ relationes rōnis: ꝙ ita bn̄ possent dici perfectiones vt
cāte ibi per actum intellectus creati: imo et circa quodlibꝫ
obm̄ possent hmōi perfectiones cāri: non enim eius ratio
nis est magis perfectio ꝑ hoc ꝙ diuersimode causatur ab
alio et alio intellectu. Si ēt attributa diuina non distigue
rentur aliquo modo p̄ter opus intell's ab eēntia dīna: tunc
non diceret̄ ex nā rei pelagus oīm perfectionum intrinse=
carum: pꝫ quia si dn̄r circunstare essentiam vt pelagus sbē
infinite: ergo ex natura rei presupponunt ipsam essentiaꝫ:
et sic aliquo modo distinguuntur p̄ter opꝰ intellectꝰ: ⁊ mul
ta alia inconuenientia videntur sequi. ¶ Scḋa est Augu
stini qui probat ꝙ non est aliquid maiꝰ due persone q̄ vna
quia non aliquid verius: que ꝯn̄a esset ista. si tantum esset
distinctio rationis inter sapientiā veritatem et magnitu=
dinem: non videretur aliud argumētū q̄ si ꝓbaret̄: sapia:
ergo sapiens vel econuerso. ¶ Vult dicere ꝙ si magnitu=
do. s. virtutis: ⁊ veritas: ⁊ sapia: ⁊ cetera attributa tn̄ ra=
tione distinguerent̄: et sic essent tn̄ relationes rōnis: due
persone non dicerentur maius sm̄ magnitudinē si magni=
tudo esset tn̄ relatio rōnis: q̄ neq̄ verius: vult eni ꝓbare
Aug. ꝙ persone sint oīo equales in omni perfectione: eq̄
enim cōuenit vni persone magnitudo virtutis sicut dua=
bus: cū simpliciter sit tota in tribus et indiuisibil'r: sicut ēt
sapiētia ⁊ veritas: ⁊ cetera attributa. ¶ Tertia est Aug.
ꝯ Maxi. Si potes deū patrē cōcedere simplicē: et tamen
sapientem et bonū. ⁊c̄. q̄to magis vnus deus potest esse
simplex. ¶ Arguit eni ibi: ꝙ si in eodē sine cōpōne ⁊ ꝑ tialita
te pn̄t esse plures ꝑfectiōes simpl'r: g̃ multo magis pn̄t eē
tres ꝑsone in deitate. i. si ꝑfectiōes distincte attributales
nō faciūt cōpositionē in deo: imo stāt cū summa simplicita=
te: seq̄tur ꝙ relatiōes hypostatice multo magis pn̄t esse in
deo sine vlla cōpōne: q̄ tn̄ relatiōes hypostatice sunt ibi ex
nā rei et distincte p̄ter oē opus intellectꝰ. Arguit g̃ sic. Si
plures ꝑfectiōes ex nā rei et absolute nō faciūt cōpositionē
in deo: g̃ nec relationes hypostatice: si g̃ ꝑfectiōes attribu=
tales eēnt tn̄ relationes rōnis: nō esset argumētū a mino=
ri: q̄ relatio rōnis nō facit cōpōnem cū aliquo: ⁊ multe re=
lationes reales faciūt cōpositionē. Si g̃ magis vr̄ ꝙ plures
ꝑfectiones simplicit' in aliquo faciūt cōpōnē aliquā q̄ rela=
tiōes reales: ⁊ tn̄ nō faciūt: g̃ nec multo minꝰ relatiōes rea
les. ¶ Quarta ē Aug. 15. de tri. c. 3. q̇ dicit ꝙ oia ista sunt si
bi equalia: nihil cm̄ est ꝓpe sibiipsi eq̄le vt pꝫ: si g̃ filiꝰ est eq̄
lis patri in oi ꝑfectione: ⁊ eq̄litas est ibi relatio realis: vt. I.
patebit. d. 19. ⁊. d. 31. ⁊. q. 6. q̄l. g̃ ⁊ hmōi ꝑfectiōes sꝫ q̄s dn̄r
eq̄les sūt ibi ex nā rei. Dicimꝰ ei ꝙ filiꝰ real'r ē eq̄lis pr̄i i oi
ꝑfectiōe simpl'r: puta i sapia: magnitudie ꝟtutis: ⁊ hmōi: sꝫ
si ista eēnt tn̄ relatiōe rōnis nulla eēt ibi eq̄litas ex nā rei.
Ex his ⁊ multis aliis auc̄tibꝰ: pꝫ expresse quō ista attribu=
ta q̄ dn̄t ꝑfectionem simpliciter sunt ibi ex natura rei.
Contra istā solutionē sunt tria dubia. Primū: q̄ si po 1. dubiū.
nant̄ iste ꝑfectiōes distincte p̄ter opꝰ itellectꝰ
ab essentia diuina: ⁊ ipsam ex nā rei circūstare: vr̄ seq̇ ꝙ se
hēant ꝑ modū actꝰ respectu eēntie diuine: ⁊ sic ꝯpō. Respō
det doc. ꝙ sapia est ibi sm̄ illā rōnē q̄ nō includit ꝑfectionē
scꝫ vt est id quo hn̄s sit tale: q̄ deꝰ dr̄ sapia sapiēs: non tn̄ est
ibi sm̄ illā rōnē includētē nec io iperfectionē. s. esse formaꝫ
informātē ⁊ ꝑtē rei. ¶ Si obucias: quō aliq̇d ē formatr sa
piēs sapia si sapia non ē forma eiꝰ. ¶ Rn̄det doc. ꝑ aliq̄ di= Rn̄sio.
cta. Primū: ꝙ aia vt ꝯparat̄ ad corpꝰ dr̄ iformare illḋ: ⁊ sic
denoiatiue dr̄ corpꝰ aiatū ab aia informante illud: vt vero
cōparat̄ ad totū cōpositū ex aia et corpe: tūc nō ē forma in
formās cōpositū: sꝫ tn̄ ꝑs eēntialis illiꝰ: ⁊ ex hoc hō dr̄ ani=
matꝰ nō denomiatiue sꝫ eēntial'r: q̄ est ꝑs eēntialis illiꝰ: et
tn̄ aia nō iformat hoiem. Scḋꝫ dictū est: ꝙ ex quo sapia iest
essentie diuie veriori mō q̄ aia corpori ⁊ q̄ toti: q̄ vt sapia
cōparat̄ ad eēntiā nullo mō ē ꝑs eiꝰ: sꝫ ē ꝑfecte idē illi idē=
titate reali. g̃ eēntia poterit ab ea denoiari absq̄ oi infor=
matione. ¶ Et tūc si q̄res virū a pmo actu posset esse aliq̄
abstractio forme. Dicit doc. ꝙ nō est ibi abstractio forme vt
informātis: q̄ ipsa sapia nō informat eēntiam: neq̄ vt ꝑs:
q̄ in deo nō est ꝑs: sed est ibi abstractio forme inq̄tū ꝑ eaꝫ
aliq̇d est tale p̄cise acceptū: nō ꝯsiderādo idētitatē eiꝰ ad il
lud ad qḋ est tale ꝑ ipsam. Cū eni dr̄ deus est sapiēs: tūc cō
siderat̄ sapia vt idē ipsi deo ⁊ vt denoians: cū ꝟo ꝯsiderat̄
sapia i vltima abstractione: vt sic nō est nata predicari de
aliq̊ denoiatie: q̄ h̄ ē ꝯ rōnē vltimate abstracti: vt. s̄. patu=
it. d. 5. q. 1. Nā vt vltimate abstracta ē tn̄ nata p̄dicari: pu=
ta de deitate per idētitatē: siue p̄dicatiōe idētica vt. s̄. patu
it. d. 5. q. 2. ¶ Scḋꝫ dubiū ē. q̄ Aug. 7. de tri. c. v. vbi negat
Secūdum. idētitatē deitatis ⁊ pr̄nitatis. Nō eo iq̄ens pr̄ q̊ deꝰ ē: sicut
nec eo verbū quo sapia: ita ꝯcedit idēptitatē magnitudis ⁊
bonitatis et perfectionū eēntialiū: q̄ dicit eo magnꝰ q̊ deꝰ:
⁊c̄. g̃ sicut ibi idētitatem negat: ita ꝯcedit hic: nō aūt negat
Rn̄sio. ibi nisi idētitatē formalē: g̃ illā ꝯcedit hic. Rn̄det doc. ꝙ tri=
plicit' eodē deꝰ est sapiēs ⁊ magnus: non tn̄ sic eodē est deꝰ
et pr̄. Prio q̄ sapia ⁊ magnitudo sunt ꝑfectiōes eēntiales
non. s. dātes eē essentiale: sed eēntiales q̄ cōes tribus per=
sonis: vt pꝫ a doc. q. 1. q̄li. sꝫ pr̄nitas non est eēntialis. Scḋo
q̄ sapia ⁊ bonitas sunt perfectiones simpl'r: sꝫ pr̄nitas non
vt ꝓbat doc. q. v. q̄li. Tertio: q̄ bonitas/sapia/⁊ magnitudo
sunt eadē identitate mutua: q̄ oia sunt formal'r isinita: ⁊ iō
ratione isinitatis vnū trāsit i aliḋ i perfectā idētitatē realē
et eʒ: sꝫ pr̄nitas non idētificat sibi realr diuinā eēntiā: q̄ nō
est isinita: sꝫ eʒ eēntia ratione sue isinitatis idētificat sibi
real'r pr̄nitatē. Et sic pꝫ dr̄ia. ¶ Ad formā g̃ rn̄dēdo ꝯcedit
ꝙ eodē modo est sapiens et bonꝰ quo non eodē est pr̄ et de
us: q̄ eodē est sapiens et bonus eodē. s. in quolibet supposi
to: quia sicut deus est in tribus suppositis: ita et bonitas:
non sic paternitas et deitas. Similiter eodem est bonus
et sapiens identitate mutua. ¶ Tertium dubium est: quia Tertiū.
sicut non esset bonitas realiter infinita nisi esset realiter ea
dem sapientie: ita videtur ꝙ ratio bonitatis non sit infini=
ta formaliter nisi sit formal'r eadē rationi sapie: g̃ ꝑꝑ eandē
rationem propter quā ponis veram idētitatē iter ista: de=
beres ponere idētitatē formalē rōis ad rōnē. ¶ Rn̄det ꝯce Rn̄sio.

Cõtra istã positionẽ. Hic sunt duo notãda. Prio q aliud est ponere aliquã positionez i se ꝛ ex suo intellectu: ꝛ absolute icludẽtẽ incõpossibilia vt i ista. hõ est nõ aial. ꝛ aliud est ponere aliquã positionẽ quãuis icludẽtẽ icõpossibilia: nõ tñ i se absolute: sz vt inqrat aliqua ꝟitas sicut si qreret sic. Posito q hõ non sit aial: an rõnale possit esse rõ formalis distiguẽdi hoiez ab asino. Nã hic nõ ponit absolute positio vt icludit icõpossibilia sicut ponẽdo absolute. hõ nõ ē aial: sz ponit sic. an rõ distinguẽdi hominẽ ab asino sit ipsa aialitas vel ipsa rõnalitas: ꝛ tũc ad vidẽdũ hoc circũscribam⁹ p ipossibile ipaz aialitatẽ. an rõnalitas distiguat vel ne: ꝛ sic est in pposito: aliud est. n. ponere. fili⁹ est nõ spirãs spm̃sctm̃. ꝛ aliud est ponere: si nõ spiraret spm̃sctm̃: an distigueret. nã q̃ritur hic de rõne formali distiguẽdi filiũ a spũsctõ. i. an filiatio distiguat psonalr filiũ a spũsctõ: an ipsa spiratio: ꝛ sic q̃rit circũscripta ipa spiratiõe actiua filii: an ipsa filiatio distigueret psonalr filiũ a spũsctõ: ꝛ sic est intẽtio doc. ❡ Ibi. Preterea. lz põ q̃ stati ꝛc. Tota ista lr̃a dicit duo. s. q aliq̃ põ ponit duo icõpossibilia ex intellectu formali ꝛ qditatiuo ꝛ formali ↄña: nõ sumẽdo formalez ↄsequẽtiã: q̃ accipit cõiter q̃ est: quãdo q̃libz sibi similis in forma est vera: vt ista: hõ currit: ꝫ aial currit: est ↄsequẽtia formalis: qꝛ q̃libet sibi consimilis i forma hoc ē ab inferiori ad supius eo modo arguit: sicut hec erit ꝟa: asin⁹ est alb⁹: ꝫ aial est albũ. Sz accipit hic consequentia formalis quãdo extrema sic se habẽt q vnũ est de essẽtia alteri⁹: sicut i ista: homo est: ergo animal est. Dicit ergo doc. q positio q̃ ponit incompossibilia ↄsequẽtia formali siue essentiali non dz admitti vt ista: homo ē non aial: nã statim ↄsequẽtia formali ↄcludunt duo incõpossibilia: pz nã bene sequit: homo est: ꝫ aial est: ꝛ ex alia parte tu dicis q non est aial: ꝛ sic inde pdicatum essentiale simul verificat de aliquo ꝛ negat. Similiter hic homo est non aial: statim sequit: ꝫ homo est ꝛ ex alia parte nõ est aial: ergo homo non ē: pz qꝛ illud qd est de essentia hoīs remouet ab illo. Scdm dictuz est: ↄsequẽtia accidẽtalis vel p locũ extrĩsecũ in isto loco dicit illa quãdo illud qd ↄcludit de aliquo non concludit p aliqd essentiale illi⁹: nec remouet p remotionẽ alicui⁹ essentialis. Exẽplum. Homo est non risibilis: sequit hominẽ non esse cõsequẽtia accidẽtali. Nã bene sequit: homo nõ ē risibilis: ergo hõ ē: ꝛ ex alia parte risibile non ē: ꝫ hõ nõ est: pz qꝛ sunt idẽ realiter destructo vno destruit ꝛ reliquũ: ꝫ destructo risibili destruit homo. Dico: q sequit hoiez non esse tm̃ ↄña accidẽtali siue p locũ extrĩsecũ: qꝛ p remotionẽ alicui⁹ puta risibilis qd nõ est de essentia hoīs. Tertio dico q in ista positione. Si spiritussanctus non esset a filio an distingueret ab illo: consequentia essentiali sequit ipsuz filiũ esse: ↄsequẽtia ꝟo accidẽtali sequit ipsuz nõ esse: qꝛ si spiratio filii non esset q̃ est idem realiter ipsi: lz non sit de essentia illi⁹: ergo fili⁹ non est: ꝛ sic ↄsequẽtia accidentali. i. p remotionẽ alicui⁹: qd non est de essentia filii: sequitur non esse: lz ergo pma positio q̃ ex intellectu suo ꝛ ↄsequẽtia essentiali includat incõpossibilia non sit ponẽda: tñ ista q̃ includit icõpossibilitatẽ ↄña tm̃ accidẽtali ē ponẽda. Et nota q Sco. accipit ibi locũ extrinsecuz solũ p eo qd non est de essentia. ❡ Ibi. Itẽ si aliqd essentialr. Ex dictis. s. pz totũ vsqꝫ ibi. Itẽ philosoph⁹ qrto phi. t. c. lviii. Nã ibi philosoph⁹ arguit: posito q aliqd spaciuz non haberet aliqd corp⁹ sensibile sed sonũ vel colorẽ: quereit vtrũ esset vacuũ ꝛc. ꝛ tamẽ hec positio includit incompossibilia. s. q color vel son⁹ sit in vacuo. Nã sequit formali ↄsequẽtia: color vel son⁹ est in vacuo: ergo est: sequit etiã ipsuz non esse: qꝛ subiectũ non est consequẽtia nõ naturali: sed sicut ad impossibile sequit quodlibet.

Ideo admittẽdo q̃stionẽ est opi. s. Tho. Et Egi. q̃ dicit q si spũsſãct⁹ non pcederet a filio nullo modo distingueret ab eo. Et probat. Primo: qꝛ relatio in diuinis aut distinguit ſm esse: aũt ſm qditatẽ: non primo: qꝛ sic trãsit in essentiam diuinã. Si scdo: ergo distinguit inquãtum respicit oppositum: ꝛ sic tm̃ distinguit ab opposito: ergo filiatio nõ distinguit filium a spiritu sancto siue a spiratione passiua: cum illa tm̃ opponat paternitati. ❡ Scdo. Si relationes disperate possent sufficiẽter distinguere psonas: ergo cum tales due sint in patre. s. generatio actiua ꝛ spiratio actiua: pater esset due psone. ❡ Confirmat ratio: qꝛ tãtã distinctionẽ vident habere iste relationes generatio actiua ꝛ spiratio actiua: quãtã habẽt eoꝝ correlatiua: igit ita possunt hec distinguere sicut illa.

Tho. pma parte sũ. q. 35. ꝛ Egi. de Roma.

Contra istam opi. arguit Doct. Primo ex medio sumpto ex ratione formalis constitutiui. Scdo ex medio sumpto ex distinctione emanationum. ❡ Ex pmo arguit sic: quocũqꝫ formaliter aliqd ↄstituit in esse eodẽ distinguit: qꝛ eodez est aliqd ens ꝛ vnũ vnitate conueniente tali entitati: ꝛ si vnum: igitur et in se indistinctum. Sed filius constituit in esse psonali filiatione: ergo ꝛ ea formaliter distinguit ab oĩ alia psona: igit p ipossibile vel icõpossibile circũscripto quocũqꝫ alio: ꝛ maxime posteriori filiatione: remanebit filius filiatione distinctus psonaliter a quacunqꝫ psona. Assumptum ptz: qꝛ fili⁹ non constituit in esse psonali spiratiõe actiua: qꝛ illa ē cõmunis patri ꝛ filio: ꝛ non sunt in eo pprietates positiue alie q̃ꝫ generatio passio ꝛ spiratio actiua: ꝫ ꝛc. ❡ Respondet ab eis q formali constitutiuo non distinguit aliqd a quocunqꝫ: sed tm̃ ab illis cuz quib⁹ maxime cõuenit ꝛ a quib⁹ non distinguit aliquo alio nisi illo formali constitutiuo. Exẽplum. Homo rationalitate nõ distinguit a lapide: sed a specieb⁹ animalis: a lapide. n. distinguit animalitate q̃ non ē formale cõstitutiuuz hoīs. Ita dicit in pposito: q fili⁹ cũ patre conuenit cum spiratione actiua: ꝛ in hac distinguit a spũ sancto: pprio aũt suo formali. s. filiatione distinguit a pr̃e cum quo maxime conuenit. ❡ Cõtra. Qꝛ qdlibet habẽs aliquod esse distinguit distinctione cõueniẽte illi esse a quocũqꝫ alio p aliquod qd ē de ratione ei⁹ inquãtũ hz tale esse: filius igit psonaliter distinguit p aliquod qd ē de ratione ei⁹ inquãtũ psona ē: spiratio actiua non ē de ratione ei⁹ inquãtuz psona: sed filio iam posito ē quasi pprietas aduẽticia. Ex his pz q exẽplum adductum non ē ad ppositũ: qꝛ ꝛ si homo distinguit a lapide nõ p rationale. Primo distinguit tm̃ p aliqd qd ē de essentia ei⁹: ita q inconueniẽs esset ipm̃ p nihil qd ē de essentia sua a lapide distingui: sed tm̃ p risibilitatẽ. Ita ē in pposito.

Quidam nouus expositor pme partis. s. Tho. q. 36. arti. 2. nitit soluere istas rõnes q̃s doc. facit cõtra Tho. Et pmo pmittit sic dicens. Scito q cũ in diuinis nõ sit formaliter nisi substãtia ꝛ relatio: ꝛ substãtia vt pote cõis nec cõstituat nec distiguat ypostases: opz q vtrunqꝫ relationi tribuat. Relatiõi autẽ cum possit aliqd cõuenire duplr̃ ſm. s. ppria relationis: ꝛ ſm cõmunia sibi ꝛ absolutis. Quecũqꝫ attribuunt diuinis relatiõib⁹ necesse ē cõuenire eis inquãtum relationes: ꝛ sic constituere ac distinguere relationi diuine put relatiua res est cõuenit. Inter rẽ autẽ absolutã ꝛ relatiuã hoc interest: qꝛ res absoluta cõstituit rẽ in se: relatio vero cõstituit rẽ ad aliã. Et qm̃ vnũquodqꝫ sicut est ens ita vnũ: ꝛ distinctũ cõstitutiuũ absolutũ sicut cõstituit ens in se: ita distinguit illud ſm se: ꝛ consequẽter ab vniuersis ali-

Tho. gaie. nitit soluere ratiões Scot.

is.cõstitutiuum vero in esse relatiuo.qꝛ cõstituit ens ad aliud vnũ coꝛrelatiuũ.s.ita distinguit illud ab illo vno tm̄:alioquin diuersitas siue distinctio nõ esset ꝓpoꝛtionata passio entis:plus.n.faceret constitutiuum aliquid distinguendo ꝙ̃ constituẽdo:quod nõ videt̃ intelligibile.Si igit̃ in diuinis sola relatio multiplicat trinitatẽ:⁊ hoc nõ cõuenit relatiõi ꝑ accidẽs sꝫ quatenꝰ res relatiua est.Et res relatiua vt sic cõstituit ⁊ distinguit relatiue tm̄.quãcũqꝫ.n.aliã distinctionẽ habet non facit inq̃ꝫtum res relatiua:sꝫ haberet cã ex cõibꝰ sibi ⁊ absolutis:vt pꝫ de disperatione:hec.n.nõ est ꝓpꝛia relatiuis:et sic nõ põt causari a relatiõe ſm̄ rationẽ relationis.Consequẽs est ꝙ in diuinis nulla sit distinctio realis nisi relatiua:ita ꝙ nõ solum res distincte sunt relatiue:sꝫ distinctio ip̄a est relatiua.Et cum cõstet distinctionẽ relatiuã nõ esse sine oppositione relatione ⁊ respectu coꝛrelatiui tm̄:manifeste sequit̃ ꝙ sola oppositio relatiua distĩguit realiter diuinas ꝑsonas.¶Ex his rñdet ad obiectiões ex parte cõstitutiui.Cum.n.dicit̃ ꝙ idẽ est cõstitutiuũ ⁊ distinctiuum alicuiꝰ ab omni alio:distinguẽdum ẽ de duplici cõstitutiuo.s.absoluto vel respectiuo:⁊ ꝙ in absolutis verũ est:in relatiuis vero sub distinguẽdum ẽ de duplici distinctione.s.relatiua:vel quacũqꝫ alia puta disperata:vel cõtraria:vel cõtradictoꝛia:seu etiã pꝛiuatiua.Et dicẽdum ꝙ de distinctione relatiua:loquẽdo falsum est assumptum:qm̄ cõstitutiuum alicuiꝰ in esse relatiuo nõ est distinctiuum illius distinctione relatiua nisi a suo coꝛrelatiuo ꝓpter ipsam relationis naturã:a ceteris autẽ distinguit quouis alio modo.Duplum.n.vt sic:qꝛ nõ est nisi ad dimidiũ nõ distinguit̃ etiam relatiue nisi a dimidio:a triplo autẽ ⁊ quadruplo ⁊ reliq̃s entibꝰ distinguit̃ q̇dem duplicitate inq̃ꝫtum est hoc ens nõ relatiue:vt de se pꝫ.Et qꝛ in diuinis ꝑsona est foꝛmaliter relatio nõ est distinctio ꝑsonalis neqꝫ realis nisi sit relatiua.Et ꝓpterea de facto ista est falsa:filiꝰ distinguit̃ realiter siue ꝑsonaliter a spiritu sancto filiatione:qꝛ ista est falsa:filiꝰ filiatione distinguit̃ relatiue a spiritu sctõ:ꝙ̃uis ista sit vera.filiꝰ distinguit̃ filiatione a spũ sancto:sꝫ talis distinctio nõ sufficit ad realẽ distĩctionẽ.hec ille.

Contra Tho. gaie.

Sed ista responsio nec ẽ ad mẽtẽ.S.Tho.nec soluit rõnes Sco.Et ꝙ diuertat a.s.Tho.pꝫ in littera eiꝰ in.i.parte.q.36.art.ii.q̇ sic dicit.Necesse est inquit dicere spiritũ sanctũ esse a filio.si.n.nõ esset ab eo nullomodo posset ab eo ꝑsonaliter distingui.Non.n.est possibile dicere ꝙ ſm̄ aliq̇d absolutũ diuine ꝑsone ab inuicẽ distinguant̃:qꝛ sequeret̃ ꝙ nõ esset triũ vna essentia.Quicq̇d.n.in diuinis absolute dicit̃ ad vnitatẽ essentie ꝑtinet.Relinquit̃ ģ ꝙ solũ relationibꝰ diuine ꝑsone ad inuicẽ distinguant̃.relatiões autẽ ꝑsonas distinguere non possunt nisi ſm̄ ꝙ sunt opposite.Qꝺ ex his pꝫ:qꝛ pater hꝫ duas relatiões:quarũ vna refert̃ ad filiũ ⁊ alia ad spm̄sctm̄:q̄ tñ qꝛ nõ sunt opposite:nõ ꝯstituunt duas ꝑsonas:sꝫ ad vnã ꝑsonã patris tm̄ ꝑtinẽt.Si ģ in filio et spũsancto nõ esset inuenire nisi duas relationes quibus vterqꝫ refert̃ ad patrẽ:ille relationes nõ essent adinuicẽ opposite.sicut neqꝫ due relationes q̇bꝰ pater refert̃ ad illos.vnde sicut ꝑsona patris ẽ vna:ita sequeret̃ ꝙ ꝑsona filii ⁊ spũsscti esset vna habẽs duas relatiões oppositas duabꝰ relationibꝰ patris.hoc autẽ est hereticũ:cũ tollat fidẽ trinitatis.opꝫ ģ ꝙ filiꝰ ⁊.s.s.adinuicẽ referant̃ oppositis relationibꝰ.Nõ autẽ possunt esse in diuinis alie relatiões opposite nisi relatiões oꝛiginis.Opposite autẽ relatiões accipiunt̃ ſm̄ ꝑ̇ncipiũ ⁊ ſm̄ ꝙ est a ꝑ̇ncipio.hec.S.Tho.¶Ex ista littera expꝛesse pꝫ ꝙ si filius non spiraret spiritũsanctũ nullomodo distĩgueret̃ a spũsctõ:neqꝫ distinctiõe relatiua neqꝫ alia dist.vbi.n.habet̃ lr̃a clara ⁊ apta.S.Tho.nõ opꝫ ip̄am ad aliũ sensum diuertere.¶Dico scꝺo ꝙ iste nouus expositoꝛ nõ soluit Scoti rõnes.Ad qꝺ intelligẽdũ ꝑ̇mitto aliq̄.¶Pꝛimũ.ꝙ q̄cunqꝫ sunt ꝑ̇ncipia essendi eo modo q̇ sunt ꝑ̇ncipia essẽdi sunt etiã ꝑ̇ncipia distinguendi.hec ꝓpositio.s̄.patuit.q.vlt̃.ꝓlogi.rñdẽdo ad argumẽta ꝑ̇ncipalia.Si.n.sunt ꝑ̇ncipia ꝯstituẽdi essentialiter siue quiditatiue:sunt etiam ꝑ̇ncipia distinguẽdi illud essentialiter ⁊ q̇ditatiue a q̊cũqꝫ alio.Silr̃ si sunt ꝑ̇ncipia ꝯstituẽdi accidẽtalr̃ sunt ꝑ̇ncipia distĩguẽdi accidẽtalr̃.Si ꝟo sunt ꝑ̇ncipia ꝯstituẽdi ꝑsonalr̃ sunt ꝑ̇ncipia distĩguẽdi ꝑsonalr̃.¶Scꝺꝫ ẽ.ꝙ eo modo q̇ relatio ꝯstituit relatiuũ eo mõ ẽ rõ distĩguẽdi illud si essentialr̃ essẽtialr̃.si suppositalr̃ suppositalr̃.si accidẽtalr̃ accidẽtalr̃.Relatio ꝟo vñ relatio nõ ꝯstituit relatiuũ inq̃ꝫtũ ip̄a dicit habitudinẽ ad coꝛrelatiuũ vt coꝛrelatiuũ:qꝛ nõ ẽ de rõne relationis habere habitudinẽ siue terminari ad coꝛrelatiuum.sufficit.n.ꝙ termineт ad absolutũ coꝛrelatiui.vt pꝫ.ĩ.d.xxx.Quicquid sit in diuinis tenendo ꝑsonas cõstitui ꝑ relatiões.Si.n.teneretur ip̄as constitui ꝑ absoluta.de quo videbit̃.ĩ.d.xxvi.relatio terminaret̃ ad absolutũ coꝛrelatiui.¶Tertiũ est.ꝙ q̄cunqꝫ conueniunt suis ratiõibꝰ foꝛmalibꝰ cõueniũt:loquẽdo de quacũqꝫ ꝯueniẽtia:siue essentiali siue foꝛmali:siue reali:siue ex natura rei ⁊c̃.Similiter q̄cũqꝫ differunt suis ratiõibꝰ foꝛmalibꝰ differũt.loquẽdo de quacũqꝫ differẽtia siue diuersitate.Ista regula pꝫ a Doc.in pluribꝰ locis.¶Quartum est.ꝙ quãdo in vno cõstituto tm̄ sunt due entitates cõstituẽtes:quarũ vna est ratio cõueniẽdi tm̄:⁊ alia ratio distinguẽdi tm̄:illa entitas q̄ est ratio distĩguẽdi erit ꝑ̄cisa ratio distĩguẽdi a q̊cũqꝫ qꝺ nõ ẽ ip̄m.Sicut si ponat̃ ꝙ in hoĩe tm̄ sint aĩalitas ⁊ rationalitas:⁊ aĩalitas sit ratio cõueniẽtie:⁊ rationalitas ratio differẽtie:tũc hõ distingueret̃ a q̇libet alio ꝑ̄cise ꝑ rationalitatẽ.in ꝓposito.cũ filiꝰ ꝑ̄cise cõstituat̃ in esse ꝑ essentiã et filiationẽ:⁊ essentia est ratio tm̄ cõueniẽtie ꝑsonarꝫ ad inuicẽ:vt pꝫ:⁊ filiatio ẽ ratio ꝑ̄cise distĩguẽdi vnã ꝑsonã ab alia.posito ģ ꝙ spũsctũs nõ ꝓcederet a filio:certũ ẽ ꝙ filiꝰ distingueret̃ a spiritu sancto ⁊ nõ ꝑ essentiã.ģ ꝑ filiationẽ tm̄.falsuꝫ esset ergo dicere ꝙ nõ ꝑ filiationem.Ex his pꝫ ꝙ rñsio noui expositoꝛis nõ cõcludit intẽtũ.Cuꝫ.n.filiꝰ ꝑ̄cise cõstituat̃ in esse ꝑ essentiã ⁊ filiationẽ:ip̄a filiatio vt filiatio erit ratio distinguẽdi:nõ tm̄ a coꝛrelatiuo:sed etiam a disperato.Cum dicit ꝙ tm̄ cõstituit ĩ habitudine ad coꝛrelatiuum:Dico ꝙ hoc posito adhuc seq̇tur ꝙ erit ratio distinguẽdi nõ tm̄ a coꝛrelatiuo:sꝫ etiaꝫ a disperato.Posito.n.ꝙ pater in creaturis ꝯstituat̃ in esse ꝑ paternitatẽ:tũc paternitas nõ tm̄ erit ratio distinguẽdi patrẽ a filio:sꝫ etiã a quolibet alio absoluto qꝺ nõ est pater.Et sic pꝫ quõ filiatio tm̄ vnomodo distinguit filiũ a spũsctõ:⁊ nõ illo duplici modo quẽ ip̄e nititur assignare.¶Preterea.Si.s.s.nõ ꝓcederet a filio sꝫ tm̄ a patre:certũ ẽ ꝙ filiꝰ nõ esset spũsctũs.q̄ro q̇ tũc distigueret̃ ab illo:nõ essentia diuina:vt pꝫ:nõ aliq̄ alio a filiatione ꝑ suppositũ ꝙ tm̄ ꝯstituat̃ in esse ꝑ essentiã ⁊ filiationẽ:ģ distingueret̃ sola filiatiõe:⁊ ꝑ cõsequẽs nõ aliter distingueret̃ filiatiõe a patre ꝙ̃ a spũ sctõ.ita.n.filiatiõe realiter distigueret̃ a spũ sctõ sicut a patre.¶Preterea.Sicut idẽ absolutũ ẽ ratio distinguẽdi essentialr̃ cõstitutuꝫ ꝑ ip̄m nõ tm̄ ab alio absoluto:sꝫ etiam a q̈lꝫ alio respectiuo.Sic relatio erit ratio distĩguẽdi relatiuũ(loquendo de relatõe cõstituẽte)nõ tm̄ ab alio coꝛrelatiuo:sꝫ etiã a disꝑato relatiuo necnõ ⁊ ab absoluto:vt pꝫ.Sic ĩ ꝓposito.filiatio ĩ diuinis erit ratio distĩguẽdi nõ tm̄ filiũ a patre:sꝫ etiã a spũ sctõ.¶Multa alia dicit ĩ littera q̄ non credo esse vera:sꝫ bꝛeuitatis causa omitto.Qꝺ.n.dicit ꝙ ꝑsona filii sit foꝛmaliter ipsa filiatio.falsum est.Tũ:qꝛ filiꝰ includit foꝛmaliter essentiã ⁊ filiationẽ.vt.s̄.patuit respondẽdo ad obiectiões Gre.d.ii.parte.ii.q.i.Tũ:qꝛ filiatio nõ põt pꝛedicari foꝛmaliter ⁊ in recto de filio.hec.n.est falsa.filius est foꝛmaliter filiatio.Item qꝺ dicit assumptũ esse falsum ⁊c̃.pꝫ quõ assumptũ illud est manifeste verũ.Nec opꝫ hic ĩmoꝛari.¶Ex his etiã appꝫ q̇d dicẽdũ ad Gre.ꝺ Arimino ĩ.i.d.xi.q.vnica.arti.i.vide ibi.

Sequitur ĩ littera.Ibi.Scꝺo sic ꝑ foꝛmale.Hic sunt aliq̄ dicta.Pꝛimũ.ꝙ aliq̇d distin gui ab altero adequate ꝯtingit duplr̃.Pꝛimo qñ extrema inter que est distinctio ꝯuertuntur sic intelligendo.ꝙ si.a.vlr̃ distĩguit̃ a.b.ꝙ.b.vlr̃ distinguit̃ ab.a.Exẽplũ.rationale ⁊ lapis sic adequate distĩgunt̃ vt sunt extrema distĩctionis:qꝛ bene sequit̃:nullum rationale est lapis.ģ nullꝰ lapis est rationale.vel omne rationale distĩguit̃ ab omni lapide.ģ oĩs lapis distĩguit̃ a rationali:⁊ sic rõnale est ratio distĩguẽdi quodlibet de quo ꝑ̄dicat̃ ab oĩ lapide:⁊ silr̃ differẽtia vltĩa lapidis est rõ foꝛmalis distinguẽdi omne illud de q̇ ꝑ̄dicat̃ ab oĩ rõnali.Et sic intelligit doc.cũ dicit ꝙ foꝛmale cõstitutiuũ distinguit ꝯstitutũ ab oĩ alio etiã si ꝑ ĩpossibile qꝺcũqꝫ aliud ab illo supple foꝛmali cõstitutiuo circũscribat̃:⁊ ꝑ illud supple constitutiuũ ip̄m cõstitutũ distĩguit̃ ꝑ̇mo.i.adequate ab oĩ nõ tale:qꝺ supple nõ hꝫ illã foꝛmã cõstitutiuã:⁊ sic hõ distĩguit̃ essentialr̃ ꝑ rõnale ab omni eo qꝺ nõ est ratiõale:⁊ hoc adeq̄te.i.cõuertibiliter modo supꝛadicto:qꝛ bñ sequit̃.oĩs hõ ꝑ rationale distĩguit̃ a lapide ab asino ⁊ huiusmodi:⁊ sic cõuertibilr̃ seq̇tur ergo oĩs lapis oĩs asinꝰ ⁊c̃.dstinguit̃ essentialr̃ ab hoĩe.Scꝺo accipit̃ adeq̄te.i.conuertibilr̃ ⁊ hoc cõparando mẽbꝛũ distinctum non ad

Expõ lr̃e doc.

Aliq̄ disti gui adeq̄ contingit duplr̃.

aliud mēbrū distinctū:sʒ ad ipsum distingui. Exemplū. Nā finitū ꝛ infinitū hoc modo distinguunt:qꝛ oē finituʒ distiguit ab infinito:ꝛ oē distictū ab infinito est finituʒ ꝛ econtra:ꝛ hoc loquendo de distinctione essētiali:quia sapiētia diuina distiguit a bonitate diuia infinita:ꝛ tñ sapiētia diuina est īfinita:ꝛ hoc mō rōnale nō distiguit adequate a lapide:vt ipm rōnale hʒ ipm esse distinctum ꝑ extremo:qꝛ nō sequit/omne rōnale distinguit a lapide.ergo oē distinctū a lapide est rōnale. Silr hic in gñe corporis:corpꝰ animatū ꝛ corpꝰ inanimatū adequate distingunt:qꝛ bene sequit:oē corpꝰ animatū distiguitur a corpore inanimato.ergo oē corpꝰ distictū a corpore ianimato est aīatū:ꝛ sic pʒ ista rō. Et cū dicit ꝙ adequate in genere corporis pmo distiguit:supple homo a lapide ꝑ animatū. Nō dʒ intelligi sic/ꝙ oīs homo vt animatꝰ distinguit a lapide:ergo omne corpꝰ distictū a lapide erit animatū:nō sequit/sʒ sic intelligit ꝙ pma rō distinguēdi hominē in genere corporis a lapide est aīatū:nō tñ ē pcise/qꝛ ꝑ īpossibile circūscripto aīato:adhuc distinguerēt ꝑ rationale. ⁋ Ex scdo medio.s.ex distictiōe emanationū arguit sic. Generatio supple passiua distinguit a spiratione passiua.ꝛ hoc ꝑ impossibile circūscripto omi alio a rōne gñatiōis ꝛ spirationis passiue/aut saltez circunscripto hoc ꝙ spiratio actiua esset a filio/dum staret tamē distinctio pncipioꝝ generādi ꝛ spirādi scʒ distictio intellectus ꝛ voluntatis.ergo ꝛ quolibet tali circunscripto:puta spiratione actiua filii:staret distinctio filii et spiritussancti:pʒ circunscripta spiratione actiua/generatio passiua ꝛ spiratio passiua distingunt.ergo generatio passiua cum sit cōstitutiua filii distinguit filiū a spū sancto constituto ꝑ spirationē passiuā/ꝛ sic distinguerentur circunscripta spiratione actiua. Probatio cōsequentie s.ergo ꝛ quolibet tali circunscripto.s.spiratione actiua ꝛc.qꝛ impossibile est vnā ꝑsonā ꝛc. Vult dicere hic doc. ꝙ si etiam spiratio actiua filii distinguat ꝑsonaliter ipm filiuʒ a spiritu sancto/ergo erit constitutiua ipsius filii: qꝛ distinctiuum essentiale alicuius est constitutiuā eiusdem essentialiter/ꝛ sic filius dependeret essentialiter a filiatione siue generatione passiua ꝛ spiratione passiua:qꝺ est impossibile/vt pʒ in littera ꝛc.

Ad argumēta principalia. Primo arguit auctoritate Boe.de tri.essētia cōtinet vnitatē relatio multiplicat trinitatē.ꝫ ꝑsona nō distinguit ab alia nisi q̄ refert ꝛc. ⁋ Ad auctoritatē boe. s.ꝙ relatio multiplicat trinitatē/cōcedit ꝙ relatio dicit opponi relatiōi vel relatiue vel disparate:relatio q̄ opponit alteri relatiue est correlatiua ad illā/sicut paternitas ꝛ filiatio ꝛ illa cui opponit disperate nō est correlatiua.vt paternitas opponit disperate spiratiōi passiue.

Obiectio. ⁋ Si dicat.nōne oēs species inter se opponunt disperate.
Solutio. ⁋ Dico ꝙ alique tm̄ opponunt disperate:alique ꝛ disperate ꝛ relatiue/ꝛ sic paternitas ꝛ filiatio vt sunt species opponunt disperate:ꝛ vt sunt correlatiua opponuntur relatiue. Cetera patēt. ⁋ Ad Aug. Sētētia lr̃e est ꝙ in diuinis aliqua ꝑsona dꝛ habere aliqd duplr̄.

Persona dicit hr̃e aliqd dupliciter.

Prio vt correlatiuū.sicut pater hʒ filiū ꝛ econtra. Scdo intrinsece ꝛ quodāmodo essentialiter.vt pater hʒ deitatē habet bonitatem ꝛ hmōi. Primo modo habēs nō est res habita/qꝛ pater nō est filiꝰ. Scdo modo habēs ē res habita/ qꝛ pr̄ est deꝰ/ꝛ sapiēs.pdicatiōe formali/ꝛ pr̄ ꝛ deitas ꝛ sapiēta pdicatiōe idētica:accipiēdo patrē substātiue.vt pʒ.s̄.d.v.q.ii.s.s.nō hʒ filiū neqꝫ vt correlatiuum/qꝛ est tm̄ correlatiuū pr̄is/neqꝫ intrinsece pʒ/qꝛ vna ꝑsona nō est intrinsece in alia:ꝛ sic pʒ ꝙ si.s.s.nō ꝓcederet a filio/ꝛ sic nō haberet filiū vt correlatiuū:nō tñ sequit ꝙ sit filiꝰ: qꝛ non haberet illum intrinsece.

Ad rationes ꝓ scda opi.s.S.Tho. ⁋ Hic doc. accipit relationem sm esse ꝑ ꝓprio esse relationis qꝺ est esse ad aliud.q̇ditas.n.relationis est esse ad aliud. Si etiā acciperet sm esse realis existentie/nō esset incōueniēs.vt.s̄.exposui.d.1.q.2.ꝛ.d.2.ꝑte 2.q.1. Dicit ergo Doct.ꝙ relatio in diuinis manet ꝛ sm q̇ditatē ꝛ sm esse:qꝛ q̇ditas relatiōis nō pōt esse sine esse ad aliud/qꝛ aliter esset absolutū sm Augu.7.de tri.c.1. vel.vi. Si est ad aliud nō est substātia/ꝛ si est substātia siue ad se iam nō est relatio. Deinde addit Doc.ꝙ q̊cunqꝫ modo transit esse transit ꝛ q̇ditas/qꝛ sicut esse ad aliꝺ qꝺ est esse relatiōis vere est idē essentie(.s.realiter nō auteʒ formaliter/qꝛ tunc essentia esset formaliter ad aliud)ita ꝛ q̇ditas relationis est idē essentie.nihil.n.est ibi qꝺ non est idem.vʒ.realiter ꝛ essentialiter. Manet igit q̇ditas ꝛ esse/qꝛ relatio nō est formaliter essentia/qꝛ sm Augu.7. de trini.nō eo verbū quo sapia. ⁋ Cū igit dicit Thom. aut distiguit sm esse aut sm q̇ditatē. ⁋ Dicit ꝙ sm esse ꝛ sm q̇ditatē. Cū dicis sm esse trāsit in essentiaʒ.ꝫ nō sic distinguit. Dicit Doc.ꝙ transit sm idētitatē supple realem/sed manet sm formalitatē:vt satis.s̄.patuit.d.v.q. ii.ꝛ.d.viii.q.iii.ꝛ di.ii.parte.ii.q.i.

⁋ Distinc.xii.q.i.

Circa 12.di.q̄rit doc.pmo. An pr̄ ꝛ filiꝰ spirēt spm̄sctm̄ inq̄tū omnino vnū: vel inq̄tum aliquomodo distincti.

In ista.q. planū ē ꝙ pr̄ ꝛ filiꝰ sunt vnū pricipiū.s.s.hoc declaratū est in cōcilio Lugduneñ.sub Gre.x.sicut pʒ extra de sum.tri.ꝛ fide ca.ꝛ est hodie in.vi.lib.decretaliū. ⁋ Rō autem huiꝰ ꝑitatis est ista:qꝛ vt dictū est.d.2.pr̄.pus origine hʒ actū fecūditatis intellectꝰ q̄ʒ volūtatis/in illo pori communicat filio fecūditas eadē q̄ est in patre. ⁋ Hic dʒ accipi pus origine.i.priꝰ natura:qꝛ certū est ꝙ pr̄ priꝰ natura intelligit pncipiare filiū q̄ʒ pncipiare spm̄sctm̄/qꝛ sicut intellectꝰ intelligit por natura volūtate:ita ꝛ priꝰ natura est opatiuꝰ q̄ʒ volūtas.ꝛ silr̄ est priꝰ ꝓductiuꝰ q̄ʒ voluntas. Si.n.acciperet pus origine ꝓprie.i.pus origine vt hʒ a se/ꝛ posteriꝰ origine vt hʒ ab alio/tunc sequeret ꝙ pater a se haberet actum fecūditatis intellectus/ꝛ ab alio actum fecunditatis volūtatis.qꝺ est inconueniens. Accipit ergo hic pus origine ꝓ pori nature.potest tamē dici pus origine nō referēdo hr̃e esse a se vel ab alio:sed referendo ad originationē:qꝛ originatio intellectus est prior originatione voluntatis: tamen in re illa originatio est priꝰ natura/ꝛ tamē dicimꝰ ꝙ vna originatio ē por alia ꝛc. ⁋ Ibi. Hic dicit ꝙ supposita ꝛc.positio Hen.cōsistit in aliquibꝰ dictis. Primum ibi in pncipio ꝙ supposita ꝓducentia/puta pater ꝛ filius sunt vere distincta/ꝛ tamē non dicunt spirare inq̄tum plura:qꝛ habēt vnam vim spiratiuā. Secundum ibi. Sed vlterius. Vult Hen. ꝙ vis spiratiua non dicat ꝓximum pncipium secundum quo pater ꝛ filiꝰ spirant inq̄tum est omnino vna:sed sub ratione cōcordis.i.ꝙ ipa voluntas absolute sumpta/vel amor absolute sumptus non est pncipium ꝓximum ꝓductiuum spiritussancti.sed inq̄tum voluntas est concors i.ꝙ inq̄tum est sub amore concordi:qꝛ amor concors licet in se sit vnus:potest tamen diuersificari sm diuersos respectus vt puta. Nam quando est id quo pater amat filium/tunc includit vnum respectum patris amātis ad filium amatum. Et vt est id quo filius amat patrem includit alium respectum.s.filii amantis ad patrem amatuʒ. Et hoc modo voluntas sub tali amore vel amor iste sub illis respectibꝰ dicit ab Hen.fundamētū ꝓximū ꝓductiuū spūsscti.ꝛ talis amor vt sic mutuꝰ vel volūtas sub tali amore dꝛ ꝑfectū pncipiū:qꝛ vt sic ē amor ꝑfectissimꝰ. Vt dicit ibidē Ri. ⁋ Dicit Hen.ꝙ pr̄is ꝛ filii distinctio dupliciter est ꝯsiderāda. Prio mō vt dicunt eliciētes actū spiratiōis:ꝛ sic nō sunt dicēdi spirare vt plures:qꝛ lʒ sint plures ī se:nō tñ ꝓpt pluralitatē illā spirauit:qꝛ vt sic habēt vnā vim spiratiuā.sʒ possunt dici vt plures spirare solū ex distinctiōe eoꝝ cōnotata:q̄ distinctio priꝰ dicta est: qꝛ ex q̊ amor ille vt est patris ad filiū ꝛ ecōtra.dicit pncipiū formale ꝓductiuū:vel volūtas sub tali amore:ꝛ quia includit hos respectꝰ pr̄is amātis ad filiū amatū ꝛ econtra.ideo pr̄ ꝛ filiꝰ possunt dici spirare vt plures pluralitate nō pmo modo sumpta vt dicunt plures eliciētes actū sʒ pluralitate cōnotata(vt dixi)ꝛ sic pʒ tota illa opinio.

Nota hāc expōnē.

Contra istā opi. In ista rōne pla sunt notāda ꝛ supponēda. Primū est.ꝙ.s.s.dicit libere ꝓductꝰ a pricipio formali libere ꝓductiuo qꝺ ē sola volūtas vt cōiter cōcedit. Scdm ꝙ qñ dicit doc.ꝙ volūtas infinita intellecta ante oē velle ꝛc.hoc pōt intelligi duplr̄. Prio ꝙ volūtas diuina priꝰ ē pncipiū ꝓductiuū spūsscti añq̄ʒ eliciat velle siue actū amoris:ꝛ hoc nō pōt eē:qꝛ vt dixit doc.dist.ii.ꝛ.vi.pmi qñ aliq̄ potētia ē opatiua ꝛ ꝓductiua priꝰ ē opatiua q̄ʒ ꝓductiua:ꝛ sic volūtas diuina cū sit opatiua q̄ opatio ē ipm velle.ꝛ vere ꝓductiua q̄ ꝓductio ē spiratio.ꝫ priꝰ vult obiectū īfinitū q̄ʒ spiret vel q̄ʒ sit pncipiū spiratiuū. Scdo ante oē velle ꝛc.pōt sic intelligi ꝙ ad ꝓductionē spūsscti req̇rit aliq̊modo ipʒ velle

vt ꝑ̄cipiū formale ꝓductiuū: vel vt ratio formalis ꝓductiua: vel aliq̄ modo ꝑtinēs ad rationē formalē ꝓducēdi sicut posuit Hen. ⁊ hoc modo intelligit̄ ꝙ volūtas ante oē velle ⁊c̄. ⁊ sic volūtas est ꝑ̄cipiū ꝓductiuū: ita ꝙ ꝑ impossibile circūscripto ipso velle: adhuc vere esset ꝑ̄ncipiū ꝓductiuū. Tertio ꝑ̄cipaliter suppono ꝙ velle quōcūq̄ accipiat̄ siue vt est amor absolute: siue vt amor mutu⁹ patris ⁊ filii nūq̄ pōt esse ꝑ̄ncipiū liberū vt pꝫ. His declaratis sequit̄ intētū: ꝙ ex quo sola volūtas est ꝑ̄ncipiū formale ꝓductiuū ⁊ mere liberū: sequit̄ ꝙ habēs illā ante ꝓductū in eodē instāti ꝓducit illa vt ꝑ̄ncipio formali ꝓductiuo. ergo ⁊ sic habebit̄ spūssanct⁹. Et si ꝑ Hen. pr̄ ⁊ filius ꝓducūt spiritū sanctū amore ꝯcordi vt formali ꝑ̄ncipio ꝓductiuo. ergo habebit̄ duplex spiritussanct⁹. ⁊ hoc est qđ intēdit Doc. ⁊ hec oīa patēt vsq̄ ibi. Scđo ꝓbo ꝯñtiā ꝑ̄ncipalē sic ⁊c̄. ¶ In ista rōne sunt aliq̄ valde notāda. Primo ꝙ sicut respectu intellect⁹ duplex ē obiectū. s. ꝑ̄mariū ⁊ secūdariū: ⁊ ꝑ̄mariū dr̄ a quo essentialr̄ (vt ita loquar) opatio intellect⁹ depēdet vt saltē a ꝑ̄ncipio partiali. ⁊ secūdariū a quo talis opatio nō depēdet. hoc pꝫ a Doc. s. dist. 1. q. 2. Idē dico de voluntate. Scđo suppono ꝙ ī diuinis essentia diuina est obiectuꝫ primariū ⁊ relationes sunt obiecta secūdaria. ⁊ intellectio intellect⁹ diuini sic suo modo dependet ab essentia respectu cuiuscunq̄ intelligibilis maxime necessarii: ꝙ ipsa circunscripta esset impossibile intellectum diuinum cognoscere aliquid: circūscripta vero omni relatione siue ꝑsona in diuinis adhuc posset intelligere: qr essentia diuina est primarium obiectum ⁊ motiuuꝫ. vt pꝫ a doc. vbi. s. ⁊. q. 1. ꝓlo. ⁊. 35. ⁊. 39. dist. primi. Hoc idem dico de volūtate: qr velle ipsius sic suo modo dependet ab essentia vt ab obiecto formaliter infinito ⁊ amore infinito amabili: ꝙ ipsa circūscripta nō posset habere amorem: quia a sola bonitate infinita mouet̄ saltem partialiter. circunscripta vero omni alia ꝓprietate ypostatica: ꝑfecte eliceret̄ amor a volūtate ⁊ ab essentia. Tertio suppono ꝙ sicut intellect⁹ vt opatiuus quasi dependet ab essentia mō preexposito: ita ⁊ intellectus vt ꝓductiuus sic dependet. i. ꝙ sicut opatio intellectus est primo ab essentia ⁊ intellectu: ita ⁊ ꝓductio erit primo ab essentia ⁊ intellectu vt̄ a duobus ꝑ̄cipiis partialiter ꝓductiuis integrantibus vnum totale. sic ⁊ voluntas vt ꝓductiua. i. ꝙ sicut operatio voluntatis essentialiter (vt ita loquar) est a voluntate ⁊ ab essentia: ita ⁊ ꝓductio spiritussancti erit a voluntate et ab essentia vt a duobus principiis partialiter ꝓductiuis integrantibus vnum totale. Quarto sequit̄ ex dictis: ꝙ ex quo voluntas vt habens essentiam sibi ꝑfecte presentem tanq̄ obiectū primariū erit ꝑ̄cipiū spūssancti: ⁊ nō vt habēs ꝑsonā vt obiectuꝫ amatū. ergo si ꝑ Hen. voluntas est ꝑ̄ncipiū spūssancti siue amoris vt habet ꝑsonam amatā: sequit̄ ꝙ habebit̄ duplex. s. s. qđ est hereticū: qr volūtas vt hꝫ essentiā presentē: erit etiā ꝑ̄cipiū ꝓductiuū. s. s. et vt habēs ꝑsonā amatā erit aliud ꝑ̄cipiū. et sic pꝫ tota ista littera: cui⁹ expositio est valde notāda. ¶ Si dicat̄ essentiā. i. si dicat̄ ꝙ ipsa essentia non est ꝑ̄mū obiectū voluntatis: sꝫ ratio formalis illi⁹ obiecti: ⁊ ratio formalis est ꝑsona. ¶ Dicit Doc. ꝙ hoc est falsum. s. ꝙ persona vel ꝓprietas ꝑsonalis sit ratio formalis obiecti primi: ⁊ patꝫ qr vnius obiecti est tm̄ vna ratio formalis: q̄ ratio formalis (vt alias dixi) est entitas ꝑfectissima constituens intrinsece illud qđ dicit̄ obiectum in tali ratione obiectali: ⁊ sic ratio formalis essentie erit ipsa deitas vel essētia vt hec. Tū: qr ratio formalis obiecti amati pri⁹ amatur ⁊ habet̄ ꝓpositum qr tunc illa ratio formalis erit ratio spirandi: eo modo quo concurrit obiectū primum ad spirare lr̄a sequēs est clara ex dictis. s. d. ii. d. 6. ¶ Ibi. Scđo sic. ꝑ̄cipiū eq̄ ꝑfectum ⁊c̄. In ista ratione est tm̄ notādum vnum dictū. s. ꝙ tota ꝑfectio ꝓducētis non est a supposito ꝓducente sed a principio formali ꝓducendi: ita ꝙ suppositū ꝓducēs nō requirit̄ ī ꝓducēdo vt aliqua ꝑfectio addenda ꝑ̄cipio formali ꝓductiuo: sed tm̄ req̄ritur vt quedam dispositio. i. ꝙ quando illud principiuꝫ ꝓductiuum requirit ꝓductum realiter distinctū: ⁊ quādo non distinguit̄ ab ipso realiter: tunc requirit suppositum in quo sit quod distinguatur realiter ab alio supposito ꝓducto. sicut memoria fecunda q̄uis sit ꝑ̄cipiū formale ꝓductiuum ⁊ ꝑfectissimuꝫ: nō tn̄ est in potentia ꝓpinqua: qr filius in diuinis non distinguit̄ realiter ab illo. Ad hoc ergo vt sit in potentia propinqua oportet ꝙ sit in aliquo supposito qđ distinguat̄ realiter a ꝓducto quod suppositum mediante illo principio producit. Si ergo suppositum requiritur tantum vt principium ꝓductiuum sit in potentia propinqua ⁊ si ꝑfecte reperitur in aliquo supposito: hoc sufficit. ¶ Ibi. Et si dicas ꝙ illud vult dicere ꝙ voluntas vt in patre siue amor mutuus absolute: non est principium nisi ipsa etiam voluntas sit in alia persona. s. in filio: ⁊ q̄ primum est in filio derelinquitur ꝙ vt in patre sit principium: ⁊ sic ad hoc vt pater habeat ipsam vt principium: habet inquantum prior est in filio. Et ideo Doc. sic arguit. qr pater omnem realitateꝫ quam potest habere habet a semetipso: etiam ꝑ impossibile filio non intellecto: ⁊ loquor semper de realitate ꝓpria relatiue: qr relatio similitudinis et equalitatis cum non possint esse nisi saltēꝫ inter duo. vt puta qr pater nō est sibi similis sed filio similis: ideo talis similitudo etiā dependet a filio vt a termino. dicentia vero ꝑfectionem q̄uis communia sunt in patre a semetipso. possum⁹ etiaꝫ dicere ꝙ omnis relatio siue ad intra siue ad extra sit ī patre a semetipso: qr fundamētū earum est in patre a semetipso. ¶ Si dicatur. nonne paternitas dependet a filio? ¶ Dico ꝙ non: qr prius origine pater est pater q̄ filius sit: cum talis relatio sit ꝯstitutiua patris secus est ī creaturis vbi relationes non constituunt ⁊c̄. ¶ Item. Si in patre est perfecta voluntas hoc clarum est. ¶ Item aut pater voluntate ⁊c̄. ¶ Sensus huius littere est. ꝙ si volitio patris vel voluntas vt habet respectum ad filiū amatum sit sufficiens principium eliciendi. ergo circunscripto filio vt amante poterit esse principium. ergo non requirit̄ amor vt mutuus. Si dicat̄ ꝙ non: sed requirit̄ ad hoc ꝙ sit principium in patre ꝙ includat respectum ad filiū: et similiter in filio vt includat respectuꝫ ad patrē: et sic hoc ꝑ̄cipiū esset vnū aggregatū ex duob⁹ imꝑfectis. qđ est inconueniens. ¶ Preterea amor. In hoc qđ dicit Doc. ꝙ cognitio illius amoris videt̄ esse magis immediata ratio ꝑ̄cipii. ¶ Cōtra hoc q̄dam arguit. qr non est immediata ratio ꝓducēdi. vt pꝫ a Doctore dist. ii. ⁊. vi. ⁊. vii. primi. dist. i. q. i. secundi. Silr̄ intellectus diuinus prius intelligit essentiā q̄ volūtas velit vel spiret: ⁊ tamē talis intellectio nō est immediata ratio ꝓducēdi vel spirandi. ¶ Respōdeo ad eū ꝙ nō bene ꝑp̄ēdit verba Doc. vt oēs alii q̄ cōtra ipsum arguunt. Nam sensus littere est talis. Quia Hen. dixit q̄ amor ꝑfectus q̄ tunc est ꝑfectus qr mutu⁹ ⁊ q̄to ꝑfectior ⁊ q̄to iocundior: tāto est ratio formalis ꝓducēdi: ⁊ qr cognoscere diligēter vere condiligere: talis cognitio necessario req̄rit̄ ad hoc vt amor sit iocūdior. Nā ꝑ impossibile ipsa cognitione circunscripta: amor nō esset iocundior pꝫ. Si ergo ꝑ illā est iocundior: seq̄tur ꝙ erit ratio magis immediata ꝓducendi: non sic est de cognitione respectu filii: qr hoc est ex ordine potentie opatiue ⁊ ꝓductiue. Nam prius est opatiua. vt pꝫ a doc. supra. ⁊ si ꝑ īpossibile non intelligeret: adhuc ipse intellectus esset vere ꝓductiuus. Hoc idem dico de voluntate. ¶ Ibi. Preterea contra opinātē. Sēsus lr̄e est. qr tenet ꝙ spūssctūs distigueret̄ a filio dato ꝙ nō esset a filio. Ex q̄ sequit̄ spm̄ sctm̄ vel nō necessario req̄rere filiū ad sui ꝓductionē: nec ꝑ ꝯñs amorē mutuū: vel ꝙ illđ dictū suū sit falsuꝫ. s. ꝙ distigueret̄ a filio. qr distigueret̄ a filio si non esset a filio. qr distiguit̄ a filio ꝓpter aliū modū ꝓcedēdi.

Iuxta. q. istam. In ista lr̄a sunt aliqua notāda. Primū nomē verbale est tale ꝙ significat actū ꝑ modum habitus ⁊ q̄etis et accipio habitum ꝓ quiete eo modo quo dicimus. habitibus presentibus cessat motus. ⁊ ꝙ tale nomen verbale significat principium productiuum: si tale vt tale ꝑ̄cipiuꝫ denominat suppositum vel aliud singulare. Exemplum. Genitor significat ꝑ̄cipium generandi vt tale ꝑ̄cipiū denominat suppositū qđ dr̄ genitor. Non. n. dicimus ꝑ̄cipium generandi est genitor. Et similiter lectio significat actū ꝑ moduꝫ q̄etis. ⁊ lector significat ꝑ̄cipiū legēdi vt denominat suppositū: qr ꝑ̄cipiū legendi non est lector: sed suppositū. Scđm dictū. quādo verbum significat aliquid ꝑ modum fluxus ⁊ fieri. sicut generare: legere ⁊ huiusmodi. nomē participiū sumptū ab illis vt legēs: generās significat ꝑ modum fluxus ⁊ fieri. nomē vero verbale vt genitor vel lector tm̄ significat ꝑ modum quietis: ⁊ sic est quando dico spirans ⁊ spirator. nam spirator significat ꝑ̄cipium spirādi ꝑ modum quietis. Tertiuꝫ. ꝙ ois numer⁹ ponit suū significatū qđ est numerare circa significatū determinabilis ab ipso sicut cum dico duo hoies. Nā significatū hoīs est determinabile ꝑ numerum: et sic numerus binarius ponit suum significatū. s. dualitatem circa hominem vt vere dicant̄ due nature distincte. sicut

Aduerte bñ ista notanda.

Obiectio cū bona solutione.

cũ dico spiratores:poni suũ significatum numerus circa
significatum determinabilis quod est spirator :ꝛ signifi
catum spiratoris est pricipium formale productiuum.ꝛ
sic sensus esset:ꝙ si pater et filius essent duo spiratores
nõ tãtum eēnt duo supposita:sed in eis essent duo princi
pia productiua spiritus scti.non sic cum dico duo spirã
tes.¶ Ibi.Sed que ratio quare terminus ꝛc.Tho.di-
cit in sentẽtia ꝙ adiectiuum quia significat formam ad-
iacẽtem suppositis:ideo distiguiť ad distinctionem sup-
positoꝝ.Substãtiua vero quia nõ significant formam ꝑ
modum adiacentis sed absolute:ideo nõ numerãtur ad
numerationem suppositorum.Exẽplum est de albo ꝛ al
bedine.¶ Sed doc.ex hoc arguit contra :quia cum sub
stantiuum et adiectiuum simpliciť significent idem licet
nõ eodem mõ do:nonvidetur possibile adiectiuũ nũera
ri quin ꝛ substãtiuũ.sicut si sunt duo alba ꝗ ꝛ due albedi
Obiectio. nes.¶ Sed vr̃ ꝙ opi. Tho.possit stare:quia quãdo ea-
dem forma numero plura denominat:adiectiua nume-
rãtur ad nũeratione suppositoꝝ ꝛ tñ forma illa nõ nũe-
rať :sicut nõ sequiť.eadẽ intellectio ē in patre et filio et
spũ sancto.ꝛ denominat illas ꝑsonas:et per ipsam dicũ
tur tres intelligẽtes.ꝗ et tres itellectiões?nõ sequitur.
Sic est i proposito de virtute spiratiua que denominat
Solutio. patrẽ ꝛ filiũ.Dico ꝙ istantia Sco.bñ valet ꝯtra Tho.
quia de ꝟtute sermonis cum dico tres intelligẽtes.seq-
tur ergo tres intellectores:qꝛ ex quo intellector idẽ sim
pliciť sigt quod intelligẽs:seqtur ꝓpositum.Secus si di
ceretur.tres ꝑsone itelligentes:quia tũc sensus ē.ꝙ vna
intellectio in ꝓposito denominat tres personas: sed cũ
dico absolute tres intelligentes. vr̃ iportari distinctio
in forma. ¶ Ibi Assigno aliã rõnẽ.In ista lr̃a sunt plu-
ra notãda.Primo ꝙ oẽ depẽdens de necessitate termi-
natur ad aliquod indepẽdẽs :et hoc accipiẽdo depẽdẽs
et indepẽdẽs eiusdẽ gñis.Nam effectus dependet a sua
causa effectiua:ideo terminať ad illã:et finitum ad finẽ:
et accidẽs ad subiectũ.ꝛ hec vltimo modo accipiť hic i
ꝓposito.Scd̃o qñ sunt aliqua duo eq̃ depẽdentia codẽ
genere depẽdẽtie:vnũ nõ põt terminare dependẽtiaꝫ al
terius:ꝛ dixi equali depẽdentia:quia q̃titas q̃uis de-
pẽdeat ad substãtiã in rõne subiecti:põt tamẽ termina-
re depẽdẽtiã albedinis:vt ptꝫ in sacramento altaris :et
quãdo equalr̃ depẽdẽt vtrũq̃ terminatur ad tertium in
depẽdẽs.Tertio cum dico duo spirantes. ista duo adie
ctiua equaliť depẽdent eodem genere depẽdentie, ideo
ly duo:nõ potest depẽdere vel terminari ad spirantes:
quia sic terminari est ponere suum significatum circa spi
rantes:quod nõ potest esse cum equaliter dependeãt.er
go ista duo terminãtur ad tertium.puta ad personas:et
est sensus.duo spirãtes.i.due ꝑsone spirantes.cum vero
adiectiuum terminatur ad substantiuum ponit suum si-
gnificatum circa illud:et sic dicendo duo spiratores: ly
duo ponit suum significatuꝫ circa spiratoris significatũ:
et sic ponit suum significatum circa vim spiratiuam ꝛ sic
essent due vires spiratiue.quod est falsum.Quarto cum
dicit ꝙ adiectiuum in diuinis videtur posse substãtiua-
ri in masculino genere.Hoc debet intelligi ꝙ semꝑ sub-
intelligitur aliqd̃ substantiuũ.vt cũ dico creans :statim
subintelligiť deꝰ:ꝛ silr̃ spirãs subintelligiť persona:et si
militer cum dꝛ pr̃e filius sunt vnus.ly vnus q̃uis sit ad
iectiuũ dꝛ substãtiuari:quia statim subitelligiť aliq̃s.i.
sunt vnus deꝰ:ꝛ silr̃ hic pr̃ ꝛ filiꝰ nõ sunt vnꝰ.i.nõ sũt vnꝰ
aliq̃s vel vna ꝑsona ꝛc.¶ Ibi.Tũc ad illam cõsequen-
tiam ꝛc.Qñ dicit doc.ꝙ veꝝ est qñ cõsequẽs distiguiť i
illis nõ accipiť hic cõsequẽs pro oĩ eo qd̃ sequiť ad añce
dens :sed accipiť cõsequens prout accipitur in fallacia
cõsequẽtis:quod est superius vel ꝯmune ad plura: et añ
cedens quod est quodãmõ inferius:et sic ad numeratio
nẽ añcedentis:sequitur numeratio consequẽtis:qñ ipm
consequẽs.i.commune distinguitur in iferioribus sicut
hic sunt duo hoies:ꝗ duo aialia:qꝛ aial distinguiť in il-
lis.In ꝓposito ꝓo.quia vis spiratina que ē ꝯmunis pa
tri et filio non distiguitur in illis:immo ē tñ vna:iõ nõ
sequitur ad numerũ ꝑsonaꝝ numerꝰ ꝟtutis spiratiue:et
ideo non sequitur.sunt duo spirantes.i.due persone spi
rantes.ergo duo spiratores/quia iconsequẽte significa
tur vis spiratiua distingui.

Ad argumenta .Qia videnť michi clara pre
ter pauca q̃ ponimus.¶ Ad
scd̃m dico.Qd̃ licet actio vere sit alicuiꝰ singularis exi-
stentis.vt ipsemet doc.declarauit.s̃.di.4.q.ii.et i quo
lib.q.ii.ꝛ hoc non iprobat doc.sed qꝛ dicit ꝙ spirare est
alicuius spiratoris singularis existentis cõis patri et fi-
lio.ꝯtra hoc arguit:qꝛ spirator dicit relationẽ realẽ ad
spm̃ sicut gñator ad genitũ:et sic aliq̃d qd̃ eẽt cõe pr̃i ꝛ fi
lio diceret relationẽ realẽ ad spm̃ sctm̃.ꝛ si spirator ꝑus
intelligeretur in se videreť hr̃e relationẽ realem ad spm̃
sctm̃.hoc aũt ē inconueniẽs :qꝛ relatio realis in diuinis
est tm̃ persone ad personam vt patet.¶ Si dicatur non
ne ṗncipiũ ꝓductiuum i diuinis: puta memoria fecũda Obiectio.
dicit relationem realem ad ꝓductum? ¶ Dico ꝙ nõ.vt
ptꝫ.s̃.di.2.ꝛ.5.q.1.i diuis ꝓducentis ad ꝓductum ē re Solutio.
latio realis:sed principii ꝓductiui ad ꝓductuꝫ non:qꝛ
tũc mẽoria fecũda realiter distigueret a producto.

Secũdam huius distinctionis questionẽ ꝑ tran
seo:cũ ex se pateat:maxime in scotica
via imbutis.Nec iudicio meo ibi aliqua video q̃ maio-
ri nostra expositiõe egeat:nisi ad rñsionẽ illiꝰ ꝯfirmatio
nis ibi:Rñdeo de istis ordinibꝰ.¶ Pro cuiꝰ dilucida-
tiõe nota glosam nr̃am suꝑ di.pñti i pricipio rñsionis q̃
sic icipit.In ista.q.planum ē ꝙ pr̃ ꝛ filiꝰ ꝛc.Uide etiam
Doc.in.ii.di.p.q.i.et in q̃li.q.iiii.ꝛ i reportatis.q.i.pro
lo.et i formalitatibus et in theorematibus et alibi . Et
sic terminatur ista distin.xii.

¶ Distinctionis.xiii.q.vnica.

Utrum spiritus sanctꝰ sit ge-
nitus ꝛc.¶ Titulus
q.sic intelligiť.cũ queriť an spũs
sctũs sit genitus:q. ꝑsona genita
tñ differt a spirata ꝑ gñationem
passiuã:ꝛ spirata tñ ꝑ spirationẽ
passiuã:ꝛ iõ si ꝑsona spirata esset
genita nulla esset dr̃ia:ꝛ ꝓprie cũ
iste ꝑsone differãt inť se ꝑ gñatio
nẽ passiuam ꝛ spirationẽ passiuã:
q̃riť a gñatio passiua differat a spiratiõe passiua?

Hic sunt multe vie. Prima opi.est Egi. et
varro.Opi.egi. ē ꝙ ge
neratio passiua et spiratio passiua distinguitur ꝑ termi Egi.de ro
nos.i.ꝑ ꝑsonas ꝓductas ad quas terminantur iste ꝓdu ma ꝛ Uar-
ctiones.Et pꝫ hec ꝑ illud phi.5.phi.t.cõ.4.vbi vult ꝙ ro.
motus distinguanť per terminos. Magis inquit in qd̃
q̃ ex quo moueť denominať mutatio.i. ꝙ mutatio de-
nominatur magis ad termino ad quẽ q̃ a ťmino a quo.
hoc idẽ ptꝫ.t.c.5.et.t.c.48.vbi dicit.Et dꝛ vnusquisq̃
in qd̃ mutat magis q̃ ex quo vt sanctio i sanitatẽ ꝛ egro
tatio in egritudine.¶ Cõtra hoc instat Doct.qꝛ emana
tiones nõ hñt esse ꝑ terminos igiť nec distinctionẽ.Hic
Sco:supponit vnũ.s.ꝙ gñatio passiua ꝛ spiratio passiua
inter se differãt:sed dubitať per quid differant ꝛ hoc du
pliciť.s.ꝑ qd̃ differãt formalr̃ an ꝑ seipsas:an per aliquaꝫ
differentiam intrisecam eis : sicut homo differt ab asi-
no ꝑ rõnale .Scd̃o ꝑ q̇d q̃si ṗncipatiue vel cãtiue?i.q̃ est
cã distiguẽdi ista duo in rõne ṗncipiatiui:sicut dicimꝰ ꝙ
aqua ṗncipiatiue ē causa distiguẽdi frigiditatẽ a calore
ignis ꝛ eꝯ: ꝛ ē sensꝰ:qꝛ sunt tales cãe: iõ ꝓducũt sic disti
ctos effectus:ꝛ sic Sco.diuersimode q̃rit ꝑ q̇d iste ꝓdu-
ctiões differant essentialiť.ꝛ poniť ṗina opi.Egi.ꝙ spi-
ratio passiua ꝛ gñatio differãt ꝑ ꝓducta:iõ Doc .arguit
cõtra:qꝛ nõ formalr̃ ꝑ illa cũ non sint de essentia :nec ori
ginaliť:qꝛ non hñt esse ꝑ ꝓducta:immo magis econtra.
¶ Ad illud.5.Phi.est ad oppositũ:qꝛ motꝰ non distin-
guiť penes terminos nisi qꝛ forme fluẽtes sunt eiusdẽ rõ
nis cũ formis terminãtibus:vt ptꝫ de calefactione ꝛ fri
gefactione que ita distingunť sicut calor et frigus ad q̃
terminantur et non accipitur calefactio pro solo respe-
ctu : sed pro ipso calore qui successiue acquiritur . Et
de hoc satis dictum est i scd̃o distin.ii.q.ix.Sed i propo
sito non est hic fluxus eiusdem rõnis cum termino : pa-
tet quia generatio non est eiusdem rationis cum verbo
qui fluxus dicitur via ad terminum sicut generatio est
via in genitum.i .et terminatur ad genitum nec simili-
ter generatio est via siue quasi fluxus cum termino for-
mali generationis :quia ille est essentia diuina vt.s̃.pa-
tuit distin.v.q.ii.Sed generatio est relatio ergo non est
eiusdem rationis.

Alio modo poniť ꝛc.Tho.dicit ꝙ spiratio passi
siua differt a generatiõe passiua per
hoc ꝙ ipa est a patet et filio: et generatio passiua tãtũ a
pr̃e.i.ꝙ ipam esse a duobus est ratio distiguendi ab illa
que tm̃ est ab vno:et doc.iprobat hoc.et sensus primi ar

gumēti ē.q̄ sunt ab eodē p̄ncipio formali p̄nt esse eiusdē rōnis si illud sit in pluribꝰ siue in vno. vt exēplificat de albedine. Aliquid ḡ esse a pluribꝰ suppositis non est rō distinguēdi respectu illius quod tm̄ est ab vno suposito ergo opꝫ q̄rere aliquid aliud ꝑ quod distiguant̄. ¶ Itē secūdū istā viā. Nō saluat Tho. tm̄ esse duas ꝓductōes: qꝛ si vna ꝓductio tm̄ differt ab alia qꝛ est a duobꝰ ⁊ alia tm̄ ab vno: ita posset poni ꝙ t̄tia ꝓductio ꝑ eādē rōnem pōt distigui: ita ꝙ t̄tia distiguat̄ a scđa ⁊ a p̄ma: qꝛ t̄tia ē a tribus: secūda a duobꝰ: p̄ma ab vno. ⁊ sil̄r de q̄rta ⁊ sic in infinitū eūdo: sic nō ponit tm̄ duas ꝓductiōes sub aliqua rōne distigui sic ꝙ impossibile ē esse plures. ¶ Ibi Itē oīs distinctio. Sēsus huiꝰ lr̄e ē: ꝙ oīs distictio ē int̄ extrema p̄mo diuersa: vel est reducenda ad aliq̄ p̄mo diuersa ⁊ hoc formal̄r. Exēplū. distictio q̄ est iter hoīem ⁊ asinū: vel est int̄ ip̄a tā̄q̄ int̄ aliq̄ p̄mo diuersa: ⁊ hoc nō: qꝛ ꝯueniūt q̄dditatiue in aīali. ḡ distinctio hoīs ⁊ asini reducenda est ad aliq̄ p̄mo diuersa: ⁊ sic distingunt̄ ꝑ rōnale et irrōnale. Et sic debemꝰ accipe p̄mo diuersa. i. nō ꝯueniētia q̄dditatiue in eodē simpl̄r p̄dicato: quō cōueniūt hō ⁊ asinꝰ qui conueniunt in aīali quidditatiue rōnale vero et irrationale non. Et si vltra queratur an rōnale ⁊ irrōnale sint p̄mo diuersa in se: patet ꝙ non: quia cōueniunt in ente quidditatiue. vt ptꝫ. s̄. dist. 3. q. 3. ⁊ sic distinctio rōnalis et irrōnalis reducenda est ad aliq̄ p̄mo diuersa. puta ad vltimas d̄rias q̄ non cōueniūt ī aliquo quidditatiue. vt pꝫ a doc. vbi. s̄. ⁊ est sensus. Si homo ⁊ asinꝰ differūt essentialiter ex quo nō sunt p̄mo diuersa: ꝑ quid differūt. Dico ꝙ ꝑ rōnale et irrationale: rōnale et irrationale differunt: ex quo non sunt primo diuersa absolute: ergo per aliquid. Dico ꝙ per vltimas d̄rias q̄ nō cōueniūt in aliquo quidditatiue: ⁊ illa sunt p̄mo diuersa. Et ille ꝑ q̄d differunt? seipsis tm̄ ⁊ intelligo sic. ꝙ q̄n aliq̄ differūt ⁊ seipsis differūt: circūscripto quocūq̄ alio per ipossibile: adhuc differūt ꝑ suas rōnes formales: et ille rōnes formales sunt primo diuersa maixme vltime: et differunt ꝑ quid? dico ꝙ seipsis. i. ꝙ circūscripto quocunq̄ alio adhuc seipsis differunt: ⁊ sunt rōnes formales distinguendi formal̄r illa quorum sunt tales rōnes. Sed spirationē passiuā esse a duobꝰ: ita ꝙ esse a duobꝰ sit rō formalis distinguēdi illā a gn̄atiōe passiua que tm̄ est ab vno: tūc circūscripto quocūq̄ alio: adhuc esset rō distinguendi posito illo solo. ⁊ hoc est falsum: quia priꝰ res est in se q̄ꝫ intelligat̄ esse ab alio: sicut habuimus a doct. di. 3. q. v. ꝯ Hen. Nā prius intelligo lapidē absolute: ⁊ scđo intelligo relationē fundari in illo et terminari ad ꝓducēs: in illo ḡ priori certū est ꝙ distinguit̄ a gn̄atione passiua. ergo nō ꝑ se: qꝛ a duobꝰ. ⁊ vltra. Si ip̄a tantū esset a patre adhuc distingueret̄ a gn̄atione passiua. vt patuit. s̄. di. xi. q. 2. Et qꝛ doc. addit ibi. Talia nō sūt vnitas vl̄ pluralitas ⁊c. Argumētū formo al̄r. Oīs distictio est inter aliq̄ p̄mo diuersa vel reducēda ad aliq̄ primo diuersa. i. ꝙ oīs distictio ē originatiue vel ab aliq̄bꝰ primo diuersis: vel reducenda ad aliq̄ p̄mo diuersa originatiue: sed spiratio passiua et gn̄atio passiua ꝓ̄e distingunt̄: ḡ erit ab aliquibus p̄mo diuersis: q̄bꝰ positis et oī alio circūscripto: erūt originatiue taliū distinctoꝝ. sꝫ posita pluralitate suppositoꝝ ⁊ vnitate. i. posito ꝙ spiratio passiua sit a duobꝰ et generatio passiua ab vno: certū est ꝙ circūscripto intellectu et voluntate. esse a duobus nō est principium distinguendi spirationem passiuam a generatione passiua: sed quia vna est ꝑ modū nature ⁊ alia ꝑ modū volūtatis. mō si spiratio passiua posset esse a patre ⁊ filio circūscripta volūtate nō esset libera: ⁊ hoc est quod dicit. nō tn̄ sic intelligo ꝙ itellectꝰ et volūtas sint p̄mo diuersa absolute: quia ī ꝯceptu entis ꝯueniūt: sed d̄n̄r p̄mo diuersa: qꝛ non conueniunt in formali realitate: ita ꝙ dicant̄ vnum formal̄r: vel si non sunt p̄mo diuersa absolute: p̄nt tn̄ reduci ad aliqua primo diuersa puta ad vltimas differentias distinguentes illa.

Goffr. q̊li. iii. q. iii.

Aliter ponit . Quia Doc. nō tm̄ querit an spiratio passiua quomō distinguat̄ a generatione passiua: sꝫ etiā quō spiratio actiua distiguat̄ a gn̄atiōe passiua ⁊ a gn̄atiōe actiua. Nam est sil̄s. q. iō Gof. hic ponit spirationē actiuā distingui a generatiōe passiua ⁊ actiua: et vult ꝙ rō distinguēdi illam ab eis: ē quia ip̄a stat cū generatione actiua et passiua: et generatio passiua nō stat cū actiua.

Cōtra opinio. Goff.

¶ Et qꝛ hoc nihil ē iō doc. arguit ꝯ: ⁊ tota sn̄ia ē hec: qꝛ aliq̄d esset ꝯpossibile cū aliquo et aliq̄d eēt ī ꝯpossibile: ista ꝯpossibilitas vel icōpossibilitas p̄supponit illa ꝯpossibilia ⁊ incōpossibilia priꝰ esse in se ⁊ in tali priori distingui. patet qꝛ cōpossibilia suis rōnibus formalibus sunt cōpossibilia ⁊ incōpossibilia suis rōnibus formalibꝰ sunt icōpossibilia. vt ptꝫ a doc. s̄. di. ii. ꝑte p̄ma. q. i. ad hoc ḡ vt. a. dicat̄ ꝯpossibile vel icompossibile. b. opꝫ ꝙ. a. hēat priꝰ esse: sꝫ in ꝓposito loq̄mur de p̄ma distin. s. de distictiōe eēntiali ꝑpetatum ad inuicē: ⁊ sic priꝰ d̄n̄r q̄dditatiue distingui q̄ꝫ itelligat̄ cōpossibilitas vel incōpossibilitas. ¶ Deinde instat̄ qꝛ ista opi. non assignat q̄re nō p̄nt esse infinite ꝑsone: quia semꝑ posterior relatio posset stare cū oppositis relatiōibus prioribꝰ. sicut tu dicis ꝙ spiratio actiua stat cū gn̄atiōe actiua ⁊ gn̄atiōe passiua: et generatio passiua non stat cū actiua: iō spiratio distiguit̄ a gn̄atione. ḡ si tres ꝑsone ꝓducerent q̄rtā: tūc ꝓductio respectu quarte ꝑsone stat cū tribꝰ oppositis prioribus: et vna illarū p̄cedētiū non stat cū alia: ⁊ sic posset ꝓcedi in infinitū in personis. Si. n. spiratio actiua tm̄ distinguit̄. qꝛ pōt stare cuꝫ generatione actiua et cum opposito generatiōis actiue scꝫ cū generatiōe passiua: ⁊ passiua nō pōt stare cū actiua nec ecōtra: ex hoc nō ponis ī diuinis tm̄ eē duas ꝓductiōes. s. vnā ꝑ modū nāe ⁊ aliā ꝑ modū volūtatis. pꝫ qꝛ et si ponit̄ t̄tia ꝓductio q̄ fit a p̄re filio. ⁊. s. s. tunc illa stabit cū generatiōe actiua ⁊ passiua: et cū spiratiōe actiua et passina: et generatio actiua non stabit cuꝫ passiua nec spiratio actiua stabit cū spiratiōe passiua: et sic stat distictio illius ꝓductiōis tertie ab aliis: et sic posset esse processus in infinitum: et ista opi. nō ponit necessario determinatū numeꝝ ꝓductionū: siue rōnē determinati numeri. Nā a Sco. ponunt̄ tm̄ due ꝓductiōes diuersaꝝ rōnum ꝓpt̄ diuersitatē p̄ncipioꝝ. s. itellectꝰ ⁊ volūtatis. ¶ Ibi. Cōtra istā viā. Hoc argumētū vadit ꝯ Tho. inq̄ꝫtū res priꝰ itelligit̄ ī se q̄ꝫ ī respectu ad aliud. vt dixi. s̄. ⁊ vadit cōtra Goff. qꝛ res p̄us itelligit̄ in se q̄ꝫ intelligat̄ ꝯpossibilis vel incōpossibilis alteri: ita ꝙ talis entitas est causa cōpossibilitatis vel icōpossibilitatis: et distictio aliquaꝝ rerum est cā cōpossibilitatis vel incōpossibilitatis eaꝝ et nō ecōtra. i. ꝙ cōpossibilitas vel incompossibilitas nō est cā distictiōis: qꝛ priꝰ in se sunt distincta q̄ꝫ intelligant̄ cōpossibiles vel incompossiles: ⁊ sic ly: nō ecōuerso: positū in littera opꝫ referri ad hoc. s. ꝙ distinctio talis rei et rei est cā cōpossibilitatis vel incōpossibilitatis: et nō econuerso. i. ꝙ cōpossibilitas vel incōpossibilitas taliū reꝝ non est cā distinctiōis eaꝝ. ¶ Ibi. Preterea iste ꝓductiōes distingunt̄: qꝛ vna est ꝑ modū nāe et altera ꝑ modū volūtatis. hec aūt distinctio ꝓductionū non tm̄ est a suppositis ꝓducētibus: pꝫ qꝛ suo mō p̄intelligūtur ipsis suppositis: loq̄ndo de relatiōibus ꝯstitutiuis: nec distingunt̄ qꝛ vna stat cū aliq̄ et altera non stat vt s̄. ptꝫ. sꝫ distingunt̄ a p̄ncipiis formalibꝰ distictiuis originatiue: qꝛ vnū est ꝓductiuū ꝑ modū nāe: ⁊ aliud ꝑ modū voluntatis. ¶ R̄n̄det sic opinās: ꝙ ꝓductio ibi vna est ꝑ modū nature: ⁊ alia ꝑ modū voluntatis: non qꝛ vna ꝑsona ꝓducat̄ nāl̄r ⁊ alia nō: sed qꝛ ꝓductio vna est similis ꝓductiōni nāli / ⁊ alia est sil̄s ꝓductiōi volūtarie / naturale. n. agēs ꝓducit nō p̄suppōnēs aliā ꝓductionem / ⁊ sic ꝓductio filii d̄r ꝑ modū nature / qꝛ nō p̄supponit aliā: ꝓductio voluntatis p̄supponit aliā. s. illā que ē ꝑ modū nature et itellectus / ⁊ ita ꝓductio. s. s. d̄r ꝑ modū volūtatis / qꝛ. s. s. ꝓducit̄ sil̄i mō illi ꝓductiōi q̄ ꝓprie d̄r eē ꝓductio volūtatis. s. p̄supponēdo aliā ꝓductionē. ¶ Doc. instat cōtra hoc ibi. Ista expō non videt̄ eē sm̄ intētionē sctōꝝ attribuētiū istas ꝓductiones ꝓprie intellectui et volūtati ⁊c. Nā filius in diuinis dicit̄ ꝟbū ex vi productiōis sue vel filiꝰ / qꝛ ex vi ꝓductiōis (vt declaratū ē. s̄.) est imago patris. s. s. ꝟo non / sꝫ. s. s. ex vi ꝓductiōis sue d̄r amor / vt declaraui. s̄. ī di. x. in r̄n̄sione ad p̄mū argumētū p̄ncipale. Si ḡ. s. s. diceret̄ ꝓduci libere ex hoc solo ꝙ p̄supponit ꝓductionē filii / sequeret̄ ꝙ ex vi ꝓductionis sue esset filiꝰ / qꝛ si idē p̄ncipiū ꝓducit vnū ꝑ priꝰ ⁊ aliud ꝑ posterius / ita ꝙ necessario prius presupponit̄. secūdū nō diceret̄ alterius rōnis ex vi productiōis sue a p̄mo / nec secūdū diceret̄ magis ꝓduci libere ex vi productionis sue q̄ꝫ primum. Et vltra / qꝛ ꝓductio artificialis presupponit productionē verbi in intellectu. i. cognitioneꝫ ꝑfectā illiꝰ artificialis q̄ d̄r ꝟbum. ergo sp̄ūs sctūs cum presupponat hmōi cognitioneꝫ / posset dici produci per modum artis.

Aliter d̄r a Tho. ꝙ generatio passiua et spiratio passiua per hoc distinguntur / quia vna est prior et altera posterior. Sed hoc nichil est / quia res prius intelligitur in se q̄ꝫ comparetur ad aliam in rōne

Tho. p̄ p̄ma. q.

prioris vel posterioris: ꝛ sic in tali priori distinguitur.

Hē. i sum. ar. 37. q. 7 **Aliter dicitur** ab Henri. Ipē dicit ꝙ spiratio actiua et passiua distingunť personas pñcipia formalia elicitiua: q2 vult (vt. s̄. patuit di. 7. ꝛ. 10.) ꝙ ip̄a essentia sub relatione ē principiū determinatū ad ꝑductionē puta filii: ꝛ sub alia ad productionē spūs scti. Sed improbatio huius clara ē vt patuit. s̄. distin. 7. Et vltra: quia est manifestior distinctio inť spirationem passiuam et generationem passiuam cum sint in diuersis suppositis: q̄ꝫ inter relationes existentes in eodem supposito: mō manifestior et notior distinctio non est per aliquam minus manifestam.

Hen. quoli. 5. q. 6. **Aliter ponitur** ꝙ generatio passiua ꝛ spiratio passiua distinguntur per naturam ꝛ volūtatē: q̄ inť se sola rōne differunt. i. ꝙ volūtas est pñcipiū spiratiōis passiue. ꝛ non gñationis passiue: ꝛ sicut sunt principia essendi elicitiua ita et distinguēdi. ¶ Ibi. Contra istud: quia distinctio realis non preexigit nccio distinctionē rōnis. Vide glo. s̄. di. viii. q. pe. ꝯ Hen. Maior istius rōnis (q̄ est distinctio realis non p̄exigit nccio distinctionē rationis) ab aliq̄bus negať et ponif instātia de ideis q̄ differunt tm̄ ratione et creature realiť differūt: et tñ distinctio realis creaturaꝝ nccio p̄supponit distinctionē rōnis idearum. ¶ Contra istud arguif. Et primo ꝓbaf maior. s. ꝙ distinctio: rōnis non sit rō vel causa distinctionis realis. ꝓbatio clara ē q̄ ꝯsistit in hoc. Si. n. ens rōnis ē cā distinguēdi aliq̄ realiť ꝛ per ꝯñs essendi: tunc ens reale dependebit in esse ꝛ in distingui ab ente rōnis tanq̄ꝫ a ratione formali ꝑducēdi: qđ ē impossibile: q2 ratio formalis ꝑducendi vel ē nobilior ꝑducto: vel eq̄ꝫ nobilis: ꝛ ens rōnis semꝑ ē ignobilius ente reali: ꝛ hoc ē qđ đt: q2 si sic. sit. a. cā vt qđ: et diuerse rationes sub q̄bus causat sint. b. c. q̄ sint rōnes formales ꝑducendi vt q̊. et sic pꝫ. ¶ Ibi. et si dicas. Dicit Hen. ꝙ lꝫ intellectus ꝛ volūtas que sunt diuerse rōnes ꝑducendi et tm̄ sunt entia rationis: in diuinis tñ vt habent esse cognitum in intellectu ꝑticipāt esse existētie intellect⁹: et inquantū ꝑticipāt tale eē: pñt eē rationes formales ꝑducēdi ens reale. ¶ Contra. ex hoc seq̄tur. In ista lr̃a Sco. ponit duo inconueniētia. Primū: q2 si volūtas esset pñcipiū formale ꝑductiuū inquātū ꝑticipat esse exñtie intellectus diuini. ergo intellect⁹ ille cui⁹ est tota existentia: erit magis ratio producendi spm̄ sctm̄. patet quia si non producit nisi inquantum ꝑticipat tale esse exñtie. ḡ a fortiori vt ē exñs per essentiam magis ꝑducit. Scđm: ꝙ respectu ꝓbi erit duplex principium productiuū: pꝫ q2 intellect⁹ ꝑ te vt hꝫ eē cognitū: ꝛ vt ē ens rōnis cātū ab itellectu ē pñcipium ꝑductiuū inq̄ꝫtū ꝑticipat eē realis exñtie intellect⁹ negociātis. ḡ a fortiori ꝛ ip̄e itellect⁹ cui⁹ ē tota exñtia erit pñcipiū: ꝛ sic respectu ꝓbi erit duplex pñcipiū. qđ ē falsuꝫ. Et quō itelligaf śm Hen. ꝙ itellect⁹ sit ibi vt intellect⁹ ꝛ vt negociatiu⁹: ꝛ vt cātus in esse rōnis a seip̄o pꝫ. s̄. d. 8. q. pe. ¶ Ibi. Qđ si non attribuas ꝛc̄. i. ꝙ volūtas vt tm̄ ē ens rationis habēs esse cognitū ē pñcipiū ꝛc. Et silr̃ de intellectu vt hꝫ esse cognitū tm̄: cū possint hr̃e eē cognitū etiā ipsis non exñtibus: sequif ꝙ actio realis poterit esse ab ente diminuto nullaꝫ exñtiā hñte ꝙ ē ipossibile. ¶ Ibi. Si dicaf hic. vult dicere Hen. ꝙ q̄ꝫuis cognitio abstractiua possit esse nō exñtis: non tñ cognitio ituitiua: ꝛ cū oē cognitum: in diuinis respectu intellectus diuini sit intuitiue cognitū seq̄tur qđ illud vel erit in se exñs: vel in essentia dina exñs. ¶ Ibi. Contra. Illa ratio. Dicit doc. ꝙ illa ratio puta itellect⁹ ꝛ volūtas q̄ ponif ꝓpria rō pñcipiādi in deo: ponitur causari ab ip̄o Hen. ꝑ actum intellectus in obiecto cognito: ꝛ causatū in obiecto cognito in quātū tale non đr ibi existere: q2 obiectum cognitū iquātū tale hꝫ esse diminutum. ¶ Si dicaf ꝙ causaf in essentia inq̄ꝫtū exñs et non inq̄ꝫtū cōgnita. ¶ Contra: quia

Obiectio. Solutio. nichil causaf ab intellectu negociante in aliq̄ inquātum exñte sed solum inquantū cognito: vt patuit. s̄. in glo. ꝯ Hen. di. 8. q. 3. et q̄cquid ē in essentia vt ē existens: ē ibi p̄ter intellectum negociātem. ergo ex nā rei: et sic si intellect⁹ et volūtas essent ibi hoc mō: tūc nō essent entia rationis: qđ ē ꝯ Hē. ¶ Ibi. Preťea secūdo. Hec rō includit aliq̄. Primo ꝙ essentia diuina exñs in tribus mouet intellectum pr̃is ad simplicem notitiā sui: ita ꝙ existens in trib⁹ prius mouet ad noticiā simplicē sui q̄ꝫ sit ibi aliqua rō fabricabilis ab intellectu. Nā prius ē noticia simplex: ꝛ deinde ē noticia negociatiua siue comparatiua: q̄ compatur vnū cognitū ad aliud. Secūdo si essentia diuina ē in filio et in spū sctō: ꝛ vt ibi prius mouet ad notitiam simplicē ante oēm negociationē: certū ē ꝙ erit in filio et in spū sctō ꝑ ꝑductionē. et q̄ro q̄d sit principiū ꝑductiuū respectu filii: ꝛ spūs scti. Non essentia sola: quia tūc vna ꝑsona nō esset magis ꝑ modū volūtatis q̄ꝫ alia. Nec ꝑ eēntiā ꝛ pr̃nitatē et spirationē actiuā: q2 iste nō sunt formales rōnes ꝑducēdi neq̄ꝫ deťminādi essentiam ad ꝑductionē filii ꝛ spūs scti. vt patuit. s̄. di. vii. et. x. ḡ erit in filio ꝑ intellectū tāq̄ꝫ ꝑ pñcipiū ꝑductiuū: et i spū sctō ꝑ volūtatē. ḡ itellect⁹ ꝛ volūtas sunt ibi pñcipia ex nā rei: qđ pꝫ q2 ip̄a eēntia vt ē in filio et spū sctō pri⁹ mouet ad noticiā simplicē q̄ꝫ ad negociatiuā: ꝛ nō ē in illis nisi ꝑ intellectū ꝛ volūtatē vt p̄cedūt oēꝫ negociationē. et hoc quod dicit. Et si intellect⁹ ē ibi ens rōnis: tūc eēt circul⁹ in prioritate nāli: q2 idē prius et posteri⁹: pꝫ nā si essentia ē in filio ꝑ intellectū: et itellect⁹ ibi ē ens ratiōis vt p̄cedit eēntiam vt in filio. ꝛ ex alia ꝑte eēntia vt in filio: cū prius moueat ad notitiā simplicem: p̄cedit oē ens rationis: et sic ip̄a vt i filio eēt p̄or et posterior: qđ ē incōueniēs. ¶ Ibi. Si aūt dicas. Quāuis hoc sit extra textū: tñ solutio hmōi pꝫ ex dicto mō: et ex dictis i di. viii. q. iii. ꝛ magis patebit ifra di. 30. et in scđo di. i. q. i. ꝙ oīs relatio rationis: siue oē ens rōnis causaf ab intellectu negociatiuo vt cōi trib⁹: vt ꝙ oē ens rationis seq̄f ip̄m intellectum iam in trib⁹ exñtem. ¶ Ibi. Preterea. ťtio. Hec ratio clara ē et in hoc consistit q2 respectu vni⁹ ꝑductionis opꝫ assignare vnā rationē formalē ꝑducēdi: illa ergo ratio producendi vel erit essentia sola vna cum intellectu ex natura rei: et habef propositum: ꝙ persona habens illam pōt producere: vel erit essentia et itellect⁹ vt ē ens rationis: et sic erunt vnum ens per accidens et magis ens per accidens q̄ꝫ subiectum et passio: modo nullum aggregatum ex subiecto et passione pōt esse vna ratio formalis producendi aliquid per se multo minus aggregatum ex ente reali et ex ente rationis: aut erit sola relatio rationis: puta intellectus vt est quedam relatio rationis: et patet ꝙ non: quia relatio realis cum non sit formaliter infinita: non pōt esse principium formale producendi aliquid infinitum: multo minus nec relatio rationis. ¶ Si dicas ꝙ essentia nuda. Hoc improbatuꝫ est supra: quia tunc non essent due productiones: vna ꝑ modum nature et alia per modum voluntatis. ¶ Ibi. Preterea q̄rto. Hec ratio in hoc consistit: quia si intellectus vel voluntas sunt ibi tantum ens rationis et non idem formaliter essentie: nec possunt idemptificari sibi realiter: quia quod idemptificatur enti reali: est ex natura rei: et sic essent aliqua plura in deo non idemptificata realiter sibi: quod ē contra simplicitatem diuinam.

Sed oritur difficultas contra Sco. q2 ip̄e vult ꝙ i deo sit aliq̄ relatio rationis ab eterno causata ab intellectu diuino: vt patet. j. dist. 30. et in. ii. dist. i. q. i. et certum est ꝙ non ē idem formaliter deo nec idemptificatur realiť. ergo erit contra simplicitatem dei. ¶ Dico ꝙ ē inconueniens apud Hen. quia ip̄e ponit illas esse in essentia diuina formaliter: non ꝙ sint de formalite ipsi⁹: sed ꝙ sint ibi fundate: ꝛ ꝙ sint rationes ꝑducendi q̄ sunt valde inconuenientia: q̄ seq̄retur sic ponere illas in deo et non ꝑfecte idē realr̃. Doc. aūt si ponit ens rationis non ponit illđ hr̃e aliquā rōnē pñcipii: nec dicere aliq̄ꝫ ꝑfectioneꝫ et hmōi: et sic non ē ꝯ simplicitatem dei. ¶ Dico vltra ꝙ non hꝫ ponere illa subiectiue in deo sicut Hen. sed tātū obiectiue: sicut etiā idee sunt in mente diuina nō formaliter et subiectiue: sed tm̄ obiectiue. ¶ Ibi illam instantiā. Hic doctor dicit nō affirmādo ꝙ si idea ponif eē rationē formalē in deo ꝑducendi ideatum ip̄m: ipsa est ꝑfectior ipso ideato. Nam esse cognitum lapidis i mēte diuina: vel ip̄m lapidem inesse cognito in mente diuina ponitur hr̃e simpliciter verius et perfectius esse q̄ꝫ in seipso: q2 vt intelligitur ab intellectione diuīa denoīatione extrinseca: ab illa đr esse cognituꝫ: et q2 intellectio diuina est ipse deus: ideo lapis in tali esse cognito ꝑticipatiue potest dici de⁹: pꝫ similr̃ a Doct. in. iiii. distin. i. q. i. ¶ Ibi. Preterea instantia. Vide glo. s̄. dist. viii. q. iii. ꝯ Hen. quomodo distinctio realis non preexigit necessario distinctionem rationis ꝛc.

Difficultas.

Respōsio.

Alia rñsio

Esse cognitū lapidis in deo ē ꝑfecti⁹ ipso lapide.

Ibi. Contra hoc. In hac rōne Sco. supponit aliqua. Primo ꝙ spūs sanct⁹ śm sanctos est productus libere: ꝛ filius nāľr siue ꝑ modum nature. Secūdo ꝙ si spūs sanctus est productus libere: aut hoc est: quia immediate ab essentia diuina: et hoc

Doct. arguit ꝯ opi. Adam et vi de Alexā. de ales.

non:quia essentia diuina vt essentia nõ est principiū ꝓductiuum liberꝝ vt pȝ. Et vltra: si fili⁹ et spūs sctūs sunt imediate ab essentia diuina: nõ apparet quomõ vna ꝑsona dicat̄ libere ꝓducta ⁊ alia nāliter: aut hoc est quia ꝓductio qua ꝓducit̄ spūs sctūs ē libera: ita ꝙ talis ꝓductio posita in esse dicit̄ libere elicitiua: ꝗuis talis ꝓductio sit immediate ab essentia: et hoc non: quia ꝓductio illa posita in esse non est libere elicitiua: et hoc est quod probat Doc. in simili de actu voluntatis quia ille actus: posito etiā ꝙ libere ꝓducat̄: tñ vt est positus in actu: nõ est libere elicitiuus: quod dupl'r ꝓbat doc. Primo: qꝛ si volitio generat: generat habitum nāl'r. Scđo: quia tūc esset in ꝑtāte volūtatis: posito actu in esse: tristari ⁊ letari: quod ē falsum. Nam voluntas si libere delectat̄: hoc est: quia libere ꝓducit actū ad quē nāl'r seq̄tur delectatio sed stante tali actu nõ est in facultate tristari ⁊ letari: pȝ quia posita volitione circa ꝑ̄sens delectabile: stante illa non ē in facultate voluntatis delectari vel non: quia ad ipsam volitionem necessario sequitur delectatio: et si talis volitio esset libere elicitiua delectationis: stante ipa volitione adhuc esset in potestate voluntatis delectari vel non: quod non videtur. Similiter ē de nolitione respectu noliti. Exemplum de nolitione mutilationis manus. Nam stante mutilatione manus ē in potestate voluntatis tristari de illa vel non: quia ē in ꝑtāte ei⁹ nolle illā vel non: sed stante nolitiõe illius mutilationis nolite ad quam nolitionem sequit̄ tristitia: non est in facultate volūtatis tristari vel non de mutilatione man⁹. Et si ipsa nolitio esset libere elicitiua tristicie: tūc stante tali nolitione esset in facultate voluntatis posse tristari et non tristari: cui⁹ cõtrariū experientia docet. Si ḡ actus volūtatis libere ꝓduct⁹ ⁊ posit⁹ in eē nõ ē elicitiu⁹ libere: multo min⁹ spiratio erit libere productiua. Nā ipa vt est ab eēntia imediate: ē nāl'r ꝓducta nõ libere. Cetera patēt vsq₃ ad argumēta ꝑ̄ncipalia. ⁊ Sco. ꝯcludit ad q̄stionē ꝙ ipē ꝓductiões seipsis distingunt̄ formal'r ⁊ ꝑ̄ncipiatiue: siue originatiue dinstinguntur per intellectuȝ et voluntatē: quia ille potētie sic se hñt ꝙ intellectus ꝓducit ꝑ modū nature: ⁊ volūtas per modū libertatis.

Ad argumēta ꝑ̄ncipalia ad primum. In ista littera sunt tria dicta satis singularia. Primū: ꝙ gñatio in creaturis vt ē mutatio (de qua. s̄. di. 2. q. 3. ⁊. d. 5. q. 2.) dr̄ naturalis: qꝛ materia q̄ ē subiectū gñatiõis ē nāl'r inclinata ad formā substātialē: et hoc vt recipiat illā. Et merito dicit doct. di. 18. secundi. ꝙ natura dr̄ de ꝑ̄ncipio passiuo: de q̄ ibi. Dicit̄ etiam gñatio nālis: qꝛ ꝑ̄ncipiū gñatiuū hȝ naturalē inclinationē ad ꝓducēduȝ sibi sil'e. Scđm est: ꝙ gñatio in diuinis dr̄ vt tm̄ ē a ꝑ̄ncipio ꝓductiuo ⁊ t'minat̄ ad ꝓductionē: ita ꝙ non est ibi essentia vt materia vel quasi mat'ia: que quodāmõ dicatur subiectū gñationis siue filiationis: vt satis deductū ē. di. v. q. ii. ¶ Nõ dr̄ ḡ gñatio naturalis in diuinis ex hoc ꝙ essentia sit inclinata ad talem ꝓprietatem. quia cū equal'r sit inclinata ad oēs ēt spiratio posset dici gñatio: sed dr̄ naturalis qꝛ habitudo que idē est quod ipa gñatio dr̄ naturalis: ⁊ ex hoc dr̄ naturalis: qꝛ pr̄ generās naturalit' iclinat̄ ad gñationē filii: ⁊ qđ nāl'r inclinet̄ hoc hȝ a rõne formali ꝓducēdi: puta a mēoria fecunda: ⁊ hec ē optima responsio. Tertiuȝ: ꝙ generatio vno mõ sumit̄ vt terminat̄ ad substātia ꝓductam ⁊ est a substātia ꝓducente: alio mõ vt terminat̄ ad viuum et est a viuo: et hoc mõ aial generat̄ ⁊ non proprie ignis dicit̄ gñari: ⁊ ibi agēs iclinat̄ ⁊c. vt. s̄. Et hoc vltimo mõ vr̄ esse gñatio in diuinis: quia viuentis a viuo: et hoc cū inclinatione naturali: vt. s̄. Tñ prima rñsio vr̄ melior. s. ꝙ dicatur gñatio vt simpl'r ē a ꝓducente ad ꝓductū cum naturali inclinatione ⁊c. et non solū vt est viuentis a viuo. Nõ spūs sctūs non dr̄ generari: quia talis ꝓductio nõ ē ꝑ modū nat'e. ¶ Ad scđȝ. et pȝ rñsio: qꝛ nõ seq̄t̄: aliqua duo dñr vniuoca. i. eiusdē rõnis in tertio. ergo īter se sunt eiusdē rõnis: ⁊ rõ ē: quia illud tertium ē illimitatum. Ibi. ¶ Cõtra istud argumentum. Hoc argumētū ⁊ scđȝ ⁊ rñsiões eoꝝ sunt clare ex dictis hic ⁊. s̄. dis. 2. q. iii. ⁊ alibi. ¶ Ibi. Preterea ꝓductū. Vult in isto argumento ꝙ si iste ꝓductiones non sint vniuoce inter se sed alterius rõnis: ꝙ ēt ꝓducta per illas sint alterius rationis: quod pȝ qꝛ ꝓductū per intellectum ex vi ꝓductiõis talis dicit̄ noticia genita: ⁊ ꝓductum per voluntateȝ ex vi talis ꝓductionis dicit̄ amor ꝓcedens: ḡ vr̄ ꝙ si tales ꝓductiones sint formalit' alterius rationis: ꝙ etiam noticia genita et amor spiratus vt hmōi: sint alteri⁹ rõnis: quod videt̄ incõueniēs. ¶ Ibi. Ad t'tiū dico. Hic doc. rñdet in sil'i: ꝙ hoc argumentum non ꝯcludit ipa producta eē alterius rõnis: pȝ quia sicut tenētes gñationē i diuinis esse equiuocā in se: ex hoc tenere habent quia ꝓductum ē alterius rõnis a ꝓducente: et similit' tenētes spirationē eē equiuocā in se: tenere hñt ex hoc ꝙ spiratū esset alterius rõnis a spirāte: ⁊ tñ non sequit̄ ꝙ si ille ꝓductiones sint eq̄uoce int' se: ꝙ ꝓducta sint equiuoca int' se: quod ptȝ: qꝛ sol si ꝓducit duos vermes eiusdem spēi spālissime inter se: ꝓductio vnius vermis dicet̄ eq̄uoca: qꝛ vermis ille ē alterius rõnis a sole: et similiter ꝓductio alterius v'mis erit eq̄uoca: quia ille alius v'mis est alterius rõnis a sole. Sic i ꝓposito: non seq̄tur. Si ꝓductiones iste sint alterius rõnis inter se: ꝙ producta sint alterius rationis: et si quid cõcluditur: ꝯcluditur tm̄ ꝙ si ꝓductiões sunt distincte: ḡ ⁊ ꝓducta sunt distincta: nõ tñ tanta distinctione quanta inter ꝓductiones: vel sequit̄ ꝙ si ꝓductiões sūt disticte ꝙ formales t'mini erūt distincti: ⁊ accipit hic doc. formales t'minos gñati ⁊ spirati ꝑ ipis ꝓꝑetatib⁹ q̄ formal'r ꝯstituūt ꝑsonas: ⁊ nõ ꝑ eēntia diuia: qꝛ ē eađ simpl'r. ⁊ hoc ē qđ dr̄. ¶ Ibi. Sȝ ꝯ arguo. Vult hic ꝓbare doc. ꝙ gñatio notitie genite sit v'e eq̄uoca: ⁊ ꝓductio amoris īfiniti sit v'e eq̄uoca. Nā doc. vult ꝙ gñatio filii sit vniuoca: ⁊ spiratio spūs sctī sil'r. vt ptȝ. s̄. di. 8. inter se tñ nõ dicunt̄ vniuoce. i. nõ eiusdē rõnis: et ꝓbatur sic. qꝛ noticia actualis ē alterius rõnis a mēoria: ⁊ sil'r amor actualis ē alteri⁹ rationis a volūtate. cū ergo fili⁹ dicat̄ noticia genita. ergo filius ē alterius rõnis a memoria fecunda: ⁊ sic dico de amore. Rñdet doc. ꝙ aliud ē loqui de primo termino ꝓductionis. s. ꝑ̄mitate originis et primitate adequationis: et tamen i ista littera ponit plura dicta. Primū: ꝙ qñ dicit doc. ꝙ genitū ex vi ꝓductionis sue sit noticia actualis. Hoc dȝ intelligi appropate. i. ꝙ filius ex quo ꝓducit̄ per modū intellect⁹ ē noticia actualis appropriate tñ: ⁊ dicit̄ appropate: quia in creaturis quod ꝓducitur ab intellectu dicit̄ vere noticia: tñ hec noticia ē cõmunis tribus lȝ appropriet̄ filio ex vi ꝓductionis sue. Secūdū: ꝙ filiū esse notitiā actualē appropate põt duplicit' intelligi: aut ꝑ̄mitate originis: aut ꝑ̄mitate adequationis: nõ ꝑ̄mo: qꝛ ꝑ̄mū absolute quod ē i filio ē eēntia: q̄ eēntia ē quodāmõ fundamentum noticie actualis ⁊ aliaꝝ ꝑfectionū: ⁊ si notitia illa esset ꝑ̄mū origine in filio et non essentia: tūc essentia non vniformit' esset in trib⁹ quod ē falsum. Nā vt in pr̄e ē fundamentū oīm ꝑfectionū: ⁊ vt in filio ⁊ vt i spiritu sctō: ⁊ si noticia illa esset ꝑ̄mū in filio esset fundamētū essentie: ⁊ aliaꝝ ꝑfectionū. ꝑ̄mū ḡ ꝑ̄mitate origis i filio et i spū sctō ē ipa essentia: nõ ꝙ ꝓprie sit origo inter essentiam ⁊ illas perfectiones. Sȝ sic dȝ intelligi ꝙ in originatione filii: ꝑ̄mū ē essentia: secūdū alie ꝑfectiões: t'tiū ꝓprietas: ⁊ sic in originatione spūs sancti. Tertiū dictū: ꝙ noticia illa nec essentia nec perfectiones ille nec ꝓprietas est ꝑ̄mū ꝑ̄mitate adeq̄tiõis: sed ē ipa ꝑsona ꝯstituta ex essentia ⁊ proprietate ⁊ aliis perfectionib⁹. Quartū: qñ in ꝓductione alicui⁹ ponit̄ aliquod ꝑ̄mū ꝑ̄mitate originis ꝯtingit duplicit'. ꝑ̄mo vt talis primitas ⁊ posterioritas ē inter res ⁊ res: vt si ignis generaret ignē causando materiā et formā. Tūc mat'ia q̄ ē alia res a forma diceretur ꝑ̄mū ꝑ̄mitate originis: ⁊ ignis ꝓductus compositus ex tali materia et forma diceretur ꝑ̄mum ꝑ̄mitate adequatiõis. Aliqñ talis primitas ⁊ posterioritas nõ ē ꝓprie inter rē ⁊ rē: sed inter conceptū et conceptū: vt si hõ ꝓduceret hoiem. ꝑ̄mus ꝯceptus in hoīe ꝓducto esset ens: scđs substātia: ⁊ sic descēdēdo. ꝑ̄mū tñ ꝑ̄mitate adequatiõis esset ⁊ ipē hõ ꝓductus. ¶ Vult ḡ dicere doc. ꝙ ꝑ̄mū ꝓductū primitate adequationis ē simplicit' eiusdē rõnis cū ꝓducēte: qꝛ oīs ꝑfectio q̄ ē in ꝓducto ē etiā i ꝓducēte: lȝ ḡ ꝑ̄mū ꝓductū ꝑ̄mitate originis cuiusmodi ē essentia: nõ sit eiusdē rõnis cū ꝓducēte: qꝛ producēs est relatiuum ⁊ essentia nõ: nec ēt notitia actualis cū patre/ qꝛ ipa ē absoluta ⁊ formal'r infinita: pr̄ vero nõ: nec etiā ꝓprietas filii sit eiusdē rõnis cū ꝓprietate patris vt ptȝ: tñ ipm ꝓductū primitate adequationis dicit̄ eiusdē rõnis: cū idē habeat eādē met ꝑfectionem cuȝ producēte. Et hoc ē quod intendit doc. in ista l'ra. ¶ Et cum addit ibi. Sed adhuc vr̄ stare argumētū. Ista instātia licet sit soluta: tñ doct. rñdet dādo eādē solutionē. s. ꝙ vniuocatio attēdit̄ penes ꝓductū ꝑ̄mū primitate adequationis eo mõ quo exposui. Dicit ergo: rñdeo et dico ꝙ non est equiuoca ꝓductio si ꝑ̄ncipiū ꝓductiuū nõ ē eiusdem rõnis cū termio formali ꝓducto: loquēdo de termio for

Gñatio duplex.

Primū ꝑ̄mitate originis in filio ē essentia diuia.

Aduerte hunc pa[ssum].

mali p̃mo ꝓducto q̃ est ꝑsona ꝓducta:ꝛ p̃ncipio p̃rio ꝓductiuo supple qd ē rõ formalis ꝓducẽdi:q2 certũ est ꝙ mẽoria fecũda q̃ ē p̃ncipiũ formale ꝓducẽdi filiũ nõ est simplr eadẽ cũ filio:s3 requirit ꝙ illd qd est p̃ncipiũ ꝓductiuũ non cõicet genito eiusdẽ rõnis:et illud qd est terminꝰ formalis ĩ ꝓducto non sit eiusdem rõnis in ꝓducẽte.exẽplũ hõ ꝓducit hoiem:natura hũana in hoie ē p̃ncipiũ formale ꝓducendi frãciscũ:certũ ē ꝙ ipa est alterꝰ rõnis a Francisco:ꝛ tñ talis gñatio nõ dr equiuoca immo vniuoca:q2 silis rõ ꝓducẽdi:puta nã hũana cõicat Frãcisco vt tminꝰ formalis:et ille terminus formalis est eiusdem rationis cũ principio formali productiuo:ideo Franciscus ꝓductus ē eiusdem rationis cũ hoie ꝓducẽte. Si ṽo terminꝰ formalis Francisci esset alterꝰ rõnis a formali p̃ncipio ꝓductiuo:puta si sol ꝓduceret franciscũ natura hũana in Frãcisco est alterius rõnis a nã solis que est principiũ formale ꝓductiuũ:ꝛ hoc ē qd dicit. ¶ Ibi. Opposita aũt istoꝝ sunt ꝑ oppositũ ꝛc. Supple q2 p̃ncipiũ formale ꝓductiuũ in p̃re est simplr idẽ ĩ filio: et illud idẽ ĩ filio ē terminus formalis:ꝛ sic filiꝰ ē eiusdẽ rõnis cũ p̃re:ꝛ cũ dr q2 mẽoria est formalr ĩ noticia genita actuali.i.ꝙ eadẽ mẽoria fecũda q̃ ē ĩ p̃re ē formalr ĩ filio genito:q̃ dr noticia actualis:ꝛ hoc ꝑ attributionẽ: ꝛ talis noticia attributa filio ē formalr in ꝑsona generãte:ꝛ hoc sic dz ĩtelligi. Et ĩ sñia vult dicere: ꝙ oĩs ꝑfectio q̃ ē ĩ p̃re gñante est ĩ filio genito ꝛ ecõtra.l3 ordie quodã:q2 p̄rꝰ origi de essentia:ꝛ post alie ꝑfectiões.vt.s̃.exposui.

¶ Distinctio.xiiii.xv.xvi.

Trũ q̃libet persona diuia mittat quãlib3 personam et mittat. Titulus hic expositione minime indiget: quia ex se clarus est.

In ista q̃stiõe videt esse opi. Magistri:q̃ stat in vno.s.ꝙ mitti siue missione inuisibili siue visibili competit tñ ꝑsonis ꝓductis: mittere ṽo tribꝰ ꝑsonis. S3 doc.vult ꝓbare hic ꝙ sicut mitti tñ ꝯpetit ꝑsonis ꝓductis:ita ꝛ mittere tñ ꝯpetit ꝑsonis ꝓducentibꝰ:ꝛ argumẽta vident clara. Et qñ dr in vltimo mittere ꝛ mitti vident dicere relatiões oppositas:sicut ꝓducere et ꝓduci.si ergo mittere non includit ꝓducere. ergo nec correlatiuum includit correlatiuũ.i.g̃ nec mitti quod est correlatiuum ad mittere includit ꝓduci qd ē correlatiuum ad producere.

Opini. Mgri.

Videtaliter posse dici. Hec opi. consistit in isto ꝙ sicut mitti tñ ꝯpetit personis ꝓductis:ita et mittere competit personis ꝓducentibus: et sic solus p̃r mittit filium: p̃r ṽo ꝛ filius spm̃ sctm̃. Et vltra dr ꝙ mittere ꝑsonam est oꝑari per eam:ꝛ ita operari effectum cum illa persona per modum auctoris dantis illi ꝑsone actionẽ.i.ꝙ qñ pat mittit filiũ:tunc ꝑ ipsu3 filium oꝑat aliquẽ effectũ:puta incarnationẽ:ꝛ cũ ipo filio ipam oꝑatur :tñ pater auctoritatiue ꝛ filius subauctoritatiue:quia h3 a patre vt efficiat illam incarnationẽ:ꝛ sic de aliis missionibꝰ. Et si dicatur:nonne spũs sanctus misit filium? ¶ Rñdet ꝙ non:s3 tñ christum incarnatum:non aũt ṽbũ incarnandum.i.non efficit cum filio incarnationem quasi auctoritatiue. ¶ Si dicatur :ergo operationes ad extra non sunt cõmunes tribus. ¶ Respõdet ꝙ oẽ opꝰ ad extra est cõe tribꝰ :et ita spũs sanctꝰ efficit incarnationem filii sicut p̃r ꝛ filius:sed tamẽ spũs sctũs non misit illũ incarnandũ:q2 mittere ꝑsonam: ē vltra efficere aliquid cum illa ꝑsona auctoritatem hr̃e.i.ꝙ ꝑsona mittens oꝑetur auctoritatiue cum ꝑsona missa:ꝛ missa subauctoritatiue.quia hoc est qñ h3 virtutẽ oꝑãdi a ꝑsona:ꝛ sic licet spũs sanctus effecerit incarnationẽ filii simul cum filio:quia non tñ dedit hanc ṽtute3 filio: ideo nõ misit illum :ꝛ hoc est qd dr in rñsione argumenti Magistri:ꝛ hec opi.est satis probabilis.

Licet aũt hec via. Hic doct. ꝓpter ṽba Augusti. declinat ad opi. Magistri.s.ꝙ mittere sit cõe tribus et mitti tñ competat ꝓductis:ꝛ hãc positionem declarat et dr aliqua. Primu3:ꝙ mittere aliquã personam alicui est manifestare illi talem personam procedere vel ꝓduci.i.qñ p̃r filius et spũsctũs mittunt filiũ alicui:nihil aliud est nisi ꝙ reuelant vel manifestant ip3 filium ꝓduci a p̃re vel esse a p̃re. Silr qñ tres ꝑsone mittunt spm̃ sctm̃ alicui :nihil aliud est nisi reuelare illi spm̃ sanctũ procedere a patre et filio: ita ꝙ mittere tantum significat ipam manifestationem actiuã:et non cõnotat ꝑsonam ꝓducentem:quia tunc sola persona ꝓducens mitteret. Secundũ dictum :personam mitti significat ipam manifestari et ꝯnotat ipm̃ produci ab alio:ita ꝙ de rõne mitti passiue duo sunt ꝛc. Et hoc ē quod dr Doct.ꝙ mittere est mere essentiale.i.cõmune tribus:nec ꝯnotat respectum realem eternum in mittente.i.ꝙ non ꝯnotat in mittente relationem realẽ ꝓducentis ad ꝓductũ:sed mitti vltra significatũ qd est manifestari: ꝯnotat respectum supnaturalem in persona missa.s.relationem realem producti ad ꝑsonã ꝓducẽtem. Tertiũ ibi. Et posset quidem aliud ṽbũ imponi.i.ꝙ posset poni aliqd ṽbũ quod tñ significaret missionem actiue.i.manifestationẽ:nõ connotando relationem realem ꝛc.ꝛ missionem passiuam cõnotando relationem realem:vt.s̃.sed q2 indigemꝰ vocabulis et verbis:ideo oportet vti sicut possumus.

Ad argumẽta p̃ncipalia. Ad primum dico.ꝛc. Clara est rñsio ex superiꝰ dictis: quia mitti significat respectum rõnis formaliter admittentẽ quod est manifestari ad manifestantem:sed ꝯnotat respectũ eternũ.s.relationem realẽ(vt dixi)non admittẽtem q2 mittens.i.ꝙ persona missa non dicit relationem realẽ:puta ꝓducti ad mittentẽ inquãtum mittens:q2 tũc cũ tres ꝑsone mittãt: diceret relationẽ realẽ ad seipsam vt mittentem:qd est falsum:sed ꝯnotat relationẽ realem ꝓducti ad aliquã ꝑsonã ꝓducentẽ inq̃tũ ꝓducẽs nõ inq̃tũ mittens. ¶ Ibi. Ad scdm cõcedo. Hic Doc.vult ꝙ mittere ꝛ mitti significẽt simplr idem:q2 mittere sig̃t missionem actiuam siue manifestationem:et mitti significat missione3 passiuã siue manifestationẽ:sed non vult doct. ꝙ si passiuum vltra p̃ncipale significatum connotat aliquid:ꝙ actiuũ connotet correlatiuum connotati a passiuo:quia mittere tñ significat missionem non connotãdo relationem realem ꝓducentis ad ipm̃ ꝓductũ:mitti vero sig̃t missionem passiuam connotãdo relationem realẽ producti ad personam producentem.

¶ Distin.xvii.q.secun.primi.

Res q̃stiões mouet Doc. in p̃nti dist. quaꝝ prima est. An necesse sit ponere charitatem formalr inherẽtẽ nature btificabili. Scda.an sit necesse in habitu ponere rõnẽ principii actiui respectu actꝰ. Tertia ē de mõ augmẽti charitatis.ꝛ doc. p̃mo rñdet ad scdam ꝛ p̃mo ponit opi. Hen.q̃ stat ĩ duobus dictis. Primũ:ꝙ hitꝰ nãlis.i.nãlr acq̃sitꝰ ex freq̃ntatis actibꝰ sic se habet ad potentiam cuius ē ꝙ ipsa potentia est principium effectiuum actus sequentis habitum:sed habitꝰ est causa expeditionis illius actus. Exemplum. Voluntas q̃ de se est indeterminata ad actus tẽperantie: iusticie:et hmõi:causat immediate actum temperantie vel iusticie:ita ꝙ talis actus tñ ē a voluntate vt a totali causa. Sed ꝙ expedite et faciliter eliciatur a voluntate hoc habet ab habitu. Et hoc forte non ē improbabile. Ideo doc.ꝯ hoc non arguit.et sm̃ hoc dz intelligi ṽtus q̃ habentẽ ꝑficit formaliter:ꝛ opus eius bonum reddit.i.ꝓmptũ ꝛ expeditũ. ¶ Secũdũ dictũ est de habitu supnaturali puta charitate. Vult.n. Hen.ꝙ voluntas nullo mõ se habeat effectiue ad actũ meritoriũ puta ad dilectionẽ dei vel ꝓximi meritoriã:sed sola charitas sit p̃ncipiũ effectiuum actꝰ meritorii.et sic de habitu supernaturali intelligit illa diffinitio ṽtutis p̃mo celi tex.cõ.116.vbi sic ait. Dicamꝰ g̃ ꝙ diffinitio potentie est vltimũ potentie rei.et ibi Cõmẽ. Manifestum est aũt ꝙ potentia non est diffiniẽda nisi ꝑ vltimum actionis.ꝛ cum ita sit manifestũ est ꝙ potentie reꝝ non terminant nisi ꝑ suos fines:et per eos distiguit quelibet potentiaꝝ rerũ habẽtiũ potẽtias diuersas. Verbi gratia:vt cũ voluerimus diffinire potentia3 illius quod potest mouere per centũ leuchas: non dicemus ꝙ habeat potentiam mouendi per minꝰ q̃3 per centum. Potentia igitur non diffinitur nisi per finẽ sui actus nõ per illud quod ē añ finẽ. Hec commẽ.et sic cõiter allegatur ꝙ ṽtus ē vltimũ de potentia.et sic charitas dicitur talis ṽtus.i.ꝙ est virtus supernaturalis agens secundum vltimum potentie.

Opini. Hen.quolib.4.q.x.

Cōtra istam opi. Hic Doc. arguit ꝯ secūdū dictum. Et primo sic: quia tunc sequeret ꝙ charitas esset simplr̄ potentia: pꝫ qꝛ illud est potentia quo quis pōt simplr̄ opari. ergo si charitas est totale principium actꝰ meritorii: erit quo voluntas pōt simplr̄ mereri: ⁊ sic charitas diceṙ potētia merēdi: et non voluntas: qđ ē falsuꝫ. Sicut dicimꝰ ꝙ calor in igne est simpliciter potentia calefaciendi: qꝛ est id quo ignis simpliciter calefacit. ¶ Scđo arguit ibi. Preṫea ex hoc sequiṙ vlterius ꝙ non plus erit voluntas bona si opetur ꝑ habituꝫ charitatis: ꝙ̄ lignum ꝑficitur in agēdo si agit ꝑ calorem sibi accidentaliṙ inherētē ⁊c. Immo plus seq̄tur ꝙ sicut calor si esset seꝑatus eq̄ calefaceret: ita ⁊ charitas si esset seꝑata eq̄ meritorie ageret. Propter istas
Actꝰ meritorius pōt duplr̄ accipi. tamē rationes Doc. est notandum ꝙ actus meritoriꝰ potest duplr̄ accipi. Primo pro substantia actus. Secūdo pro acceptatione passiua que est quedam relatio rōnis: vt. ī. patebit. Exemplum. dilectio dei super oīa: potest accipi vt tm̄ includit illam entitatem absolutam que est dilectio: vel vt vltra includit acceptationem passiuam q̄ a voluntate diuina acceptatur vt condigna vita eterna. Si Hen. intelligit ꝙ sola charitas est principium actus meritorii tam quo ad substātiam actus ꝙ̄ quo ad acceptationem illam: argumenta Doc. concludunt ꝯ ipꝫ. Si vero intelligit ꝙ sola charitas est pꝛīcipiuꝫ illiꝰ acceptionis passiue: pꝛīcipium dico totale: ⁊ si hoc sit falsuꝫ. vt infra patebit. tamen hec argumenta non concludunt contra Hen. quia talis acceptatio passiua est tm̄ a voluntate diuina: que determinauit actum procedentem a charitate acceptare ad vitam eternam. Sed qꝛ Hen. intendit de actu meritorio etiam quantum ad substantiam ꝙ sit a sola charitate. ideo argumenta Doc. concludunt contra ipm̄. Et ꝙ sic intelligat patet per tertiam rationem quā doc. facit ꝯ Hen. ¶ Ibi. Preṫea. operatio non elicitur libere cuius principiū actiuuꝫ est mere nāle et agens ꝑ modum nature: sꝫ hītus cum non sit formalr̄ volūtas: nec ꝑ ꝯñs formalr̄ liber: si ē principiū actiuū erit mere naturale. ergo opatio eius nō erit libera: ⁊ ita nulluꝫ velle erit liberꝫ: si eliciaṙ ab habitu vt a totali principio actiuo.
¶ Quarta rō est ibi. Preterea. Tunc homo habens semel charitatē nunꝙ̄ posset peccare mortaliter. Quia habens formā aliquam actiuā sibi predominantē: nunꝙ̄ potest moueri ꝯ inclinationem forme ꝑdominantis. i. totiꝰ actionis producentis: sed charitas si est principium actiuum totale ꝑdominaṙ ipsi voluntati que non potest in actum illum: ergo voluntas semꝑ sequiṙ inclinationem charitatis in agendo: et ita nunꝙ̄ peccabit. Quinto ⁊ vlti. arguit ibi. Preterea actꝰ nō est meus q̄ nō est in ptāte mea: quia ipse si est actiuus non erit liber sed principiuꝫ naturale. ergo illud diligere non erit meum: nec potero dici agere ista opatione: ⁊ ita actiones meritorie nō sūt voluntatis nec suppositi volētis: qđ est inconueniens.

Opii. Goffre. **Alia via.** Hic poniṙ opi. Gof. quolib. ix. q. iiii. Et hec opi. ꝯsistit ī duobus dictis. Primū ꝙ potētia est cā tā actꝰ nālis ꝙ̄ meritorii: et hoc quo ad substātiam actꝰ. Exēplū. Supponēdo ꝙ actus pōt ꝯsiderari duplr̄. Uno mō q ad essentiā ⁊ substātiā ipsiꝰ: vt hec dilectio tm̄ includit essentiā dilectionis ⁊ hecheitatē cū actuali existentia. Alio modo quo ad itentionē: sicvt ipsa eadē dilectio vltra essentiā ⁊ hecheitatē includat aliquā intentionē q̄ dicatur intensa vt duo vel tria. Dicit ergo ista opi. ꝙ voluntas bñ est cā dilectionis. Primo mō. s. q ad substantiā dilectionis. Sed non scđo modo. s. quo ad intentionem ipsiꝰ. Scđm dictum est: ꝙ hītus siue nālis siue supnaturalis est tm̄ cā intensionis actus ⁊ non substantie actus: ⁊ hanc opi. improbat Doc. qꝛ non vṙ possibile ꝙ vna causa sit cā alicuius actus quo ad substātiā: ⁊ non sit cā quo ad intentionē: ⁊ hoc ꝓbat. ¶ Ibi. Contra istud arguo sic. Et rō stat in hoc: quia nō est possibile recipere naturam ab aliquo ⁊ hanc signataꝫ quin recipiat eam in certo gradu: vt ꝙ a calore sit hec natura calliditatis: et non sit in aliquo gradu perfectionali. hoc pꝫ qꝛ intentio formaliter est gradus intrinsecus ipsius. Dicere eīm aliquā causam puta. a. causare hanc albedinem actu existentem: et aliam causam causare intentionē ipsiꝰ: est dicere repugnantiā: quia quicunq̄ gradus intētiōis de necessitate includitur in aliquo indiuiduo: ita ꝙ non potest causari vnus gradus intentionis albedinis ab aliq̄ causa quin ab eadē causetur albedo cuiꝰ ē talis gradus. Gradus. n. intrinsecus non distinguitur formaliter nec realiter ab eo cuius est gradus. vt. s. exposui. in distin. 8. q. 2. in rñsione ad primum argumentum principale.
¶ Ibi. Iuxta hoc quasi ex eodē medio. Hec lr̄a ifra declaranda est: ⁊. s. declarata est in simili. dist. 3. q. penulti.
¶ Ibi. Preṫea scđo. Per hāc rōnē reducit ad hoc icōueniens: ꝙ volūtas habituata ꝓducēs actum scđm substātiā semꝑ ꝓduceret illū intēsissime: pꝫ qꝛ ex quo habitus agit scđm vltimū potētie ⁊ est cā intēsionis actus: sequiṙ ꝙ dat illi actui tātā intēsionē quātā pōt dare: et ita voluntas quātūcunq̄ ex modico conatu opeṙ: semper esset actꝰ eiꝰ eq̄ intēsus. Cuius oppositū experimur. ¶ Ibi. ¶ Preṫea si habitus det intēsionē actui. Ista rō stat ī hoc: quia certū est ꝙ hītus ille qui dat intēsionē actui cū non sit infinitus: dat intensionē ī certo gradu: puta si ipse habitus est perfectus vt quattuor: tunc voluntas habituata tali habitu cābit actum intēsum vt quattuor: ita ꝙ substātia actus erit a voluntate: et tota intensio ab habitu: modo fiat volūtas perfectior que dicatur ꝑfecta vt quinq̄: ita ꝙ excedat in perfectione aliā voluntatem sic habituatam: certum est ꝙ talis voluntas poterit producere actum perfectum sine habitu sicut voluntas illa habituata: ⁊ sic intensio actus poterit esse a sola voluntate vt pꝫ. ¶ Ibi. Preterea sola voluntas infinita circūscripta oī rōne habitus pōt habere actum infinitum. Ut pꝫ de intellectu diuino qui hꝫ intellectionem formalr̄ infinitam: ⁊ silr̄ voluntas hꝫ amorem formaliter infinitū cuius est principiū: vt. s. patuit. di. ii. q. i. et spālir de volūtate. di. x. Ergo voluntas in quocunq̄ gradu nāe pōt ī actū determinati gradus vt voluntas perfectior in actū perfectiorem: ⁊ imperfectior in actum minus perfectuꝫ: et patet ista consequentia: quia sicut summuꝫ ad summū ita simpliciter ad simpliciter ⁊c.

Tertio modo attribuendo habitui aliquo mō rōnem principii actiui ⁊c. Doc. vult hic ꝙ habitus concurrat actiue vt causa partialis ad actum: et hanc opi. tꝫ ꝙ̄uis ita expresse non dicat: tm̄ vt. ī. patebit. ad hoc declinare vṙ: ⁊ hoc idem tenere vṙ ī iii. di. 37. q. vnica in rñsione ad argumenta principalia. Opinio Scoti
Et in hac littera videtur tenere ꝙ habitus et potentia sint due cause partiales respectu actus eo mō quo dictū est de intellectu et obiecto: sic intelligēdo ꝙ volūtas habituata nata est habere perfectiorē actū ꝙ̄ non habituata agēs equali conatu: ergo habitꝰ est partialis causa respectu actus perfecti: qui vt sic non posset esse a potētia non habituata. Et in hoc iste due cāe differunt ab itellectu et obiecto: qꝛ intellectus et obiectū sic sunt cause ꝑtiales necessarie respectu intellectionis ꝙ est impossibile vnā sine altera ꝓducere etiam minimā intellectionē talis obiecti. Et ideo intellectio quātū ad suū esse ēt iperfectissimum necessario dependet ab intellectu ⁊ obiecto: vt. s. patuit. di. iii. q. 7. et. 8. Hic aūt actus et si necessario dependeat ab habitu: saltem quātū ad aliquē gradū perfectionalem: in quem sola potentia non posset: tamē actus absolute consideratus: non necessario depēdet ab habitu: vt pꝫ de actibus precedētibus habituꝫ. ¶ Ibi. Sed tunc est dubitatio cum illa duo non sint cāe eiusdeꝫ ordinis vel rōnis sicut duo trahentes nauē qđ eorū habeat rōnē prioris. ¶ Arguit doct. pro vtraq̄ parte: ⁊ primo ꝓbat ꝙ habitus sit prior causa siue pꝛīcipalior: qꝛ determinat et inclinat potentiam ad actum et non ecōuerso. ¶ Deinde arguit ibi. Sꝫ oppositum huius vṙ primū. Hic probat ꝙ potentia sit principalior causa actꝰ ⁊ hoc tenet et probat multis rōnibus vt patet in littera. Primo: quia potentia vtitur habitu et non econuerso. ergo. Scđo: quia potentia est illimitatior ad agendū eo ꝙ ad plura se extendit. Tertio: quia si habitus esset principalior causa: cū agat per modum nature: moueret volūtatem per modum nature: quia potētia eo modo agit quo mouetur: et sic oīs potentia habituata esset naturalis et nullo mō libera. Quarto: qꝛ tūc habitus esset potentia: quia esset illud quo primo hñs potest opari. Quinto: qꝛ potentia est causa habitus non econtra. ergo est cā superior. ¶ Ibi. ꝯcedo igitur ꝓpter istas rationes ꝙ tenēdo habitum esse causam partialem respectu actꝰ erit causa scđa non prima. Sed ipsa potentia erit causa prima ⁊ absolute non indiget habitu ad operandum: minus tm̄ ꝑfecte operabitur sine habitu ꝙ̄ cum habitu. et hoc posito equali conatu ex parte potentie: et littera pꝫ. ¶ Ibi cōtra istaꝫ opi. arguo sic. Hic doc. arguit quattuor mediis probando ꝙ habitus non sit causa actus. ¶ Primo sic: nulla disticta spē sunt equiuoce cause sibinuicē agētes. Sed habitus et actus distinguṅṫ spē et actus est necessa

rio cā equiuoca hitꝰ:ergo habitꝰ nō erit cā similis actus.
Pro intelligentia huiꝰ lr̄e est notandū ꝙ qñ dicit doc. ꝙ
cāe equiuoce non sunt sibiīuicē cāe:non dꝫ sic intelligi ꝙ
si.a.est cā equoca respectu.b.ꝙ.b.sit cā equiuoca respectu
a.quia ibi nulla est difficultas:qꝛ talis circulus in cāis es=
sentialiter ordinatis ē impoīis.Sꝫ sic dꝫ intelligi ꝙ qñvnū
indiuiduum alicuius spēi est causa equiuoca indiuidui al
terius spēi:nullum indiuiduū alteriꝰ spēi poterit esse cau=
sa equiuoca alicuius indiuidui contenti sub spē:cuius ali=
ud indiuiduum ponitur causa. Exemplum. Sol est causa
equiuoca vermis:certū est ꝙ nullus vermis erit causa so
lis:⁊ rō est.qꝛ si vnum indiuiduum alicuius spēi ex sua rō
ne formali sit cā equoca indiuidui alterius spēi : sequitur
ipm ex sua rōne formali esse ꝑfectus illo ⁊ q̄libet indiui=
duo illius spēi:⁊ sic nullum indiuiduum spēi impꝑfectioris
poterit eē causa equiuoca indiuidui spēi perfectioris.Si=
cut em̄ aliqua spēs est essentialiter ꝑfectior alia:ita quod
libet indiuiduū spēi perfectioris erit essentialiter ꝑfectius
quolibet indiuiduo spēi impꝑfectioris:vt patet a Doc.Cuꝫ
ergo actus precedēs habitum sit cā equiuoca habitus:se=
quitur ꝙ habitus non erit cā equiuoca actus seq̄ntis habi
tum:qꝛ tam actus p̄cedētes habitū q̄ sequentes sunt eius
dē spēi.Scd̄o arguit ibi.Preterea:comparando ad eam=
dem cām primam duos effectus ⁊c.Declaro hanc lr̄am sic
Comparādo effectus diuersarum spērum ad cādem cāꝫ:
vr̄ ꝙ effectus vnius spēi hēat determinatum ordinem ad
cām.s.mediatam vel immediatam priorem vel posteriorē
idest si.a.⁊.b.sunt effectus.c.spē differentes inter se:tunc
a.aut īmediate causabitur.a.c.⁊ sic quolibet eiusdē spēi.
Cum ergo potētia sit causa actus ⁊ habitus:sequit̄ ꝙ ex
quo aliq̄s actꝰ ē imediate a potētia ꝙ ēt q̄libꝫ eiusdē spēi
⁊ sic habitus non erit cā actus.¶Tertio arguit ibi. Pre=
terea si habitꝰ sit causa partialis actus ⁊ equiuoca ⁊c.
Hec ratio stat in hoc.ꝙ ex quo actus precedēs habituꝫ est
causa equiuoca habitꝰ:⁊ habitus est causa equiuoca actꝰ
sequentis:sequitur ꝙ actus precedens sit perfectior ha=
bitu ⁊ actu sequente:qꝛ qd̄ est cā cāe est nobilius causa ⁊
causato.ergo vr̄ ꝙ volūtas mediante actu p̄cedente possit
esse causa actus ꝑfecti sequentis habitū:qd̄ est inconue=
niens:qꝛ tūc daretur duo actus perfecti simul in volunta=
te:⁊ si duo perfecti.ergo ⁊ infiniti possent dari:quod est in
cōueniens.pꝫ consequentia in simili de duabus itellectio=
nibꝰ eq̄ ꝑfectis.vt supra exposui.d.2 q.1.Et p̄cipue ē in=
cōueniens ponere duos actus ꝑfectos in eadē potētia res=
pectu eiusdē obiecti.Nec etiā vr̄ ꝙ actus p̄cedens sit ꝑ=
tialiter causatiuus alterius actus:⁊ tm̄ si habitus ponere=
tur cā ꝑtialis actus seq̄ntis:sequeret̄ ꝙ actus p̄cedēs cuꝫ
sit cā habitus : esset ꝑtialis cā actus sequentis:qꝛ qd̄ est
cā cāe est cā cāti.¶Quarto arguit ibi.Preterea si habitꝰ
sit causa secūda supplendo aliquēꝫ graduꝫ causalitatis q̄
deest potentie:posset igitur fieri habitus ita perfecꝰ ꝙ sup
pleret vicem totius potentie ⁊c.¶Ibi.Preterea si tenere
tur ⁊c.Hic ꝓbat Doc.ꝙ tenendo ꝙ in itensione forme:for=
ma p̄existens corrūpatur:eēt necesse ponere habitum non
esse cām actus: qꝛ corrumpitur illo actu quo intenditur.
Sed de hoc patebit in.3.q.p̄sentis.d.An in intensiōe ⁊ re
missione totum preexistens corrumpatur.

Qui vellet tenere ɔclusionem istaruꝫ rōnū posset
negare ab habitu oēm rōnem principiȳ
actiui ⁊c.Hic doc.docet modum quo teneri posset habituꝫ
concurrere ad actum non tm̄ esse ꝑtialem cām actus:sed ꝙ
tm̄ ponatur vt inclinans potentiā ad operandum. Et licet
ista lr̄a sit satis clara:tm̄ aliq̄ dicta ibi declaro. ¶Ibi. Si=
cut grauitas est actus prior determinās et inclinans ad de
terminatum vbi:lꝫ secundum aliquos grauitas non sit p̄n
cipium respectu esse in illo vbi:⁊ illd̄ vr̄ probabile ⁊c.Hoc
qd̄ dicit illud vr̄ ꝓbabile dꝫ referri ad habitū non ad gra=
uitatem.i.ꝙ probabile vr̄ habitum non esse partialē cām
actus:sed tm̄ esse quādā qualitatem inclinanteꝫ potētiam
ad actū vt patebit.infra.Et ꝙ nō debeat referri ad graui=
tateꝫ pꝫ:qꝛ tunc statim sibi ɔdiceret:cum expsse ꝓbet gra
uitateꝫ esse cām motus ⁊ quietis corporis grauis: vt pꝫ in
2.d.2.q.10.¶Ibi.Assūptum pꝫ:qꝛ ille quattuor ɔditiōes
que habitui attribuuntur ⁊c.Hic probat qualiter non ap=
paret necessitas ponendi habitum esse ꝑtialem cām actus
Et si diceretur ꝙ iō habitus est actiuus:qꝛ est quo hn̄s fa
ciliter ⁊ delectabiliter ꝓmpte ⁊ expedite operatur. Dicit
doc.ꝙ iste quattuor ɔditiones saluātur in habitu ꝑꝑ solā
inclinationeꝫ habitus quā tribuit potentie vt receptiua est
operationis:qꝛ inclinat ipsam potentiam ad recipiendum
ipsam opationem prompte et expedite.Naꝫ delectatio est
propter conditionem recipientis cui conuenit operatio re=
cepta ⁊ obiectū circa qd̄ est opatio:nunq̄ enim delectatio
est in factione q̄ p̄cise est factio:nō em̄ volūtas precise dele
ctatur in eo ꝙ elicit actum circa obiectum delectabile: sed
in eo ꝙ recipit illum in se:et patet littera.

Ad argumenta que facta sunt ɔ scd̄am viam
ponenteꝫ habitum esse p̄ncipi
um actiuū intēsiōis in actu:vn̄r esse ɔ istaꝫ viaꝫ ꝓ tāto qꝛ
ista pōit actū elicitū ab habitu ⁊ potentia agente cum equa
lis cōatu esse intensiorem q̄ elicitum a potentia sola: ⁊ pꝫ
lr̄a. Quō illa argumenta facta ibi non concludunt contra
viam ponentem habitum esse causam.

Ad argumenta quefacta sunt ɔ tertiam opi.
que est quarta in ordine: que
opi.dicit ꝙ habitus est partialis cā actus.Ad primum di=
cit ꝙ duo distinctarū spērū p̄nt esse sibi inuicem cause eq=
uoce ꝑtiales.i.ꝙ vnum indiuiduum alicuius spēi.puta.a.
pōt esse ꝑtialis cā indiuidui alterius spēi:puta.b. et.c. qd̄
est eiusdem spēi cum.b.potest esse ꝑtialis causa.d. qd̄ est
eiusdem spēi cum.a.⁊ pꝫ in exemplo:qꝛ volitio p̄cedēs ha
bituꝫ est ꝑtialis cā habitus qui est alterius spēi:et habitꝰ
est ꝑtialis causa actus seq̄ntis qui est eiusdem spēi cum
actu p̄cedentē.Et cum dicit ꝙ cā equiuoca est perfectior
effectu:et iō si indiuiduuꝫ eiusdem spēi est cā equoca idi
uidui alterius speciei:et ꝑ ɔn̄s quodlibet vniꝰ specie erit
perfectius quolibet alterius.Dicit doc.ꝙ ista propositio:
cā equiuoca est perfectior effectu:est vera de causa equi=
uoca totali:non aūt ꝑtiali.¶Ibi ad aliam probatiōeꝫ ⁊c.
Dicit doc.ꝙ duo effectus cōparati ad vnā cām cōem eorū
p̄nt hēre ordinem mutuū ad seinuicem in rōne cause ꝑtia
lis:ita ꝙ actus et habitus sunt partialiter causati a poten
tia: et tamen actus erit partialis causa habitus:et silr̄ ha
bitus erit partialis causa actus sequentis.Bene veruꝫ est
ꝙ aliqua duo vt spē distincta si comparantur ad causam
cōem si indiuiduum vnius spēi est totalis causa indiuidui
alterius spēi et prima spēs dicatur.a.secunda.b.sequitur
ꝙ aliud indiuiduuꝫ ipsius.b.non poterit esse totalis causa
alterius indiuidui ipsius.a.sed non sequitur de causis per
tialibus.Et quod dicit ibi. Sicut spēs intelligibilis et itel
ligere comparando ad intellectum agētem:et possibilem:
qꝛ respectu intellectionis partialis causa est spēs:et posset
poni intellectio esse aliqua cā spēi pro q̄to intendit eā.¶Et
ex hac littera expresse habetur a doc.ꝙ spēs intelligibilis
est partialis causa cognitionis abstratiue ɔ aliquos expo=
nentes doc.ꝙ tm̄ obiectum relucens in spē intelligibili sit
ꝑtialis cā intellectiōis abstractiue Sed hoc diffusius expo
sui supra.d.3.q.6.¶Ibi.Ad aliud pōt dici ꝙ non opꝫ oēꝫ
actū generatiuū habitus esse rōneꝫ agēdi q̄.Uult doc.ī ista
littera ꝙ q̄uis actꝰ p̄cedens habitū sit partialis rō forma=
lis agēdi habitum:⁊ habitꝰ sit ꝑtialis rō formalis agen=
di actum sequentem:nō tm̄ actus p̄cedens erit rō formalis
agēdi actum sequentem.Et ex hoc habetur quod habitꝰ ⁊
actꝰ precedens nō sunt cause essentialr̄ ordinate respectu
actus sequentis:qꝛ si sic:actus sequens non posset esse ab
habitu actu p̄cedēte non cōcurrēte:p̄nt ergo dici cause ac=
cidentaliter ordinate.Et qd̄ dicit:qd̄ est causa cause. Hoc
verum est de causis essentialiter ordinatis:q̄ sic se hn̄t qd̄
secūda agit in virtute prime :,⁊ scd̄a agente ad aliquem
effectū:pria necessario cōcurrit:vt supra expositū ē.d.2.q.1.
Sed nō sic se habent actus precedēs habitū ⁊ ipse habitꝰ
respectu actus sequentis.Et cum dicit ꝙ acus est princi=
pium quo remotum.Sic debet intelligi: ꝙ ex quo actus est
principium habitus:⁊ habitus est principiū immediatum
actus sequentis:sequitur ꝙ actus precedens sit principi=
um quo remotum actus sequentis:non ꝙ actus sequens
dependeat ab actu precedente in esse ⁊ ɔseruari. ¶Ibi.
Ad tertium dico.Dicit.doc.ꝙ si habitus intenderetur et
in īfinitum:nunq̄ posset supplere vicem potentie:qꝛ causa
litas potentie esset simplr̄ alterius rōnis a causalitate ha=
bitus:qꝛ ex rōne sui habitus est causa secunda qua scilicet
potentia potest vti:⁊ similiter patet hoc idem in simili.su=
pra.d.3.q.8.de obiecto ⁊ potentia.Uide ibi.¶Ibi.Ad vl=
timum.Illud suppositum negabitur:vꝫ.ꝙ ī intensione ⁊ re
missione totum existens corrumpatur vt patebit in mate
ria de augmento charitatis.

Cā equiuo
ca est perfe
ctior effectu
q̄uo intelli=
gitur.

Spēs intel
ligibilis et
non obiectū
relucēs est
causa intel
lectionis.

Hoc tenendo de actu quo ad substantiam actus siue quo ad gradum intrinsecum: restat vltrius querere de bonitate accidentali actꝰ qualis est bonitas moralis: et de habitu morali. Utrum habitus moralis inquantum virtus sit aliquo modo principium actiuum respectu bonitatis in actu: ⁊ arguit Doc. pro vtraq̄ parte: que argumēta postea exponētur respondēdo ad illa.

Quātū ad istum articulum. In ista littera sunt aliqua dicta. Primuz. ꝙ actus moralis vltra substantiam ⁊ intensionem actus includit aliquam relationem que est relatio conformitatis ad prudentiam. Exēplum. Uelle dare elemosinam cum omnibus circunstātijs requisitis ipsum velle q̄tum ad substantiam ⁊ intensionē ipsius dicit entitatem absolutā: sed inquantū elicit a volūtate cōformiter dictamini recto dictanti de omni circunstantia includit relationez conformitatis: que conformitas est rectitudo actus. Actus moralis quantum ad substantiam ⁊ intensionem ipsius causatur a voluntate ⁊ ab habitu: si est habituata. Sed rectitudo actus nullo modo est per se causata: cum sit quedam conformitas ad dictamen intellectus: et talis conformitas est relatio intrinsecus adueniens que de necessitate oritur positis extremis. Nam posita cognitione dictatiua actus puta abstinentie: et posito illo actu vt elicito a voluntate conformiter se habenti illi cognitioni: de necessitate ex parte actus oritur conformitas passiua: ⁊ ex parte cognitiōis dictantis oritur conformitas actiua. Secundum dictum est. ꝙ non est necesse actum moralem esse ab habitu morali: nec dictari ab habitu prudentie patet quia primum dictamen puta cognitio abstinentie cum omni circunstantia dictat voluntati vt eliciat primum actum sic conformem. Et sicut ex actibus moralibus puta abstinentie generatur in voluntate habitꝰ moralis abstinentie: sic ex pluribus dictaminibus puta pluribus cognitionibus dictantibus ad actum abstinentie cum omni circunstantia. generatur in intellectu vnus habitus qui dicitur prudentia. Similiter si cognosco q̄ actus iustitie est eligendus cum debitis circunstantijs: talis cognitio dictat voluntati vt eliciat actum iustitie conformiter cognitioni dictanti. Et sicut ex pluribus actibus iustitie generatur habitus iustitie in voluntate: sic ex pluribus cognitionibus dictatiuis siue regulatiuis ad actum iustitie generatur quidam habitus in intellectu qui dicitur prudentia alius a priori habitu prudentie. Et sicut exemplificaui de his duobus tamē itellectu q̄ in voluntate: ita potest exemplificari de oībus alijs. Tertium dictum est: ꝙ potest generari in aliq̄ voluntate habitus de genere bonorum quo ad substantiam et intensionem: qui tn̄ non erit: perfecte moralis: quia non conformis dictamini prudentie. Et si idem habitus postea conformetur dicetur moralis formaliter: ⁊ ex parte habitus nulla fit mutatio: sed tm̄modo habet nouum respectum ad prudentiam quem prius non habuit. Quartum dictum est. Et si dictamē intellectus possit dictare de aliquo actu eliciendo a voluntate cum omni circunstantia siue habitu prudentie: vt patet de dictamine precedente habitum prudētie ⁊ causatiuum eiusdem habitus: tn̄ habitus prudētie non potest immediate dictare ad actū moralem eliciendū nisi mediante dictamine actuali. idest nisi mediante cognitiōe actuali regulatiua ad huiusmodi actum ptialiter causata ab habitu prudentie secūdū tertiam viam que ponit habitum esse causam partialē actus vel causata a voluntate ⁊ obiecto habitu prudentie inclinante intellectuz ad huiusmodi cognitionē scd̄m q̄rtā viā: que ponit habitum tm̄ esse inclinatiuum potentie. Et hoc patet: quia prudentia habitualis non dictat immediate: sed inclinat intellectum ad eliciendum actum consimilez actibꝰ generatiuis ipsius prudētie. Quītuz dictū ē ꝙ si habitus moralis formaliter dicitur causatiuꝰ partialiť actus moralis hoc sic dz intelligi. ꝙ ille habitus quo ad substantiam et intensionem sit causatiuꝰ ipsius actus quo ad substantiam et intensionez: q2 vt sic talis habitus est qualitas absoluta: sed habitus sumptus pro conformitate passiua ad prudentiam non est causatiuꝰ actus sumpti pro conformitate ad prudentiaz: patet quia relatio non est causa nec absoluti nec alterius relationis. Potest tn̄ dici ipsum habitum primo modo sumptum esse causam ipsius conformitatis in actu ex hoc ꝙ est causa absoluti ī actu: scilicet substantie et intensionis actus ad quam de necessitate consequitur talis conformitas: sicut dicimus ꝙ Franciscus causando albedinem ad quaz consequitur similitudo ad aliaz albedinem: dicitur causa illius similitudinis. Sextum dictum est. qn̄ dicit doc. ꝙ habitus moralis dicitur causa secunda actus moralis et dictamen prudentie cā prima. Sic dz intelligi ꝙ habitꝰ moralis sūptus pro substantia (vt. s̄.) est causa actus sumpti pro substantia ⁊c. Et quantum ad hoc dictamen prudentie non dicitur causa: nisi forte teneatur opinio recitata in. ⁊. d. 25. ꝙ cognitio obiecti ē partialis causa volitionis. Sed tenendo ꝙ voluntas sit causa sui actus non concurrente actu intellectus: tunc posset dici ꝙ dictamen prudentie erit causa prima quo ad hoc: q2 habitus moralis causat illum actum vt conformem dictamini recto: ⁊ quia talis conformitas est principaliter a tali notitia sic dictante: cum sit regulatiua ⁊ conformatiua actus voluntatis: ideo dicimus dictamen esse causam primam. et hoc extendendo causam respectu illius quod vere non est causatum. sed quod sequitur de necessitate nature: posito alio causato vt. s̄. patuit. Et ex his pz snīa istiꝰ littere.

Tenendo tertiam viam que videtur plus attribuere habitui ⁊c. ¶ Hic declarat doc. quomodo habitus potest dici concurrere ad actum vt partialis causa. ⁊ ista littera non indiget expositione.

Ibi hanc viam tenendo ad argumenta principalia respondeo. ¶ Hic doc. respondet ad argumenta facta contra habitum ꝙ non sit causa actiua actus: que argumenta ponuntur quasi in principio secunde questionis. ¶ Ibi. Contra. Relatio non est principium actiuum nec aliq̄d essentialiter includens relationem ⁊ arguit sic. Nulla ratio est de genere actiuorum. Sed habitꝰ est relatio. vt pz. 7. phisicoruz tex. comē. 17. vbi ait. Aris. sic. Uirtus aut omnis ⁊ malitia ad aliquid sunt. Et parum infra. Quoniaz igitur virtutes et malitie sunt ad aliquid: hec autem neq̄ generationes sunt neq̄ ipsorum generatio est neq̄ omnino alterationes hec ille. ¶ Uult dicere ꝙ ex quo habitus est relatio nec est principium alterādi nec generandi: nec similiter terminus generationis vel alterationis. ¶ Respondet doc. ibi. Hanc viam tenendo: ad argumenta principalia respondeo. Ad primam: q̄uis dicatur habitum non esse formam absolutam propter illa verba philosophi. ¶ Ista responsio stat in hoc. ꝙ habitus est in prima specie qualitatis et per consequens entitas absoluta: posito tn̄ pp verba Aris. ꝙ habitus includat realiter relationem ad aliud. tamen illa relatio non est ratio formalis agendi ipsi habitui sumpto pro qualitate absoluta. Sed ipsa qualitas erit ratio formalis producendi actum: sicut etiam patet de creatura que realiter includit relationem ad deum eandem sibi: vt patet a doctor. in 2. d. 1. et tamen entitas absoluta creature erit ratio formalis agendi et non relatio. Sufficit enim ꝙ relatio formaliter distinguatur. Et quomodo possit stare idemptitas realis cum distinctione formali. supra patuit. d. 2. parte. 2. et. d. 8. q. penul. Et in secundo patebit. d. 1. et alibi. ¶ Secundo arguiť: ibi. Cōfirmať quia non minus requiritur entitas realis absoluta in principio motus q̄ in termino motus. Si ergo habitus caret entitate absoluta que sufficiat ad terminandum motum. vt patet per philosophum vbi supra: qui vult ꝙ habitus non sit terminus alicuius motus: q2 nec generationis nec alterationis ⁊c. ergo multo magis caret entitate absoluta que requiritur in principio actiuo. ¶ Respondet doc. Ibi. Ad confirmationem rationis. Doc. dat duas responsiones. Prima est ꝙ maior absolutio requiritur in termino motus q̄ in principio agendi: q2 nihil potest terminare motū quod habet relationez eandem sibi non sic de principio actiuo: ⁊ pz quia aliqua creatura que de necessitate includit relationem eandem sibi realiter, potest causare aliquid per motum: ⁊ tamen in tali causatione illud causatum non includit per idemptitatē realem aliquam relationem. Et hoc comparando ipsū causatum ad creaturam non autem ad primam causam: q2 vt sic de necessitate includit relationem eandem sibi ad causā primam ⁊ de hoc vide doc. in. 3. d. 11. q. 1. ¶ Aliqui tamen dicunt ꝙ ideo requiritur maior absolutio in termino motus: q2 terminus motus est partibiliter acquisibilis. Relatio autem que idemptificatur realiter alicui est indiuisibilis. ideo non potest idemptificari alicui diuisibili.

¶ Sed hoc patitur instantiam q2 similitudo potest intendi ad intensionem albi. Si dicatur ꝙ non idemptificatur realiter. adhuc remanet difficultas. q2 si deus partibiliter cau

faret charitatem certum est ꝙ talis caritas que est ter mi
nus motus dicit relationem ad ipsum deum mouentez ean
dem:sibi realiter. Secunda responsio est. ꝙ habitus di=
cit entitatem absolutam nec de necessitate includit relati
onez realr eandem sibi:licet doc.hic expresse non dicat. tñ
hoc patere pōt ex dictis doc.in quoli.questione.13.¶ Ibi.
Ad secunduz argumentū dico.Hec responsio pꝫ hic:⁊ cla
rius supra.d.3.q.7.respondendo ad questionem.Vide ibi.
¶ Ibi.Ad aliud dico ꝙ accidens bñ potest esse principiū
alicuius effectus receptibilis in suo subiecto:sicut species
intelligibilis est principium intellectionis recepte in intel
lectu possibili.¶ Ibi.Ad aliud de appetitu sensitiuo. No
ta in ista littera:ꝙ mens doc.est ꝙ appetitus sensitiuꝰ par
tialiter concurrat effectiue ad actum sentiēdi.⁊pꝫ littera.

Qui vult tenere quartam viam que est quin
ta in ordine:pōt respondere
ad rōnes principales adductas pro prima parte. ¶ Iste rō
nes ponuntur in principio secunde questionis quibus:pro
bat doc.ꝙ habitus concurrat actiue ad actum. Dicit ergo
ꝙ qui vult tenere quartaz viam:que dicit ꝙ habitus non
se habet actiue ad actum sed tantuz inclinatiue.vt patuit
in exponendo illam quartam viam. ¶ Ad argumentū pri
mum dicit doc.ꝙ potentia potest vti habitu vt inclinatiuo
ad operationem non aūt vt actiuo.¶ Ibi.Ad alias condi
tiones quattuor.Patet responsio hic ⁊ supra vbi exponit
illa quarta via.¶ Ibi.Ad aliud de inclinatione.Posset di=
ci ꝙ inclinat sicut formalr prior ad susceptionē forme po=
sterioris:sicut grauitas inclinat ad esse deorsum. hec lfa
clara est.¶ Ad aliud de scientia.Dico ꝙ scientia per quaz
anima reducitur de potentia ēntiali ad accidentalem est
species intelligibilis ipsius obiecti ⁊c.Hoc declaratum est
prolixe.supra.d.3.q.6.respondendo ad rōnes Hen. Vide
ibi.¶ Ibi.Per hoc apparet ad illud qđ adducitur de esse
quo.Dico ꝙ scientia stricte accipiendo pro habitu acquisi
to ex speculationibus non est proprie quo speculamus.id
est non est propria ratio formalis ꝓducendi partialiter ac=
tum speculandi sed species intelligibilis:quia illa est pri
cipium partiale producendi actum speculatiuum. ¶ Ibi.
Ad aliud dicitur ꝙ hītus intellectus practicus dici potest
qr inclinat ad praxim:non ꝙ illa praxis sit eius vt principiꝫ
actiui:sed quasi terminās inclinationem eius ⁊c.

Ad argumenta alia adducta pro quinta opi.
que est sexta in ordine:que vi
dentur ostendere ꝙ habitus moralis in quantum est vir=
tus est principium actiuum actus inquantum est moralis:
illa argumenta posita sunt in principio illius articuli qui
incipit.¶ Hoc tenendo de actu quo ad substantiam actus
siue quo ad gradum intrinsecum.Restat inquirere vlteri=
us de bonitate accidentali actus ⁊c.Prima rō que probat
ꝙ virtus moralis est principium actiuum actus moralis
fundatur super illud Aristo.2.ethi.c.5.ꝙ virtus est que
habentē pficit et opus eiꝰ reddit bonuz et non reddit bo=
num nisi in rōne principij actiui.Secundo Virtus est dis=
positio perfecti ad optimū ex.7.phi.tex.comē.17.¶ Ibi.
Preterea virtus est moderatrix passionum.¶ Vltimo ar
guitur ex dicto phi.2.ethi.ꝙ non habens iustitiā et si pos=
sit opari iusta:non tñ iuste.Bonitas autem moralis requi
rit operari iuste vel fortiter.¶ Ad oīa ista respondet doc.
vbi supra.Et licet ista littera sit satis clara ex superius di
ctis de bonitate morali: tñ aliqua dicta hic exponuntur.
Quod dicit de dictamine completo rōnis.vide supra.doc.
in prolo.q.vlti.respondendo ad rōnes pro opinione opposi
ta:que responsiōes ponuntur circa finez questionis.Dicta
mē enim completum est cognitio proprijssime practica:que
et qualis sit vide ibi.Et quod dicit ibi ꝙ recta electio pre
cedit habitum moralem:qr per ipsam electionem genera=
tur virtus moralis in primo gradu.Quomodo hoc sit veruz
vide expositionem quam feci super.q.vltimam prolo. que
est ibi.Exponendo tertiam viā.¶ Ibi.Intelligendum aūt
ꝙ illud quod generatur de virtute morali est quedam qua
litas de cuius rōne vt est absolute talis qualitas non est cō
formitas eius ad prudentiam.Posset enim eadem quali
tas generari ex actibus similibus elicitis sine prudentia:
immo cum rōne erronea si inesset.Hec littera potest pate=
re ex superius dictis.Sequitur.Sed ista qualitas que ge
neratur ex istis actibus secundum speciem nature vt habi
tus abstinendi generatus ex pluribus volitōibus abstinen
di.talis habitus siue qualitas non est virtus ex hoc ꝙ est
quedam qualitas absolute.Sed ad hoc necessario requi=
ritur conformitas eius ad prudentiam:vel saltem ad ali=
quod dictamen causatiuum prudentie.Sequitur.Vel qđ
est expressius ipsius coexistentia cum prudentia in eodem
operante id est ꝙ ad hoc ꝙ talis qualitas derelicta ex acti
bus dicatur actu moralis est necesse ꝙ coexistat pruden=
tie in eodem operante.id est ꝙ actu sit conformis pruden
tie.Et talis actus quantum est ex se semper est natus co=
existere prudentie.Sequitur. Sicut habitus abstinendi
generatus ex actibus factis ex ratione erronea semper
quantum est ex se natus est esse conformis prudentie:si tñ
talis habitus non sic generatus ex actibus excessiuis : qr
vt sic non esset natus esse conformis. Sequitur. Quando
igitur qualitas que nata est esse conformis prudentie que
coexistit cum ea:tunc non solum habet conformitatem ap
titudinalem sed actualem ad prudentiam: quia ad simi=
lia inclinat vterq; habitus et actus elicitus secundum in
clinationem istorum duorum habituum est bonus mora=
liter:qui si esset elicitus secundum inclinationem illius
solius qualitatis que est materialiter virtus moralis pru=
dentia non coexistente in eodem operante:nec inclināte ad
actum illum : non esset actus ille bonus moraliter. Et
infra.Tribuere quidem moralem bonitatem est tribuere
conformitatem ad rōnem rectam:⁊ hoc tribuit qualitas
illa non ex hoc ꝙ qualitas solum:sed quia in causando co
existit prudentie simul inclinanti.idest ꝙ illa qualitas que
dicitur habitus moralis.dicitur tribuere bonitatem mo=
ralez actui ex hoc solutio ꝙ in causando illum coexistit pru
dentie.quod nihil aliud est nisi conformiter elicere illum
prudentie.Et ex his concludit Doc.ꝙ virtus moralis in
quantum huiusmodi non habet causalitatem specialē res
pectu bonitatis moralis ī actu:sed tantum ex hoc ꝙ est vir
tus habet coexistentiā cum quadam alia cā eiusdem actus
non tamen sic intelligendo ꝙ habitus prudentie sit causa
actus moralis quantum ad substantiā ⁊ intensionem actꝰ
sed quantum ad hoc ꝙ est conformatiua actus. Et addit
Doctor ꝙ bonitas vt attribuitur prudentie sic inclinanti n̄
necessario cōuenit habitui prudētie nec soli:sed illi actui q̄
natus est esse actus prudentie q̄ est dictamen rectum : ⁊ si
illud dictamen rectum non inesset ⁊ prudētia inesset:secun
dum quam intellectus posset recte dictare : adhud actus
elicitus sine dictamine recto non esset perfecte bonus sup=
ple moraliter.

Ad illas igitur auctoritates adductas ꝓ quin
ta via que videnẗ sonare ꝙ vir
tus vnde virtus effectiue causat bonitatē actus pꝫ respon=
sio.¶ Ibi.Ad aliud de moderari.In ista littera doc. dicit
duo.Primum.ꝙ actus moralis non moderatur actiue pas
sionem quasi eam factam ab obiecto faciat esse minorem.
Obiectum enim delectabile presens naturaliter mouet se
cundum vltimum sui.Vult dicere ꝙ habitus quando obie
ctum delectabile est presens potentie:⁊ qr obiectum dele=
ctabile agens secundum vltimum potentie sue causando
passionem puta delectationem:non moderatur illam faciē
do illam minorem:qr hoc non videtur possibile via naturali
Sed ex hoc dicitur moderari qr facit obiectum delectabi=
le esse minus conueniens.qr habitus ille vel effectiue cau=
sat actum contrarium delectationi vel inclinat potentiam
ad illum.Et hoc patet per exemplum in homine habitua=
to habitu honestatis ⁊ castitatis: qr ꝙuis presentetur sibi
obiectum valde delectabile:tñ quia ille habitus īclinat ma
gis ad oppositum:ideo facit illud obiectum esse minus cō
ueniens.Secundum dictum est ꝙ habitus moderatur pas
sionem non iam factam sed fiendam : pro quanto inclinat
potentiam (⁊ hoc cum prudentia coexistente) vt fugiat im
moderate delectabilia.

Ad primam questionem. dicitur eē opi
nio magistri
ꝙ solus spiritus sanctus inexistens sine aliquo habitu me
dio informante voluntatem:mouet ipsam ad actum meri=
torium aliter ꝙ moueat animam ad credere et sperare: qr
ad credere et sperare mouet mediantibus habitibus fidei
et spei:et ita dicitur negasse omnem charitatem creatam
Et hoc probatur multis rationibus.

Contra istam conclusionem siue sit
ſm in=
tentionem magistri siue non. Hic doctor intendit probare
necessitatem charitatis create:et quia tangit vnam viam

de iustificatione peccatoris: premitto vnum dictū a doc. in 4. d. 1. q. 6. qui sic dicit. Item distin. 17. primi libri. probatum est charitatem esse in animam p mutationem illam q̄ fit in iustificatione peccatoris. Si autem peccator posset iustificari seu reconciliari deo sine mutatione eius: illa media non concluderent. ergo dicendo consequenter his que dicta sunt ibi: necesse est ponere ꝙ peccator non possit reconciliari deo sine mutatione ad formam absolutam. ⁊ illa repugnabit termino a quo: ⁊ per consequens erit gratia. ¶ Respondet doc. ad hoc argumentum dicens. ꝙ in iustificatione peccatoris est vna mutatio priuatiua: qua de inimico fit non inimicus. Est etiam positiua qua de indigno vita eterna fit dignus vita eterna et de non potente meritorie agere fit potens meritorie agere. Licet ex prima mutatione non possit concludi aliqua forma noua in iustificatione: tamen ex secunda potest: et sic argutum est ibi distin. 17. primi. Non enim est vere dignus de nouo vita eterna neq̄ nunc de nouo potest meritorie agere: nisi aliquam formam nouam habeat qua sit dignus et qua possit agere. hec ille. Et ex ista littera patet ꝙ hic doc. non intendit probare absolute peccatum non posset deleri sine infusione gratie Et anteq̄ adducam exponam argumenta doc. premittendo aliqua. Primum. ꝙ deus de potentia absoluta potest saluare hominem sine infusione cuiuscunq̄ gratie ⁊ acceptare actum hominis vt dignum vita eterna sine infusione gratie. vt patet a doctore infra presenti distin. Et ꝙ possit delere omnem culpam sine infusione gratie. patere potest ex dictis doc. sparsim in diuersis locis: vt in quarto. d. 1. q. 1. ⁊ 6. ⁊ d. 14. ⁊ 16. q. 2. ⁊ in scdo. Secūdū premittendum est ꝙ iste rationes non concludunt absolute ad hoc vt homo sit dignus vita eterna gratiam requiri de necessitate absoluta: quia tunc deus non posset aliter acceptare hominem vt dignum vita eterna. Cuius oppositū expresse tenet in presenti distin. Tertium. ꝙ concludimus grām formaliter inherere homini tm̄ ex aliquibus dictis scripture sacre: et ex dictis sanctorum. Quartum. ꝙ nec in testō veteri nec nouo expresse habemus deū ordinasse hominem ad vitam eternam mediante gratia vel charitate vt habitu supernaturaliter infuso. ⁊ formalr̄ inherēte aie. quo ipsa anima dicatur digna vita eterna: et quo actus eius dicatur meritorius vita eterna: quia hec omnia saluari possunt ex sola voluntate diuina sic vel sic acceptante: vel ex spiritu sancto sic vel sic assistente: puta acceptando animam ⁊ operationes eius. Et lʒ hoc sit cōe toti trinitati: tñ dicitur appropriari spiritui sancto. qui procedit a patre et filio vt charitas et amor. Quintum est ꝙ stante diuina ordīatione elicitiue declarata ex aliqubus dictis scripture sacre possimus dicere charitatem esse necessariam. Et si aliquę rōnes ad probandum huiusmodi necessitatē probabiles inueniantur: inter omnes iste posite a doctore videntur probabiliores et persuasibiliores: quas vt intelligantur clare singilatim pertracto.

Ex prima via arguitur sic. Peccator ante penitentiam iniustus est post penitentiam est iustus. Et parum infra. Ex hoc arguitur. Iniustitia cum sit formaliter priuatio. ¶ Pro intellignitia huius rationis suppono aliqua. Primo ꝙ non loquitur hic doc. de iustitia q̄ est virtus moralis de qua Aristo. 5. ethico. que diuiditur in punitiuam ⁊ premiatiuam de quibus doc. in quarto distin. 14. q. 2. ⁊ sic non accipitur hic iniusticia pro priuatione talis iustitie. Secundo suppono secundum doc. in quarto distinctione. 14. qōne prima. ꝙ duplex est iustitia quedam habitualis: et illam vocat charitatem: ⁊ ī iustitia habitualis que oppōitur ipsi charitati non est peccatum. vt patet a doc. in secundo. d. 28. ⁊ in quarto. d. 1. q. 6. ⁊ q. 1. d. 14. q. 1. d. 16. q. 2. Sed iustitia habitualis que formaliter opponitur: charitati: est solum priuatio ipsius charitatis in subiecto apto nato. Alia ē iusticia actualis et hanc vocat rectitudinem actus. ⁊ iniusticia actualis est carentia huiusmodi rectitudinis que deberet inesse actui. vt patet a doct. in secundo. d. 34. 36. ⁊ 37. ⁊ in quarto. dis. 14. q. 1. De hac iusticia actuali et iusticia opposita non loquitur hic. Doc. quod potet quia sicut carentia rectitudinis in actu aufert ab ipso actu tm̄ iusticiam actualem siue rectitudinem qua mediante dicitur iniustus: ita etiam si post eliceret actum cum debitis circunstantijs vere diceretur iustus. vt patet a doctore in pluribus locis. et sic non requireretur aliqua gratia supernaturalis qua diceretur iustus. quia eēt iustus formaliter: rectitudine inherente actui. Tertio suppono ꝙ in proposito aliquem hominem post penitentiam esse iustum: idem est ꝙ esse iustificatum vt scriptura loquitur de iustificatione impij. ⁊ iniustū idem est ꝙ non eē iustificatuʒ nec dignū iustificari. Quarto suppono ꝙ qñ aliqđ oppositum puta aliqua priuatio inest alicui formalr̄: non expellit̄ ab illo nisi p aliud oppositum positiuum inexistens sibi formalr̄: vt patet de cecitate inexistente alicui formalr̄: que non abijcitur nisi per visionem inexistentem formalr̄. Si ergo in peccatore ante penitentiam est formaliter iniusticia que reddit ipsum indignum iustificari ergo non abijcitur talis iusticia nisi per iustitiam sibi oppositam. Per iusticiam dico iustificantem idest reddentem ipsum iustificatum in conspectu dei: et talis iustitia est charitas. Nam charitas secundum sanctos reddit hominem iustificatum: ⁊ opera elicita a tali charitate reddit vere iustificata. Si ergo in peccatore ante penitentiam est formaliter iniusticia qua vere dicitur iniustus: ⁊ post penitentiam formalr̄ dicitur iustus. id est iustificatus. g̃ formaliter est ibi aliqua forma iustificans ipsuʒ: ⁊ illa erit charitas. Hoc tamen non cōcludit de necessitate absoluta: quia si deus ordinasset aliquid aliud a charitate esse formam iustificantem: priuatio illius forme diceretur iniustitia reddens hominem indignum iustificari. Sed quia sancti communiter dicunt gratiam et charitatem iustificare hominem. Ideo valde probabile est: si priuatio habitus charitatis inest peccatori qua formaliter dicitur iniustus: ꝙ post penitentiam post quā dicitur iustus siue iustificatus insit charitas formaliter: qua formalr̄ dicatur iustus siue iustificatus. Et sic patet ista ratio prima. ¶ Ibi. Preterea peccator ante penitentiam. Hec rō sic est intelligenda supponendo aliqua. Primo ꝙ quot modis dicit̄ dignitas tot et indignitas que opponitur dignitati. Secundo suppono ꝙ esse dignum vita eterna contingit quadrupliciter. Vno modo ꝙ natura intellectualis beatificabilis ex natura sua ⁊ ex perfectione sua naturali dicatur digna ⁊ hoc non: qr p̃fectior natura esset magis digna: ⁊ sic magis beata: qđ falsum est. Non enim dat deus beatitudineʒ ꝺm p̃fectionem nālē: vt pʒ a Doctore in secundo. d. 6. q. 2. ⁊ in tertio. d. 7. ⁊ alibi et est cōmunis opi. Secundo mō ꝙ dicatur digna ex hoc solo qr accepta ad beatitudineʒ et sic deus sine infusione cuiuscunq̄ habitus potuisset acceptare naturam intellectualem ad beatitudinem. vt infra. d. presenti. patet a docto. Tertio mōdo vt dicatur digna p aliquod formaliter sibi ī existens: et tunc dico ꝙ deus potuisset acceptare naturam intellectualem per aliquem habitum formaliter sibi in existentem: siue sit naturaliter acquisitus vt habitꝰ moralis: siue supnālíter infusꝰ vt habitus fidei et spei et charitatis. Nam omnia ista ex ordinatiōe diuina possent formaliter reddere naturaʒ intellectualem dignam vita eterna. vt pʒ a Francisco. 17. primi et ab Ocham ibi. ⁊ elicitiue a Docto. qōne prima prolo. ⁊ distin. 2. primi. ⁊ 7. q. vlti. ⁊ 17. ⁊ 29. ⁊ 46. 40. ⁊ 41. ⁊ alibi. Quarto modo aliquid dicitur dignum vita eterna per aliquod formaliter sibi inexistens: ⁊ hoc secundū ordinationē diuine voluntatis elictam a diuersis scripture sacre locis: ⁊ a multis sanctis diuinam scripturam glosantibus qr eodem spiritu scriptura sacra est interpretata quo a diuina voluntate reuelata. vt dicunt Theo. ⁊ Sco. in quarto. d. 15. q. 1. Et sic illud reddens dignum est charitas: ⁊ reddens indignum est priuatio charitatis: quam charitatem peccatum priuat solum demeritorie. vt habetur a Doctore. d. 1. q. 1. ⁊ d. 16. q. 2 quarti. Et sic charitas dicitur formaliter q̄dam dignitas anime que formaliter reddit animam dignam vita eterna. Et priuatio charitatis dicitur formaliter indignitas quedam reddens formaliter ipsam animam indignam vita eterna: ⁊ peccatum dicitur demeritorie indignitas: qr per ipsum aīa demeretur vt auferatur sibi charitas. hoc vltimo modo in argumēto dʒ accipi dignitas formaliter ⁊ indignitas formaliter. ¶ Dicit ergo doc. ex quo peccator ante penitētiā est formaliter indignus vita eterna idest ꝙ formaliter sibi inheret indignitas idest priuatio charitatis reddēs ipsuʒ indignum vita eterna: ⁊ post penitentiam est formaliter dignus vita eterna. idest ꝙ sibi formaliter inheret dignitas idest charitas reddens ipsum formaliter dignum vita eterna. Cuʒ ergo priuatio inexistens formaliter alicui non tollatur ab illo nisi per aliquod positiuū formaliter inexistens sibi: sequitur ꝙ si ante penitētiā est formaliter indignus: ⁊ post penitētiā formaliter di-

Quadm̄ pl̄r aliquis pōt dici dignus vita eterna.

gnus: ⁊ charitas est talis dignitas (vt dixit) ꝙ talis chari-
tas post penitentiam inherebit formaliter. ¶ Ibi. Prete
rea deus non acceptat peccatorem. Hoc argumentum ex
dictis supra satis clarum est. Dicit tñ primo. ꝙ acceptare
ad vitam eternam: hoc non est voluntate beneplaciti velle
beatificare pro tunc quia tunc beatificaret: vt infra pate-
bit. d. 46. Velle ergo acceptare istum est secundū dispo
sitionem voluntatis sue scdm quā nunc hʒ esse dignū tali
premio quē prius nō voluit esse dignum. id est ꝙ voluntas
diuīa tunc acceptat ad vitā eternam peccatorē post pniāʒ
propter dignitatē modo preexposito ordinatam a diuina
voluntate. ¶ Secundo querit Doctor qr ex quo Voluntas
diuīa prius non acceptabat peccatorem añ penitentiam ⁊
nunc acceptat post penitentiam. Certum est ꝙ in volunta
te diuina nulla est mutatio. ergo in ipso peccatore erit ali-
qua mutatio: quia pri9 non erat acceptus ⁊ post ē accept9.
Hoc dictum nō concludit absolute charitatem esse necessa
riam: qr absolute non acceptauit peccatorem ad vitaʒ eter
nam et post acceptat ergo mutatio in peccatore. Et vide-
tur ꝙ potest esse mutatio sine infusione gratie: quia prius
non penitens et nūc penitens. et talis penitentia potuit ac
ceptari vt digna vita eterna sine gratia. Et similiter prius
non acceptauit: quia peccator idest obligatus ad penam
eternam: quia peccatorem esse proprie post actum pecca-
ti: est esse obligatum ad penam eternam. vt declarat doc.
d. 14. q. 1. d. 22. q. vnica quarti. Et voluntas diuina sine in
fusione gratie potest delere illam obligationem: vt patet a
doctorē vbi supra. Et sic est aliq mutatio in ipso peccatore:
quia prius obligatus ad penam eternam et vt sic non fuit
acceptus: et post liberatus a tali obligatione. et vt sic acce
ptus: et sic non habetur ꝙ charitas sit necessaria. Dico er-
go ꝙ hoc argumentum concludit ex elicitis a diuina scri-
ptura. vt dixi supra: quia vt peccator est obligatus ad penā
eternam non est acceptus: et post penitentiam est accept9:
et hoc per charitatem: quia habetur a scriptura diuina ꝙ
deus non acceptat aliqueʒ nisi in se habeat formaliter cha
ritatem. Sicut ergo in peccatore formaliter erat aliquid
quo formalr nō erat accept9 ⁊ illud ꝓprie est priuatio cha
ritatis: ⁊ si post penitentiam formaliter est acceptus: ergo
in ipso formaliter est charitas reddens ipsum acceptum et
formalr expellens ipsam priuationem: qua formalr dice-
batur non acceptus. Et sic tenet hoc argumētuʒ confirma
tione sequenti. ¶ Ibi. Vltio secundum istam viam. Hoc
argumentum clarum est. ⁊ magis patebit in. 4. d. 16. q. se
cunda. Et sic patet ista prima via.

Ex secunda via arguitur. Nam doctor in prima
via probauit charitem esse necessa-
riam rōne persone beatificabilis vt acceptande in se a di
uina volnutate. In ista vero secunda via probat charitatē
esse necessariam rōne actus meritorij. In ista prima rōne
supponenda sunt aliqua. Primo ꝙ aliquam opationē esse
meritoriam potest contingere quadrupliciter. primo ꝙ ta-
lis operatio puta dilectio dei secundum substantiā ⁊ intē
sionem: ⁊ rectitudinem moralem dicatur meritoria: ita ꝙ
Opatō pt itelligi meritoria quadrupliciter
secundum talem entitatem dicatur meritoria vite eterne:
⁊ hoc nō. etiā de potentia dei absoluta: quia nulla est opera
tio hoīs que sit tante entitatis ꝙ mereatur de condigno vi
sionem dei claram ⁊ fruitionem eiusdem clare visi. Secū
do ꝙ dicatur meritoria ex hoc ꝙ accepta a diuina volunta
te: ēt ipsa elicita ab ipsa sola voluntate creata: et hoc tm̄ de
potentia dei absoluta posset esse meritoria vite eterne: qr
deus potuit acceptare illam vt dignam tali premio. Tertio
potest dici meritoria, vt elicita a voluntate regulata a fide
infusa: vel a prudentia: vel ēt elicita a voluntate informa-
ta spe vel alio habitu appetitiuo: puta amicitia ⁊ hmōi. et
vt sic absolute sumpta non est meritoria vite eterne: ēt de
potentia dei absoluta: quia nulla operatio voluntatis crea
te q̄mōcūq elicita ēt mile habitibus: ꝯcurrētib9 nō ē ex na
tura talis opationis digna vita eterna. Potest tamen esse
digna inquantum accepta. vt dixi supra. Quarto potest di
ci meritoria: qr elicita a volūtate ꝯcurrēte charitate forma
liter sibi inherente: ⁊ tunc dico ꝙ talis opatio quantūcūq
intensa quantuncūq a pfectissima charitate elicita: ex rō-
ne sua formali et natura ꝓpria non est meritoria vite eter-
ne propter rōnem superius factam. Sed si est meritoria:
ideo est quia accepta: ⁊ quia deus ordinauit opationeʒ eli
citam a charitate acceptare vt dignam vita eterna. Non
est ergo digna vita eterna qr absolute a charitate: sʒ quia
a diuina voluntate accepta sic ordinante. Addo quintum
modum ꝙ opatio potest dici meritoria: qr est a voluntate
assistente spū sctō siue concurrēte speciali modo ad huius-
modi opationem: non ꝙ tota trinitas non concurrat ad hu
iusmodi opationem (cum opa trinitatis sint īdiuisa ad ex
tra) Sed qr spūi sctō attribuit dilectio: charitas: benigni
tas: misericordia: et huiusmodi. Hoc appropriate dicitur
spūi sctō conuenire: et si hoc vltimo modo intelligit magi-
ster ꝙ ideo voluntas habet actum meritorium quia spūs
sctūs specialiter sibi assistit et concurrit ad hmōi opera-
tiōeʒ recte dicit. Ideo doc. ī ista prima rōne et secunda se-
cūde vie: vult ꝓbare ꝙ charitas inhereat homini: quia ex
quo sm oēs sctōs principium actus meritorij est charitas:
sʒ postea sit diuersitas ꝙ aliqui nominant illam charitatē
spūm sctūm sibi assistentem speciali modo. Aliqui chari-
tatē creatā a trinitate vt donū supnaturale formalr inhe
rens hoī. Et hoc secundo modo vult probare doc. Secun-
do suppono ꝙ hominem mereri per opationem propriam
non est ex hoc ꝙ recipit: sed ex hoc ꝙ producit illam vt pʒ
Tertio suppono ꝙ aliquod agēs non dr formalr habere
talem actionem: nisi principium formale ꝓductiuū sit for
maliter in ipso: sicut ignis non dr formalr calefarere nisi
principium calefaciendi sit formalr in ipso. Nam si est ex-
tra nō dr formaliter agere. Cū ergo ipse hō formaliter di
catur mereri p opationem meritoriam elicitam a volunta
te et charitate vt supposui: oportet ipsam charitatem que
est pricipium formale productiuum saltem partiale actus
meritorij formalr inexistere ipsi voluntati. Cetera patent.
¶ Ibi. Preterea nulla actio est in potestate. et cetera.
¶ Ista ratio ex dictis supra et presuppositis declaratis
satis clara est. Si enim charitas est pncipium formale pro
ductiuum actus meritorij ⁊ illa sit ipse spūs sctūs tantū
assistens. tunc non esset in potestate voluntatis mereri: qr
pricipium formale productiuū merendi non esset in ptāte
eius: qr esset totaliter extra ipsam. Cum ergo mereri sit in
facultate voluntatis: oportet principium merendi esse in il-
la formaliter: quo libere possit vti ad operationem merito
riam: ⁊ sic charitas cum sit principium merendi: erit for-
maliter in voluntate vt voluntas possit dici libere mere-
ri. ¶ Si dicatur. nonne voluntas posset dici mereri libe-
re: qr coagit spiritui sancto? ¶ Dico quod non. qr numquā
aliquis actus potest mere dici liber nisi principium forma-
le productiuum insit liberum ⁊ libere producat: ⁊ sit in po
testate merentis. Modo spiritus sanctus non est in pote-
state voluntatis. ¶ Si iterum dicatur. nonne charitas est Obiectio.
principium merendi mere naturale ⁊ agens de necessitate
nature: vt patet a doctore infra distinctione ista. ⁊ supra ⁊
alibi? Quomodo ergo principium formale productiuum
erit liberum? ¶ Dico aliquem actum produci libere con-
tingit dupliciter. Vno modo ꝙ actus meritorius sit a tota
li principio libere agente ⁊ hoc nō: qr charitas agit mere Solutio.
naturaliter ⁊ de necessitate. Alio modo qr talis operatio ē
a voluntate libere agente ⁊ libere vtente charitate vt pri-
cipio formali ⁊ cetera. Et sic talis operatio dicitur vere
meritoria ⁊ vere libera ¶ Si dicatur. nonne charitas
est causa principalis actus meritorij completiue sum- Alia obiectio.
pti? patet quod sic a doctore infra distinctione ista. Cum
ergo charitas concurrat de necessitate vt dixi. et vt cā prin
cipalis: talis operatio meritoria non dicitur libera. ¶ Dico Solutio notanda.
ꝙ ille actus nunq̄ acceptatur a deo quia est magis a cha-
ritate q̄ a voluntate cum sm substantiam et intentionem
actus sit magis a voluntate q̄ a charitate: sʒ charitas dici-
tur principalis causa acceptationis quia ille actus libere
productus quo ad substātiaʒ ⁊ intentionem. ꝙ modo accep
tetur non est in ptāte nostra sed in ptāte voluntatis diuine
que determinauit acceptare talem actum productum a vo
lūtate vtēte charitate. ita ꝙ ista acceptatio est magis a cha
ritate q̄ a voluntate. idest ꝙ deus magis acceptat hunc a-
ctum. quia est a charitate q̄ a voluntate: licet voluntas sit
principalis causa actus quo ad substantiā et intensionem.
¶ Prepterea. Si spiritus sanctus moueat. Ad hoc vt ar-
gumentum couchudat presupponitur vnum scilicet ꝙ spiri-
tus sanctus moueat vt causa totalis nullo presupposito: et
sic talis motio esset creatio: et totum quod sequitur clarum
est. Si vero voluntas concurrat vt causa inferioris: tunc
talis motio non esset creatio: qr concurreret aliqua causa
secunda. nā proprie dicitur aliquid creari: quando ad eius
esse non concurrit aliqua causa intrinseca presupposita illi-

vt pars illius. vt patet a doc. d. 18. scdi. Et vltra quando cum causa prima effectiue non concurrit aliqua secunda: et hoc est quia secunda effectiua sp̄ presupponit aliq̄d in quod agat. Et si magister intellexit ipsũ sctũm mouere primo modo: currit argumentuȝ non secundo modo. Et ꝙ ipse non intelligat primo mõ pȝ qꝛ tenentes hoc qd̄ imponitur magistro: ponunt ipm̄ spũm sanctũ esse totalem cãm merendi. ¶ Ibi. Preterea q̄rto. ¶ In ista rõne supponuntur aliqua. Primo ꝙ voluntas vere mereat̄. Secundo ꝙ ex hoc dicitur mereri: qꝛ spũs sanctus vnitur sibi: ⁊ ideo vere dr̄ voluntatē mereri qꝛ spũs sanctus qui sibi vnitur est principium merendi. Tertio ꝙ talis idemptitas spiritussancti ad voluntatē nõ sit sufficiens vt volũtas dicat̄ mereri spũ sctõ: vt p̄ncipio formali actiuo: pȝ qꝛ pr̄ ē magis idē filio ⁊ ecõtra. ꝙ spũs sanct⁹ volũtati: ⁊ tñ ista ē vera ꝙ fili⁹ vere operat̄ ad extra. ⁊ pr̄ vere operat̄. ⁊ similit̄ spiritus sanct⁹: ⁊ tñ nõ concedit̄ ꝙ pr̄ opet̄ filio: supple vt p̄ncipio formali ꝓductiua vt infra patebit. d. 27. ⁊ in scdo d. 1. q. 1. ⁊ in q̄lib. q. 4. qꝛ nec ipo vel notitia genita dr̄ sapiens. ꝗ ista idẽptitas nõ põt eẽ ratio q̄re dicat̄ volũtatē creatã mereri spiritu sancto vt principio formali merẽdi: quia vnitur tali voluntati. ⁊ hoc est quod dicit.

Ad solutionem huius q̄õnis tria sunt videnda. ¶ Ex superius habitis de substãtia actus intensione rectitudine ⁊ ipsum esse a potẽtia ⁊ ab habitu. Omnia clara sunt vsq3 ibi. ¶ Hoc secundum membrum verius eẽt si act⁹ esset ⁊c. Doc. tangit hic duo motiua q̄bus ꝓbat actũ non esse meritoriũ ex actiõe siue ex acceptatiõe diuina. Primũ qꝛ actus dicit̄ meritorius qꝛ est in ptãte voluntatis vt supra dixi. Sȝ actio diuina siue acceptatio diuina non est in ptãte voluntatis. ergo ⁊c. Secundum ibi. qd̄ ēt probatur: quia respectu huius acceptari. In hoc probat ꝙ meritum non est ex acceptatione diuina: quia aũ acceptatiõeȝ aliquis actus est dignus acceptari: et aliquis non: ergo ista dignitas vel indignitas est ex pte actus et non ex parte acceptationis vel actionis diuine. ¶ Ibi. Contra rõ meriti ⁊c. Dicit doc. ꝙ actus nõ est complete meritorius nisi in ipso habeatur ratio digni vel digne ordinabilis ad premium. i. ꝙ actus humanus qualiscunq3 sit: non est ex se dignus beatitudine. Sed ꝙ sit dignus est a voluntate diuina dante sibi talē dignitatem qd̄ nihil aliud est nisi ex bonitate sua et non ex rõne actus acceptare ipsum in ordine ad vitam eternam: ⁊ sic patet. Et hoc est quod dicit ibi. ꝙ ratio meriti in actu est ipsum actum esse dignum. vt supra dixi: ⁊ sic meritum in actu est quedam relatio passiua siue acceptatio passiua in ordine ad voluntatem diuinam sic acceptantem ita ꝙ talis acceptatio passiua est de ratione meriti complete accepti: non ãt de rõne meriti sumpti pro substantia intensione ⁊ rectitudine morali actus. Sed dicitur de substãtia meriti vt actus vltra predicta includit illam dignitatem siue acceptationem passiuam ⁊c. ¶ Ibi. Per idem dico ad secunduȝ: Hic dicit doc. ꝙ q̄uis complementum meriti sit ab acceptatione diuine voluntatis. non tñ voluntas diuina meret̄. Ratio qꝛ meritum pro vt hic loquimur est actus procedẽs a voluntate informata charitate inclinante vel partialiter concurrente ad huiusmodi actum: quo actu beatitudo debetur illi voluntati vt premium. Sed ista non concurrunt in voluntate diuina. Tum quia voluntas diuina ad extra non vtitur aliquo habitu charitatis concurrente effectiue siue inclinante. Cum nullus habitus ponatur ibi: maxime inclinans ad extra. vt patet a doc. d. 46. q. 1. quarti. Tum etiam quia voluntati diuine non debetur premium aliqd̄ pp̄ aliquam opationem ad extra: cum sit ex semetipsa beata: nec ēt meret̄ nobis: qꝛ tunc includeret imperfectioneȝ aliquaȝ: ⁊ multa alia q̃ transeo. Cetera patent. ¶ Ibi. Ad illud qd̄ adducitur pro scdo membro. Dicit doc. ꝙ acceptatio passiua ad vitam eternam non est de rõne meriti de congruo. Et est sciendum pro nunc ꝙ duplex ē meritũ: meritũ cõdigni ⁊ meritũ ꝯgrui. Primum ꝓprie respicit. premiũ reddẽdum ẜm ꝯdignãtẽ. i. ꝙ tãto merito ꝯdigni tanta glia debetur. Secundũ prop̄e respicit gr̄am q̃ dat̄ tali merito de congruo: nõ ãt de ꝯdigno qꝛ gr̄a nõ esset gratia. (margin: Duplex est difficultas)

Si dicatur sunt ne aliqua opera nr̄a que de congruo mereantur gr̄am gratum faciẽtē. Videtur ꝙ sic. Nã doc. dicit in. 4. d. 14. q. 2. ꝙ aliquis ex puris naturalibus põt se disponere ad gr̄am. puta per actum displicentie de peccatis: q̃ displicẽtia si est intensa debite dicitur attritio. ⁊ dispositio ad gratiam: quia dispositione posita vt merito de ꝯgruo: statim deus impartitur gratiam. ¶ Dico ꝙ doc. in isto passu est valde ponderandus. non eñ dicit simpl̄r ꝙ ex puris naturalibus ⁊c. quia ponit duplicē regulã in intellectu dictantem de displicentia peccati: quarũ prima est mere naturalis que est cognitio dictatiua volũtati vt detestet̄ peccatũ absolute: qꝛ in se malum. Alia est supnaturalis: ⁊ hoc vel sibi imediate reuelata ab aliq̄bus sctĩs: puta ab aplĩs ⁊ ꝓphetis quibus credimus. et talis regula est cognitio dictatiua voluntati vt detestetur peccatum sub istis circunstantijs. vt est offensium dei: vt est retardatiuum a bono: expulsiuum a vita eterna: inductiuum ad eternam penam: et detestetur principaliter propter amorem dei: ⁊ huiusmodi. ¶ Dicit ꝗ doc. q̄uis ibi non expresse. ꝙ habita ista regula supernaturali potest postea ex puris naturalibus se disponere puta elicere actum displicentie de peccatis cuȝ debitis circunstantijs ⁊c. et talis displicentia debite intensa dicitur meritum de congruo. ¶ Sed videtur difficultas. quia doc. dicit in quarto vbi supra ꝙ posita tali displicentia preuia dispositione ad gratiam in vltimo instanti illius dispositionis infunditur gratia ex ordinatione diuina. Et tamen videtur ꝙ talis displicentia vt huiusmodi: non sit meritum de congruo nisi in quantum acceptatur ⁊c. ¶ Dico ꝙ in de rito de congruo sunt duo: puta in displicentia peccati me primo subiecta intensio rectitudo moralis illius actus displicentie: et hoc totum dicitur meritum de congruo secundum quid. Secundi est acceptatio passiua qua acceptatur a voluntate diuina: vt meritum de congruo: ⁊ talis acceptatio passiua non potest esse ab homine ex puris naturalibus. Nã deus ordinauit conferre gr̄am hoĩ habenti talem vel talem displicentiam de peccatis: ⁊ certum est ꝙ nulla est operatio hominis ex ratione sua formali: ⁊ ex natura propria: que sit dispositio ad gr̄aȝ: nisi pro quanto deus acceptat illam. ¶ Sed queritur. Si ergo acceptatur vt sit dispositio ad gratiam: ergo cõposita tali dispositione deus conferat gratiam videtur ꝙ sit meritum de condigno respectu gratie: ⁊ sic gratia non erit gratia. vt dixi. ¶ Dico ꝙ non habeo pro inconuenienti ipsam displicentiam vt sic acceptam a deo in ordine ad gratiam: esse meritum de condigno respectu illius. Et cum dicitur ꝙ tũc gratia non esset gratia. Dico ꝙ ideo dicitur gratia qꝛ confertur ex mera liberalitate diuina: ⁊ nullo modo ex aliqua operatione nostra ex ratione formali illius operationis. Et ꝙ acceptet illam operationem in ordine ad gratiam: etiam hoc est ex mera liberalitate voluntatis diuine: proprie tamen (vt dixi) meritum condigni respicit premium. Ex his pȝ qd̄ dicit doc. de merito cõgrui. d. 17. vbi supra. ⁊ de hoc vide que singul̄r exposui in tertio. d. 19. ¶ Ibi. Habet autem. ⁊ sic habit⁹ ille ⁊c. In ista lr̄a ponuntur aliqua. Primũ ꝙ habitus intellectus cãtus ex frequentitatis actib⁹ inclinet potẽtiã ad agendum circa tale obiectum: vel ꝙ cõcurrat actiue cum tali potentia ad operationem circa tale obiectum: habet ab ipso obiecto presente vel in se vel in aliquo alio representatiuo. Et hoc sic dȝ intelligi scilicet mediate non immediate. id est ꝙ qꝛ obiectum vna cuȝ tali potentia causat talem cognitionem dat tali cognitioni vt sit generatiua talis habitus. Nam ꝙ sit generatiua talis habitus habet ab obiecto: qꝛ actus specificantur ab illo: vt patuit supra distin. 3. q. 7. Eo modo dico de habitu morali in voluntate: qꝛ a talibus actibus causatur: qꝛ actus specificantur a tali vel tali obiecto: ideo causãt talem vel talem habitum inclinantem potentiam ad agendum circa tale obiectũ vel partialiter concurrentem. Et debes intellegere vnum scilicet ꝙ ad actum precedentem habitũ duo tm̄ concurrunt scilicet potentia et obiectum: ad actum vero sequentem habitum tria concurrunt. videlicet potentia: obiectum: et habitus inclinando ẜm quartam viam: vel partial̄r agendo. quod magis videtur ẜm tertiam viaȝ. Secundum habitus super naturalis: puta fides infusa ꝙ inclinet potentiam circa tale obiectum: puta ad actum credendi: vel ꝙ partitial̄r concurrat ad actum credendi habet ab obiecto. Et similiter habitus spei in voluntate infusus qui inclinat ad summum bonum tanquam summe cõmodum vt patet a Doctore in tertio. d. 26. ꝙ inclinet voluntatem ad desiderãdum tale bonum. vel ꝙ partial̄r concurrat habet a summo bono. Similiter charitas ꝙ inclinet voluntatem primo ad dilectionem dei: et secundo ad dilectionem proximi propter deum. vt patet a doctore in

(margin notes, right column: Solo no[...]da. — Alia diff. — Responsio. — Obiectio valde bõa. — Solutio. — Dr̄ia inter actuȝ seq̄ntem hitum ⁊ p̄cedẽtem)

tertio.d.28. vel φ partialiter concurrat hȝ simpliciter ab obiecto scilicet ab isto deo. Si dicatur. quomodo isti habitus habent ista ab obiecto cum ipse deus vel deitas sub ratione deitatis nihil causet ad extra? quia tunc necessario causaret: et tñ deus sub ratione deitatis est obiectum charitatis fidei et spei. vt patet a Doc. in tertio. ¶ Dico φ sufficit φ habeant ista a voluntate diuina supplente vicem talis obiecti: de qua suppletione patuit supra questione prima prologi. Cetera patent.

Obiectio nō soluta

Solu.

De secundo articulo dico. ¶ Ibi. Sed est duplex dubitatio. Una quomodo aliquid in natura creata possit esse ratio quare acceptatur a voluntate diuina vel absolute vel tali modo: cum nihil in creatura sit rō actus diuini nec in se nec vt tendit super tale obiectum. ¶ Alia. quia circum scripto omni dono supernaturali est distinguere inter amicum et inimicuȝ: vt inimicus dicatur in quo est peccatum non deletum. et iō manet offensa non inimicus dr in quo non est offensa: sed ante collationem omnis bonis supernaturalis posset alicui inimico dimitti offēsa. sicut dicer i q̄rto. d. 14. vel. d. 1. q. 6. ¶ Ad ista respondeo q̄re ibi. ¶ Quantum igitur ad illum articulum non est necessarium ponere habitum supernaturalem gratificantem loquēdo de necessitate respiciente potentiā dei absolutam: precipue cum possit dare beatitudinem sine omni merito precedēte licet sit necessarium loquēdo de necessitate que respicit potentiam dei ordinatam: quam ordinationem colligimus ex scriptura: et ex dictis scōrū vbi habemus φ peccator est indignus vita eterna: et iustus dignus. Et hec sunt verba formalia doctoris. ¶ Unde pro declaratione illius littere. nota φ prima dubitatio probat φ actus creatus non possit dici meritorius: quia non est ratio quare sic acceptetur a voluntate diuina. Responsio clara est ex supradictis. φ scilicet non est ratio ex se: sed mere dicitur acceptari a voluntate diuina. Dicitur tñ meritum fm quid. Secunda probat φ charitas non sit necessaria: patet quia peccator per peccatum dicitur inimicus: et ablata offensa dr amicus: et aufertur peccatum priusφ gratia infundatur: ergo in illo instanti quo est sine peccato est amicus sine charitate. Responsio clara est: quia amicus dei positiue est per aliquid positiuuȝ in ipso: et hoc est charitas secundum ordinationem diuinam: quia reddit ipsum amicum. Inimicus vero positiue est per aliquid priuatiuum vel positiuum in ipso: puta per peccatum vel obligationem ad penam eternam. Amicus vero negatiue dicitur ille qui non habet charitatem nec offensam aliquā. Et similiter inimicus negatiue φ habet priuationem charitatis et non habet offensam. Et sic patet responsio.

tio modo vt est negatio in subiecto apto nato nõ secundum se. idest secundum naturam propriam sed secundum genus cui priuatio ⁊ habitus possunt in esse: vt patet de talpa. ⁊ hec ꝓuatio secundum genus habet gradus secundum magis ⁊ minus cõe: ⁊ sic intelligit doc. ⁊ ponit exempla clara. ¶ Ibi. Negatio etiam distinguitur. Negatio proprie extra genus est propria negatio esse sicut non ens ⁊ affirmatio extra genus erit ipsum ens: negatio vero in gñe est illa que determinat sibi aliquod subiectũ: sicut cum dico. homo est non asinus. ly nõ asinus est negatio in genere. Nam supponit affirmationem ĩ genere puta hoĩez eẽ rõnalem ⁊ huiusmodi. ⁊ hec negatio in genere habet gradus ẜm magis ⁊ minus commune ⁊c. ¶ Ibi. Ad propositum igitur loquẽdo. Vult doc. ꝙ loq̄ndo de negatione ⁊ de priuatione in gñe ꝙ sint simpl'r idem: intelligendo tamen sic ꝙ negatio in genere non dicatur de illo secundum rationem propriam: nã cũ dico hõ nõ est asinus. si accipiatur illa negatio pro priuatiõe secũdũ naturã hominis hec ẽ falsa. Nã sẽsus ẽ ꝙ hõ ẜm naturã ꝓpriã esset aptus natus esse asinus. si vero accipiat' ẜm genus: puta ẜm nãm aĩalis quod est cõe hoĩ ⁊ asino: sic nõ differũt: q2 hoĩ vt aĩal nõ repugnat ꝙ sit asinꝰ: ⁊ hoc est qḋ dicit. ¶ Ibi. Et si obijcias ꝯ ⁊c. Hoc clarũ ẽ: ⁊ dicit ꝙ ẽt ĩ diuinis põt eẽ ꝓuatio aliq̄ ẜz nãz alicuius cõis. vt pz. Nã ingenitũ põt cõpetere pr̃i vt est negatio ĩ subiecto apto nato ⁊ hoc ẜz hoc cõe qḋ ẽ ꝑsona: ⁊ tũc hoc ẽ verũ ꝙ pr̃i ĩ diuinis nõ repugnat generari nõ vt pr̃ est s3 vt ꝑsona: q2 ꝑsõe vt ꝑsona ñ repugnat generari: q2 si sic: tũc cuilib3 repugnaret: ⁊ sic ꝑsona filij ñ posset generari: sic' aĩali vt aĩal repugnat ꝙ sit lapis ita cuilib3 aĩali repugnabit. ¶ Ibi. Et tũc hoc nomẽ ĩgeĩtũ poterit ad ꝓpositũ quadrupliciť accipi. Prĩo ꝓprijssie: ⁊ sic ĩportat carẽtiã geniti ꝓprie sumpti: ⁊ hoc secũdũ nãm ꝓpriã: ⁊ hoc mõ nõ est ĩgenitũ ĩ diuinis: q2 qḋ est aptũ natũ generari ẜm nãm ꝓpriã est ibi actu genitum. Secundo accipiť ingenitũ vt dicit carentiã geniti proprie sumpti cõnotando subsistẽs siue ꝑsonam in communi: ⁊ sic pr̃ dr̃ ingenitꝰ: ⁊ spiritus sãctus. qḋ põt dupliciter intelligi. Uno mõ ꝙ sit ibi negatio secundũ genus quod est persona: ⁊ sic est negatio in subiecto apto nato ẜm rõnẽ ꝑsone in cõi. Uel vt est negatio huiꝰ qḋ dico genitũ: nõ in subiecto apto nato ẜz rõnẽ ꝑsone in cõi. sed vt est negatio huius qḋ dico genitũ: nõ in subiecto apto nato ẜm nãm illiꝰ subiecti: ⁊ sic pr̃ põt dici ingenitus. idest nullo mõ genitꝰ: sic' homo dr̃ non lapis hoc idem dico de spiritu sancto ⁊ sic eẽntia diuina nõ põt dici ingenita: q2 l3 ibi sit negatio ĩgeniti nõ tñ illa negatio connotat personam siue subsistẽs ĩ natura pz: q2 essentia diuina non est persona. Tertio vt dic' negationẽ termĩ formalis communicati ꝑ generationem. ⁊ sic essentia diuina nõ dr̃ ĩgñabilis vt ly ĩgñãbile remouet aptitudinẽ ad cõicari: s3 bñ vt in patre potest dici ingenita. Quarto accipitur ingenitum vt dicit negationẽ ꝓducti: ⁊ sic pr̃ est ingenitus siue ĩproductꝰ. Qḋ põt dupliciť ĩtelligi: vel ẜz genꝰ ꝑsone: ⁊ sic illa negatio erit in subiecto apto nato ẜz genꝰ ꝑsone. Uel ẜm naturã ꝓpriã pr̃is: ⁊ sic pr̃ vt pr̃ est simpl'r ĩproductus ⁊ repugnat sibi posse produci. Et hoc modo debet intellgi ꝙ ingenitum est proprietas patris accipiendo ingenitum pro inproducto: ⁊ hoc ẜm nãm ipsius pr̃is non autem ẜz cõez qḋ est ꝑsõa cõis tribꝰ: q2 vt sic ẽt filiꝰ põt dici ĩproductꝰ vt ꝑsõa: q2 ꝑsõe vt ꝑsõa ñ repugnat sibi eẽ ĩproductum: q2 tũc cuilib3 repugnaret: vt dixi supra: ⁊ oĩa clara sũt vsq3 ibi.

Patri ĩ diuinis nõ repugnat gñari.

Ad argumenta huius questionis. Ad primuz nego minorem. ¶ Sunt aliq̄ notanda ĩ ista r̃nsiõe. Primo poss3 facil'r solui ista ratio sic. ꝙ eẽntia diuina nõ ẽ gẽita accipiẽdo genitũ ꝓ termino adeq̄to gñõnis vel productionis. Et vltra accipiendo non genitum vt connotat personam subsistentem aptam natam gñãri saltem secũdum genus vt patet. s. doc. tñ negat istã minorẽ. s. ꝙ eẽntia diuina sit non genita ⁊c. Bñ negat vt ly nõ genitũ dicit priuationẽ vl' negationẽ nãe geniti in subiecto apto nato. ¶ Et nota singulare dictum in ista littera: a negatione de predicato finito ad affirmationem de predicato infinito nõ tenet nisi ĩ virtute primi principij. s. ꝙ contradictoria nõ possũt verificari de eodem: vt cum dico. Frãci. nõ ẽ iustus ergo Francis. est nõ iustus? Si enim in ꝓ̇ma negareť iustitia a Francisco ⁊ in secunda affirmaretur: tunc contradictoria verificarentur de eodez scilicet iustũ ⁊ nõ iustũ. Et addit doc. ꝙ. d3 intelligi de negatione extra genus non de negatione in genere. Nam negatio extra genus qḋ ẽ non esse proprie: contradicit affirmationi qḋ est eẽ. negatio vero in genere nõ contradicit affirmatiõi extra genus qḋ est esse. Nam cũ dico. Franciscus nõ est iustus. negatur ibi ⁊ iustus ⁊ esse siue ly est. Cum vero dico. Franciscus est non iustus. illa negatio negat tantũ iustum ⁊ sic non contradicit affirmationi. Cum dico. est non iustꝰ. Si ḡ d3 valere illa conseq̄ntia op3 ꝙ ly non iustus sit negatio extra genus. s. ꝙ neget ⁊ ly iustũ ⁊ ly est sic' ⁊ prima: qḋ ẽ singulare notabile. Hoc mõ dico in ꝓposito. Nam non sequitur: essentia diuina non est genita. ergo essentia diuina est non genita? ⁊ si non sequitur hoc. multo minus nec hoc. ergo essentia diuina est ingenita. ¶ Ad secundum concedo. Hic nota tm̃ vnũ. s. ꝙ negatio de se non est absoluta neq3 respectiua cũ nihil sit. posset tñ dici absoluta quando opponitur affirmationi absolute: vt cum dico homo non est asinus que opponitur affirmationi: puta asino: aliquando respectiua quando opponitur affirmationi respectiue sicut ingenitum opponitur genito. Cetera patent.

Nota de negõne ĩ gñe ⁊ ex' genus

Negatio ẜ se non est absoluta.

¶ Questio. Secunda.

Secundo q̄rit' Utrum innascibilitas sit ꝓprietas cõstitutiua ꝑsone ĩ diuis.

Ad questionem secundam vr̃ posse dici. Ista opi. q̄ non est doc. dicit in s̃nia. ꝙ ĩgenitũ vt dicit negationez vere ꝓducti cõstituit primam ꝑsonã in eẽ ꝑsonali: et probat supponẽdo. Prĩo ꝙ essẽtia sit alicui actu cõicata: naz actu cõicatur filio ꝑ gñationẽ et spiritui sãcto per spirationez: non filio preexistenti: sed sic dicitur cõicari vt filius hẽt eẽ perfectionale per istaz: vt declaratũ fuit. s. d. 5. q. 2. dubio quarto. Scḋo supponit ꝙ ipsa essẽtia est in aliquo actu nõ cõmunicata hoc est non est in illo ꝑ aliquã productionem et sic in patre ex semetipsa. Tertio supponit ꝙ generatio actiua et paternitas sunt idem ⁊ sunt in persona patris ꝑ respectum ad filium: et sic paternitas et generatio actiua presupponunt ipsam personã primaz: et sic nõ cõstituũt ipsam in esse ꝑsonali. ergo aliq̄d prius illis cõstituet personam patris: et illud tale vr̃ esse ĩgenitũ. Et sic constitutum ex essentia diuina et negatione huius qḋ est esse productũ constituitur ꝓ̇ma persona. ⁊ hoc est qḋ dicit ista opi. ĩ s̃nia. Et confirmatur ꝑ Augusti. quia si pr̃ non genuisset ad huc esset ingenitus: et sic ĩgenitum prius inest q̄ gñtio actiua siue paternitas. ¶ Ibi preterea. in omni ordine essentiali. Dicit ꝙ si. a. sit productum a. b. et ipsum. a. producat. c. a. prius hẽt respectum ad. b. q̄ ad ipsuz. c. pz q2 ipsuz. a. ꝓus intelligitur hẽre esse a. b. q̄ intelligatur ꝓducere. c. sicut ergo affirmatio respectus. a. ad. b. est prior affirmatiõe respectus. a. ad. c. sic si. a. ñ esset productum prior eẽt respectꝰ siue negatio ad non producens q̄ respectus ipsius. a. ad ꝓductũ ergo cum pr̃ nõ sit ꝓductꝰ siue ꝑsona pr̃is nõ sit ꝓducta: prius hẽt negationem ad non producẽs q̄ hẽat respectum ad filium productuz. ergo in tali priori erit ꝑsona patris prior respectu ad filium: et sic erit vere constituta ex essentia et tali negatione que est non esse producta.

Contra istam viam. Quia hec via dicit ꝙ vltimũ cõstitutiuuz primi suppositi in diuinis est negatio mõ preexposito. doc. cõtra hoc arguit. Primo q2 constituẽs aliquid ĩ eẽ ꝑsonali est simpliciter incõmunicabile vt conceditur ab omnibus. Sed negatio aliq̄ ex sua ratiõe non est incõmunicabilis: q2 nec de se est vna vel plures. et si aliqua dicatur incõicabilis hoc erit propter aliquod positiuuz in illa. Exẽplũ. Non finitũ est negatio finitatis vt soli deo cõpetit: et si sic dr̃ incõicabilis creature: hoc non erit ratione negationis ꝙ. s. competat soli deo: sed ꝓpter aliqḋ positiuum quod tm̃ competit deo puta infinita perfectio. Sil'r dicimus ꝙ indiuiduum signatum puta hec albedo est ĩcõmunicabilis vt qḋ. Hec negatio puta non cõicari vt quod dr̃ hoc modo ĩcommunicabilis: non rõne sui sed rõne hecheitatis: que ẽ rõ formalis vt hec albedo sit incõmunicabilis vt quod. Si ergo negatio aliqua nõ põt dici ĩcõicabilis vt quo et vt quod nisi ꝓpter aliqḋ positiuũ qḋ est rõ incõicabilitatis vt quo et vt quod. Cũ ergo ĩgenitum dicat negationem geniti: illa negatio si est incõmunicabilis: erit propter aliqḋ positiuũ. detur illud. Si essẽtia: hoc nõ: quia

tia de se est communicabilis tribus. si aliqua ꝓprietas incommunicabilis siue sit absoluta siue respectiua? habetur propositum ꝙ negatio illa non constituet personam: qꝛ non inest nisi persone constitute. Alia argumenta sequentia clara sunt.

Sed oritur mihi difficultas. Ex quo enim negatio non est ex sua rōne formali incommunicabilis nec vt quo nec vt quod: et sic non est ratio constituendi aliquid in esse suppositi vel personali: quomodo persona creata constituitur in esse personali vel suppositali per negationem. Ideo quidam vult deducere doc. ad contradictionem dicens doc. supra d.2.d.23. dicit ꝙ suppositum creatum dicit tantū negationem duplicis communicabilitatis vt quo et quod: et in tertio expresse. d.1.q.1. dicit ꝙ suppositum dicit negationem duplicis dependentie actualis et aptitudinalis. in quolibetis i questione qua queritur an angelus possit informare materiaʒ in quarto et in secundo. et alibi. Et hic dicit ꝙ negatio ex se non est incommunicabilis nisi propter aliquod positiuuʒ ergo si ista duplex negatio inerit supposito et non sit a se incommunicabilis ergo inerit sibi propter aliquod incommunicabile positiuum quod erit ratio communicabilitatis vt quo ⁊ vt quod. ergo suppositum creatum constituitur in esse per aliquod positiuum. ergo contradicit sibi. ¶ Preterea. Hic dicit in secundo argumento ꝙ negatio non potest esse propria alicui [illegible] propter aliquod positiuum proprium in illo: sicut negatio finitatis non potest esse propria deo nisi per aliquod positiuum in ipso proprium sibi. Hoc idem doc. in. d.3.q.1. ⁊ ex intentione. d.23. primi. hoc idem et in tertio. di.1.q.1. Et expsse in quolibetis ergo si negatio duplicis communicabilitatis vel duplicis dependentie actualis ⁊ aptitudinalis erit propria alicui supposito: hoc erit propter aliquod positiuum in illo non propter naturam: cum illa sit cōmunis non propter hecheitatem: cum illa sit communicabilis vt quo. vt patet a doc. d.2.d.26. primi. in tertio. d.1.q. ⁊ in quolibetis. ⁊ quest. preallegata ⁊ alibi. ergo erit propria propter aliquod aliud positiuum quod erit proprium illi quod erit ratio incommunicabilitatis, vt quo ⁊ vt quod.

Respondeo ꝙ si Doctor determinate ⁊ assertiue diceret personam creatam constitui in esse personali per solam negationem ⁊ ex alia parte diceret quod negatio quelibet ex sua ratione est incommunicabilis, esset difficile soluere quin sibi contradiceret. Potest tamen dici ꝙ negatio est duplex. Quedam extra genus ⁊ quedam in genere que determinat sibi aliquod subiectum ⁊ illa posset constituere. Sic intelligendo quod negatio duplicis communicabilitatis tantum competat indiuiduo de genere subiecte: ⁊ sic in eodem instanti quo ponitur tale indiuiduum de necessitate oritur negatio duplicis communicabilis: ⁊ hoc semper sibi inest [illegible] preueniatur ab alio supposito. vt patet de indiuiduo [illegible]ture humane personato in verbo diuino de quo. in.3.d.1. quest.1. Et sic talis negatio posset dici ibi propria ex se: qꝛ consequitur talem naturam sic indiuiduatam. hec autem negatio non competit albedini singulari: qꝛ ipsa posita non sequitur huiusmodi negatio ¶ Dicerem ergo quod talis negatio inest propter aliquod positiuum: ⁊ illud positiuum est singulare non quodlibet sed singulare predicamenti subiecte. Cum dicis. illud singulare est ex se communicabile. Concedo. Cum infers. ergo non est ratio, quare insit sibi talis negatio. Negatur: qꝛ dico ꝙ est talis nature sic ꝙ ipso posito ⁊ non preuento ab alio statim inest talis negatio que non inerit alteri singulari. vt patet de albedine singulari. ¶ Secundo dico ꝙ secundum doc. forte non esset inconueniens dicere negationem aliquam esse ex se incommunicabilem: ⁊ posset elici ab ipso. supra. d.23. ⁊ alibi. ¶ Tertio dico (sustinendo q̄. s̄. dixi in argumentando: ꝙ persona creata constituatur i eē ꝑsonali ꝑ aliqđ positiuum) ꝙ erit rō incōicabilitatis vt quo ⁊ vt quod: ⁊ sic talis negatio diceret incōicabilis propter huōi positiuū: nec hēo ꝓ incōueniēti. ¶ Si dicatur doc. dicit contrariū. Dico ꝙ hoc nō inuenio a doc. assertiue: tm̄ em̄ dicit. vt. s̄. d.2.d.23. ꝙ suppositū dicit negationē duplicis cōicabilitatis ⁊c. ⁊ in.3. dicit. d.1.q.1. ꝙ suppositum dicit negationem duplicis dependentie. vt supra dixi.

Obiecto. ¶ Si dicatur contra. Nam doct. in tertio vbi supra facit differentiam inter personam diuinam et creatam: quia diuina dicit aliquod positiuuʒ creata vero non: et in primo distinctione 26. dicit expresse ꝙ suppositum vel ratio suppositalis non dicitur actus in creatura: cum dicat negationem. ¶ Respondeo ꝙ licet doc. vbi supra asserat personaʒ diuinam constitui per positiuum et creatam: non hec forte dicit non ad intentionem propriam nam ipse doc. in.1. distinctio.26. dicit ꝙ ratio suppositalis siue sit ratio negatiua siue positiua adhuc non erit actus dans esse. ⁊c. Posset autem dici ꝙ aliud est de persona diuina et aliud de creata propter maximas difficultates Uidetur enim valde difficile ꝙ persona diuina sit tantum essentia et aliqua negatio. Ideo ad fugiendum hanc difficultatem asserit, ipsam constitui per positiuum: non negando tamen expresse personam creatam non constitui per positiuum. ¶ Si dicatur. si ratio suppositalis dicit aliquod positiuum. ergo potuit assumi a verbo: vt patet: a Doc. in tertio hoc autem est falsum: quia suppositum expresse dicit negationem duplicis communicabilitatis. ¶ Si dicatur ꝙ non assumpsit illud positiuum. licet hoc Doc. neget vltra hoc sequitur ꝙ non assumpsit totam naturam humanam et omnem perfectionem humanam. et vltra si nunc naturam humanam assumptam dimitteret. quero in quo suppositaretur? aut in positiuo quod prius habuit? aut in alio. si primo modo? vr̄ inconueniens. Nam tunc opporteret illud conseruare. Etiam esset dubium in quo possit constitui: quod esset difficilie soluere. Si in alio? ergo primum non pertinebit ad esse nature. ¶ Dico sine assertione et saluo semper meliori iudicio: sustinendo ꝙ ratio suppositalis dicat aliquod positiuum ꝙ illud non fuit assumptuʒ. quia in eodem instanti quo natura singularis fuit assumpta verbo: si non fuisset assumpta esset suppositata i illo positiuo: quia tunc ex natura rei ortum fuisset tale positiuuʒ in tali natura. Cum dicitur ꝙ tunc non assumpsisset omnem perfectionem nature humane. Negatur et dico tunc ꝙ huiusmodi positiuum esset tantum actus personalis et nullo modo perficiens naturam. vt patet a Doc. in primo distinctio.5.q.2. distin.20. Et cum dicitur. si verbuʒ nunc dimitteret naturam humanam in quo suppositaretur? Dico ꝙ in eodem instanti quo natura fuisset dimissa: statim oriretur in ipsa huiusmodi positiuum et hoc ex natura rei. nec oporteret dicere ꝙ de nouo crearetur illud positiuum: quia et posita nunc albedine statim ex natura rei oritur relatio. Hec que dixi magis disputatiue ꝙ̄ assertiue dixi: licet nullam contraditionem inueniam nec ex se nec ī Doc. substinendo tamen ea que dixi: ⁊ multa alia esset hic dicenda: sed breuitatis causa transeo. Et sic oʒ te publice confiteri Sco. sibi non contradicere: immo fateri vel teipsum ignorare vel proteruire. quod non est signum docti viri. ⁊c. ¶ Ad argumentum in oppositum. Solutio ista patet hic ex glo. superiori. in.26. distin. in soluendo auctoritatem Dama. quam videas ibi.

Ad argumenta pro opi. Nota hic vnuʒ dictum scilicet ꝙ aliud est priuationem con notare aliquod subiectuʒ. et aliud et ipsam preexigere aliquod posituum in subiecto: quo positiuo in subiecto non existente talis priuatio non inerit: vt patet. Nam cecitas connotat occulum quod est subiectum visionis et cecitatis: non tamen potest inesse occulo nisi propter aliquod positiuum repugnans visioni. vt puta dispositio preuia visioni. Sic in preposito: licet ingenitum connotet aliquam personam: non tamen potest inesse alicui persone nisi propter aliquod positiuum quod repugnet genito siue generari. Et nota hanc solutionem qꝛ singularis est. Cetera patent.

¶ Questio Tertia.

TErtio queritur Utrum prima persona constituatur in esse personali aliqua relatione positiua ad secundam personam?

In presenti questione ponuntur plures ac varie doctorum opiniones. vt diui Thome. Sancti seraphici docto. Bonauenture Cardi. ¶ Item Henrici et Johannis de Ripa: tamen

qꝛ ⁊ ille opi. hic recitate satis clare sunt ⁊ earum improbationes: paruo ⁊ hebeti meo iudicio apertiori non indigent interpretatione. Et sic me conferro ad opi. Joānis de Ripa declarandam: que est ibi. ¶ Aliter ponitur tenendo conclusionem oppositā istis trib⁹ opi. Hic nota ista duo argumenta que iudicio meo satis manifeste ostendunt personas constitui per absoluta. Primum est clarum. Secundum etiam sꝫ magis patebit infra. d. 30. quomō relatiuū non p̄mo refertur ad correlatiuū. ¶ Ibi. Contra istam opi. arguitur ꝙ eēt heretica. Hoc non dicit ex intēsione cū magis declinet ad istaꝫ opi. Sed ex intētiōe alioꝝ qui tenēt ꝑsonas necio cōstitui ꝑ relatiōes ⁊c̄. Nec amplius hic tp̄s contero qꝛ alibi supra tacta sunt ea que dicenda erant in p̄senti opi.

Ad questionem istam. Hic doc. sustinendo ꝙ pater constituatur in esse per paternitatem: dat modum sustinendi quō est pōle patrem posse generare filium: cum in eodem instanti quo pater est filius sit: ⁊ tamen generans dꝫ esse prius generato. Dicit ergo Doc. ꝙ sufficit ad hoc vt sit generans ꝙ sit prius origine ipso generato: lꝫ nō sit prius natura. Et probationes eius clare sunt. ¶ Ibi. Ad hoc etiā adducitur Aui. cum dicit ꝙ cā inq̄tū cā est prior natura causato inq̄tuꝫ causato Non dꝫ hic accipi prius natura. vt supra dixit: qꝛ vt sic nō repugnaret cāe inq̄tū cā posse esse sine causato. Sꝫ debet accipi prius natura. i. prius origine ⁊c̄. ¶ Ibi. Sed tūc est aliud dubium. Totū claruꝫ ē vsqꝫ ad argumenta ⁊ sūt valde notabilia que hic dicit. ¶ Ibi. Ad argumenta solutio patet hic ⁊ ex supra habitis in distin. 26.

¶ Distinctio. 29. Questio vnica.

Circa distinctionē. 29. Utrū p̄ncipiū vno mō dicatꝰ de p̄ncipio sūpto ꝑsonalr̄ ⁊ notionaliter ⁊c̄.

Ad istam. q. dico. Suppono vnū ꝙ hic accipitꝰ p̄ncipiū ꝓ p̄ncipio ꝓductiuo: ⁊ hoc ꝓ significato tm̄: sic̄ satis. s̄. pꝫ. di. 7. p̄ncipiuꝫ em̄ ꝓ significato dicit relationē ꝯnotādo subiectū. Scd̄o suppono ꝙ p̄ncipiū ꝑsonale hic dicitꝰ generās siue spirās: p̄ncipiū notionale dicitꝰ generatio actiua ⁊ spiratio actiua q̄ reducuntꝰ ad gen⁹ p̄ncipij. vt pꝫ. s̄. d. 36. ī exponēdo opi. Jo. de ripa. Pricipiū eēntiale accipitꝰ ꝓ respectu ad extra dicēs p̄ncipiationē sic̄ creatio ⁊c̄. Tertio suppono ꝙ p̄ncipiū eēntiale (qd̄ ī ꝓposito dicitꝰ essētiale: qꝛ cōe trib⁹: n̄ ꝙ sit d̄ essētia alicui⁹ nec ꝙ dicat essētiā nec ꝑfectionē aliquā: sꝫ qꝛ tm̄ cōe: vt pꝫ a Doc. 1. q. quoli.) est tm̄ relatio rōnis: qꝛ oīs relatio dei ad creaturam est tm̄ rōnis: vt pꝫ. īfra. di. 30. q. 1. ⁊ 2. ⁊. s̄. di. 2. ⁊. 8. ⁊. alibi. Pricipiū vero notionale ē relatio nāe realis. s. gn̄atio actiua ⁊ spiratio actiua: ⁊ ꝑsonale ē ipsa relatio realis sūpta ī ꝯcreto. Quarto seq̄tur ex dictis ꝙ p̄ncipiū ī cōi tm̄ pōt se hr̄e vno mō. i. n̄ pōt eē vniuocuꝫ ad hmōi p̄⁹: qꝛ enti rōnis ⁊ enti reali nō est cōe vniuocum. vt pꝫ hic a Doc. ⁊ in quoli. q. 3. Quinto nota q̄ꝙ principiuꝫ ad intra p̄dicatur vniuoce de ꝑsonali ⁊ notionali. Sexto nota ꝙ primum argumentum factuꝫ in p̄ncipio q̄ōnis tantum vadit de p̄ncipio vt est cōe ꝑsonali ⁊ notionali: non autem eēntiali. ⁊ sic Doc. rn̄det q̄ꝙ tale p̄ncipiū pōt esse vniuocum notionali ⁊ ꝑsonali. ¶ Ibi. Ad argumētū ad oppositū patet rn̄sio. Creās ḡ pricipians ⁊c̄. Nā cū dico: de⁹ est creās. ergo principians. Nā sicut creās dicit respectuꝫ rōnis: ita ⁊ principians: ⁊ cū dicit: pater est generans. ergo principiās. Hic generans dicit relacionem realem: ⁊ similiter principians. Et sic patet ista distinctio.

¶ Distinctionis trigesime. Questio. 1.

Circa trigesimā distictionē queruntur duo. Primo. Utruꝫ de deo dicatur aliqua relatio ex tēpore? Secūdo. An dei ad creaturaꝫ possit esse aliqua relatio realis?

Ad primam. q. Hē. vult ꝙ n̄ sit aliq̄ relatio ī deo noua ī se: sꝫ tm̄ noua appellatio. Nā relatio d̄i vt creatiui vt potētis creare vt creātis est simpliciter eadē sed diuersi mode nominata: et sic negat in deo oēm relationē nouam siue realē siue rationis. ¶ Ibi. Ad secundam. q. hic vult. Hen. ꝙ in deo nulla sit relatio realis ad creaturā etiā ab eterno et in hoc verum dicit. Sed probatio sua in multis deficit vt patebit infra.

Contra istam opi. Doc. in ista ratione probat ꝙ relatio aptitudinalis in deo et actualis non sunt simpliciter eadem. Tum: quia sicut relationi aptitudinali in deo. puta relationi creatiui correspondet in creatura relatio aptitudinalis ab eterno: puta relatio creabilis. ergo cum creatura habeat esse de nouo et tp̄alr̄. tunc dicet relationem actualem creati de nouo ad deum creantem de nouo. Si ergo relatio creantis et creatiui est simpliciter eadem in deo: sic ⁊ in creatura relatio creabilis et creati erit eadem. Et cum relatio creatiui in deo sit ab eterno et silr̄ creantis (cum sit eadem) erit ab eterno: ergo et relatio creati actualr̄ et ex tp̄e (cum sit eadem cum relatione creabilis) erit ab eterno: et sic nulla creatura dicit relationem ex tempore determinatam ad deum creātam: quod est inconueniens. Tum: quia si relatio illa nō est noua creatura. ergo nec ipsa creatura erit noua: patet quia impōle est fundamentum relationis eē posterius relatione. Tum: qꝛ sequitur ipsam creaturam esse de necessitate ab eterno si relatio ipsius est ab eterno. patet quia s̄m Hen. totum eē creature siue eē ratum est ipsa relatio creature exemplate ad deum vel participatiue ad ipsum deum. vt patuit supra distinctio. 3. q. 5. in positione illa de ratitudine. ¶ Ibi. Specialiter ēt videtꝰ consequens inconueniens s̄m istos. hoc consequens est illud supra. ergo pari ratione non est aliqua relatio noua creature ad deum: et ꝙ sit inconueniens probat supponando ꝙ Hen. dicit scilicet ꝙ eē existentie dicit tm̄ respectum ad causam efficientem in effectus est. i. ꝙ existentia creature non aliud est nisi respectus terminatus ad causam efficientem. Tunc vltra: aut ille respectus erit nouus? et habetur propositꝰ: aut non erit nouus? ergo nihil creatur de nouo: ⁊ sic nihil simpliciter creatur: quia creari proprie est aliquid fieri de nihilo: ita ꝙ ly nihil precedat in aliqua duratiōe ipsum eē. vt patuit supra distin. 2. q. 1. et distin. 8. q. vlti. et in 2. distin. 1. et in quoli. q. 1. ergo cum aliquid creetur s̄m fidem. et de nouo. ergo respectus ipsius creature erit nou⁹ et pariformiter in deo creante de nouo erit aliquis respectus nouus. ¶ Ibi. Preterea. Non pōt eē eadem relatio Ista ratione probat Doc. ꝙ relatio aptitudinalis in deo q̄ terminatur ad esse pōle in creatura: et relatio actualis que terminatꝰ ad eē exn̄tie creature non sūt simpliciter eadeꝫ relatio: quia termini earum sunt diuersi. quia esse pōle et esse exn̄s simpliciter dr̄nt. vt notat Doc. in confirmatione. Si ergo intellectus diuinus comparat eumdem actum intelligendi ad creaturam intellectam in esse pōli. derelinq̄tur ibi aliqua relatio rationis que terminatur ad creaturā vt cognitam in esse pōli. Et vltra si comparat eumdem actum ad creaturam intellectam in esse exn̄tie pro tali vel tali tp̄e: derelinquitur vna relatio rationis que terminatur ad creaturam intellectam in esse exn̄tie pro tali tempore: ⁊ sic iste due relationes rationis inter se dr̄nt. quia termini earum inter se dr̄nt. Cetera patent. ¶ Contra illud quod dr̄ ad secundam. q. Iste improbationes clare sunt: quia hic dicit ꝙ nec̄io perfecta similitudo et equalitas est in personis diuinis. et parum infra. Et si ibi per impōle eēnt duo fundamenta esset similitudo realis: et parum infra. Quia modo non ponitur eē rationis nisi per intellectum comparantē illam magnitudinem vnam. ¶ Hoc videtꝰ contra ipsum: quia expresse distin. 19. q. 1. et infra distin. 31. primi. Apparens cōtradictio
et in quoli. q. 6. ponit illam similitudinem in diuinis et equalitatem eē reales. ¶ Dico ꝙ sibi non contradicit: quia hic vult exempluꝫ ponere ꝙ si per impōle eēnt ibi due magnitudines realiter distincte vna non ordinaretur ad aliā realiter: et non negat ꝙ ibi non sit similitudo realis. ¶ Secundo dico ꝙ ibi potest eē similitudo rōnis comparando illam magnitudinem tm̄ ad se ipsam. et hoc per actum intellectus negotiantis: quia omnis comparatio eiusdem ad se siue relatio est tm̄ rationis. Doc. aūt in locis preallegatis ponit extrema equalia et silia inter se realiter distincta habētia eandem magnitudinem que est fundamentuꝫ equalitatis: et positis talibus extremis ex natura rei oritur equalitas eorum: vel si hoc dicit hic ꝙ est tm̄ similitudo et

equalitas relatio rationis: quia fundamentum est vnū: forte loquiṫ sm̄ opi. Hen. qui expresse negat in deo vel in psonis diuinis similitudinem et equalitatem et idē ptitatem esse relationes reales. vt. ī. patebit di. xxxi. Et cōtrariū ꝓbat Doc. ¶ Ibi. Nec sequiṫ ad inuicem ordinanṫ. ergo dependēt adinuicē. pz q̄2 cū cā dicat relationem realē ad cātū sm̄ opi. istam ordinabiṫ ad illud ⁊ tm̄ non dependebit ab illo. et ꝓbat ꝙ non dependeat.

Aliter dicitur Ad primam. q. Ista opi. cōcordat cū p̄cedente. Sed mod⁹ ponendi est diuersus: vult. n. ꝙ si deus dicaṫ creator de nouo: non denoīaṫ creator p aliquā relationē de nouo existentē in illo. Sz p relationē existem ī creaṫa q̄ refertur ad deū creātem ⁊c. ¶ Ibi. Ad scdam. q. Ista opi. cōcordat cū p̄cedente. Sed modus ponendi ē ali⁹: vt pz ī lr̄a.

Contra primuz ⁊c. Quia illa opinio dicit ꝙ actio est in patiente: et sic creatio actiua est in creatura. Contra hoc arguit: quia impossibile ē aliquā relationem esse in aliquo subiecto vbi non est fundamē tum illius relationis. Sed voluntas dei siue velle dei ē fundamentnm creationis actiue: et tale fundamentuz non est in creatura: ergo falsuz est dicere ꝙ creatio actio sit formaliter in creatura. ¶ Ibi. Preterea opposite relationes ⁊c. quomodo iste relatiōes repugnant. ptz. s̄. dist. 2. Sed p istam opi. in creatura est creatio passio et est creatio actio: que magis repugnant q̄z relatio producentis et producti: pz q̄2 iste pn̄t esse in eadē nā: q̄2 in eēntia diuina. vt ptz. s̄. di. ii. Iste aūt non pn̄t esse in eadem nā. vt ptz. s̄. Ergo multo minus nec in eodem supposito ergo falsū est dicere ꝙ creatio actio sit in supposito creato: q̄2 ibi ēt est creatio passio: et hoc est quod dt. ¶ Ibi. Rō que poniṫ ad scdaz. q. p̄mo petit p̄ncipiū: cū dt ꝙ relatio realis non est sine ordine. Hoc deberet probare. ¶ Ibi. Et de⁹ nō hz ordinē: hoc deberet ꝓbare. Scdo cōmittit fallatiam consequentis arguendo a negatiōe inferioris ad negationē supioris. Nā bn̄ sequiṫ. Ōis ordo est relatio: ⁊ non econtra: non tm̄ sequiṫ in aliquo: q̄m in deo non est ordo ad creaturam. ergo non est relatio: non seq̄ṫ. sicut si argueret in Frācisco non est albedo. g̃ non est color: et sic ptz improbatio haȳ opi. ⁊c.

Ibi. Respondeo igiṫ ad p̄mā. q. Hic Doct. intendit ꝓbare ꝙ nō est necesse relationē alicuius relatiui hr̄e de necessitate relationē oppositā corrn̄dētē sibi: q̄2 p̄t t̄minari ad aliqd absolutū: et ꝙ in tali absoluto sit relatio corrn̄dens magis accidit sibi: ⁊ ꝓbat singularibus rationibus. Prima rō est clara. ¶ Ibi. Et istud ēt ꝓbaṫ ex itētione phī. Uult ibi Arist. ꝙ potētia diffiniaṫ p actum. vt ptz: q̄2 visibile diffiniṫ p hoc ꝙ est aptū natū videri: et simiḷ edificatiuum p hūc actū qd potest edificare: ⁊ sic si potētia diffiniṫ p actū: q̄2 t̄minaṫ ad ip̄m: act⁹ erit prior pontentia. Si g̃ actus esset correlatiuus potentie diffineret p potētiam: et sic potētia esset prior actu. ergo circulus: q̄2 idē esset prius ⁊ posterius essentialiṫ respectu eiusdē: qd est ī possibile ⁊ ꝯ Ar. in pluribus locis. ¶ Ibi. hoc ēt ꝓbaṫ gn̄alius p oīa relatiua. hic dt in snīa ꝙ ex quo relatiuuz non referṫ p̄mo ad correlatiuum sicut paṫ ad filiū et sic non t̄minaṫ p̄mo ad filiū: q̄2 si patnitas t̄minareṫ ad filiū inq̄ztū filius diffiniret p ip̄z: et oē diffiniēs siue essentialiṫ siue p additamentū est prius diffinito: et ꝙ diffiniens p additamctū sit pri⁹ pz p Ar. in. 7. met. compando accidēs ad substātiā. Nā substātia est prior accidēte diffinitione ⁊c. Relatiuū aūt diffiniṫ p fundamētum et t̄minū ad quē p̄mo referṫ siue p̄mo t̄miaṫ: ⁊ sic t̄min⁹ erit prior: et sic pr̄nitas diffiniṫ p fundamentuz pr̄is: ⁊ p absolutum filii ad qd t̄minaṫ. Si g̃ relatio t̄minaṫ primo ad absolutum: non requiriṫ in tali absoluto ꝙ t̄minet ī q̄ztū hz relationem oppositā: immo accidit sibi econuerso referri relatione sibi inherente. ergo nō ē impossibile creaturā referri realiṫ ⁊ t̄minari ad deum sub ratiōe absoluta: et sic in deo non erit relatio opposita rl̄oni creature. ¶ Ibi. Preṫea lz intellectus possit negociari. Dicit doc. ꝙ etiā posito ꝙ ītellectus caret aliquā relationē rōnis in essentia diuina: puta relationem rationis creātis ad creaturam: non tm̄ seq̄ṫ ꝙ ipse deus t̄minet ipsam relationem creature sub ratione illius relationis rationis: quia si illa non esset: adhuc posset t̄minare relationē creature: t̄minat ergo sub rōne absoluta: et sic non ē necesse ponere ī deo aliquā relationē siue realem siue rationis ex hoc ꝙ creatura realiṫ ⁊ ex tēpore refertur ad ip̄m. et hoc est quod dicit. ¶ Ibi. Absolute igiṫ dico. Doc. hic tāgit duo. Primuz ꝙ in deo p̄ot poni aliqua relatio rationis ⁊ de nouo: ⁊ hoc causata p intellectum creatū puta si intellectus angeli comparat essentiam diuinam cognitā ad creaturā cognitā: puta in rōne creātis: vel ī rōne gubernātis: vel in ratione amātis: et hmōi causat in deo relationem rationis nouā: ⁊ talis relatio non facit cōpōnē nec nouitatē nec mutationem in deo. vt ptz. Scdm ꝙ oīs relatio rationis causata ab intellectu diuino in essentia diuina est ab eterno causata. Tertium: ꝙ intellectus diuinus non potest causare relationē nouā rōnis in essentia diuina: ⁊ hoc ꝓbat ⁊ ptz ꝓbatio ipsius. Quia tm̄ doctor dicit ꝙ si intellectus diuin⁹ causaret relationē rōnis nouā in essentia diuina: de necessitate esset ibi aliqua mutatio: q̄2 cāre nouā relationē fit ex noua cōpatione. Exēplū: intellectus diuinus ab et̄no cōpauit volūtatē diuinā cognitā ⁊ volentē antixp̄m p instanti. a. esse album ad ipsum antichristum cognitum in tali esse albo: tunc derelinquiṫ relatio rationis in voluntate diuina sic cognita t̄minata ad antichristum sic cognitum. Si ergo intellectus diuin⁹ posset causare relationē nouā: hoc esset q̄2 de nouo compareret ip̄az volūtatem sub alio modo cognitā: vtputa volētez antixp̄z fore tm̄ nigrū: ⁊ sic aliṫ cognosceret voluntas diuina ⁊ aliter antichristus: q̄2 prima cognita fuit sub illa rōne qua voluit antichristū fore album: ⁊ post sub illa rōne q̄ voluit ip̄m fore nigrū: g̃ aliṫ ⁊ aliṫ intellecta. ergo mutatio non in antichristo: q̄2 non est. ergo in intellectu diuino aliṫ ⁊ aliṫ cognoscēte: et sic esset transitus a ꝯdictorio in contradictoriū: ⁊ per cōsequēs mutatio. ¶ Dico tm̄ (saluo semp meliori iudicio) nō intēdēdo aliq̄ mō ꝯdicere dictis Doc. imo in omnibus filit inherendo: ꝙ nō haberēt pro impossibili relationē rōnis causari de nouo ab ītellectu diuino. Et si poniṫ aliq̄ mutatio: erit tm̄ rōnis: q̄2 esse cognitum vt sic: non esse cognitū vt sic sunt tm̄ respectu rōnis. ¶ Si dicaṫ intellectus diuinus si cognoscit antichristum fore album et post non cognoscit fore album. g̃ mutaṫ: nego cōsequētiā: q̄2 simpl̄r eadē cognitione cognoscit vtrūq̄. Illa ergo cognitio non dr̄ variari ī se: sed variari sm̄ diuersos respectus q̄ nō faciunt mutationē aliquam. vt pz a doc. s̄. di. ii. et. ī. di. xxxix. et ī quolī. q. xiiii. et alibi. ¶ Dico scdo ꝙ si intellect⁹ diuin⁹ nūc causat aliquā relationē rōnis. ergo de nouo non sequiṫ: q̄2 semp illā causat in instāti et̄nitatis qd non transit in p̄teritū neq̄ in futuȝ. Hic multa essent dicēda: sed reseruo ad matiam de predestinatiōe ⁊c. Cetera patent.

Ad argumēta Ad primū ptz ⁊ siḷr ad scdm et ad tertiū. ¶ Ibi. Ad scdaz. q. rn̄deo. Doc. ꝓbat ꝙ in deo non sit aliq̄ relatio realis terminata ad creaturā: et ꝓbatio sua est clara supponendo ꝙ deus sit summe simplex: et p cōsequēs q̄cquid ē ibi realiṫ ⁊ essentiaḷr est pfecte idē sibi et idē ꝙ de⁹ vt ptz. s̄. di. ii. ⁊. 8. ⁊. v. q. ii. ⁊. xxvi. et alibi. ⁊ est simpl̄r necesse esse: et quicq̄d est ibi realr̄ est simpl̄r necesse eē. vt. s̄. patuit. d. 2. Scdo supponēdo qd declaratū ē. s̄. di. viii. q. vlti. ꝙ illd qd est ex se necesse eē pfectissime nō p̄ot non eē posito q̄cūq̄ alio ab ip̄o: vel destructo quocūq̄ alio ab ip̄o: siue quacūq̄ positiōe īpossibili ratione alterius ab ip̄o: quia tūc si ex destructione alicuius qd est īpossibile non eē sequereṫ destructio ipsi⁹ dei: qd est simpl̄r impossibile ip̄m non esse: tūc maius īpossibile seq̄reṫ ex min⁹ īpossibili. vt pz. s̄. di. viii. Tertio supponendo ꝙ q̄lz creatura q̄ztūcūq̄ pfecta q̄ ad suū exn̄tie simpl̄r p̄ot non esse: vt patuit. s̄. di. viii. q. vl. Quarto supponēdo ꝙ relatio realis actualis de necessitate exigit terminū realē actu exn̄tē. vt ptz: ⁊ ip̄o destructo stati destruiṫ relō ad ip̄m. Si ergo deus haberet relationē realē t̄miatā ad creaturā. ergo destructa creaṫa destrueret talis relatio: ⁊ p cōsequēs destrueretur deus cū ip̄a sit realiṫ ⁊ essentialiṫ id qd deus. Hoc aūt ē īpossibile ergo est īpossibile deum realiṫ referri ad creaturam: et hoc est qd infert hic Doc. ¶ Ibi. Contra istā rōnē instatur p̄mo. hic Doc. p ista argumēta intēdit ꝓbare ꝙ possit esse relatio realis ad creaturā. et p̄mo ex hoc: ꝙ si relatio realis in deo (vt dicis) est idē qd deus: ⁊ sic necesse esse: ⁊ sic de necessitate req̄rit t̄minū puta creaturaz: et sic talis t̄minus erit necesse eē aliṫ ip̄a non erit necesse esse: ⁊ p te creatura non est necesse esse ⁊c. P̄ot tm̄ saluari ꝙ lz non sit necesse esse in esse existentie: est tamē necesse esse in esse possibili. Cum ergo producat ipsam in esse possibili. vt ptz a Doc. s̄. di. iii. q. iiii. et. ī. disti. xxxv. et. xxxvi. et. xliii. ergo erit relatio realis ad ip̄am in tali esse possibili. Secūda rō clara est ex ista nūc dicta: et iste

due soluunt̄ duplicit̄. Primo quiā si ē aliqua relatio ad illa in esse possibili: erit tm̄ rōnis: qꝛ i tali eē nichil reale dicūt. Sed tm̄ eē cognitū: vt pꝫ. s̄. i locis p̄habitis. Secūdo ꝙ ēt posito ꝙ sit necesse eē tm̄ illd̄ necesse esse eēt ꝑticipatū. ⁊ ꝑ ꝯn̄s min⁹ necesse eē ꝙ̄ ip̄e de⁹. Si ḡ ē rl̄o realis ad illd̄: destructo tali eē creat̄e ꝑ ip̄ossibile: seq̄ret̄ destructio dei: ⁊ sic maius ip̄ossibile seq̄ret̄ ad min⁹ ip̄ossibile. vt patuit. s̄. ¶ Alia duo argumēta patēt ⁊ rn̄siōes eoꝝ maxie rn̄sio ad vltimū argumētū. Nā nō ē sil̄e de sole ⁊ de deo: qꝛ posito ꝙ sol sit necesse eē: nō ē simpl̄r simplex: et ꝑ ꝯn̄s si haberet relationē realē ad aliqd̄ causatū possibile ⁊ ꝯtigēs: illa tn̄ relatio nō esset idē real̄r ⁊ essentialit̄ cū sole. in deo aūt (cū sit simpl̄r simplex) q̄cq̄d ē ibi realiter est perfecte idem sibi: ⁊ ex alia pte si esset relatio ad creaturam destructa creatura destruet̄ deus.

Ad argumenta scd̄e. q. ibi. Ad aliā de actione et passione. Sꝫ q̄res. Durādus dicit ꝙ relationes primi ⁊ scd̄i modi: iō dicuntur reales et mutue ꝓpter naturalē inclinationē fundamēti vni⁹ ad fundamētū alteri⁹. ⁊ hoc iprobat Doc. multiplici ratione que sunt manifeste ⁊c̄. et nota ibi singulare dictum quare cause create ad causam sit relatio mutua ⁊ realis: non autem dei ad creaturam.

Aug. suess. instat ꝯtra Sco.

Contra hoc qd̄ dicit Sco. s. ꝙ rō formalis t̄minandi relationem est absolutum relatiui. arguit. Nonus interpres phi dicēs ꝙ hec positio non est peripathetica. ¶ Primo quia si relatio nō esset rō terminādi: tūc oēs relatiōes essent tertii modi. et deducit̄: qꝛ relatiua tertii modi sunt q̄ nō ꝑ relatiōes eorū referunt̄: sed qꝛ alia ad ipsa: mō apud istū viꝝ omnia relatiua referunt̄: qꝛ alia ad ip̄a referunt̄. igit̄ oīa eēnt relatiua tertii modi: vel saltē non posset assignari dr̄ia inter relatiua t̄ti modi ⁊ alioꝝ geneꝝ. ¶ Scd̄o si ita esset: non quicunqꝫ diffinite sciret alterū relatiuū diffinite sciret et alteꝝ. deducit̄: qꝛ nō quicūqꝫ diffinite sciret vnum relatiuum diffinite sciret absolutū alteri⁹: non. n. vnum relatiuum cōuertitur cū absoluto alteri⁹: ꝯn̄s est ꝯ̄ Arꝫ. in p̄dicamentis. igit̄ et an̄s. ¶ Tertio. Ea rōne alteruꝫ correlatiuū terminat relationē alteri⁹ qua rōne refert̄ ad ip̄m. vt ptꝫ in predicamentis: sed non refertur ꝑ absolutū. igit̄ nec ꝑ absolutū terminat relationē. ¶ Quarto Arꝫ. in p̄dicamētis hꝫ ꝓ ip̄ossibili ꝙ substātia sit ad aliquid igit̄ s̄m ip̄m rō t̄minandi nō pōt eē absolutū: tꝫ argumētū: qꝛ vbi ē absolutū rō t̄minādi: substātia pōt esse ad aliqd: saltē qꝛ aliud ē ad ip̄am. ¶ Et rn̄det ad rōnes Sco. q̄s suceīcte sic recitat ⁊ forte nō ad intētionē Sco. Prima rō Sco. pꝫ de relatiuis tertii gn̄is: qꝛ vt dicitur in textu hec dicunt̄ relatiua: qꝛ alia referunt̄ ad ip̄a. igitur terminant vt absoluta et non vt relatiua. ¶ Secūdo de actu ⁊ potētia: qꝛ hr̄ in hac conclusione ꝙ potentia ꝑ actū diffinit̄ ⁊ nō ecōtra. igit̄ actus vt prior potētia diffinit potētiā: sed vt relatiuū non est pri⁹. igit̄ absolutum diffinit potentiam: et per ꝯn̄s vt sic terminat potētie relationem. ¶ Tertio oīs relatio diffinitur per terminuꝫ ad quē igit̄ termin⁹ ad quē est prior relatiōe diffinita s̄ꝫ diffinitionē. igit̄ non sub rōne relatiui terminat: qꝛ vt sic non est prius. ¶ Quarto tunc in diffinitionibus esset circulus: qꝛ relatio alterius esset rō diffiniēdi alteꝝ: ⁊ illius relatio esset rō ēt diffiniēdi alterū. et sic in diffinitionibus esset circul⁹. ¶ Rn̄det ad ista. p̄mo ad p̄mū ⁊ scd̄ꝫ: et dicit ꝙ concludūt de relatiuis tertii gn̄is. Illa. n. solū referunt̄: qꝛ alia referuntur ad ip̄a: sec⁹ est de relatiuis reciprocis de quib⁹ rōnes non cogūt. ¶ Ad t̄tiū dt ꝙ vnū relatiuū diffinit̄ ꝑ alteꝝ: et negat̄ ꝙ illud quod ē de diffinitione sit prius: qꝛ solū in relatiuis habet̄ ꝙ diffiniens et diffinitum sint simul nā. vt dicit Arꝫ. Immo nec ꝑ notius sed ꝑ eqꝫ notū: qꝛ vt dicit Boe. Magis cōdiffiniūtur ꝙ̄ vnū ꝑ alteꝝ diffiniatur. Sūt. n. diffinitione et intelligentia simul natura. ¶ Ad quartū concedit circulū in relatiuis: qꝛ magis condiffiniunt̄ ambo ꝙ̄ alteꝝ altero diffiniat̄. secus est in aliis alioꝝ predicamentorum. hec expositor nouus.

Rn̄sio. ad Aug. suess.

Respondeo primo ad rōnes istius interpretis. Deinde ostēdā ꝙ solutiōes q̄s facit ad rōnes Sco. nō soluūt ad rōnes. ¶ Ad primam dico negādo istam cōseq̄ntiā ꝙ oēs relationes essent tertii modi. Ad ꝓbationē cū dicit ꝙ s̄m Sco. oīa relatiua referunt̄: qꝛ alia ad ipsa referunt̄. Dico ꝙ hoc nō reperitur dictū a Sco. nisi tm̄ de relatiuis tertii modi. Et cū dicit ꝙ non pōt assignari dr̄ia int̄ relatiua tertii modi ⁊ aliorum modoꝝ. Dico ꝙ dr̄ia ē satis clara ab Arꝫ. v. met. c. de ad aliqd. ⁊ est. cap. 14. t. c. xx. vide ibi. vbi Arꝫ. ⁊ Cō. assignant dr̄iam tertii modi relatiuoꝝ ab aliis modis: nec opꝫ hic insistere: cum dr̄ia sit clara. non. n. assignatur ibi ratio: qꝛ relatio tertii modi terminat̄ ad absolutū: sꝫ quia absolutuꝫ ad quod terminat̄ talis relatio: vt puta mensurati ad mensuram non refert̄ realiter relatiōe reali sibi inherēte ad correlatiuū. ¶ Ad scd̄ꝫ lꝫ paꝝ valeat ad ꝓpositū: tn̄ dico ꝙ nichil concludit: qꝛ si q̄s diffinite sciret paternitatē vel p̄rem: diffinite ēt sciret ⁊ filiū. ⁊ cū dicit ꝙ diffinite sciēs vnū relatiuū: non sequit̄ ꝙ diffinite sciat absolutū alteri⁹. Dico ꝙ cognitio relatiōis depēdet a fundamento et termino. ḡ non precognitis fundamento ⁊ termino relatio nō pōt cognosci. vt satis patet a Sco. in quoli. q. xiiii. et sic cognitio paternitatis depēdet a cognitione fundamēti in p̄re ⁊ a cognitione absoluti in filio: et ꝑ ꝯn̄s cognoscēs diffinite patrem diffinite cognoscit rē q̄ est p̄r ⁊ rē q̄ ē fili⁹: cū cognitio p̄ris depēdeat a cognitione vtriusqꝫ extremi. s. fundamēti ⁊ termini: qꝛ fundamentū ⁊ t̄min⁹ sunt cāe mere nāles: sequit̄ ꝙ res q̄ ē p̄r ⁊ res q̄ ē fili⁹ causant necio cognitionē relationū: ita ꝙ fundamentū filiationis ⁊ t̄min⁹ eiusdē cānt cognitionē filiatiōis. ⁊ sil̄r fundamētū p̄rnitatis ⁊ t̄min⁹ eiusdē cānt cognitionē p̄rnitatis. ḡ si q̄s diffinite cognosceret p̄rnitatē ēt coḡsceret t̄minū absolutū p̄rnitatis. Nūqꝫ. n. pōt distīcte coḡsci aliq̄ relatio nisi distincte cognoscat̄ t̄min⁹ talis relationis. vt dixi. s̄. s̄m Sco. in quolib. ⁊ in. q. i. ꝓlogi et alibi. Immo dico plus ꝙ magis seq̄t̄ ꝙ si quis distīcte cognoscit p̄rnitatē distīcte cognoscat terminū absolutū paternitatis ꝙ̄ ip̄sam filiationē. Nō. n. filiatio est cā cognitiōis p̄rnitatis: qꝛ nulla relatio pōt esse cā alicui⁹ cognitionis. vt. s̄. exposui. di. 3. q. 3. ¶ Ad tertiam negat̄ ista. s. ꝙ ea rōne terminat relationeꝫ correlatiui q̄ refert̄ ad ip̄m: qꝛ aliud est referri: et aliud est terminare. P̄r. n. refert̄ ad filiū: qꝛ dicim⁹ pat̄ filii pater. semꝑ. n. refert̄ sub hītudīe alicui⁹ casus: vt pat̄ refert̄ ad filiū sub hītudine casus genitiui: vt pat̄ filii pater. aliq̄n sub habitudīe casus datiui: vt simile simili sil̄e ⁊c̄. Terminat̄ ꝟo ad aliqd̄ absolutū: qꝛ pat̄nitas nō terminat̄ ad filiū: sꝫ ad absolutū filii: ⁊ sic aliud est relatiuū referri: quia referri est ꝓprie referri sub habitudīe alicui⁹ casus non sic terminari. Et miror ꝙ ista ignoret qui ꝓfitetur se esse ꝑfectissimū Aristotelicum. et habere premanibus omnia Aristo. et aliorum. ¶ Ad quartam concedo ꝙ substātia non est ad aliqd formal̄r et q̄dditatiue: lꝫ possit esse ad aliqd realiter et denoīatiue. Cū infert̄. ḡ s̄m Arꝫ. non est rō terminādi relationē. Negatur. Cū ꝓbat̄: qꝛ tūc ip̄a posset esse ad aliqd. Nego. Cū dicis saltē posset esse ad aliquid: quia aliud est ad ip̄am. Dico ꝙ hoc nihil ē ad ꝓpositū. Tū: qꝛ hoc non est incōueniēs cū ēt possit esse ad aliqd denoīatiue et relatiōe reali fundata in ipsa. Tū: qꝛ Arꝫ. non hꝫ ꝓ inconuenienti substantiā posse esse ad aliqd: qꝛ aliud ad ip̄am: qꝛ et scibilis est mensura sciētie: et sic refert̄ ad sciētiā: qꝛ scientia ad ipsam. ⁊ sic pꝫ sol̄o istaꝝ rōnū. Ex his et dicēdis ad Ochā ptꝫ ꝙ Tho. Gaie. non euacuat rōnes Scoti et min⁹ intelligit eas: vide ipsum in prima parte. q. xiii. arti. 7. nec opꝫ hic adducere dicta sua: cū dicta antiquorum Doct. sint euidētiora: ⁊ pꝫ sol̄o ad illa. ¶ Ad solutiones rōnū Sco. Ad primā et scd̄am ip̄se concedit qd̄ Sco. etiā concedit. ¶ Ad tertiā pꝫ quō vnū relatiuū nō est diffinitio alterius. Tū: qꝛ diffinitio dat̄ cā innotescendi. Non. n. paternitas pōt esse rō cognoscēdi filiationē: qꝛ tūc ip̄aꝫ cōtineret aut eēntial̄r aut ꝟtual̄r: vt. s̄. exposui dist. 3. q. iii. et tūc si cōtineret ꝟtual̄r aut essentialit̄. ḡ ⁊ filiatio similiter contineret paternitatē: qd̄ est manifestū īconueniens. Tū ēt qꝛ sicut vna relatio non est rō cognoscendi seipsam: multominus nec relationem sibi oppositam. et ex his ptꝫ quō non est circul⁹ in relatiuis: et multa alia essent dicenda. Sꝫ qꝛ rn̄siōes vt ptꝫ intuenti nihil valēt cōtra rōnes Sco. et multo minus rationes sue trāseo.

Aug. suess. arguit ꝯ̄ Sco.

Deinde arguit ꝙ Sco. non bn̄ intellexit ponēdo actū nō referri ad potētiam ꝑ se: sed quia potentia refert̄ ad actū. Vn̄ actus est quid ꝑ se absolutū: veꝝ qꝛ potentia refert̄ ad ip̄m actus dr̄ relatiue ad potētiā relatiōe potētie ad actum: hoc pacto sciētia refert̄ ad scibile et scibile ad scientiā. Scientia. n. per se ad scibile dr̄ et scibile refertur ad scientiam relatione sciētie ad scibile. Vn̄ scibile potius terminat relationē sciētie ꝙ̄ ad sciētiā referat̄: et hoc pacto poti⁹ relationē potētie terminat ꝙ̄ ad potentiam referatur. ¶ Scd̄o dicūt ꝙ ea q̄ nō sic mutuo referunt̄ non opꝫ esse

simul rõne. Erit eñ alterũ altero rõne prius:qr extremũ
absolutũ prius rõne est extremo relatiuo vt scibile ꝑus
ratione scientia. Ex his dicunt ꝙ act⁹ est ratione prior
potentia:qr nõ referf ad potẽtiã:sed magis ecõtra. Po
tius.n.relationẽ potentie terminat:aut si referf:nõ per
se:sed ꝑ accñs referf relatione potentie ad actũ:⁊ ꝓpt
ea actus cadit in ratione potẽtie ⁊ non potẽtia ratione
actus. Hec ſm Sco.vt ipse recitat:et dicit ꝙ Sco. ista
dicit in pmo di.30. ¶Contra hãc positionem adducit
Aueroim.ix.met.com.11.qui sic ait.ꝙ actus ⁊ potentia
sunt relatiua ɔ̃ria:et vtrũqꝫ relatiuorũ accipitur in diffi
nitione alterius.et non accidit inde malũ hec Auerois.
Ecce quõ vult illa mutuo referri mutuoqꝫ alterũ in alte
rius diffinitiõe collocari. ¶Preterea ꝙ relatio nõ pos
sit referri aut t̃miari ad absolutũ bonis rõnibus ẽ ꝑsua
sum.v.met. ¶Et addit ꝙ act⁹ ⁊ potentia pñt accipi du
plicit̃.s.formalr̃ ⁊ mãlr̃. Prio mõ ꝓ relationib⁹ accipiũ
tur qb⁹ aliqd dr̃ eẽ formalr̃ ĩ potẽtia:⁊ formalr̃ aliqd dr̃
esse ĩ actu. Scdo mõ ꝓ his q̃ denoĩanf. Vbi grã.potẽtia
moueri deorsuz ꝓ gui act⁹ vo ꝓ descẽsu.potẽtia moue
ri sursuz ꝓ leui:actus aũt ꝓ ascẽsu. Tũc dicit (saluo me
liori iudicio) si act⁹:⁊ potẽtia sumantur formalr̃ sunt sil̃
rõne qr vt sic sunt relatiua vt recte Auerrois sentit ĩ di
cto.xi.com. At si sumunf mãlit̃:sic act⁹ est prior ipa po
tentia.vñ Arĩ.ꝑ moueri ad medium:diffinit graue:et ꝑ
moueri a medio diffinit leue:et per moueri circa mediũ
diffinit neutrum. ¶Scdo dicit ꝙ licet actus sit poten
tia rõne prior:tñ nec oĩs actus oĩ potentia est rõne prior
nec aliquis actus oĩ potentia:sed oĩs actus oĩ potentia
sibi corrñdente est prior:vt moueri ad medium est rõne
prius ipso graui:quaten⁹ in illi⁹ rõne cadit ⁊ nõ ecõtra.

Rñsio ad Aug.suef.

Respondeo ad nouũ expositorẽ. Et primo dico ꝙ iste rationes quas dt esse Scoti
in pmo dist.30.nõ bñ vidit Sco. Ibi.n.tm̃ facit vnũ ar
gumentũ de potẽtia ⁊ actu q̊ ꝓbat relationẽ potẽtie ter
minari ad absolutum.vide ibi. ¶Dico scdo ꝙ posito ꝙ
Sco.hoc asserat veruz dicit et rõnes posite vere sunt lz
ab isto interpte non soluanf. Deinde concedo actus est
simplr̃ prior potentia. Vñ Arĩ.ix.met.t.c.xiii. Oĩ itaqꝫ
tali prior est actus rõne.i.diffinitione et substãtia.i.ꝑ
fectione:tpe vero est quidẽ vt sic:est aũt vt nõ.vt pz.ĩ.in
textu:sꝫ ꝓ nũc non est pñtis speculationis terminare:an
actus sit prior tpe potẽtia. De hoc vide expõnez Sco.su
per.9.met.t.cõ.xiiii.et in quoli. Sed sufficit ꝙ actus sit
prior potẽtia diffinitiõe. Nã potentia dicit ordinem ad
actum:et ille ordo essentialr̃ est respectus ad actũ et nõ
econuerso:qr rõ actus est absoluta:et sic diffinif ꝑ actũ.
Et sic potentia formalr̃ sumpta diffinif ꝑ actũ ad quez
terminaf:et non tm̃ potentia fundamentalit̃ sumpta:et
forte talis non diffinif ꝑ actũ:sed de hoc alias. ¶Dein
de iste interpres ɔ̃dicit sibimet:qr prius.v.met.sue con
cessit ꝙ relatio potentie terminatur ad absolutum. Hic
vero negat.vt patet intuenti.⁊ quod adducit de Cõmẽ
tatore soluat ipe qui soluẽdo ɔ̃dicit his que dixit in.v.
met. Nec Cõmẽtator intẽdit ꝙ act⁹ ꝓprie diffiniaf per
potentiam:sed forte qr actus terminat relationẽ poten
tie aliq̃liter cognoscif per potẽtiam. Non.n.est intentio
Arĩ.ꝙ actus ꝓprie diffiniaf ꝑ potẽtiã.vt pz ꝑ ipsum.9.
met.t.c.xiii.vbi simplr̃ vult ꝙ potẽtia diffiniaf ꝑ actuz:
non aũt dicit econuerso:vt ptz intuenti textum illum.

Grego.de ari.i pmo di.28.q.2.

Nota ꝙ Grego.de arimino in pmo ꝓbat duas ɔ̃clu
siões. Prima ꝙ de⁹ referebaf eternaliter ad
creaturam que non erat:⁊ hoc relatione reali. Secũda
ꝙ de⁹ referf realit̃ ad creaturaz ex tpe. ¶Primã ꝓbat
sic. Deus ab et̃no fuit realiter causatiu⁹ et presci⁹.ergo
ab eterno realiter referrebaf ad causabile ⁊ ad prescita:
consequentia pz:qr causatiuus et prescius hec ipsa que
sunt ad aliquid sunt. Añs patet:qm̃ scdm fidem constat
ꝙ fuit causatiuus et ꝑscius:qd aũt realit̃ etiã nõ est du
biũ:cũ nulla aĩa fuerit q̃ ab et̃no cognouerit deum. Nec
valet dicere ꝙ deus ab eterno cognouit se causatiũ et
ꝑsciuz:qr istud nõ tollit quin fuerit realiter causatiuus
et ꝑsci⁹ nõ ad se sed ad creaturã causabilem ⁊ prescitaz:
alioquin eqꝫ faciliter diceretur ꝙ de⁹ pr̃ nõ referebatur
realr̃ ad filiũ. Nã et semꝑ nouit se patrẽ. et si dicatur ꝙ
licet nouerit se prẽz nõ tñ ꝑ hmõi noticiã fecit se prẽm:
nec iõ fuit pat̃ qr nouit se patrẽ et iõ non ſm rõnẽ:sꝫ rea
liter referrebaf ad filiũ. Sic in proposito dicef:ꝙ nec ꝑ
illã noticiã q̃ nouit se causatiuũ fecit se causatiuum:nec
ideo fuit causatiu⁹ vel ꝑsci⁹:qr nouit se causatiuũ ⁊ ꝑ
sciũ q̃ ꝓpt̃ simplr̃ seq̃f ꝙ realit̃ referrebaf ad cãbile ⁊ ꝑsci
tũ. ¶Probat tñ prius duas alr̃s ɔ̃clusiões ex qb⁹ vr̃ de
pẽdere ista. Prima ꝙ aliqd põt referri realr̃ ad nõ ens.
Scda ꝙ non ens põt realit̃ referri ad ens. Primã ꝓbat
sic. Possĩe est aliqd dũ nõ apprehendif ab aĩa esse veram
imaginẽ alicui⁹ non existẽtis.ergo aliqd põt realiter refer
ri ad non exñs. Antecedens pz.nã imago Herculis exi
stens in pariete vel in vi memoratiua:ita est imago eius
dum illud non est:sicut dum est.consequẽtia patet:quia
imago vt imago est ad aliquid ſm Aug.7.de tri.ca.pri
mo. Quid autez absurdius q̃ꝫ imaginẽ ad se dici. ¶Se
cũdo aliqd est realit̃ memoria non exñtis.ergo aliqd referf
realiter ad non exñs.ɔ̃ña ptz. Nam constat ꝙ memoria
dr̃ memoria relatiue:et idem ponit expresse Augu.x.de
tri. Añs etiam satis est notum. Nam memoria est respe
ctu ꝑteritorũ ſm phm̃ in de me.et remi.ẽt ſm Aug.ix.de
tri.c.xi. ¶Tertio ſm phm̃.v.met.c.de ad aliquid.t.ca.
xx. Quedam dicunf ad aliquid ſm potentiã et passiuam
vt calefactiuum ad calefactibile qr potest. et post dicit
ꝙ aliũ dñr ſm tpa.vt ꝙ fecit ad factum:et facturum ad
faciendum. Ex his arguif. Aliquid est realit̃ ꝓductiuũ
seu ꝑfectiuũ ⁊ realit̃ facturũ.ergo aliquid realit̃ refertur
ad non ens. Añs est certum.nam ꝙ sol vel ignis sit pro
ductiuus caloris aut alterius ignis:aut sit productu
rus vel facturus non plus dependet ab anima q̃ꝫ ꝙ sit
sol vel ignis.ɔ̃ña patet quia productiuũ dr̃ ad ꝓducibi
le et facturũ ad faciendũ:et constat ꝙ nec ꝓducibile nec
factibile est ens. ¶Scdam conclusionẽ probat sic. Oĩa
relatiua dicunf ad conuertentiã.ergo non ens realiter re
ferf ad ens. Añs ptz per Aug.vii.de tri.c.primo.qui di
cit ꝙ oĩa q̃ relatiue dicunf adinuicem dicunf.et per hoc
ꝓbat ꝙ pr̃ nõ dr̃ relatiue ad essentiam:cũ eẽntia non di
caf relatiue ad patrẽ. Patet ẽt ꝑ phm̃ in ꝑdicamentis
ɔ̃ña ꝓbaf. Nam ꝓductiuũ dr̃ ad ꝓducibile:et facturum
ad faciendũ:et imago ad imaginatũ:et memoria ad me
moriam.ergo econuerso ꝓducibile referf ad productiuuz:
et tale non est.ergo. ¶Nec valet dicere ꝙ talia et si re
ferantur non tñ realit̃:sed ſm rõnem tm̃. Nam siue talia
considerentur ab anima:siue non:nihil minus produci
bile est producibile a productiuo ergo.

Scda ɔ̃clo Grego.ɔ̃.Sco.

Scda conclusio ꝑncipalis:vcz ꝙ deus refer
tur realiter ad creaturaz ex
tpe ꝓbaf sic a Gregorio. Nã constat ꝙ ex tpe seu de no
uo deus est creãs seu dñs creaturarũ:⁊ vt sic refertur ad
creaturã ex tpe.vt dt Augu.v.de tri.et hoc non ẽ ꝑ opa
tionẽ aĩe:qr siue aĩa deũ ĩtelligat siue non:non min⁹ ipe
est creãs et dñs. ¶Confirmaf:qr si solũ ſm rõnẽ referf:
aut ideo est qr ipse non est dñs vel creator nisi ꝑ opati
nẽ aĩe:qd null⁹ catholic⁹ diceret:aut qr et si absqꝫ opa
tione aĩe sit dñs et creator:nõ tñ absqꝫ opatiõe aĩe est re
latiue dñs ⁊ creator? Et illud ĩplicat manifestã ɔ̃dictio
nẽ:qm̃ ɔ̃dictio est dicere ꝙ aliquis sit dñs et non sit dñs
alterius:⁊ ꝑ ɔ̃ñs ꝙ nõ sit relatiue dñs. Si.n.nõ sine opa
tione aĩe est dñs relatiue? non sine opatiõe aĩe est dñs:⁊
sic sine opatione aĩe est dñs:et non sine operatione aĩe ẽ
dñs:que manifeste cõtradicũt.eodẽ mõ põt ꝓbari ꝙ ab
eterno realiter referrebaf:supposito ſm fidem ꝙ et̃na
liter fuerit ꝑscius:qr sine opatione aĩe fuit prescius:et
non potuit esse ꝑscius nisi relatiue. Scientia eñ:prescië
tia:dispõ:prouidẽtia:et predestinatio:sunt ad aliquid:
sicut dicit Aug.de sacra.lib.pmo pte.ii.ca.ix.et vbi nõ
diceret de se ptz. ¶Scdo arguif sic iuxta modum cõem
loq̃ndi.quecunqꝫ relatio consequitur extrema ex natura
rei sine consideratione intellect⁹ ẽ realis:hoc pz ꝑ Sco.
in pmo di.xxx.vbi ponit eã in ꝓpria forma. Oẽs ẽt cõit̃
ponẽtes relationes rõnis dicũt eas ɔ̃seq̃ actũ ĩtellect⁹:
et alr̃ nõ hr̃e esse:⁊ qñ non dicerẽt ꝓpositio pz de se:alr̃s:
q̃libet relatio realis posset dici rationis. Sꝫ aliqua rela
tio dei ad creaturam consequif sua extrema.s.deum et
creaturam ex nã rei sine cõsideratiõe intellectus.ergo. Mi
nor declaraf:nã posito deo et lapide et nulla considera
tione intellect⁹ exñte:de⁹ est distinctus a lapide et cau
sa et dñs eius:ac ꝑ hoc iuxta illum modũ loq̃ndi conse
quif distinctio dei a lapide et causalitas ad dñm:et cer
te non min⁹ q̃ꝫ consequaf distinctio lapidis a deo et ser
uitus.et si dicerẽf ꝙ deus esset distictus et domin⁹ absqꝫ
distinctione et dñio.eadem facilitate posset dici ꝙ lapis
esset distinctus ⁊ causatus et seruus sine distinctione et
aliis relationib⁹. ¶Tertio exclusa oĩ consideratiõe aĩe
natura hũana est vnita vbo in xp̃o.ergo exclusa oĩ ɔ̃sidera
tiõe aĩe vbũ ẽ vnitũ nãe hũanẽ.et ptz cõsequẽtia:quia ĩ
possibile est aliquid esse vnitũ nõ vnito. Vnitũ.n.vnito

vnitū ē.cū ḡ oē vnitū referaṫ ad vnitum.sequiṫ ꝙ ꝓbuꝫ
exclusa oī cōsideratione aīe est vnitū: et ꝑ ꝯn̄s realiṫ re
ferṫ ad vnitā sibi nāīn. ¶Quarto. Spūs sanctus tꝑaliṫ
est datus et donatus creaṫe.nec in hoc est necessaria cō
sideratio aīe nr̄e:cum etiā pueris deṫ in baptisimo:et da
tum et donatum relatiue dicunṫ.sicut patet ꝑ Augu.v.
de tri.ca.xv.vel.xvi. Si hoc deberet negari: aut hoc es-
set propṫ auctoritatē ecclesie vel scripture sacre? aut ali
cuius sancti vel famosi phi? vel ꝓpṫ cogentē rōnem ad
oppositum? Sꝫ nec ecclesia alicubi dicit oppositum nec
in tota scriptura sacra :aut doctrina cuiuscunqꝫ sancti
nec aliqua auctoritas reꝑitur ad oppositum q̄ vnqꝫ vi-
derim vel audierim. Inueniṫ aūt freqnenter in scriptu
ra et in dictis sanctoꝝ ꝙ deus est op̄s creator ⁊ dn̄s:et
plura alia que denotant eum ad creaturam referri:⁊ nul
libi dr̄ ꝙ tm̄ ꝫm rationeꝫ sit dn̄s vel omnipotēs vel crea
tor. Siſr nec phūs nec Commentator vnqꝫ hoc dixeṙt:
cum tn̄ dixerint deū esse ꝑ̄ncipium ⁊ motorē et cām fina
lem alioꝝ. ¶Et si arguaṫ contra hanc conclusionē ꝑ rō
nes Sco.sic dicētis. Deus est ꝑfecte simplex.ḡ nō refer
tur realiṫ ad creaturā. Probaṫ ꝯn̄a:quia si ē ꝑfecte sim
plex nichil est in eo qđ non sit ip̄m:ꝫm August.xi.de ci-
ui. dei.c.x. Deus inquit simplex est:⁊ quia est id qđ hēt.
Itē ꝑfecta necessitas eius est talis ꝙ non variabiṫ esse
eius quacūqꝫ ypothesi possibili siue impossibili ponatur
circa aliud a se:qꝛ alia non sunt necīa nisi secundaria.ex
his aūt sequiṫ ꝙ nulla est in eo realitas que necio coexi
gat aliud a se. Tale.n.necio exigens aliud a deo non es-
set illo exacto non existente:et per cōsequens aliqđ ꝙ es
set ꝑfecte idē deo non esset aliquo alio quod nō ē neciuꝫ
ex se non existēte.relatio aūt realis necio coexigit ad su
um esse terminum relationis.ḡ in deo nō est relatio rea
lis ad aliud a se. ¶Ad hoc etiā vr̄ esse auctoritas Ma-
gistri.in.30.di.qui dicit sic. Appellatio q̄ creatura dr̄ ad
creatorē relatiue relatiua est:⁊ relationē notat :que est
in ipsa creatura. Appellatio ꝟo illa qua creator relati-
ue dr̄ ad creaturā relatiua quidē est:sed nullā vocat rela
tionē q̄ sit in creatore. ¶Itē pōt argui ꝯ fundamentuꝫ
ꝓbatiōis ꝑ̄dictaꝝ conclusionū. Ex hoc.n.ꝙ deus oī aīe
consideratione exclusa est ꝟe ꝑ̄scius et dn̄s:⁊ sic de aliis
que relatiue dicunṫ de eo arguebaṫ ꝙ esset realiṫ ꝑ̄scius
et dn̄s. ¶Cōtra hoc q̇dē:qꝛ siſr ꝓbareṫ ꝙ idētitas eius
deꝫ ad seip̄m esset relatio realis :nā exclusa oī considera
tione aīe quodlibet est sibiipsi idē.vt sor.est idē sorti.ḡ
illa idēptitas esset realis quod ē cōtra phm̄.v.met.c.de
eodē.t.c.xvi. Palā qꝛ idēptitas vnitas quedā ē aut plu
riū essendi.i.eoꝝ q̄ sunt plura in esse:aut qn̄ vtitur pl'ib⁹
veluti qn̄ dixerit ip̄m ipsi idē.nā vt duob⁹ vtiṫ eodē. Ex
quibus innuit ꝙ relatio talis non fit nisi qn̄ intellectus
vtiṫ eodem tāqꝫ duobus idē sibi referrēdo. ¶Rn̄det ip
se Greg.dicens ꝙ non oīs relatio exigit necio ad suum
esse ꝙ eius ṫminus sit in rerum nā.sicut.s̄.patuit. ¶Ad
auctoritatem Magr̄i dicit ꝙ nō ē cōtra:cū ipse non di-
cat ꝙ deus non referṫ ad creaturā sed dicit oppositum.
Intendit tn̄ ꝙ cū de nouo dr̄ ad creaturā nulla nouitas
vel mutatio est ī deo sꝫ tm̄ in creatura:quā mutationeꝫ
in creatura ꝓpṫ quā ⁊ ip̄a ad deū ⁊ de⁹ ad ip̄am referūṫ
vocat relationē iuxta modū suū q̄ talia complexe signifi
cabilia quib⁹ dr̄ aliqđ referri vocare consueuit relatio-
nes. ¶Ad aliud de idēptitate cōcedit ꝙ idēptitas eius
dē ad se sit realis:si illud qđ dr̄ idē sit res. Nec phūs dt
oppositū:nec aliqs ali⁹ deberet hoc negare:cum null⁹ sa
ne mētis negaret ꝙ sortes est sibiipsi idē realiṫ:et multo
plus qꝫ sit platoni cui tn̄ ꝯcediṫ esse realiter idē ꝫm spe-
ciē. ¶Preterea cōstat ꝙ aliq̄ res vna nūero ē vna reali
ter:cū ḡ idēptitas nūeralis nō sit aliud qꝫ entitas nūera
lis:sequiṫ ꝙ idēptitas nūeralis est idēptitas realis. Di
co ḡ ꝙ talis idēptitas ē realis:et si ipsa sit relatio est re
latio realis. Nec phūs oppositū sentit.sꝫ solū vult ꝙ q̄-
bus modis dr̄ vnū dr̄ idē:⁊ ꝙ sicut vnitas sic⁊ idēptitas
est duplex.q̄dā eoꝝ q̄ sunt plura sicut idemptitas gn̄is⁊
specifica.q̄dā vni⁹ sicut idēptitas nūeralis q̄ ē illa quā si
gnificam⁹ cū eodē vtimur duobus.i.sicut vtimur duob⁹
hoc aūt ē qn̄ dicim⁹ ip̄m ipsi idē. ꝟbi gr̄a. Petr⁹ est ideꝫ
Petro:sic.n.vtimur tūc Petro ꝓ eo qđ referṫ et eo cui
refertur:sicut in significādo idemptitatē aliā que est plu
riū vtimur duob⁹. ꝟbi gr̄a.cū dicimus Petrus ē idem
Paulo. ¶Et si dicatur ꝙ q̄libꝫ relatio real'r eq̄rit duo
extrema realiṫ disticta. Dicēdū hoc eē fl'm.qđ pꝫ: qꝛ in-
ter mouēs ⁊ motū vel agēs et patiens est relatio realis
etiā ꝫm cōeꝫ doctrinā:⁊ tn̄ volūtas agit ī se cāndo suum

actū:ita ꝙ ipsa est agēs ⁊ patiēs⁊ mouēs ⁊ mota. Unde
non plus requiriṫ ad relationē realē nisi ꝙ p̄ter oꝑatio
nē aīe ip̄m ꝙ referṫ sit tale q̄le denotaṫ ꝑ ꝑ̄dicationē re
latiuā de ipso. Et ideo si idēptitas inq̄ꝫtū idēptitas sit
relatio nō requiriṫ ad hoc ꝙ sit relatio:nisi ꝙ illđ qđ dr̄
idem sit idē p̄cṫ oꝑationem anime. hec Gregorius.

Respondeo ad oēs rōnes Greg.qꝛ sunt directe
contra Sco. Ad illā q̄ ꝓbat ꝙ de⁹ Rn̄sio ad rōnes gre
relatione reali referaṫ ab eṫno ad creaturā non existen-
tem. Cū arguiṫ ꝙ deus realiṫ est causatiu⁹ et prescius.
Cōcedo:ḡ realiṫ referṫ ad nō exn̄s? Negaṫ cōsequētia.
Tū:qꝛ esse tm̄ causatiuum non dt relationem nisi apti-
tudinalē:qꝛ eē realiṫ causatiuū ē ip̄m hr̄e aptitudinem
ad cāndū:sed suꝑ tali nā sic apta nō pōt fundari relatio
actualis realis:sꝫ tm̄ aptitudinalis(si tn̄ posset dari ali
qua aptitudinalis in deo ad creaturā(Tū etiā qꝛ si reat
liṫ referṫ hac relatiōe reali.ḡ creatura fuit ab eṫno in es
se realis existētie:pꝫ qꝛ relationes secūdi modi sunt mu
tue.ḡ si deus actu referṫ ad creaturā relatione reali se-
cūdi modi.ḡ et creatura ab eterno referṫ relatione rea
li:que fundaṫ suꝑ potentia passiua.ḡ ipsa fuit ab eṫno:
patet qꝛ aut ponis relationem realem creature esse aliā
realiṫ ab ipsa? et tūc sequiṫ ꝙ est impossibile ipsam eē ni
si in fundamento realiṫ existente:quia nullū accidēs rea
le pōt fundari in non existente realiṫ vt pꝫ :si ꝟo ponis
ipsam relationeꝫ nullo mō distingui ab ipsa creatura:sꝫ
tm̄ esse ip̄am creaturā q̄ referṫ (vt isti videnṫ dicere)ad
huc sequiṫ ꝙ sit de necessitate ab eṫno:pꝫ qꝛ nihil realiṫ
referṫ nisi sit ens reale:sed non potest dici ens reale non
includendo existentiā.ḡ creatura ab eṫno existit:et sic si
deus referṫ ab eṫno relatione reali ad creaturam :opor
tet ipsam creaturam ab eṫno existere. Non.n.diceret al
bum esse realiṫ simile.s. similitudine reali nisi album ꝟe
esset. Nā qđ non ē:nulli realiṫ erit simile. Sic ī ꝓposito.
Itē cū de rōne relatiōis sit ad aliud ṫminari:vt patet ī
ꝑ̄dicamēto relationis ⁊ ī.v.meta.c.de ad aliqđ.t.ca.xx.
ego ṫminans relationē realē actu est. ¶Dico ḡ ad argu
mentū ꝙ de⁹ ab eṫno ē realiṫ causatiuus sed non relatio
ne reali:qꝛ vt sic nichil aliud est nisi ab eṫno hr̄e realiter
potētiam q̄ possit causare:⁊ ex hoc nulla poniṫ relatio ī
deo. Cū dr̄ causatiuū realiṫ referṫ ad causabile. Dico ꝙ
tm̄ dt aptitudinē ad causandū que aptitudo ē ip̄a volū-
tas diuina realiṫ. Et qn̄ dicit ꝙ referṫ ad causabile. Di-
co ꝙ nullo mō referṫ nisi forte relatione rationis :qn̄.s.
intellectus diuinus cōꝑat voluntatem diuinā ad ipsum
causabile in rōne causatiui.et ideo nō valet dicere ꝙ aīa
nō ꝯsiderat:qꝛ sufficit ꝙ intellect⁹ diuin⁹ actu suo sic cō
paret.vt pꝫ a Sco.p̄n̄ti distin. Hoc idem dico de ꝑ̄scien
tia ꝙ de⁹ ē ab eṫno realiṫ ꝑ̄sci⁹. Si intelligaṫ ꝙ ab eṫno
habuit actum realem q̄ ꝑ̄scit? Concedo:quia actum in-
telligendi. Si ꝟo ꝙ talis actus ab eṫno termineṫ ad pre
scitum:⁊ hoc terminatione vel trāsitione reali? Negaṫ:
qꝛ actū illū sic ṫmiari ad creaturā nō ē aliqđ reale ī deo.
vt pꝫ a Sco.ꝫ.di.xxxix. Si ēt ītelligat ꝙ act⁹ intellectus
diuini quo prescit ab eṫno includat relationem realē ad
ꝑ̄scitum? hoc hꝫ ꝓbare:qꝛ si hm̄ōi relationē includeret:
creatura ꝑ̄scita necio ab eṫno existeret : vt.s̄. patuit de
causatiuo. ¶Ad illa argumenta quibus ꝓbat ꝙ aliqđ
realiṫ pōt referri ad non ens. Dico ꝑ̄mittendo aliqua.
Primo ꝙ relatio realis et maxime intrinsec⁹ adueniēs
necio depēdet in esse a ṫmino et a fundamēto :immo sic
dependet ꝙ nullo mō pōt causari.vt patet.v.phi.te.c.x.
quia in ad aliquid nō est mot⁹ nec mutatio:qꝛ posito fun
damento ⁊ ṫmino necio oriṫ ex nā rei:et sic ab illis depē
det in esse et conseruari. Scđo ꝑ̄mitto ꝙ nichil ab eo qđ
non est :potest dependere in esse et conseruari verū ens
reale:hoc patet. Istis ꝑ̄suppositis dico ad primum de
imagine ad imaginatū:ꝙ si imaginatū nō ē actu nec re-
latio imaginis realis ē inṫ imaginē et imaginatum. Cū
arguit ꝙ imago non ē ad se. Dico ꝙ imago pōt dupliciṫ
cōsiderari. Uno mō q̄ꝫtū ad suū fundamentū reale: pu-
ta ꝑ illa imagine erea Herculis. Alio mō formal'r:vt vl
tra fundamentū includit relationē ad imaginatum. Di
co ꝙ imago pōt eē ꝑ̄mo mō sine imagiato:nō tn̄ scđo mō
pōt esse. Nec valet dicere ꝑ imaginē cognoscit imagina
tum nō exn̄s.ḡ referṫ ad illđ realiṫ. Negaṫ ꝯn̄a:quia co
gnito prius Hercule:post cognita imagine illa erea:sta
tim ducor in cognitionem Herculis:⁊ tamen non sequi
tur ꝙ relatione reali referaṫ talis imago.et si referṫ ali-
qua relatiōe actuali ad ip̄m imaginatum:hoc erit tm̄ re
latione rōnis q̄ fit ꝑ actū collatiuū ītellectus cōꝑantis

imaginē eream vt cognitā ad ipm Herculē prius cognitum. Nec.n.est imaginabile aliquid referri relatiōe reali ad aliquid qđ nullo mō est ens:cū talis relatio in esse et conseruari depēdeat a termino et diffiniat ꝑ ipz. Et ꝑ istam rn̄sionem pz rn̄sio ad oēs alias rōnes.s.de mēoria et potētia actiua et passiua ⁊ hmōi. Nisi.n.dent extrema.s.fundamētum ⁊ terminus est impossibile dari relationem realē. Nisi iste velit dicere ꝙ relatio imaginis est tm̄ ipsa imago:et nulla relatio differt realit ab eo cuius est relatio (ꝙuis sit manifeste falsum.vt subtilit ꝓbat Sco.in scđo dist.1.⁊ ibi vide expositionem quam feci ⁊ resolutiōes argumentoꝝ ꝯrium ꝓbantium). Dico ꝙ adhuc requirit existētia correlatiui patet. Si.n.pat actu realit refert ad filium.ḡ filius actu est:ptz:qꝛ si filius nō est actu nec pr̄ erit actu.relatiua.n.posita se ponūt ⁊ ꝑempta se ꝑimunt.ḡ si imago realit actu refert ad imaginatū:seqt ꝙ imaginatū erit actu existens. Et ptz quō ille rōnes non concludūt propositum suū.

Ad argumenta alteriꝰ cōclusiōis qbꝰ ꝓbat Greg.ꝙ actu nō exn̄s pt realiter referri ad ens siue ad id qđ existit. Añq̄z rn̄deā premitto ꝙ accn̄s dependens a t'mino et fundamento icludit maiorē necessitatem fundamēti q̄z t'mini. Tū qꝛ accidētis eē ē i esse.vt pz.7.met. Tū:qꝛ substātia ē ꝑor accidēte cotione diffinitiōe ⁊c.7.met.t.c.4. Scđo ꝑmitto ꝙ relatio realis nec̄io reqrit fundamentum existere. Nō n.est imaginabile aliqđ accn̄s reale posse fundari i non existente. ¶ Si dicat ꝙ relatio realis non est res distincta a fundamento. ¶ Adhuc dico ꝙ si accipiat relatio realis pro re que refert:adhuc ptz quomodo nichil non realiter ens potest realit et actu referri. Si.n.realit referri est ipm esse ens reale:quō non ens poterit realr referri? Nec valet dicere ꝙ ideo realit dicit referri:quia non refert per opationem intellectus. Hoc nichil ē:qꝛ ꝑsupponit falsuz.s.ꝙ non ens possit referri. Bene.n.seqret non ens refert relatione actualit non ꝑ opationē intellectus.ḡ non ens realit refert. Sz ꝯstat añs esse falsum. ¶ Ad ꝓbationem concedo ꝙ correlatiua dicūtur ad conuertentiā:⁊ eo mō quo sunt correlatiua dicūtur ad cōuertētiā.s.si actu actu:si potentia potentia:si aptitudine aptitudine:vt patet in oībus correlatiuis. Sed postea negat ꝙ non ens sit correlatiuum realit. Cū ꝓbatur:qꝛ causatiuū realit refert ad causabile. Negat imo dico ꝙ actualit nullo mō refert:et si actu refert ad causabile non existens:hoc erit tm̄ ꝑ opationē intellectus compantis vnuz ad aliud.vt.s̄.dixi. Hoc idem dico de ꝓductiuo ⁊ ꝓducibili. Dico etiā posito ꝙ ꝓductiuū referat realiter ad ꝓducibile non exn̄s:adhuc non sequit ꝙ ꝓducibile non exn̄s referat realit ad ꝓductiuum:qꝛ lz dicant ad cōuertentiā:nō tn̄ sequit ꝙ si vnuz realiter refert:ꝙ reliquum realiter referatur vt exposui:s̄.rn̄dēdo ad obiectiones Ochā ꝯ Sco.presenti dist.vide ibi. et patet ad istam opi.quid dicendum.

Alie rōnes Grego.soluunt.

Ad rōnes quibus ꝓbat Grego.ꝙ deus referatur realiter ex tpe ad creaturā. Ad ꝑmam cum dr ꝙ deus de nouo est realiter creans. Si intelligis ꝙ sit realiter creās relatione reali de nouo sibi adueniēte. Negat sicut etiam ipe negat. Si vo intelligis ꝙ de nouo sit realiter creās:qꝛ noua actione reali in ipso existente? silr hec negat ēt a te. Si aūt itelligis ꝙ ipse deꝰ de nouo dr creator:qꝛ aliq̄ creatura accipit esse de nouo ꝑ creationē.i.ꝙ deus dr realr referri ad creaturā:qꝛ creatura relatione reali refert ad ipsum:et sic denoiatione extrinseca dr de nouo realiter referri?et hoc etiam Magister concedit:⁊ hoc non hz difficultatez:vt patuit.s̄.rn̄dendo ad obiectiōes Ochā. Si vo intelligit de nouo referri realiter ad creaturā ⁊ nō ꝑ relationē creature terminatam ad ipam:sed se sola.i.entitate sua? Hoc non vr̄ intelligibile ꝙ dicat realiter referri ⁊ non ꝑ aliqđ de nouo sibi adueniēs:nec ꝑ hoc ꝙ aliud:puta creatura referat ad ipsum. Si vo dicat ꝙ de nouo realiter referat id ē relatione actuali. Det illa.non pōt dari nisi quia de nouo creat:⁊ tunc ista nouitas tm̄ est in creatura:vt patet:⁊ sic ꝓpter nouum effectum dicat realiter referri:nō ꝙ adueniat sibi nouū aliquid. Sz hoc non est ꝓprie realiter referri de nouo nisi habeat vl relationē realē nouā:vel saltē qꝛ relatio realis creature terminat ad ipm.vt docet Ar.v.met.ca.de ad aliquid.t.ca.20. Oē.n.qđ ad aliud refert vel refert relatione quā hz:vl iō refert quia aliud refert ad ipm.vt.s̄.patuit ꝯ Ochā. Non.n.datur alius modus nisi prauus sensus det phō vbi.s̄.sicut ēt ipse Grego.vult exponere phm̄:⁊ simili modo exponit Ocham.vide.s̄.quia certe non est exponere textum:sed magis extorquere. ¶ Ad aliud de cōfirmatiōe. Dico ꝙ si deus intelligit creator de nouo:pōt dici creator:quia noua creatura refert ad ipm relatione reali:et sic quia talis relatio terminat ad ipsum ex tpe:ita cōcedit creator ex tpe. Si vo intelligat creator de nouo aliqua relatione noua existente in deo. Dico tunc ꝙ nulla relatio i est deo nisi tm̄ rationis:⁊ talis relatio rōnis est tm̄ causata ab intellectu creato:non ab itellectu diuino qui nullū ens rōnis potest de nouo causare.vt.s̄.patuit a doc. et cum dicit ꝙ est inconueniēs esse creatorē vel dn̄z tantū ꝑ opationē aīe. Uerū eēt si opatio aīe concurreret ad creare. Solo.n.actu volūtatis sue creat et nō aliquo respectu rōnis:immo si nullus intellectus creatus esset adhuc crearet lapidem:lz tunc non diceretur creator aliq̄ relatione sibi inherente.vt patuit. ¶ Ad aliud qn̄ dicit ſm Sco.quecūq3 relatio cōsequit extrema ex natura rei sine consideratione itellectꝰ ē realis. Cōcedo istā. Sz negat ista.s.ꝙ inter deum ⁊ creaturam oriat relatio ex nā rei sine cōsideratiōe intellectꝰ:⁊ hoc loqndo de relatione dei ad creaturā:qꝛ bn̄ certū ē ꝙ orit relatio realis in creatura. Ad ꝓbationē cū dr ꝙ posito deo et lapide nulla consideratione intellectus existēte deus est distictꝰ a lapide.ergo realit refert vt distinctꝰ realit ad ipm lapidē distinctū. Dico ꝙ distingui realiter ab aliquo cōtigere pōt duplr.s.fundamentaliter et formalit. sicut ēt silis dr fundamentalit vt albedo:⁊ sic fortes ē silis albedine fundamento similitudinis alteri albo. Formalit vo dr similis similitudie relatiōe:sic deus dr deitate realit distinctus a lapide:deitate dico vt rōne fundamentali distiguendi. Et dr distinctus formalr distinctiōe:sed tūc negat ꝙ talis distinctio q̄ deꝰ dr formaliter distingui sit relatio realis. Est.n.tm̄ relatio rationis et etna:vt quādo intellectus diuinus compat deum cognitum in rōne distincti ad creaturam cognitā:⁊ pōt esse tpalis vt quādo intellectus creatus compat ex tpe. Et cū dr ꝙ posito deo ⁊ lapide nullo itellectu creato existente deus realiter distinguitur a lapide. Concedo. Cū infert.ḡ realit refertur. Negat ꝯn̄a:quia ipm sic realiter referri est realit hr̄e relationē realē. ¶ Si dicat distictio q̄ distinguitur ante oē opus intellectus est relatio. Negat. Quid ḡ est? Dico ꝙ nihil:qꝛ vt sic tm̄ intelligitur deus in se. Si inferatur. Deus non est lapis.ḡ distinguitur a lapide. Dico ꝙ ista cōpatio non fit sine actu intellectus. Sicut dicimus nullo intellectu considerante homo non est asinus:non est ibi ista negatio nisi tantum fundamentaliter. Sic in proposito.

Duplex est distinctio realis.

Improbat thomas gaieta.

Ex supradictis ptz quō ille nouus expositor Sancti Tho.male intellexit Sco.cū ipe attribuat Scoto sic dicēs. Hic habes defectū Scoti credentis ꝙ deus dr dn̄s ex sola relatiōe que est in creatura. Ponit.n.effectū formalē.s.dn̄z absq3 cā formali.s.relatiōe dn̄ii:qđ non est intelligibile. hec ille. Hic habes mltiplicē rn̄sionē ex supiꝰ dilucidatis. ¶ Ad aliud de vniōe nāe hūane ad vbū. Cōcedo.ꝙ natura humana realit et relatione reali refert ad vbum:et ꝙ talis vnio q̄ nā hūana dr vniri vbo est relatio vere realis extrīsecus tn̄ adueniēs.vt ptz a Doc.in.3.distin.1.q.1. Sz negatur ꝙ vbū realit.s.relatione reali referat ad naturam hūanā. Cū dr vbū realit est vnitū. Si intelligis ꝙ vnione reali sibi de nouo inherente? Negat. Si vero vnione reali nāe hūane t'miata ad ipm? Cōcedo. Si vero aliqua vniōe sibi inherente?nulla pōt dari nisi tm̄ rōnis. vt pz a Doc.in.iii.di.i.q.i. ¶ Ad alia duo pz rn̄sio ex supradictis. Ad solutiones q̄s facit ad rōnes Sco.ptz ex his q̄ dixi ꝙ nihil valēt nec quouismō soluūt ad rōnes.

Ocham arguit ꝯ sco.

Ocham arguit ꝯ multa dicta Scoti.ꝑmo ꝯ hoc qđ dr ꝙ aliq̄ relatiōes sūt mutue ⁊ aliq̄ nō:⁊ ꝓpt hoc distiguit tertiꝰ modꝰ a duobus ꝑmis:arguit sic ꝑmo. Qꝛ scđz itētionē phi oīa relatiua dn̄r ad cōuertentiā. Et si dicat ꝙ nō itelligit de tertio mō. Cōtra.de isto mō exemplificat spāliter. Un̄ subdit post. Silr ⁊ in aliis sz aliqtiēs dr̄nt ſm locutionē vt scia scibilis scientia dr:et sensus sensati sensus:et sensatum sensu sensatum. Uult dicere ꝙ oē relatiuum si cōuenienter assignetur assignabit ad vnum quod similiter refertur ad ipsum:ꝙuis non referatur ad ipm sub eodem casu quo ipm refert ad illđ. ¶ Itē ibidē Phūs. At vero aliqualiter nō vr̄ cōuerti nisi cōueniēter illud ad qđ dr assignet.ergo semper qn̄ cōuenienter assignatur illud

ad qđ đꝛ conuertiꝛ: ⁊ ꝑ cõsequens relatio mutua. Item postea concludit. Oia ḡ que ad aliqđ dñr si conueniẽt assignenꝛ ad conuertentiã dicunꝛ. Ex quibꝰ auctoritatibus ptꝫ ꝙ inꝛ oĩa relatiua conuenienꝛ assignata ẽ conuertentia hoc ẽ relatio mutua: qꝛ. s. sicut vnum referꝛ ad illud: ita econuerso aliud referꝛ ad ipsum. ¶ Et si dicatur ꝙ q̃uis in tertio modo possit assignari aliqđ nomẽ quod relatiue dicatur ad aliud: tñ in alio extremo non est relatio ex nã rei: sed in primis duobus modis est relatio ex nã rei. Istud non sufficit. Tum qꝛ ex nã rei sensibile est sensibile: ita ꝙ calidũ non est calidũ nec sensibile ꝑ actum intellectꝰ plusq̃ sol sit calefactiuus ꝑ actum intellectus. Tum quia eadem facilitate dicã ꝙ in agente nõ est relatio ex nã rei sed tñ in passo. ⁊ ita in scđo modo nõ est relatio mutua. ¶ Itẽ phũs in ꝑdicamẽtis ostendens ꝙ aliqua relatiua sunt simul natura: spãliꝛ excipit illa relatiua q̃ sunt de ꝛtio mõ. vbi aũt dicit ꝙ oĩa relatiua dñr ad conuertẽtiã illa nõ excipit: sed etiã de illis dicit ꝙ dicunꝛ ad conuertentiã sicut alia. ḡ tertius modꝰ magis distinguiꝛ ab illis per hoc quod in tertio modo relatiua non sunt simul natura q̃ per hoc ꝙ in illis non est relatio mutua: in aliis autem est.

Itẽ ochã arguit contra Sco.

Secundo principaliꝛ arguit cõtra aliud dictum Sco. vꝫ ꝙ oẽs relatiões dei ad creaturam sũt relões cões. et arguit pmo sic. Q̃ñcunq̃ aliqđ importaꝛ ꝑ aliqđ nomẽ qđ non põt alicui cõpetere nisi aliq̃ causa causante: si illa cã non causat illud: nullo modo nomen tale diceꝛ de aliquo: sed per te istud nomen creator dominus ⁊ hmõi importat relationem rõnis q̃ nullo mõ põt esse nisi intellectu nr̃o causante. ḡ si intellectus creatus non causet talem rlonẽ rõnis nõ dicetur vere creator vel creans. ḡ nec existente intellectu deꝰ nõ posset creare vnum lapidem. ¶ Secũdo. qñ aliquid est tale siue intellectus sit siue non sit: per nullum extremuꝫ importatur aliquid causatum ab intellectu. sicut si homo realiꝛ sit albus siue intellectꝰ sit siue non sit: nec per hoiem nec ꝑ album importaꝛ aliquid causatum ab intellectu: sed siue intellectus sit siue non sit deus est realiter creans. sicut sensibile est realiter sensatum. ergo nec per deum nec per creantẽ importaꝛ aliqđ causatum ab intellectu. ¶ Tertio per istos. sicut intellectus causat respectum rõnis: ita etiã voluntas põt cãre respectũ ratiõis: sed ad hoc ꝙ deus creet lapidem nichil penitus plus facit intellectus noster q̃ volũtas creata. ergo vel vtrũq̃ causabit illum respectũ: vel neutrũ: et per consequẽs vel nullum respectum importabit: ⁊ habeꝛ propositum: vel importabit duos respectus rõnis vnũ causatũ ꝑ actum intellectus aliũ per actũ voluntatis: qđ videꝛ satis inutile. ¶ Quarto. Sicut ꝓpositio est in voce ita etiam in scripto: ꝫm Boe. ergo sicut aliqua vox est relatiua ita ⁊ nomen scriptũ. ergo posito ꝙ nullus intellectus esset: et tñ ꝙ hec scribereꝛ. deus creat vel deus est creãs: adhuc esset hoc nomen relatiuum: et certum est ꝙ non importaret respectum rationis: quia tunc esset falsa. talia. n. nomina creator redemptor et huiusmodi nõ important aliquos respectus rationis.

Iteꝝ ochã arguit contra.

Contra aliud qđ đt Sco. s. ꝙ relatio dei ad creaturam non potest dici realis illo modo quo relatio solis ad corpa patientia inferiora đꝛ realis. Et instat: qꝛ ita põt dici relo realis dei ad creaturam sicut solis ad effectus suos: quia sicut per hoc ꝙ sol efficit effectus suos nichil reale nouuꝫ ponitur in sole: ita ꝑ hoc ꝙ deus creat creaturas nichil reale nouum ponitur in deo. ¶ Ideo ipse Ocham ꝓbat ꝙ creans conseruans ⁊ hmõi non important respectus rõnis. Primo sic scđm istos respectus rõnis causatur ex operatione intellectꝰ comparantis vnã rem ad aliam vel ad seipsam: tunc sic. Q̃ñcunq̃ ex comparatiõe alicuius ad alteruꝫ causatur aliquid ex simili comparatiõe ad aliud causatur simile: qꝛ qñ aliqđ põt eodẽ mõ cõparari ad diuersa non maior rõ ꝙ causeꝛ ex vna comparatione q̃ ex alia. ergo si ad cõparationem qua deum comparat ad creaturam conseq̃tur respectus rõnis per queꝫ dicatur deus creator creature: eadem rõne ad cõꝑationem qua intellectus cõparat creaturam ad aliam creaturam. sequiꝛ respectus rationis ꝑ quem dicetur vna creatura creatrix alterius creature: qđ ẽ manifeste falsuꝫ. ¶ Si dicatur ꝙ vna comparatio est vera et alia erit falsa. et ideo vnam consequiꝛ respectus rõnis qui aliã non consequiꝛ. ¶ Hoc non sufficit: qꝛ respectus rõnis ita cõsequiꝛ comꝑationẽ falsam sicut veram. ¶ Item sicut nichil vere est album nisi albedo sit in esse sibi conuenienti: ita nichil est vere creãs nisi creatio sit in esse sibi conueniẽti. ergo si creatio est quidam respectus rõnis: nunq̃ realiter nec vere deus crearet nisi talis respectus cõmunis poneretur vere per talẽ comparationem intellectꝰ: qđ est manifeste falsum: quia non plus cõparatio intellectus requiriꝛ ad hoc ꝙ deus creet q̃ ad hoc ꝙ sol illuminet mediũ. ¶ Item si intellectus põt comparare cãm nõ hñtẽ respectũ realẽ ad effectũ suum: ita ꝫm istos et realiter vere põt cõparare causam habẽtem respectum realem ad effectũ suum: ex qua rõne ex prima cõparatione cõsequereꝛ talis respectꝰ rationis: eadẽ rõne ex secunda comparatiõe conseq̃reꝛ cõsimilis respectus rõnis: ⁊ ꝑ consequẽs talis causa haberet duos respectus ad effectũ suũ. i. vnum realem et vnũ rationis: qđ est superfluũ. Ideo dico ꝙ per tales terminos creans creatiuus conseruans conseruatiuꝰ dominꝰ ꝫm ꝙ cõpetũt deo: et per hmõi nomina que competunt deo ex tpe nullus respectus rõnis iportaꝛ: nec comparatio intellectꝰ ibi aliqđ operatur plusq̃ in aliis relatiuis quibuscunq̃: qꝛ ita vere et ita realiꝛ est deus creans ⁊ similiter ita realiter conseruat sicut sol calefacit. ¶ Secũdo dico ꝙ põt aliquo modo dici talis relatio realis: nõ ꝙ aliqua res deo adueniat: sicut nec res imaginabilis aduenit sorti albo ꝫm hoc ꝙ sit similis Platoni de nouo existenti albo. Sed sicut similitudo diciꝛ relatio realis ꝓpter hoc ꝙ vnũ albũ ex natura rei est siꝉe alteri albo et ad hoc ꝙ vnũ sit simile alteri non plus facit intellectꝰ q̃ facit ad hoc ꝙ Sortes sit albus vel Pla. sit albꝰ. Ita in ꝓposito intellectus creatus nichil facit ad hoc ꝙ deꝰ sit creans: imo põt realiꝛ deus creare lapidem si intellectus nõ sit: iõ põt illa relatio dici aliq̃ mõ realis nõ q̃dẽ ꝙ ista rlo sit aliq̃ res: sꝫ ꝙ iportat veras res que non req̃runt oꝑationẽ intellectus ad hoc ꝙ vna sit creãs ⁊ alia creata. sicut siꝉitudo dicitur relatio realis non ꝙ sit vna res alia ab absolutis: sed quia importat veras rss circa quas nichil facit intellectus ad hoc ꝙ vna sit similis alteri. et econuerso. hec Ocham.

Ochã rñdet ad rões Sco.

Ultimo rñdet ad rões Sco. Ad primam dicit ꝙ hec nõ est dr̃ia inter relatiua de tertio mõ et relatiua alioꝝ modoꝝ ꝙ in illo nõ est relatio mutua: et in aliis est relatio mutua: immo semꝑ in oĩbus relatiuis est mutua relatio. si conuenienter assignentur. Nam ita est relatio scibilis ad sciẽtiã: sicut dupli ad dimidiuꝫ ⁊c. Nec aliꝛ replico eius responsiones: quia respondendo ad dicta supra patebũt oĩa alia hic dicta ab Ochaꝫ.

Rñsio ad rões ochã.

Repondeo ad rões Ochã q̃bꝰ probat ꝙ omẽs relationes sunt mutue. Ad primũ dico ꝙ oĩa correlatiua dñr ad conuertentiã tam tertii modi q̃ alioꝝ modoꝝ: lꝫ sub alia et alia habitudine casuũ. Sꝫ postea nego ꝙ hmõi correlatiua includant relatões oppositas vel mutuas. Licet. n. scientia reali relatione referaꝛ ad scibile: nõ tamẽ scibile refertur relatiõe reali sibi inherente formaliter: sed si refertur ideo tñ refertur: qꝛ relatio scientie terminaꝛ ad ipꝫ. Et cum dicit de sensibili ꝙ ex natura rei est sensibile. Cõcedo. ḡ realꝛ referꝛ? Dico ꝙ realiter referri relatione põt dupliꝛ intelligi aut denomiatione intrinseca: aut extrinseca: pmo mõ nõ referꝛ ad visionẽ q̃ est mẽsurata a visibili. Tũc. n. sibi realiter ⁊ formaliꝛ inesset rlo realis mensure ad visionẽ mẽsuratã. Sed scđo mõ realiꝛ referꝛ: quia relatione reali mensurati ad mẽsuram. et cum vltra dicit: ꝙ eadem facilitate diceret ꝙ in agente nõ est relatio ex natura rei. Dico pmo ꝙ cõiter doc. hoc non cõcederẽt. Sed quõ scibilis siue mẽsura referaꝛ ad mẽsuratũ: vide ꝓlixe Scot. in quolibe. q. xiii. Et aliqualiꝛ põt in lr̃a Sco. p̃nti dist. assignari ratio: vbi docet quare inter aliqua oritur relatio ex natura rei. vide ibi. ¶ Dico secundo ꝙ vbi habemus expressum textũ phi illũ debemꝰ sequi et maxie cũ non appareat ita manifesta dr̃ia. Unde expresse Phũs v. Meth. c. de ad aliquid. Oia inquit relatiua q̃ dñr mõ numeri ⁊ potẽtie sunt relatiua: qꝛ essentia eorum dicunt ad aliqđ: ⁊ nõ qꝛ illud aliud đꝛ ad illa. Mẽsurabile aũt et scibile et intellectuale eo ꝙ aliud ad ipsum dicitur ad aliquid dñr nam intellectuale aliquid signat ꝙ ipsius intellectus est. i. ꝙ intellectuale obiectum signat ꝙ intellectio ipsius est. Similꝛ de sensibili respectu sensus: hec. n. quantum est de se nõ referunꝛ nisi quatenus alia referũtur ad ipsa. puta sensus ad sensibile et intellectus ad intelligibile. Constat ergo ꝙ in tertio modo relatiuorum non est mutua relatio. Hoc idem commẽtator expresse ibi cõmẽto. xx. nec oportet hic amplius insistere.

Referri relatione dupliciter cõtingit.

Ad aliud Ocham vbi arguit ꝙ creator ⁊ cõseruator nõ dicat relationẽ ratiõis. Dico premittendo aliqua. Primo ꝙ nulla relatio rationis noua potest inesse deo ꝑ actum intellectus diuini. vt ptz hic a Doc. ⁊ sic cum esse creatorẽ actu dicat aliquid ex tẽpore si illud sit respectꝰ rationis non erit ab intellectu diuino qui vt dixi: nihil de nouo potest comparare. Esse tñ creatiuum vel cõseruatiuum siue potẽs creare vel potens cõseruare potest dicere aliquẽ respectuz rationis: ⁊ hoc ab eterno: quia intellectus diuinis potuit ab eterno comparare voluntatẽ diuinam vt potentem creare ad creaturaz vt possibilem creari: ⁊ sic ex tali comparatiõe potest oriri in deo aliquis respectus rationis. vt ptz hic in littera doc. Scd̃o premitto ꝙ deum esse creatorẽ potest dupliciter intelligi vel fundamentaliter vel formaliter. Primo modo est q̃d reale q2 actꝰ realis volũtatis diuie. Ista est n. vera deus creat actu volũtatis sue: ⁊ sic creare importat aliq̃d reale. s. illũ actũ eternũ: ⁊ idez realiter q̃d deus ⁊ hoc modo nullla est difficultas. Scd̃o modo. s. formaliter vt cum. dico deꝰ creat creatiõe siue creatiõe est creator. Sicut cum dicimꝰ agẽs actiõe respectꝰ agit. Et hoc modo põt dupliciter itelligi. s. vel deꝰ dicit̃ creator creatione respectꝰ: creatiõe. s. sibi formal̃r inherẽte: vel creatione nõ sibi formal̃r inherẽte sz creatiõe ad ipsuz terminante. Scd̃o modo nulla est difficultas: vt patuit supra loquẽdo de denominatiõe extrĩsecꝰ adueniẽte. sicut etiã dicimus ꝙ paries est visus non tamen visione sibi inherẽte sz visione ad ipsum terminante primo modo. s. loquendo de relatione formaliter inherẽte: pz ꝙ creatio actiua nullam relationem realem dicit: vt probat doc. in littera. Sz an dicat relationez rationis distinguo. Aut intelligit̃ ꝙ creare de necessitate dicit relationez rõnis quasi impossibile sit lapidem creari nisi in creãte sit talis relatio rationis ⁊ hoc modo nõ ponit̃: q2 si nullus intellectꝰ creatus esset adhuc posset deꝰ creare lapidem: aut intelligit̃ ꝙ intellectus creatus potest comparare ipsum deuz in ratione creatoris ad ipsam creaturam: ⁊ sic ex tali cõparatiõe posset esse in deo nouus respectus ratiõis quo formaliter diceret̃ ex tẽpore creator: nõ tamẽ est necessarius: q2 si intellectus creatus nullo modo compararet: adhuc vere diceret̃ creator lapidis: sz non relatione sibi formaliter inherente nec reali nec rationis. Nõ. n. Sco. intelligit ꝙ huiusmodi relatio rationis sit necessaria respectu creare. vt pz intuenti litteram Doctoris. Nec ponit̃ talis relatio vt ratio formalis creandi: q2 sola voluntas diuina vel eius actus est ratio formalis creandi. vt patz a Doc. in scd̃o. d. i. q. i. ⁊ in quolibe. q. viii. ¶ Et ex his ptz quid dicendum ad argumenta Ocham. Procedunt. n. ex falso intellectu positionis Scoti quasi ꝙ sco. velit dicere ꝙ creare sic necessario dicat respectum rationis nouum causatum ꝑ actum intellectus creati: ꝙ si talis respectus rationis nõ inesset: nõ posset deus aliquid creare: vel non posset dici quouis modo creator q̃d tamen ipse Sco. nõ dicit. Jmmo dicit ꝙ nullus respectus est necessarius in deo: q2 relatio creature potest terminari ad absolutum in deo: imnio ⁊ de facto terminat̃. vt pz hic in littera: ⁊ in quolibe. q. viii. ¶ Ad aliud vbi dicit ꝙ sicut sol dicit relationẽ realez quando est agens: ita et deꝰ vt creans videt̃ dicere relationẽ realẽ. Pz responsio ex his que dicit Sco. in soluendo argumẽta principalia Vide ibi. Multa etiam falsa dicit hic Ocham que breuitatis causa omitto ingeniosioribus ⁊c̃.

Deum esse creatorẽ ꝑ põt itelligi dupl̃r.

¶ Distinctionis. 31. Questio vnica.

Queritur circa trigesimã primam. d. Utrũ idemptitas: similitudo ⁊ equalitas sint relatiões reales in deo.

Ad questionẽ videt̃ dicẽ duz ⁊c̃. Ex istis ptz expresse ꝙ ad relationem realem requirit̃ necessario distinctio realis extremorum: ⁊ hoc nota ꝑpter illd̃ q̃d habet̃. s̃. d. xxviii. q̃d alias notaui ꝙ sit extra textũ. ¶ Ibi. Quantũ ad primam ꝯditionẽ ⁊c̃. Opi. Hen. est: ꝙ equalitas similitudo ⁊c̃. non sit relatio nisi rationis in diuinis: q2 magnitudo que est fundamentum equalitatis: non est ibi ex natura rei: sed transit totaliter in essentiam diuinaz: ita ꝙ ex natura rei non est nisi essentia diuina.

Sed contra istud. Hoc argumẽtuz clarũ est. vt pz. s̃. d. viii. q. penul. ¶ Ibi. Item intellectus. Hic nota q̃d supponit doct. ꝙ essentia diuina sit formaliter infinita: q̃d ꝓbauit. s̃. d. ii. q. i. Scd̃o ꝙ actꝰ cõprehẽsiuus alicuiꝰ obiecti cõmẽsuret̃ ipsi obiecto in ꝑfectione: ita ꝙ si essentia diuina est formaliter infinita: intellectio cõprehẽsiua erit formaliter infinita. ⁊ hoc pz a Doc. q. xiiii. quolibe. Tertio ꝙ actus cõprehẽsiuus essentie precedit omnẽ actũ negociatiuũ intellectꝰ. Jmmo habito actu cõprehẽsiuo põt circa essentiaz reducere omnes relationes in actu. i. ꝙ põt efficere oẽs relatiões ratiõis q̃ nate sunt fieri circa essentiã. Quarto sequit̃ ex dictis ꝙ illa intellectio ⁊ intellectus erunt ibi formaliter infinita ⁊ ex natura rei. g̃ erit ibi magnitudo infinita ex natura rei. ¶ Ibi. Preterea ratio illoꝝ non valet. Hic nota aliqua. Primo ꝙ q̃titas accidentalis est aliquid simpliciter additum nature subiecti: ⁊ sic repugnat sibi ꝙ possit transire in idemptitatẽ realẽ subiecti: ⁊ manere sub ratione formali q̃titatis molis. q̃d pz. Secũdo magnitudo virtutis siue q̃titatis virtualis est simpliciter idem realiter cum ente cuius est: ⁊ tñ potest manere sub sua ratione formali. ¶ Sz videt̃ difficultas contra hoc. Nam Doc. s̃. d. viii. dicit ꝙ gradus intrinsecus cuiusmodi est q̃titas virtualis: nõ dicit distinctam formalitatẽ a re cuius est: ita ꝙ res illa sit quodãmodo in potẽtia ꝑfectibili ad illum: vt pz. s̃. Et vltra: nõ dicit distinctã formalitatẽ: accipiẽdo formalitatẽ ꝓprie vt sit obiectum formale distinctuz formaliter a re cuius est. vt ptz s̃. d. viii. Ipsa tamẽ aliquo modo s̃m suam rationẽ distiguit̃ a re cuius est. Et sic doc. cum dicit hic ꝙ manet s̃m ꝓpriã rationẽ distictã a re cuiꝰ est: nõ debet intelligi s̃m distinctam formalitatẽ modo preexposito. Tertio Doc. ex isto argumẽto vult inferre ꝙ si q̃titas virtualis est eadem res realiter quod essentia diuina: licet sit non idem formaliter: vt patet. s̃. d. viii. sequit̃ ꝙ cum essentia diuina sit ibi ex natura rei: ꝙ sic etiam talis q̃titas virtualis que est infinitas intẽsiua sit ibi ex natura rei: ⁊ sic fundamentum equalitatis erit ibi ex natura rei.

Secundum principale. Hec ratio clara est. Cũ dicit ꝙ in filio est equalitas: sic debet intelligi. ꝙ cum nihil possit esse realiter sibi equale. ⁊ sic pater nõ potest esse sibi equalis realiter. Sequit̃ ꝙ filio ꝓducto q̃ distinguit̃ realiter a patre: cui cõmunicat̃ oĩs ꝑfectio: statim erit equalis patri s̃m illã ꝑfectionẽ: ⁊ ecõtra. Et sic intelligit̃ ꝙ in filio est prima equalitas. s. ꝙ ꝓducto filio: statim sequitur prima equalitas. ¶ Ibi. Quãtũ ad tertiã ꝯditionẽ. i. Sz de equalitate ⁊c̃. Prio videt̃ ꝙ equalitas nullo modo distinguat̃ a si͞litudine ⁊ idẽptitate in diuinis. ⁊ suppono ꝙ essentia vt vna est fundamẽtũ idẽptitatis: ⁊ magnitudo vt vna est fundamẽtũ equalitatis in diuinis. Sil̃r qualitas essentialis vt vna est fũdamẽtũ similitudinis. vt pz. s̃. d. xix. q. i. Scd̃o suppono ꝙ ipsa magnitudo sit ꝑfecte eadẽ cũ essentia diuina. ⁊ sil̃r cũ oĩbꝰ attributis. cũ g̃ pr̃ dicat̃ idez filio ꝓpter vnitatẽ essentie: ⁊ si est ꝑfecte idẽ: erit idẽ q2 hz eãdẽ simpliciter essentiã s̃m omnẽ ꝑfectionẽ. g̃ equalitas p̃ris et filii nõ videt̃ differre ab idẽptitate. Nã ex q̃ dicunt̃ ꝑfecte idẽ essential̃r q2 est eadẽ essentia ꝑfectissime ĩ vtroq3 ⁊ nõ põt esse ꝑfectissime ĩ vtroq3 nisi sit ibi cũ oĩ ꝑfectione: q2 est ĩpossibile ꝙ det̃ essentia actu existẽs sine gradu intrinseco: vt pz. s̃. d. viii. g̃ s̃m eãdẽ essentiã sic ꝑfectam dicunt̃ equales. Et sic equalitas ⁊ idẽptitas sunt idem in deo. hoc idem dico de similitudine.

Ad primum potest ꝯcedi. Hic nota singularem respõsionẽ q̃ stat in hoc. Ex quo. n. equalitas dicit ꝓprium moduz fundamẽti similitudinis ⁊ idẽptitatis: ⁊ etiã ꝓpriũ modũ vtriusq3 relationis. seq̃tur ꝙ sit alia a qualibet illarũ: ⁊ ꝙ dicat ꝓpriũ modũ fũdamẽti pz: nã si essentia esset ĩ patre vt infinita: hec eadẽ esset in filio vt cẽtũ gradꝰ: pater esset idẽ filio scd̃m essentiam: ⁊ tñ nõ esset equalis scd̃m essentiã: q2 ꝑfectior esset in patre. Uerũtñ nõ esset ibi ꝑfectissima idẽptitas. Si g̃ esset essentia formaliter infinita in patre ⁊ in filio: tũc pater scd̃m essentiam esset ꝑfectissime idez filio: q2 esset sibi equalis scd̃m oẽz ꝑfectionẽ essentie. ⁊ sic equalitas dicit ꝓpriũ modum fundamẽti ꝑfectissime idẽptitatis. Nam illud est ꝑfectissime idem alicui scd̃m aliquã ꝑfectionez: q̃d est sibi equale scd̃m eãdez ꝑfectionẽ. Hoc idẽ dico de similitudine: nã si pr̃ haberet sapiẽtiã formal̃r infinitaz: ⁊ filiꝰ eãdẽ sz finitã: pater scd̃m sapiẽtiã esset similis filio: non tamen equalis scd̃m sapientiam: quia perfectior in

patre. Si ğ pater ⁊ filius haberet eādē sapiētiā ꝫm oēm ꝑfectionē: tunc pater esset similis ꝑfectissime filio ꝫm sapiētiā: q̄ꝛ esset equalis sibi ꝫm sapiētiā. ⁊ sic equalis dicit ꝓpriū modū fundamēti silitudinis ꝑfectissime. ¶ Ibi. Ad scōm pōt ꝯcedi. Doc. dicit hic duo. Primū ꝙ in patre possunt esse tot equalitates formalr̄ distīcte quot magnitudines sunt ibi formalr̄ distīcte. ⁊ q̄ꝛ q̄ōlibet attributū distinguit̄ formaliter ⁊ a seinuicē ⁊ q̄ōlibet est formalr̄ infinitū vt pʒ. ꝫ. d. viii. q. penul. ğ q̄ōlibet hʒ ꝓpriaʒ infinitatē: ⁊ sic ꝓpriā magnitudinē ꝑfectionalē: ⁊ ꝑ cōsequēs ꝫm oēs istas magnitudines pōt esse equalis filio: ⁊ ecōtra. Scōm. q̄ꝛ essentia ⁊ oīa attributa et magnitudo oīm istoꝝ sunt simplr̄ vna res realr̄: ideo in patre ꝫm oīa ista erit vna equalitas ad filiū realiter: lʒ sint plures distīcte formaliter. ⁊ hoc est q̄ð dicit.

Ibi. Ad primum argumētū. Hec responsio clara est. Nā pater ꝫm essētiā infinitā est equalis filio fundamētaliter ⁊ ꝫm equalitatē est equalis filio formalr̄. ⁊ silr̄ ꝫm sapiētiā est similis filio fundamētaliter: q̄ꝛ est fundamentū similitudinis: ⁊ ꝫm similitudinē est silis formalit̄. ¶ Ibi. Et si obiicias: tūc pater posset dici ꝫm essentiā. Q̄ð tn̄ negatuʒ est. ꝫ. d. v. q. i. in respōsione illi⁹ argumēti. Pater ⁊ fili⁹ est essentia. Ultra rn̄sionē hic datā a doc. posset dici: ꝙ aliud est dicere patrē ꝫm essentiā: ⁊ patrē esse idem ꝫm essentiā vel equalē: q̄ꝛ licet paternitas fundet̄ in essentia nō tn̄ habet vim quodāmodo denominandi illā: vel ꝙ quasi formaliter sit in illa. Est. n. sicut subsistēs in natura in qua subsistit. vt pʒ. ꝫ. di. v. q. ii. ⁊. xxvi. idēptitas siue equalitas nō sunt in essentia sicut subsistēs: sʒ magis formaliter denominatiue: lʒ nō ꝑ īformationē. vt pʒ. ꝫ. d. v. q. ii. ⁊. d. 26. Rn̄sio tn̄ doc. clara est. q̄ꝛ essentia vt est fundamētū silitudinis ⁊c̄. accipit̄ sub illa rōne q̄ est ꝑfectissima vna ī tribus. vt pʒ. ꝫ. d. 19. q. 1. Et sic pōt dici ꝙ pater ꝫm essentiā est similis filio. Cū ꝟo dicit̄ pater ꝫm essentiaʒ: de ꝟtute sermonis nō habet̄ ꝙ essētia vt vna sub rōne ꝑfectissima vnitatis sit in trib⁹. Immo magis ex hoc q̄ð dico pr̄ q̄ ꝓducit distīctū realiter a se: ex ꝟtute sermonis videt̄ quodāmodo distincta vt pʒ. Nā vt in patre est: simplr̄ cōsiderat̄ vt est ꝑncipiū formale ꝓductiuū: ⁊ vt in filio vt terminus formalis generatiōis: lʒ tn̄ in re sit simpliciter indiuisa in trib⁹. Si ğ diceret̄ pater ꝫm essentiā: ⁊ similiter fili⁹ ꝫm essentiā: ita ꝙ pater dicat̄ pater filii ꝫm essentiā: et fili⁹ dicat̄ fili⁹ pr̄is ꝫm essentiam: sequeret̄ ꝙ de ꝟtute sermonis essentia sub rōne ꝑfectissima vnitatis esset fundamētnm harū relationū. ¶ Ad quartū. Ex hac rn̄sione videt̄ declinare doc. ad hāc opinionē ꝙ ꝑsone sint constitute ꝑ absoluta: q̄ꝛ dicit Apꝫ. difficile est ⁊c̄. Et sic finis istius distinctionis.

¶ Distinctionis. 32. Questio prima ⁊ scđa.

Circa istā distictionē duo querunt̄. Primo an pater et filius diligāt se spū sctō? Scđo an pater sit sapiēs sapiētia genita.

Primam q̄stionē magister reputat difficileʒ ⁊ dimittit eā insolutā. Aliqui negauerūt istā ꝓpositionē pater ⁊ filius diligunt se spū sancto: ⁊ dixerunt eā ab Aug. retractatā ī simili p̊mo Retra. c. xxxvi. vbi retractat istā pater est sapiēs sapiētia genita: cui ista videt̄ assimilari. ¶ Cōtra. Nō solū diuersas materias retractādas seorsū Aug. retractat: sʒ etiā eādē materiā q̄ in diuersis libris ponit̄: q̄ tn̄ est retractāda Aug. pluries retractat: qn̄. s. facit mētionē de illis diuersis libris: ğ multo magis retractaret istā seorsū si esset retractāda. Itē Aug. nō retractat dicta aliorum sanctoꝝ q̄ istam vident̄ concedere.

Simon de tornaco. **Alii dixerunt** ꝙ debet sic exponi spiritu sancto se diligunt vt signo dilectionis communis. ¶ Contra. Ita potest dici ꝙ diligunt se creatura: q̄ꝛ ipsa est signum dilectionis eoꝝ.

Alexā. de ales. **Alii dicunt** ꝙ diligunt se amore appropriato spiritui sancto. ¶ Contra. Igit̄ ita essent boni spū sctō: q̄ꝛ bonitas appropriat̄ spiritui sctō.

Tho. p̊ma parte. sum. **Aliter** dicit̄ ꝙ ablatiu⁹ iste ꝯstruit̄ ī ratiōe effectus cause formalis: q̄ꝛ licet non omnis res sit forma: tn̄ omne illud a quo aliq̄d denominat̄ quantum ad hoc habet habitudinē forme: vt si dicat̄ iste est indut⁹ indumēto: ꝯstruit̄ in habitudine cause formalis: licʒ nō sit forma hominis. Cōtingit aūt aliq̄d denominari ꝑ illud q̄ð ab ipso ꝓcedit: nō solū sicut agēs ab actiōe: sʒ etiaʒ sicut termino actiōis q̄ est effect⁹ eius qn̄ ipse effect⁹ in intellectu actiōis includit̄: dicim⁹. n. de igne ꝙ est calefaciēs calefactione: q̄uis calefactio nō sit calor q̄ est forma ignis: sʒ actio q̄ ab igne ꝓcedit. ⁊ dicim⁹ ꝙ arbor est florēs florib⁹: q̄uis flores nō sint forma arboris: sʒ quidam effectus ab ipsa ꝓcedētes. Scōm hoc igit̄ dicēdum ꝙ cum diligere in diuinis duplr̄ sumat̄. s. essentialiter et notionaliter. Primo modo pater ⁊ fili⁹ nō diligūt se spiritu sancto lʒ essentia sua. Scđo modo sic diligere nihil aliud est quā spirare amorē: sicut dicere est verbum ꝓducere ⁊ florere flores ꝓducere. Sicut igit̄ arbor dicit̄ florens floribus: ita pater dicit̄ dicens verbo vel filio se et creaturā: ⁊ pater ⁊ filius dicunt̄ diligētes se ⁊ nos spiritu sancto vel amore ꝓducēte. hec Tho.

Contra hanc positionē arguit doc. Primo q̄ꝛ edificare distīcte importat edificiuʒ: ⁊ tn̄ nō cōcedit̄ ꝙ edificator edificet edificio. cum spirare distinctius importet spiritū sanctū q̄ diligere: ⁊ tn̄ nō ꝯcedit̄ ꝙ spirent spiritu sancto. Scđo etsi talis predicatio ꝯcederet̄: nō tn̄ vt est ꝯuersiua sup agēs. i. dato ꝙ cōcederet̄ talis modus predicandi nō tn̄ cū ꝓnomine reciproco q̄ð est ꝯuersiue predicari vt est in ꝓposito. cum dico pater et fili⁹ diligūt se spiritu sancto: q̄ꝛ etiā nō ꝯcederet̄ de igne dici aliq̄d q̄ð terminaret̄ ad ipsum ignem vt aliquo ꝓducto a se. ¶ Itē in cōstructiōe trāsitiua nunq̄ effectus ex vi effectus cōstruit̄ cū ablatiuo. diligere est verbū trāsitiuum vt pʒ. Nec exēplum Sancti Tho. est ad ꝓpositū sed ad oppositū. Florere est verbum neutrum non actiuum. Omne autē verbū neutrū significat idem cū nomine adiectiuo si esset nomē impositū nisi ꝙ nomē significat ꝑ moduʒ habitus ⁊ quietis. Verbū autē quasi significat in fieri: vt idē est ignis calet calore: ⁊ est calid⁹ calore: ⁊ vtrūq̄ est in ratiōe forme a qua est ista denominatio ꝑ modum quietis ī vno ⁊ ꝑ modum fieri in alio. Ista autē forma ī aliquo inherēs vt qualitas aliq̄n se hʒ ꝑ modū forme ab extra denominātis. sicut est de genere habitus ⁊ vtroq̄ modo potest fieri denominatio. Et sic sicut pōt dici iste est ornatus vestimēto a quo extrīsecc denominat̄: ita potest dici iste nitet vestimēto vel aliquo alio verbo neutro. Ita est in ꝓposito: q̄ꝛ arborē florere nō significat formaliter arborē ꝓducere florē. Si. n. ponat̄ verbū actiuū q̄ð sic significet puta florificare si esset in vsu: hec esset falsa. arbor florificat floribus. hec autē vera. arbor floret floribus: quia ꝑ istud verbum neutrum significat̄ aliq̄d denominans subiectum quasi ꝑ modum habitus: licet non sit ꝓprie habitus in inanimatis: q̄ꝛ ꝓprie habitus est tm̄ in animatis. possunt tn̄ denominari ab aliquo adiacente q̄ð inquātum est aliquo modo ornamētū vel tegumentum eoꝝ potest reduci ad genus habitus. Exēplum igit̄ est ad oppositum loquēdo de verbo actiuo: ⁊ nihil ad ꝓpositum vt verum est de verbo neutro.

Sed quidam nouus expositor. S. Tho. in prima parte. q. 37. arti. scđo nititur soluere has ratiōes Sco. cōtra Tho. Et p̊mo premittit aliqua. Primo ꝙ in intellectu actus sic significati claudi effectum cōtingit duplr̄. Uno modo vt significātē seu vt determinantem qualitatem actionis: sicut in dealbare clauditur albedo: ⁊ in calefacere claudit̄ calor. Ut. n. ostendatur ꝙ non quodcunq̄ facere sed tale significetur calefacere ⁊ dealbare et edificare. Secundo modo claudit̄ effectus vt coniunct⁹ illi actiōi vt ꝓductum sue productioni. ⁊ hoc modo sumit̄ in proposito: ita ꝙ sensus illius fundamēti est quandocunq̄ in intellectu actionis tali termino significate clauditur effectus vt effect⁹ coniunctus sue productioni: tunc producēs denominari potest ab illo effectu in ablatiuo. ¶ Tunc ad primum argumētum respondet negādo assumptum: quoniam edificare spirare ⁊ huiusmodi non important effectum nisi specificatiue. ¶ Ad secundum dicit ꝙ potest fieri constructio conuersiua sup se: quando obiectū actus potest esse ipsuʒ agens vt accidit in ꝓposito ⁊ in similibus. Potest. n. sortes dicere seipsum non minus q̄ Troie hystoriam. ¶ Ad tertium negat̄ assumptum in verbis claudentib⁹ in se effectum et transeuntibus super obiectum: qualia sunt deligere dicere ⁊c̄. vt sortes dicit verbo hystoriam. Tho. gaie.

Ad aliud de exēplo dici pōt ꝙ exēpla ponim⁹ non vt ita sint ⁊c̄. Tamen sustinendo exemplum dicimus ꝙ flore vere significat flores emittere: vt

exusu loquẽtiũ. nec huic repugnat neutralitas ꝟbi: quoniã hec ad modum significandi nõ ad significatũ. Si autem deus flores imprimeret ꝙ vere diceret arbor florida nõ tamẽ ꝙ floruit. Esset. n. ista ꝟa. arbor que non floruit est florida. Hec ille expositor.

Hen. quo li. 6. q. 2. Henri. que a doc. improbatur in plurib⁹ ei⁹ dictis: que opinio pertractat̄ in additionibus sup secundo doc. vide ibi in. q. p̄ma. vt tñ clarius intelligantur improbationes Scoti contra Hen. adduco aliqua dicta Henrici cōtra que doctor arguit. Henricus ḡ p̄mo dicit q̄ verbum ⁊ spūssanctus sunt rōnes formales agendi ad extra: ⁊ prime: ita q̄ sicut dicimus ignis calore calefacit vt principio formali calefaciendi: sic pater creat verbo ⁊ spūsancto: vt p̄ncipio formali creandi. ¶ Ibi contra istud primo hic doc. improbat dictū Hen. ⁊ sententia argumenti stat in hoc. q2 si pater creat formaliter verbo vt principio formali creatiuo: sequitur q̄ pater erit formaliter in actu verbo ⁊ spūsancto. i. q̄ sicut si ignis calore calefacit: vt principio formali calefactiuo: ignis erit in actu per calorem in existētē: in actu dico vt sit in prima rōne calefaciendi sic si pater creat verbo: pater erit in actu per verbum. i. q̄ rō formalis creādi formaliter: ⁊ actualiter erit in patre. Hoc autē est impossibile: quia verbū nō est formaliter in patre: q2 tunc pater
Esse in actu dupliciter pōt intelligi. esset formaliter verbum: qđ satis improbatū est in primo. di. 2. parte. 2. q. 4. ⁊ dist. 27. q. j. Aduerte tñ q̄ qñ doc. dicit: q̄ pr̄ erit in actu per verbum. q̄ principiū formale agendi potest esse formaliter in aliquo duob⁹ modis. Primo q̄ sit rō formalis ⁊ q̇dditatiua ipsius agentis: sicut dicimus ignis sua entitate q̇dditatiua ⁊ essentiali generat ignem. Scđo q̄ sit rō formalis agēdi accidentalis vel quasi: sicut calor in igne est rō formalis calefaciendi ipsi igni. Primo mō ignis erit in actu simpliciter per rōnem formalem. Secūdo mō erit in actu ſm quid: q2 per aliquod sibi aduenиens: sic in proposito cum dicitur q̄ verbum est ratio formalis agendi ipsi patri. si sit ratio primo modo: tunc pater erit in actu simpliciter per verbum. si secundo modo pater erit in actu per verbum: vt per aliquod sibi additum formaliter. Item quod dicit doc. q̄ nihil formaliter agit: qđ nō sit in actu ſm illud quod est ratio prima agendi. hoc sic intelligitur. q̄ omne agens actione reali est ens in actu: ⁊ rō formalis agendi dat sibi q̄ actualiter possit agere: tota enim perfectio agendi est a formali rōne agendi. ⁊ hic sensus satis patere pōt a doc. in primo. di. 1. q. 2. et di. 3. q. 6. ⁊. 8. di. 7. ⁊. 26. ⁊ alibi sepe. ¶ Ibi. ⁊ si dicas. dicit Hen. q̄ noticia genita siue verbum suo modo recipitur in intellectu puro. vt patuit in primo. di. 2. parte. 2. q. 4. ⁊. di. 27. q. 1. ⁊ quia intellectus est cōis tribus personis. ideo dicit q̄ verbum in tali intellectu est cōe tribus: licet verbum sit tamen productū a patre: hoc idē dicit de spūsancto: ⁊ sic verum est q̄ verbū formaliter creat verbo existenti in intellectu filij: ⁊ similiter pater creat verbo existenti in intellectu patris. hoc idem de spiritusancto ⁊ dicit Henri. q̄ verbum est productum a solo parte dicente vice omnium. i. q̄ ex quo filius habet intellectum formaliter: et similiter spiritussanctus possit dicere verbum: quia tamen pater primo producit verbum in hoc: supplet vicem omnium. idem intellige de spiritusancto. ¶ Ibi contra istud sic arguo. Hic doct. improbat responsionem Henrici. et sensus littere talis est: q̄ si pater creat verbo formaliter: verbum formaliter erit in patre: vt supra deduxi: et tunc pater erit formaliter sapiens sapientia genita: quod est cōtra Augu. 7. de trinitate. c. 1. Et cum dicit Henri. q̄ verbum est in intellectu cōmuni. Contra arguit doctor. quia ex quo intellectus est formaliter in patre ⁊ verbū formaliter in intellectu. sequitur q̄ est formaliter in patre ⁊ sic erit sapiens sapientia genita: cuius oppositum pbatum est in p̄mo di. 2. di. 5. q. 2. ⁊. 27. q. 1. ¶ Hic occurrit dubiū: Difficultas circa respōsionem doc.
quia non videtur sequi q̄ verbū sit formaliter in pr̄e: q2 est formaliter in intellectu patris. q2 certū est: q̄ essētia diuina est formaliter in trib⁹ personis: ⁊ tñ pprietates personales fundātur in essentia diuina vt pz a doc. in primo. di. 2. parte. 2. q. 3. ī vltimo argumēto quo probat productionē esse in diuinis: hoc idē probat. di. 5. q. 2. ⁊ 26. 28. ⁊ alibi: ⁊ tñ nō videtur sequi q̄ filiatio sit formaliter in patre. ¶ Rñdeo q̄ argumentum doc. cōcludit Rñsio ad difficultatem.
cōtra Henri. quia ipse Henri. cōcedit q̄ noticia genita est formaliter in intellectu communi: ⁊ formaliter denominat illum: sed non est sic apud doc. quia proprietates relatiue: et si immediate sint in essentia diuina non tñ denoīant illam nec proprie formaliter sunt in illa nec sunt actus: nec quasi actus essentie diuine: sed sunt tñ vt quedam rationes subsistendi: et de ista materia vide clare in doct. in p̄mo. di. 5. q. 1. ⁊. 2. ⁊. di. 26. ⁊ sic patet respōsio ad difficultatē. ¶ Ibi videtur etiam vltra sequi. Deinde doctor arguit contra primum dictum Henrici probando q̄ verbum non sit ratio formalis creandi: et ⁊ rō stat in hoc nihil quod est ratio foīalis creādi puta a. pōt esse principiū: quod pducēs. a. ista pz. q2 idē respectu eiusdē nō potest esse principium quo ⁊ qđ: cū ergo verbum sit principium quo creandi ipi patri cū sit ratio formalis creandi: ḡ verbū nō potest creare: idem quod pater creat: q2 tūc eēt principiū: q̄ ⁊ qđ respectu eiusdē Et dicit doc. q̄ cōiter rō formalis agendi non agit illa actione respectu cuius dicitur ratio formulis agendi.
¶ Aliqui sic exponunt doct. q̄ aīa separata potest esse Cōtra aliquos expositores.
quo ⁊ qđ respectu intellectiōis. ideo dicit doc. cōiter. Sz saluo meliori iudicio firmiter tenerē q̄ nihil idē possit esse p̄ncipiū quo ⁊ qđ respectu eiusdē: qđ patz ex rōnib⁹ foīalib⁹ principij formalis agēdi: qđ habet rōnem quo ⁊ principij agentis: quod habet rōnem quod. q̄ rōnes manifeste sunt apud doc. in primo. dist. 1. q. 2. dist. 3. q. 6. ⁊ vide q̄ ibi exposui. Nec reputo verū q̄ eadē aīa respectu eiusdē intellectionis possit esse quo ⁊ quod. Tū q2 intellectus: qui saltē ex natura rei distinguit̄ ab aīa vt patet a doc. in. 2. dist. 16. erit principiū quo cū sit potentia intellectiua formaliter existēs in aīa. ⁊ ipa aīa erit principiū quod. Tum quia posito: quod aīa sit īmediatum principiū intellectionis adhuc non sequitur q̄ idē sub eadē rōne sit principiū quo ⁊ quod respectu eiusdē q2 adhuc in aīa pducēte aliquā intellectionē. distinguo principiū quo ⁊ quod. Nā principiū quo est natura ipi⁹ aīe: vt prescindit ab hecheitate: ⁊ principiū qđ est ipsa aīa hecheizata: vt posset elici subtililer a doc. in p̄mo. di. 1. q. 2. di. 3. q. 6. ⁊. q. 8. ⁊ in quoli. expresse dicit doc. q̄ natura est ratio formalis agendi: ⁊ singularitas est conditio agentis. ¶ Ibi. ⁊ si dicat̄ qđ filius creat ⁊ spūssctūs creat: vult dicere Hen. q̄ q̄uis v̄bū ⁊ spūssctūs sint rōnes formales creādi siue principiū quo creandi adhuc tñ stat q̄ sint principiū quod ⁊ sic v̄bū ⁊ spūssctūs creāt. ¶ Cōtra hanc responsionem instat doc. dicens posito q̄ verbū ⁊ spūssanctus creent ⁊ q̄ sint rōnes formales creandi: neutra tñ psona videt̄ proximo creare: quia neutra est in actu per alteram: idest q̄ verbum non potest proximo creare nisi sit in actu per spiritūsanctum. cum spūssanctus ponatur pertinere ad rōnem formalez creādi sicut ⁊ v̄bū ponit̄. Si ergo verbū creat per spm̄ sanctum: vt pertinentem ad rationem formalem creandi: ergo verbum habet actu formaliter spiritūsanctum ⁊ similiter si spiritussanctus primo creat ergo actu habet formmaliter verbum cum verbum ponatur pertinere ad rationem formalem creandi: sed hoc est impossibile vt supra patet: vult enim Henri. q̄ verbum et spiritussanctus sunt vna ratio totalis creandi: quia nec pater solo verbo creat: sed verbo et spiritusancto: vt duabus rationibus partialibus integrantibus vnam totalē. Et q̄ sic sint in actu ad hoc vt creēt patet p litteram sequentem de agente per intellectum et voluntatem. Et quod dicit de ratione proxima creandi: hoc dicit quia secundum Henri. ratio remota creandi est intellectio que est ratio formalis producendi verbum ſm ipsum Hen. vt supra patuit in primo di. 2. di. 6. ⁊. 27. et quia verbum habet esse per intellectionem: ideo dicit

Henri. ꝙ ratio creandi proxima est verbum: et remota est intellectio: hoc idem dicit de spiritusancto ⁊ volitione: et ideo doc. arguit contra: quia neutra persona est in actu creandi proxime per aliam. ¶ Ibi preterea secundo: hic doc. improbat Henri. quo ad aliud dictum de sapientia disponente et amore effectante: fuit enim opinio Henri. vt patet in additionibus super secundo doc. ꝙ est duplex sciētia in deo silicet dispositiua que est perfecta ratio formalis creandi: que dictat vltimate de operalibus: et scientia vniuersalis ⁊ speculatiua que nō sic dictat: similiter apud ipsum est duplex amor scilicet amor effectans et amor simpplex siue essentialis: ⁊ vult ipse ꝙ scientia disponens sit verbum: et amor effectans sit spiritussanctus. Contra quam positionem arguit doctor specialiter contra sapientiā dispositiuam ⁊ amorem affectantem: quia ista aut sunt appropriata verbo et spiritui sancto aut sunt propria: si primo: ergo sunt cōmunia tribus et sic due persone non sunt proxime rationes formales creandi: si secundo cum dicant respectum rationis ad creaturas: quia secundum Hen. dispositio dicit respectum rationis ad disposita: ⁊ si sic sequitur ꝙ aliquis respectus rationis erit proprius alicui persone diuine: quod est improbatum in primo di. 18. de dono. que improbatio patet in additionibus primi et di. 27. primi. q. 1. similiter improbabitur in presenti questione. ¶ Ibi preterea: quod dicit de ideis practicis ⁊c. Hic nota ꝙ idea practicta si daretur in deo nichil aliud esset nisi cognitio de creatura producēda siue esse cognitum creature pducende dictatiua in praxim: sed tales idee practice que tantum sunt de contingentibus nō dantur in deo: vt subtiliter ptz in primo dist. 35. ⁊ 36. ⁊ vide que ibi exposui. Posito tamen ꝙ darentur huiusmodi idee negat doctor: ꝙ ipse idee siue cognitiones practice non sint in intellectu paterno: quia eadem noticia que est in filio est in patre et spiritusancto vt satis clare deductū est a Scoto in primo distin. prima. 2. 26. 27. et alibi: hoc idem probat hic per auctoritates q̄ clare sunt in lr̄a: aliqualiter tamen expono illam auctoritatem Agusti. 15. de trini. cum dicit. Ideo verbuz hoc vere veritas est: qr quicquid est in ea scientia de qua genitum est et in ipso est accepit ibi scientiam pro memoria fecunda: vt satis patet ex doctore. in primo distinctione. 2. parte. 2. et dist. 6. ⁊ 27. ⁊ vult dicere ꝙ quicquid est in mememoria fecunda est etiā in verbo genito a memoria fecunda vt principio formali productiuo: sequitur. Nouit omnia deus in seipso. i. ꝙ deus pater habens essentiam diuinā pro obiecto adequato et primario: et alia pro obiecto secundario: nouit omnia virtute essentie vt in se existentis: et quia essentia est communicata filio: nouit etiam omnia in filio: nō ꝙ noticia patris dependeat ab essentia vt in filio vt supra patuit in primo. distinctione prima. q. 2. Et vide que ibi exposui. ¶ Preterea quod dicitur ibi verbuz esse ⁊c. in ista littera doctoris sunt aliqua notāda. Primo ꝙ intellectio essentialis ßm Henricum est ratio formalis in patre producendi verbum diuinū. vt supra patuit in. 1. dist. 2. parte. 2. q. vltima. ⁊ distinc. 6. 13. 26. 27. ⁊ alibi. Secundo rationem formalem perfici actione pōt intelligi: vel de actione acta: vel de actione respectus. secundo modo non est difficultas: qr semper actio respectus est in agente. vel producente mediante ratione formali. Primo modo ratio formalis agendi immediate perficitur actione acta immanente: quod patet in nobis: nam homo intelligit mediante intellectu ⁊ intellectio immediate perficit intellectum cū sit actio actu immanens vt patet a doctore decimatertia questione quoli. sed loquendo de actione acta transeunte: certum est: ꝙ ratio formulis producendi huiusmodi actionem: non perficitur illa: ⁊ hoc est. quod dicit doctor. ꝙ supponendo ßm Henricum. ꝙ intellectio patris sit ratio formalis producendi verbum non sequitur: ꝙ talis intellectio perficiatur ipso verbo: quia productio verbi passiua non est in illa: sed in verbo: de qua productione passiua verbi satis dictum est in primo distinctione. 2. 5. 6. 7. 26. ⁊ 27. ¶ Ibi. quod etiā dicit de noticia vniuersali ꝙ sit speculatiua ⁊c. pro clariori intellectione huius littere: vide que diffuse exposui in vltima qnestione prologi. ¶ Ibi. quod etiam dicit: ꝙ ideo posuerunt philosophi ⁊c.. Cum dicit doctor si voluntas diuina de necessitate produceret creaturam depēderet ab ea: hoc sic debet intelligi. quia relatio realis in deo est realiter idem quod deus: et si deus de necessitate nature produceret creaturam necessario haberet relationē ad illam tanꝗ̄ ad terminū: ⁊ sic per possibile vel impossibile creatura non existente: talis relatio que est idem: quod deus nō esset et per consequens deus non esset: et sic isto modo esse dei depēderet a creatura. de hoc vide subtiliter Sco. in primo. distinctione. 8. q. vltima. et specialiter vide que ibi exposui: quomodo: scilicet illa ratio Philosophi teneat. Et ex his patet improbatio opinionis Henrici.

Scīa hic ponitur ꝓ memoria.

Quomō actio perficiat rōnez formalem

Ad solutionem questionis tria sunt

Declaratio questionis.

videnda. In solutione huius questionis sunt tres articuli principales. quorum primus est. prima causalitas respectu creaturarum quātum ad earum esse existentie necessario est in tribus personis. Secundus est: ꝙ causalitas prima respectu oīm creaturarum quātum ad earū esse ßm quid: scilicet quantum ad esse cognitum ⁊ volitum earū necessario est in tribus. Tertius si per impossibile esset tm̄ vna persona: an in ea esset perfecta causalitas respectu omniū causabilium: quātum ad omne esse siue simpliciter siue ßm quid. ¶ Ibi. quantū ad primum dico. hic doctor tribus rationibus probat primum articulum: qui talis est: ꝙ p̄ma causalitas respectu creaturarum est necessario in tribus personis ⁊ hoc quātum ad earum esse simpliciter: quod est esse existētie. Et prima ratio est ibi. primo quia principium duarum pductionū necessarie videlicet ⁊ contingentis. Hec ratio est satis clara in litera: tamen pro clariori intelligentia dubitatur circa hoc: quod dicit ꝙ quando aliquid est principium duarum emanationum: quarum vna est necessaria ⁊ altera cōtingēs: necessaria est simpliciter prior. ¶ Cōtra. quia posito ꝙ voluntas diuina in instanti nature. a. sit principium eque perfectum tam necessarij ꝗ̄ contingentis: videtur ꝙ in instanti. a. possit producere contingēs et sic productio necessarij non erit de necessitate prior productione contingentis. ¶ Rn̄deo. ⁊ primo dico ꝙ forte casus est impossibilis. Secūdo. ꝙ si casus esset possibilis forte concluderet de effectu necessario ⁊ contingenti diuersis in natura a voluntate diuina. Sed vbi pductum est necessarium ⁊ simpliciter eiusdem nature cū producente: ⁊ productum contingens est diuersum in natura: tunc productio necessarij est simpliciter prior pductione contingentis. Tertio dico ꝙ qn̄ aliquid perfecte ⁊ realiter idētificatur cum aliquo: quod ex se tam formaliter ꝗ̄ originatiue est simpliciter necesse esse: illud precedit ex sua ratione formali contingens. Sed emanationes personaꝝ sunt huiusmodi cum essentia diuina vt patet a doc. in primo distin. 2. parte. 2. q. 1. in responsione ad vltimum argumētum. ⁊ q. 3. in responsione ad primum argumētum principale: ⁊ essentia diuina est ex se necesse esse tam formaliter ꝗ̄ originatiue. vt patet a doc. vbi supra. ¶ Si iterum dicatur: nonne deus prius vult aliquid contingens esse ꝗ̄ illud producatur ab intellectu diuino in esse cognito. ⁊ patet ꝙ sic a doc. q. vltima prologi distin. tertia. q. quarta distin. 36. primi. ⁊ q. 14. quolibetorum. ⁊ sic illud prius habet esse volitum cōtingenter ⁊ post habet esse cognitum de necessitate: qr intellectus diuinus quicquid producit de necessitate producit: essentia enim diuina est ratio producendi omne cognoscibile in esse cognito respectu intellectus diuini. vt patet a doc. in primo distin. 36. ⁊ essentia vt essentia tātum de necessitate mouet intellectum diuinum: tam respectu sui ꝗ̄ omnium aliorum. vt patet a doct. 14. que. quolibe. ergo aliquod productum de necessitate presupponit aliud productū contingenter. ¶ Respondeo primo ꝙ doctor loquitur de producto necessario ⁊ contingenti quantum ad esse eorū simpliciter. ⁊ similiter quādo aliquid habet esse simpliciter de necessitate ⁊ aliquid habet esse secundum quid cōtingenter. primum de necessitate est prius. Secundo dico ꝙ sicut deus vult. a. contingenter: ita cognoscit illud volitum contingenter. cū talis cognitio sequatur determinationem diuine volūtatis. vt patet a doc. in prologo questione vltima. distinctione. 36. ⁊ 40. primi. ⁊ questi. 14. quolibeto. et sic illud sic cognitum non est simpliciter ⁊ absolute necessarium: quia si deus aliter determinasset aliter etiā cognouisset: vt patet a doctore vt supra. Et de huiusmodi materia clarius vide que notaui super. 36. dist. primi doc.

Prima ratio.

Dubitatio prima circa p̄mā rationem.

Rn̄sio multiplex.

Dubitatio secūda

Responsio.

Difficul= Si iterum dicatur ꝙ productio contingens nõ
tas. necessario presupponit necessariã: qꝛ si per impossibi=
le nõ eẽt aliq̃ ꝓductio ad ĩtra adhuc tñ eẽt vel posset
esse ꝓductio cõtingens ad extra. Dico ꝙ doc. nõ intel
ligit absolute ꝙ ꝓductio cõtingẽs p̃supponat neces=
sariã: sed intelligit ꝙ cũ due ꝓductiones cõparãtur
ad idẽ agens: quarũ vna est necessaria: ⁊ alia contin=
gens: cõtingens presupponit necessariã. ¶ Tota er=
go ratio doc. stat in hoc. ꝙ ex quo ꝓductio personarũ
cũ sit simpl'r necessaria ⁊ simpliciter prior ꝓductione
creaturarũ respectu cuiuscũq; esse: ⁊ in tali ꝓductio=
ne cõmunicatur filio a patre: ⁊ spiritui sancto a patre
⁊ filio eadem volũtas: que est principiũ formale pro=
ductiuũ creature: ⁊ sic sequitur: ꝙ ipse tres persone
habẽtes illud idem principiũ: de necessitate simul cõ=
currũt ad omne causabile per tale p̃ncipiũ causatiuũ
Hoc idẽ alie due rationes sequẽtes intendũt. ¶ Ibi.
item prius naturaliter: hec est secunda ratio qua pro
bat ꝙ ꝓductio personarum est simpliciter prior cua=
cunq; ꝓductione creature respectu cuiuscunq; esse.
Et pro clariori intelligẽtia aliqua sunt notãda in ista
litera. Primo. ꝙ obiectũ primũ. vt hic loquitur. acci
pitur primũ primitate adequationis: ⁊ hoc in ratione
motiui: non autem in ratione terminatiui s'm aliquos
qui ponunt ꝙ intellectio diuina nõ tñ terminatur ad
essentiam q̃ actu cognoscitur ab intellectu diuino:
sed ꝙ etiaz terminatur ad obiecta secũdaria q̃ actu
cognoscuntur ab intellectu diuino. Dico tamẽ ꝙ hoc
est dubium. nõ enim intellectus diuinus cognoscit la
pidem in se sed precise in essentia diuina. ⁊ de hoc vi=
Notabi= de Doc. in quolibe. q. 14. articulo. 3. ⁊ vide que ibi ex=
lia quedã. posui. Accipitur etiam primũ: a quo actus essentiali=
ter depẽdet. ⁊ obiectũ secũdũ: a quo act⁹ essentialiter
nõ depẽdet. Sed tendit in illud v'tute p̃mi obiecti. vt
patet a doc. in p̃mo distin. 1. q. 2. ⁊ sic primũ obiectũ in
ꝓposito de necessitate p̃mo respicitur a potẽtia: cuius
est tale obiectũ. patet. qꝛ obiectũ qd' est ratio cogno=
scẽdi se ⁊ alia: prius de necessitate est ratio cognoscẽ
di se q̃ alia. ⁊ per cõsequẽs vt perfecte presens potẽ=
tie prius de necessitate respicitur a tali potẽtia q̃ se=
cũdaria obiecta respiciantur. Secũdo nota ꝙ aliqd'
est obiectum secundariũ respectu intellectus diuini.
Obiectuz Et hoc est in duplici genere: nã quoddã est obiectum
secũdariũ secũdariũ respectu intellectus diuini: qd' est ibi ex na
intellect⁹ tura rei vt ꝓprietates hypostatice: similitudo: ⁊ eq̃li=
diuini du= tas in deo: ⁊ de tali obiecto secũdario loquitur doc. in
plex. p̃mo distinc. 1. q. 2. ⁊ nõ dicitur obiectũ secundariũ ex
hoc ꝙ quasi secũdario moueat intellectũ diuinum ad
sui cognitionẽ: cũ sola essẽtia diuina moueat tã respe
ctu sui q̃ respectu aliorũ: sed dicitur obiectũ secũda=
riũ: qꝛ act⁹ intelligẽdi intellectus diuini nõ posset esse
respectu talis obiecti: nisi prius suo modo depende=
ret ab obiecto p̃mario ⁊ prius terminaretur ad illud.
vt patet a doc. vbi supra Alid' est secũdariũ respectu
intellectus diuini: qd' nullo modo est ibi ex natura rei:
sed fit obiectũ intelligibile: tñ per actũ intellect⁹ di=
uini ꝓducentis talia in esse intelligibili: ⁊ de tali obie
cto secundario Doc. loquitur in presenti rõne ⁊ in ꝓ=
logo. q. penultima. ⁊ distin. 3. q. 4. di. 35. 36. 39. 43. pri
mi. ⁊ in quolibet. q. 14 ⁊ alibi sepe. ¶ His premissis
patet ratio doc. quia ex quo essentia diuina ex natura
rei est ꝑfecte presens intellectui diuino: in rõne p̃mi
obiecti intelligibilis: ⁊ creature nullo modo sint pre=
sentes ex natura rei in rõne obiecti intelligibilis: sed
tñ fiant presentes per actũ intellectus diuini: sequit'
ꝙ intellect⁹ diuinus tam in ratione operatiui q̃ in ra
tione ꝓductiui prius respicit essentiã diuinã q̃ obie=
cta secundaria: ⁊ sic in tali p̃ori erit ꝑfectissima ꝓdu=
ctio filij in diuinis. Hoc idẽ dico de volũtate diuina:
que prius respicit tã in ratione potentie operatiue q̃
ꝓductiue essentiã diuinã perfecte presentẽ ex natu=
ra rei ⁊ actu cognitã: q̃ habeat actum circa aliquam
creaturã: ⁊ sic in illo priori erit ꝑfectissima productio
spiritussancti: ante omnẽ productionẽ cuiuscũq; crea
ture respectu cuiuscũq; esse. Et qd' dicit doc. de noti=
tia adeq̃ta siue de v'bo infinito ⁊ de amore infinito. vi
de clarã expositionẽ quã feci sup p̃mo doc. d. x. Et qd'

dicit etiam hic: ꝙ essentia prius respicitur ab intelle=
ctu diuino tam in ratione operatiui q̃ productiui. vi=
de que notaui super distin. secũda. parte secũda. q. ter
tia. primi doc. ¶ Ibi preterea tertio. habitudo natu= Tertia ra
re ad suppositũ prior est habitudine eius ad actum se tio.
cundum: hec est tertia ratio doctoris: qua probat p̃n=
cipale intentum: ⁊ stat in hoc ꝙ ex quo natura diuina
habet prius habitudinẽ ad suppositum: q̃ ad agere:
sequitur ꝙ pri⁹ erit in supposito q̃ sit alicui ratio for=
malis agendi: ⁊ sic prius erit productio suppositorũ
q̃ productio creature: ⁊ quia in illo instãti in quo sup=
posita sunt habẽt eandẽ voluntatẽ: que est ratio ꝓdu
cendi ad extra sequitur ꝙ de necessitate simul cõcur=
runt ad ꝓductionẽ cuiuscunq; creature.

In ista litera occurrũt aliqua dubia. primo in
hoc quod dicit doctor ꝙ habitudo nature ad supposi Pulchrũ
tũ est p̃or habitudine ipsi⁹ ad opationẽ siue ad actum dubiũ cir=
secundum: hoc non videtur: quia s'm ipsum in primo. ca tertiaz
distin. 1. q. 2. cõtra Henr. cum arguẽdo: dicit ꝙ omnis rationem.
perfectio essentialis in diuinis est prior ꝓprietate sup
positali. hoc idem in. 26. 28. di. p̃mi. ⁊. q. p̃ma quolibe.
Dicit etiam in primo dist. 7. ꝙ licet agere presuppo=
nat esse: non tamen presupponit rationem suppositi.
patet. quia generare filium in diuinis: ⁊ si presuppo=
nat esse memorie fecunde: nõ tamen presupponit per
sonã patris cum illa constituatur in esse personali per
talem generationem. vt patet a doc. in primo dist. 28.
hoc idem patet in quolibetis. q. quarta. Tum etiã. q̃a
doctor in p̃mo di. 2 parte secũda. q. tertia. vult ꝙ in=
tellectus sit prius operatiuus q̃ productiuus ⁊ simi=
liter voluntas: ⁊ per consequens prius erit actus in=
telligendi que est operatio q̃ sit productio. ⁊ per pro=
ductionem actiuam constituitur pater in esse persona
li: ⁊ per passiuam constituitur filius: ⁊ sic videtur fal=
sum ꝙ essentia diuina prius habeat habitudinem ad
suppositum q̃ ad agere.

Respondeo primo: ꝙ aliud est loqui de actione Respõsio.
immanẽte cuiusmodi est intellectio ⁊ volitio: ⁊ aliud
de actione trãseunte: ⁊ cõcedo ꝙ primo mõ natura di
uina prius habet intellectionẽ ⁊ volitionem q̃ intel=
ligatur esse in supposito: sed nõ est sic de actiõe trãseũ
te: de qua doc. in ꝓposito loquit'. Dico secũdo ꝙ hoc di
ctũ Scoti sic debet intelligi: ꝙ prior est habitudo na=
ture ad suppositũ q̃ ad actũ secundũ quando scilicet
natura non põt esse in ꝓxima dispositione ad actum
secundum nisi sit in supposito: de quo vide docto. ĩ pri
mo dist. 7. q. vnica.

Adhuc doctor videtur sibi contradicere: in hoc Apparẽs
quod dicit ꝙ habitudo nature ad agere nõ est ita eẽn= ꝯdictio.
tialis: sicut habitudo nature ad suppositũ: qꝛ ĩ primo.
distinctione quarta questione secunda: videtur con=
cedere ꝙ creare primo competat huic deo: ⁊ nõ sup=
posito: ista enim: deus creat: est vera: vt ly deus nõ
stat pro aliquo supposito incommunicabili: ergo crea
re secundum eum videtur immediatius inesse natu=
re diuine q̃ suppositum. ¶ Secundo in quocunq; in=
stanti ponitur rõ perfecta formalis agẽdi põt poni ac Scd'a du=
tio: sed in p̃mo instanti natura diuina est rõ formalis bitatio.
creandi ⁊ ꝑfectissima: ergo in illo instanti põt agere:
sed in illo instãti non intelligit' suppositũ: patet qꝛ na=
tura diuina est prior natura supposito: vt patet hic in
presenti. q. ⁊ clarius in p̃mo distinctiõe octaua. q̃stio=
ne penultima. ⁊ in quolibetis. qõne prima. articulo p̃=
mo. Nec valet dicere ꝙ talis natura nõ põt agere nisi
intelligat' in supposito: quia si ꝑ impossibile nullũ eẽt
suppositũ adhuc posset creare vt patz a docto. vbi su=
pra in primo distinctione quarta questione secunda.
¶ Respõdeo ad primũ ⁊ dico primo: ꝙ dictũ doc. põt Respõsio.
sic intelligi: ꝙ deus nõ includit necessario suppositũ
ad hoc vt creet: quia de⁹ singulariter existẽs põt cre=
are sufficienter: tamẽ ex quo de facto natura diuina
necessario est in suppositis prius natura conuenit esse
in illis q̃ agere ad extra. Dico secũdo ⁊ magis ad ꝓ=
positum: ꝙ licet creare p̃us verificetur de hoc deo q̃
de suppositis: nõ tamẽ sequitur: ꝙ hoc predicatũ p̃us

insit deo: ꝙ deus insit suppositis: prius em̄ deus est in suppositis: ⁊ post conuenit huic deo creare: ⁊ vltimo conuenit per ipsum deum suppositis: ⁊ sic debet doc. intelligi. ¶ Ad secūdum dico ꝙ natura diuina est perfectissima ratio producendi ad intra: ⁊ producēdi ad extra: tamen non potest esse ratio producendi ad extra: nisi prius sit ratio producendi ad intra: quia productio ad intra est quasi effectus prior ꝑductione ad extra: ⁊ si per impossibile nō esset productio ad intra: esset possibilis ad extra. ¶ Secūdo dubitatur in hoc quod dicit doc. ꝙ habitudo nature ad suppositum est essentialis ⁊ in quid: quia non videtur ꝙ natura predicetur in quid de supposito. Tū quia suppositum tm̄ dicit negationem duplicis cōmunicabilitatis: vt quo ⁊ vt quod. vt patet a doc. in primo. d. 2. parte. 2. q. 1. di. 23. 25. ⁊. 28. vel dicit negationem duplicis dependentie in tertio. d. 1. q. 1. in quoli. q. 19. ⁊ sic suppositū creatū vt includit huiusmodi negationem dicit tm̄ conceptum per accidens: modo de conceptu per accidens nihil per se ⁊ in quid predicatur. vt patet a doc. in primo. dist. 2. parte. 1. q. 2. ⁊ in. 3. ⁊ alibi. Si etiam teneat: ꝙ suppositum constituatur in esse per aliquod positiuum: adhuc non recipiet predicationem in quid a natura. patet. quia entitas personalis non est eiusdē nature cum natura. vt exposui. 25. di. primi doc. Tū etiā quia si teneat opinio cōmunis ꝙ supposita diuina cōstituantur in esse per relationes: ⁊ sic cum sint relatiua: non vidētur posse recipere predicationem in quid alicuius absoluti. ¶ Responsionem quere. de ista tm̄ materia. s. predicationis in quid nature de supposito. vide que notaui super tertio doc. d. 1. q. 1. ⁊ ex his erit facilis responsio ad instantias supradictas.

Dubium. Posset etiam dubitari quia si habitudo nature ad suppositū sit essentialis ⁊ in quid: videtur sequi ꝙ absolutum sit de essentia relatiui: quod est falsum: ⁊ contra doc. in pluribus locis: ꝙ autem sequatur patz quia deus predicatur de patre: vt de supposito. Tum etiam: qr si esset hec in quid: sequeretur ꝙ pater diceret per se vnum conceptum. patet quia de conceptu nō per se nihil p̄dicatur ī quid. vt patet a doc. in p̄mo distin. 2. ⁊ in tertio. di. 7. constitutum enim ex absoluto ⁊ respectiuo non dicit vnū per se conceptū vt ptz. Tum etiam si cōclusio illa esset vera sequeretur ꝙ cōstitutū ex ente positiuo: ⁊ negatione reciperet predicationē in quid entis positiui absoluti. patet. quia suppositum creatum vltimate constituit in esse suppositali duplici negatione. vt patet a doc. in p̄mo dist. 2. parte secunda. q. 1. ⁊ di. 28. ⁊ in. 3. dist. 1. q. 1. ⁊ in quoli. q. 19. ¶ Respondeo ad primū ꝙ hoc est in quid. s. pater est deus ratiōe deitatis incluse in patre. i. ꝙ pater includit in suo esse deitatem: que dicit quid: ⁊ cū dico deus predicat in quid de patre: intelligo sic ꝙ p̄dicatur de supposito includente deitatem: sicut homo predicat in quid de sorte: quia sortes includit humanitatē que dicit quiditatem. Et cum dicit de conceptu per se: dico ꝙ ⁊ si constitutum ex absoluto ⁊ relatiuo in creaturis non dicat vnum per se conceptum: quia nulla relatio est constitutiua suppositi: nec etiā est contractiua nature ad esse indiuiduale: in diuinis tm̄ relatio originis facit vnum per se conceptum cum natura diuina cum sit constitutiua suppositi in natura diuina subsistentis. ¶ Ad vltimum dico ꝙ natura dicitur predicari de supposito creato in quid ratiōe singularis per se includentis naturā: quia singulare dicit vnum conceptum per se constitutum ex natura ⁊ singularitate. ¶ Ibi. secundo quantū ad istum acticulum videndū est quid sit ratio huius. Hic doctor assignat rationem quare tres persone simul concurrunt ad extra: que litera est satis clara nec indiget aliqua expositione.

Quantum ad secundum articulum principalem: qui est. an prima causalitas respectu creaturarū quantum ad esse secundum quid earum sit de necessitate in tribus suppositis. Quātum ergo ad istum articulum dicit primo doctor ꝙ si in intellectu patris sint idee practice sicut argutum est supra contra opinionem Henri. videtur sequi ꝙ verbū sit genitū de creatura vt est idea in intellectu patris: quia natum est de oībus his que sunt in scientia patris sm̄ Augu 15. de trini. ca. 14. ¶ Sed contra istud arguitur. quia tunc spiritus sanct⁹ nō spiraret tm̄ vt amor essentie diuine: sed vt amor oīs amabilis. ¶ Et nota pro clariori intellectu ꝙ doctor hic nō asserit ideas practicas esse in intellectu diuino: quia supra hoc improbauit. Sed si ponerētur vt ponit Henri. Doc. arguit cōtra ostendēdo ꝙ ex positione tali sequerētur multa incōueniētia. ¶ Secūdo nota pro intellectione triū rationum: que sunt cōtra illam positionē: ꝙ si idea puta lapidis est in intellectu patris: tunc lapis in esse intelligibili pertinet ad memoriā patris: sicut nos dicimus ꝙ lapis presens intellectui nostro in ratione obiecti intelligibilis pertinet ad memoriā nostrā. vt ptz a doc. in p̄mo di. 2. pte. 2. d. 3. q. 7. d. 6. 27. ⁊ alibi sepe. ⁊ sicut in nobis intellectio lapidis dicit produci memoria. i. de intellectu ⁊ lapide existente presente in ratione obiecti intelligibilis: quia talis intellectio est vere expressiua talis memorie: ⁊ specialiter est expressiua obiecti relucētis in memoria: sic omne obiectū intelligibile in intellectu patris videt pertinere ad memoriā patris. Et quia verbum est de memoria patris. ⁊ per ꝯ̄ñs de omni eo qd pertinet ad memoriā patris sequit ꝙ verbum dicatur verbū lapidis sicut etiā dicit verbū essētie: quia expressiuū illius. vt patet a doc. in p̄mo dist. 2. parte. 2. q. 3. dist. 27. q. 2. ⁊c. Et sic cōtra hāc positionem specialiter arguit Doc. primo. quia si sic tunc sequeret ꝙ sicut verbū dicit verbū lapidis: quia lapis habet esse intelligibile in memoria patris de qua producit: sic videt sequi ꝙ spirit⁹ sanctus sit amor lapidis: quia lapis habet esse amabile vel amatū in essentia diuina amata: qd videtur incōueniēs. ¶ Ibi. non tm̄ pater nouit formaliter creaturas: sed etiaz nouit filiū formaliter (cū dicit nouit formaliter. i. ꝙ habet in se formaliter notitiā qua nouit creaturas ⁊ filium) igitur si de omnibus vt notis patri gignitur verbum de verbo vt noto patri gignitur verbum: ⁊ ita verbū gignitur de verbo. Aduerte ꝙ doct. non intendit arguere ꝙ de creaturis vt notis ⁊c. ꝙ ly vt stet reduplicatiue quasi ꝙ creatura sub illa ratione qua est nota patri sit ratio formalis producēdi filiū: quia vt sic nullo modo pertinet ad memoriā productiuā: sed si ponūtur pertinere ad memoriam productiuā: prius cognoscūtur ab intellectu diuino vt in simili pz a doc. hic ꝙ memoria diuina prius est operatiua ꝙ productiua. et in p̄mo distin. 2. parte secūda. q. 3. ¶ Ibi. item relatio realis. hec ratio stat in hoc ꝙ qñ ratio formalis generandi realiter distinguitur a genito videtur dicere relationē realē ad ip̄m genitū: hoc pz a doc. ī p̄mo di. 5. q. 2. vbi vult ꝙ īter terminū formalē gñatiōis ⁊ rōnē forālē generādi si realit distinguūt sit relatio realis cōmunicantis ⁊ cōmunicati: si vero sola ratione distinguntur ꝙ sit tm̄ relatio rationis: hoc posito patet ꝙ creatura distinguitur realiter a verbo: ergo si verbū esset genitum de creatura tūc realiter referretur ad ipsum: qd est impossibile. vt patet in primo. distin. 30. Aduerte hic circa lram doc. ¶ Aduerte tamen ꝙ due prime rationes si intelligūtur de productione verbi sm̄ quid ⁊ non sm̄ eius esse simpliciter non videntur false: immo vere. Tertia vero ratio concludit tm̄ de productione verbi simpliciter: si ergo idee practice ponantur in deo vt rationes formales producendi verbū sm̄ esse simpliciter: tres rationes predicte cōcludunt contra tales ideas. Si vero ponantur rationes formales producēdi tm̄ sm̄ quid minime concludunt aliquod inconueniens. Dico ergo ꝙ si idee ponantur in intellectu diuino: nō ex natura rei: sed tm̄ per actū ītellectus diuini: ita ꝙ tm̄ pertineant ad memoriā nō ex natura rei: sed per actū intellectus diuini ꝑducentē illas inesse intelligibili ⁊ vt sic non pertinent ad memoriam diuinam simpliciter: que est ratio formalis producendi aliquid inesse simpliciter ideo vere pertinent ad memoriam sm̄ qd quia de illis non producitur aliquid ad intra simpliciter: sed sm̄ esse sm̄ quid: sic intelligendo potest faciliter responderi ad istas tres rationes. ¶ Ad primam dico ꝙ non est inconueniens ꝙ verbum habeat esse a memoria que includit simpliciter intellectum ⁊ essen

tiam: habeat dico esse simpliciter: ⁊ ꝙ etiam ipsuz habeat esse ẜm quid ab intelligibili existēte in memoria patris: nō ex natura rei: sed per actum intellectus diuini: quia p̄mo modo verbū est simpliciter expressiuū essentie diuine: per quam habet esse simpliciter. vt supra patuit per doc. in p̄mo. d. 2. ⁊ 27. q. 2. secundo vero mō habet tm̄ esse ẜm quid: ⁊ vt sic est suo mō expssiuum oīs intelligibilis exn̄tis in memoria patris: ⁊ pariformiter dico de spiritusancto. ¶ Ex his etiā patet solutio ad secūdū argumētū. ⁊ cōcedo ꝙ nō est inconueniens verbū esse de seipso ẜm quid. vt de intelligibili exn̄te in memoria patris. ¶ Patet etiam solutio ad tertium argumētū: quia relatio verbi ad creaturā pertinentē ad memoriā patris in esse intelligibili mō preexposito nō est relatio realis: sed tm̄ rōnis: q2 ad ipsum refert vt tm̄ habet esse ẜm quid. ¶ Ibi quātū ad hoc igitur dico ꝙ duo ordines possunt intelligi in diuinis. s. ordo nature: ⁊ ordo originis: qui sunt alterius rōnis: ⁊ in quocūq3 gradu vnius ordinis potest totus alius ordo assignari. Pro clariori intelligentia aliqua sunt premittēda. primū ꝙ triplex est ordo p̄oris ⁊ posterioris. videlicet durationis: nature: ⁊ originis. Ordo durationis est qn̄ aliquid est prius alio aliqua duratiōe. Ordo nature est qn̄ aliquid ẜm suū esse est prius alio natura: ita ꝙ in aliquo instāti nature habet esse suū perfectū absq3 omni posteriori: ita ꝙ p̄us natura potest vere intelligi non intellecto posteriori natura. Aduerte tn̄ ꝙ aliq̄d potest dici prius natura tm̄ priuatiue: ⁊ aliquid positiue: quā distinctionem vide a doc. in isto secūdo. d. 1. q. 2. ⁊ in p̄mo. d. 8. q. vlti. in tertio. d. 3. q. 1. ⁊ alibi. Prius vero origine est qn̄ aliq̄d est vere origināns respectu alterius: ⁊ posterius origine: quod est vere originatū ab alio: ⁊ sic dicimus ꝙ pater in diuinis est prior origine filio: ⁊ filius posterior origine: quia quicquid habet filiꝰ originatiue habet a patre: ⁊ similiter spūs sanctus est posterior origine patre ⁊ filio: quia quicquid habet spiritus sanctꝰ originatiue habet a patre ⁊ filio: ⁊ tn̄ dicimus ꝙ pater prius origine spirat spiritū sanctū: quia virtutē spirādi simpliciter habet a semetipso: ⁊ filius posteriꝰ origine in respectu ad patrē spirat spm̄ sanctū. ⁊ est p̄or origine spiritu sancto. De istis tn̄ signis originis ⁊ nature diuersimode loquit doc. in diuersis loc3: ⁊ specialiter vide q̄ notaui super p̄mo doc. d. 1. q. 2. articulo. 2. ibi pater prius origine est beatꝰ ⁊c. De istis etiam signis vide q̄ diffuse exposui sup p̄mū doctoris. d. 6. et 41. cōtra Gregoriū Ariminensem: Ockā: Joānem anglicū bachonē: ⁊ mltos alios. ¶ Secūdū p̄mittendū est: ꝙ totꝰ vnꝰ ordo nature. s. p̄oris ⁊ posterioris natura pōt cōpleri in vno p̄ori duratiōis: puta in vno instanti tpis: nā in eodē instanti tēporis sunt omnia ista instantia nature: quia in p̄mo instāti nature corpꝰ est perfecte organizatū: in secūdo est animatū: in tertio natura est hecheizata ⁊ hmōi. vt patet a doc. in tertio dist. 2. similiter in eodē instāti nature pōt cōpleri totꝰ vnus ordo prioris ⁊ posterioris origine: quia in vno instāti nature est originatio duarū personaꝝ: ita ꝙ pater est p̄or origine filio ⁊c. nō tn̄ dicimus ecōtra. s. ꝙ in vno instanti nature possit cōpleri vnus ordo durationis p̄oris ⁊ posterioris: nec in vno instāti originis: possit compleri vnus ordo prioris ⁊ posterioris nature: ⁊ hoc accipiēdo ordinem originis ꝓprie. ¶ Tertiū premittendum est vnum dictū doct. videlicet ꝙ in diuinis ordo nature est simpliciter primus: ita ꝙ simpliciter ꝓcedendo in p̄mo instanti nature debet assignari totus primus ordo originis. vt dicit in p̄nti. q. Dictum tn̄ doctoris sic debet intelligi: ꝙ licet hic ponat duo instātia nature in diuinis supple: ⁊ in p̄mo sit tota emanatio ꝑsonarū. ⁊ in secūdo emanatio creaturarū: nō tn̄ ẜm ipsum sunt negāda plura alia instātia nature in diuinis: preter ista: imo sunt ponenda plura: quod patet. quia essentia diuina est simpliciter prior natura ꝓprietatibus hypostaticis: ⁊ similiter intellectus ⁊ volūtas diuina sunt prius natura intellectione ⁊ volitiōe: ⁊ etiam essentia diuina: cum sit quasi ꝓductiua intellectionis ⁊ volitiōis erit simpliciter p̄or natura eis. similiter omnis perfectio simpliciter in diuinis est prior natura proprietatibus personalibus: siue relatiuis: siue absolutis: ⁊ etiam relationibꝰ cōmunibus: vt identitate: equalitate: et similitudine: q̄ omnia possunt esse nota ex diuersis dictis doctoris sparsim in diuersis locis. Hic autem doctor tm̄ nominat duo instantia nature: quia hic tm̄ comparat prius natura: in quo priori sunt omnes emanationes diuinarum personarum perfecte ad posteriꝰ natura: in quo est emanatio creaturarum: licet in illo priori natura plura inst ntia nature assignari possint. vt supra dixi. Et hoc est quod dicit infra: ordo nature accipitur cōparando obiectum ad intellectum ⁊c. ¶ Ibi. Simpliciter tn̄ in diuinis ordo nature primꝰ est. ita ꝙ simplr ꝓcedēdo in p̄mo instanti nature debet assignari totꝰ primꝰ ordo originis. In ista litera assignat duplex ordo originis: scilicet vnꝰ simpliciter: qui est in primo instāti nature: in quo simplr cōpletur tota originatio ꝑsonaꝝ. ita ꝙ verbū simplr originatur a patre mediāte memoria fecūda: spiritꝰ sanctꝰ a patre ⁊ filio mediāte voluntate ⁊ essentia diuina. Et ordo originis ẜm quid est in quo persona in secundo instanti nature originatur ẜm quid. nam filius ẜm quid originatur de lapide intelligibili existente in memoria patris: non ex natura rei: sed tm̄ per actum intellectus diuini. vt supra exposui: ⁊ spiritus sanctꝰ originatur ẜm quid de creatura amabili a voluntate diuina: ⁊ hoc est quod dicit doctor: si in secudo instanti nature assignetur ordo originis: non est primus ordo originis: in quo scilicet persone originantur simpliciter: sed est secundus in quo scilicet originantur ẜm quid. ¶ Ibi in p̄mo igitur instanti nature. Hanc literam expono pro iunioribus cum dicit: in primo igitur instanti nature (comparando. s. primum instans nature ad instans quo producuntur obiecta secundaria. vt supra exposui) stando in illo habetur persona perfecta: que. s. cōstituitur ex essentia diuina ⁊ proprietate habens memoriā perfectam essentie diuine: idest habens intellectum: cui essentia diuina est presens in ratione obiecti actu intelligibilis. dicitur obiectum actu intelligibile quādo est in perfecta dispositione ad producendū actum intelligendi. ⁊ dicitur actu intelligibile ad differētiā obiecti potentia intelligibilis: quale est obiectum nō perfecte presens intellectui: ⁊ quando est actu intelligibile: tunc est pars memorie perfecte: que memoria perfecta includit intellectum ⁊ obiectum perfecte presens. vt clare exposui in primo. distin. 3. q. 7. obiectum vero actu intellectuz nullo modo pertinet ad memoriam: cum vt sic habeat tm̄ esse diminutum. vt patet a doctore in primo. dist. 8. q. penultima. Sequitur ⁊ ista persona. s. patris: ista memoria essentie diuine. i. mediante essentia diuina pertinente ad perfectā memoriam potest formaliter operari ⁊ formaliter ꝓducere. dicitur pater formaliter operari ista memoria: quia habet in se formaliter memoriam qua potest operari: scilicet intelligere obiectum: quia principiū formaliter productiuum intellectionis est memoria. dicitur etiam ista memoria formaliter ꝓducere: quia vt est principium formale productiuum verbi est formaliter in patre. Sequitur. ⁊ prius aliquo modo intelligitur ista persona operari ista memoria q̄3 producere: ⁊ in illo priori intelligitur ista persona in se perfecte ⁊ vere beata in actu intellectus: intelligendo essentiam diuinam sicut obiectum suum.

Motabilis declaratio de prioritatibꝰ originis nature ⁊ durationis.

Dis pfectio simplicit in diui

nis est p̄or natura ꝓprietatibꝰ ꝑsonalibꝰ

Nota verbū esse de lapide.

Declaratio lr̄e bona ꝓ iunioribus.

Sed dubitatur in hoc quod dicit: ꝙ persona patris prius operatur q̄3 producat cum per productionem constituatur in esse personali: tenendo communem opinionem de constituentibus personas: ⁊ ideo operari presupponit personam patris. Dico breuiter ꝙ hoc potest intelligi cōparando operari: ⁊ producere adinuicem: quia operatio puta intellectio est simpliciter prior productione actiua patris: non autem comparādo ad personam patris: vt pater est. De hoc satis dixi in expositione primi. Et cum dicit ꝙ intelligitur vere beata in actu intellectus: loquitur tm̄ de beatitudine pertinente ad intellectum: quia intellectus diuinus dicitur formaliter beatus intelligendo essentiā diuinā: q̄ est obiectū beatificū: sed nō loquitur de beatitudine simpliciter ⁊ absolute. cum ipse velit ꝙ beatitudo simpliciter cōsistat in actu volūtatis vt ꝓbat in quarto. d. xlix. Sequitur. eadem etiā per-

Difficultas bona.

Solutio eius.

sona producẽdo ista memoria producit notitiam adequatam huic obiecto ⁊ cum hoc obiectum sit infinitũ producit personam formaliter infinitã persone.i. per se subsistentem. ¶Sed occurrit difficultas in hoc ꝙ dicit ꝙ pater producit personam formaliter infinitã. Tum quia illud quo formaliter ⁊ vltimate constituitur notitia genita non est infinitum. patet: quia proprietas personalis nullaz perfectionẽ dicit: ergo nec notitia genita erit formaliter infinita. Tum quia aut notitia genita accipitur ꝓ notitia essentiali: ⁊ illa nõ est genita sicut nec essentia. vt patet a doc. in pmo. di. 5. q. prima. aut accipitur pro propietate: ⁊ illa non est formaliter infinita: aut accipitur pro constituto ex notitia essentiali ⁊ proprietate: ⁊ tunc non erit formaliter infinitum. nisi etiam constituentia sint formaliter infinita: aliter ens infinitum esset constitutum ex ente finito: vel ex ente non infinito. Tum quia sequeretur ꝙ esset genitum ante genitum. patet. quia prim⁹ terminus formalis diuine generationis est essentia diuina. vt patet a doc. in primo. di. 2. parte. 2. disti. 5. q. 2. ⁊ sic ex essentia ⁊ proprietate constituitur secunda persona. Sed si notitia sit genita terminus formalis erit notitia essentialis: ⁊ sic ex tali notitia ⁊ proprietate erit aliud genitum. ¶Respondeo ad primã ⁊ secũdam instantiã simul ꝙ ideo dicitur notitia formaliter infinita: eo ꝙ includit formaliter aliquid: quod est formaliter infinitum. s. ipsam notitiam essentialem: ⁊ licet sit vltimate a proprietate: tamẽ omnem perfectionem habet a natura diuina. per proprietatem em̃ nõ constituitur in aliqua perfectione: sed tm̃ in esse incõmunicabili. Et posito ꝙ persona filij sit constituta ex essentia ⁊ ꝓprietate: tamen a sola essentia habet perfectionem infinitam: sicut sortes habet tm̃ esse quidditatiuum a sola natura contracta: et nullo modo a singularitate: quãuis per eam constituatur in esse singulari. ¶Ad tertiam instantiam dico: ꝙ sola essentia diuina est primus terminus formalis generationis ⁊ quidditatiu⁹: omnis alia perfectio: vt bonitas: notitia essentialis: ⁊ huiusmodi est terminus formalis: et quasi denominatiuus: ⁊ concomitãs primum terminum formalem. vt patet a doc. in primo. distin. 5. q. 2. ¶Sequitur in textu. Illiautẽ persone communicatur voluntas vt actus primus non habens adhuc terminum adequatum productum. Cum dicit de voluntate ꝙ est actus primus respectu productionis spiritus sancti nõ excludit essentiam. nam ipsa essentia est etiam actus primus immo principaliter cõcurrit ad productionem spiritus sancti. vt patet a doc. in quoli. q. 2. articulo tertio. ⁊ vide que ibi exposui: ⁊ sic litera sequens debet intelligi: videlicet ꝙ essentia diuina non intelligatur excludi saltem in productione spiritus sancti. vtrum modo cocurrat ad volitionẽ: an sola voluntas diuina: de hoc alias. Sequitur. iste persone producunt amorem adequatum huic obiecto cognito sub ratione amabilis: amor hic accipitur ꝓ persona spiritus sancti: que dicitur amor spiratus: ⁊ dicitur adequat⁹ essentie diuine amabili: quia talis amor spiratus includit formaliter essentiam: vt terminum formalem spirationis. Nam ipsa essentia cognita et amabilis est partialiter ratio spirandi spiritum sanctum. non dico tamen ꝙ ipsa sub illa ratione: vt qua formaliter cognita: vel sub illa ratione qua est amabilis: sit ratio producendi spiritum sanctum simpliciter sub sua perfectissima ratione: licet prius cognoscatur ⁊ ametur ꝙ̃ sit immediata ratio spirandi. Sequitur. ⁊ ita producunt amorem infinitum: hoc pariformiter exponatur: sicut supra expositum est de verbo. Sequtur. ⁊ nihil est formaliter infinitũ: nisi ꝙ per idẽtitatem est deus. hoc sic exponitur. s. ꝙ nihil est formaliter infinitum: quin etiam per realem identitatem sit deus: non tamen sequitur econtra. s. omne quod est realiter deus sit formaliter infinitum: quia proprietas in deo est realiter deus: ⁊ tamen non est formaliter infinita. vel potest sic exponi: ꝙ infinitas non potest inesse formaliter. puta bonitati: nisi bonitas illa realiter identificetur deo: non ꝙ realis identitas sit precisa causa: quare insit: quia tunc paternitas esset formaliter infinita. ¶Ibi. stãdo igitur precise in primo instanti nature: ⁊ parũ infra ibi: quia tota perfectio simpliciter cuiuslibet persone est in intelligendo ⁊ volendo essentiam diuinã. Hec litera sic debet intelligi ꝙ tota perfectio supple vltimata que cõsistit in actu secundo: vt innuit doctor in primo. distin. secũda. parte prima. q. 1. exponẽdo dictũ Philosophi. xij. metaphy. nam pater intellectione perfecte coniungitur essentie diuine: ⁊ similiter volitione: ita ꝙ vltima perfectio persone est in coniunctione fundamentali ipsi obiecto vltimate beatificatiuo: ibi tamen non ponitur aliqua vnio: que sit relatio nec realis nec rationis. vt patet a doctore in. 15. quest. quolibetorum. sed tm̃ est ibi vnio fundamẽtalis: in qua est vltimata perfectio persone diuine: sicut etiam in nobis ponit felicitatem nostram formaliter cõsistere in coniunctione fundamẽtali creature beatificabilis ipsi obiecto beatifico: que coniunctio fundamẽtalis est clara visio ⁊ fruitio essẽtie diuine: in nobz ṕo ponit̃ vnio formalis: que est relatio. de hoc vide doct. in quarto distin. 49. ⁊ in quoli. quest. 15. ⁊ ideo doc. dicit in. q. 13. quolibetorũ. ꝙ itellectio ⁊ volitio sunt entia absoluta: quia his perfecte vnimur summo bono. sic ergo intelligit doc. ꝙ vltima perfectio personarum est in intelligendo ⁊ volẽdo essentiam diuinam: licet multe sint alie perfectiões ibi: vt bonitas: ⁊ omnis alia perfectio simpliciter de quibus satis patet in primo. d. 8. q. penultima. ¶Ibi sequitur secũdum instans nature: in quo cõparatur intellectus ⁊ voluntas diuina ad aliud obiectũ secundariũ. In ista litera sunt aliqua notanda. Primum ꝙ obiectum secundarium non est in essentia diuina siue in intellectu diuino ex natura rei: loquendo de obiecto simpliciter alio: sed fit ibi per actum intellectus diuini. vt clare patet a doc. hic. ⁊ in primo. distin. 3. q. 4. ⁊ distin. 35. 39. ⁊. 43. Nota tamẽ ꝙ quãdo doc. loquitur indifferenter de obiecto secũdario: alio simpliciter ab essentia diuina oportet exponere de obiecto precedente actum voluntatis: quia illud tm̃ habet esse per actum intellectus diuini: vt sunt omnes termini simplices: ⁊ omnes propositiones necessarie. vt patet a doc. vbi supra. sed loquendo de obiecto cõtingẽti: puta ꝙ Antichristus est creãdus: vel ꝙ Petrus est predestinat⁹: dico ꝙ talia obiecta sunt ibi tm̃ per actum voluntatis diuine sic vel sic determinãtis. vt patet a doc. q. vltima prologi. ⁊ dist. 39. primi. ⁊. q. 14. quoli. ¶Secundum notandum est ꝙ aliquid esse in memoria: vt memoria est: est ipsum esse principiuz notitie totale vel partiale: nam memoria proprie. de qua hic loquimur: est principium productiuum notitie obiecti relucentis in memoria. vt satis notum est a doc. in primo. distin. 2. parte. 2. q. 3. ⁊. dist. 3. q. 7. ⁊ vlti. ⁊ di. 6. ⁊. 7. ⁊. 27. prima. q. ⁊ hoc modo obiecta secundaria non sunt in memoria patris: vt memoria est supple vt est principium ꝓductiuum verbi: quia talis memoria tm̃ includit intellectũ ⁊ essentiam. vt supra visum est. dist. 2. primi. ⁊. dist. 7. ¶Et si dicatur. licet obiecta secundaria relucẽtia in essentia diuina nõ ptineant ad memoriã: que est principium ꝓductiuum verbi sm̃ esse simpliciter saltem videtur pertinere ad memoriam patris: vt est principium productiuũ verbi sm̃ esse sm̃ quid: quia sicut dicimus ꝙ verbũ habet esse simpliciter a memoria patris: que est essẽtia ⁊ intellectus: ita videtur habere eẽ sm̃ quid de omni alio intelligibili. puta de lapide intelligibili relucente in memoria patris. ¶Dico ꝙ qñ producitur verbum in esse sm̃ quid: producitur a tota trinitate mediãte memoria includente tm̃ intellectum ⁊ essentiam: ⁊ nullo modo producitur a trinitate mediante lapide relucente in memoria. vt principio formali productiuo: quia sola memoria primo modo est ratio producendi cognitionem cuiuscunqꝫ simpliciter intelligibilis. vt satis patet a doctore questione penultima prologi. ⁊ distinctione. 39. primi. dicitur tamen verbum produci de lapide pertinente ad memoriam modo preexposito: videlicet quia verbum sic productum inesse sm̃ quid est expressiuum ipsius lapidis intelligibilis relucentis in memoria: ⁊ declaratiuũ eiusdem: quod bene nota.

In ista litera doc. occurrunt alique difficultates. Prima circa hoc qđ dicit ꝙ obiecta secundaria

[Margin notes: Occurrit dubium. — Rñdeo. — Pulchra glosa. — Dubitatio quedã. — Rñdeo. — Difficultas.]

fiunt actu intelligibilia actu intelligentie diuine. ¶ Contra primo. quia quero quo actu producuntur talia obiecta ĩ esse obiectali siue ĩtelligibili: aut actu operatiuo intellectus diuini aut actu productio. nõ primo. quia illo actu nihil producitur vt patet a doc. in primo di. 2. pte. 2. q. 3. et distĩ. 3. q. vltima: non secũdo. Tum quia intellectus diuinus non videtur potẽtia productiua ad extra: Tũ quia produceret effectũ perfectissimũ patet: quia potentia productiua perfectissima non impedita agens per modum nature producit effectum quantum potest. ⁊ sic cum sit infinita produceret effectum infinitum: vt patet per argumẽtum doctoris in primo distinctione octaua questione vltima contra philosophos. Tum tertio quia necessario produceret infinitos effectus actu: quia non repugnant infinita indiuidua in eadeʒ specie: ⁊ sic actu essent infinita obiecta intelligibilia: ⁊ infiniti homines in esse obiectiuo ⁊ intelligibili. ¶ Tum quarto: quia sequereť ꝙ produceret ab eterno illa obiecta ẽt in esse reali: ⁊ in existẽtia: quia agit necessario ⁊ est infinita. ergo producit perfectissime: sed non esset productio perfectissima nisi terminaretur ad effectum ꝑfectum in esse reali: ⁊ sic omnia ab eterno fuissent producta in eẽ reali ⁊ necessario. ¶ Tũ quĩto: quia ãt ꝓducit oĩa illa obiecta vnica ꝓductione: aut alia ⁊ alia non primo: quia eadeʒ productio non videtur ad duo producta. licet enim idem agens possit ꝓducere plures effectus non tamẽ eadem productione: non secũdo: quia eẽt ordo ĩter illas productiones: sicut ⁊ inter producta: ⁊ sic oporteret assignare primã productionem que non videtur assignabilis cum non sit maior ratio ꝙ producat vnum ꝙ̃ aliud. ¶ Tum sexto: quia nullomodo videtur ꝙ possint produci in tali eẽ primo quia anteꝙ̃ producãtur in tali esse aut sunt producibilia aut nõ: si nõ ergo non possunt produci. si sic: ergo prius sunt possibilia. sed vt sic habent esse obiectiuũ patet: quia vt sic sunt intelligibilia. Tum etiam. quia illud possibile fundatur non in seipso: ergo in aliquo. ⁊ nõ potest dari nisi esse obiectiuum rei possibilis produci. ¶ Septimo arguitur sic. si intellectus diuinus producit lapidem in esse intelligibili: aut ꝓducit ꝓpter finem: aut non propter finem. si sic. quero ꝓpter quem finem producit: si propter se ordinãdo illud ad se: igitur intellectus precognoscit ipsum lapidem. patet: quia causa non producit aliquid ad finem nõ precognito illo producibili: ⁊ sic lapis fuisset precognitus: ergo prius habuisset esse intelligibile. Tũ etiam quia non posset producere illum propter finem quod est inconueniens in primo intellectu: ꝙ autem nõ possit producere patet per argumentum doc. in primo distin. 2. q. 1. vbi arguit de agẽte mere naturali: ꝙ si ageret independenter ꝙ ita ageret si propter nullum finem ageret. vt patet ibi. si secũdo. ꝙ si produceret lapidem non propter finem: igitur produceret frustra: sed agens per se agit propter finem. vt patʒ. 2. physi. ⁊ hoc est magis verum de agente cognoscente. vt patet ibi. ¶ Octauo sequereť ꝙ ab eterno fuissent producte omnes secunde intẽtiones: ⁊ sic nũc nõ possunt produci nisi idem bis ꝓducatur: qđ est impossibile.

Respõsio

Respondeo ⁊ concedo ꝙ producantur per actũ productiuum. ⁊ ad primam instantiam contra dico ꝙ sicut intellectus diuinus ad intra ⁊ est operatiuus et productiuus. vt patet a doc. in primo. distin. secunda. parte. 2. q. 3. ⁊ in isto secundo distin. presenti. ita ad extra est operatiuus per intelligere obiecta secũdaria. ⁊ est productiuus per productionem que terminatur ad illa obiecta producta. ¶ Ad secundam dico ꝙ eo modo quo est ꝓductiuus per modũ nature potest producere effectum perfectum: sed quia est tm̃ productiuus rei in esse diminuto puta in esse intelligibili vel in esse cognito tm̃. ideo producit hominem in tali esse perfecte quantum potest produci homo ab ipso intellectu: sed ratio doc. facta distin. 8. primi concludit de agẽte infinito per modũ nature: quod agens respicit effectũ in esse vere reali. ¶ Si dicatur intellect⁹ creatus est vere realiter productiuus alicuius entis realiter: quia est ꝓductiuus intellectiõis: habit⁹: ⁊ etiam spẽi ĩtelligibilis. ꝰ a fortiori ĩtellect⁹ diuin⁹. ¶ Dico ꝙ si intellectio dei esset realiter distincta posset illam vere ꝓducere sicut realiter distinguitur ab intellectu creato. de hoc vide doc. in p̊mo. d. 2. parte. 2. q. vlti. di. 6. di. 27. ⁊ alibi. ¶ Dico secũdo ꝙ intellectui diuino repugnat sic posse ꝓducere. s. in esse reali: q₂ tunc diceret relationem realem ad creaturam: ⁊ tandem ad non esse creature sequeretur non esse ipsius intellectus diuini. vt patet per rationem doc. in primo distĩ. 8. q. vlti. ⁊ distĩ. 30. sed hoc non sequitur de intellectu creato: quia ad causatum non haberet relationẽ eandem sibi realem sicut haberet intellectus diuinus. vt patet a doctore vbi supra. ¶ Dico tertio ꝙ quia esse reale rei necessario presupponit esse ĩtelligibile ⁊ possibile ipsius ⁊ tale esse intelligibile ⁊ possibile est tm̃ ab intellectu diuino loquẽdo de simpliciter p̊mo esse intelligibili: ⁊ q₂ deus tm̃ agit contingẽter ad extra respectu entis realis: ideo intellect⁹ diuinus tm̃ producit in esse ꝫm quid siue diminuto. vt patet magis a doc. in p̊mo di. 36. ¶ Ad tertiam dico concedendo ꝙ simul producat infinitos effectus in esse diminuto patet: q₂ actu intelligit ⁊ simul infinita obiecta. vt probat doc. d. 2. q. 1. primi. ⁊ per consequens actu sunt infinita intelligibilia. ¶ Ad quartã patet responsio ex dictis ad secũdam instantiam: quia nõ est ꝓductiuus in esse reali. ¶ Ad quintã dico ꝙ ꝓducit vna productione fundamẽtali: sed pluribus sola rõne distinctis ⁊ cõcedo ꝙ inter illas nõ est ordo: q₂ simul sunt in eodem instãti etiã forte nunc. Cũ dicitur ꝙ inter producta est ordo prioris ⁊ posterioris. Dico ꝙ nõ est ordo nec tẽporis nec nature: ⁊ si est alius ordo forte p̊oris ꝫm perfectionem concedatur etiam in illis ꝓductionibus denominatione extrinseca eo ꝙ vna terminatur ad vnũ ꝓductũ perfectius: ⁊ alia ad imperfecti⁹. ¶ Ad sextam dico ꝙ sunt ꝓducibilia: ⁊ cum dicitur ꝙ vt sic habẽt esse intelligibile negatur. immo est implicatio ꝙ. s. in tali esse intelligibili sint primo producibilia ⁊ ꝙ ante illud esse sint ĩtelligibilia: aliter esset processus in infinitũ: quia quererem de illo producibili in tali esse si est ĩtelligibile aut hoc habet a se aut ab alio. nõ a se vt ptʒ: si ab alio: ergo prius fuit producibile in tali eẽ: ⁊ sic ꝓcessus ĩ infinitũ. Cũ vltra queritur illud esse possibile in quo fundať. Dico ꝙ tm̃ in potẽtia productiua: quia eĩ illa potest producere in tali esse: ideo est sic ꝓducibile. vt al's exposui. ⁊ patet etiã aliqualiter in p̊mo. di. 36. ⁊. 43. ¶ Ad septimam dico simpliciter ꝙ ꝓducit illa ex sola necessitate nature ⁊ illa ꝓduceret etiã si ad nullum finem ꝓduceret: ⁊ concedo ꝙ producendo ad nullum finẽ ordinet: cũ dicitur ergo frustra negatur: quia illud dicitur ꝓduci frustra qđ ꝓpter aliquem finem producitur ⁊ non attingit illum finem: sed si propter nullũ finem ꝓducitur nõ dicitur produci frustra sed ex perfectione naturali. Dico secũdo ꝙ posset forte sustineri ꝙ producit illa propter se amatũ amore naturali: sic intelligẽdo ꝙ intendit cõicare eo modo quo potest suã perfectionẽ creaturis. Cũ dicitur agens naturale agit ꝓpter finem. patet respõsio in p̊mo di. 2. q. 1. in illis preambulis: ꝙ agit propter finem inquãtum regulatur ab agente superiori intelligente. ¶ Ad vltimã. Dico p̊mo ꝙ omnia obiecta secundaria quibus nõ repugnat esse realis existentie sunt p̃cise ꝓducta ab intellectu diuino in esse primo intelligibili: sed hoc dictuʒ doc. non intelligitur de entibus rationis: quia multe sunt relationes rationis que nõ fuerũt ab eterno. Dico secundo ꝙ forte non esset incõueniẽs omnes secũdas intentiones fuisse productas ab intellectu diuino. Et cũ dicitur ꝙ tunc bis ꝓducerentur. Dico non asserendo ꝙ non esset incõueniens in entibus rõnis. Dico etiã ꝙ ⁊ si omnes secunde intentiones sint producte ab intellectu diuino in esse p̊mo ⁊ precise in eẽ intelligibili: tñ ab intellectu creato possunt produci vltra esse intelligibile in aliquo esse sibi cõpetente vt puta ꝙ producũtur in subiecto quod denominãt vel in aliquo alio esse.

Nota hic de secũdis intẽtiõib⁹

Dubium.

Secundo principaliter dubitatur in hoc quod dicit ꝙ in nobis intẽtiones secũde ꝓducũtur ꝑ intellectũ: ⁊ nõ habẽt esse in memoria: vt memoria est. Cõtra. p̊mo ꝙ nõ ꝓducũtur per intellectũ: q₂ quero per

que actū intellectus: aut ꝑ actū intelligēdi. ⁊ hoc nō: quia illo actu nihil ꝓducitur: cum sit finis potētie. vt pꝫ a doc. in p̄mo dist. 2. parte. 2. q. 3. ⁊ in quoli. q. 13. aut per actū productiuum: ⁊ hoc nō: quia intellectus nō habet actum productiuū nisi respectu actus intelligendi vel speciei intelligibilis. vt patet a doc. in p̄mo di. 3. q. 6. ⁊. 7. Si dicatur ꝙ producitur per actū collatiuum: quero an ille act⁹ sit act⁹ intelligēdi: ⁊ hoc nō: quia actus cōparatiuus non est actus intelligendi. ⁊ si etiā poneretur nō esset productiuus vt supra patet. aut est actus ꝓductiuus ⁊ hoc nō: quia nō videtur ꝙ cōparatio sola aliquorū cognitorū adinuicem sit pro

Solutio. ductiua alicuius: cum illa sit tm̄ ens rationis. ¶ Respondeo primo ꝙ ꝓducuntur per actum aliquem qui nec est actus intelligendi nec actus cōparatiuus: sed per actum productiuum. Et cum dicitur ꝙ tm̄ est ꝓductiuus actus intelligendi ⁊ speciei intelligibilis: verum est loquēdo de ente reali. Sed vltra potest ꝓducere secūdam intētionē. Si dicatur ꝙ sm scotistas producuntur per actum collatiuū. Dico ꝙ sic debet intelligi ꝙ non possunt produci nisi presupposito de necessitate actu comparatiuo vnius cogniti ad aliud cognitum. Nam facta cōparatiōe speciei cognite ad indiuidua cognita: ꝓducit in specie vnam intentionē que dicitur species: ⁊ similiter de idiuiduo. Dico etiā vt alias exposui in p̄mo di. 3. q. 7. ꝙ secūde intentiones magis dicūtur derelinqui ex comparatione duorum obiectorum cognitorū ꝙ̄ causari de quo alias.

Difficultas. Circa literam doct. occurrunt due alie difficultates: quarum p̄ma est in hoc qđ dicit ꝙ verbū gignitur simpliciter de memoria patris: vt memoria est. Cōtra primo. quia sequitur ꝙ verbum sit bis vel ter productum simpliciter. ꝓbatur: quia essentia diuina ⁊ intellectus in patre sunt memoria perfecta. vt patet a doc. in primo dist 2. parte. 2. q. 3. ⁊ sic ab illa: vt principio formali ꝓductiuo accipit esse simpliciter: sed bonitas diuina vt presens itellectui diuino ita pertinet ad memoriam simpliciter sicut essentia. patꝫ. quia ita formaliter infinita: ⁊ per consequens productiua notitie infinite: ⁊ sic esset vel due notitie genite vel vna bis genita: hoc idem dico de alijs perfectionibus.

¶ Secundo aut em̄ sola essentia pertinet ad memoriā: aut essentia cum alijs perfectionibus attributalibus. non primo. quia alia sunt in obiecta formaliter infinita sicut essentia: ergo eque pertinent ad memoriam. nec secūdo. quia eque primo esset verbum a bonitate sicut ab essentia: sequeretur etiam ꝙ ita bonitas esset eque primo terminus formalis ⁊ per se generationis diuine: qđ est contra doc. in primo di. 5. q. 2. ꝙ autem sequeretur patet. quia in deo qđ est principiū formale productiuum primo est primo terminus formalis productionis. vt patet a doc. vbi supra. ¶ Tertio. si est de memoria patris sequitur ꝙ filius ita esset cōstitutus quidditatiue per bonitatem cū pertineat ad memoriam sicut per essentiam: quia terminus formalis gn̄ationis diuine (loquendo de termino formali per se) est cōstitutiuus persone producte. vt patet a doct. in primo distinc. 2. ⁊ distinc. 13. ⁊. 26. ¶ Quarto. Si filius est de omni perfectione intrinseca. vt de memoria. sequitur ꝙ non erit vnum per se constitutum. patet quia attributa non constituunt in esse essentia-

Responsio li personam. ¶ Respondeo ꝙ filius est tm̄ de essentia diuina ⁊ intellectu: vt de per se ⁊ p̄mo memoria a p̄ncipio productiuo ⁊ concomitāter est de omni perfectione intrinseca: non ꝙ sit de attributis: vt memoria productiua: ⁊ sic concedo ꝙ pater habens essentiam vt perfecte presentem producit filium: non autem vt habet attributa: quia illa non pertinent ad memoriam productiuam. Cum dicitur ꝙ sunt eque infinita vt essentia: concedo formaliter sed non originaliter: ⁊ sic non eque productiua: potest tn̄ cōcedi ꝙ est de omnibus realiter ⁊ identice. formaliter vero de sola essentia: vt essentia. ¶ Ad secundum dico per idē. ¶ Ad tertiū dico ꝙ fili⁹ quidditatiue ⁊ essentialiter est per essentiā: ⁊ sic per illā habet esse primo. cōcomitanter tamen habet omnem perfectionem: quam habet essentia ⁊ quasi denominatiue. vt patet a doct. in primo distinc. 5. quest. 2. ⁊ concedo ꝙ sola essentia est terminus formalis. Attributa vero concomitantur primum terminum formalem. ¶ Ad quartum patet ex dictis ad tertium.

Secūda difficultas est in hoc quod dicit ꝙ verbū gignitur de obiectis secūdarijs tm̄ sm quid. Contra primo. si gignitur de lapide vt de memoria ⁊ hoc sm quid: ergo lapis vt ibi pertinet ad memoriam productiuā sm quid. patet ꝯn̄a. quia vt gignitur simpliciter de essentia: eēntia pertinet simpl'r ad memoriā ꝓductiuā simpliciter: ergo ⁊ lapis sm quid: consequens est falsum. qꝛ ad intra oīs operatio ⁊ omnis actio siue simpl'r siue sm q̇d est tm̄ a memoria diuina: q̄ sola est ratio formalis producendi filium siue sm esse simpl'r siue sm eē sm quid: qꝛ sola essētia diuina est rō cognoscēdi oīa cognoscibilia ⁊ ꝓducendi oīa in esse cognito. ¶ Secūdo arguitur. qꝛ tūc filius simul esset de infinitis lapidib⁹ ⁊ infinitis hoībus ⁊ sic de alijs: qđ videtur incōueniens. ꝯn̄a patet. quia vt dixi supra sunt actu infinita obiecta secūdaria. ¶ Tertio seq̇tur. ꝙ si esset de infinitis obiectis secūdarijs ꝓductus sm quid esset infinities ꝓduct⁹ sm quid. patet. qꝛ de lapide esset ꝓduct⁹ sm quid: ⁊ de hoīe sm q̇d alia productione passiua sm q̇d. ⁊ sic in filio essent actu infinite ꝓductiōes passiue sm q̇d. ¶ Quarto arguit. qꝛ fili⁹ ꝓducit de vno lapide sm q̇d ⁊ de alio lapide sm q̇d: ⁊ nō eadē ꝓductione. vt patet. ergo alia ⁊ alia. ⁊ sic in infinitū. ergo vel sunt infiniti filij sm q̇d: vel idē infinities ꝓductus sm q̇d. quoꝝ vtrūq; est impossibile.

¶ Ad primū dico ꝙ nō dicitur ꝓduci de lapide vt de memoria ꝓductiua etiā sm q̇d: sed dicitur ꝓduci de lapide pro quāto est declaratiu⁹ lapidis: ⁊ hoc per attributionē. pōt etiā dici produci de lapide pro quāto memoria diuina est ꝓductiua notitie lapidis: que attribuitur filio. ¶ Ad secūdū cōcedo ꝙ est de infinitis obiectis necessario: hoc est necessariū: quia memoria diuina est ratio ꝓducēdi infinita obiecta actu in esse cognito. ¶ Ad tertiū cōcedo ꝙ in filio essent actu ꝑ attributionē infinite ꝓductiōes passiue. ¶ Ad quartū cōcedo ꝙ possunt esse infinita verba sm q̇d sola ratione distincta. ⁊ hoc nō videtur incōueniēs. esset bene incōueniēs esse plura verba sm esse simpl'r: posset etiam concedi ꝙ tm̄ esset vnū verbum productū sm quid: ita ꝙ in illo verbo esset tm̄ alius ⁊ alius respectus rationis: sed post nō sequitur ad numerationem illorum respectuum numeratio verbi sm quid: sicut non sequitur in homine sunt tres colores sm quid. ergo sunt tria colorata. vt patet a doc. in tertio distin. 8. questione vnica.

Dubitatur de ista propositione doct. s. ꝙ quando duo effectus sunt ab eadem causa sm ordinem: ita quod posterior non producitur priori non producto: si per impossibile non esset productio prioris effectus. adhuc posset esse productio posterioris effectus.

¶ Contra primo quia sequeretur ꝙ angelus posset immediate producere velle circa aliquod obiectum circumscripta cognitione eiusdem. patet. quia volitio est effectus posterior. ¶ Secūdo sequitur ꝙ si intellectus non esset saltem quasi productus ab anima adhuc ipsa anima posset quasi producere volūtatem que est posterior intellectu: cum presupponat ipsum. Et si intellectus ⁊ voluntas essent realiter distincta ab anima essent vere producta: ergo per propositionem docto. qualis est ordo inter aliqua vbi distingūtur realiter talis est vbi ratione distinguntur. ¶ Tertio sequitur ꝙ pater in diuinis posset immediate spirare spm̄ sanctū filio nō genito. cū spūs sanct⁹ sit posteri⁹ ꝓductus. ¶ Quarto seq̇tur ꝙ pater posset generare filiū ipsa eēntia p̄us nō cognita: qꝛ ꝓductio filij est posterior cognitiōe eēntie vt supra patuit. ⁊ i p̄mo. d. 2. sil'r spūsctūs posset īmediate spirari essentia diuina pri⁹ nō amata. ¶ Quinto seq̇r ꝙ fili⁹ in diuinis possꝫ eē p̄or p̄re pꝫ. qꝛ ꝓꝓetates ꝑsonales pullulāt ab essentia ⁊ in eēntia diuina. vt pꝫ a doc. in p̄mo di. 28. ⁊ ordiate pullulāt: sic ꝙ ꝓprietas p̄ris p̄mo pullulāt. secūdo ꝓprietas filij. tertio spūsctī. ꝫ seq̇tur ꝙ si ꝑ im-

possibile proprietas patris nõ pullularet ꝙ adhuc ꝓ
prietas filiĳ possit immediate pullulare: ⁊ sic filius es
set p̃ma persona. Nec valet dicere ꝙ ꝓpositio ītelligi
tur de effectibus ordinatꝫ realiter distictis. Contra:
q2 qualis est ordo īter aliqua: vbi distīgũtur realiter.
¶ Respõdeo ad p̃mum: p̃mo ꝙ cognitio ⁊ volitio nõ
sunt ꝓprie effectus ordinati depẽdentes ab eadẽ cau
sa. sicut ponit conclusio. nam velle est a voluntate im
mediate ⁊ cognitio ab ītellectu. que potentie ⁊ si non
dr̃nt realiter dr̃nt tñ formal'r vel saltẽ ex nã rei. Di
co scd̃o ꝙ velle posset absolute ꝓduci nulla cognitio
ne premissa. Si dicatur voluntas non fertur nisi ī p̃
cognituꝫ. Dico ꝙ aliud est loq̇ de velle absolute: ⁊ aliud
de velle prout terminatur ad obiectum siue vt dicit
relationẽ ad obiectum: p̃mo mõ non presupponit ne
cessario cognitionem obiecti sꝫ bene scd̃o mõ: hec di
stictio patet a doc. ī simili. q. 14. quolib. Dico tertio ꝙ
cognitio obiecti et si sit effectus p̃or ponit cã saltem
partialis volitiõis tenendo opi. illam. d. 25. scd̃i: ꝓpo
sitio autem doc. ītelligit de effectibus quorũ p̃or nul
lomõ est causa posterioris. ¶ Ad scd̃m dico: ꝙ si per
īpossibile aĩa non produceret ītellectum ꝙ posset ꝓ
ducere voluntatem posito ꝙ nec ītellectus: nec volũ
tas sint de essentia aĩe ⁊ ꝙ sint quasi effectus ordina
ti ab eadem causa. Si dicatur ꝙ tunc volũtas posset
elicere actum suum ītellectu non existente. Dico ꝙ li
cet esset ī potentia remota ad eliciendum non tamẽ ī
potentia ꝓpiqua: q2 non elicit actum nisi circa cogni
tum. reqritur ergo materia circa quã. s. obiectum cõ
gnitum. ¶ Ad tertium. Dico ꝙ non apparet aliqua
īpossibilitas quĩ posset spirare spiritum sanctum fi
liĳ generatione non existẽte: q2 illa nullomõ necessa
rio requiritur: vt patet ex multis dictis docto. ¶ Ad
quartum dico: ꝙ si notitia eẽntialis et notitia genita
sint due notitie: vt quasi effectus ordinati eiuidẽ cau
se ꝙ nõ apparet īconueniens quĩ possit produci secũ
da circũscripta p̃ma: lꝫ eñ p̃us cognoscatur eẽntia
q̃ꝫ producatur filius non tamen talis cognitio in aliq̃
genere cause requiritur: vt patet a Doc. in primo. di.
2. parte. 2. q. 3. ¶ Ad vltimuꝫ dico: ꝙ ad generationẽ
filiĳ necessario requiritur suppositum patris vt prin
cipium producens quod vt exposui in primo dist. 4. q.
2. ⁊ alibi: licet eniꝫ filius sit ab essentia vt p̃ncipio for
mali quo tñ est a patre vt a principio quod. ¶ Ibi: ⁊ si
poneretur ꝙ haberet esse per memoriaꝫ siue ꝙ produ
ceretur per intellectum in esse cognito: ⁊c̃.

Nota ꝙ obiecta secundaria producuntur in ta
li esse a memoria fecũda: vt a causa remota ⁊ ab actu
intelligentie diuino vt a causa proxima. de hoc vide
que exposui in primo. distinct. 3. quest. 4. responden
do ad questionem. ¶ Ibi. in secundo tamen instãti na
ture potest assignari quidam ordo originis: quia pri
us origine pater intelligit lapidem q̃ꝫ filius ⁊c. Hic
nota ꝙ tenendo prius origine per se illud quod est a se
⁊ non ab alio et quicquid habet: habet a se. ⁊ poste
rius origine quando habet ab alio. Si modo quera
tur an pater prius origine generet filiũ. q̃ꝫ spiret spi
ritum sanctum. dico ꝙ non. exponendo prius origine
vt supra. quia tunc spiraret spiritum sanctum ab alio
⁊ non a se. sed loquendo de isto priori originis. dico ꝙ
in eodem priori originis generat filium ⁊ spirat spi
ritum sanctum. patet quia a se generat et spirat.
¶ Si iterum queratur nonne pater in aliquo priori
generat filium in quo non spirat spiritum sanctum.
Dico ꝙ sic: ⁊ qd̓ est illud prius: non origine vt patuit:
non natura. quia in eodem priori nature completa est
tota productio: vt patet supra.
¶ Dico ꝙ non habeo pro inconuenienti patrem pri
us natura generare filium. distinguo tamen de prio
ri et posteriori nature. nam aliquando ordo nature
accipitur inter quidditates: ita ꝙ vna quidditas ex
sua ratione formali precedit aliam. ⁊ potest perfe
cte intelligi alia non intellecta: aliquando accipitur
ordo nature vt est inter aliqua sic ꝙ vnum presuppo
nit aliud. licet illud aliud non possit intelligi perfecte
alio non intellecto: ⁊ hoc modo non habeo pro incon
uenienti patrem dici prius natura filio. de hoc vide q̃
exposui in primo distinctione prima que. 2. et. di. 6. et
4. Tertio mõ accipitur ordo nature. vt est inter aliq̃
sic ꝙ vnum presupponitur alteri ⁊ sic presupponitur:
ꝙ licet secũdũ rem nõ possit esse sine posteriori potest
tamen intelligi non intellecto posteriori: ⁊ hoc modo
possumus dicere ꝙ generatio filiĳ est prior natura spi
ratiõe cum necessario presupponitur illi. Et quando
doc. dicit ꝙ in eodem priori nature completur totus
vnus ordo originis. debet intelligi de p̃ori nature ꝓ
prie. ⁊ primo modo: qd̓ ẽ ꝙ in eodem instanti nature ī
quo eẽntia diuina est perfecte presens in ratione ob
iecti intellectui paterno completur tota originatio ꝑ
sonarum. ⁊ in secundo instanti nature obiecta secun
daria que eẽntialiter distinguuntur ab essentia: sunt
in intellectu eo modo quo supra dixi. ¶ Sed dubita
tur. q2 doctor dixit in p̃mo ꝙ aliquando ordo nature
cõpletur in primo signo originis. Sic debet ītelligi.
ꝙ ex quo eẽntia diuina est prior natura intellectiõe ⁊
volitione vt dixi: ⁊ sic ī primo instanti originis quo. s.
pater habet a se q̇cq̇d habet completur talis ordo na
ture: quia in eodem instanti habet deitatem ⁊ omneꝫ
perfectionem simpliciter ⁊ hoc modo totus vnus or
do nature potest compleri in vno signo originis. Sꝫ
accipiẽdo ordinẽ nature: vt accipit do. vbi supra ex
ponendo se quid intelligat per primum signum natu
re ⁊ per secundum. in vno signo originis ordo nature
. s. prioris ⁊ posterioris natura mõ preexposito a doc.
de priori ⁊ posteriori nature nõ potest cõpleri vt pꝫ
ex supradictis. ⁊ oĩa ista bene nota ⁊ põdera. ¶ Ibi.
ita dico in proposito ꝙ verbum eẽ notitiam infinitaꝫ
genitam. est ipsum eẽ infinitam notitiam infinite eẽn
tie. ⁊ hoc est per originationem ipsius a patre in p̃mo
instãti nature. Sꝫ verbum esse notitiã lapidis. ¶ In
hac litera sunt aliqua notãda. Primo quomodo ver
bum dicatur notitia infinita genita: hoc expositũ est
in primo. d. 10. vbi exposui quomodo spiritus. s. dicit
amor infinitus spiratus. ¶ Secũdo est notandum in
hoc qd̓ dicit ipsum verbum dici notitiam infinitã ge
nitaꝫ: eo ꝙ īfinita notitia infinite essentie. hoc potest
dupliciter exponi. Primo vt sit notitia infinita geni
ta: quia est originatiue a memoria fecunda formalit
infinita includente eẽntiam formaliter infinitã. Se
cundo ꝙ talis notitia infinita genita sit vere expres
siua memorie fecũdi formal'r īfinite: ⁊ hoc ex vi ꝓdu
ctiõis sue: vt patet a doctore in primo. di. 27. q. 2. Et
non potest eẽ talis notitia sic infinita nisi per produ
ctionem a patre mediante memoria fecunda: vt prin
cipio formali ꝓductiuo: et vt sic accipit esse simplici
ter. ¶ Tertio nota ꝙ verbum eẽ notitiã lapidis. vel
hẽre notitiam lapidis a patre gignente. sic debet in
telligi: ꝙ aliquãdo aliquid generatur ſm eẽ absolu
tum: vt puta Frãciscus ſm humanitatem. Aliquan
do ſm aliquid sibi adueniens: vt puta cũ dicitur ge
neratur Franciscus albus: quia albedo aduenit Frã
cisco iam preexistẽti. sic dico cum dicitur filius in di
uinis ẽ notitia īfinita expressiua eẽntie diuine forma
liter infinite: ẽ ipsum habere eẽ simpliciter per produ
ctionem: ita ꝙ ex vi talis ꝓductiõis sit sic notitia ex
pressiua ⁊c. Cũ vero dico filius habet notitiam lapi
dis a patre dico ipsum generari secunduꝫ q̇d: q2 filio
p̃existẽti suo mõ aduenit notitia lapidis ⁊ ꝙ sit sic ex
pressiuus lapidis existentis in memoria. ¶ Ibi. Et si
arguitur cõtra istud. Hic doct. arguit probãdo ꝙ pa
ter possit producere p̃us origine lapidem ī eẽ cogni
to q̃ꝫ filius illũ producat ⁊ probatio clara est. ¶ Ibi.
respõdeo pater producit lapidem. Hic doct. soluit ī
stantiam cõtra dicens ꝙ eadem productione qua pa
ter producit lapidem ī eẽ cognoscibili vel ī eẽ cogni
to. ⁊ filius ⁊ spũs. s. ꝓducunt: q2 ex quo memoria fe
cunda est rõ formalis producẽdi lapidem ī tali eẽ. et
eadem preītelligitur ī tribus ꝑsonis ante productio
nẽ lapidis: ideo tres ꝑsone eadem ꝓductione produ
cũt ꝓpter vnitatem pricipiĳ formalis ꝓductiui sicut
pꝫ de p̃re ⁊ filio: q̇ dicunt eadẽ spiratiõe spirare spiri
tum sanctum: ꝓpter vnitatẽ p̃ncipiĳ formalis spirati
ui exñtis ī vtroqꝫ ante spirationẽ spiritus. s. vt clare
patet a doc. ī p̃mo. d. 12. q. 1. Et sicut pater p̃us origie
spirat: q2 a se. ⁊ filius posterius origine: q2 virtutem
spiratiuã habet a patre: sic dico ꝙ pat' eadẽ ꝓductio
ne p̃us origine producit lapidem ī tali eẽ. q2 a se hẽt

principiū productiuū lapidis ⁊ fili⁹ posteri⁹ origine: qꝛ hoc habet a patre: ⁊ sic nō sequitur ꝙ lapis sit bis ꝓductus: vel postꝙ̄ sit ꝓductus iteruz producatur. ¶ Ibi. Et si dicas saltē ante origine p̄intelligitur ꝓductus a patre. Uis hui⁹ argumenti stat in hoc: qꝛ ex quo supradiximus ꝙ fili⁹ dicit̄ generari secundū q̇d: propter cognitionē lapidis sibi additam: videt̄ ꝙ filius generet seip̄m patet: qꝛ si filius eadē ꝓductione producit lapidē in eē cognito qua ⁊ pater: ḡ eadez ꝓductione habet notitiā lapidis: ⁊ sic producit seipsuz in tali eē: qđ videtur incōueniens: qꝛ sicut filius non potest ꝓducere alium filiū nec seipsum absolute: cuz tñ habeat memoriā fecundā: quia memoria fecunda vt in patre p̄intelligitur hr̄e terminum adequatū sic dico. ꝙ ex quo memoria fecunda qua pater ꝓducit lapidem in tali eē vel fili⁹ in tali eē ₰m quid. In p̄mo instanti originis videt̄ habere terminū adequatū puta verbum sic ꝓductum. ḡ verbum tali ꝓductione non pōt producere seip̄m in tali eē: ⁊ sic patz vis argumēti. ¶ Ibi rñdeo ⁊ dico hic doc. soluit instātiam q̄ solutio est satis clara. ⁊ dicit ꝙ licet aliq̇d non possit ꝓducere seipsum in eē simpl'r. potest tamē producere seipsum in eē secundū quid. videlicet ꝓducendo aliq̇d in se: qđ prius nō habuit: ⁊ sic licet fili⁹ non possit ꝓducere seipsum mediāte memoria fecunda ₰m esse simpliciter vt patet: qꝛ tunc eēt anteꝙ̄ eēt. potest tñ ꝓducere seipsum secundū q̇d. quia secūdū aliquod sibi aduenient: ⁊ sic eadē productiōe qua pater ꝓducit filium in eē secundū quid: ⁊ fili⁹ simil'r producit seip̄m in tali eē: licet posteri⁹ origine. nec habeo ꝓ incōuenienti ꝙ hoc mō pater ꝓducat seipsum p̄us origine: quia ꝓducit in se notitiā lapidis. ¶ Ibi. Sed hoc nō videtur sufficere. Ista instātia clara est in lr̄a ⁊ ex his que supradixi. ¶ Respōdeo ista ꝓpositio ⁊c. Aduerte ꝙ hec responsio nō vadit contra dicta superius de productiōe ₰m quid: sed cōtra hoc ꝙ filius nō possit generare aliū filium. ideo dicit doc. ꝙ illa propositio non est absolute vera: nisi addat̄. Ad hoc em̄ ꝙ hec ꝓpositio sit vera. s. Potētia p̄habēs origine terminuz adequatū: anteꝙ̄ sit ī alio nō est illi aliꝫ pricipiū ꝓducendi: requiritur ꝙ addatur videlicet: ꝙ habens illđ pricipium communicatum non possit esse realiter añ terminum illum. quia si posset esse. posset eadem productione vere producere: vel oportet addi ꝙ ab illo habente illud principium ille terminus non est secundo producibilis quia si terminus ille adequatus esset secundo producibilis posset ab habente tale principium vere produci. modo in productione simpliciter filiꝫ ita est ꝙ filius habens eandem memoriam cum patre non potest esse prius realiter ꝙ̄ filius sit productus siue verbum: nec etiam est aliquod verbum producibile a verbo habente memoriam illam: ⁊ quare non possit esse aliud verbum a memoria fecunda assignatur ratio a doct. in quolib. q. 2. quia quando aliq̇d est communicabile in plura eiusdem rationis quantum est ex se potest esse in infinitis: nisi determinetur aliunde: ⁊ sic si possent esse duo verba: ita ⁊ infinita: ⁊ si possent esse de necessitate actu essent. ⁊ addit doctor ibi ꝙ sic generatio filiꝫ est tm̄ vna: ꝙ si per impossibile illa non esset nulla alia posset esse. vide ibi diffuse. ¶ Ibi. Sed ista respōsio destruit positionem quandā que ponitur a multis dist. 7. primi. hec litera clara est vsꝙ̄ ibi. querendo autem vltra quare verbo habenti eandem memoriam cum p̄atre non communicatur ipsa memoria in ratione principiꝫ productiui. videtur ꝙ oporteat probare per aliud ꝙ̄ per terminum adequatum rationi illius principiꝫ vt in patre. ⁊ ideo do. in questione. 2. quolibe. aliter probat ꝙ̄ per terminuz adequatum. vide ibi.

Quantum ad tertium articulum qui erat. si ꝑ impossibile poneretur vna persona absoluta: vtrum possit esse in ea perfecta causalitas respectu omniuz causabilium. dicit doctor ꝙ si hoc poneretur per impossibile in tali persona esset perfecta causalitas omnium causabilium. ⁊ hoc probat. que probatio est satis clara ⁊ stat ī hoc. ꝙ ex quo est eēntialior ordo effectus posterioris ad cām. ꝙ̄ ad effectū priorem. quia effectus posterior non dependet eēntialiter ab effectu p̄ori: sꝫ tm̄ a cā ꝓducēte illos effect⁹ ordiate: seq̇tur ꝙ si per possibile vel impossibile circumscriberet̄ effectus prior adhuc effectus posterior posset īmediate produci a tali causa. cum tota ratio formalis ꝓducendi sit in tali causa circūscripto effectu p̄ori: sic erit in proposito: quia cuz natura diuina sit ꝑfectissima rō producendi plura ordinate ita ꝙ per prius est rō producendi vnū ⁊ ꝑ posteri⁹ aliud. per pri⁹ em̄ respicit ꝓductū ad intra ⁊ per posterius productum ad extra: sequitur ꝙ si ꝑ impossibile nullū esset productū ad intra adhuc natura diuina essꝫ perfectissima ratio ꝓducendi ad extra aliquid. patet quia per circumscriptionez producti ad intra non tollitur a natura diuia nec rō formalis producendi ad extra nec aliquid ꝑtinens ad rōnē formalem ꝓducēdi ad extra. si ḡ ꝑ ipossibile vel impossibile natura diuia esse tm̄ in vno supposito adhuc in illo supposito esset perfecta causalitas r̄spectu omnium causabilium tam in esse simpliciter ꝙ̄ i eē secūdum quid. ¶ Ibi. ⁊ ideo si arguatur ista persona non potest ꝓducere itra supple. i. posito ꝙ tm̄ sit vna ꝑsona: igit̄ nec extra. negāda esset ꝯñtia ab obligato ad añs: videlꝫ posito ꝙ aliquis admittat añs. s. ꝙ tm̄ sit vna ꝑsona in diuinis: que non posset producere ad intra: adhuc ab illo negāda esset consequētia. quia illa ꝯñia tm̄ tenet ꝑ hāc ꝓpositionē. Potētia ad aliq̇d ꝓducēdū extra p̄supponit ꝓductionē itra: q̄ tñ ꝓpositio destruit̄ ꝑ hypothesiꝫ. lꝫ ꝑ ꝯcessū: ꝙ illa vna ꝑsona non ꝓducat ad itra seq̇t̄. Et ideo videt̄ ꝙ causalitas ꝑfecta ex sui ratiōe inquātū dicit ꝯparationez ad productum extra non requirat habitudinem ad productionez intra: licet idem fundamentum necessario sit ratio ⁊ causa vtriusꝙ̄ productionis: quia habitudo ad extra licet de facto presupponat habitudinem ad intra: nō tñ non p̄supponit illā vt simpl'r necessario req̇sitā ad ꝓductionem extra: cum talis habitudo itrinseca non sit aliquomō ratio formalis. nec aliquid pertinens ad rationem formalem pricipiꝫ productiui ad extra. ¶ Ibi. Ex hoc videtur ꝙ phi non posuerūt habitudinem in eis. Hic Doctor confirmat quod prius dixit. sed si per ipossibile non esset productio intra adhuc eēt ꝓductio ad extra: quia phi nō posuerūt eē necessariā habitudinē ꝓductiōis extra ad ꝓductionez intra. patet: quia licet illi negarent productionem intra conceperunt tamen productionem extra: vt ptꝫ.

Ad questionem igitur principalez. Nunc do. respōdendo ad principalem. q dicit ꝙ causalitas perfecta respectu omnium causabilium extra de necessitate est in tribus: ⁊ hoc respectu omnium causabiliū in quocumꝙ̄ esse causabili siue simpliciter: siue ₰m quid. Et ratio formalis assignata est prius in primo articulo: quia productio ad intra necessario est prior productione ad extra siue productione simpliciter: siue ₰m quid: ⁊ in productione ad intra necessario communicatur personis productis eadem ratio formalis producendi ad extra que est ī producente. ¶ Occur- Obiectio
rit tamē difficultas. videtur em̄ ꝙ productio obiecti secundariꝫ sit simpliciter p̄or: saltem productione spiritus. s. ad intra: quia actio naturalis in eodem: precedit actionem non naturalem: hoc patet de intellectu ⁊ voluntate in eodem: quia itellectus cū agat de necessitate nature est prius operatiuus ꝙ̄ volūtas: ⁊ similiter prius productiuus ꝙ̄ voluntas sit productiua: vt patet a doc. ī p̄mo. d. 2. ꝑ. 2. q. 3. Cum ergo intellectus diuinus de necessitate nature producat oīa obiecta secundaria ī eē intelligibili: seq̇tur ꝙ p̄us ꝓducet illa ꝙ̄ voluntas diuina spiret spūm. s. cu spiret illum mere libere lꝫ necessario non tñ per modū nature vt probat doc. ī p̄mo. d. 10. ¶ Rñdet doc. ī quoli. q. Solutio
14. arti. 2. dicens sic: ꝙ maior est vera loquendo ī eodem ordine ex parte termini. hic aūt est alius ordo ex ꝑte p̄mi termini ⁊ scđi: ⁊ ideo naturalis ī vno ordine seq̇tur nō naturalē ī alio ordie. p̄ma em̄ distictio ordinum attendit̄ ex parte terminorum: scđa ex parte pricipiorum quantum ad modū pricipiandi. hec ibi. vult dicere doc. ꝙ si itellectus diuinus ⁊ voluntas diuina cōparent̄ ad terminū p̄mū: puta ad eētiam diuinā: que cōicatur ꝑ modū itellectus ⁊ nature vt ī gñatione filiꝫ. ⁊ per modū volūtatis ⁊ libere vt ī spiratione spūs sācti; tūc actio itellect⁹ diuini ē p̄or actiōe volū

tatis diuine qꝛ productio filij est ꝓ̇oꝛ productiõe spũs sancti. Similr̃ si accipiatur prim⁹ termin⁹ persona ꝓducta productio itellect⁹ diuini est simpl̃r prioꝛ ꝓductione spũs sancti. Si vero itellectus diuin⁹ comparetur ad terminũ secũdũ siue ad obiecta secũdaria: et volũtas ad terminũ primũ. s. ad spiritũ sanctũ. tũc nõ sequitur ꝙ maioꝛ sit vera cũ fiat comparatio alteri⁹ ⁊ alteri⁹ oꝛdinis. Si aũt itellect⁹ diuin⁹ ꝯparet̃ ad obiecta secundaria: ⁊ simil̃r volũtas diuina ad illa eadẽ obiecta: tũc actio intellect⁹ diuini est prioꝛ actiõe voluntatis diuine: qꝛ actio naturalis comparat̃ ad actionem liberã in eodẽ oꝛdine ⁊c. Sũt bene multe alie difficultates in hac materia quas relinquo exponendas ⁊ pertractandas in quoli. q. 1. 14 arti. 2.

Ad argumenta principalia. vltimo loco restat soluere argumenta ꝑ̇ncipalia: primo arguit̃ sic a doctoꝛe probãdo ꝙ cãlitas omnium cãbilium non sit de necessitate in trib⁹: ꝓbat per auctoꝛitatẽ Ricardi de tri. lib. 3. c. 16. Si tm̃ eẽt vna ꝑsona adhuc ⁊c. Respõsio patet ex supꝛadictis in tertio articulo. ¶ Secũdo arguit sic pꝛobãdo ꝙ nõ possit eẽ vna cãlitas in trib⁹: quia ex quo actio est suppositi ꝙ pluriũ suppositoꝛum erunt plures actiões. ¶ Rñdet doc. ibi: ad secũdũ dico: dictũ est i simili. d. 12. quia ibi dictũ est ꝙ vnitas actionis tm̃ sumitur ab vnitate pꝛicipij foꝛmalis agẽdi qꝛ sicut tota perfectio actiõis est a ratiõe foꝛmali agẽdi vt supꝛa exposui in ꝑ̇mo. d. 1. q. 2. rñdẽdo ad ꝑ̇ncipalia argumẽta ita ⁊ vnitas actionis erit ab vnitate rõnis foꝛmalis agendi. ⁊ ex h° probat doc. in ꝑ̇mo di. 12. ꝙ q̃uis pater ⁊ filius sint duo supposita spirantia: tñ i eis est tm̃ vna spiratio nũero ꝓpter vnitatẽ foꝛmalis rõnis spirandi. q̃ est eadẽ voluntas in pr̃e ⁊ filio. cum ꝙ in ꝓposito ratio foꝛmalis producendi ad extra in esse simpliciter sit tm̃ vna in tribus suppositis: sequitur ꝙ tm̃ vna actione agẽt. Ista etiam vnitas actiõis que sumit̃ tm̃ ab vnitate ꝑ̇ncipij actiui patꝫ a doc. in ꝑ̇°. d. 4. q. 2. vbi vult ꝙ hec sit ꝑ̇mo vera. Deus creat: vt ly deus nõ includit aliquã rõnem incõicabilitatis: hoc idẽ patere potest in. 20. di. primi. vbi probat quomodo oĩpotentia sit simpliciter eadẽ in tribus ꝑsonis. ¶ Tertio pꝛicipaliter arguit doc. ibi ꝑterea sicut se habet principiũ operationis ad principiũ: ita operatio ad operationẽ. Sed principiũ creatiõis est aliquid eẽntiale: quia cõe trib⁹. ⁊ tale est prius aliquomõ notionali siue ꝑsonali. igitur ⁊ actio actione. ¶ Respondet doc. ibi ad tertiũ dico. et dicit ꝙ eẽntiale est principium producẽdi ad extra tm̃ remotum. ⁊ ad hoc vt sit pꝛopinquum ⁊ pꝛoximum requiritur vt sit in tribus suppositis: ⁊ probat in simili: qꝛ licet voluntas siue anima sit principium volitionis per voluntatem. non tamen est principium proximuꝫ: quia prius de necessitate est prius principium intellectionis per intellectum. sic est in pꝛoposito. Sed an hec responsio concludat vel ne: patet ex his que supꝛa dixi rñdendo ad illas instantias quas feci rñdendo ad questionem principalem. ¶ Deinde doct. respõdet ad duo argumenta facta ad oppositum: quibus probat ꝙ causalitas omnium causabiliuꝫ respectu cuiuscumq; esse: de necessitate est in tribus suppositis: ⁊ quia videntur concludere in tertio articulo: vbi dixit ꝙ si per impossibile esset tm̃ vna persona adhuc in ea esset perfectissima causalitas respectu omnium causabilium. primuꝫ ergo argumentum est tale. Persone diuine plus conueniunt q̃ substantia ⁊ virtus in creatura sed ista non pñt separari in operatione. ergo nec ille. ¶ Respondet doc ibi ad primum argumentuꝫ: ꝙ concludit de facto. ⁊ litera clara est. Et tñ aliqualis difficultas in hoc quod dicit ꝙ substantia ⁊ virtus minus conueniunt q̃ tres persone: quia substantia ⁊ virtus sunt idem realiter ⁊ persone sunt distincte realiter. Dico ꝙ facilis est respõsio: quia est simpliciter maioꝛ vnitas personarum in eẽntia diuina q̃ cuiuscũq; virtutis create siue potẽtie actiue: cum substantia cuius est talis potentia actiua. Dico secundo ꝙ foꝛte doctoꝛ loquitur non sm̃ intentionem pꝛopꝛiam sed sm̃ opinionem dicentiũ: ꝙ potentia actiua realiter distinguitur a substãtia: qꝛ dicũt ꝙ substãtia nõ põt eẽ imediatũ principiũ alicui⁹ actionis cuius oppositũ ꝓbat doc. i plurib⁹ locis ꝑcipue i quarto. di. 12. tenet enim ipse ꝙ substantia sit imediatum principiũ producendi aliã substantiaꝫ. ⁊ tunc potentia producẽdi ⁊ substãtia ꝓducens essẽt simpliciter eadẽ. Ideo ad ꝓbandũ ꝙ causalitas omniũ causabiliũ sit de necessitate in tribus. sumpsit media euidentioꝛa: patet in pꝛimo articulo. ¶ Secundo arguit ibi. Itẽ bonitas dei pꝛesupponitur bonitati creature ergo ꝓductio productioni. idest ꝙ prius communicatur bonitas dei ad intra per productionẽ q̃ producatur creatura que est bona per participationẽ. ¶ Rñdet doc. ibi: ad secundum dico ꝙ procedit de facto: ꝙ productio pꝛesupponit productionẽ non tamẽ vt foꝛmaliter causam suam sub ratione qua est productio. s. quod ⁊ si productio ad itra pꝛesupponitur productioni ad extra non tamen pꝛesupponitur vt causa foꝛmalis productioni ad extra: nec vt aliquid pertinens ad causam foꝛmalem productionis ad extra: accipiendo semper productionem ad intra sub illa ratione foꝛmali qua est productio. ⁊ non accipiendo productionem pꝛo immediato fundamento: quia illud tale est ratio foꝛmal' ꝓducẽdi ad extra. ⁊ sic finis questionis.

Questio secunda.

Querit Doctoꝛ. Utruꝫ deus possit aliq̃d creare. Titulus questionis itelligitur de creatione pꝛopꝛie dicta que est de nihilo ad aliquid. vt ly nihil duratione pꝛecedit ipsum esse: siue que est cum nouitate effectus. ⁊ ꝙ sic intelligit̃ titul⁹. q. patet respondendo ad questionem. ¶ Respondeo. creare est aliquid de nihilo ꝓducere in effectu. Hic doc. primo exponit quid intelligatur per creare. Et primo de nihilo: exponit per ly de quomodo intelligatur. pꝛo quo nota ꝙ ly de nihilo: potest multipliciter intelligi. pꝛimo materialiter scilicet an de nihilo tãq; de materia possit fieri aliquid. ita ꝙ ly nihil sit causa materialis ⁊ intrinseca illius vel materialiter sic itelligendo ꝙ. a. nõ posset fieri nisi agẽs prius pꝛesupponat non esse ipsius. a. non ꝙ ly nõ esse: sit causa intrinseca. sicut etiam expositum est in pꝛimo di. 2. p. 2. q. 4. exponẽdo opinionẽ Henrici sicut etiaꝫ exposui in pꝛimo. dist. 3. q. 6. declarãdo illud q̃uo itellect⁹ agẽs ꝓducit spẽm itelligibilẽ de fantasmate siue ly de. accipiat̃ materialit̃ siue virtual̃r. scd̃o ly de nihilo põt itelligi effectiue. i. ꝙ ly nihil: efficiat aliq̃d sicut ẽt exposui. ly de aliquo i ꝑ̇°. d. 3. q. 6. vbi exposui quõ itelligit̃ ꝙ itellect⁹ agẽs de fantasmate ꝓducit spẽꝫ itelligibilẽ: accipiẽdo ly de ꝟtual̃r siue effectiue. t̃tio ly de nihilo: ꝑt accipi vt dicit oꝛdinẽ. i. an post nihil possit fieri aliq̃d. Primis duob⁹ modis nõ ꝑt accipi vt pꝫ ituẽti. sꝫ bñt tio mõ. ⁊ ista ẽ q̃o an. s. de⁹ possit ꝓducer̃ aliq̃d ꝺ nihilo. i. an possit ꝓducer̃ aliq̃d qꝺ ꝑ̇⁹ fuit nihil. Ita ꝙ ly nihil ꝑcedat eẽ illi⁹. Deĩde addit do. ꝙ vt ly nihil: notat oꝛdinẽ ꝑt dupl̃r itelligi: aut ꝙ ly nihil ꝑcedat eẽ duratiõe. aut ꝙ tm̃ ꝑcedat i aliquo ꝑ̇oꝛi natur̃: ⁊ isto scd̃o mõ ꝯcedũt phi deũ posse creare ⁊ aliq̃d de nihilo ꝓducere vt pꝫ ꝑ Auic. 6. meta. c. 2.

nione. s. Thome. Si ideo repugnat producere. a. ab eterno
aut est ex parte dei: aut ex parte creature: si ex parte dei erit
demonstrabile: aut per intrinsecum: aut extrinsecum: si ex
parte ipsius. a. hoc erit demonstrabile: aut per medium in-
trinsecum ipsi. a. aut per medium extrinsecum: ⁊ patet ra-
tio: si enim dico: ꝙ homini repugnat esse lapidem ista repu-
gnantia potest demonstrari: aut per medium intrinsecum
ipsi homini: puta animal rationale: aut per extrinsecum ipsi
homini: puta per medium sumptum a lapide. ¶ Respon-
det doc. ibi. Tenentes istam positionem. Ad primam dice-
rent: ꝙ licet non possit sciri naturaliter volūtas dei an sit re-
spectu huius: tamen naturaliter potest sciri: ꝙ ipsa non est
alicuius: quod non est ex se volibile. ⁊ ideo illud includit cō
tradictionem: voluntas autem diuina non est eius: cuius nō
est ratio. Sed tunc oportet ponere non volibilitatem ex par-
te obiecti sicut impossibilitatem ex. xliij. di. primi. vult dice
re instantia ista quare lapis non est volibilis ab eterno: ⁊
pro eterno: hoc non est ratione voluntatis diuine: sed ratio-
ne intrinseca lapidis: propter ꝙ repugnat sibi esse ab eter-
no: ⁊ cum dicit de. xliij. d. primi. vide ibi quia vult doctor: ꝙ
impossibilitas rerum non est ex parte impossibilitatis ter-
minorum: loquendo tamen de ratione impossibilitatis proxi
ma: ⁊ non de remota sicut ibi dicit doctor. Et nota que ibi ex
posui: dicit ergo Henri. ꝙ creatura est ratio demonstrandi
nullum causatum posse esse ab eterno: quia de ratione crea
ture est: ꝙ actualiter habeat esse post non esse: ⁊ ita de ratio
ne ipsius est: ꝙ incipiat esse de nouo. ¶ Cōtra hoc: quia me
dum illud ⁊c. hic doc. reprehendit responsionem Henrici:
eo quod non euacuat argumentum. s. Thome: ⁊ patet argu
mentum. ⁊ vt clarius intelligatur formetur sic supponendo
secundum Hēricum: ꝙ quod quidest siue diffinitio puta la
pidis non est ratio demonstrandi ipsum lapidem nunc inci
pere esse: sed existentia lapidis: tunc sic: quicquid includit
posse esse post non esse: incipit esse de nouo: sed lapis est hu
ius modi: ergo. Dicit doc. aut in minori predicatur existen-
tia aptitudinalis: ⁊ sic est fallacia consequentis a pōne con
sequentis ad pōnem āncedētis: nō enī sequitur lapis potest
esse hinc ad mensem post non esse: ergo lapis incipit esse hic
ad mensem: econtra tamen sequitur a positione anteceden
tis: ad positionem consequentis. a. incipit esse actu nunc: er- Existentia duplex.
go aptus fuit esse nunc. ¶ Aut existentia actualis predi-
catur de lapide: ⁊ tunc minor erit contingens: ⁊ sic non seq-
tur conclusio necessaria quia ex vna de necessario: ⁊ alia de
contingenti sequitur conclusio de contingenti: vt patet pri
mo priorum: ⁊ tamen est intentum Henrici: per hoc argumē
tum: ꝙ sit necesse ipsum lapidem incipere esse de nouo: di-
cit ergo doc. ꝙ argumētum. Henrici tātum procedit proba
biliter vel sophistice: maior etiam argumenti Henri. posset
consimiliter distingui. lꝫ doc. nullam aliam mentionem fa- Aliter rñdet doc. ad rōnē Tho.
ciat: ⁊ sic patet ista littera. ¶ Ibi argumentum tamen po-
test responderi. ⁊c. Hic doc. aliter respondet ad argumentū
Thome sustinendo opinionem Henrici: ⁊ primo dicit: ꝙ qđ
quidest idest diffinitio cōtingenter se habet ad existentiam
actualē vel nō actualē idest hec diffinitio puta lapidis nō est
rō demōstrādi lapidem actu existere necessario: quia tūc de
necessitate existeret: nec est ratio necessaria demonstrandi
lapidem actu non existere. s. ꝙ actualis existentia non con- Diffinitio nō ē rō demōstrandi aliquā cōditionē existēdi absolute
ueniat sibi: quia tunc nunꝙ posset actu existere. ¶ Secun-
do dicit: ꝙ quod quidest siue diffinitio non est ratio demō-
strandi aliquam conditionem existendi absolute existentia
absoluta illa est que nec ē finita nec īfinita sed ē communis
existentie increate: et create. Nam conditiones existentie
sunt iste: eternitas: temporalitas: necessitas: contingentia ⁊
huiusmodi: nam aliqua existentia est necessario eterna vt
diuina: aliqua est temporalis: ⁊ cōtingens: vt existentia Frā
cisci: dicit ergo ꝙ diffinitio puta lapidis non est ratio demō-
strandi absolute: vel ꝙ sit eternus vel non eternus: quia si
primo de necessitate esset eternus. si secundo de necessitate
repugnaret sibi eternitas. Tertio dicit ibi alicui: tamen qđ
quidest ⁊c. ꝙ existentia sumpta sub aliqua conditione po-
test repugnare diffinitioni lapidis vel hominis puta si suma
tur existentia hominis sub ista conditione: ꝙ sit increata: vel
ꝙ sit necesse esse repugnat sibi: sic dico pariformiter: ꝙ exi-
stētia hominis sumpta cum sempiternitate: et ideo ex qui
ditate hominis potest demonstrari: ꝙ non existat sempiter-
naliter: quia sicut diffinitio est ratio demonstrandi aliquid de
subiecto sibi conuenire: ita est ratio demonstrandi aliqđ in
compossibile sibi repugnare. ¶ Et nota ꝙ non sequitur ho
mini repugnet esse eternaliter: ergo necessario habet esse de
nouo: sed bene sequitur cum constantia subiecti homini re-
pugnat esse eternaliter: ⁊ actu existit: ergo de necessitate ha

bet esse de nouo. ¶ Ibi aliter etiam peccat ratio: hec respõsio clara est: sed pono exemplum de primis impossibilibus: ⁊ de primis necessariis: prima enim necessaria sunt prima principia per se nota: ⁊ p̄ma impossibilia sunt opposita primorum principiorum: ⁊ sicut prima principia sunt notissima in veritate: ita opposita primorum principiorum sunt notissima in falsitate: vt patet primo posteriorum: et sic nec veritas: nec falsitas eorum demonstrari potest. ¶ Secundo principaliter arguitur pro opinione .s. Thome ibi. Item quodlibet aliud a deo esse factum ex tempore est articulus fidei: ergo ad hoc non expedit fieri demonstrationes: ne c propter fideles: nec propter infideles: ⁊ littera clara est. ¶ Respondet doc. ibi ad secundum dici potest: ⁊ responsio de se patet in littera: nec indiget alia expositione. ¶ Tertio arguitur p̄ opinione. Tho. ibi preterea tertio. Augu. 6. de tri. c. primo. dicit ꝙ si ignis esset eternus splendor ab eo causatus sibi esset coeternus: videtur enim ꝙ consequentia Augu. sit naturalis: aliter non valeret ad probandum eternitatem filij cum patre: non autem tenet consequentia nisi ex perfecta ratione cause et causati ⁊c. Et addit ibi ⁊ illud argumentum potest multipliciter applicari: quia nulla conditio perfectionis in secunda causa reperitur quacunq; positione facta: que cõditio perfectionis non sit in prima causa: vt causa: sed perfectionis est in aliqua causa secunda habere effectum sibi coeuum: ergo. Ibi etiam aliter deducitur: quia modus causandi non formaliter variat ipsum causatum secundum Ambrosium de incarnatione verbi: modus enim causandi est: puta necessario vel contingenter causare: sed si deus naturaliter causaret necessario causaret: ⁊ posset causare effectum sibi coeuum: igitur si modo voluntarie causaret: posset causare effectum sibi coeuum. ¶ Respondet doc. ad tertium argumentum: ibi ad tertium dico: ꝙ licet dicatur ibi multipliciter a diuersis. Respondeo tamen breuiter: ꝙ in eadem consequentia possunt esse multe rationes: propter quas illatio sit necessaria. Dicit doc. respondendo ad argumentum Tho. ꝙ aliqua cõsequentia siue illatio potest tenere ex multis rationibus siue locis: ⁊ exemplum patet in littera que clara est vsq; ibi: vbicunq; igitur est similis ratio: inferendi. ⁊c. dicit doc. ibi. Si ignis est eternus: ⁊ non impeditus: ergo splendor est eternus: antecedens est impossibile: nam implicat ignem esse ⁊ esse eternum: quia dicerent isti: ꝙ ex quo ignis est vere causatus implicat ipsum esse eternum: ⁊ similiter consequens est impossibile: sed splendorem esse eternũ propter eandem rationem de antecedente. consequentia tamen est necessaria: et naturalis sicut si homo currerent: ergo necessario moueretur: tamen qui a Augu. vult probare coeternitatem filij ad patrem: ponit exemplum de igne ⁊c. quod quidem exemplum valet in patre: quo ad productionem: nõ quo ad causationem: quia si pater ab eterno est perfectus: ⁊ habet memoriam fecundam perfectam: ergo productum ab ipso est sibi coeternum cum sit eiusdem nature non sic sequitur de causato: quod est alterius nature a causante.

¶ Ibi per hoc patet ad confirmationem illius rationis: ꝙ nulla perfectio tollitur a prima causa: que potest esse in secunda ⁊c. hec littera clara est: ⁊ quod dicit ibi. Nec ex hoc tã ꝙ ex impossibili inferendo quodlibet: vult dicere doc. ꝙ si causa naturalis est eterna. ⁊ non impedita: ergo effectus eius erit eternus: ista consequentia est naturalis: ⁊ necessaria: ⁊ non sequitur hoc consequens sicut ex impossibili sequitur quodlibet: sed sequitur formali consequentia: quia consequens necessario includitur in antecedente. ¶ Ibi per idem patet ad illam aliam rationem: ꝙ diuersus modus causandi. ⁊c. Hec responsio clare patet in primo. distinctione octaua. quest. vltima. quam ibi exposuit nam causare: ⁊ cōtingenter ille modus: sed contingenter est possibilis ⁊ compossibilis: causare vero ⁊ necessario ille modus scilicet necessario: est incompossibilis cause ⁊ sicut ad causare modo compossibili sequitur effectus possibilis: sic ad causare sub modo incompossibili sequitur naturali consequentia modo preexpositio de naturali consequentia effectus videlicet incompossibilis: ⁊ patet littera. ¶ Quarto arguitur pro via .s. Tho. Ibi preterea quarto: quicquid non repugnat limitationi nõ repugnat creature: si est aliqua entitas. Sed quantacunq; duratio non repugnat limitationi: quia non est perfectior vt duret per .x. annos q̃ ꝙ per horam: ergo infinita duratio nõ poneret maiorem perfectionem: quam minor. ¶ Respondetur ibi. Ad quartum diceret aliquis. Hic doc. primo recitat opinionem alterius: quam confutat: aliqui dicunt ꝙ sempiternum esse includit aliquam illimitationem: quia includit adequari deo secundum illimitationem durationis. Dicit doc. ꝙ hoc nihil est: quia eternitas vt coexistens huic diei est infinita ⁊ independens: et tamen creatura vt hodie coexistens eternitati est finita ⁊ dependens: ideo non adequatur sibi: oporteret igit̃ dicere ad rationem .s. Tho. ꝙ sempiternum esse: aliquam illimitationem dicit in creatura: vnde repugnat sibi. Sed vnde sit illa illimitatio ⁊ repugnantia quilibet ostenderet per illam rationem fundamentalem: quam pro se poneret. ¶ Quinto arguitur pro opinione .s. Tho. ibi Ita creatura tendit in non esse quantum est ex se si semper esset: sicut si non semper esset ⁊ hoc quia est ex nihilo: sed absq; contradictione potest aliqua creatura semper tendere in non esse: ⁊ tamen semper esse sicut patet de angelo ⁊ anima. ¶ Respondet doc. ducendo hoc argumentum ad oppositum: quia sicut creatura non potest actualiter tendere in non esse: ⁊ tamen semper fore: ita non potest actualiter fuisse post non esse et tamen semper fuisse: de ratione autem creature secundum istam positionem non tantum est habuisse non esse ante esse aptitudinaliter: sed etiã actualiter ante esse habuisse non esse. ¶ Ultimo loco pro opinione san. Thom. arguitur per auctoritates: prima est August. ibi. Item Augu. de ciui. 10. ca. 31. dicit ꝙ si pes ab eterno fuisset in puluere semper ei subesset vestigium: ergo.

¶ Item August. ibidem libro. 2. cap̄. 4. modo quodam vix intelligibili Philosophi dixerunt mundum esse factum. Et tamen non habere principium durationis: igitur ille modus si est vix intelligibilis: est intelligibilis: ergo.

¶ Respondet doctor ibi ad auctoritatem dico ⁊c. tota ista littera clara est: nec indiget alia expositione: ⁊ sic patet ista prima opinio.

¶ Est opinio Henrici quolibeto 1. q. 7. ⁊ quol. 9. q. 17. que tenet oppositũ opinionis .s. Tho. videlicet ꝙ contradictionem includat aliud a deo fuisse sine principio durationis: siue ab eterno fuisse: ⁊ pro hac opinione multas adducit rationes: prima est ibi. Contra istam positionem arguitur: ⁊ stat in hoc: quia si producitur capit esse: ⁊ omne tale habet principium. Si dicatur ꝙ semper producatur quando est: ergo creatura est in continuo fieri: ⁊ sic non differet creari a conseruari: quod est falsum. Tum q2 creari est produci de non esse ad esse: conseruari autem est ipsius prehabiti esse. Tum quia agens particulare generat: ⁊ non conseruat. Et addit: quia creatura habet esse acquisitum. ⁊ per consequens esse post non esse alias esset deus. ¶ Respondet doc. ibi. Tenentes primam opinionem. hic docto. magis videtur declinare ad opinionem .s. Thom. propter tria que ponuntur hic in littera. Primo: quia non videtur contradictio in istis terminis aliud a deo esse sempiternum. Secundo: quia rationes que videntur probare contradictionem sunt speciales. quia si de aliquo speciali probent contradictionem. non probant tamen hoc de omni alio a deo. Tertio: quia quedam rationes fiunt de preterito: que videntur similiter posse fieri de futuro sicut de preterito: cum tamen nulli negent possibilitatem futuri sine fine: aut possent fieri de successione sicut de permanentia. Unde isti respondent ad rationes Henrici: que probant contradictionem dicũt qđ aliqua creatura puta angelus potuit semper producta fuisse: quia eius esse est in euo: ⁊ sic conceditur quod sit in instanti eui: ⁊ tamen non sequitur: quod sit successiuum: quia dei filius semper generatur: ⁊ tamen non est aliquid successiuum: sed summe permanẽs ita dicerent isti: ꝙ idem nunc manet: in quo angelus accipit esse: et ita non est successio. At illa de conseruari ⁊ creari patebit infra. distin. secunda. quest. prima. et multo clarius in quolib. quest. 12. Et ibi vide expositiones quas ibi feci. Ad illud additum de esse acquisito concedunt: quia non habet esse quod ex se sit formaliter necessarium: vt supra patuit. q. immediate precedenti: non tamen videtur necessarium: ꝙ sit acquisitum post non esse: ita ꝙ ly non eẽ duratione precedat ipsum esse: sufficit. n. ꝙ ly non esse tantum precedat natura accipiendo prius natura priuatiue tãtum: vt supra exposui in. q. de creatione. ¶ Secundo principaliter arguitur. per illud Aristo. primo perhier. scilicet omne quod est quãdo est necesse ẽ esse: ⁊ sic nichil potest nõ esse: nisi quia potentia precedit esse eius per quam potest impediri eius esse: sed si aliquid fuit ab eterno a deo nulla potentia precessit esse eius a deo. ⁊ Hen. sibi instat: q2

Margin notes:

Sc̄da rõ. tho.

Tertia rõ. tho.

Quarta rõ tho.

Quinta. rõ tho.

Ultio p̄ th. arguit̃ per auctoritates.

Opinio henri. quolibe. prio. q. ii. quoli. ix. qõ. xvii.

Ad primũ argumẽtũ.

predestinatus &c. & littera est clara. ¶ Respondet doc.
ad illud philosophi. &c. & remittit se ad ea que dixit i pri
mo. d. 39. pro nunc tamen vltra ea que dixi: & exposui in
primo. vbi supra: nam hec propositio: omne quod est &c.
vel est vna ypothetica temporalis cuius subiectum sit:
omne ꝙ est: & predicatum sit esse cum necessitate: ita ꝙ ly
necesse esse dicat necessitatem consequentie: & sit sensus:
oē quod est qñ est necesse ē esse idest de necessitate habet
esse sicut dicimus: omne quod currit quando currit de
necessitate mouetur: & omni modo illa est vera: vel ꝙ ly
necesse esse dicat necessitatem consequentis: vt sit sensus
omne: quod est quando est habet entitatem simpliciter
et absolute necessariam: & sic nunq̄ posset non esse: & hic
sensus est falsus: vel est vna cathegorica de sēsu compo
sito cuius subiectum est hoc: omne quod est quando est:
est: ita ꝙ ly necesse esse sit modus istius propositiōis sub
tali conditione: quando est: sicut dicimus: vt dicit doc.
in primo. d. 39. animal currit si homo currit est necesse: &
hoc modo est vera: vide tamen diffuse hanc materiam i
primo vbi supra. Et addit doc. vnum quod diffuse pro-
batum est a doc. in primo vbi supra: videlicet ꝙ creatu-
ra in illo instanti in quo & pro quo est: contingenter est
idest ꝙ non habet entitatem in se necessariam: nam volū
tas diuina quando ī instāti. a. pducit. b. ip̄z. b. cōtingen-
ter producit: ita ꝙ in illo instanti in quo producit. b. po
test ipsum non producere: quia vt producit semper intel
ligitur prior producto vt supra patuit in. q. de creatio-
ne: & sic patet quomodo in illo instanti in quo produci-
tur contingenter pducitur: de hoc vide doc. in p̄mo. d.
29. & ea q̄ ibi exposui. Et sic patet solutio argumēti Hē
rici: quia si creatura haberet esse ab eterno adhuc in illo
Instātia bona. instanti quo pduceretur ab eterno haberet esse contin-
gens. ¶ Si dicatur quomodo in instanti. a. ī quo est ha
bet esse contingens cum dictum sit: ꝙ quando est necesse
est esse. ¶ Dico ꝙ pro tanto dicitur habere esse contin-
Respōsio. gens in primo instanti: quia contingenter producta est.
quia potuit non produci: licet in illo instanti in quo est
esse competat sibi de necessitate dum est: non tamen de
necessitate absoluta: quia in illo instanti potuit non pro
duci: & postq̄ producta est potuit destrui. ¶ Ibi: confir
matur: hec est vna confirmatio quam facit Henri. quia ī
perpetuis non differt esse. a. posse: vt patet tertio phisi.
tex. cō. 32. & 9. metha. ca. penultio tex. cō. 17. igitur nul
lum sempiternum est in potentia. ¶ Dico ꝙ licet hic in
littera non respondeatur ad hanc auctoritatem: potest
tamen sic responderi p̄mo ad mentem Ari. quia in per-
petuis puta in celo quod est perpetuū esse ipsius celi nō
differt. a. posse idest ꝙ posse esse celi nunq̄ p̄cessit dura-
tione ipsum celum: secundum aliquos in perpetuis &c.
exponitur sic: quia ibi secundum philosophos: puta ī ce-
lo non est materia que est potentia receptiua diuersarū
formarum ideo in celo non differt esse a posse: quia cum
ibi non sit materia: que semper machinatur ad malū. &c.
Scotus vero ī primo, di. 2. & q. 2. quolibe. dicit ꝙ ī deo
nō differt posse ad esse idest ꝙ quicquid potest esse ī deo
ad intra ibi de necessitate actu est: quia quicquid est in
deo est ibi necesse esse: & hoc vel formaliter vel identice:
sustinendo etiam ꝙ celum sit necesse esse quidquid po-
test esse in celo intrinsecum ibi actu est: vt patet. Si ergo
philosophus intelligat ꝙ non sit ibi potentia precedens
ipsum esse conceditur: si vero intelligat ꝙ non sit ibi potē
tia coniuncta actui: de qua doctor in primo. d. 8. q. vlti.
negatur. Si tertio intelligat: ꝙ non sit ibi potentia ad ip
sum esse prius natura sic intelligendo ꝙ inesset nisi p̄ue-
niretur a voluntate diuina dando sibi esse adhuc negat.
vt patet supra in. q. immediate p̄cedenti. & in primo. d. 8
q. vltima. & in secundo di. ii. in tertio di. 3. q. prima. & ali
bi. Si quarto intelligat: ꝙ non sit ibi potentia ad non es
se sequens ipsum esse ab eterno negatur: quia ex quo ha-
beret esse contingenter ab eterno semper posset non esse.
& sic patet ad illam auctoritatem. ¶ Tertio principali-
ter arguit idē Henri. quol. primo. q. 8. quelibet species
eque est in potentia vt sit vt comparatur ad deum vt dā
tem esse. ergo ab eterno potuit esse asinus perfectus po-
tens generare: & ab illo possent fuisse omnes asini alii ge
nerati vsq̄ ad hunc diem: & tunc quero an omnes fuissēt
tunc finiti aut infiniti. Si primo modo. ergo totum tem
pus ab illo vsq̄ ad istum asinum fuisset finitum. Si secū
do modo. s. si infiniti, ergo positis extremis potuissent
media esse infinita actu. ¶ Respondetur a doc. & dicit ꝙ
posset negari ista propositio: ꝙ in quacūq̄ specie sit simi-
lis impossibilitas ad eternitatem: quia non patet contra Ad tertiū argumentum: et nota quia est singularis
dictio ex parte cuiuscunq̄ speciei. & ideo nec similis pos
sibilitas. & sic negaretur de asino. & multis aliis: suppo-
nendo tamen ꝙ asinus fuisset ab eterno non potuisset ge
nerare ab eterno puta vt generatio secundi asini fuisset
eterna: quia generatio ī creaturis semper dicit mutatio
nem inter terminos oppositos. s. inter priuationem & for
mam generandam: vt dicit doc. in p̄mo. d. 2. parte. 2. q.
3. et. di. 5. q. 2. & 28. & sic priuatio forme generande de ne
cessitate precedit generatiōe ipsam formam: quia impos
sibile est: ꝙ in eodem instanti temporis sit vera priuatio
alicuius forme: & ipsa forma: vt patet a doc. in p̄mo. di.
39. & vide que ibi exposui exponendo illam propositio-
nem: impossibilis est trāsitus de contradictorio in cōtra
dictorium sine mutatiōe. ¶ Et cū dicit doctor: ꝙ non ē
similis impossibilitas de omni specie & per consequens
nec similis possibilitas. ¶ Forte dicit: propter hoc: quia
Nota bñ. cōcederetur a philosopho. ꝙ angelus potuit esse ab eter
no: ita ꝙ non esse angeli non precessisset duratione ipsū
angelum. & similiter posuisset hoc de celo: quia huiusmo
di permanentia sunt formaliter necessaria: & omne tale ē
sempiternum: patet per Aristo. primo celi & mundi tex.
cō. 188. & 9. metha. ca. penultimo. tex. cō. 17. non posset
autem secundum Aristo. fuisse asinus ab eterno: qr phi-
losophus posuisset ipsum tantum posse produci per mo-
tum: & per consequens in tempore quia secundum ipsum
omnis effectus imperfectus non potest immediate pro-
duci a p̄ma causa: sed mediante motu producitur vt pa-
tuit. in p̄mo. d. 2. parte prima. q. p̄ma. & ī. 4. di. 48. & sic
patet quomodo non est similis impossibilitas ad eterni-
tatem: & non apparet similis cōtradictio ex p̄te cuiuscun
q̄ speciei: ideo nec similis possibilitas quia multa entia
potuerunt fuisse ab eterno vt intelligentia secundum
Auicen. 9. metha. & multa alia entia non potuerunt fuis
se ab eterno vt omnia illa que habent esse per generatio
nem &c. ¶ Ibi. Et si dicas: ꝙ tunc opportuit ipsum p̄ tē
pus infinitum quieuisse ad generandum: cum tamen fuis
set perfectus agens et potēs generare: quod videtur in
conueniēs. ¶ Respōdet doc. p̄mo ꝙ asinus non fuisset
factus p̄fectior ab eterno ad generādum q̄ deus ad cau
sandum: tamen per te oportuisset deum quieuisse a cau- Ad quartum argumentum.
sando p̄ infinitum quasi imaginatum: ita ꝙ cōtradictio
esset ipsū aliqd creasse in infinitū: quasi p̄teritum imagiā
tū p̄cessisset &c. vult dicere doc. ꝙ aliud est loqui de t̄pe
in finito secundum imaginationem tantum: qd t̄ps ima
ginatū nihil est in re & aliud est loqui de t̄pe infinito in
re: quia doc. vt infra patebit. licet concedat ꝙ aliquod p̄
manens puta asinus possit esse ab eterno. & si non pdu-
xisset: tunc alium asinū: tunc quieuisset p̄ t̄ps infinitum:
verū est: ꝙ quieuisset p̄ t̄ps imaginatum: nō autem p̄ ve
rū tempus: quod est mensura motus & quietis secundū
p̄us & posterius. 4. phi. talis autem motus non potuit
esse ab eterno patet quia motus tantum tempore mensu
rat: vt supra patuit ī p̄mo. d. ii. p̄te p̄ma. q. ii. respōdēdo
ad vltimum argumentū principale exponendo illam au-
ctoritatem Arist. viii. phi. tex. cō. 79. virtus infinita si
esset moueret in nō tempe: nulla autem virtus potest mo
uere in nō tempe: vide ibi. ¶ Quarto p̄ncipaliter argu
it Henricus. Et ratio stat in hoc: ꝙ si fuisset creatura ha
buisset esse acquisitum: ergo duratione non esse suum p̄-
cessit suum esse nouum vel acquisitum ab aliquo. ¶ Re-
spondet doc. ad quartum. Et in ista responsione multa
sunt notāda. Primo: quia secundum Henri. quoli. viii.
q. 9. potentia ad nō esse de necessitate p̄cedit potentiam
ad esse: puta ꝙ Franciscus prius est in potentia ad non
esse q̄ sit in potentia ad esse. & sic sequeretur ꝙ esse franc
cisci de necessitate precederet non esse ipsius: quia si
est in potentia ad non esse: ergo prius est tanq̄ in quo
fundatur potentia ad non esse: et cum potentia ad non
esse precedat potentiam ad esse: sequitur ꝙ esse prius
est non esse: quod est inconueniens. Secundo nota/ ꝙ
potētie cōtrarie dicunt̄ ille que respiciunt actus cōtra-
rios sicut potentia ad albedinem & potētia ad nigredi-
nem. Tertio nota: ꝙ potentie sunt in triplici genere/ nā
quedam sunt in compossibiles actibus suis vt potentia
ad albedinem: quia est icōpossibile ꝙ albedo actu sit in
subiecto/ & ꝙ subiectum sit in potentia ad illam. et sic de
aliis. quedam sunt cōpossibiles actibus suis. vt potētia
subiectiua sicut quantitas est in potētia subiectiua ad al
bedinem. & ip̄e stāt simul/ quia adueniēte albedine quā-
titas nō destruit̄. Quarto nota ibi ꝙ loquēdo p̄prie de

potentia.s.ante actuʒ ⁊c. Dicit doc. i ista littera: ꝙ quando subiectum comparatur ad cōtraria immediata vt ad sanitatem ⁊ egritudinem: sic ꝙ alterum semper inest: tūc si est in potentia ad vnum: puta ad sanitatem: tunc actu erit egrum ⁊ econtra: ⁊ hoc est quod dicit: ꝙ non potest simul esse sub potentiis huiusmodi contrariorum: quia tūc careret vtroq; actu. Et addit doc. ꝙ actus vnius potentie non est ratio recipiendi aliam potentiam: exemplum: egritudo in homine non est ratio receptiua potentie ad sanitatem idest ꝙ potentia ad sanitatem non requirit de necessitate ipsam egritudinem: tanq̄ rationem recipiendi: quia tunc idem respectu eiusdem esset prius ⁊ posterius essentialiter: quod est impossibile: vt patet quia si egritudo est ratio recipiendi potentiam ad sanitatem: ergo est prior ipsa potentia: quia receptiuum et ratio recipiendi semper sunt priora essentialiter recepto: ⁊ cum potentia ad sanitatem sit prior ipsa sanitate: sequitur ꝙ egritudo sub ratione propria erit prior essentialiter sanitate: tunc vltra erit idem de sanitate: quia si sanitas est ratio recipiēdi potētiā ad egritudinē: sequitur ꝙ ipsa sanitas ex sua ratione formali erit essentialiter prior egritudine: ⁊ sic sanitas respectu egritudinis erit essentialiter prior et posterior ipsa egritudine ⁊ ecōtra. Et cum dicit paulo infra ibi. sed potentiā ad vnum necessario cōcomitatur alteriꝰ actꝰ: ꝑpter imediationem actuum ad vnum: vult dicere ꝙ ex quo isti actus sunt immediati: puta sanitas ⁊ egritudo circa idem subiectum: ꝙ quando subiectum est in potentia ad vnum puta ad egritudinem concomitatur de necessitate istam potentiam actus alterius potentie: quia concomitatur sanitas in actu. ¶ Ibi: ad propositum dico. Dicit doc. ꝙ homo nō fuit ab eterno in potentia ad esse: ⁊ in potentia ad non esse: cum ista repugnent: quia si ab eterno est homo: non precedit potentia ad ipsum esse hominis: ⁊ ifra ibi. Sub qua tamen prius ⁊c. Dicit doc. ꝙ loquendo de facto homo prius fuit in potentia ad esse: quia potentia ad esse precessit duratione ipsum esse: ⁊ sic sub tali duratiōe fuit sub non esse ⁊ ita non sub potentia ad illud non esse: quia tunc prefuisset vt supra patuit: quia quod est in potentia ad non esse prius est: ⁊ hoc est quod sequitur ꝙ si fuisset ab eterno ipse homo: fuisset semper sub potentia ad nō esse: quia cum sit contingens potuit semper non esse: vt supra declaraui. Et parum post ibi: ⁊ nunq̄ sub potentia ad esse: sed sub actu hoc est intelligendum: de potentia precedēte actum: ⁊ i cōpossibili sibi: quia si homo fuit ab eterno: potentia ad esse ipsius non precessit: iste enim potentie sunt contrarie vel repugnantes ad inuicem. s. potentia ad esse ⁊ potentia ad non esse: ⁊ etiam sunt incōpossibiles actibus suis: quia potentia ad esse non potest simul stare cum esse: ⁊ potentia ad non esse: non potest simul stare cum non esse. Et infra: si autem non loquaris. ⁊c. vult dicere doc. ꝙ si Henri. sic intelligat puta ꝙ homo non potest esse in potētia ad esse supple existentie: nisi prius sit in potentia subiectiua ad non esse existentie: ita ꝙ ipm non esse existentie fundatur prius in esse essentie hoc falsum est: ⁊ improbatuʒ supra. q. precedēti: quia esse essentie non precedit esse existentie cum sint idem realiter. ¶ Ibi: omittendo igitur de potentiis argumentū Henrici: videtur stare in hoc secūdum Henri. vult enim dicere ꝙ opposita que nata sunt inesse eidem, ordine nature: ita ꝙ vnum sit prius natura alio non possunt simul esse duratione vt patet de priuatione ⁊ de forma: cum ergo non esse creature sit prius ipso esse natura: ergo esse non potest simul stare in eadem duratione cum non esse: ⁊ sic non eternum. ¶ Respōdet doct. ibi: hic dico: ⁊ hec responsio clara est: ⁊ supra. q. precedenti. nam si non esse esset vere prius natura: ita ꝙ priꝰ natura actu esset ipsum non esse: puta non esse hominis: tūc esse hominis non posset esse simul duratione siue in eadem duratione: quia quod sic est prius natura: est etiam prius duratione: sed doc. dicit ꝙ ipsum non esse dicitur prius natura ex hoc non ꝙ ipsum non esse actu insit: sed quia infuisset nisi homo in illo instanti quo inesset non esse hominis produceretur inesse: ⁊ non est simile de instanti nature: i quo ponit̄ priuatio actu: ⁊ de instanti. i quo ponitur iesse ad quod terminatur talis priuatio: ⁊ de instāti quo hō ē prius risibilitate: quia in primo nō possumꝰ trāsire de priuatiōe ad habitū sine mutatiōe. ⁊ sic talis ꝑuatio erit prior duratiōe nō sic est de homine ⁊ risibilitate q̄ sūt cōpossibilia in eadē duratione: ⁊ sic patet tota ista littera. ¶ Quinto arguitur pro opinione Henrici:

Quīta rō pro hēri.

quia si mundus potuit esse ab eterno: ergo ifinite aīe intellectiue potuerunt esse ab eterno: quod videt̄ impossibile: antecedens patet quia cū ifiniti homines sint possibiles successiue / ita ꝙ vnꝰ post aliū: ⁊ quilibet hō habet aīaʒ propriam vt formā sibi inherētem: si ergo vna anima potuit esse ab eterno / ergo ⁊ ifinite cū nō sit maior ratio de vna q̄ de alia: ⁊ infinite sūt possibiles successiue: impossibilitas cōsequētis patet / quia si possent esse infinite anime ab eterno / ergo posset esse infinitum in actu: quod est ipossibile apd philosophos. ¶ Respōdet doc. quod quicquid non potest fieri a deo in vno die quia includit cōtradictionem hoc non posset fieri in preterito ifinito si fuisset: ꝑpter eādē rationē. s. cōtradictiōis. In ista em̄ die sūt ifinita istātia imo i vna hora huiꝰ diei / in quorū quolibet posset creare animā sicut in vno die totius tp̄is ifiniti si esset: nō em̄ oportet eū quiescere a die i diem / vt creet vnam animā post aliā / ⁊ ita si in infinitis instātibus huius diei nō potest creare infinitas aīas q: hoc nō est factibile nec i ifinitis diebus totius preteriti posset infinitas animas creasse. ¶ Et si dicas instantia huius diei non fuisse i actu: sicut sūt infiniti dies preteriti. Dicit doc. quod hoc non sufficit: quia sicut instantia infinita infinitorum dierum / in quibus creasset fuissent in potētia per te sicut indiuisibile est in cōtinuo ⁊ non i actu: quia nullum illorum fuisset in actu terminus temporis ⁊c. Et nota cum dicit de puncto in actu ⁊ in potētia: pūctus in actu est ille qui est in linea idiuisa: ⁊ in quolibet cōtinuo permanenti sūt ifinita pūcta in potentia: patet quia est diuisibile in infinitas partes: vt patet primo ⁊ .3. phi. ⁊ sic qn̄ actu diuiditur pūctꝰ terminās lineam dicitur punctus in actu. Similiter istās i tp̄e i actu est illud quod terminat tale tp̄s: puta instans quod terminat tempus vnius diei / instans autē in potētia / quod est aptum natum termiare: ⁊ in quolibet tp̄e sūt ifinita istantia in potentia: patet quia quodlibet tp̄s est diuisibile in infinitas partes: similiter in motu dicimus ꝙ mutatū esse in actu est illud quod terminat motū: ⁊ mutatum esse / in potentia / quod est aptum natū terminare / ⁊ i quolibet motu sūt infinita mutata esse in potentia / vt patet. 6. phi. ¶ Sexto arguitur pro ista opinione, quia cōtra rationē infiniti in quātitate est ipsum posse excedi vel esse totaliter acceptuʒ / vt patet. 3. Phisico. t. com. 62. 63. Sed si mundus potuisset fuisse ab eterno infinita duratio fuisset accepta / igitur nichil vlterius fuisset accipiēdum / igitur ⁊c. ¶ Respondet doctor. et responsio est satis clara i littera / ⁊ bene concedit / ꝙ nō potest dari tēpus ab eterno / nec similiter motus / quia tunc daretur infinitum in actu. Sed de permanente non est simile quia permanens si esset ab eterno non mensuraretur tempore. sed tantuʒ euo: nā permanēs dicitur tm̄ mēsurari tp̄e ꝑ accidēs / quia tm̄ ratiōe motꝰ / vt patet ifra. Et si dicatur si āgelus esset ab eterno ⁊ applicatus orbi suo ab eterno ⁊ optime dispositus non ne posset mouere orbem ab eterno / ⁊ sic motus esset ab eterno / ⁊ per consequens tempus esset ab eterno cum sit passio motus ex. 4. phi. ¶ Dico ꝙ non posset mouere ab eterno cū motꝰ sit successiuus / ⁊ de ratione successiui est non habere omnes partes simul sed vnam post aliam. ¶ Septimo ⁊ vltimo arguitur pro ista opinione / quia tunc pars esset maior toto / hec ratio stat in hoc / suppono ꝙ meridies presentis diei sit. a. ⁊ preteritum ad. a. sit infinitum / ⁊ similiter futurum ad. a. et sic sint equalia / ⁊ similiter suppono quod meridies crastine diei sit. b. ⁊ preteritum ad. b. sit infinitum / ⁊ similiter futurum ad. b. sit infinitum / et sic sint equalia / tunc sic preteritum ad. b. est maius preterito ad. a. patet quia preteritum vsq; ad meridiem presentem est pars preterita crastine diei. Sed totum est maiꝰ sua parte / si ergo p̄teritū ad. b. est maiꝰ p̄terito ad. a. sequitur ꝙ futurum ad. b. sit maius preterito ad. a. quia p̄teritum ad. b. ⁊ futurum ad. b. sunt equalia / tunc vltra futurum ad. b. est maius p̄terito ad. a. ergo est maius futuro ad. a. patet quia p̄teritū ad. a. ⁊ futurum ad. a. sunt equalia / sed futurum ad. b. est ps futuri ad. a. patet quia futurū ad. a. incipit a p̄senti meridie ⁊ futurū ad. b. incipit a meridie crastie diei / ⁊ sic futurū ad. b. est pars futuri ad. a. ergo sequitur ꝙ pars ē maior toto / q: futurū ad b. qd ē ps futuri ad. a. erit maiꝰ futuro ad. a. qd ē totū respectu futuri ad. b. ¶ Ad vltimū argumentū dici potest ꝙ equale / maiꝰ / ⁊ minꝰ / nō cōueniūt q̄titati molis nisi finite / q: priꝰ diuidit̄ quātū ꝑ finitū / ⁊ infinitū / q̄ sibi cōueniat equale vel iequale / de ratiōe enim quātitatis ma

Ad quītū argumētū.

Ad sextuʒ argumētū.

Ad vltimū argumētū.

ioris est excedere ⁊ minoris excedi: ⁊ equalis commensura-
ri: que omnia videntur concludere finitatem: ⁊ ideo nega-
retur infinitum esse equale infinito: cum iste sint differẽtie
quantitatis finite: ⁊ sic patet responsio ad omnes rationes
pro opinio. Henri.

¶ Ad argumenta principalia ar

Quare materia sit ingenerabilis et incorruptibilis.

guit primo doc. probando: ꝙ deus potest producere aliquid
aliud a se sine principio durationis: ⁊ arguit sic per philoso-
phum primo phisi. tex. commen. 82. qui probat ꝙ materia
est ingenita ⁊ incorruptibilis alioquin esset processus in in-
finitum in materiis: patet quia omne quod generaꝛ apud
philosophos ex materia generatur: et queritur an illa ma-
teria sit ingenita aut genita: si primo habetur propositum:
si secundo: ergo ex alia materia erit genita: ⁊ sic processus ĩ
infinitum Item patet ꝙ sit ĩcorruptibilis: quia quod corrũ
pitur in materiam corrumpitur: quero de illa materia: aut
est incorruptibilis: ⁊ sic habetur propositum aut corru-
ptibilis: ergo in aliam materiam est corruptibilis: ⁊ sic
processus in infinitum: si ergo materia est ingenita: ergo
materia vel non fuit producta vel fuit producta sine prin-
cipio durationis: ⁊ si non fuit producta: saltem aliqua
forma fuit in ea sine principio durationis: quia materia

Ad primũ argumẽtũ.

nũꝙ̃ fuit sine forma. ¶ Respondetur a doc. quod verũ est
materiam primam esse ingenitam loquendo de generatio
ne proprie dicta: que in creaturis includit mutationem: vt
patet a doc. in primo. di. 2. parte. 2. q. 3. di. 5. q. 2. ⁊ alibi: qꝛ
omne quod generatur est compositum ex materia ⁊ forma:
⁊ sic generatur ex materia: si ergo materia generaretur es-
set composita ex materia ⁊ forma: ⁊ sic esset processus in in
finitum in materiis: vt dixi supra/ concedit tamen ꝙ ⁊ si nõ
sit genita/ est tamen tota producta per creationem/ vt ipse
dicit infra. di. 12. ¶ Secundo arguit sic: tempus secundum
philosophum. 8. phi. tex. com. 31. ⁊ 12. meta. tex. com. 10. ⁊
11. est sine principio quod patet quia si non: igitur prius po
tuit fuisse tempus ꝙ̃ fuit vel prius esse ante ꝙ̃ esset/ sed an

Ad sc̃d3 argumẽtum.

te est differentia. temporis/ igitur ante tempus fuit tem-
pus: ꝙ̃ fuit. ¶ Respondet doc. dicens: ꝙ̃ non valet: quia ali
as concludit mouens non posse sine nouitate seu mutatio-
ne agere/ ⁊ responsum est ad illud in questione precedenti.
Et quod dicit de ante dicit doc. ꝙ̃ ante tempus reale non
esset nisi tempus imaginarium: ⁊ per consequens ly. ante
esset differentia temporis imaginarii/ sicut extra vniuersuz
nihil est: ibi vel negatur extra/ vel non affirmatur nisi ima-
ginatum. ¶ Tertio arguit sic secundum philosophum pri-
mo de generatione. tex. com. 17. generatio vnius est corru-

Ad tertiuz argumẽtũ.

ptio alterius: ergo non fuit aliqua prima generatio. ¶ Res
pondet doctor dicens primo: ꝙ respiciendo ad futurum:
ista est vera ⁊ satis propria. corruptio vnius est generatio
alterius: quia agens non intendit corrumpere per se: sed tã
tum per accidẽs propter incompossibilitatem formarum/
ideo enim corrumpit vt generet. ⁊ ideo expellit puta formã
a materia aque vt ibi introducat formam terre: ⁊ addit ꝙ
dabitur vltra corruptio post quam non sequetur alia genera
tio: vt quando omnia mixta corrumpentur ⁊ resoluentur
in quatuor elementa. Secundo dicit ꝙ respiciendo ad p̃
teritum generatio vnius est corruptio alterius: ⁊ hec non
est ita propria/ quia ex vi sermonis videtur quod agens
ideo generat vt corrumpat: sed magis est contrarium: quia
ideo corrumpit vt generet. Et addit ꝙ datur prima gene-
ratio nulla corruptione precedẽte. patet quia prima forma
que ꝓducit ĩ materiã: ex tali forma ⁊ ex tali materia vere
generaꝛ cõpositũ: ⁊ tamẽ nihil corrumpitur: patet quia nõ

Ad quartũ argumẽtũ.

materia: cum sit incorruptibilis nõ forma cum nulla pre-
fuerit. ¶ Quarto arguit causa non agens per motum: ⁊
non impedibus potest habere effectum sibi coeuum.
¶ Respondet doc. ꝙ vbi agens ⁊ effectus possunt habere
essentiam vnigeneam idest vbi possunt habere eandem
essentiam: maior est vera scilicet ꝙ causa perfecta ⁊ non
impedita potest habere effectum sibi coeuum: sed vbi non
possunt esse vnigenea: sed prioritas nature in causa de ne-
cessitate requirit prioritatem durationis eius respectu ef-
fectus ibi maior est falsa. ¶ Nunc doctor respondet ad ar-
gumenta ad oppositum: quibus probatur quod est impos-
sibile aliquid aliud a deo posse produci sine principio: et
primum argumentum stat in hoc: omne quod de necessi-
tate producitur de non esse ad esse: de necessitate produci-
tur de non esse duratione precedẽte. Sed omnis creatura
est huiusmodi: ergo maior videtur nota: minor probatur
auctoritate Aug. dicentis ꝙ creatura est ex eo ꝙ omnipo-
tẽtis volũtate ex nõ esse ad esse producta est eius substãtia.
¶ Secundo probatur idem per argumentum ducens ad
impossibile: quia si potuit producere vnum sine principio
durationis: ita ⁊ aliud: cum non sit maior ratio de vno ꝙ̃
de alio: ergo potuissent esse producta actu infinita in multi-
tudine: quia infinitas numeralis indiuiduorum non est im
possibilis successiue: potuisset etiam aggregasse omnes la
pides qui postea fuissent: ⁊ ita infinitum mole fecisse. Sed
tam infinitas numeralis in actu: quam in mole in actu est
impossibilis: vt patet tertio Phisico. tex. commen. 61. ⁊.
37. ¶ Respondetur ad primum: ⁊ dicit doc. primo ꝙ hec
est descriptio Arrii: nam Arius dixit filium dei esse crea-
turam: ⁊ Augusti. contrarium probando ꝙ filius dei non
sit creatura assumit hanc diffinitionem contra Arrium:
quasi dicat. tu dicis ꝙ creatura est ex eo quod omnipoten
tis dei ⁊c. contra filius dei non producitur voluntate omni
potentis dei: sed intellectu vt tu concedis. ergo filius dei
non est creatura. Secundo dicit: ꝙ supponendo ꝙ hec sit
diffinitio creature loquendo proprie de creatura vt creatu
ra: dicit ꝙ creatura vt creatura de necessitate habet esse
post non esse: vt puta angelus: vt creatura necessario ha-
bet esse post non esse ⁊ repugnat sibi esse ab eterno vt crea
tura tamen angelo vt angelo non repugnat sibi fuisse ab
eterno: ⁊ si fuisset ab eterno non diceretur creatus: sed
magis productus. Et quod dicit de fallacia accidentis:
vt clarius cognoscatur fiat sic argumentum: omne quod
incipit esse est creatura. Sed omne aliud a deo de neces-
sitate incipit esse: patet quia de facto incipit esse: ergo
omne aliud a deo est creatura: dico quod est fallacia ac-
cidentis: nam incipere esse accidit minori extremitati:
quia non repugnat omni alii a deo vel saltem alicui es-
se ab eterno: ⁊ hoc est quod dicit. Scilicet est fallacia ac-
cidentis propter extraneitatem medii: quod est incipiens
esse respectu tertii: quod est minor extremitas inquantuz
comparatur ad primum. Scilicet ad maiorem extremita-
tem: non enim quicquid repugnat accidenti repugnat sub
iecto cui accidit tale accidens: sicut ĩ ista animal est genus:
homo est animal: ergo homo est genus: non enim quod re-
pugnat animali quod accidit homini: in quantum animal
comparatur ad genus repugnat ipsi homini: nam animal
vt comparatur ad genus repugnat absolute: ꝙ predicetur
de alio personaliter: patet quia animal vt est genus tan-
tum supponit simpliciter: ⁊ tamen supponere personali-
ter non repugnat homini: quia homo potest supponere pro
inferioribus: sic in proposito: non enim quod repugnat ac-
cidenti idest huic quod est incipere esse: quod accidit alii a
deo: repugnat alii a deo: nã eternitas repugnat huic quod
est incipere esse: vt ly incipere esse comparatur ad creaturã
⁊ tamen non repugnat angelo: ⁊ hoc est quod dicit docto.
¶ Ad secundum de infinito in multitudine ⁊ magnitudi-
ne patuit responsio supra in respõsione de infinitate actua
li animarum: quia est repugnantia ex parte creature quod
sint infinite actu pariformiter dicendum est de infinitate
tam numerali ⁊ similiter de infinitate mollis sicut ibi ex-
posui. Nam ibi dictum est: ꝙ quicquid non potest fieri a
deo in vno die: quia includit contradictionem: hoc non pos
set fieri in infinito preterito si fuisset propter eandez ratio
nem: patet quia in ista die sunt infinita instantia: in quo-
rum quolibet. posset causare vnam animam: immo in vno
posset creare mille si vellet: si ergo in infinitis instantibus
vnius diei nõ potest creare infinitas animas: ita nec ĩ infi-
nito tempore: sic similiter non posset creare infinitos lapi-
des in numero: non enim oportet eum quiescere a die in
diem vt creet vnam animam post aliam: ita non oportet
eum quiescere a die in diem: vt creet vnum lapidem post
alium. Sic similiter si in vno die non potest creare magnitu
dinem infinitam addendo partem post partem in infini-
tum cum in vna die sint infinita instantia: in quorum quoli
bet potest partez addere: sic nec in infinito tempore. ¶ De
ista tamen questione non multum curandum est cum sit
problematica: ⁊ vtraqꝫ pars sustentabilis. Et sic finis pre-
sentis questionis.

¶ Questio quarta.

Hic doc. ponit duas

questiones simul / quarum prima est. Utrum creatio angeli sit idem angelo idest an creatio passiua que est relatio fundata in angelo sit simpliciter idem ipsi angelo. Secunda questio est: vtrum relatio creature ad deum sit eadem fundamento: qui titulus questionis intelligendus est de reali identitate. Et primo respondendo ad secundam questionem adducit opinionem Henrici.

¶ Dicitur ab Henrico quolibet.

9. quest. 3. ⁊ quoli. 5. quest. 6. ⁊ septia: ⁊ quolib. 7. quest. prima: quod omnis relatio est eadem fundamento. In ista questione hunc ordinem seruabo primo exponam argumenta facta a doc. contra opinionem Henrici. Et secundo respondebo ad argumenta pro opinione Henrici: primum est ibi: contra istam opinionem arguo: secundum est ibi: ad primum alterius opinionis. ¶ Quantum ad primum arguit primo doc. probando / ꝙ aliqua relatio realiter distinguatur a fundamento. Et ratio stat in hoc: nihil est idem realiter. a sine quo. a. potest esse realiter sine contradictione. Sed multe sunt relationes sine quibus fundamenta possunt esse sine contradictione: vt probabit infra. Ibi probatio maioris. Hic doc. probat maiorem multipliciter: licet de se videatur manifesta: ⁊ sententia littere stat in hoc: quia si. a. ⁊ b. possunt fundare duo contradictoria realiter distinguntur: quia da oppositum idest si non distinguntur realiter: ergo duo contradictoria realiter possunt verificari de eodem quod est oppositum primi principii. ⁊ sensus est: quod quando aliqua duo sunt penitus idem ex natura rei quod realiter competit vni de necessitate illud idem cōpetit alteri: quia da oppositum. scilicet ꝙ aliquid potest competere vni ⁊ non alteri: ergo illa non sunt idem ex natura rei: non enim est imaginabile oppositum: ⁊ hoc est quod dicit in ista littera quam tamen expono de verbo ad verbum: cum dicit: quod idem ens realiter sit realiter: ⁊ non sit realiter videtur esse oppositum primi principii ex quo principio videtur statim concludi diuersitas entium: hec propositio potest habere multiplicem sensum: primus est ꝙ. a. sit realiter. b. ⁊ non sit realiter. b. ⁊c. i. ꝙ. a. possit realiter existere. b. non existente: ⁊ ꝙ non differat realiter. a. b. est oppositum primi principij: quia si. a. est realiter idem quod. b. sequitur ꝙ non possit realiter existere sine. b. ergo si realiter possit esse sine. b. realiter distinguitur ab ipso. b. ⁊ secundus sensus potest esse ꝙ querat tantum de distinctione ex natura rei vel formaliter idest ꝙ idem realiter sit ⁊ realiter non sit idest ꝙ ex natura rei aliquid competit. a. quod non competit b. ⁊ ꝙ. a. saltem ex natura rei non distinguatur a. b. videtur esse oppositum primi principii. In proposito autem docto. accipit primum sensum. Sequitur: quia si de aliquibus duobus dicantur contradictoria eo modo quo dicuntur de eis videntur esse non idem. Hec propositio similiter potest habere multiplicem sensum: quia ratione contradictionis potest inferri non identitas multipliciter: puta aliquando non identitas ex natura rei: aliquando non identitas essentialis: aliquando non identitas realis: ⁊ sic de aliis: pro cuius intelligentia est sciendum pro nunc quod non identitas siue distinctio realis est proprie inter rem ⁊ rem actu existentem sic quod non repugnet priori ex sua natura esse sine posteriori: ⁊ per hoc excluditur instantia de correlatiuis que realiter distinguntur: ⁊ tamen vnum non potest esse sine alio: quia sunt simul natura. Distinctio vero essentialis proprie respicit distinctas essentias siue numeraliter: siue specifice non curo. Distinctio ex natura rei proprie respicit distinctas realitates inclusas in eadem re realiter ⁊ essentialiter: si volo ergo probare realem distinctionem aliquorum per rationem contradictionis probabo sic: impossibile est idem realiter existere ⁊ realiter non existere: sed. a. realiter potest existere sine. b. ergo realiter distinguitur a. b. quia da oppositum si non distinguitur realiter. a. b. ergo dicit eandem existentiam cum. b. ⁊ sic non poterit realiter existere sine. b. Deinde si volo probare distinctionem ex natura rei: puta quod vna realitas tantum ex natura rei distinguatur ab alia: que tamen realitates sunt idem realiter respectu tertii cui realiter identificantur: arguo sic: aliquid potest competere. a. ex natura rei: quod repugnat. b. ex natura rei: ergo a. distinguitur ex natura rei a. b. quia si sunt omnino idem ex natura rei: ergo quod competit vni ex natura rei competit alteri: ⁊ hoc est quod dicit doctor: si de aliquibus duobus dicuntur contradictoria eo modo quo dicuntur videntur esse non idem. ¶ Sequitur. Et ita si contradictoria esse: ⁊ non esse dicantur de eis videntur esse non idem inesse: hic loquitur de esse actualis existentie: ⁊ vult dicere ꝙ actu existere actu non existere contradicunt: ⁊ non possunt verificari de eodem: ergo si. a. est idem realiter cum. b. Et ex alia parte potest existere sine. b. statim verificantur duo contradictoria: quia tunc. a. actu existeret sine. b. quia diceret esse separatum a. b. et actu non existeret sine. b. quia diceret eandem existentiam cum. b. ⁊ hoc est quod dicit. ¶ Ibi: confirmatur istud: quia si illa maior negetur: (scilicet nihil ē idem realiter. a. sine quo. a. potest esse realiter sine contradictione) non videtur relinqui: vnde possit distinctio entium probari: patet: ex hoc enim probamus diuersitatem entium: quia experimentaliter videmus ꝙ vnum actu existere potest altero non existente. ¶ Ibi: hanc etiam propositionem illa sunt distincta realiter: quorum vnum potest manere sine altero negaret propterea: negata vero ista perit tota doctrina philosophi. 7. topi. qua docet ꝙ problema faciliter destruitur per contradictionē inuentam: sed difficulter construitur: ⁊c. quomodo autem construatur problema: ⁊ destruatur patet ibi: si enim fieret tale problema: an homo sit penitus idem quod risibile facile destruitur hoc problema: scilicet ꝙ non sit idē per contradictionem inuentā: puta quia tunc contradictoria verificarentur de eodem: quod patet. nam risibile ex natura rei est proprietas hominis: ergo homo cum sit penitus idem erit ex natura rei proprietas hominis: et ex alia parte cum ipse homo sit subiectum proprietatis non erit proprietas et sic per aliquam contradictionem inuētam faciliter destruitur problema: ⁊ hic modus est facilior omni alio modo ad destruendum. Et patet littera. ¶ In ista etiam via philosophi fundatur illa via de motu siue mutatione ad probandum distictionem: qua vtitur philosophus ad probandum materiam esse aliam rem a forma: que manet eadem sub oppositis formis: probat enim Aristo. ꝙ materia distinguitur realiter a forma: quia per transmutationem innotescit ꝙ aliquando materia est sub vna forma aliquando ē sub altera: sed si ex alia parte diceret: ꝙ materia est eadem realiter cum forma: ⁊ argueretur sic experientia notum est: ꝙ materia potest esse sine ista forma ergo realiter distinguitur: si negatur cōsequentia antecedente concesso per experientiam noto: statim sequitur contradictoria realiter verificari de eodem. ¶ Qua etiam via vtitur philosophus quarto phisicorum textu commen. tertii ad probandum locum esse aliud a locato: quia idem locus manet cum diuersis locatis successiue. Ex hiis ergo patet probatio maioris: quam probationem bene nota: quia doctor sepe vtitur illa propositione. ¶ Minor principalis argumenti apparet in omnibus relationibus: quarum fūdamenta possunt esse sine terminis sicut est in omnibus relationibus equiperātie sicut sunt simile: ⁊ equale: ⁊ huiusmodi: et loquitur hic doc. de similitudine: ⁊ equalitate proprie sumpta vt similitudo fundatur super qualitate proprie: ⁊ equalitas super quātitate. Et patet per philosophū quīto metaphi. c. de ad aliquid. tex. commen. 20. ⁊ de hoc vide doc. in primo. distin. decimanona. ⁊ in quolibetis. questio. sexta. non autem loquitur de similitudīe qualitercū ꝙ quia in diuinis est verissime similitudo ⁊ equalitas: que tamen realiter identificantur fundamento. ¶ Confirmatur etiā ista ratio: quia si relatio nihil aliud sit realiter a fundamento: ⁊ tamen manet sine eo: videtur negari incarnatio: ⁊ separatio accidentis a subiecto in eucharistia videtur etiam negari omnis compositio in entibus: ⁊ oīs causalitas secūdarū causarū: q̄ omīa sunt incōueniētia. ¶ Probatio primi icōueiētis: hic doc. suppōit: ꝙ icarnatio passiua qua natura hūana dr̄ vnita v̄bo. dicit relationē realē fūdatā in ipsa natura hūana: ⁊ tminatam ad verbū diuinū: patet cōmūiter p doctores: ⁊ pcipue ab isto in tertio distictōe pria. q. prima. ⁊ vide q̄ ibi diffuse exposuit et quamdiu talis relatio est in natura humana: tamdiu

questionis sectio.

Expositio littere.

Bonam expositionem

Ratione cōtradictiōis potest inferri multipliciter omīs identitas.

Distinctio essentialis.

Probant quattuor incōueniētia si relō nō distingueret a fūdamēto.

dicit assumpta a verbo. si ergo talis vnio est idem realiter cum natura humana. sequitur ꝙ si verbum non assumpsisset eam eque realiter fuisset vnita verbo: sicut modo si etiam deponeret illam naturam: manente tamen ipsa eadem in se: maneret natura illa realiter vnita verbo. ¶ Secundum etiam inconueniens de eucharistia: probatur: quia si manet eadem quantitas in eucharistia: que prius erat panis: et nichil aliud est inherentia eius panis quam realiter ipsamet quantitas. igitur illa vnitur realiter pani: vt in eucharistia sicut et prius antequam esset separata a pane. ¶ Tertium inconueniens probatur: quia si. a. et. b. componunt ab. et istarum partium vnio adinuicem nichil aliud sit realiter: nisi ista absolute. a. et. b. ergo separatis realiter. a. et. b. manet verc compositum. ¶ Probatur etiam quartum: quia quod causatur a diuersis causis secundis: preexigit in eis debitam proportionem et approximationem ad hoc vt causetur ab eis. Sed si ista approximatio et proporto nichil sint nisi ipsamet absoluta. ergo ita sunt realiter causatiua quando non sunt realiter approximata ⁊c. ¶ Ibi. preterea secundo. hic est secunda ratio principalis contra opinionem Henrici. Et ratio stat in hoc.

Secunda rō principalis ꝙ relatio distinguatur a fundamento

ens limitatum non potest continere per idemptitatē realem aliqua opposita formaliter: ita ꝙ eadem albedo sit realiter similitudo et dissimilitudo: et similiter ꝙ aliqua natura sit realiter paternitas: et realiter filiatio videtur impossibile: nisi de natura omnino illimitata cuiusmodi est essentia diuina: que propter sui infinitam illimitationem continet per realem idemptitatem generationē actiuam et passiuam: siue paternitatem et filiationem. Si ergo eadem albedo non sic continet similitudinem et dissimilitudinem: sequitur ꝙ si nunc est realiter similis: non erit realiter dissimilis: et sic poterit separari a dissimilitudine. ¶ Et cum dicit ꝙ essentia diuina continet ipsa relatiua formaliter: debet intelligi tantūmodo secundum idemptitatem realem: et non sic formaliter. ita ꝙ essentia diuina et paternitas sint vna formalitas. nam secundum doctorem distinctio. secunda. primi parte secunda. questione prima. dicuntur non esse eadem formaliter et negat ibi istam consequentiam. ergo distinguuntur formaliter. tamē expresse distin. 8. questione tertia. tenet ꝙ distinguuntur formaliter: et hoc idem alibi tenet. ¶ Preterea tertio arguitur. idem omnino non continet plura eiusdem rationis secundum perfectam idemptitatem eadem sibi: hoc est manifestum. Sed plures relationes eiusdem rationis sunt in eodem fundamento. vt plures similitudines in eadem albedine. ¶ Item quarto sic: continens aliquid per idemptitatem: si est perfectius: concludit etiam contentum in eo esse perfectius in eo per idemptitatem: sicut anima perfectior habet perfectiorem intellectum. Sed non omne albius est similius. ergo. ¶ Aduerte tamen: quia dictum doctoris: scilicet. continens perfectius realiter: et contentum erit perfectius videtur dubium / quia angelus continet realem relationem ipsius ad deum. ⁊ hoc per idētitatem realem: et similiter lapis creatus: ⁊ tamen relatio angeli non est perfectior relatione lapidis. Si dicatur ꝙ dicitur perfectior non ratione sue formalitatis: cum sint eiusdem rationis: sed ratione fundamenti cum quo idemptificatur realiter: idem dicam de albo: vt. 8. comparato ad album vt. 2. et de albo vt duo comparato ad aliud album vt duo. Nam album vt duo est magis simile albo vt duo ꝙ albo vt. 8. et sic similitudo albi vt. 8. ad album vt duo erit maior secundum ipsum. Sed ego dicam: ꝙ licet ratione sue formalitatis dicatur minor et imperfectior: tamen ratione fundamenti: cum quo idemptificatur realiter erit perfectior: et sic videtur hoc argumentum non concludere. ¶ Dico primo: ꝙ argumentum doctoris bene concludit precipue in proposito quia si similitudo realiter nichil aliud sit quam suum fundamentum: sequitur de facto: ꝙ fundamentum nobilius erit magis simile quam fundamentum valde minus nobile. cuius tamen contrarium experimur: vt patet in exemplo de albo vt. viij. comparato ad album vt duo. ¶ Ibi. preterea quinto contenta in aliquibus per idemptitatem non minus differunt in continentibus magis distinctis. Hoc argumentum stat in hoc ꝙ si relationes sint eedem fundamento: ꝙ quanto fundamenta plus differunt: tanto et ipse relationes plus differunt cum sint eedem res. Sed hoc est falsum:

Tertia rō

Quarta rō

Dubitatio facilis.

Quinta rō

quia equalitas que fundatur in quantitate: ⁊ similitudo que fundatur in qualitate minus differunt: quia vnius modi: ꝙ similitudo et actio que fundantur super eundem calorem cum sint alterius et alterius modi: vt patet quinto Metaphisi. tex. commen. 20. ¶ Ibi sexto. relatio rationis est alia res a suo fundamento ergo et relatio realis erit alia res a suo fundamento. ⁊c. In ista littera dicit doct. sicut multe relationes rationis sic distinguntur a fundamento: ꝙ fundamentum potest esse sine illis: ⁊ hoc patet: quia vna secunda intentio vt cognita: potest comparari ad aliam secundam intentionem cognitam: talis comparatio passiua est relatio rationis: que fundatur in alia relatione rationis cognita: sic similiter erunt multe relationes reales: sine quibus fundamentum potest esse. Et cum dicit ibi probando consequentiam ꝙ relatio rationis est modus obiecti in primo actu intellectus. ¶ Notandum ꝙ duplex est relatio rationis. Nam quedam est que vocatur secunda intentio: que fit per secundum actum intellectus: scilicet per actum comparatiuum: et actus comparatiuus dicitur secundus actus: quia non potest esse talis actus nisi presupposita cognitione extremorum: que ad inuicem comparantur. Et quedam relatio rationis fit per actum rectum intellectus: quo intelligit. a. per ipsam intellectionem. a. dicitur habere esse cognitum. denominatione tamen extrinseca: vt notat doctor in quarto. distinctione prima. questione prima: et tale esse cognitum est modus obiecti: quia per illud modificatur obiectum in tali esse: sicut dicimus: ꝙ albedo in homine est modus: quia modificat ipsum cum facit ipsum stare pro homine albo. Dicit ergo doct. ꝙ sicut relatio rationis est modus obiecti in primo actu intellectus quo intellectus primo intelligit obiectum: et tamen non est in se nichil in genere intelligibilium ⁊c. i. ꝙ ille modus / siue esse cognitum est aliquid de numero intelligibilium: licet non ita primum / sicut primum obiectum cognitum. Quomodo autem relatio rationis sit de numero intelligibilium: et quomodo dicatur per se intelligibilis: et quomodo contineatur sub adequato obiecto intellectus: vide que diffuse exposui super primo Doctoris distinctione tertia. questio. iij. vbi sunt valde notabilia. ¶ Ibi preterea probatur concluno ista. Hic doctor intendit probare predictam conclusionē per auctoritates: q̄ auctoritates sic clare sunt in lra: ꝙ nō indigēt expositiōe: ⁊ vt dicitur ibi. Item philosophus. 12. meta. c. 2. tex. cōmē. 16. vbi vult. ꝙ sicut principiata sunt alia. ita principia: nam si principiatum est absolutum necessario principia intrinseca erunt absoluta: aliter esset absolutum ⁊ non absolutum: cum entitas absoluti realiter dependeat a principiis intrinsecis: ⁊ si principiatum est relatio: principia intrinseca puta genus ⁊ differentia erunt relationes. ¶ Item Auicena tercio metaphisico. capitulo de relatione: videtur velle ex intentione. ꝙ relatio habeat certitudinem propriam: ⁊ in principio capituli vult: ꝙ secundum suam certitudinem habeat proprium inesse: ⁊ propriam accidentalitatem. vbi sic ait: oportet inquit loqui de ad aliquid: ⁊ ostendere quomodo debeat certificari quidditas relata: ⁊ relationes ⁊ eorum diffinitio. Sed quod premisimus in littera: potest sufficienter intelligi: si autem posuerint relationem esse: profecto erit accidens: ⁊ hoc non est dubium: quia est res: que non intelligitur per se: sed intelligitur semper alicuius ad aliquid. non enim est relatio que non sit accidens: cuius prima accidentalitas est substantia: sicut pater ⁊ filius. vel quantitati ⁊c. apparet enim expresse: ꝙ relatio talis habeat propriam entitatem. ¶ Aduerte tamen: ꝙ aliquid habere propriam certitudinem potest dupliciter intelligi. primo ꝙ possit ex se certificare intellectum causando speciem intelligibilem sui. ⁊ hoc modo nulla relatio habet propriam certitudinem: quia talis cognitio non potest causari ab aliqua relatione. sed tantum a fundamento et termino: quia nec mouere intellectum: nec causare speciem intelligibilem sui: quia si sic: sequeretur ꝙ absolutū siue effectus absolutus: puta species intelligibilis: que ē ens absolutum: essentialiter dependeret in esse et ī cōseruari ab aliq: qd̄ essētialit̄ ⁊ formalit̄ ⁊ q̄dditatiue eēt relatio: qd̄ ē absurdū ⁊ ipossibile. ¶ Et si q̄rat̄ aq̄ causat̄ cognitio relationis. Respondeo eo modo quo exposui in primo distin. 3. questio. 3. Secundo potest dici habere propriā cer

Sexta rō

Duplex relatio rōnis

Adducūt auctoritates ad probāduz idē.

Aliq̄d hēre ꝓpriam certitudinē dupliciter pōt ītelligi ꝙ nota.

titudinem ex hoc ꝙ habet propriam intelligibilitatem ⁊ di=
stinctam a fundamento et termino /ita ꝙ sit nata cognosci
cognitione distincta /alia a cognitione fundamenti et termi
ni:licet talis cognitio causetur a fundamento et termino:
et hoc modo relatio potest dici habere propriam certitudi=
nem. ¶ Ibi.et quia posset propteruiri de relationibus con=
cedendo eas non esse easdem realiter fundamento. non ta=
men esse alias realitates negando eas esse aliquas res .di=
cendo relationem esse tantum in actu intellectus. ¶ Cõtra
hoc arguitur.hic doct.intendit probare multiplici via:ꝙ re
latio sit aliqua res preter omnem operationem intellectus.
prima via. quia si sic non esset: destrueretur vnitas vni
uersi/quia sm Philosophum.12.Metha.tex.com.52.vni
tas vniuersi est in ordine partium ad se inuicem: et ad pri=
mum.Cum ergo vniuersum non consistit in sola operatiõe
intellectus :vt patet .ergo talis vnitas:que est relatio ordi=
nis partium ad inucem: et ad primum erit realis:et addit
doct.ꝙ contra negantes relationem esse rem extra actum ĩ
tellectus .potest dici verbum philosophi.12.Metaphi .tex.
sine commento:ꝙ tales qui sic dicunt inconnexam faciunt
vniuersi substantiam. ¶ Ibi.secundum probatur.secundo
probat doct.idem:quia ex hoc destrueretur omnis composi
tio in vniuerso :quia nichil est cõpositum sine vniõe partiũ:
patet/ergo in composito reali erit vnio realis partium.vnio
autem est formaliter relatio:⁊ quod dicit doct. ꝙ composi=
tum reale non dependet ab eo quod est ratio tantum /vult
dicere :ꝙ compositum reale non preexigit de necessitate
relationem rationis.quia ens reale non preexigit de neces=
sitate ens rationis :vt patet a docto.primi distin.8.quest.pe
nultima.et vide que ibi exposui .Cum ergo compositũ rea
le de necessitate preexigat vnionem partium:sequitur ꝙ ta
lis vnio erit relatio realis. Nota etiam ꝙ compositum non
dependet a tali vnione :vt ab aliquo quod sit de essentia il=
lius:qr tũc relatio realis esset de essẽtia absoluti:quod est ĩ=
possibile :nec etiam dependet in essendo:ꝙ sit dependentia
essentialis entitatis compositi ad illam relationem :quia vt
sic tantum dependet a causa in essendo . ¶ Secundum pro
batur:quia si non esset relatio realis:destrueret̃ omnis com
positio in vniuerso.et ratio stat in hoc/quia nullum compo=
situm reale potest esse sine vnione partium componentium
sed talis vnio de necessitate est relatio realis:quia da oppo
situm tunc sequeretur:ꝙ ens reale dependeret ab eo quod
est tantum ens rationis: cuius oppositum experimur: quia
posito per impossibile ꝙ nullus intellectus esset : si ignis es
set applicatus ligno ex materia ligni et forma ĩtroducta ab
igne:causaretur compositum reale:quod non posset esse si=
ne vnione partium :ergo talis vnio esset ibi non per consi=
derationem intellectus. Similiter posito ꝙ intellectus esset
et actu non consideraret:vere causaretur compositum na=
turale:in quo esset realis vnio partium .Et addit doctor: ꝙ
hoc est specialiter verum in composito naturali. quicquid
sit de artificiali:si tamen artificiale diceret positiuum rea=
le idem sequeretur:sed quia adhuc nõ est terminatũ apud
omnes :ꝙ artificiale inquantum artificiale dicat entitatem
positiuam:licet doctor expresse teneat ipsum dicere entita=
tem positiuam .vt patet in libro sex principiorum . ¶ Et no
ta in littera :vbi videntur duo dubia. Primo quia dicit:ni=
Pulchra chil reale dependet ab eo quod est tantum relatio rationis:
dubia. ex hoc videtur sequi : ꝙ compositum reale dependeat ab
vnione partium :et tunc queritur cum omnis dependentia
sit causati ad causam :vel mensurati ad mensuram:vel su=
stentati ad sustentans:sed nullo istorum modorum depẽdet
compositum absolutum ab vnione partium:vt patet discur
rendo per omnia ista . ¶ Secundum est ibi: nullum totum
compositum erit reale naturale:si necessario ad suum eẽ re
Scdm du= quirat relationem rationis. Nam partes componentes ab
bium. eterno habuerunt esse cognitum et diminutum:quod ẽ tan
tum relatio rationis:vt subtiliter patet a docto.in primo di
stin.35.et.36.ergo compositum reale de necessitate presup
ponit relationem rationis. ¶ Respondeo ad primum dubi=
ũm:ꝙ compositum reale non dicitur dependere in aliquo
Ad primũ genere causarum supradictarum :sed dicitur dependere
dubium. ex hoc:quod de necessitate preexigit vnionem partium:si-
cut etiam dicimus:ꝙ filius in diuinis depcndet a patre ex
hoc solo :quod preexigit ipsum patrem : vt notat doctor in
primo distin.secunda parte secũda.q.3.modo manifestum
est:ꝙ compositum reale non necessario preexigit ad sui es=
se ens per actum intellectus fabricatum. ¶ Ad secundum
dico: ꝙ et si idee preexigantur :que dicunt relationem ra= Ad secũdũ
tionis :non tamen sic preexigũtur :vt compositum necessa= dubium.
rio dependeat ab illis:quia si per possibile vel impossibile
non essent huiusmodi idee adhuc agens naturale non im=
peditum produceret compositum reale. ¶ Tertium pro=
batur . Dicit doctor : ꝙ si non esset relatio realis destruere=
tur omnis causalitas cause secunde:quia certuꝫ est:ꝙ cau
se secunde non possunt causare nisi proportionate et appro
ximate.ergo talis approximatio erit relatio realis super=
addita ipsis causis.probatur consequentia quo ad duo:sci
licet ꝙ talis approximatio sit aliquid de nouo:patet:quia
quando sunt omnes separate : non possunt agere . ergo si
agunt vt approximate .ergo aliquod nouum habent:quod
prius non habuerunt . Secundum est . ꝙ talis approxi=
matio sit relatio realis:quia si non:tunc talis approxima=
tio esset tantum per actum intellectus collatiuum :quod est
manifeste falsum. ¶ Ibi: quartum probatur .Deinde pro
bat doc. ꝙ negando relationem realem : est destruere rea
litatem scientie mathematice:patet.quia omnes conclusio
nes mathematice demonstrant relationes de substantiis/
quod patet per Philosophum.13.Metaphisice.cap.1.in
fine : qui sic ait .boni autem maxime species: et ordo : et
commensuratio: que maxime ostendunt mathematice sciẽ
tie : quia illa ars est maxime in proportione et mensuris
aliquorum adinuicem. ¶ Ibi :secundo patet per experien
tiam discurrendo per conclusiones mathematicas :in qui=
bus omnibus communiter predicatum est aliqua passio re
latiua :patet de prima conclusione geometrie: in qua de=
monstratur equalitas lateris de triangulo : quia triangu=
lus equilaterus est ille:qui habet tria latera equalia:et si=
militer de linea recta potest predicari hoc quod est esse ba=
sim anguli equilateri.Et sic illa linea que dicitur basis:est
equalis aliis lateribus : vel de linea recta potest predica=
ri hoc . quod est esse latus trianguli equilateri : quia trian
gulus equilaterus constat ex tribus lineis rectis adinui=
cem equalibus ⁊c. ¶ Ibi . ꝙ si adhuc propteruiatur :
ꝙ licet relationes non sint formaliter entia rationis sꝫ ali=
quid extra intellectum :et non idem fundamento : non ta=
men sunt alie res a fundamento : sed tantum sunt modi
proprii rei. Ista instancia videtur tantum contendere de no
mine modi et rei : licet enim modus non sit ita res sicut il=
la cuius est modus:et hec tota littera est clara vsqꝫ ibi.Ad
primum alterius opinionis. ¶ Hic doctor soluit rationes
pro opinione Henrici :qui Henricus quasi in principio que
stionis .primo sic arguit probando ꝙ omnis relatio sit ea=
dem fundamento :et ratio prima stat in hoc: quia si de ra=
tione relationis est:ꝙ sit alia a fundamento.ergo relatio ĩ
diuinis : que transfertur ad deum secundum propriam ra
tionem relationis : erit alia res ab essentia diuina : quod
est impossibile :et addit ꝙ album simile non est composi=
tius ꝙ album tantum.ergo relatio similitudinis non addit
aliam rem fundamento. ¶ Respondet doct.ibi ad primum
alterius opinionis.et dicit:ꝙ sicut nullum absolutum ali=
cuius generis formaliter transfertur ad diuina : ita nec
aliqua relatio generica : et hoc diffuse ostendit in primo Q...
distin.8.questio.secunda.Et nota duo ĩ ista littera doct.pri relationes
mum ibi :relationes que formaliter dicuntur de deo non formalit̃ di
sunt alicuius generis.Hoc debet sane intelligi :aut for= cantur de
maliter accipitur quidditatiue: aut denominatiue . Pri= deo.
mo modo nulla relatio includitur quidditatiue in deo vt pa
tet a docto. in primo distin. 1.questio.secunda.⁊ distin.secũ
da parte secũda questio.3.dicuntur ergo predicari forma=
liter denominatiue tantũ : quia vere ⁊ ex natura rei predi
cãtur de deo :sicut dicimus ꝙ deus est pater filius ⁊ spi=
ritus sanctus.vt patet a doctore in primo distin.4.questio.
secunda.⁊ distin.5. questio.secũda non intelligas tamen:
ꝙ relatio possit predicari formaliter de deitate:quia de vl
timate abstracto non potest aliquid formaliter predicari
nisi in primo modo dicendi per se : vt patet a doctore in
primo distin.5. questio.prima. Et licet paternitas imme=
diate fundetur in essentia diuina : non tamen denominat
ipsam vt patet a doctore vbi supra : potest tamen predi= Quõ que
cari idemptice quia hec est vera:deitas est paternitas:vt dicunt̃ de
patet a doctore : vbi supra . ¶ Secundo nota ibi: quod deo sũt trã
dicit ꝙ absoluta et relationes que formaliter dicuntur de scẽdentia.
deo non sunt alicuius generis :sed transcendentia ⁊ passio

siones entis in cõmuni/hoc debet intelligi de passione disiuncta:quia absolutũ ⁊ respectiuum diuidunt ens:et quia dicit:ꝙ competũt enti inquantum ens videtur dubium:quia ens inquantum ens prius diuiditur per ens quantum:et nõ quãtum:⁊ ens nõ quantum est relatio in diuinis:vt patet a doctore.q.4.quoli. Ens vero quantum quod dicit aliquaz entitatem includẽtem perfectionem:⁊ excludentem imperfectionem: vel entitatem includẽtem perfectionem :et non excludẽtem omnem imperfectionem :vel entitatem nullam includentem perfectionem:nec excludentem omnem imperfectionem immo necessario includẽtem imperfectionem:puta limitationẽ:cuiusmodi forte sunt relatiões gñice: et sic debet intelligi ista diuisio entis quanti et nõ quanti.ita ꝙ ens non quantum :de necessitate excludit omnem imperfectionem:⁊ non includit formaliter aliquaz perfectionẽ: Dico ergo:ꝙ ens prima sui diuisione diuiditur per quãtum ⁊ non quantum :et quantum diuiditur in absolutũ et respectiuum finitum ⁊ infinitum:et sic videtur : ꝙ absoluta et respectiua dicta de deo competant enti inquãtum ens. Dico ꝙ quamuis ens non quantum ĩmediate diuidat ens reale:quod est communissimum: ⁊ ens quãtum diuidatur per absolutũ et respectiuum ⁊c. ⁊ sic ens non quantum est passio non conuertibilis cum ente:sed est passio disiuncta entis inquantum ens:et ens absolutum:dicens pfectionez sit passio entis quanti:dico ꝙ sic debet intelligi :ꝙ sunt passiones entis inquantum ens id est ꝙ competunt enti anteq̃ diuidatur in decem gñ̃a. et loquitur hic de absolutis/que dicunt pfectionem simpliciter:⁊ sic patet ista littera.

Vide q̃ pulcre scotizet.

¶ Ibi.ad illud quod non est compositum album simile ⁊c. dicit doctor. ꝙ album simile ex quo constat ex duabus rebus : quarum vna est potentia:et reliqua est actus.erit magis compositũ q̃ album tantũ:et presertim hoc debet concedi ab Henrico:qui vult:ꝙ in diuinis sit quasi cõpositio ex quasi potentia:⁊ ex actu.vult enim ꝙ persona diuina dicat̃ quasi composita ex relatione et essentia:vt patuit a doct.in probando opinionem Henrici de quasi compositiõe.d.5.q.2.primi.

Scd̃m argumẽtum p̃ncipale Hen. Et nota.

¶ Secundo principalit̃ arguit Henricus per viam mutationis:quia si relatio esset alia res a fundamento:ergo fundamẽtum realiter posset mutari ad illam.et sic relatio esset terminus alicuius mutatiõis: qd̃ est cõtra Philosophũ.5.phisico.tex.cõ.10. ¶ Respondet doctor ibi ad secundum de mutatiõe. Hic adducit respõsionẽ Simplicii super predicamẽtis.qui vult:ꝙ sicut relatio nõ est forma ad se.i.nõ est forma absoluta:sʒ ad alterum ita illud cui aduenit non mutat̃ ad se sed ad aliud.i.ꝙ non mutatur ad aliquod absolutum recipiendo illud:sed ad aliud .scilicet recipiendo relationez:s̃m quaz est ad aliud:subiectum enim mutari ad se est : quãdo mutatio terminatur ad absolutum receptum in subiecto:mutari vero ad aliud est quando mutatio terminatur ad relationem:que recipitur in absoluto.primo modo in ad aliquid non est mutatio:sd bene secũdo modo: quia s̃m relationem se habet aliquis aliter ad alterum q̃ prius se habuerit. ¶ Sequit̃ in textu:phũs tñ. Quia ponit ꝙ non est possibile aliquid aliter se habere ad alteruz:nisi aliter se habeat ad se:ideo dicit:ꝙ in ad aliquid non est motus.vnde solum ostẽdit in quibus predicamẽtis est per se primo motus:⁊ in quibus nõ. Et ꝓ clariori intelligentia huis dicti:patet hoc per exemplũ : quia si aliquid mutat̃ ad alterum:hoc non potest eẽ nisi acquiratur aliquod absolutuz vel in subiecto:vel in termino. vel saltem aliquod absolutum remittat̃. Nam si albuz vt octo comparet̃ albo vt quattuor : nunq̃ album vt octo erit perfecte simile alteri albo vt quattuor :nisi albũ vt quattuor intendatur vsq̃ ad octo gradus:⁊ sic fit mutatio absoluta in termino:vel potest fieri mutatio in subiecto:vt si album vt octo deperdat quattuor gradus albedinis:⁊ tunc erit perfecte simile albo.vt quattuor: et sic patet :ꝙ non est mutatio ad alterum:nisi sit mutatio ad se in subiecto:vel in termino :mutatione siquidem acq̇sitiua:vel deperditiua :et quia ad tale absolutum acquisitum vel deperditũ in instanti resultat relatio:puta similitudo:sequitur ꝙ ad relationem non sit motus. q2 motus fit in tempore :et licet possit esse motus ad fundamẽtum vel ad terminum :quum possint acquiri in tempore ad relationem tamen non potest esse motus:cum illa positis extremis de necessitate nature in instanti resultet. Potest tamen concedi sane intelligendo :ꝙ ad relationem sit mutatio:non ꝙ proprie ipsa relatio intrinsec9 adueniens:sit immediate terminus alicuius mutationis: cum ad relationez talem non sit motus :nec mutatio:vt patet.5.Phisi.tex.com.10. Sed ex hoc dicitur acquiri per mutationem :quia in vltimo instanti acquisitionis termini vel fundamenti de necessitate nature resultat talis relatio:de hac tamẽ materia vide que diffuse exposui super tertio doct.distin.1.quest.prima.

Exẽplũ accõmodatũ

Tertia rõ p̃ncipalis Hen.

¶ Tertio pricipaliter arguit Henricus ibi .tertio arguitur: et ratio clara est in littera.

Quarta rõ Hen.

¶ Quarto arguitur ibi.quarto si esset ⁊c.et ratio stat ĩ hoc: ꝙ si relatio : puta similitudo esset alia res a fundamento :cum illa sit accidens :tũc haberet propriam accidentalitatem:videlicet propriam inherentiam:et talis inherentia est relatio :et tunc quero aut est eadem fundamento :aut alia :si eadez .ergo et similitudo erit eadem fundamento :quia nõ est maior ratio de vna relatione q̃ de alia si alia erit processus in infinitum.

Ad t̃tiaz.

¶ Respondet docto .ibi: ad tertium de inesse: concedo ꝙ relatio habet proprium suum in esse. Sicut dicit Auic.3.Methaphisi.pro clariori intelligentia huius littere. Nota aliqua que dicit ĩ ista littera. Primo: ꝙ relatio predicamentalis habet suum proprium inesse siue propriam inherentiam ad subiectum. et hec est duplex.s.actualis : et aptitudinalis:sicut est etiam de accidente absoluto. Sed differentia est inter accidens absolutum et respectiuum :quia respectiuum nunquam potest habere inherentiam aptitudinalem :quin simul habeat et actualem:quia impossibile est esse aliquam relationem actu separatam a fundamento :vt probat doct. in quarto .in materia de eucharistia .absolutũ vero potest habere aptitudinalem sine actuali:vt patet de quantitate separata in sacramento altaris que actu nulli subiecto inheret:sed tantum aptitudine.et ꝙ sit ibi aptitudinalis:patet a doct.vbi supra.et in.7.Metaphisi.sue.

Plura notãda.

¶ Secũdo dicit:ꝙ tale inesse:siue inherentia:siue actualis:siue aptitudinalis:non est de essentia accidentis :cũ de necessitate sit posterior ipso acidente:et sic non pertinet ad intrinsecam compositionem essentialem accidentis .vt probat doct.vbi supra: nam tale esse aptitudinale est tantum passio :⁊ hoc est quod dicit :tamen non est commposita compositione respiciente naturaz generis: quia illud quod est per se in aliquo genere:componitur per se ex genere et differentia :si est species .si vero indiuiduum ex natura speciei ⁊ hecheitate:si vero generalissimum:et sit compositum illud compositum ex realitate a.et realitate.b.q̃ sũt ignota nobis/quaꝝ nulla dici põt genus vel differentia. ¶ Tertio no.ꝙ relatio. ⁊c.dicit ꝙ si aliqua relatio immediate fundaretur super subiectum quasi dubitando an aliqua fundetur immediate/licet s̃m eum multe relationes immediate fundentur/ vt patet de paternitate:et filiatione :vt innuit doctor ĩ tertio.distinctio.8. Patet etiam de similitudine et equalitate accipiendo simile ⁊ equale large/vt notat docto.in primo.distin.31.et inquolibetis.questio.6.de idemptitate :patet etiam ab ipso /vbi supra. Et cum dicit henricus allegando Simplicium/ꝙ relatio immediate fundatur in quantitate et qualitate et non in substantia. Dico ꝙ si loquamur de similitudine et equalitate/vt loquitur Aristo.quinto Metaphisi.cap̃.de ad aliquid .tex.com. 20. Dico ꝙ verum est loquendo de similitudine stricte et proprie /non autez improprie/vt patet a docto.vbi supra.

Ad q̃rtam rõnẽ hen.

¶ Ibi.ad quartum de processu in infinitum. Dico ꝙ non sequitur /quia relatio seipsa refertur ad fundamẽtum .nõ eñ potest esse absq̃ fundamẽto:nec absq̃ se sine ꝯdictiõe.ipsa ei existẽte et fundamẽto simul/ãbo sunt extrema illi9 relatiõis/q̃ est ei9 ad fundamentũ /⁊ ipsa nõ est absq̃ contradictione sine relatione/ eius ad fundamentum /et ita sine contradictione non potest esse sine fundamento /et ita relatio illa qua ad fundamentum refertur /erit eadem sibi/hec doct.

Dubiũ.

¶ Sed occurrit dubium/quia non videtur/ꝙ doct.directe respondeat ad argumentum Henrici .vt patet intuenti argumentum illud. Dico ꝙ si bene attendantur verba doctoris /directe respondet et soluit argumentum Henrici. Nam primo probat doctor/ꝙ impossibile est relationem/puta similitudinem eẽ sine fundamento/puta albedine /in quo fundatur/quia non potest eẽ/nec habere esse nisi habeat fundamentum et terminum /puta aliud album pro termino /quia necessario dependet ab illis/deide seq̇tur/ ꝙ si talis siĩtudo nõ põt eẽ sine fundamento.ergo ipa refert̃ ad fundamẽtũ/ptʒ/q2 distinguit̃ a fundamẽto/⁊ distinctum inquãtum distinctum distinctiõe/ refertur ad

aliud distinctum: ⁊ similiter alietate refertur ad funda-
mētum: ⁊ talis alietas: que fundatur in similitudine: est
simplr̄ eadem res cum similitudine: patet p fundamentū
Scoti presenti questione. ⁊ in tertio distin. 8. qui sic dt.
¶ Cuicunqꝫ fundamento repugnat esse sine termino: re
latio fundata in illo realiter idēptificatur illi. Sꝫ repu-
gnat similitudini eē sine termino. puta albo: ⁊ alietas fun
datur in tali similitudine: ⁊ terminatur ad albuꝫ. ergo ē
eadem realiter cuꝫ similitudīe: ⁊ sic patet rn̄sio ad argu-
mentū Hen. Cū ergo dicit ab Henri. similitudo est alia
res a fundamēto: cōceditur. sed alietas est quedaꝫ rela-
tio fundata in similitudine: ergo erit alia a silitudine: et
sic erit ꝓcessus in infinitū. Dico ꝙ similitudo ē alia fun
damento realiter: alia seipsa: quia illa alietas est reali-
ter ipsa similitudo. ¶ Per idē dico de inherentia: si ar-
gumētum Henrici intendit simile concludere de inherē
tia: vt dixi supra. dico enim: ꝙ si similitudo inheret: pu-
ta albo: et cōcedo: ꝙ inherentia inheret: ⁊ cum queritur
illa inherētia: aut est alia a similitudine aut eadē. Dico
ꝙ eadeꝫ: quia similitudini repugnat esse sine termino: er
go relatio fundata in tali similitudine: que est ad termi-
num sine quo. similitudo non potest esse: erit eadem simi
litudini. et cōcedo: ꝙ similitudo seipsa inheret realit̄: et

Ultima rō Hen.

sic non est processus in infinituꝫ. ¶ Quinto ⁊ vltimo ar
guit Henricus ibi. Quinto relatio non habet distictio-
nem in species suas: nisi penes fundamenta. ergo si rela
tio esset alia res a fundamento: haberet ex se formaliter

Duplex distictio p intriseca.

distinctionem in suas species. ¶ Respondet doc. ibi ad
quintum de distinctione ⁊c. ⁊ rn̄sio clara est: nam duplex
communiter assignatur distinctio: quedam est per itrin
seca: et hoc dupliciter. s. quidditatiue: ⁊ denominatiue.
Exempluꝫ primi homo distinguitur quidditatiue ab asi
no per rationale: quod est ratio formalis distinguendi
quidditatiue hominem ab asino. Exemplum secundi. ho
mo albus differt ab homine nigro. quia albedo in homi
ne est ratio formalis distinguendi ipsum accidentaliter
a nigro. Est alia distinctio: que sumitur tantum ratione
fundamenti. Est etiaꝫ alia distinctio: que sumitur a cau-
sa extrinseca: sicut dicimus. ꝙ. a. ⁊. b. habent effectiue di
stinctionem a cā producente. a. et. b. ad ꝓpositum ergo
dico: ꝙ paternitas ⁊ filiatio distiguntur spē p proprias
differentias intrinsecas et essentiales et si distinguntur
per fundamenta: hoc accidit eis. Et ex his patet respon
sio ad omnes obiectiones Henrici.

¶ Ibi. hoc ergo viso de relationi-

bus in communi: videndum est de relationibus ī specia

Hen. q̄lib. iii. q. ix.

li creature ad deum. Hic doct. primo recitat opinionem
Henrici quolibe. 3. q. 9. qui dicit: ꝙ relatio creature ad
deum: est eadē realiter cum ipsa creatura: ⁊ in hoc nō di
scordat a docto. qui in presenti questione probat: ꝙ ta-
lis relatio nullo modo distinguitur realiter a creatura:
sed discordat in hoc a doct. quia hec opinio addit: ꝙ ho
mo nichil aliud est nisi ipa relatio ad deum. ita ꝙ in ho-
mine realiter: et formaliter: et quidditatiue est tātum re
latio vestigialis ad deum: que etiam opinio diffuse im-
probata est a doct. in pmo distin. 3. q. 5. Et licet docto.
ponat ipsam relationē hominis ad deum esse idem reali
ter cum homine: negat tamen: ꝙ sit eadem formaliter et
quidditatiue cum homine: vt ptꝫ presenti. q. vult enim
doctor: ꝙ homo formaliter ⁊ quidditatiue sit quoddam
absolutum prius natura ipsa relatione ad deum: vt pa-
tet infra presenti. q. ⁊ in primo distin. 3. q. 5. et ꝙ homo
dicat tale absolutum prius relatione vltra rationes: q̄s
adducit in primo vbi supra. hic specialiter adducit ali-
quas alias rationes: quarū prima est ibi. ¶ Contra istā
opinionem est Augusti. 7. de tri. c. 2. Om̄e quod relati-
ue dicitur est aliquid excepto relatiuo: ⁊ in principio ter
tii: ꝙ nichil est ad se: nō est qd ad alterum dicatur. Et li

Rōnes ꝙ creatā nō sit tm̄ relatio vestigialis.

cet iste auctoritates prius exposite sint in primo. di. 1. q.
2. et in quolibe. q̄. 1. aliqualr̄ tamen declaro hāc litteram
cum dicit: fundamentū relationis est aliqua entitas for
maliter non includens illam relatione formaliter: quia
si formaliter includeret eam: non erit formaliter relatio
ad aliud: sed ad se: quia fundamentum suum est forma-
liter ad se: cum quo ponitur formaliter idem: nec posset
esse fundamentum primū relationis. aut enim esset que
rere de illa relatione prima in qua poneret̄. Hic doctor
in ista littera tangit plura. Nam primo supponit ꝙ de-
tur aliquod fundamentum relationis quod sit formali-
ter entitas absoluta: vt patet per dictum Augusti. et ex
hoc sequit̄: ꝙ relatio fundata in eo non sit eadem forma
liter fundamento: nec de forma ipsius: quia tunc seq̄ren
tur duo incōueniētia. Primo relatio esset entitas ad se
formalit̄: patet: quia que sunt idem formaliter et quiddi
tatiue: si vnum est formaliter ad se: et reliquum: patet qr
dicunt eandem formalitatem: et est impossibile: ꝙ eadē
entitas formalit̄ sit formalit̄ ad sē ⁊ formaliter ad aliud.
Secūdo sequeretur: ꝙ entitas formaliter ad se esset for-
maliter ad aliud: patet quia si relatio et fundamentum
sint idem formaliter ⁊ quidditatiue: sequitur: ꝙ cum re-
latio sit formaliter ad aliud: quod etiam fundamentum
erit formaliter ad aliud: quod tamen ponitur entitas ab
soluta: vt patet per auctoritatem Augusti. Secundo pn
cipaliter dicit: ꝙ relatio non posset esse fundamentum
primum relationis: quia adhuc esset querere de illa re-
latione prima: in qua poneretur: aut immediate ponitur
in aliquo absoluto: et habetur intentum: aut in alia re-
latione: et sic processus in infinitum. ¶ Si dicatur. ꝙ ip

Obiectio expositoris

se concedit vnam relationem etiam realem immediate
fundari in alia: vt in primo patuit. ¶ Dico: ꝙ hec instan
tia nulla est: quia hic doctor loquitur de fundamento vl
timato. Nam cum dicit hic: nec posset esse fundamentū
primum. accipit primum fundamentum pro vltimato: ⁊
sic patet ista littera. ¶ Ibi. preterea diffinitio indicat

Seda rō. doct. ꝯ hē.

quidditatem rei: hec est secunda ratio: qua doctor pro-
bat: ꝙ relatio non sit formaliter idem absoluto: ⁊ suppo-
nit ꝙ lapis sit de genere absolutorum: et statim sequitur
ꝙ diffinitio lapidis: et quicquid pertinet ad diffinitio-
nem lapidis: erit formaliter absolutum: quia si lapis nō
erit de genere absolutorum: nec illud quod pertinet ad
essentiam lapidis. Et quod dicit hic. Sed diffinitio la
pidis non includit formaliter respectum ad aliud. Hoc
debet intelligi de diffinitione fundamentali proprie ꝑ-
tinente ad diffinitionem lapidis: non autem de diffini-
tione formali: prout est formaliter declaratio ipsius dif
finiti / quia vt sic est tantum relatio rationis: sed de hoc
vide que exposui in. q. 1. quolibetoruꝫ. ¶ Ibi: tertio sic.

Tertia rō ꝯ Hen.

hec est tertia ratio contra opinionem Henri. Et ratio
stat in hoc: quia dicit Henricus: ꝙ relatio est ipsa crea-
tura formaliter: puta ꝙ lapis est tantum relatio effectus
ad deum efficientem: et sic lapis non magis distingui-
tur a deo q̄ꝫ filius in diuinis a patre: quod est falsum: et
consequentia patet. quia relationes opposite eque disti-
guntur: sicut patet. Nam paternitas in Johanne: et fi-
liatio in Petro: ita distinguntur int̄ se: sicut paternitas
in Francisco: ⁊ filiatio in forte: cum omnes eque oppo-
nantur. quia omnes sunt relationes secundi modi: sic in
proposito / relatio filii producti in diuinis: ⁊ relatio pa-
tris producentis sunt eque distincte: sicut relatio dei p
ducentis. et relatio lapidis producti cum omnes per-
tineant ad secundum modum: ergo si lapis nichil aliud
est nisi relatio lapidis effecti ad deum efficientem: sequi
tur: ꝙ lapis non magis distinguatur a deo q̄ꝫ filius a pa
tre in diuinis / et hec ratio concludit contra Henricum.

Aduerte hanc l̄ram

ex dictis Henrici ponentis creaturas non magis distin
gui a deo q̄ꝫ relatiōes diuine inter se. Et nota ꝙ cum di
cit doctor relationes secundi modi fundari in deo respe
ctu creature: non dicit hoc ex intentiōe sua / quia expres
se hoc negat in primo. dist. 3. q. 5. cōtra Henricum / quia
relationes primi et secundi modi semper sunt mutue / vt
patet per Philosophum. 5. Metha. ca. de ad aliquid. t.
cap̄. 20. modo deus nō refertur ad creaturam relatione
reali: vt probat in pmo distin. 30. ¶ Ibi. ⁊ confirmatur
ratio. hec cōfirmatio stat in hoc / quia si lapis est tantuꝫ
relatio ipsius ad deum. ergo sequitur / ꝙ suppositum la-

Bōa expositio

pidis esset tantum relatio subsistens. et sic esset difficil-
lius cōcipere lapidem q̄ꝫ cōcipere personam diuinam.
est enim difficile credere tres personas diuinas esse ve-
re subsistentes / et vera supposita per relationes / et ta-
men creduntur ibi illa tria supposita. sic per relationes
constituta propter infinitatem diuine essentie: vt pa-
tet communiter per theologos. et maxime per Scotum
in primo distin. 28. et sic erit difficile concipere supposi
tum creatum / si tantum dicat relationem / cum sit omni
no limitatum et finitum. ¶ Ibi. et si dicas ꝙ creature
differunt in natura absoluta in se. non sic diuine. dicit
doct. ꝙ si Henricus vult dicere. ꝙ suppositum Franci
sci et Johannis non differunt tantum per relationes /
sed per absoluta. persone vero diuine nullo modo dif-
ferunt per absoluta / doct. adducit duo incōuenientia
cōtra Henricum ex dictis eius. Primum ꝙ hec respō-

sto destruit positum .videlicet :ꝙ non sunt creature formali
ter relationes:sicut Henricus posuit:secũdum :ꝙ ex dictis
Henrici sequitur ꝙ minus differunt a deo: ꝙ vna persona
ab alia:patet:quia ipse Henricus dicit ꝙ creature inquan
tum participate non differunt specie a deo vt patet in pmo
distin.3.q.5.modo relationes opposite ex rõnibus formali-
bus plus differunt vt patet de paternitate et filiatione. Sz
inter deum et creaturam non sunt relationes opposite : qz
deus non refertur ad creaturam aliqua relatione reali: vt
Quarta rõ ꝫ Henri. — patuit supra. ¶ Ibi.quarto principaliter arguitur sic . hec
est quarta ratio doct.contra Henricum :que est satis clara:
et stat in hoc:quia relationes creaturarum ad deum nõ dif
ferunt specie.patet:quia terminantur omnes ad deum sub
ratione deitatis. Nam quando relationes terminantur ad
deum:vt ad terminum non differunt specie.Si ergo omẽs
creature essent tantum relatio formaliter ad deum nulla
creatura differret specie ab alia : quod est inconueniens.
Quĩta rõ. — ¶ Ibi.quinto sic.in creatura est triplex relatio ad deuz sm
Henricum:qui ponit relationem vestigialem in creatura:q̃
relatio vestigialis includit relationem producti ad rem pro
ducentem:et relationem mensurati :siue exemplati ad exẽ
plar diuinum:relationem finiti ad deum finientem :vt su-
pra patuit in primo distin.3.q.5 . Et ex hoc infert doct.ꝙ
qua ratione ipsa creatura nihil erit:nisi vna relatio:pari ra
tione nichil erit :nisi alia relatio : igitur non potest precise
esse nisi aliqua vna istarum. Nec potest esse omnes iste si-
mul :quia omnes iste differunt formaliter inter se: et patet
sm Henricum :qui posuit illas tres relationes differre sm
tres modos relationum:qui ponũtur ab Aristo.5.Metha.
tex.com.20.et de hoc vide Henricum quolibeto.9.questio.
prima et secunda.Et vltra sequitur:ꝙ tunc quelibet vna es
sentia haberet distinctionem formalem a seipsa: vel seque
retur :ꝙ vna natura formaliter ⁊ specifice esset plura spe-
cifice:quia essent tres relationes specifice distincte:et sic pa
tet quomodo recte improbatur ista opinio . ¶ Ibi aliter po-
nitur .Hec est opinio Henrici quolibeto.9.q.3. qui dicit.ꝙ
relatio agneli ad deum differt realiter ab essentia angeli:⁊
tota ratio sua stat in hoc:ꝙ ipsa relatio est quoddam acci-
dens .innitendo dicto Augusti.quinto de trini.c.4.sic dicẽ
tis:ꝙ in creatura quicquid non sm substantiam dicitur.re
stat vt sm accidens dicatur.⁊ littera clara est. quod dicit
parum infra.ꝙ ergo temporaliter dici incipit deus : ꝙ an-
tea non dicebatur:manifestum est relatiue :dici non tamen
sm accidens dei:sed plane sm accidens eius: ad quod di-
ci aliquid deus incipit relatiue :vult dicere:ꝙ si deus nunc
dicatur creator et prius non dicebatur creator:manifestum
est relatiue dici:non tamen sm accidens dei:ita ꝙ talis re-
latio :qua dicitur creator non est accidens dei:quia ex hoc
solo dicitur creator:quia relatio creature terminatur ad ip
sum deum :vt clare dictum fuit in primo distin.30. ¶ Ibi.
contra istud.hic doct.improbat hanc positionem Henrici .
vult enim doct.ꝙ relatio angeli ad deum :et si non sit eadẽ
formaliter ipsi angelo .est tamen eadem realiter :vt proba
bit.probat ergo primo:ꝙ non distinguatur realiter ex dicto
philosophi.7.Methaphi.tex.com.4.vbi habetur. ꝙ sub-
stantia est prior accidente.scilicet cognitione:diffinitione:et
tempore/et dicit/ꝙ esse prius tempore debet sic intelligi:ꝙ
nulla est contradictio ex parte substantie:quin prius dura-
tione possit esse sine omni accidente:et sic non esset contra-
dictio lapidem esse prius duratione omni dependentia ad
deum:quia talis dependentia ponitur accidens realiter di-
stinctum:et sic lapis poterit esse ⁊ non dependere ad deum:
quod est absurdum. ¶ Ibi.preterea August.aut accipit ibi
accidens pro quolibet mutabili:sententia huius littere est:
ꝙ Augustinus accipit ibi accidens:puta ꝙ ista relatio crea
ture ad deum dicatur accidens : accipiendo accidens pro-
quolibet mutabili:⁊ sic omnis creatura potest dici acidens
quia mutabilis et vertibilis in nichil . Et sic talis creatio ẽ
mutabilis:non ratione sui:sed ratione fundamenti:cuz quo
realiter idemptificatur:vt infra patebit :aut dicitur accidẽs
accipiẽdo ly accidẽs: ꝓ quolibet amissibili:⁊ sic relatio crea
ture ad deum non potest dici accidens :qz non potest amit-
ti manente fundamento.

Pulcherrima doctrina de formalitatib⁹ et breuis

¶ Ad questionẽ istã igitur dico:

ꝙ relatio ad deum communis omni creature: est idem rea
liter fundamento :non tamen idem formaliter:nec precise
idem :siue non idem idemptitate adequata ; ita ꝙ funda-
mentum sit tantum relatio formaliter . ¶ Sed antequam
exponatur opinio doctoris:pro clariori intelligentia premit
to sub breuitate distinctiones et idemptitates:que invariis
locis a Doctore subtili ponuntur: quibus sub breui cõpen
dio declaratis inferam propositum Doc. Dico ergo primo:
ꝙ illa sola ratione distinguntur : hoc est per actum collati-
uum intellectus :que tantum sunt entia rationis: vel quan — Distinctio rationis.
do vnum extremum est ens reale :et aliud ens rationis:si-
cut animal et genus sola ratione distinguntur. Econtra:il-
la sunt eadem ratione:que non possunt distingui per actum
collatiuum intellectus : vt secunda intentio generis in se
comparata:et nulli alteri comparata. Sed simpliciter in se
sumpta: est idem sibi ratione :potest tamen ratione distin-
gui a seipsa :comparando eam ad seipsam :vt comparan-
do intentionem generis :vt in subiecto :ad seipsam vt i pre
dicato:sic dicendo :genus est genus . Nam generi vt in sub
iecto competit hec secunda intentio:scilicet esse subiectum:
et vt in predicato competit sibi hec secunda intentio:quod
est esse predicatum.hoc idem censeo cum dico:homo est ho
mo .homo vt in subiecto distinguitur a seipso vt in predica-
to tantum ratione:quia vt in subiecto aliquis respectus ra
tionis sibi conuenit :qui sibi non conuenit. vt in predicato:
vt supra patuit de genere.

¶ Secunda distĩctio que est mini

Distĩctio ex natura rei.

ma inter omnes distinctiones: que sunt preter opus intelle
ctus :nominatur a doctore distinctio ex natura rei : et licet
omnis distinctio preter opus intellectus dicatur distĩctio ex
natura rei:tamen quia aliqua est vere realis aliqua forma
lis:⁊ aliqua essentialis. ⁊c.in prioposito quando loquimur
de distinctione ex natura rei accipimus minimam distin-
ctionem preter opus intellectus .et sic homo ab animali et
a rationali:tantum ex natura rei distinguitur:que distinctio
apparet ex hoc : ꝙ quando aliquid ex natura rei competit
alicui:quod repugnat alteri:cum quo tamen stat vera idem
ptitas realis:formalis:⁊ essentialis : solum distinguitur ex
natura rei:sicut homini ex natura rei:competit :ꝙ sit totum
quidditatiue et animali repugnat respectu hõis:qui tamen
homo est idem realiter: essentialiter:et formaliter ipsi ani-
mali :sequitur ꝙ homo tantum distinguitur ab animali ex
natura rei.Et per oppositum illa sunt idem ex natura rei:
que sic se habent: ꝙ impossibile est aliquid ex natura rei
competere vni :quin illud idem competat alteri: ⁊ sic ho-
mo erit idem sibimet ex natura rei :et breuiter illa possunt
dici eadem ex natura rei :in quibus nulla apparet distin-
ctio preter opus intellectus:vel si aliquo modo distingunt:
in rõne ratiocinãte distingunt :sicut dicerent thomiste.⁊c.

¶ Tertia distinctio est formalis:

et hec est duplex. quedam positiua: et quedam negatiua : — Distinctio formalis duplex. scz positiua et negatiua
que distinctio patet a doctore in primo.dist.2.patre.2.q.pri
ma et dist. 8.q.secunda.respondendo ad principalia argu-
menta.Distinctio formalis et positiua est proprie inter du-
as formalitates.et pro nunc hoc sufficiat:ꝙ quando vnum
non includit aliud quidditatiue:et sunt due formalitates:il
la vere distinguntur formaliter:sicut patet de animali et ra
tionali:et similiter de subiecto et propria passione:et illa tã
tum formaliter distiguntur positiue.que presupposita idẽ-
ptitate essentiali et reali dicunt duas formalitates:quarum
vna non includit aliam quidditatiue:et sic posita idemptita
te essentiali et reali animalis et rationalis in homine :inter
se animal et rationale formaliter distingũtur:vt patet a do
ctore in primo distinctione . 8.vbi supra. Et talis distinctio
formalis semper presupponit distinctionem ex natura rei .
Econtra vero illa sunt eadem formaliter .que sic se habẽt
ꝙ vnum formaliter et quidditatiue includit aliud:⁊ hoc du
pliciter aut adequate et conuertibiliter aut non adequate: — Idẽptitas formalis duplex adequata.s.⁊ ĩadequata.
exemplum primi :diffinitum i ncludit quidditatiue et ade-
quate diffinitionẽ:et sic homo et animal rationale sunt idez
formaliter adequate: quia conuertibiliter :vnde bene se-
quitur:homo est idem formaliter animali rationali sic ade-
quate :ꝙ quidditatiue nichil aliud includit.Ecõtra sequit:
animal rationale sic adequate dicit totam quidditatem ho
minis :ꝙ non excedit .neque exceditur:⁊ hoc modo nõ tm̃
homo est idem formaliter animali et rationali :sed etiã ani
mal rõnale ẽ idẽ formalit homini.Exẽplũ secũdi scz de idẽ
ptitate formali nõ adequata est de quolibet inferiori respe
ctu superioris:qz inferius includit formaliter suũ superius

et est idem formaliter suo superiori: non autem ecõtra: qr
superius non ẽ idem formaliter suo inferiori: et hoc modo
forte intelligitur dictum doctoris in primo. dist. ij. p. ij. q. pri
ma. vbi sic dicit: voco autem idemptitatem formalem vbi
illud quod dicitur sic idem includit illud cui sic est idem in
ratione sua formali: et per consequens in primo modo dicẽ
di per se. ¶ Si tamen volumus dicere ꝙ etiam diffinitum
sit idem formaliter diffinitioni: et non econtra. adhuc pos
sumus dicere ꝙ est idem: sibi adequate et conuertibiliter:
quia nihil aliud includit formaliter pertinens ad eius quid
ditatem. respectu vero superioris est idez formaliter in ade
quate tamen: quia vltra entitatem superiorum includit dif
ferentias ad eius quidditatem pertinentes: et similiter ho
mo: et si sit idem formaliter rationali: quia includit illud
quidditatiue: non tamen est idem formaliter adequate: cuz
rationale non dicat totam quidditatem hominis: que om=
nia bene nota. Nota etiam ꝙ idemptitas formalis siue ade
quata: siue non adequata stat cum distinctiõe ex natura rei.
id est ꝙ si. a. et. b. puta diffinitio et diffinitum sint eadẽ for=
maliter distinguuntur tamen ex natura rei. De alia distin=
ctione formali negatiua et non positiua. Dico breuiter ꝙ
quando aliqua duo sic se habent ꝙ presupposita idemptita
re essentiali et reali non dicunt duas formalitates: sed vnuz
dicit formalitatem et aliud tantum gradum intrinsecum ip
sius formalitatis: tantum formaliter et negatiue distingun
tur: sic intelligendo ꝙ sunt non idem formaliter vel nõ sunt
idem formaliter: quia vnum non includit aliud quidditati
ue: et hoc modo deitas non est idem formaliter cum infini=
tate: que a Docto. in primo distinctio. iij. q. prima ponit gra
dus intrinsecus essentie diuine: licet in quinta. q. quolib. vi
deatur quodammodo dicere ꝙ sit de quidditate dei: sed de
hoc vide expositionem: quam ibi feci sufficit michi ꝙ gra=
dus intrinsecus sit non idem formaliter cum eo cuius ẽ gra
dus: et hoc patet a docto. in primo distinctio. viij. qõne. ij. Et
si inferatur. a. et. b. sunt non idem formaliter. ergo distingun
tur formaliter. negatur cõsequentia: quia in antecedẽte ne
gatur formalitas: et in consequente ponitur. i. ꝙ in antecedẽ
te cum dicitur sunt non idem formaliter non ponuntur due
formalitates: et in consequente cum dicitur distingũtur for
maliter ponuntur actu due formalitates: et sic intelligi de=
bet illa consequentia: quam negat doctor in primo distictio.
ij. parte secunda. q. prima. sunt non idem formaliter: ergo di
stinguntur formaliter negat consequentiam propter causaz
superius dictam: ista tamen distinctio formalis et negati=
ua presupponit distinctionem ex natura rei: vt ptz intuẽti.

Aduerte locuz multis ambiguuz.

Dinstinctio formalis negatiua.

Distictio essentialis.

¶ **Quarta distinctio dicitur di=**
stinctio essentialis: pro cuius intelligentia est aduertenduz:
ꝙ essentia potest accipi multipliciter. Primo pro entitate qd
ditatiua que tantum dicit esse possibile: sicut dicimus ab
eterno habet esse quidditatiuum siue esse possibile: siue es=
se intelligibile. quod esse est tantum esse sm quid. alio mo=
do accipitur essentia pro entitate simpliciter. et hoc modo
non distinguitur ab existentia: vt infra diffuse exponam: et
aliqualiter supra patuit distin. presenti. quest. ij. et in primo
distinctio. xxxvi. et in tertio distin. vi. Secundo est aduerten=
dum. ꝙ distinctio essentialis potest dupliciter intelligi. aut
que est inter quidditates et quidditates habentes esse scdz
quid. et hoc dupliciter: aut inter quidditates specie distin=
ctas: aut inter quidditates solo numero distinctas. Secun=
do potest dici distinctio essentialis que est inter entitates es
sentiales habentes esse simpliciter. et hoc dupliciter: aut in
ter entitates essentiales specifice distinctas aut inter entita
tes essentiales solo numero differentes. Hijs premissis di=
co quattuor conclusiones. Prima. Omnes entitates quid=
ditatiue habentes esse sm quid modo preexposito specifice
distincte distinguntur essentialiter distinctione specifica. Se
cunda. omnes entitates quidditatiue solo numero differen
tes habentes esse sm quid distinguntur essentialiter distin=
ctione tamen numerali: et que distĩguntur essentialiter hijs
modis non distinguntur realiter: accipiendo distinctionem
realem vt infra exponam que fundatur super existentiam.
Tertia conclusio. omnes entitates essentiales habentes es
se simpliciter que non distinguntur realiter ab existentia di
stinguntur essentialiter simpliciter distinctione specifica. si
talis distinctio est inter entitates essentiales specie distin=
ctas. si vero est inter entitates essentiales solo numero diffe
rentes: tales entitates distinguntur essentialiter numera=

Prima cõclusio.

Scda conclusio.

Tertia conclusio.

liter: vt patet de natura Johannis et Francisci. Quarta cõ
clusio est: ꝙ quecunque distinguntur essentialiter distinctio
ne fundata super entitate habente esse simpliciter distin=
guntur realiter: et hoc modo semper distictio essentialis in=
fert realem et econtra. quia ex quo distinctio realis est inter
rem et rem existentem: sequitur. realiter numeraliter distin
guntur: etiam essentialiter numeraliter: distinguntur: et que
realiter specifice distinguntur: etiam essentialiter specifice
distinguntur: et loquor semper de distinctione reali que pro
prie est inter rem et rem. quod dico propter realem distin=
ctionem personarum in diuinis: que licet distinctio sit inter
aliam et aliam subsistentiam: non tamen inter aliam et aliã
rem proprie: quia alia et alia res includit aliam et aliam en
titatem essentialem. Si ergo distinctio essentialis accipitur
vt distincta a distinctione reali: accipitur distinctio essentia=
lis prout est inter aliam et aliam quidditatem. et si accipia
tur: vt est inter aliam et aliam essentiam debet accipi pro quã
to talis distinctio fundatur super essentiam: vt aliquomo=
do distincta ab existentia: quia tamen talis existentia est sim
pliciter idem essentie: absolute et simpliciter loquendo vna
infert aliam: scilicet ꝙ realis infert essentialem et econtra.
Ex hijs que dicta sunt de distinctiõe essentiali facile erit ma
nifestum quid sit idemptitas essentialis. Unde idemptitas
essentialis põt multipliciter contingere. Primo accipiendo
essentiam pro quidditate potest esse idẽtitas essentialis spe
cifica et numeralis. indiuidua enim eiusdem speciei vt sunt
per se in predicamento sunt idem essentialiter in spẽ specia
lissima: et adinuicem idẽtitate tantum specifica. et sic intel
ligitur illa propositio: eo modo quo indiuidua sunt eiusdem
speciei specialissime inter se sunt idẽ idemptitate specifica.
illa vero: que sunt in eodem numero constituendo ipsum
sunt idem essentialiter numeraliter: et sic natura cum sua
singularitate in Francisco sunt idem essentialiter. ¶ Ad=
uerte tamen: ꝙ aliqua dicuntur idem essentialiter: duplici
ter: et hoc tam specifice ꝙ numeraliter. Primo quãdo ali=
quid pertinet ad essentiam alterius. et hoc modo dicimus:
ꝙ homo et rationale sunt idem essentialiter: quia homo in=
cludit in sua essentia rationalitatem: et sic illa entitas essen
tialis: qua homo est idem rationali vel superiori. non dif=
fert ab entitate formali: et hoc modo doctor multotiens vti=
tur idemptitate essentiali pro formali: et econtra. ¶ Alio
modo aliqua dicuntur idem essentialiter specifice: nõ ꝙ vnũ
includat aliud essentialiter: sed quia vnum non potest di=
stingui specie ab alio: quod tamen est sic intrinsecum alte=
ri: quod est impossibile vnum intelligi sine altero: et hoc mo
do species specialissima: et propria passio sunt idem essen=
tialiter: et talis idemptitas essentialis nullo modo potest di=
ci idemptitas formalis: cum ibi vnum non includat aliud
quidditatiue: immo cum tali idemptitate essentiali stat di=
stinctio formalis positiua cum vtrumqz dicat formalitatem
quarum vna in suo intellectu quidditatiuo non includit a=
liam. Sequitur etiam ꝙ emptitas specifica et gradus eius
intrinsecus sunt idem essentialiter isto secundo modo: quia
gradus intrinsecus: est sic intimus ꝙ vnitas specifica non
potest perfecte concipi sine gradu intrinseco nec potest intel
ligi sine tali gradu. et maior inseparabilitas est inter spe=
ciem et gradum suum quã inter ipsam et propriam passio
nem: et cum tali idemptitate essentiali nullo modo stat di=
stinctio formalis positiua: que est inter duas formalitates:
quia gradus intrinsecus non dicit formalitatem distinctaz
ab eo cuius est gradus. stat tamen distinctio formalis ne=
gatiua: id est non idemptitas formalis eo modo quo su=
pra exposui. De idemptitate essentiali numerali potest du=
pliciter intelligi. Primo ꝙ illa dicuntur idem essentialiter
numeraliter: que sic se habent: ꝙ vnum est de constitu=
tione alterius: sic ꝙ vnum in suo esse de necessitate inclu
dat aliud: et hoc modo si indiuiduum sit aliquid constitutuz
ex natura et hecheitate est idem essentialiter cum sua hec
heitate: et similiter natura in tali indiuiduo est idem essen=
tialiter: et cum tali idemptitate essentiali stat distinctio for
malis saltem negatiua: quia et si indiuiduum includat hec
heitatem vt constitutiuam: quia tamen hecheitas non per=
tinet ad entitatem quidditatiuam: ideo sequitur: ꝙ sunt nõ
idem formaliter: nec sequitur: non pertinet ad emptitatem
quidditatiuam: ergo non sunt idem essentialiter numerali=
ter: quia et si non pertineat ad entiptatem quidditatiuam
indiuiduius: est tamen sic idẽ indiuiduo ꝙ est impossibile esse
vnum sine altero et vnum intelligi sine altero. Dico etiam

Quarta conclusio.

Pondera hoc.

Essentialis idemptitas multipliciter.

Aliqua esse idẽ essentialiter dupliciter

ꝙ in Francisco natura ⁊ hecheitas sunt idem essentia-
liter numeraliter ⁊ cum tali identitate stat formalis di-
stinctio. quia vnum non includit aliud in suo intellectu
quidditatiuo. Indiuiduū etiam ⁊ gradus suus intrin-
secus sunt idem essentialiter numeraliter: propter ratio
nem superius dictam de identitate specifica essentiali
speciei ⁊ gradus intrinseci. ⁊ cum tali identitate essen-
tiali stat non identitas formalis. Similiter indiuiduū
⁊ omnis propria passio contracta ad indiuiduum quo-
rumcunqꝫ superiorum sunt idem essentialiter. quia est i
possibile intelligere indiuiduum sine passionibus omni
um superiorum. ⁊ cum tali identitate essentiali stat di-
stinctio formalis etiam positiua: cum vnum non inclu-
Notabile. dat aliud in suo intellectu quidditatiuo. Nota etiam
ꝙ cum identitate essentiali tam specifica ꝙ̄ numerali sū
pta omnibus modis supradictis nō stat neqꝫ distin tio
realis: neqꝫ identitas realis: quia talis idētitas funda-
tur proprie super existentiam: ⁊ si aliquando concedat
ꝙ sunt idem realiter improprie tamen dicūtur idē realit
cū vt sic p̄scindāt ab oī existētia actuali: nisi dicat ꝙ sūt
idem realiter potentialiter: quia quando sunt in actuali
existentia sunt idem realiter actualiter: quia omnia su-
pradicta dicunt simpliciter eandem existentiam redden
do singula singulis. ¶ Loquendo vero de illa identita-
te essentiali que respicit rem in esse simpliciter de qua
supra dixi: dico aliquas conclusiones. ¶ Prima. essētia
actu simpliciter est idem essentialiter cū propria passio-
ne: ⁊ cum passionibus omniū superiorū ⁊ cum gradu in
trinseco: quia est impossibile essentiam specificam in esse
simpliciter esse sine omnibus istis. si tamen essentia spe
cifica possit intelligi habere verum esse simpliciter:
quod dico: quia vt ipsa prescīdit a singularibus actu exi
stentibus. nullum esse simpliciter habet: vt patet a doc.
in isto secūdo. d. 3. q. prima. dum tamen intelligitur i sin
gularibus actu existentibus habet verum esse simplici-
ter: ⁊ cum tali identitate essentiali: non stat proprie nec
identitas nec distinctio formalis: quia talis proprie lo-
quēdo prescindit ab actuali existentia. Dico etiam: ꝙ si
Frācīscus ⁊ Joannes sunt idem essentialiter in homine
habēte esse simpliciter: illa idētitate qua sūt idē i hoie/
sūt idē iter se. ⁊ sicut in hoie nō distigunt essentialiter ⁊
specifice. ita nec inter se distingūtur essentialiter specifi-
ce. Et cum tali identitate essentiali omnibus modis su
pradictis quantum ad esse simpliciter: stat idemptitas
realis. De idētitate essentiali numerali quo ad esse sim-
pliciter dico: ꝙ i Frācisco natura ⁊ hecheitas ⁊ gradus
intrīsecus: ⁊ oīs passio superiorū sunt idē essentialiter:
licet vnū nō sit de essentia alterius: sed sic idē essentiali-
ter ꝙ est impossibile vnū habere esse simpliciter sine om-
nibus istis: ⁊ cum tali idemptitate essentiali semper stat
idētitas realis numeralis: ⁊ q̄ sic sūt idem essentialiter i
aliquo vno nūero: eadem idemptitate essentiali numera
Aduerte passum singularem. li sunt idem inter se. ¶ Aduerte tamen ꝙ in Francisco:
⁊ si sit tātū vnum esse simpliciter: et vna existētia simpli
citer: possunt tn̄ i eo distigui plures existētie que tn̄ oēs
sūt vna realiter: nā i Frācisco natura dicit ꝑpriā existē
tiam formaliter: ⁊ hecheitas propriā: ⁊ proprie passio-
nes propriā: ⁊ sic sūt plures existētie proprie saltē ex na
tura rei adiuicem distincte. que tn̄ oēs i Frācisco dicūt
vnam existētiā realiter ⁊ simpliciter. quod bene nota ꝑ
pter multa occurrētia: nec sequit. a. ⁊. b. dicūt aliā ⁊ aliā
existētiam: ergo proprie realiter distinguntur: quia i an
tecedēte oportet addere sic. a. ⁊. b. dicūt aliam ⁊ aliā exi
stētiā: realiter secundū aliam ⁊ aliam rē. ergo realiter di
stingūtur. sed non sequitur. a. ⁊. b. dicunt aliam ⁊ aliam
existentiam secundum aliam ⁊ aliam realitatem: vel se-
cundum aliam ⁊ aliam formalitatem. ergo realiter di-
stinguntur. nō sequitur: quia plus significatur i cōsequē
te ꝙ̄ in antece. ¶ Aduerte etiam ꝙ i cōposito habēte ve
ram essentiā simpliciter partes cōponētes sūt realiter di
stincte ⁊ ab essentia cōpositi: ⁊ a se inuicē: vt patet a doc.
i tertio di. 2. nō tn̄ dicūtur distigui essentialiter: nec spe
cifice: nec numeraliter: quia q̄ sic essētialiter distigunt.
accipiēdo semper essētialiter ꝭm esse simpliciter sūt disti
cte essentie sed partes cōponētes non sūt distincte essen
tie: nec specifice. nec numeraliter ptꝫ: nec tamē sequit: nō
sūt disticte essētie ab inuicē nec a toto cōposito. ergo sūt
idem essentialiter: patet i simili: entitas ⁊ gradus intrīse
cus nō sūt distincte formalitates. ergo sūt idē formali-
ter nō sequitur. sic i proposito. Si tamē essētia secūdum
esse simpliciter partialiter accipiatur. dico ꝙ partes essē

tiales cōstituentes totū essentialiter. essentialiter distin
gūtur ⁊ a seinuicem: ⁊ a toto: quia vnum potest esse sine
altero. ¶ Si dicat ꝙ est de essētia alterius. est idem essē Instat expositor cō-
tialiter illi et est de itrinseca ratione illius: concedo se- tra se.
cūdā partem. ⁊ nego primam partem. Scilicet concedo
istā: quod est de essentia alicui⁹ est de intrinseca ratione
illius: istam tamē nego. quod est de essentia alicuius est
idem essentialiter illi: cōcedo tamen ꝙ totū cōpositum ē
idem essentialiter partibus componentibus: quia con-
positū essentiale includit illas essentialiter: ⁊ sic cōcedo
ꝙ compositum est realiter idem partibus cōponētibus:
tam simul sumptis ꝙ̄ seorsum sumptis: non tamen sequi
tur econtra. humanitas est idem essentialiter anime in-
tellectiue ⁊ corpori organico. ergo anima intellectiua ⁊
corpus organicum sunt idem essentialiter humanitati.
non sequitur: quia corpus ⁊ anima possūt esse sine huma
nitate: vt patet in triduo ⁊ tamen tam anima ꝙ̄ cor-
pus est de essentia humanitatis. ¶ Si dicatur: nonne Instantia
doctor in tertio. distin. 2. dicit ꝙ totū essentiale realiter scda ex di-
⁊ essentialiter distinguitur a partibus essentialibus se- ctis doc.
orsum sumptis ⁊ simul sumptis: ergo non est idem essen-
tialiter illis. Dico ꝙ verba doctoris debent sane intelli
gi: intendit enim ibi probare ꝙ totū essentiale dicat en-
titatē absolutā aliaꝫ a partibus: ⁊ ꝙ totuꝫ essētiale nō sit
tantū partes essentiales simul sumpte: vt dicit commen
tator primo physicorum cōmento. 17. Et probat ibi. qr.
a. ⁊. b. possunt esse sine ab. ergo compositū ex a. ⁊. b. iclu-
dit aliud ꝙ̄. a. ⁊. b. Posito ergo ꝙ totū essentiale dicat
entitatē absolutam aliam a partibus: cum dicit doctor:
ꝙ tale totū distinguitur realiter ⁊ essentialiter a partib⁹
sic debet intelligi: ꝙ partes essentiales vere ⁊ realiter di
stinguntur a toto: quia possunt esse sine toto: nō tamē to
tū realiter distinguitur a partib⁹: quia est impossibile ip
sum totū habere eē absolutū ⁊ reale sine partibus cōsti-
tuentibus. Si dicatur: hoc videtur impossibile ꝙ si. a. ē
idem essētialit. b. ꝙ. b. nō sit idē essētialiter. a. dico ꝙ nō
sequitur hoc esse impossibile: quia hec est vera. homo est
idem formaliter animali: ⁊ tamē hec est falsa: animal est
idem formaliter homini: vt supra exposui ꝭm verba do-
cto. in primo. distin. 2. parte. 2. q. prima in corpore que-
stionis. ⁊ in responsione ad primū argumētum pricipa-
le: sic est in proposito de toto essentiali ⁊ de partibus. ex
quo enim totum essentiale cōstat intrinsece ex partibus
essentialibus: ita ꝙ partes essentiales sunt de intrinse-
ca ratione essentiali totius. Sequitur ꝙ ipsum totū erit
idem essentialiter: ⁊ realiter partibus: ⁊ nō econtra.
¶ Si dicatur: est impossibile ꝙ. a. includat. b. secundum
idētitatem realem: ⁊ ꝙ. b. non sit idem realiter. a. ¶ Di-
co ꝙ aliud ē loqui de idēptitate nō cōuertibili: ⁊ aliud
de conuertibili. in proposito totū est idem realiter nō ta
mē cōuertibiliter. subiectum vero est idem realiter pro-
prie passioni cōuertibiliter: quia sicut homo est idē reali
ter risibilitati ita econtra: ⁊ sicut homo non potest esse si Obiectio.
ne risibilitate: ita nec econtra. ¶ Si dicatur si totum es
sentiale non distinguitur a suis partibus realiter: quia
est īpossibile eē sine illis: statim videtur sequi ꝙ relatio
sit idem realiter cum fundamento: quia non potest esse si
ne illo: vt patet a Doctore in. 4. distin. 19. ¶ Dico ꝙ
non est simile: quia totum essentiale sic est idem suis par Rūsio.
tibus ꝙ ille partes sunt de intrinseca ratione ipsius:
ideo est impossibile intelligere humanitatem non intel- Instantia
lectis partibus intrinsece componentibus non sic est de pulchra.
relatione quia licet relatio non possit intelligi termino
⁊ fundamento non preintellectis. tamē in suo esse quid-
ditatiuo nō includit fundamētū et terminū: nec ꝑtinet
ad suū esse nisi tātum extrinsece ꝑ quāto fundat in fun-
damēto ⁊ terminat ad aliud. ¶ Si iterū dicat cōpositū
essentiale est aliud a ꝑtibus cōponētibus: ergo distigui Obiectio.
tur essentialiter ab illis: cōsequētia est nota: qr aliud fa
cit distictionē essentialē: antecedēs patet a doctore i t-
tio distictione. 2. qui sic arguit cāe itrinsece qn̄ causāt ꝑ Alia instā
ducūt aliud. ergo. ¶ Dico ꝙ ⁊ si hec sit vera corp⁹ orgāi tia.
cū ⁊ aīa intrinsece cānt aliud a quo essentialit distiguā
tur non sequit ecōtra: ꝙ illud causatū intrinsece essen- Respōsio.
tialiter distinguat a ꝑtibus intrinsece cōponētibus. vn̄
ly aliud: magis debet referri ad ꝑtes cōponētes ꝙ̄ ad
compositū. i. a. ⁊. b. ꝑducūt. c. intrinsece a quo possunt
distingui realiter. quia. c. potest corrumpi. a. ⁊. b. nō cor-
ruptis. Hec q̄ dixi potius innitendo ratiōibus dixi quā
aliquib⁹ exponētib⁹ doctorem aliter sentientib⁹: saluo
tamen semper meliori iudicio.

Disti. realis.

¶ **Quinta est distinctio realis que** parum differt a distinctione essentiali ſm esse simpliciter sumpta. dico tamen: ꝙ si inter essentiam et existentiaȝ sit aliqualis distinctio vel ex natura rei vel rationis (q̄ qualis sit exposui in tertio. dist. 6.) distinctio realis loquendo in creaturis proprie fundatur super aliam ⁊ aliam rē inquantum ille res existūt: ita ꝙ immediatum fundamētum distinctionis realis actualis est res actu existens. Illa ergo distinguntur realiter ⁊ specifice que sic se habēt ꝙ vnū actu potest existere sine alio et semper loquor in creaturis. dummodo non sint relatiua: quia vnum relatiuum non potest existere sine altero: et tamen realiter distinguntur. Et talis distinctio realis semper presupponit distīctionem essentialem: quia talis distinctio fundatur super essentia sola ratione vel forte ex natura rei distincta ab existētia: que existentia est immediatum fundamentū realis distinctionis. Illa vero realiter actualiter et solo numero distinguntur quorum vnum actu potest existere sine altero. Exceptis semper relatiuis: ⁊ causa de necessitate absoluta necessario effectū causante ⁊ cōseruante: quia talis vere realiter distinguitur ab effectu: et tamē non potest esse sine effectu. Sed hoc īferius prolixius exponam. Et que sic distinguntur. semp essentialiter distinguūtur: quia vbi est distincta existētia numeralis: ibi est distīcta essentia numeralis: et vna semp infert aliam ⁊ ecōtra: non tamen vna est formaliter alia: patet quia realis distinctio respicit existētiam pro immediato fundamēto. Et essentialis distinctio respicit essentiaȝ p immediato fundamēto. Sed quid dicendum est de partibus compositi numeralis: an ille distinguantur realit numeralit ad inuicem ⁊ a composito: dico breuit ꝙ si loquamur de esse totius quod pticipant (de quo vide doctorē in isto ko. di. 17.) nō distingunt realiter numeraliter: quia vt sic sunt tm̄ vnum numero. si vero loquamur de entitate propria et non participata: dico ꝙ distinguntur ⁊ numeraliter adinuicem ⁊ a toto composito.

Cōclusiones de idētitate reali.

Uisa distinctione reali facile est videre quid sit proprie idemptitas realis que proprie opponitur reali distīctiōi. Et dico aliquas cōclusiōes.

Prima cōclusio

prima. idēptitas realis formaliter sumpta pprie fundatur super idētitate existētie: sic intelligēdo ꝙ existētia que ē immediatum fundamētum realis idēptitatis sit talis existētia ꝙ nō dicit plures existētias quarum vna possit intelligi eē sine alia: ⁊ hoc dico: quia in eadē existētia reali super qua fundatur idēptitas realis possunt intelligi plures existētie ex natura rei distincte: que fundantur sup distinctis realitatibus ex natura rei inclusis in essentia cuius ē existētia: super qua immediate fundatur idēptitas realis: ⁊ similit possunt esse plures existentie formalr distincte ſm formalitates inclusas in essentia. ad quam vt gradus intrinsecus īmediate consequitur existētia q̄ est immediatum fundamētuȝ idēptitatis realis: ⁊ hanc litteraȝ bene nota: quia ad multa vtilis est.

Scd̄a ꝯclusio.

¶ Secunda conclusio: illa sunt idē realit ⁊ specifice que conueniunt in aliqua existētia fundata in essentia habēte eē simpliciter ſm vnitatem specificā et sic que sunt idem realiter in tali rātio: eodē modo sunt idē inter se. i. ꝙ sicut sunt idem realit specifice int se sunt idem realit specifice: ⁊ talis idētitas realis infert idētitatem essentialem ⁊ econtra. lȝ vna non sit formalit alia: vt supra exposui de distinctione reali.

Tertia cōclusio.

¶ Tertia conclusio illa sunt idem realiter ⁊ numeralit que sic se habent ꝙ est impossibile vnum existere sine altero: ⁊ hoc ex natura intrinseca extremoꝝ vel alterius extremi: et p hoc excluduntur relatiua ⁊ causa necessaria ⁊ causatū necessario productum: quia licet vnum non possit eē sine altero hoc tamē non ē ex repugnantia intrinseca extremorum vel alterius extremi de qua repugnantia infra patebit: ideo nō sequitur ꝙ sint idem realiter. Illa ergo sunt idē realit que sic se habent ꝙ vnum repugnat eē sine altero: ⁊ hoc ex natura extremorum: vel alterius extremi: quod pro tanto est: quia talia extrema talem existētiam includunt vnicam et realem: ꝙ est impossibile vnum habere aliam existētiam separabilem ab existētia alterius: et sic in francisco natura humana: singularitas ⁊ omnis passio superiorum: vt in francisco sunt idē realiter in ipso: ⁊ ad inuicem: quia vt sic vnam tantum existentiam realem dicunt: licet possint esse plures ex natura rei vel formales: vt supra dixi: ⁊ talis realis idemptitas numeralis īfert idemptitatem essentialem eorūdem inclusorum in Frācisco et ecōtra, licet vna idēptitas non sit formaliter alia: quia idēptitas essentialis īmediate fundatur sup entitate essentiali numerali secundum esse simplicit: in qua entitate. possunt includi plures realitates ex natura rei / et plures formalitates que tamē oms sunt vna entitas essentialis ⁊ realis. non ꝙ dicantur omēs de essentia illi⁹: vt supra exposui. idēptitas vero realis numeralis immediate fundatur super existētia numerali. In qua tamen existētia includunt plures existētie tam formalit quam ex natura rei distincte: que tamē omnes sunt vna existentia realiter licet non formaliter ⁊ ex natura rei. Ista pro nunc sufficiant pro clariori intellectu eorum que hic dicuntur a Doctore. Nec oportet pro nunc facere mētionē de distinctione ⁊ idētitate eorum que se totis vel distinguntur vel sunt idē subiectiue vel obiectiue: quia talis distinctio vel idētitas non ē necessaria ad declarationeȝ littere doctoris.

Adducit opiniōes ꝯ doctorem.

¶ **Antequam exponam litteram** questionis adduco aliquas opiniones que nituntur improbare opinionem doctoris. ⁊ soluere argumēta facta contra opinionem Henrici que probant relationem esse aliam rem a fundamēto. quarū opinionum prima est Reuerēdi Magistri Guilielmi oham in primo distin. 30. q. prima.

Opinio oham ꝯtra Sco.

Qui subtilit arguit contra Doctoris doctrinam: ⁊ primo arguit sic: probando ꝙ relatio nō sit alia res realiter distincta a fundamento.

Argumētū pmum.

Omnis res realiter distincta ab alia re: potest intelligi illa alia nō intellecta. et maxime si neutra illarum rerum sit pars alterius. Sȝ impossibile est aliquam rem que sit relatio intelligi sine oī alia re: ergo. maior videt manifesta: quia non plus depēdet intellectio vnius rei totaliter disperate ab alia re dispata: q̄ȝ intellectio effectus: ab intellectiōe cause sue essentialis: sȝ nō est īcōueniēs. effectum posse intelligi causa nō ītellecta. ergo eodem modo: si similitudo vel alia relatio sit alia res ab absolutis et a relatiōe corrn̄dēte nō repugnat sibi ītelligi nullo ītellecto absoluto: ⁊ etiam nulla relatiōe alia ītellecta. minorem probo: quia si aliquis intelligat similitudinem fortis ⁊ fortem sine similitudīe correspondēte: poterit scire fortem esse similem et tamen dubitare an sit alicui alteri similis: ⁊ eodem modo poterit aliquis scire aliqueȝ esse patrem et tamē nescire an habeat filium: immo etiam poterit ignorare an possit habere filium.

Euācuatio. Cōtra.

¶ Si dicatur ꝙ talis apprehendēs similitudinem fortis poterit nescire an fortes sit similis. cōtra: per istum nō repugnat relationi intelligi ītuitiue: ponat ergo ꝙ aliquis ītuitiue apprehendat vtramq̄ȝ. talis vtiq̄ȝ sciet fortem esse similem. sicut aliquis vidēs ītuitiue albedinem in forte: scit fortem esse album.

euacuātio.

¶ Si dicat aliter ꝙ talis si videat ītuitiue tam fortē q̄ȝ si itudinē ī forte licet nō videat ītuitiue aliam similitudinem: poterit tamen scire fortē esse similem alteri lȝ nesciat cui sit similis.

Cōtra. c.

¶ Contra ponatur ꝙ talis ītellectio ītuitiua similitudinis sit simpliciter prima in illo ītellectu: ita ꝙ nūq̄ȝ prius nec ītuitiue nec abstractiue ītellexerit q̄ȝcūq̄ȝ similitudinem: talis nō plus sciet ꝙ ille est similis alicui alteri q̄ȝ ꝙ ista est causa alterius: nisi per deductionem rationis: et per consequēs anteq̄ȝ īcipiat deducere poterit ignorare: ⁊ hoc est propositū.

Euacuatio ad amorem. Cōtra.

¶ Si dicatur aliter ad maiorem ꝙ vna relatio nō potest ītelligi sine alia: cōtra. secūdum istos essentia diuina potest ītelligi sine relatione que tamē est eadem realiter sibi: ergo multo fortius vna res poterit ītelligi sine alia realiter distīcta et dispata.

Euācuatio. Cōtra.

¶ Si dicatur ꝙ nō sequitur: quia nec idēptitas realis nec distīctio formalis est causa quare potest essentia ītelligi: nō intellecta paternitate: sed quia est talis natura. Sed hoc non valet: quia eadem facilitate dicam ꝙ essentia diuia est talis natura ꝙ nō potest ītelligi sine paternitate: ⁊ ita nulla videt ratio posse assignari quare vnū īdiuiduum nō possit ītelligi alio īdiuiduo totalit dispato nō ītellecto: quia nō potest dari aliqua rō. quare vnū nō possit intelligi alio non ītellecto: nisi quia vel sunt idem realit quod nō dat ī proposito: vel quia vnum depēdet ab alio essentialit ⁊ hoc nō pōt dari ī pposito: q̄ȝ essentialius depēdet quodlibet absolutum creatū a deo q̄ȝ quecūq̄ȝ relatio ab alia: ⁊ tamē potest creatum ītelligi nō ītellecto deo: sicut potest videri corpalit non viso deo corpalit. Uel quia vnum necessario coexigit aliud: et hoc nō potest dari ī proposito: quia magis necessario vel eque coexigit quelibet creatura deum q̄ȝ vna relatio aliam relationem: et tamē hoc nō obstāte pōt creatura ītelligi nō ītellecto deo: ergo similit ī pposito. ¶ Si dica

tur ꝙ nulla istarum est rō: sed ratio est: quia res est talis nature: ⁊ ideo nulla alia cā ē querēda: nisi quia ē relatio. Sed hoc nō sufficit: quia nichil debet poni: sine rōe assignata nisi sit per se notum vel per experiētiam citū: vel per auctoritatem scripture sacre approbatū: sed illud nō est ꝑ se notū quia multi subtiles: exercitati hoc negāt. Nec ēt per expiētiam est scitum: quia nullus de hoc potuit expiri sicut patet manifeste: nec pōt dici tertiū quia ista qō excludit oēm auctoritatē. Similit̄ tunc nō esset relatio ponēda pp rōnē. sed precise pp auctoritatē scripture sacre qꝺ tñ negant ergo qua rōne relatio vna si sit alia res non pōt intelligi alia re dispata nō intellecta debet ratio assignari: vel nō est pp rōnem ponēdum. Similiter tūc eadē facilitate dicā ꝙ substātia nō pōt intelligi sine qualitate vel ecōuerso: ⁊ nō est alia rō querēda nisi ꝙ substātia est substātia: ⁊ qualitas est qualitas: q̄ nō conuenieñter dicūtur. Confirmatur quia nō maior est inseparabilitas aliquoꝝ realiū in intellectu quia ī subiecto: sed iste res sūt separabiles quātū ad subiectum: quia vna illarum potest eē in aliquo subiecto in quo non est alia ergo eadē rōne poterūt sic separari in ītellectu ꝙ vna ītelligatur alia nō intellecta. Secundo arguo sic: in oī modo relatiuoꝝ ⁊ in oī predicamēto relatiuo oportet aliqua extrema summe distare: ergo potest aliq̄ res fieri in vno extremo nulla re posita facta in alia. ergo si relatio sit alia res: pōt vni extremo aduenire aliqua relatio nulla facta in alio extremo. Cōfirmat̄ quia oīs creatura agit in determinata distantia: fiāt ergo talia duo extrema extra illā determinatā distātiā: hoc posito poterit aliqꝺ agens creatū secūdū cōuenientē distātiā approximari vni extremoꝝ ī proportiōate distare ab altero extremo: ergo poterit hēre effectum suum in illo extremo nichil causando in alio: verbi gr̄a sint duo corpora vnū albū ⁊ aliud nigrū ⁊ tñ distēt ꝑ potētiā diuinā qꝺcunq̄ agēs creatū est pñs vni est insufficiēter approximatum ad cāndum quēcūq̄ effectū siue relatū siue absolutum in alio extremo: hoc posito poterit ꝑ diuinā potētiam aliꝺ actiuū respectu albedīs debite āplicari corpori nigro ⁊ ꝑ consequens causabit albedinē ī illo corpore nigro nihil cāndo in alio corpore albo respectu cuius īproportionalit̄ distat: ⁊ tūc erūt duo corpora alba ⁊ ꝑ cōsequēs similia ⁊ tñ nihil reale cātur de nouo ī alio. Ergo illa similitudo nō est alia res sicut isti ponūt. Et eodē modo arguo de q̄buscūq̄ relatiuis aliis. Tertio sic secundū istos: deus pōt facere oē absolutū sine oī posteriori: ergo eadē rōne poterit deus facere duo alba absoluta sine oī posteriori: ergo sine oī tali relatiōe: ⁊ tñ illa erūt similia: ergo siītudo talis nō ē alia res Si dicat̄ ꝙ erūt similia nō tñ ꝑ siītudiē. Cōtra siītudo sit alia res tūc similitudo ⁊ simile hēbūt se sicut albū ⁊ albedo ergo sicut īpossibile ē aliquod eē albū sine albedinē que sit alia res ita īpossibile est aliq̄d esse simile sine similitudine q̄ sit alia res. Similiter frustra ponerentur tūc similitudo eē alia res: si sine tali re alia aliqua possūt eē similia: sicut frustra poneret̄ albedo esse alia res a subiecto: si subiectū potest sine tali re esse albū. Quarto arguo sic. Qua rōe vna relatio esset alia res ab absolutis ⁊ alia. ⁊ ꝑ cōsequēs qua rōe similitudo: equalitas: paternitas: filiatio ⁊ sic de aliis essent tales res alie: eadē rōe diuersitas: distīctio: ⁊ hmōi eēnt res alie. Sed talia nō sunt res alie: ergo ⁊c: minor ē ꝓbo: quia si distinctio vel diuersitas sit res ab absolutis: ergo illa diuersitas distinguitur ab absoluto ⁊ per consequens realit̄ refertur ad illam rem absolutam: ergo alia relatione: ⁊ ꝑ consequēs illa relatio secūda esset diuersa realiter a ꝑ̄ma: ꝑ aliā relatiōem: est diuersa: ⁊ de illa arguo ꝙ erit illa diuersa ꝑ aliam relatiōem: ⁊ erit ꝓcessus in infinitū: ita ꝙ in qualibet re erūt res realiter infinite qꝺ est absurdum. ¶ Ad istud dicit ꝑ̄dictus sic opinās: ꝙ relatio seipsa refertur ad fūdamētū nō em̄ pōt fieri absq̄ fūdāēto vel absq̄ se sine cōtradicōe ipsa ei existēte ⁊ fūdamēto simul ambo sūt extrema huius relationis. s. alietatis que est ad fūdamētū. ergo ipsa nō pōt esse absq̄ contradictione: sine relatione eius ad fūdamētū ⁊ ita sine contradictione nō pōt esse sine suo fūdamento: ⁊ ita relatio ista: que refertur ad fundamentū erit eadē sibi. ¶ Contra istam responsionē arguo primo sic Ubicūq̄ sūt distincti termini aliquaꝝ relationū ibi sūt distīcte relatiōes quia relatio secundū istos est ad aliquid: ergo ad distinctum est distincta: q̄a vnius relationis est tm̄ vnus terminus: sicut istius similitudinis in sorte vel illius paternitatis ī sorte. terminus est filius vel aliud album: terminus aūt istius alietatis qua ista relatio ē alia a suo fūdamēto ē ip̄m fundamentum: ergo ista relatio ⁊ ista alietas realit̄ distinguuntur. ¶ Preterea si Sortes ē siīis Platōi ergo illa similitudo est similis isti similitudini: ⁊ eadē rōne illa secūda similitudo est similis alteri similitudini: ⁊ sic est ꝓcessus in infinitum. ¶ Ad istud r̄ndetur vbi prius ꝙ status est in secundo: qꝺ declarat̄ in simili de idemptitate: q̄ accipiāt̄ prima fūdamēta. Sortes, s. ⁊ Plato. Inter que ē identitas mutua: ⁊ dicatur illa ī Sorte. a. ⁊ illa in Platōe. b. idētitas. a. ad. b. dicat̄. c. ⁊ illa identitas ecōuerso dicat̄. d. tūc dr̄ ꝙ. a. diffrt a Sorte. q̄a Sortes pōt eē sine. a. q̄a potest esse sine termīo eius ⁊ ipsa non potest esse sine termino. a. tñ nō differt. a. c. Sed c. est idē si q̄a. a. non pōt esse sine b. cū sint simul natura. ⁊ ꝑ cōsequēs contradictio est. a. esse nisi tā fūdamētū eius qꝺ est. c. qua ēt terminus eius sit. sed fūdamento eius ⁊ termīo ipsius. c. exñtibꝰ necessario erit. c. ergo cōtradictio est. a. esse sine. c. ⁊. c. formaliter inest. a. quia. a. dr̄ idē idētitate. que est. c. ergo. c. est idem ipsi. a. ⁊ ꝑ consequens erit ibi status. ¶ Cōtra istud primo sic: q̄uis idētitas Sortis ad Platonem nō pōt esse sine identitate correspondēte Platonis ad Sortem. tñ identitas Sortis ad platonē pōt esse sine identitate Johannis ad Paulū. ergo identitas Sortis ad platonē differt realiter ab illa identitate. que ē eadē cum identitate Johannis ad Paulū. *Contra rationem datam.* Et vltra arguo. q̄n aliqua sunt eiusdē rōis: si aliqꝺ eoꝝ refertur ad aliud alia relatione realiter distīcta. illud idem refertur totalit̄ relatione distīcta eiusdem rationis. sed oēs iste identitates sunt eiusdem rōis ergo si identitas Sortis ad Platonem refertur ad identitatē Johannis ad paulū distincta relatione. eodem modo refertur ad idemptitatē Platonis ad Sortem. ⁊ ꝑ consequens nō erit status in secūdo. Et eodē mō pōt ꝓbari ꝙ nō erit status in tertio. nec in quarto. ⁊ sic in infinitū. quia semꝑ potest accipi aliqua relatio totaliter dispata sine qua poterit esse illa accepta. ⁊ hoc euident̄ posset ostendi in continuis vbi sunt partes acceptabiles in infinitū ēt dispate. ¶ Preterea si a. non distinguitur realiter a c. quia. a. non potest esse sine. c. ⁊ Sortes distinguitur realit̄ ab. a. q2 pōt eē sine. a. ⁊ sine t̄mīo ipsiꝰ. a. tūc arguo sic. volo ꝙ alietas qua. a. distiguit̄ realiter a sorte sit e ⁊ alietas qua Sortes distingnitur ab. a. sit. f. tunc arguo sic Sortes potest esse sine. f. ⁊ sine termino ipsius. f. ergo Sortes distinguit̄ realiter ab. f. ergo est relatio vna media. int̄ Sortem ⁊. a. qua Sortes distiguitur realiter ab. a. ⁊ eodē mō pōt argui in infinitū. ¶ Si dicat̄ q̄uis. f. distinguit̄ realiter a Sorte. non tñ distinguitur realiter ab. a. quia. a. nō potest esse sine. f. ⁊ ita est status ī secūdo. ¶ Cōtra q̄uis secundū istum relatio possit esse idem cum fundamēto nō potest tñ relatio realis idē realiter esse cū termino. Sed terminus ipsius. f. est. a. ergo nō potest esse idem realiter cū a. preterea vbi prius ipse ostendit ꝙ relatio creature ad deum nō differt realiter a creatura. ⁊ arguit sic. qꝺ vniformiter dicitur de oī alio a termino nulli dicto ad terminū accidit. Sed talis relatio cōis oī creature vniformiter dicitur de oī alio a deo ad ipsū deū. ergo nulli accidit ⁊ ita ē idē fūdamento. maiorem ꝓbat. quia si alicui accideret pari rōe ⁊ alteri. vt puta si relatio effectus ad cām accideret lapidi ⁊ ꝑ cōsequens esset res alia a lapide pari rōe haberet ipsam relatiōem effectus ad deum. ⁊ tūc accideret sibi alia relatio effectus. ⁊ illa esset relatio ⁊ sic in infinitum. eodem mō arguo in proposito. ¶ Quod vniformiter dr̄ de oī alio a t̄mino nulli dicto ad terminū accidit. Sed talis relatio cōis omnibus identitatibus talis rōis ad istam idemptitatem q̄ dicitur a vniformit̄ dicit̄ de oī alia idēptitate ad istā idēptitatē. que est. a. ergo omni vel nulli accidit. Sed nō accidit nulli. quia alicui accidit. s. idemptitate dispati. sicut prius argutum est. ergo oīs idemptitas est eadem illi idēptitati que est. a. per aliam idemptitatem sibi additā: ⁊ ita stat primū argumentū. ¶ Si dicatur ꝙ nō idemptitas vniformiter conuenit talibus idemptitatibus ad ipsum. quia vna illarū. s. dispata est eadem per aliam idemptitatem. quia potest esse sine illa. ⁊ ecōuerso: et iā alia est eadē seipsa. quia nō pōt eē sine ea sed hoc ī ter. nō sufficit. diceret̄. n. ita facilit̄ relatio effectꝰ ad primā cām non vniformiter cōuenit oī creature. quia conuenit creature absolute mediante relatione que sit alia res. sed creature que est relatio cōuenit sine tali relatiōe media. eque. n. faciliter dicit̄ vnū sicut reliquum. ¶ Preterea secundū istum vbi prius. sicut contradictio dicta de aliquibus est via concludendi distinctiōem ita impossibilitas recipiēdi predicationem contradictori-

Secundū argumētū ꝑncipale. [margin, beside "ligatur alia nō intellecta. Secundo arguo"]

Quartū arg. [margin, beside "Quarto arguo sic"]

orum ⁊ pertinentium ad esse est via concludendi identitatem in esse. ex hoc arguo sic. similitudo sortis ad Platonem non potest esse sine similitudine Platonis ad sortem sine cōtradictione nec ecōuerso secundum istos: ergo ista similitudo est realiter illa: ⁊ similitudo sortis ad Platonem nō est subiectiue in Platōe nec est in sorte: quare manifestū est ꝙ nullibi est subiectiue: ⁊ nō est substātia secūdū istos ergo nec est substātia nec est accidens: ⁊ ita nō erit talis res sicut isti imaginant̄. ¶ Si dicatur ꝙ ꝓpositio accepta est vera vbi vnū proprie inest alteri: sicut accipit in ꝓpositiōe sua Cōtra in textu vbi vnū ꝓprie inest alteri: vnū realit̄ distinguitur ab alio: quia nihil ꝓprie inest sibiipsi: ergo ꝓpositio sic accepta cum ꝓprie inest alteri īcludit cōtradictionem. ⁊ ꝑ cōsequens nihil valet ad ꝓpositū. ¶ Si dicat̄. ꝙ quādo vnū nō potest esse sine alio ⁊ tñ distinguitur realiter. hoc est quia sūt simul natura: ⁊ ita ē ī ꝓposito: ꝙ iste due relationes sūt simul natura. Hoc ī textu nō sufficit: quia quero qd intelligas per esse simul natura. aut ꝙ includit cōtradictionem vnū esse sine altero: aut ꝙ vnū dependet ab alio: aut qa sunt eque ꝑfecte: si primo modo sic accipis ꝙ creatura est prior relatione: est petere quod deberes ꝓbare. quia de hoc est qō. an. s. isto modo creatura sit prior relatione. Si secūdo modo: igit̄ in ꝓposito ille due similitudines non sūt simul natura. Si tertio modo. ergo paternitas etiā filiatio nō essent simul natura: qa cum sint alterius rōis secūdum istos vna est ꝑfectior alia. ergo si ratio sua sit bona eeque probat ꝙ vna similitudo nō distīguit̄ realiter ab alia: sicut probat ꝙ vna creatura nō distīguit̄ realit̄ a relatiōe dei ad creaturam. ¶ Secūdo Arguo in speciali cōtra diuersos modos relatiuoꝝ: primo aūt cōtra eū q̄ ponit̄ ab eis primus mod⁹. nō nūeri: vel vnius: cuius modi sūt duplū: dimidiū simile: equale: ⁊ idem: ⁊ ꝙ ista nō sūt alie res: probo ꝑ rōem istius ꝑ quā ꝓbat ꝙ relatio creature ad deū nō sit alia res ⁊ arguo sic. Illa que ꝓprie insūt aliquibus ⁊ illa nō possūt esse sine illis sine cōtradictiōe sūt eadē realiter cū illis: sed iste similitudines ꝓprie insūt istis albis. ⁊ iste equalitates istis equalibus ⁊ iste identitates istis eisdem: ⁊ ista duplicitas: esse ista dimidietas isti duplo: ⁊ isti dimidio. etiā impossibile est sine cōtradictiōe ista alba esse sine istis similitudinibus. ⁊ ista equalia sine istis equalitatibus: ⁊ sic de aliis ergo iste relationes sūt idem realiter cum istis absolutis: Maiorē ꝓbo: qa qua ratione idem qd proprie dr̄ īesse alii aut sine quo: illud nō potest esse sine cōtradictione est idem sibi realiter: eadem ratione illa que ꝓprie īsūt aliqbus sine quibus non possūt esse sine cōtradictione sūt eadem realit̄ illis: qa non est maior ratio: quare aliqd distinctū realiter ab aliquo possit esse sine illo: q̄ȝ ꝙ alia distincta realiter ab aliquibus possūt esse sine illis. Eandem etiā maiorem ꝓbo sicut ipse suā. quia dicit ipse ꝙ si. a. nō potest esse sine. b. aut hoc est ꝑꝑ identitatem. b. ad. a. aut ꝑꝑ prioritatem. b. ad. a. aut ꝑꝑ simultatem in natura ergo si. b. ñ sit pri⁹ naturalit̄. a. nec necessario simul natura: et. a. nō potest esse absq̄ȝ. b. sequitur ꝙ. a. sit idem realiter cū. b. eodem mō arguo ego. Si a. ⁊ b. nō pñt esse sine. c. ⁊. d. aut hoc ē ꝑꝑ prioritatē. c. ⁊. d. ad a. ⁊. b. aut ꝑꝑ simultatem in natura. aut ꝑꝑ identitatem: sed in ꝓposito iste due similitudines. nec sūt priora istis nec simul natura sicut isti cōcedūt. ⁊ sine istis nō possūt esse ista alba: ergo hoc est ꝑꝑ identitatē duaꝝ similitudinum cū istis ⁊ ita illa ꝓpositio generaliter accepta est vera si ꝓpositio sua sit vera: quia nō est maior rō ꝙ deus possit facere prius sine posteriori q̄ȝ ꝙ possit facere priora sine posterioribus Maior etiam patet per eos quo ad primam ꝑtem: qa sicut similitudo secundum eos ꝓprie inest simili. ita habent dicere ꝙ similitudines proprie insūt similibus vel albis ⁊ eodem mō de aliis. alia etiā pars est manifesta. qr ꝙ aliqua nō trāsmutata nec fm̄ q̄litatē nec fm̄ locū sint prio eq̄lia ⁊ postea nō sūt equalia est manifesta contradictio: ⁊ eodem mō ꝙ aliquid sit primo duplū: ⁊ nō sit minus nec maius quā prius ⁊ eodem mō illud qd est dimidium: ⁊ tñ ꝙ nō sit duplū sicut prius est manifesta cōtradictio. similit̄ est de eodem ⁊ diuerso ꝙ aliqua nō trāsmutata secūdū substantias primo sint eadem vel diuersa: ⁊ postea nō sint eadem vel diuersa est manifesta cōtradictio. ¶ Idem argumentum posset fieri cōtra secundum modum relatiuoꝝ q̄ ponitur modus potentie. ¶ Sed cōtra illū arguo magis in spāli. ⁊ ꝓbo ꝙ cālitas qua aliqd dr̄ cā alterius nō dicit rem aliā sicut isti imaginant̄: ⁊ eodem modo paternitas qua aliquis dicitur pater filii non sit alia res. quia si ista causalitas vel productio sit alia res

Argu. in spāli contra ꝑdictā conclu.

tas in sorte est ratio formalis generãdi ĩ ipso sorte: ⁊ vtraq3
potẽtia dicitur actus primus: doctor autem hic intẽdit de
principio productiuo aliquomodo distincto a natura cuius
est: et quia tale principium est posterius natura cuius est: se
quitur ꝙ non erit prima ratio distinguẽdi naturam: sed na
tura in se vt est talis entitas est distincta ab alia ⁊ sic anima
intellectiua vt talis natura est distincta a natura angeli non
vt est potentia intellectiua vel volitiua: quia licet ille potẽ
tie sint ipsa anima realiter: tamen secundum rationem sunt
posteriores. et aliquomodo ex natura rei distincte ab ipsa vt
infra patebit in isto secundo. d. 26. Si etiam accipitur po-
tentia secundo modo pro natura que est immediate tota ra
tio formalis agendi: adhuc potest distingui in naturam ab-
solute sumptam et in naturam sub illa ratione que est prin-
cipium agendi Primo modo est ratio distinguendi specifi-
ce: et non secundo modo quia primo modo considerata est
prior seipsa secũdo modo considerata: ⁊ vterque sensus est
ad propositum doctoris: ⁊ ex hijs declaratis satis patet lr̃a
doc. pro ista prima conclusione. Et addit vnum quod quia
a. est talis natura ideo est sic vel sic principium operandi
ita quod principium sic vel sic operandi dicitur tale qui est
talis nature. et per cõsequens prior est ratio nature in se s[ed]

S D iij.

sit rõ pricipĳ: et in tali priori habet vnde specifice distinguatur a quolibet alio. Secunda conclusio est ibi: potest etiã addi: licet non sit necessarium pro solutione questionis: ꝙ intellectualitas angeli in quantum intellectualitas nõ differt specie ab intellectualitate anime inquãtum intellectualitas: vult dicere doc. quod potentia intellectiua angeli: q̃ est immediatum principium intelligendi: et potentia intellectiua anime non differunt specie: licet angelus ⁊ anima ĩ se differant specie: et ista littera potest habere duplicẽ sensum. Primus quod potentia intellectiua sit aliquomodo distincta ab angelo et anima. Secũdus: quod ipsa anima formaliter et realiter sit ipsa potentia intellectiua: ⁊ similiter angelus in primo sensu sic debet accipi quod intellectꝰ angeli et anime possunt esse eiusdem speciei: licet angelus et anima differant specie: in secundo sensũ sic debet accipi quod angelus et anima sub illa ratione quã sunt immediatum principium intelligendi non distingnãtur specie: licet angelus et anima vt absolute considerantur: inquantum: scilicet sunt tales vel tales nature: et sic specie distinguantur. Probat modo doc. quod tales potentie non differant specie: quia potentie que sunt circa obiecta eiusdem rationis et determinantur ad obiecta eiusdem rationis videnť esse eiusdem rationis. Sed potentia intellectiua angeli: et potentia intellectiua anime sunt circa obiecta eiusdem rationis. patet: quia est idem obiectum penitus ĩtellectus angeli et anime loquendo ex natura intellectus: vt satis patet a doc. in primo. d. 3. q. 3. ⁊ in quolibe. q. 14. potentie eñi videntur simpliciter distingui per hoc quod eis assignanť distincta obiecta: quia sicut actus distinguntur per obiecta et potentie per actus sequitur vltimate quod ille potentie que habent idem obiectum sint eiusdem rationis. Et in tota ista littera intendit probare quod stat aliquas naturas specie distingui: quarum potentie sunt eiusdem speciei: ⁊ sic quamuis anima bouis ⁊ aquile differant specie: tamen vis visiua in vtraqꝫ non differunt specie. Probat etiam ex hoc quod sicut in eodem specie et numero distincto possunt contineri per idẽtitatẽ plura specie distincta: vt patet in anima intellectiua in qua continentur per identitatem intellectus et voluntas: ⁊ virtus visiua ⁊ auditiua que vidẽtur specie distingui: ergo stat etiam quod ĩ aliquibus specie distinctis per identitatẽ aliqua contineantur que nullo modo spẽ distinguantur adinuicẽ. Et ista littera ẽ satis clara.

Difficultates circa textuz occurrẽ.

Sustinendo que dicit doc. in ista littera non nulla occurrunt dubia. Primo in hoc quod dicit quod intellectus anime et intellectus angeli non videntur specie differre: quia sunt circa obiectum eiusdem rationis: sed si hoc est verum statim videtur sequi contradictio ĩ dictis eius. Supponendo aliqua dicta doctoris ĩ diuersis locis: primum: intellectus ⁊ volũtas etiam in diuinis sunt alterius ⁊ alterius rationis vt patet in prima di. 2. parte. 2. q. 2 di. 6. ⁊. 13. ⁊ in quolibe. q. 2. ⁊ alibi. Secundo suppono quod dicit doc. in primo. d 3. q. 3. ĩ quarto. di. 49. quod intellectus ⁊ volũtas habent idem obiectum simpliciter sub eadem ratione formali. et sunt circa idem obiectum sub eadẽ ratione formali: et sic videtur quod intellectus ⁊ voluntas sint eiusdem speciei et rationis: si illa ratio valet de intellectu angeli et intellectu anime qui dicuntur eiusdẽ rationis: quia circa obiectum eiusdem rationis.

¶ Ex ista etiam littera videtur sequi quod fruitio in via et in patria sint penitus eiusdem rationis: quia simpliciter sunt circa idem obiectum sub eadem ratione consideratum quia circa deum sub ratione deitatis: ⁊ tamen ipse vult expresse quod fruitio in patria et fruitio in via specie differãt vt patet ab ipso in tertio. di. 31. ⁊ in. 4. d. 49. videtur etiã sequi quod cognitio deitatis in via loquendo de cognitione distincta ipsius qualem habuerunt angeli in sua creatione: vt notat doctor in secundo. di. 3. ⁊ cognitio in patria non differant specie: quia sunt circa idem obiectum sub eadem ratione formali videlicet circa deum sub ratione deitatis ⁊ tamen iste due cognitiones differunt specie: quia vna est abstractiua ⁊ alia intuitiua. ⁊ quod tales differant specie patet a doct. in isto secundo. di. 25.

Difficultas scda.

¶ Secundo pͥncipaliter dubitatur ĩ hoc quod dicit quod intellectus angeli et intellectus anime sunt eiusdem speciei licet angelus et anima differẽt specie: quia si hoc est verum videtur sibi cõtradicere: quia in ista. q. reprobando opinionẽ Alexandri dicit quod si isti duo intellectus differẽt spẽ tunc visio angeli beatifica ⁊ visio aĩe beatifica differrẽt spẽ. quia eẽnt immediate distinctis specie saltem partialiter. Pariformiter arguo hic presupponendo propositionem doc. in prologo. q. penultima. ⁊. q. 1. quolibe. qđ qualis ẽ ordo inter aliqua vbi realiter distinguntur: talis est vbi tantũ rõne distinguntur. modo si intellectus angeli et intellectus anime essent vere cãti ab angelo ⁊ anima vt a distinctis specie adiuicem specie distinguerentur: patet quia supra dicit quod visio angeli ⁊ aĩe btifica differrent specie si essent ab ĩtellectu ãgeli ⁊ intellectu anime: vt a spẽ distinctis sequiť ergo quod vbi intellectus sola rõne differt ab angelo. vel anima ꝙ secundum rõem differrẽt specie: quia ⁊ secundum rõnẽ essẽt causati a distinctis specie. patet quia ab ipso doctore ponitur hic infra. d. 16. quod intellectus est perfectio pullulans suo modo a natura cuius est intellectus ⁊ vult qđ anima ex sua perfectione contineat vnitiue intellectum vt supra patuit in qõe immediate precedenti. ⁊ infra. d. 16. q̃ continentia non tantum dicit rõnẽ materie: sed ẽt quãdã originatiõem: vt ibi exposui.

¶ Secundo si intellectus angeli et ĩtellectus anime sunt eiusdem speciei: ⁊ sunt idem realiter suis fundamentis stati videtur sequi simpliciter maior disťictio ⁊ essentialis distinctio inter angelum ⁊ animam qualis non erit inter perfectiones per realem identitatem in eis contentas: quod non vr̃ verum: quia ⁊ apud doc. que realiter distinguntur etiam essẽtialiter distingũtur: cum ergo ãgelus ⁊ eius ĩtellectus sint penitus vna res realiter: ⁊ intellectus anime ⁊ ipsa anima sint vna res penitꝰ realiter: sequitur quod ĩter duas res realiter esset disťictio essentialis ⁊ specifica: ⁊ tãtuz esset disťictio realis ⁊ numeralis ⁊ nullo modo specifica. ¶ Tertiõ principaliter occurrit dubium in hoc quod dicit: quod ĩ eodẽ possunt cõtineri per idemptitatem illa quorum est disťictio formalis quasi specifica quia si hoc est verum statim videtur sibi contradicere. Supponendo aliqua dicta ipsiꝰ. primũ quod ideo visio beatifica ãgeli et visio beatifica anime nõ differũt specie: quia partialiter sunt causate ab intellectu angeli ⁊ anime: que nõ differũt specie. Secũdo p̃suppono illam propositionem supradictam: videlicet qualis ẽ ordo inter aliqua vbi disťĩguũtur realiter ⁊c. Istis p̃suppositis arguo sic: si. a. ⁊. b. ĩter se formaliter disťicta essent vere cãta a. c. quod tantum est vnũ specie essent eiusdem speciei patet per primam propositionem de visiõe beatifica loquẽdo semper de causis precisis siue totalibus: siue partialibꝰ. ergo talem ordinem habebunt: vbi sunt causata tantum secundum rationem quod erunt eiusdem speciei: si ergo potẽtia intellectiua et sensitiua essent immediate causate ab anima intellectiua essent eiusdem rationis: ergo et modo vbi sunt causate secundum rationem. Si dicatur quod si essent realiter distincte ⁊ vere causate ab intellectiua: et tamen essent specie distincte: quia ab vno specie indistincto possunt esse plura specie distincta. sed si hoc est verum: tunc argumentum doc. non concludit: vbi arguit quod si visio beatifica angeli ⁊ visio beatifica anime essent partialiter ab alio et alio intellectu specie distincto de necessitate specie distinguerentur: ⁊ ꝙ modo specie non disťiguantur: hoc est quia sunt ab alio et alio intellectu tantum numeraliter distincto Si hoc argumẽtum doctoris concludit et argumentum de potentĳs supradictum concludere videtur. ¶ Quarto pͥncipaliter dubitatur in hoc quod dicit. ꝙ sicut in eadem anima includuntur perfectiones ĩtellectiue et sensitiue: que ita sunt distincte formaliter: sicut si essent due res: ita et econuerso potest aliquid indistinctum formaliter contineri in distinctis. nam si hoc est verum statim sibi videtur contradicere: quia illa indistincta formaliter que ponuntur per idẽtitatem in distinctis specie: non possent poni contineri ꝑ idẽtitatem: nisi de necessitate nature: saltem secundum rationem originarentur: vt supra exposui in questione immediate precedente: ⁊ si essent realiter originate essent alterius speciei: quia immediate essent a distinctis specie: ergo et modo vbi secundum rationem originantur distinguuntur specie. patet consequentia per illam propositionem: qualis est ordo ⁊c. Deinde non videtur sequi quod si aliqua specie distincta continentur per identitatem in aliquo vno specie indistincto: quod aliquo solo numero differentia contineantur in aliquibus per identitatem specie distinctis. quia in primo casu videtur quod plura alterius rationis possunt saltem secundum rationem causari ab vno penitus indistincto vt patet de multis perfectionibus que sunt ab essentia diuina: sed non sic sequitur quod a specie distinctis possint

Difficul. tertia

esse plura per identatem solo numero differentia.

Respondeo singulatim ad omnes difficultates: ⁊ primo ad primum sustinendo ꝙ intellectus

Rn̄sio ad difficul.

angeli: et intellectus anime sint eiusdem speciei: licet anima et angelus differant specie: ꝙ instantia facta contra nō ɔcludit nisi i isto casu: videlꝫ qđ si idētitas obiecti esset p̄cisa causa identitatis potentiarum: tūc bene sequeretur ꝙ intellectus et voluntas que respiciunt omnino idem obiectum essent eiusdem speciei:: nec secundum veritatem: nec secundum doctoris intentionem; hec est precisa causa. Nā doctor hic arguit quasi a posteriori ⁊ per locum extrinsecū quia communiter potentie respicientes idem obiectū sunt eiusdem rationis et non loquitur absolute: de quibuscūq potentijs: sed tantum loquitur de potentijs eiusdem generis: videlicet cognitiuis: nec de omnibus simpliciter cognitiuis: quia de non subordinatis: quarm differentia sumitur aliūde ꝗ ab obiectis: nā potentia visiua ⁊ fantasia differūt specie: et tamen vtraq potest esse eiusdem obiecti: etiam secundum numerum vt patet: et similiter intellectus ⁊ fantasia differūt specie: et tamen intellectus vt itellectus potest cognoscere eidem obiectum ⁊ sub omni ratione sub qua cognoscitur a fantasia vt patet a doc. in primo. dist. 3. q. 3. ⁊ sic identitas obiecti non est precisa causa identitatis potētiarum: loquendo de quibuscunq potentijs. Sed si habet veritatem hoc erit verum de potentijs: quarum vna non subordinatur alteri: ⁊ quarum vna nō presupponit de necessitate actionem alterius: sicut voluntas presupponit de necessitate actionem intellectus: ⁊ ideo sustinendo pōnē habem⁹ dicere qđ due potētie visiue quantuncunq in diuersis speciebus erunt eiusdem speciei quia tales potētie sic se habent qđ vna nō subordinatur alteri: nec vna de necessitate vt possit agere presupponit actionem alterius: ideo iudicamus esse eiusdem speciei quia ille sunt eiusdem obiecti: et sub eadem ratione considerati. Et econtrario: dicimus qđ potentia visiua et potētia auditiua etiam vt sunt in eodem supposito differunt specie: nec tamen vna subordinatur alteri cum sint disperate nec vna de necessitate vt possit habere operationem propriam presupponit operationem alterius. Dicimus ergo ipsas specie distigui: quia est impossibile ꝙ possint esse eiusdem obiecti: nec sub eadem: nec sub alia ratione considerati: intelligitur ergo propositio docto. de potētijs nō subordinatis: nec quarum vna i operando p̄supponat operationem alterius: ⁊ quamuis potentie disperate differāt specie suis rationibus formalibus: quia tamē de necessitate sunt distinctorum obiectorum: propter talem distinctionem arguimus ipsas specie distingui. et sic debet intelligi. Arist. 2. de anima vbi supra: et similiter due potētie non disperate nec vna subordinata alteri in operando: vt due potentie visiue sunt eiusdem speciei suis rationib⁹ formalibus: que tamen identitas propter obiecti identitatem quasi a posteriori cognoscitur: et sic debet intelligi Aristo. vbi supra. Et quod dicitur de fruitione in patria et fruitione in via: quod tunc non different specie cum sint eiusdē obiecti. Dico ꝙ verum esset si idem obiectum esset eodē modo presens. Sed alia ⁊ alia presentia obiecti potest causare saltem partialiter fruitionem alterius ⁊ alterius ratiōis

An fruitio patrie ⁊ fruitio vie differt specie

Et sic fruitio in patria: q2 est ab obiecto in se presente: vel ab aliq̊ perfecte supplente vicem obiecti in se presentis differt specie a fruitione in via que respicit idem obiectum nō in se presens: sed tantum in aliquo representatiuo: vt puta in aliqua specie intelligibili: vt dicit doctor de angelis ifra di. 3. q. 10. qui habent deum presentem in ratione obiecti intelligibilis per speciem intelligibilē: viatoribus tamen de communi lege ipse deus est presens per reuelationem siue per fidem infusam siue acquisitam: et sic fruitio in via et in patria differunt specie: et hoc modo intelligit doctor in tertio dist. 31. et in quarto d. 49. Dico secundo quod fruitio in patria et fruitio in via sunt simpliciter causate a diuersis specie distinctis. sustinendo quod obiectū vel cognitio obiecti sit causa saltem partialis fruitionis: de quo infra patebit dist. 25. et tunc fruitio in via tantum partialiter causatur a cognitione abstractiua ipsius dei: et in patria tantum ab ipso deo in se presente vel a supplente ⁊c. vel forte a visione deitatis: et tamen cognitio in via differt specie ab ipso deo vel a supplente vicem et a visione dei in se.

¶ Ad aliud de cognitione intuitiua et abstractiua eiusdē obiecti: patet responsio ex his que dixi de fruitione in via: et i patria: nā propter easdem causas cognitio ituitiua ⁊ abstractiua obiecti eiusdem specie differunt. ¶ Ad secundā difficultatem principalē que est minoris ponderis. Respōdeo sustinendo illam opinionem quod intellectus angeli ⁊ anime non differunt specie: Et antequam respondeam ad instātias p̄ clariori itelligētia aliq̄ premitto. Prio ꝙ hec propositio nō est vniuersaliter vera cāta a diuersis spē distinctis de necessitate differunt specie siue sint causata totaliter: siue partialiter: patet quia calor causatus a sole et calor causatus ab igne sunt eiusdem speciei: ⁊ tamen cause differunt specie: ⁊ similiter mus causatus per propagationem siue vniuoce: ⁊ mus causatus per putrefactionem siue equiuoce sunt eiusdem speciei: ⁊ tamen vt sic de necessitate sunt a causis specie distictis: vt clare patet a doc. in. 1. di. 2. parte. 2. q. 2. in responsione ad primum argumentum principale. Secundo premitto: qđ ista propositio nō est vniuersaliter vera causata siue partialiter: siue totaliter ab eadē causa: ⁊ sub eadem ratione formali et specifica sunt eiusdē speciei. nā patet per instantiam: quia idem sub eadem ratione formali potest causare immediate specie distincta et quāto causa est vniuersalior illuminatior tanto eadē omnino ex natura rei idistincta: pōt plura specie disticta causare. Tertio premitto quod sunt aliq̄ entitates que ex rationibus suis formalibus sic se habent: qđ semper specie differunt a quibuscūque causis causentur: siue a causis eiusdem rationis siue a causis alterius rationis: vt patet de mure siue per propagationē siue p putrefactionē causato ⁊ de vespa. siue per propagationē siue per putrefactionem cāta. ⁊ similiter sunt alique entitates que ex suis rationibus formalibus sic sūt eiusdem speciei: qđ quantūcūque a diuersis specie causent adhuc erunt eiusdem speciei: vt patet de mure cāto ab alio mure ⁊ causato a sole. Quarto p̄mitto: quod sūt alique cause quantumcūque diuerse que tantum sunt nate causare immediate aliquas perfectiones eiusdem speciei specialissie: vt patet de sole ⁊ homine: que sunt cause bonitatis entitatiue que bonitates taꝫ in homine quā in sole sunt simpliciter eiusdem speciei: ⁊ alique sunt cause siue nature: que quātūcunque indistincte etiam numero sunt de necessitate cause: vel quasi cause aliquaruꝫ perfectionuꝫ specie distinctarum vel saltem alterius rationis specifice: vt patet de anima intellectiua que est quasi causa originatiua intellectus et voluntatis: potentiē visiue: auditiue ⁊c. que de necessitate sūt alterius ⁊ alterius rationis. Quinto premitto quod alique sunt potentie que comparantur ad operationes proprias: quibus operationibus nullum productum correspondet extra: et alique comparantur ad actiones: quibus producta correspondent extra. Exemplum primi. intellectus respectus siue intellectionis: exemplum secundi. potentia calefactiua in igne respectu ligni calefactibilis. Potentie primo modo si non sunt subordinate: nec vna in operando presupponit de necessitate operationem alterius: et respiciūt idē obiectum sub eadem ratione consideratum: sunt p̄ductiue operationum eiusdem rationis: et tales potentie que sic respiunt idem obiectum sub eadem rōne: et non sūt subordinate ⁊c. sunt communiter eiusdem speciei: et sic intellectus angeli et intellectus anime quia sunt potentie non subordinate: nec vna in operando de necessitate presupponit alterius operationem: ⁊ possunt esse respectu vnius et eiusdem obiecti simpliciter sub eadem ratione considerati erunt eiusdeꝫ speciei: et operationes earum proprie erunt eiusdem speciei quarum operationum identitas: propter duo iudicatur siue arguitur: videlicet propter identatem obiecti: et q2 sunt a talibus potentijs mere actiuis si operatiuis (quod dico propter potentias factiuas) que sic se habēt: quod nec vna subordinatur alteri: nec operatio vnius presupponit de necessitate operationem alterius. Sed si tales operationes essent a potentijs specie distinctis de necessitate essent specie distincte: vt patet de actu intellectus et actu voluntatis etiam circa oīno idē obiectum: ⁊ similiter patet de actu potentie visiue: et de actu fantasie etiam respectus eiusdē obiecti sub eadem ratione considerati: et si potentia visiua et auditiua que sunt potentie disperate possint operari circa idem obiectum adhuc tales operationes essent specie distincte: quia communiter hec est vera: operationes proprie q̄ sunt a potentijs operatiuis specie distinctis specie distinguntur: et que sunt a potentijs operatiuis idistictis specie sunt eiusdem speciei pro quanto dependent ab illis potentijs. Quod dico propter obiecta distincta specie: quia quando tales operationes eliciuntur a potentijs specie indistin-

Rn̄sio secunde dif. p̄ncipalis

ctis partialiter: et ab obiectis spẽ distinctis: partialiter ex parte obiectorum habent distinctionem specificam: et ex parte potentiarum habent identitatem specificam saltem secundum quid) Et hoc arguimus a posteriori: et ab experimento. Sed quare a potentijs operatiuis tantum si specie distinguntur: et operationes earum specie distinguũtur: ⁊ si specie non distinguntur: nec similiter operationes. Et tamen a diuersis naturis specie distinctis possunt esse producta eiusdem speciei: ⁊ ab eadem natura numero possunt esse plura producta specie distincta nulla causa assignari potest: nisi quia sunt tales entitates. Sicut etiam doctor dicit: quod alique forme imperfectiores sunt actiue: vt elementares: et alique perfectiores non sunt actiue: vt alique forme mixti: vt patet de mixtis inanimatis: et similiter sunt alique forme perfecte: que sunt generatiue: vt patet de homine: et alique multo perfectiores: que nullo modo possunt generare sibi simile in natura: vt patet de intelligentijs: nulla a nobis potest signari causa: nisi quia sunt tales et tales entitates: vt notat doctor in primo. dist. 7. respondendo ad secundum argumentum principale: sic dico in proposito de potentijs operatiuis et naturis productiuis. ❡ Hijs premissis patet facilis solutio ad instãtias. Et dico breuiter concedendo ꝓpositionem docto. s. Qualis ẽ ordo inter aliqua distincta. realiꝰ ⁊c. ⁊ ꝙ si intellectꝰ aĩe ⁊ intellectus angeli essent realiter distincti vere essent realiter causati: et modo vbi sunt sola ratione distincti sunt secundũ rationẽ causati: ⁊ cũ infertur: si essent realiter causati essent alterius ⁊ alterius speciei: negatur. Et cũ ꝓbatur ꝑ hoc ꝙ essent a naturis specie distinctis. Dico vt supra ꝙ hec non est precisa causa: ꝙ specie distinguantur si sũt a distinctis specie: quia ⁊ a specie distĩctis possunt esse aliqua eiusdẽ speciei: vt dixi de mure ⁊c. essent ergo intellectꝰ et intellectꝰ eiusdẽ speciei: quia sunt a tali ⁊ tali natura: q̃ non sunt nate ꝓducere huiusmodi ꝑfectiones vt specie distinctas. Et cum vltra infertur de visione beatifica angeli ⁊ de visione beatifica aĩe: ꝙ si essent a potentijs spẽ distinctis spẽ distĩguerentur: ergo hoc idem erit ĩ ꝓposito. Dico ꝙ illa non est ꝑcisa causa ꝙ spẽ distinguanꝰ: q2 plura eiusdẽ speciei possunt esse a diuersis non tãtũ spẽ: sed etiaz genere distinctis: vt supra patuit de mure ab alio mure causato: et de mure causato a sole: ⁊ aliqua specie diuersa possunt esse ab eadem causa etiam numero: causa ergo quare huiusmodi visiones specie distinguerentur nulla alia assignari potest: nisi quia sunt a talibus potentijs operatiuis: que vt specie distinguuntur: non sunt nate habere operationes proprias: nisi vt specie distinctas. Et concedo quod si huiusmodi operationes: que vt realiter distincte a potentijs abinuicem specie differunt: si tantum ratione differrent ab illis potentijs adhuc secundum rationem essent causate vt specie distincte: sicut etiam intellectus angeli ⁊ intellectus anime: si essent realiter distincti ab angelo et anima essent simpliciter causati: vt idem specie propter causam superius dictam: et vbi sola ratione differunt: sunt secundum rationem causati: vt idem specie: et sic patet solutio ad istam difficultatem / et ad omnes instantias: quam bene nota.

Ad tertiam difficultatem patet respõ

sio ex his que dixi ad secundam difficultatem principalez. Concedo enim propositionem docto. qualis est ordo. ⁊c. Concedo etiam quod si visio beatifica anime ⁊ angeli essent a potentijs specifice distinctis: quod distinguerentur specie: non quia vt sunt precise a causis distinctis specie: sed quia sunt a talibus potẽtijs operatiuis: que vt specie distincte nate sunt tantum habere operationes specie distinctas. Et concedo ꝙ a. ⁊ b. que sunt a. c. distinguntur specie: ⁊ si essent realiter distincta a. c. ẽẽnt realiꝰ causata a. c. vt specie distincta: ⁊ modo vbi tantũ rõne distinguunꝰ: ꝯcedo: ꝙ secundũ rationẽm sunt causata vt specie distincta. Et cũ arguiꝰ per locuz ab oppositis: ꝙ q̃ sunt causata a specie distinctis specie distinguunꝰ: ergo que sunt causata a causa eadẽ specie sunt idẽ specie: dico ꝙ locus ab oppositis in ꝓposito tenet ĩ causis ꝑcisis: vt pz primo posteriorũ de causa respiratiõis ⁊c. Sed hic nõ arguiꝰ a causis ꝑcisis: q2 distinctio causarũ specifica nõ est causa ꝑcisa: quare aliq̃ effectus specie distinguanꝰ: patet q2 causa eiusdẽ speciei: immo eadẽ numero est causatiua pluriũ specie distinctoruz: vt patet per experimẽtum: nec similiter identitas specifica cause est ꝑcisa causa, quare plures effectus sũt eiusdẽ speciei: quia effectus eiusdem speciei possunt esse a causis specie distinctis: vt supra dixi. Ex quo ergo non arguitur a causis precisis: ideo non sequitur quod si. a. ⁊. b. sunt. a. c. non distinguantur specie. Sed quare. a. ⁊. b. sic producuntur vt sic specie distincta. ⁊. d. ⁊. e. vt solo numero distincta producuntur ab. f. ⁊. g vt specie distinctis causa est assignata supra respondendo ad secundam difficultatẽm principalem. Ad 4. diffi.

Ad quartam et vltimam difficultatẽ

patet responsio ex dictis supra. Et applica quẽ dixi: quia non oportet ea amplius applicare.

❡ Et cum dicitur circa vltimum: quod non videtur simile quod si aliqua distincta specie possint contineri per identitatem in aliquo vno specie indistincto: quod aliqua duo solo numero differentia possint etiam contineri per identitatem in aliquibus specie distinctis.

❡ Dico: quod hec ratio bene concluderet si illa duo solo numero differentia per identitatem continerentur in diuersis specie. sic intelligendo: quod. a. ⁊. b. solo numero differẽtia simul contineantur per identitatem in. c. ⁊ simul contineantur in. d. que. c. ⁊. d. specie distinguuntur. quia tunc esset simpliciter impossibile: sed quod. a. contineatur per identitatem in. c. ⁊. b. similiter contineatur identice in. d. tunc nõ tantum est verisimile: quod si specie distincta continentur per identitatem in aliquo vno specie indistincto quod. a. ⁊ b. solo numero differentia contineantur per identitatem in c. ⁊. d. modo preexposito: sed etiam est argumentum a fortiori siue a minori ad maius: quia minꝰ videtur inesse quod due formalitates specie distincte vnitiue contineantur ĩ aliquo vna numero indistincto: quam quod duo solo numero differentia vnitiue contineantur in duobus specie distinctis reddendo singula singulis: ⁊ hoc patet quia magna fit altercatio de attributis diuinis quod adinuicem formaliter distinguãtur ⁊ quod sint ex natura rei in essentia diuina vt supra patuit ĩ primo distin. 8. q. penultima et sic patet solutio ad omnes difficultates supra dictas quã bene nota ⁊ pondera: quia ad multa valet.

Ad argumẽta pr̃icipalia Primo doc.

Ad arg. pncipalia

arguit probando: quod anima et angelus non differãt specie: quia si essentie differunt specie: ergo et potentie que fũdantur in eis: ⁊ si potentie: ergo ⁊ operationes: ergo ⁊ obiecta vt patet secundo de anima. tex. com. 33. vbi sic habetur secundum aliam translationem: Et indiget inquit necessario qui vult perscrutari: de istis supple anime potentijs scire vnam quamque istarum que sit deinde post perscrutetur de contingentibus in hijs: ⁊ si necesse est dicere vnam quãque illarum que sit: verbi gratia intellectus quid sit: ⁊ sentiens quid sit: nutritiuum quid sit oportet etiam predicere intelligere quid sit: actiones enim et operationes precedũt in ĩtellectu virtutes: ⁊ si ita ⁊ sit cõsiderare de alijs rebus oppositis istis debet precedere considerationem de istis oportet nos vt intendamus ad diffiniendum istas primo ꝓpter istam causam. verbi gratia cibum ⁊ sensatum ⁊ intellectum hec ille: vult dicere quod potentie anime non cognoscuntur nobis inesse: nisi per operatiões: nec operationes cognoscũtur distincte nisi q2 sunt circa talia ⁊ talia obiecta ⁊ ideo p̃mo cognoscũtur obiecta distĩcta: ⁊ scd̃o operatiões circa illa obiecta ⁊ tertio potentie quarum sunt tales operationes: vnde et Commentator ibi sic ait. Et si oportet scire que est vna queque istarum virtutum necesse est prescire actiones proprias vnicuique istarum virtutum que sunt v. g. quid est intelligere per intelligens ⁊ sentire per sentiẽs ⁊ nutrire per nutriens. cognitio enim actionum istarum virtutum prior est apud nos in nostra prima cognitione quaz cognitio istarum virtutum: et causa narrauit: quod cognitio actionum debet precedere cognitionem virtutum: narrauit etiam quod cognitio patientium: videlicet obiectorũ illas actiones debet precedere cognitionem illarum actionum propter eandem causam propter quam debet precedere cognitio actionũ cognitionẽ virtutuz hec ille: pz ergo: q̃ per distinctionẽ obiectorũ cõcludimus distĩctionẽ actuũ ⁊ ꝑ distĩctionez actuum concludimus distĩctionem potentiarum: secundo ꝑ distĩctas potẽtias concludimus distinctas essentias: cum ergo ĩtellectus ãgeli ⁊ intellectus anime habeãt simpliciꝰ idem obiectuz. sequiꝰ ꝙ erunt potẽtie eiusdẽ rationis: ⁊ si hoc ergo ⁊ essentie

¶ Respondet doctor ⁊ dat duas responsiones: prima q̃ tales potentie sunt eiusdem rationis ⁊ operationes illarū similiter: quia circa idem obiectum: ⁊ hoc quantum ad literam Aristote. et Commen. Sed vltra non sequitur: quod si potentie sunt eiusdē rationis ꝙ ⁊ essentie: in quibus fundantur sint eiusdem rationis: nec hoc habetur ab Aristote. tantum enim habetur: quod obiecti eiusdē rationis sunt operationes eiusdem rationis: ⁊ istarum sunt potentie eiusdem rationis.

¶ Secunda respōsio est: quod iste potentie pro quāto fundantur in essentijs specie distinctis distinguntur specie.

¶ Et si arguatur contra: quia actus earum non differunt specie: quia sunt respectu vnius ⁊ eiusdem obiecti: ergo nec ipse potentie differunt specie per philosophum vbi supra. Dicit doctor quod isti actus possunt dupliciter considerari: vel inquantum dependent a potentijs: vel inquantum dependent ab obiecto Primo modo actus distinguntur specie: quia ⁊ fundamenta illorum: scilicet potentie distinguuntur specie: ⁊ ille potentie dicuntur specie distingui pro quanto sunt fundate in essentijs specie distinctis. Secundo modo actus sunt eiusdem speciei: quia vt sic dependent ab obiecto eiusdem rationis: ⁊ tunc conceditur: quod intellectio angeli ⁊ hominis de eodem intelligibili ex parte obiecti: est eadem specie ex parte autem fundamenti: inquantū fundamentum est potentie ratio agendi (puta quia anima dat intellectui: vt sit talis ratio agendi: non quod ipsa anima sit immediate ratio agendi) sunt alia specie: ⁊ tunc oporteret concedere: quod operationes simpliciter differunt specie: quia illa identitas secundum quid ex parte obiecti simpliciter non est identitas in specie: sed alia diuersitas simpliciter est diuersitas: ⁊ identitas secundum quid: vult dicere quod operationes que sunt a potētijs specie distinctis sunt simpliciter diuerse in specie: licet dicantur eiusdem speciei: vt comparantur ad obiectum eiusdem rationis: sed talis identitas specifica est tantum secundum quid: quia tantum ratione tertij cui comparantur. Sequitur in litera: quecunque enim differentia sufficit ad distinguendum. Sed nō quecunq̧ identitas sufficit ad perfectam identitatem aliquorum: vult dicere doctor: quod ad concludendnm aliqua esse alterius rationis sufficit etiam minima differentia alterius ⁊ alterius rationis: sicut patet de sapientia infinita et bonitate infinita: que formaliter differunt in diuinis. Sed ad concludendum perfectam identitatem aliquorum non sufficit qualicunq̧ identitas. Sequitur: ⁊ tunc videtur sequi illud inconueniens quod illatum est contra secundā opinionem de actibus beatificis: vult dicere: quod si iste potētie differunt specie: ⁊ per consequens operationes earum simpliciter differunt specie: sequitur: quod visio beatifica intellectus angeli ⁊ visio beatifica intellect⁹ anime simpliciter differāt specie: ⁊ si sic: sequitur vel quod quelibet visio angeli excederet quamlibet visionem anime: vel econtra: ꝙ est inconueniens: tamen ad euitandum hoc inconueniens: oporteret forte dicere: quod tota causa act⁹ beatifici est obiectum: ⁊ quod potentie se habeant ibi respectu illius act⁹ vt tantum receptiue ⁊ passiue.

¶ Secundo principaliter arguit doctor per Augu. tertio de lib. arbi. angelus ⁊ anima sunt natura pares: sed officio impares. ⁊c.

2. arg. p̄n. ¶ Respondet doctor ibi. Ad secundū ⁊ ad omnes auctoritates consimiles: patet per istam auctoritatem Augustini: anima sola veritate prima formatur propter hoc quidem nihil superius est anima: quod verum est in ratione obiecti: in quo quiescit. vt supra patuit in primo dic. prima q. p̄ma. respondendo ad argumēta p̄ncipalia: ⁊ quo ad hoc par est angelo: quia nulla natura intellectualis potest quietari nisi in obiecto infinito: vt supra probatum est: in primo. d. 1. q. 1. ⁊. q. vltima: ⁊ dist. 2. parte. 1. q. 1. in illa via que est ex parte eminentie.

Tertio arguit doctor:

⁊ ratio stat in hoc: quia si angelus ⁊ anima sunt alterius rationis: sequitur ꝙ quodlibet indiuiduum vnius erit nobilius quolibet indiuiduo alterius: vel ecōtra ꝙ nō est verum: quia si quilibet angelus esset perfectior q̄libȝ anima seq̄ret̄ ꝙ esset capatior maiori beatitudine: quia capacitas sequitur ētitatē ⁊ cum beatitudo requirat totā capacitatē satiari: sequitur ꝙ maior p̄fectio necessario erit in quolibet angelo ad hoc vt sit beatus q̄ȝ sit in qualibet aīa vel e conuerso ꝙ ē icōueniēs. ¶ Respondet doc. primo remittēdo se ad tertiū librum. di. 13. vbi habet videri quis sit perfectior angelus an anima comparando animā christi ad naturam angelicam. Secundo dicit: quod capacitas beati satiatur secundū p̄portionem ad merita: sed de ista capacitate felicitatis plenius habet videri. in quarto. di. 49. ⁊. 50

Circa responsiones

ad argumenta principalia aliqua insurgunt dubia. primum est de hoc quod dicit: quod potentie distinguuntur specie stante vnitate obiecti: circa quod sunt tales potentie: quia in hoc videtur expresse contradicere dictis philosophi. ⁊ Auerrois. in secundo de anima tex. cō. 33. qui volunt ꝙ ex cognitione obiecti cognoscitur qualis sit operatio et ex cognitione operationis cognoscatur qualis sit potentia: sicut ergo propter diuersitatem obiectorum diuersas arguimus operationes: et propter diuersas operatiōes arguimus diuersas potētias: sic ecōtra p̄pt̄ vnitatē obi/arguim⁹ vnitatem opatiōis et ex ꝯsequenti arguimus vnitatem potentie. dubia circa solu. argu. p̄mū.

¶ Secundo dubitatur in hoc quod dicit quod operationes differunt specie: vt comparantur ad potentias specie distinctas: a quibus dependent: vt vero comparantur ad idē obiectū sunt eiusdē ratiōis: quero aut sūt eiusdē rōnis ex natura rei: ⁊ distīcte spē ex natura rei aut ex natura rei differūt spē: et sola ratiōe sūt eiusdē rationis: puta ex sola comparatione ad obiectum. primo modo est simpliciter impossibile quod. a. ⁊. b. preter omne opus intellectus differant specie: ⁊ sint eiusdem speciei: secundo modo non videtur esse ad propositum: quia vt sic quasi omnia possunt esse idem ex natura rei: et differre specie per opus intellectus: vt patet quia homo ex natura rei est simpliciter idem ⁊ tamen idem homo vt conuenit sibi intentio subiecti ⁊ intentio predicati differt specie a seipso: ⁊ tunc idem sentiendo de operationibus nullam includit difficultatem. Tum etiam quia non est intentio Aristo. vbi supra qui argint vnitatem operationis propter vnitatem obiecti.

¶ Preterea quero si tales operationes sunt effectiue ab obiecto ⁊ effectiue a potentijs: ⁊ certum est quod sic vt ipse subtiliter probat in primo. dist. 3. q. 7. ⁊ in quolibetis. q. 15. hoc stante sint ille operationes. a. ⁊ b. tunc sic. a. ⁊. b. vt immediate causantur partialiter a potentijs specie distinguntur: ⁊ vt īmediate causantur ab obiecto partialiter aut specie distīguntur: aut sunt idem specie: si primo hoc est cōtra Aristo. vbi supra. et contra ipsum doctorem qui vult ꝙ sint eiusdem rationis vt comparantur ad idem obiectum: si secundo ergo. a. ⁊ b. ex natura rei erunt specie distincta: et simpliciter eadem specie: quod est impossibile. Tum etiā quia alia ⁊ alia causatio non variat entitatem in se. p̄t⁹. n. est res talis in se quam alteri comparetur vt patet a docto. in pluribus locis: ⁊ tunc quero aut. a. et. b. ex sua ratione formali sunt distincta specie: aut sunt eadem specie. si primo ergo non eadē erunt spē: vt ꝯparant̄ ad obīm: si scd̄o ḡ nō erūt distīcta spē vt ꝯparāt̄ ad potētias spē distīctas.

¶ Secundo dubitatur in hoc quod dicit quod quecunque differentia sufficit ad hoc vt aliqua simpliciter distinguantur: sed non quecunque idētitas sufficit ad perfectam idētitatem aliquorum hoc non videtur posse stare: quia ex quo idem ⁊ diuersum diuidunt omne ens quod modis dicitur idem tot modis dicitur ⁊ diuersū sicut dicimus idem numero diuersum numero: idem specie ⁊ diuersum specie: sicut ergo differentia nata est sic facere differre: ita identitas opposita nata est sic facere idem: sicut ergo aliqua faciunt differre simpliciter. ita ⁊ identitas opposita facit aliqua esse idem simpliciter: ⁊ sic vt aliqua faciunt differre tantū secundum quid: ita ⁊ identitas opposita facit aliqua esse idem tantum secundum quid. 2. dubiū

¶ Tertio dubitatur in hoc quod dicit quod operationes vt dependent a potentijs distinctis specie simpliciter specie distinguuntur: vt vero comparantur ad obiectum: sunt idem specie tantum secundum quid quod videtur repugnare dictis eius: quia ipse in primo. distinctio. 3. questio. 7. in corpore questionis vult quod actus capiant distinctionem ab obiectis. dicit enim sic. Si actus non essent ab obiecto non distinguerent̄ essentialiter propter distinctionem obiecti: quia essentialis distinctio non est ab eo quod non ē causa: nec esset simpliciter perfectior intellectio perfectioris intelligibilis: posito equali conatu hinc inde ex parte intellectus: ⁊ infra sic dicit: similiter non videret̄: quomodo aliqua tota scientia cōtinet virtualiter in obiecto si sola aīa haberet cālitatē respectu habit⁹ ⁊ act⁹. Ex his ego arguo 3. dubiū.

sicut actus a solo obiecto habent distinctionem. ita quod actus distinctorum obiectorum specifice distinguantur: ita et vnitas actus erit simpliciter ab vnitate obiecti: cum actus semper specificetur ab obiecto: videtur ergo magis dicendum: quod actus vt comparantur ad idem obiectum a quo essentialiter dependent: ⁊ a quo simpliciter specificantur sint simpliciter idem specie: ⁊ vt comparantur ad potentias: a quibus licet dependeant partialiter non tamen communiter ab eis specificantur dicantur differre specie tantum secundum quid.

Rñsio ad 1. difficul.

Respondeo ad has difficultates. Et

primo ad primum tenendo hanc opinionem: quod intellectus angeli et intellectus anime specie distinguantur: quia sunt a causis siue naturis specie distinctis. (Licet hec non sit precisa causa vt supra dixi) cum dicitur quod hoc est contra Aristotelem negatur: ⁊ cum probatur: per hoc quod identitas obiecti arguit identitatẽ potentie: dico primo quod in illo textu et commento tantum habetur: quod distinctio obiectorum quasi a posteriori arguit potentias distinctas: sed non habetur quod identitas obiecti arguat identitatẽ potentie: et si arguatur per locum ab oppositis: quod sicut distinctio obiectorum est causa distinctionis potentie: ergo identitas est causa identitatis: non sequitur nisi forte in causis precisis: et patet instantia: quia respectu eiusdem obiecti. ⁊ sub eadem ratione considerati: possunt esse potentie specie distincte: vt patet de intellectu et voluntate: et similiter de visiua fantasia: et intellectu: nec similiter est ista vera absolute: quod distincta obiecta specie arguant distinctas potentias: patet quia eadem potentia visiua est respectu albedinis nigredinis ⁊ rubedinis que specie differunt nec sic Aristote. loquitur de obiectis distinctis: sed accipit ibi obiecta distincta adequate: sic quod obiectum adequatum vnius potentie non potest esse obiectum: neq; adequatum: neq; inadequatum alterius potentie: nec etiam loquitur de obiectis adequatis respectu cuiuscunque potentie absolute sumpte: sed loquitur tantum de obiectis adequatis: que respiciunt tales potentias: quarum vna non subordinatur alteri: neque vna in operando necessario perexigit operationem alterius: loquitur ergo tantum de potentiis disperatis. Si etiam loquatur de potẽtiis subordinatis debet sic exponi: ⁊ non econuerso: id est quod quamuis sit idẽ obiectum potentie visiue ⁊ fantasie: quia in quod visiua potest ⁊ fantasia: sed non econuerso: quia obiectum adequatũ fantasie non est obiectum adequatum visiue: sed alia expositio est melior: ⁊ sic patet ad difficultatem.

Ad. 2. difficultatẽ

¶ Ad secundam difficultatem cum queritur: an ille due intellectiones causate a potentiis specie distinctis circa idem obiectum sint idem specie ex natura rei ⁊ distincte specie ex natura rei: an tantum distincte specie ex natura rei: ⁊ idem specie tantum per intellectum. Dico quod potest dari vtrũque membrum.

¶ Et cum arguitur contra primum: quod hoc videtur impossibile.

¶ Dico quod si ille intellectiones in se absolute considerate dicerentur ex natura rei eadem specie ⁊ distincte specie: quod esset inconueniens. Sed quod ex natura rei differãt specie: vt comparantur ad potentias specie distinctas: a q̃bus essentialiter depẽdent: ⁊ quod sint ex natura rei eadem specie: vt comparantur ad idem obiectum a quo similiter essentialiter dependent hoc non habeo pro inconuenienti: quia si ille due potentie specie distincte essent totales cause illarum intellectionum ille absolute differrent specie: vt supra dixi: quia non essent nate producere operationes proprias nisi: vt specie distinctas: similiter si idem obiectum esset totalis causa illarum intellectionum ille essent simpliciter eadem specie: quia tale obiectum non esset natum causare intellectiones sui nisi vt eiusdem rationis: ⁊ sic intelligendo possunt dici eadem specie: ⁊ diuersa specie ex natura rei. De secundo membro etiam patet. quia non est incõueniẽs quod alique due intellectiones sint specie distincte ex natura rei: ⁊ quod sint eadem specie tantum per intellectum: ex hoc solo quod comparantur ad vnitatem obiecti. Posset tamen faciliter responderi ad vtrũq; membrum: quod vnitas specifica potest dupliciter accipi: vno modo denominatione intrinseca: ita quod. a. ⁊. b. dicant̃ vnũ specie: quia quidditatiue includunt eandem quidditatem specificam. alio modo denominatione extrinseca: ex hoc solo quod terminant̃ ad idem obiectũ specie indistinctum: sicut aliquando dicimus quod vnitas scientie dicitur ab vnitate obiecti. i. quod qualis vnitas est in obiecto: talis est ⁊ scientie: quod tantum est verũ denominatione extrinseca. Dico ergo: quod ille due intellectiões denominatiõe intrinseca specie differunt: quia essentialiter includunt differentias quibus specie distinguuntur: dicuntur etiam specie differre denominatione extrinseca pro quãto dependent essentialiter a potentiis specie distinctis. Sed dicuntur eadem specie tantum denominatione extrinseca pro quanto sunt alicuius obiecti. i. vnitatẽ specificã habẽtis: ⁊ sic patet solutio ad difficultatem.

¶ Ad aliã difficultatẽ de illo: quod dicit doc. in. d. 3. q. 7. primi quod intellectio dependet ab intellectu ⁊ ab obiecto quomodo est possibile quod magis dicatur distingui specie a potẽtia quam ab obiecto. Dico presupponẽdo aliqua: primo quod aliud est loqui de identitate specifica intellectionũ ⁊ aliud de diuersitate specifica cõparando ad potẽtias ⁊ ad obiectũ: nam quando sunt due intellectiones q̃ sunt partialiter causate a duobus obiectis specie distinctis sic necessario specie distinguũtur quod est impossibile esse ex natura rei eiusdem speciei: quia talia obiecta nõ possunt causare nec totaliter: nec partialiter cognitiones sui nisi vt specie distinctas: ⁊ sic distinctio specifica actuum sumitur ⁊ specificatur ab obiectis specie distinctis vt vult doctor in primo vbi supra.

¶ Et si dicatur nonne tales intellectiones dependent ab intellectu essentialiter.

Instãtia pulchra.

Dico quod sic: et plus dico: quod etiam dependent ab ipso: vt a causa

magis principali: vt patet a Docto. in primo di. 3. q. prima. Sic ex hoc: a quo aliquid habet entitatem ab eodem habet ⁊ vnitatem: quia vnitas consequitur entitatem. Cum ergo iste intellectiones sint principaliter ab ĩtellectu secũdũ ẽtitatem sequit̃ quod erunt secundum vnitatẽ: et sic talis distinctio specifica erit principaliter ab intellectu. ¶ Dico quod hoc si sequit̃ quia vnitas specifica vel distictio erit magis a causis primis quam a remotis: vnde homo productus habet magis vnitatẽ specificã ab homĩe producẽte (qui tãtum natus est producere sibi simile ĩ specie) quam habeat a sole vel alia causa remota ⁊ sic asinus productus ab asino ⁊ homo productus ab hoĩe magis habet distinctionẽ specificam ab asino ⁊ homine producẽtibus quam a causis remotis ⁊ vniuersalioribus.

Solutio.

¶ Si dicat̃ quod distinctio specifica vel vnitas specifica magis sumitur a causa vniuersaliori ⁊ a remotiori quia doctor in primo distinctione tertia. q. 8. dicit quod causa perfectior magis assimilat effectum ei cui est assimilabilis quam inferior: magis enim causat effectum qualis est causabilis ⁊ assimilabilis. assimilabilis autem est effectus formaliter cause propinque: ideo ipsa causa remotior magis assimilat effectiue ipsum effectũ cause proxime: quam ipsamet causa proxima sibi: quod enim formaliter filius est similis patri: hoc magis est a causa remota assimilante filium patri effectiue: quam ab ista causa propinqua: quia que plus dat formam / qua assimulatur plus dat effectiue assimilationem: hec ille.

Alia instã.

¶ Respondeo concedendo quod dicit doctor ⁊ cõcedo absolute quod homo productus ab alio homine magis habet vnitatem specificam ab ipso deo quã ab homine: quia ⁊ magis entitatem: ⁊ hoc est simpliciter verum in causis essẽtialiter ordinatis: quarum inferior agit in virtute superioris licet forte homo productus ab homine: posset dici magis habere vnitatem specificam pro quanto est ab agente simpliciter eiusdẽ speciei specialissime. Sed hec rõ parũ valet

Dico ergo quod in proposito distinctio

specifica: et etiam vnitas specifica intellectionis accipitur ab obiecto: quia tale obiectum vt tale concurrit cum quocunque intellectu ad sui cognitionem natum est producere talem vel talem cognitionẽ: ⁊ sic si idem obiectum comparet̃ ad duos ĩtellectus erit productiuũ partialiter duarũ cognitionũ eiusdẽ speciei: ⁊ si sint duo obiecta specie distincta comparata ad eundem intellectũ producent partialit̃ duas cognitiones specie distictas: ⁊ sic specificatio actus sumet̃ ab obiecto. Et cum dicitur quod ĩtellectus est causa magis principalis quam obiectum conceditur. Et cum vltra infertur: ergo entitas intellectionis principalius est ab intellectu quã ab obiecto: cõcedo ⁊ cum vltra infertur: ergo ⁊ vnitas specifica erit magis ab intellectu: negatur ista consequentia Et rõ negatiõis ẽ quia quando vna cã partialis ⁊ principalis concurrit cũ alia partiali ⁊ minus principali sic quod ẽ ĩpossibile continere causalitatẽ minus princi-

palis: vel posse supplere vicem illius: vnitas specifica magis erit a minus principali quam a principali (presertim qñ effectus productus non est a causis partialibus eiusdẽ speciei sicut homo est a masculo ⁊ a femina: quia forte vt sic erit magis hõ talis a masculo) ⁊ sic est in proposito.

¶ Dico etiam quod quando vna causa partialis et principalis concurrit cum pluribus causis partialibus: quarum quelibet sic concurrit ad effectuz proprium: quod non potest esse nisi a tali causa partiali: tunc vnitas vel distinctio specifica effect⁹ erit ab illis partialibus minus principalibus: ⁊ sic est in proposito: quia idem intellectus numero concurrit effectiue partialiter cum omnib⁹ aliis obiectis: que sunt cause partiales: si ergo vnitas vel distinctio specifica esset ab eodem intellectu: sequeretur ꝙ ita cognitio Francisci ⁊ Johannis distinguerentur specie: sicut cognitio hominis ⁊ asini: vel sequeretur quod sicut cognitio Johannis ⁊ Francisci sunt eiusdem speciei: sic ⁊ cognitio hominis ⁊ asini: patet: ergo quod tales cognitiones habent ab obiectis: vel quod sint specie distincte vel quod sint eiusdem speciei: etiam posito quod sint principali⁹ ab intellectu.

Rñsio. ¶ Si dicatur quod hec responsio cõtradicit dictis doctoris: quia dixit quod distinctio specifica intellectionũ est simpliciter a potẽtiis specie distinctis. ⁊c. Dico quod nulla est contradictio: quia vt dixi supra quando due intellectiones circa idem obiectum specie distinguuntur hoc erit precise: quia sunt a potentiis specie distinctis: sicut etiam quando sunt due intellectiones ab eodem intellectu: ⁊ ab obiectis specie distinctis habent p̃cise ab illis obiectis: quod specie distinguantur ⁊ non ab illo intellectu.

¶ Ad aliam difficultatem circa hoc quod dicit doc. quod ille intellectiones vt comparantur ad potentias specie distinctas simpliciter distinguuntur specie: vt vero ꝯparantur ad idẽ obiectũ sunt idẽ specie tñ scdm quid. Cum ergo d̃r ꝙ magis videnꝰ idẽ simpliciter: negaꝰ. Cũ probaꝰ: q̃ act⁹ specificanꝰ ab obiectis. Dico ꝙ ista ꝑpositio potest habere multiplicem sensum. Primo: ꝙ si ꝑentur duo actus qui cõparentur ad eundẽ intellectũ vt ad causam partialez: ⁊ sint a duobus obiectis specie distinctis huiusmodi act⁹ habẽt precise distinctionem specificam ab obiectis: ⁊ sic actus specie distinguntur ab obiectis. Secundo. Si dentur duo actus qui sunt a duabus potentiis specie distinctis ⁊ a duobus obiectis specie distinctis: isti actus habent a potentiis ⁊ ab obiectis ꝙ specie distinguantur sed hoc magis habent a potentiis. Tertio. Si duo actus sint a duabus potentiis specie distinctis vt a causis partialibus ⁊ ab vno obiecto vel a duobus eiusdem speciei: habent simpliciter a potentiis vt specie distinguantur. Quarto. Si dentur duo actus a duabus potentiis solo numero differentibus ⁊ ab vno obiecto habente vnitatem numeralem erunt distincti numero a potentiis. Si etiam sint a duobus obiectis numero differentibus ⁊ a duabus potentiis solo numero differentibus erũt magis disticti numero ab illis potentiis. Si vero duo act⁹ sint a duobus obiectis solo numero differentibus ⁊ ab vna potentia singulari magis erũt numero distincti ab obiectis. Et ex his patet quid dicendum: hec enim propositio non est simpliciter ⁊ absolute vera: scilicet actus precise specificantur ab obiectis: semper tamen est vera quando eadez potentia comparatur ad plura obiecta: quod semper distinctio actuum sumitur penes distinctiones obiectorum. Sed quãdo plures potentie specie distincte comparantur ad idem obiectum. actus dicuntur simpliciter specie distincti a potẽtiis ⁊ non ab obiecto: sic ergo doctor debet intelligi quod illi actus simpliciter debent distingui a potentiis ⁊ sunt idem specie tantum secundum quid: quia comparãtur ad idez obiectum. Sicut etiam cognitio hominis ⁊ asini simpliciter distinguuntur specie: quia ab obiectis specie distinctis: ⁊ vt sunt ab eodem intellectu sunt idem specie tantum secundũ quid: ⁊ sic patet ad difficultatem.

Ad vltimã diffi. ¶ Ad vltimam. Dico quod minima differentia preter intellectum sufficit ad distinctionem simpliciter: non tamen q̃libet identitas sufficit ad identitatem simpliciter: patet: q̃ intellectus ⁊ voluntas sunt formaliter distincte potẽtie: ita quod minima distinctio inter illas preter distinctionem ex natura rei infert ipsas specie distingui: non tamen quelibet identitas infert simpliciter idem specie: patet: quia vt comparantur ad animã sunt idem ⁊ numero ⁊ specie ⁊ tamen non sequitur quod sint idem simpliciter specie: ⁊ sic doctor intelligit: nõ enim intelligit quod si a. ⁊ b. distinguãꝰ specie: ita quod talis distinctio simpliciter dicatur simpliciter distinctio specifica: quod identitas opposita non dicatur simpliciter identitas specifica: ⁊ sic patet solutio harum difficultatum.

¶ Distinctionis secunde. Questio prima.

Queritur prio vtrum in existantia actuali angeli sit aliqua successio formaliter. (Titul⁹ q. exponiꝰ) Titulus q̃nis sic itelligiꝰ: an existentia actualis angeli mẽsuretur aliqua mensura ꝑpria sibi: sicut dicim⁹ quod existentia dei mensuratur eternitate: vt mensura intrinseca/ ⁊ propria sibi: ⁊ temporale mensuratur tempore tanquã mensura propria ⁊ intrinseca motus inexistentis tali temporali

Circa mẽsurã angeli tres sunt opiniones diuerse: prima est scilicet Bonauentu. libro secundo. di.2. arti. primo. q.3. Ibi hic dicitur quod in existentia angeli est successio formaliter et stat in hoc ꝙ existẽtia ãgeli. puta durãtis tanta duratione puta ĩfinita a ꝑte post mẽsuraꝰ mẽsura successiua sibi ꝑpria sic ĩtelligẽdo ꝙ mẽsura angeli ex hoc dicitur successiua q̃ vnuz nunc eui immediate sequitur aliud nũc eui. puta si existentia angeli duret p.20. ĩstãtia dicit. s. Bonauentura ꝙ talis existẽtia ãgeli ĩ p̃mo ĩstãti mensuratur nũc siue instãti eui ꝙ ẽ indiuisibile. et in secũdo instanti mẽsuratur alio nũc eui indiuisibili quod immediate sequitur primuz nũc ⁊ in tertio instanti mẽsuraꝰ alio nũc eui: ita ꝙ cuiuscunqꝫ instantis existẽtie angeli correspõdet proprium nunc: ⁊ sic totum euum angeli durantis per 20. instantia vocatur successiuum cum sint ibi. 20. instantia eui sibi inuicem succedentia: ⁊ sic totum euum angeli ꝙ sempiternaliter durat a parte post includit infinita instantia eui a parte post sibi inuicem succedentia: ⁊ sic patet opinio scilicet Bonauenture quam multis rationibus probat quarum prima est ibi: Pro ista opinione arguitur quadrupliciter. Que prima ratio stat in hoc supponendo quod existentia angeli conseruetur ⁊ quod continue fiat sic tamen intelligendo quod angelus in primo instanti habet totum suum esse perfectum: ⁊ in secundo instanti quantũz est ex parte sua desineret esse nisi a prima causa iterum poneretur in esse ⁊ similiter in tertio instanti quantum ex se est nõ esset nisi a prima causa poneretur ĩesse ꝑ tertio ĩstãti ⁊ sic deinceps ⁊ hoc modo debet ĩtelligi cõtinue fieri: ita quod pro quolibet ĩstãti habet perfectuz esse: ⁊ nisi pro quolibet instãti poneretur inesse ex parte sua semper haberet non esse cum ergo existentia creature ponatur ĩesse in alio et alio ĩstãti vel actione: puta creatione passiua siue cõtinua: siue alia ⁊ alia sequitur quod illa creatio passiua per.100. instantia dicitur successiua. quia creatio passiua vel eadem continuatur vel quod vna in vno instanti succedat alteri in alio instanti. igitur euum mensurans huiusmodi creationem passiuam secũdum quam existentia angeli ponitur in alio ⁊ alio instanti dicitur successiuum modo preexposito in declarando opinionem. s. Bonauenture. (Angeluz ꝯtinue fieri quõ intelligitur.) ¶ Ibi. confirmatur: ista confirmatione probat Bonauentura quod conseruare dicat aliquam actionem sic quod si deus creat angelum in primo ĩstanti ⁊ ipsum conseruat in secundo instanti illud conseruare est agere quod nihil aliud est nisi iterum producere angelum in secundo instanti: ⁊ sic deinceps: ⁊ sicut cõseruare dicit actionem ita ⁊ conseruari in secundo instanti dicit passionem suo modo idest quod sicut conseruare angelum ĩ secundo instanti est ipsum ponere inesse existentie pro illo secundo instanti: ita ⁊ angelũ conseruari in secundo instanti est ipsum poni actione agentis in actuali existentia ĩ illo scd̃o ĩstãti. ⁊ sic pꝫ q̃ño cõseruare dicat aliq̃ actionẽ positiuã: alioquin diceret conseruare lumen qui non claudit fenestrã certuz est enim: ꝙ lumen conseruatur a corpore luminoso

so quando intrat aliquam domum: quia continue multiplicat lumen: et si per instans desineret multiplicare ipsum continuando: statim lumen desineret esse: non conseruatur ergo a non claudente fenestram: sed a corpore luminoso ipsum lumen: vel eadem actione cõtinuando: vel alia et alia actione pro alio ⁊ alio instanti ipsum inesse ponendo.

Ibi. Similiter tunc annihilare esset actio positiua quod falsum est. Hic Bonauentura probat per locum ab oppositis: quod conseruare sit vere agere: et ratio stat in hoc: quia cum conseruare ⁊ annihilare adinuicem opponantur: si conseruare non dicat aliquam actionem positiuam: ergo annihilare dicit aliquam actionem positiuam: quod falsum est: quia annihilare nihil aliud est nisi non agere: quod etiam apparet ex hoc supple quod conseruare sit agere: quia nulla creatura est in esse suo independẽs quia nec actus purus. igitur continue inessendo dependet a causa. nam sicut aliquid simpliciter ⁊ essentialiter dependet ab alio inessendo: loquendo semper de causis essentialiter ordinatis: ita ⁊ quantum ad sui permanentiam dependet: ⁊ sic continue inessendo dependet a causa: ⁊ non tantuz a causa: que dedit esse et modo non dat: quia tunc conseruare nihil esset nisi prius egisse ⁊ modo non destruere.

¶ Ibi. Si concedantur omnia ista: quod deus conseruando agat effectiue. Hec litera stat in hoc: si quis cõcederet quod conseruare esset positiue agere: ⁊ tamen diceret quod deus eadem actione qua produxit angelum in primo instãti: conseruat pro quolibet instanti sequenti: ita quod illa actio non potest dici continua: patet: quia non est ibi forma s̃m quam continuetur.

Aliqua actio quõ pt dici cõtinua

¶ Unde pro clariori intelligentia nota. quod aliquando actio dicitur continua non ex sua actione: sed ex hoc: quod forma que acquiritur per talem actionem acquiritur successiue: sicut calor vt. 10. causatur i igne successiue: ita ꝙ vna pars post illam. Aliquando dicitur cõtinua: non quod forma que acquiritur per talem actionem sit in se continua ⁊ diuisibilis: sed ex hoc quod eadez forma vel existentia illius continuatur in alio et in alio instanti: ipsam producendo in alio ⁊ alio instanti: vt si deus vna actione positiua produceret angelum in alio ⁊ alio instanti continuando ipsum: ⁊ tali actioni continue correspondeat forma continua ⁊ diuisibilis: non diuisibilis in suo esse: sed ex hoc diuisibilis: quia illud esse semper habetur: ⁊ semper producitur in alio ⁊ alio instanti. Aliquando actio dicitur non cõtinua: siue indiuisilis: ⁊ est quando forma que acquiritur p ipsam est indiuisibilis: ⁊ tantum pro primo instauti acquiritur. Negaret ergo illa opinio conseruare esse actionem primo vel secundo modo: ⁊ diceret quod angelus in primo instanti accipit esse actione diuina indiuisibili: ⁊ quod etiam habet esse in secundo ⁊ tertio instanti: ⁊ sic successiue illa actione indiuisibili ⁊ nullo modo continuata.

Contra. Hac actione nõ habetur formaliter. Argumentum hoc Bonauenture contra hanc responsionem stat in hoc. Tu dicis: quod angelus in secundo instanti habet esse illa actione indiuisibili: qua ipse angelus habet esse in primo instanti. Contra. Nam angelus in secũdo instanti de se habet non esse: quero tunc: aut ergo in secũdo instanti producitur inesse illa actione prima: ⁊ sic illa actio continuatur: aut alia actiõe producitur inesse: ergo nõ habebit esse in secundo instanti per illam actionem primaz ⁊ hoc est quod dicit ibi hac actione: scilicet prima non haberetur formaliter ⁊ vltimate illud esse: quod potest non habere: puta in secundo vel tertio instanti posita hac actione ⁊ hoc probat: quia causa causans hac causatione est causa vltimate applicata ad producẽdum effectum inesse: igitur si cum hoc supple stante tali applicatione cause possit stare effectum non esse: non videtur quod hac causatione habeatur esse vltimatum: patet: quia si causa est perfecte ⁊ vltimate applicata ad effectum producendum causatione. a: pro instanti b. si pro illo instanti b. effectus potest non esse: sequitur quod illa causatione a. non ponitur in esse: quia si causatione a. poneretur inesse pro instanti b. esset impossibile ipsum effectum posse non esse pro instanti b. sed in proposito hac causatione posita qua angelus producebatur inesse in primo instanti: potest angelus non habere esse cras: ⁊ si habet esse cras: non habet illud esse formaliter et vltimate illa causatione: qua pouebatur inesse pro primo instanti: oportet ergo dicere quod si habet esse pro alio ⁊ alio instanti quod habeat esse vel eadem causatione continuata pro quocunque instanti: in quo habet esse: vel quod habeat esse alia et alia causatione pro alio et alio instanti / quo ponit̃ ineẽ

Ibi. Si dicas diceret forte Henricus (sustinendo quod tantum habeat esse pro quocunque instanti actione indiuisibili) quod angelus non habeat esse: puta crastina die: scilicet quod non diceretur habere esse crastina die nisi pro quanto coassisteret tempori crastino. prima ergo actione non posset coexistere tempori crastino nisi alia actione ponatur tempus crastinum cui assistat: sed posito tali tempore diceret Henricus: quod angelus eadem actione qua habuit esse in primo instãti coassisteret illi tempore crastino: nam ipse Henricus vult quod sit impossibile euum separari a tempore: vt infra patebit: ⁊ sic creatura dicitur existere pro alio ⁊ alio instanti pro quãto ipse existens in nũc eui: ipsum nunc eui indiuisibile comparatur ad aliud ⁊ aliud instans temporis: ⁊ hoc est quod dicit.

¶ Ibi contra. Ita est de eternitate. Hec instantia contra Henricum est satis clara in litera: nam tunc sequeretur: q̃d instans eui non differret ab instãti eternitatis. Nam ex quo vult Henricus ꝙ ipsum euum angeli quantumcunqꝫ durãtis sit indiuisibile: vt supra dixi: ⁊ similiter eternitas est vere indiuisibilis: ⁊ tota simul s̃c̃d̃m om̃es: si ergo dicatur nũc eui angeli non esse cras nisi pro quanto tempus coexistat sibi: ita nunc eternitatis siue existentia ipsius nunc: non poterit esse cras: nisi pro quanto tempus sibi coexistat: ⁊ sic euũ nõ differret ab eternitate: quod est inconuenieus: ⁊ hoc est quod dicit. ¶ Ibi similiter non tantum posita causatione: angelus põt nõ habere esse cuz futuro. ⁊c. Hic Bonauẽtura vult dicere ex quo ipse angelus crastina die non tantũ potest habere non coexistẽtiã tempori: que fundat̃ inesse absoluto angeli: sed etiam illud eẽ absolutũ angeli potest nõ habere pro crastina die. Querit̃ ergo a quo ponit̃ illud esse absolutuz crastina die: si prima actione qua habuit esse in primo instanti. ergo continuatur illa actio: quod est intentum si alia ⁊ alia actione similiter habetur intentum. vt supra patuit non enim esse absolutum angeli dependet essentialiter a coexistẽtia temporis: et sic stat p̃ma ratio Bonauẽture

¶ Ibi. Item secundo. Si esse eius est simplex et immutabile. ergo sicut deus non potest facere angelum non fuisse: ita nec non fore: vult dicere: quod si esse eui est simplex ⁊ immutabile. ergo sicut deus non potest facere angelum nõ fuisse. ita nec non fore. consequentia patet. quia si euũ est omnino indiuisibile: nunc idem esset fuisse ⁊ fore. ⁊ si sic sequitur quod deus non potuit facere angelum non fore.

Ibi confirmatur ratio: quia in eternitate non sunt contradictoria vera de voluntate diuina: ⁊ cõfiermatio stat in hoc: quod si euum esset omnino indiuisibile: tunc deus posset creare angelum in instantia: et in eodez posset annihilari: quod patet: quia certum est quod in eternitate non verificãtur contradictoria de voluntate diuina nec ipsa est respectu contradictoriorum: sed i eternitate potuit creare angelum et eundem annihilare: patet quia eternitas est tota simul: ⁊ non habens principium: neque finẽ. Pono nunc casum possibilem quod deus in eternitate velit angelum creare ⁊ eundem annihilare. Ista sunt duo contradictoria: ⁊ vt non sint duo contradictoria: oportet inuenire aliam causam: ⁊ ista est quod vult angelum creare per instantia. a. ⁊ vult ipsum annihilare pro instanti. b. ergo oportet ponere in angelo aliud instans in quo velit ipsuz creare: ⁊ aliud instans: in quo velit eundem annihilare: ⁊ sic erit mensura successiua: nec oportet fugere ad tempus: cui coexistit: quia deus potuit velle creare: ⁊ velle annihilare pro alio et alio instanti absque respectu ad tempus: et hoc est quod dicit ista littera.

¶ Tertia via arguit de infinitate: quia cum angelus durabit in infinitum cum toto tempore futuro: si nunc habet totam suam durationem: quam habebit semper igitur nũc formaliter habet durationem infinitam: et sic euum angeli non differret ab eternitate: quia habet totam suam durationem simul.

Ibi: hoc cõfirmat̃: quia illud nunc quod est ex se tale. quod potest coexistere infinito est formaliter

infinitum: sicut si angelus nunc haberet in se: vnde posset coexistere omni loco esset infinitus secundum locum: si tamen loca essēt īfinita. ¶ Ibi et si dicatur: quod hoc nō est veruz: nisi habeat ex se vnde possit sic existere: vult dicere quod si angelus possit esse presens omni loco nō ex sua virtute: sz tantum per potentiam diuinam: nō diceretur esse infinitus secundum locum: quia esse infinitum secundum locum est posse esse simul in infinitis locis virtute propria.

¶ Ibi contra: quia argumentum stat. quia si potest esse in omni loco participatiue diceretur infinitus participatiue. Et sic licet hec immensitas non equaretur immensitati diuine intensiue: equaretur tamē extensiue: hoc idem dico de euo: qđ si angelus ēt participatiue possit coassistere infinito tempori per nunc eui indiuisibile: illud nunc eui esset infinitum extensiue: quod esset inconueniens.

¶ Ibi et confirmatur ista ratio: quia negatio negatiōis ē affirmatio positionis: vult dicere in ista littera Bonauentura ⁊ probare quod actu habeat infinitas existētias: ⁊ sic illud euum si est indiuisibile sit infinitum: quod dicit negatio negationis: est affirmatio positionis. Hoc est notum in logica: quia due negationes efficiunt vnam affirmationē: et quod dicit de negationibus negatis: negationes negate ī proposito sunt iste: scilicet nō coexistit: euū huic īstanti tēporis: et non coexistit alteri instanti: et sic ī infinitum. ⁊ sic sunt infinite negationes negate: et hoc modo negantur: nego scilicet quod euum non assistat huic instanti temporis: ⁊ nego similiter ꝙ non assistat alteri instāti temporis: ⁊ sic in infinitum: ego infinite negationes infinitarum negationum coexistendo ponunt infinitas affirmationes: vel vnā continentem īfinitas: et sic euum erit actu infinitum: vel actu habebit īfinitas coexistētias infinitis partibus temporis: et hoc est quod dicit in ista littera. ¶ Ibi: quarta via ē ex ordine eorum: que possunt esse in euo: Et sententia littere stat in hoc: pono quod angelus in primo instanti: in quo habuit esse: potuit habere innocentiam: et postea peccare ⁊ obligari ad penam eternam: ergo ibi prius ⁊ posterius: ⁊ sic successio etiā circumscripto omni tempore. ¶ Ibi similiter potest vnus angelus creari: et postea statim annihilari: et postea alius creari: ille primus nunꝗ fuit illo secūdo existenti: ergo nunc in eodem nunc cum illo: et sic vnus prius ⁊ alius posterius: et sic successio. ¶ Ibi pro ista positione secundum auctoritates: que sunt clare ī littera: nec alia indigent expositione.

Ibi. contra istam positionem quod includit contradictionem arguitur ab Henrico quolibe. 5. q. 13. ⁊ quoli. 9. q. 7. Nam Henricus vult quod existentia angeli quantuncunꝗ duret mensuretur aliquo nunc eui indiuisibili: ita quod tantum vnum nunc eui indiuisibile mensuret intrinsece existentiam totam angeli quantuncunꝗ durātem: ⁊ sic mensura angeli intrinseca est indiuisibilis: et nullo modo successiua et diuisibilis: vult tamen quod ipsum euum angeli indiuisibile de necessitate coassistat tempori: et sic illud nunc eui potest dici successiuum: non in se: vt dicit: sed prout coassistit alijs: et alijs nunc temporis: Arguit ergo henricus cōtra opinionem Bonauenture aliquibus argumentis que postea patebunt in soluendo illa pro opinione sancti Bonauenture.

Opi. Henrici quoli 5. q. 13. et quoli. 9. q. 7.

Hanc conclusionem Negatiuam tenendo dupliciter ponitur differētia eui ad temp⁹ ⁊ eternitatem. Hēricus enim ponit duo. Primum: quod mensura angeli siue euum āgeli nullo modo est successiuuz: et sic in euiternum nullum est successiuum. Secundum ponit: scilicet: quod ipsum euiternum: siue angelus mensuratus euo in quolibet instanti habet esse terminatū: id est ꝙ ꝗtū ē ex se ī quolibet instanti habet non esse et similiter euum habet esse terminatum in quolibet instanti: idest quod ī quolibet instanti habet de se non esse.

Contra Henricū.

¶ Ibi contra istum modum ponendi arguo. Scotus arguit contra Henricum ducendo ipsum ad contradictionem: et ratio Scoti stat in hoc: quia pono quod angelus habeat existentiam in nūc a. ⁊. a. secundo quod habeat existentiam in nunc. b. Tertio pono quod ipsum nunc positum per Henricum in quolibet instanti habebit de se terminari siue non esse: ⁊ similiter existentia angeli. Tunc quero quomodo angelus qui prius est ī nunc. a. fiat in nunc. b. Si dicis quod ex se est ibi. Contra: quia in nunc. a. habet ex se terminari siue non esse: et similiter quero de nunc posito ab ipso quod est ī nunc. a. quomodo fiat in nūc. b. nō ex se: quia per ipsum in nunc. b. habet de se non esse: ergo si tam existentia angeli quam ipsum nunc eui fiant in nunc b. aut hoc erit quia vtrumꝗ de nouo producitur: aut quia vtrumꝗ sit iterum positum: ⁊ si sic: tunc erit successio: quia ipsum nunc in instāti. b. vel iterum positum: vel de nouo causatum: succedit sibiipsi existenti in nūc. a. ergo contradicit sibi dicendo mensuram angeli non esse successiuam: et quod tam angelus quam ipsum euum pro quolibet instanti habet de se terminari: siue non esse: et hoc est quod dicit.

Preterea quod dicit quia Bonauentura dicit quod si euum angeli sit penitus indiuisibile: sequuntur multa incompossibilia: que patent in compositione Bonauenture. Dixit henricus: quod impossibilia posita a Bonauentura non sequuntur ex hoc: quod euum ponatur indiuisibile. sed ex hoc quod ponatur euum posse separari a tempore: quod tamen est impossibile: et sic non est inconueniens quod ex vno impossibili: sequantur multa impossibilia. Ad hoc ergo antecedens impossibile vel incompossibile: scilicet euum indiuisibile potest separari a tempore. Sequuntur multa incompossibilia posita a Bonauentura: sed si euum indiuisibile de necessitate coassistat tempori nulla impossibilia sequunt: et hoc est quod dicit cōtra hoc.

¶ Doctor ibi hoc nō videtur. Hic probat doctor: quod nō repugnat euo posse esse sine tempore: quia secundum Henricuz ipsum euum est prius natura tempore: quia vult quod tempus de necessitate cōcomitetur euum tanquam imperfectum perfectum. et vult etiam quod illud. quod est prius natura aliud non repugnet sibi posse esse sine illo: ergo in illo priori quo euum potest esse sine tempore. etiam euiternum quod est mensuratum ipso euo possit esse sine tempore: patet. quia euum existentie angeli fundatur ab ipsa existentia: ergo si illud euum est indiuisibile et ex se potest precedere tempus: tunc in illo priori sequerentur incompossibilia illa illata a Bonauentura. Et quod probat etiam. dicit Henricus. ꝙ tempus de necessitate cōcomitatur euū tanꝗ imperfectius perfectū: qđ de necessitate cōtinetur. ¶ Ibi dicit doctor. Hoc non concluderet sicut dicimus: quod corpus continet superficiem ⁊ lineam: quia non potest esse sine illis: cum sint priora ipso corpore ⁊ sibiinuicem intrinseca: modo euum non sic continet tempus tanquam prius ⁊ intrinsecum sibi cum tempus secundum ipso sit posterius euo si ergo euum continet: tempus erit continentia quidditatiua: ⁊ hoc non. ¶ Si vis dicere: quod euum continet quidditatiue tempus: ita quod tempus sit de quidditate eui: ⁊ tunc tempus quod est posterius: eui de quidditate prioris aut de quidditate potentiali. idest quod contineat ipsum euum tempus potentialiter: sicut quidditas animalis continet quidditatem hominis tanquam superius suuz inferius ⁊ hoc non concludit necessitatem eui ad tempus: quia sicut non repugnat animali esse sine homine: ita non repugnat euo esse sine tempore: ⁊ sic stat intentum

Qui vult tenere primam opinionez. Hic doc. ostendit moduz quo quis potest tenere primam opinionem: que est sancti Bonauenture declarando quomodo mensura angelorum possit dici mere successiua: que mensura dicitur euum. Dicit ergo sic. Qui vult tenere primam opinionem: que videtur probabilis. ⁊ habet per se rationes probabiles: potest dicere secūdum intentionem ponentis quam euum proprie est quantitas ⁊ per consequens habet propriam diuisibilitatem: quia diuisibilitas in partes quantitatiuas: de necessitate concomitatur quantitatem: ⁊ talis quantitas non habet diuisibilitatez permanentem: ita quod omnes partes simul sint qđ est de ratione permanētis: sed successiuā: sic quod vna pars semper succedat alteri. non enim talis quantitas potest habere omnes partes simul: cum de ratione successiui sit non habere omnes partes simul. Et quia successiuum potest eē duplex. aliquod quod est compositum ex partibus diuisibilibus: ita quod vna pars semper diuisibilis in infinitas partes succedat alteri parti. ⁊ sic tēpus ⁊ motus dicuntur successiua: qz quelibet pars tpis: ⁊ quelibet pars motus ē diuisibilis ī ptes īfinitas pportionales: Aliud ē successiuū ꝯstās

Modus ꝗ possz teneri opi. Bonauē.

ex partibus indiuisibilibus:ita ꝙ vnũ indiuisibile succedit alteri ita ꝙ vnum indiuisibile cum desinit esse:succedit aliud ⁊ cum aliquid desinit esse : succedit aliud:et hoc modo potest poni euum quantitas successiua:quia constat ex alio ⁊ alio nunc sibi inuicem succedentibus:⁊ ita nunc eui quãtum est ex se raptim trãsit:ita cum vnum nunc desinit aliud succedit. Et esse euiterni:quod est ens mensuratum euo ; vt positum est in illo nunc:scilicet indiuisibili⁊ instantaneo ex positione eui:in illo nunc:supple precise habet esse ĩ isto nunc ⁊ statim non esset isto nunc transacto nisi eadem causa alia causatione poneret idez esse in alio nunc.i.ꝙ quãdo angelus creatur in instanti. a. precise habet esse tantum ꝑ illo instanti:et sic ĩ instãti immediate sequenti quantum est ex se etiam non esset:nisi prima causa que ponit angelum ĩ primo instanti:eadem causatione vel alia ponat illud idez esse in secundo instanti:et sic successiue de alijs instantibus ⁊ ita conseruat positiue causando non aliud esse:sicut ē in successiuo:sed idem esse infinities. Vult dicere:ꝙ ideo prima causa conseruat angelum:quia in secundo instanti siue nunc:in quo angelus quantum est ex parte sua:desinit esse: ponit eundem angelum inesse in ipso nunc:et similiter conseruat in tertio nunc:quia idem angelus in illo nunc quantũ ē ex se desineret esse:nisi idez angelus eadem causatione qua ponitur in primo nunc:ponatur in nunc succedentibus:siue alia ⁊ alia causatione:ita ꝙ vna causatione ponatur in primo nunc:que dicitur creatio:⁊ alia causatiõe ponatur in secundo nunc:et sic deinceps:⁊ sic euum siue nũc: eui dicitur raptim transire:quia semper aliud ⁊ aliud nũc succedit. Sequitur in littera:ita ꝙ prima causatio dicitur creatio ⁊c. Sensus huius littere est cum dicit ꝙ causatio angeli in primo instanti dicitur creatio:que immediate sequitur ipsum non esse:et causatio eiusdem angeli in secundo instanti dicitur conseruatio:vt sequitur ipsum non esse posterius duratione:ipsum non esse dico:quod p̃cedit creationem angeli:et sequitur non esse posterius natura : quod non esse est posterius creatione angeli:non ꝙ tale non esse insit:sed in illo secundo instanti:in quo ponitur angelus in esse :si non poneretur in esse:ipsum non esse inesset/eo modo quo expositum est supra distinctio:prima.q. secunda:et ipsum esse angeli positum in secundo instanti est posterius duratione ipso esse angeli posito in primo constanti patet: quia esse angeli in primo instãti mensuratur primo nũc eui ⁊ idem esse positũ in secundo ĩstanti mensuratur alio nũc eui:quod succedit priori nunc:et hoc modo est continuatio et conseruatio eiusdem existentis angeli posite in primo instanti:et iterum posite in secundo instanti.⁊ iterum posite in tertio:et sic deinceps:et solum ĩ primo instanti in quo ponitur dicitur creatio:et in omnibus aliis sequentibus primum instans:in quibus ponitur. dicitur conseruatio:et sic patet ista littera doctoris.

¶ Ibi exemplũ huius est:quia si angelus habet aliquam quantitatem virtualem.(quantitas enim virtualis attenditur penes perfectionem intrinsecam: sicut dicimus:ꝙ deus est infinite quantitatis in virtute:idest ꝙ est infiniti vigoris et virtutis:et talis quantitas distinguitur a quantitate molis:vbi tantũ attendit extensio quantitatiua)per q̃ȝ potest esse presens alicui loco diffinitiue:locus eniȝ diffinitiu[9] pro nunc:vt distinguitur contra locum circunscriptiuum: dicitur locus presentialis quo aliquid dicitur sic esse hic:ꝙ pro illo instanti non est alibi: vel ita esse presens huic.ꝙ ꝑ illo instanti non est presens alteri sicut si vn[9] angelus esset in vno loco:et pro illo instanti non esset in alio loco:diceretur proprie in loco esse diffinitiue:siue presentialiter: ita ꝑ eam supple quantitatem virtualem est presens huic loco:ꝙ non potest presens esse simul alio loco:nec absolute potest esse presens alio loco:nisi aliqua mutatione facta circa ipsam:scilicet quantitatem virtualem per respectum ad aliũ locum:vel quod ipsa fuit maior formaliter : vel quod ipsa transferatur de loco ad locum vel per potentiam diuinam sit in alio loco:non derelinquendo priorem locum:quod potest facere vt patebit infra et prolixe in quarto distinctione 10.⁊.49. Sequitur ita est in proposito:quod illud esse qd̕ habet angelus vnica causatione:limitatum est ad hoc nũc ita quod quantum est ex parte sua habet tantum esse in illo nunc:ita ꝙ in secundo nunc ex parte sua nullum haberet esse nisi eadem causatiõe:qua ponebatur in primo nunc ponatur in esse in secundo nunc vel alia causatione a priori ponatur in esse in isto secundo nunc:et sic patet littera huius exempli.

Ibi ad argumenta contra illaȝ propositionē. Hic doct. respondet ad argumenta Henrici facta contra opinionē̃ sancti Bonauenture. Ad quam opinionem videtur doctor declinare. Primo enim arguit sic Henricus probando:quod includat contradictionem : scilicet euum esse successiuum:quia vbi est successio ibi est prius et posterius:que non sunt simul:sed adueniente posteriori pri[9] decidit:et per consequens prius veterascit:et posterius nouũ est:et sic sequeretur quod in existentia angeli posset esse inuocatio quod est inconueniens. Si dicatur quod in mensura est tantum successio et ĩnouatio sed non inmensurato.

Ad argu henn. facta ibo. argu.i.h.

Contra hanc responsionem arguit Henricus probãdo.ꝙ non potest esse nouitas in mensura : quin etiam sit in mensurato:et probat per Philosophum in quarto phy.tex.cõmen.99.vbi habetur quod prius et posterius sunt in tempore propter prius ⁊ posterius in motu:necesse est inquit in motu esse prius ⁊ posterius proportionalia his:que sunt ibi puta magnitudini:at vero in tempore est prius ⁊ posterius propter id:quod sequitur semper alterum ipsorum:est autē prius et posterius ipsorum in motu. Hec ille:et Commentator ibi:quia inquit prius et posterius inueniuntur in mensura in qua fit motus primo:⁊ est illa que est in situ necesse est.etiaȝ et ĩ motu inueniantur prius et posterius:et paruȝ infra ex hoc inquit.quod prius ⁊ posterius inueniuntur in partibus motus:sequitur vt inueniantur ab ipso tempore: hec ille. Hoc idem patet vbi supra tex. Commen.100.vbi sic habetur Ad vero tempus cognoscimus cum diffinim[9] motum prius et posterius determinantes.et tunc dicimus fieri tempus quando prioris et posterioris in motu sensu ꝑcipimus:hec ille. Et commentator ibi ipsius inquit sentitur primo ⁊ essentialiter:cum senserimus motum in quo sentimus nos transmutari idest esse in esse transmutabili hec ille. Et hoc idem patet in textu.101.⁊ inde.

Ex hiis ergo et aliis auctoritatibus apparet expresse q̃modo non possit esse nouitas in mensura:quin sit in mensurato:vt patet de motu mensurato tempore.sic dico in proposito:quod si non sit aliqua existentia noua in euiterno. sequitur quod nec aliqua nouitas erit in euo ⁊ sic si non sit prius ⁊ posterius in mensurato.non erit aliqua distinctio inter prius ⁊ posterius in mensura

Ibi. Hoc etiam confirmatur per philosophũ qui vult quod mensura sit vnigenea mensurato:vt patet decimo metaphysi.tex.commen. 4.vbi sic habetur. Semper inquit cognatum est metrum magnitudo:non quidem.n. magnitudo:⁊ secundum vnum quodque longitudinis longitudo latitudinis latitudo:vocis vox:grauitatis grauitas.vnitatis vnitas:sic.n.opȝ accipere.hec ille.vult dicere quod tertia proprietas mensure est.quod sit vniformis ⁊ vnigenea mensurato.i.quod sit vnius generis cũ mensurato. Et hoc est quod dicit quod semper metrum est cognatũ:supple vnius generis commensurato.⁊ hoc patet per exempla ibi posita:nam mensura magnitudinis est quedam magnitudo ⁊ secundum vnum quodque mensuratum. vt quod latitudinis sit supple mensura longitudo:⁊ longitudinis mensura sit longitudo ⁊c. Hoc idem vult Commeñ.ibidem: sequitur ergo ex ista auctoritate.quod si mensura sit diuisibilis ⁊ successiua ⁊ mensuratum similiter erit diuisibile ⁊ successum:quod etiam probatur per hoc quia indiuisibile inquãtum indiuisibile non potest mensurari diuisibili.

Cõfirmatio argu. Hen.

¶ Ad hoc argumentum Heñ.contra Bonaueñ. Respondet doc.sustinendo opi. Bonaueñ.⁊ responsio stat in hoc: quod licet tēpus quod est diuisibile sit mensura motus: qui ē diuisibilis ⁊ quod diuisio temporꝫ presupponat diuisionē motus quia diuisio partium motus est causa diuisionis partium temporis:⁊ per consequens non potest esse nouitas ⁊ successio in tempore:quin sit in motu mensurato non tamen sic sequitur de euo respectu existentie angeli:quia potest esse diuisio mēsure absque diuisione mensurati precipue cum mensuratuȝ non sit causa mensure:⁊ etiã si sic potest esse qd̕ aliqua mēsura sit successiua illi:ita quod vnum nunc succedat alteri.⁊ tamen mēsuratum non sit successiuum:sed sufficit quod illud mensuratum actione continua agentis primi vel alia ⁊ alia actione ponatur in alio⁊ alio instanti. ¶ Et si dicatur mensura et mensuratum sunt vnigenea.si ergo euum est diuisibile in alia et alia instantia sibi inuicem succedentia er-

Ad.i.argu. Hen.

go ⁊ existentia angeli erit diuisibilis.

Dico primo quod Aristote. non posuit hanc mensuram eui successiuam: sed tempus esse mensuram successiuam posuit ⁊ vnigeneam mensurato: vult enī ipse substantias separatas esse necesse esse ⁊ eternas.

¶ Secūdo dico quod licet existentia angeli non sit in se diuisibilis: tamen vt consideratur habere esse in alio ⁊ alio instanti: ⁊ hoc vel actione continua primi agentis: vel alia ⁊ alia actione erit diuisibilis. Addit enim doctor: quod licet mensura successiua qualis est tempus vt cōparatur ad motum: est vnigenea illi: quia sicut in tempore alia ⁊ alia pars succedit alteri parti: ita quod adueniente vna parte: altera desinit esse. Sic similiter est in motu: in quo vna pars succedit alteri: sic quod adueniente secūda desinit prima: ⁊ sic adueniente tertia desinit secunda: ⁊ sic successiue loquendo tamen de re permanente: que est subiecta motui: que mensuratur etiam tempore pro quanto motui subijcitur non erit vnigenea tempori: quia res permanens habet omnes partes simul: ita quod vna non succedit alteri: sicut econtrario est in tempore: ⁊ in motu: vbi partes non sunt simul: sed semper vna alteri succedit.

2. argu. Hen. ⁊ Bonauē. ¶ Secundo principaliter arguit Henricus: quia si nunc eui raptim trāsit: ita quod vnū succedit alteri: ⁊ adueniēte secundo nunc: primum desinit esse: aliter euum non esset successiuum: quia si omnia nunc eui simul essent: ipsum euum esset pmanens: quia haberet omnes partes simul. Ad hoc ergo vt dicatur successiuum: oportet sic vnum nunc succedere alteri: quod adueniente vno desinat aliud: sed non est possibile nunc eui desinere esse: quod patet: quia si desinit esse: hoc maxime erit propter defectum subiecti: puta ipsi⁹ euiterni: sed euiternum manet idem: nec potest assignari alia causa qua desinat esse: quia non videtur assignari posse causa corruptionis: ergo nunc eui non deficit: aliter tamen est de nunc temporis: quia deficit propter defectum subiecti proximi: quod est mutatio.

Respondet doctor. ad hoc secundum argumentum: ⁊ dicit quod illud nunc desinit in se: quia ex se habet tantū raptim transire: desinere tamen potest exponi dupliciter. Vno modo per positionem presentis ⁊ negationem futuri: vel per positionem preteriti: ⁊ negationem presentis. Et vt ista litera intelligatur declaro aliqua: nam differentia est inter permanentia: et inter successiua diuisibilia in partes diuisibiles: et inter diuisibilia: siue instantanea.

¶ De permanentibus sit ista prima conclusio: quod permanens habet primum sui esse. Et pono exemplum: quod generetur ignis ex ligno: ⁊ tunc dicitur ignis generari quando forma substantialis ignis inducitur in materia ligni: qđ declarat doctor in prima. d. quarti. q. 1. ⁊ tunc dico quod forma ignis geniti habet primum sui esse: loquendo de forma completiue: id est quod datur aliquod instans in quo habet suum esse perfectum: ⁊ cū dicitur: illa forma incipit esse: sic debet exponi: ⁊ dicatur illa forma a. a. incipit esse: sic exponitur a. nunc est: ⁊ immediate ante hoc instans non fuit: ergo a. incipit esse: ⁊ quod dicitur quod immediate ante hoc īstans non fuit: non debet intelligi: quod immediate nō fuit in alio instanti immediato illi instanti in quo est: quia tunc duo instantia essent immediate: quod est contra Aristote. 4. 6. physico. Sed sic debet intelligi immediate ante hoc instans non fuit: id est in tempore immediate precedenti: hoc instans in quo est: ergo incipit esse: sic intelligendo. a. in hoc instanti est: et in tempore immediato ante hoc instās non fuit: ergo. a. incipit esse: ⁊ hoc modo in permanentibus incipit: exponitur per positionem de presenti: ⁊ negationē de preterito: et sic patet quomodo in permanentibus datur primum sui esse.

Scd'a cōclusio. ¶ Secunda conclusio est: quod in permanentibus non datur vltimum sui non esse: id est quod non datur aliquod instans in quo non sit: ⁊ aliud instans in quo immediate sit: quia tunc duo instantia essent simul immediata: nec tempus immediatum ad illud instans: quia tunc generaretur in tēpore ⁊ non in instanti: vt si dicatur a. in isto instanti non est: et immediate post hoc instans erit. Si intelligatur ly immediate pro instanti immediato: tūc dantur duo instantia sibi immediata. Si intelligatur immediate: id est in tempore immediate habito: tunc generatur in tempore ⁊ non in instanti: quod est contra philosophum: et sic patet quomodo rei permanentis datur primum instans sui esse: et non datur vltimum instans sui non esse. Exemplum clarū ponitur vtriusque supponendo quod quando acquiritur aliquod permanens: vt permanens: tantum in instanti acquiritur. Et licet aliqua qualitas vel quantitas: ⁊ forte multe forme substantiales secundum Scotum in. 9. metaphysice: acquirantur successiue: tamen sunt de numero permanentium cum omnes partes habeant simul: vt ergo successiue acquiruntur: et per motum similis datur regula de eis: que et de successiuis. Sed regula ista de permanentibus intelligitur de permanentibus: que vt permanentia totum simul habent esse in vltimo instanti temporis: in quo tempore successiue requiruntur: ⁊ in vltimo instanti tantum indiuisibiliter: et et sic nullo modo per motum. Sed per mutationem hoc premisso pono exemplum: et sit forma permanens a. que simul tota acquiritur: tunc datur primum sui esse: id est datur aliquod instans temporis precedentis: in quo est verum dicere a. est: et per totum tempus preteritum immediatū illi instanti: verum est dicere. a. non fuit: ergo a. incipit esse: et sic incipit exponitur per positionem de presenti: supple affirmando a. esse in aliquo vltimo instanti alicuius tpis: et per negationem de p̄terito: supple negādo ipm fuisse pro toto tempore immediate precedēti illud vltimū īstās

Item non datur vltimum sui non esse id est non datur aliquod instans immediate sequēs aliquod tempus in quo. a. non sit: ⁊ immediate post illud instans sit: quia si in aliquo instanti non est: ⁊ immediate post illud est: aut erit in tempore: aut in instanti: non in tempore immediato ad illud instans in quo non est: quia dictum est: quod permanens: vt permanens acquiritur in instanti: nec etiam est in instanti: immediate sequenti instans in quo non fuit: quia tunc darentur duo instantia sibi immediata.

Tertia conclusio. Permanens habet primum instans sui non esse: id est quod si aliquod permanens duret per horam: ⁊ in vltimo instanti illius hore desinit esse: ⁊ sic exponitur per negationem de presenti: ⁊ per positionem de preterito: supple. a. in vltimo instanti hore non est: ⁊ in tempore immediato ante illđ instans fuit. ergo. a. desinit esse. Et sic patet differentia inter vltimum instans sui non esse: ⁊ primum instans sui non esse: quia cum dico. a. habet vltimum instans sui non esse: semper exponitur per negationem de presenti: ⁊ positionē de futuro: id est. a. in isto instanti non est: ⁊ īmediate post hoc instans erit. Cum vero datur primum instans sui non esse semper sic exponitur per negationem de presenti: ⁊ positionem de preterito supple. a. in isto instanti non est ⁊ in tempore immediato ad hoc instans fuit: ergo. a. desinit esse. *Tertia cōclusio.*

Et sic ad vltimum instans sui non esse sequitur incipere esse ad primum vero instans sui non esse sequitur desinere eē.

Quarta cōclusio Communiter qđ est primum instans non esse alicuius forme permanentis est primum instans esse alterius forme permanentis. Exemplum. pono casum quod materia ligni sit sub forma ligni tantū per horam: et in vltimo instans illius hore sit sub forma ignis: tunc in vltimo instanti illius hore: verum est dicere: forma ligni in hoc instanti non est ⁊ in tempore immediato ante hoc instans fuit: ergo desinit esse. ⁊ sic datur primum instans sui non esse Similiter verum est dicere forma ignis in vltimo instanti illius hore est: et in tempore īmediato añ illud instans non fuit. ergo incipit esse. ⁊ sic patꝫ quomodo respectu vnius forme illud instans quod est primum instās sui non esse est etiam primum instans esse alterius forme.

Aduerte tamen primo: quod quando datur primum instans sui esse: sēper incipit exponitur per positionem de presenti: ⁊ negationem de preterito. Exemplū. a. nūc est ⁊ īmediate ante hoc nō fuit: ergo. a. incipit eē.

¶ Scđo: quādo datur vltimū īstās sui n̄ eē icipit sēp exponit̄ p negationē de p̄sēti ⁊ p positionē de futuro. Exemplū a. in isto instanti non est: immediate post hoc instās erit ergo. a. incipit esse. Tertio. quādo datur primū īstans sui non esse: tūc nō potest exponi per īcipit sed per desinit: ⁊ desinit semper sic exponit̄ per negationē de presēti: ⁊ positionem de preterito. Exemplum. a. in isto instanti nō est ⁊ in tēpore immediato ante hoc instās fuit. ergo. a. desinit eē. Quarto

vbi datur primum ⁊ vltimum instans sue esse vt in indiuisibilibus potest exponi per incipit et desinit: et ly incipit exponitur per positionem de presenti: et negationem de preterito: et desinit per positionem de presenti: et negationem de futuro: ⁊ hoc satis patet per phylosophum. Exemplum primi. a. in isto instanti est: et immediate ante hoc non fuit ergo. a. incipit esse. Exemplum secundi. a. ĩ isto instanti est:
5. conclu. ⁊ ĩmediate post hoc non erit: ergo a desinit esse. ¶ Quinta conclusio in permanentibus non datur vltimum instans sui esse: et hoc satis exposui infra in isto secũdo. Et vt clarius intelligatur: pono quod aliquod permanens duret per horam: et tale permanens dicatur a. Tunc si. a. habet vltimum instans sui esse: quod est vltimum instans vnius hore tunc exponitur per positionem de presenti: et negationez de futuro sic dicendo. a. in isto instanti est et in tempore immediato post hoc instans non erit: ergo desinit esse. Secunda pars est falsa. quia tunc haberet non esse in tempore: et desineret esse in tempore: quod est contra rationem permanẽtis: q2 pmanens q simul desinit esse in instanti permanens tamen de potentia dei potest habere vltimum instãs sui esse Nam deus potest conseruare lapidem per vnam diem et p vltimum instans illius diei: et in tempore immediato ad illud instans posset eundem lapidem annihilare: et sic haberet vltimum instans sui esse. et hoc satis patet a doc. q. 12. quolibetorum.

6. conclu. ¶ Sexta conclusio est de successiuis vbi plura continẽtur successiua enim sunt illa: que non habent omnes partes simul: sed vna succedit alteri: ita quod vna adueniente: alia desinit esse: vt patet de motu ⁊ tẽpore. Et de istis loquendo dantur alique regule. Quarum prima est ista: quod in successiuis datur primum sui non esse. Et pono exemplũ de motu qui duret per horam: tunc ista est vera: motus in vltimo instanti hore non est. patet: quia motus non est in instanti et in: tempore immediato ad illud instans fuit: et sic desinit esse. Secunda regula in successiuis datur vltimum ĩstans sui non esse: id est datur vltimum instans alicuius temporis in quo non est: quia motus nunquam est in instanti: vt dixi et in tempore immediato post illud instans erit et sic incipit esse motus. Et exponitur incipit per negationem de presenti: et positionem de futuro: quia ista est vera motus in isto instanti non est in tempore immediato: post hoc instans erit: ergo motus incipit esse. Tertia regula. in successiuis non datur primum ĩstans sui esse: patet: quia tũc motus posset esse in instanti: et tunc ista esse vera: motus in isto instanti est: quod repugnat: scilicet motum esse in instãti.
7. cõclu. Quarta regula ĩ successiuis non datur vltimum instans sui esse. Hoc est enim cõtra rationem successiuorum: quod possint habere esse in aliquo instanti: tantum enim habent esse in tempore. ¶ Septima conclusio est de indiuisibilib[9] et instãtaneis: in qua dantur alique regule: ⁊ nõ loquor hic de indiuisibilibus et instantaneis aliquo modo permanentibus: sicut dicimus: quod punctus in linea permanet: sed tantum loquor de illis que habent esse: et permanentiam per instans: vt sunt mutationes: siue mutatum esse in motu: ⁊ instans in tempore: quo intellecto: sit ista prima regula instantanea habent primum sui esse: patet: quia ista est vera a: in isto instanti est: et immediate ante illud instans nõ fuit ergo. a. incipit esse: et sic incipit exponitur per positionem de presenti: et negationem de preterito. Secunda regula est: quod instantanea habent vltimum sui esse: nam hec est vera: instantaneum est in isto instanti: et ĩmediate post hoc instans non erit: ergo desinit esse: et desinit exponitur per positionem de presenti: et negationem de futuro. Tertia regula instantanea non habent primum instans sui nõ esse patet: quia ista est falsa. a. instantaneum in isto instanti nõ est et in tempore immediato ante hoc instans fuit: hec secũda pars est falsa: quia instantaneum habet tantum esse per instans. Quarta regula: instantanea non habent vltimum instans sui non esse: patet: quia ista est falsa. a. instantantum in isto instanti nõ est: et in tempore immediato post hoc instans erit. Hec est falsa: cum nullo modo habeat esse in tempore.

Breuiter ergo dico quod permanen-

tia habent primum instans sui esse. et primum instans sui non esse. et non habent vltimum instans sui esse: nec vltimum instans sui non esse. ¶ Successiua autem habent primum ĩstans sui non esse: et vltimum instans sui non esse: sed non habent primum instans sui esse nec vltimũ instans sui esse. Instantanea vero habent primum instans sui esse: ⁊ vltimum instans sui esse: sed non habent primum instans sui non esse: nec vltimun instans sui nõ esse. ⁊ sic patet quod dicendum de istis.

¶ Istis premissis declaro litteram docto. respondendo ad argu. Henri. ibi: Ad aliud argumentum dico: quod nunc potest deficere: quia ex se habet tantum raptim transire. licet subiectum eius maneat idem. Hic loquitur specialiter de nunc eui. quod raptim transit: quia vnum nunc eui immediate succedit alteri nunc. ita quod adueniente vno nunc: aliud desinit esse et hoc est raptim transire. Et licet euiternum maneat: tamen nunc eui in se desinit esse: nec alquod agens corrumpit ipsũ: vt patet Sequitur ⁊ quod nũc tpis deficiat ⁊c. Dicit doctor quod nunc temporis eodem modo desinit esse sicut ⁊ nunc eui: quia sicut nunc eui desinit esse in se ita ⁊ nunc temporis. Et addit quod licet nunc temporis deficiat deficiente subiecto immediato. Hoc tamen sibi accidit. subiectum immediatum nunc temporis est mutatio siue mutatum esse: quod est instantaneum. sicut ⁊ motus qui est successiuus. est subiectum temporis successiui. Dicit ergo doctor. quod licet deficiente subiecto nunc: puta aliquo mutato esse: deficiat ipsum nunc. hoc tamen non est precisa causa. quia si ipsum subiectum haberet permanentiam per alqd tempus: adhuc ipsum nunc desineret esse in se. Et cũ queritur illud nunc a quo corrumpitur. dicit doctor: quod a nullo ĩmediate corrũpitur: sed mediate tantũ quia agẽs producens aliud nunc incompossibile priori: corrumpit illud prius: ⁊ sic non primo corrumpit: sed ex consequenti.
¶ Sequitur. Et si queras tunc in quo deficiat istud nunc aut in se: aut in alio sicut arguit philosoph[9]. 4. phisici. tex. com. 90. ¶ Dicit doctor: deficere siue desinere potest exponi dupliciter. vno modo qd positionez presentis ⁊ negationem futuri hoc modo debet exponi in ĩdiuisibilibus: ⁊ ĩ his que habent vltimuz sui esse: ⁊ sic exponitur: hoc indiuisibile in isto instanti est: ⁊ immediate post hoc non erit: ergo desinit esse. illa enim indiuisibilia non habent primum sui non esse: quia sic exponerentur per negationem de presẽti. ⁊ positionem de preterito: vt supra patuit: ⁊ sic talia ĩdiuisibilia deficiunt cum sunt: quia ista est vera. hoc indiuisibile est in hoc instanti et immediate post hoc non erit: et sic tale indiuisibile desinet esse. ¶ Sequitur et si querat primuz sui nõ esse nullum est: quia si haberent primum sui non esse: vt dixi supra: tunc desinere exponeretur per negationem presentis et positionem preteriti. vt supra patuit. Sequitur. Sicut et alicuius habentis vltimum esse: vult dicere doctor quod sicut illa que habent vltimum sui esse: nõ habent primum sui non esse: ita indiuisibilia non habent primum sui non esse quia indiuisibilia habent vltimum sui esse: que omnia supra exposita sunt. Aliũ modũ ponit doc. p opinione bo. tuenda.

Alio modo conclusio sustineri posset licet non ad intẽ-

tionem ponentis illam positionem principalem. Nec videtur opinio Varronis qui videtur dicere: quod est eadem existentia angeli absolute sumpta: et vt absolute sumpta nullo modo succedit sibiipsi. Sed si ponitur aliqua successio. hoc erit secundum alium et alium respectum ad causaz: supple ipsa tota existentia angeli sub isto respectu: vt comparatur ad deum vt ad causam creantem: ⁊ sub alio respectũ vt comparatur ad deum: vt ad causam conseruantam dicit sibiipsi succedere: ita quod successio nõ est in aliquo absoluto nature: sed tantum in alio ⁊ alio respectu secundum qd vnus respectus succedit alteri. Et additur quod ista via esset facilior ad tenendum successionem quam prior: que ponit quantitatem: que est opinio sancti Bonauenture: licet esset ex alia parte multuz difficille sustinere quomodo esset hic̃ᵃ successio absque omni distinctione in absosoluto quocunque: siue in fundamento siue in termino: fundamentum est existentia angeli: in qua fundatur talis relatio: puta deum creantem et ad deum concernantem: et terminus est ipse deus ad quam terminatur tam relatio creationis quam conseruationis passiue.

Ibi alio modo posset conclusio substi-

neri: licet non ad intentionem ponentis illam positionez pñcipalem Hic doctor: dat alium mondum sustinendi positionem Bonauenture quo ad mensuram successiuam: et dicit duo. Primũ quod tota existẽtia ãgeli manet sz q absoluta

est per quantácunqȝ durationem diret: ꝛ vt sic existentia angeli non mensuratur aliqua mensura successiua cum sit simpliciter indiuisibilis. Secundum quod eadem existentia angeli potest considerari vt habet nouum ꝛ nouum respectuȝ ad ipsam causam ita quod ipsa tota existentia vt considerata sub vno respectu terminato ad causam creantem succedit sibi ipsi: vt sub alio respectu terminato ad causaȝ conseruantem. Et quia in talibus respectibus ponitur successio. cum continue vnus succedat alteri ipsa tota existentia angeli vt sic considerata sub alio ꝛ alio respectu potest mensurari mensura successiua: licet vt absolute sumpta: nulla successiua mensura mensurari possit.

Cōtra illā positionem.

Ibi. sed contra cōclusionem dicte opinionis in se: siue primo: siue secundo sustineatur.

¶ Hic doctor improbat hanc positionem siue primo modo siue secundo modo sustineatur: primus modus Bonauenture est iste: quod existentia angeli absolute sumpta mesuratur mensura successiua. Et doctor arguit contra: probando tantum quod non sit necesse mensurari mensura successiua: sed sufficit quod mensuretur instanti eui indiuisibili: quia aut nunc eui ponitur idem cum tali existentia: ꝛ sic sequitur: q̄ sicut existentia actualis manet eadem: quod etiam illud nūc eui maneat idem: aut ponitur aliud: ꝛ adhuc sequitur quod sicut existentia angeli potest infinities poni inesse: ita videtur quod illud idem nunc absolutum possit eodem modo poni inesse: ꝛ ita conseruari sicut ꝛ existentia angeli conseruatur. ¶ Ibi. si dicatur: quod si illud nunc ponatur inesse frequēter ponatur in diuersis nunc. Dicit doct. quod etiaȝ hoc posito: quod etiam adhuc illud nunc poterit conseruari in alio: ꝛ alio nunc: ꝛ tunc vel erit processus in infinitum: in ipsis nunc: patet: quia quero de illo alio nunc: in quo conseruatur primum nunc: certum est quod potest poni frequenter in esse: ergo in diuersis nunc: ꝛ quero de illo alio nunc: in quo cōseruatur primum nunc: certum est quod potest poni frequenter esse: ergo in diuersis nunc: quero de illis alijs: ꝛ sic in infinitum vel erit status in hoc primo nunc: quod sicut existentia angeli conseruatur eadem: ita quodcunqȝ absolutum in angelo potest conseruari idem. ¶ Ibi. Similiter in sequenti questione ꝛc. Hec litera clara est. Secūdum improbatur ibi siue sic: siue sic: īpossibile est enim manentibus fundamēto eodem ꝛ termino: respectus sibiinuicem succedere posse: ꝛ litera clara est.

Ad argumēta pro prima opinione hic

doctor videtur soluere rationes Bonauenture pro opinione Henrici. ¶ Ad primum dixerat Henricus: quod illa actio qua angelus incepit esse diceretur ꝛ creatio ꝛ conseruatio inquantum assistit primo instanti temporis quo accipit esse. ꝛ diceretur conseruatio inquantum coassistit secundo instanti temporis: in quo habet esse: ꝛ sic tantum vna actio ꝛ non continua: ꝛ hoc est quod dicit in ista litera.

¶ Ibi. Sed preter intentionem Augu. ratio ibi adducta scilicet Bonauenture videtur habere difficultatem: scilicet quod aliqua causatione res habeat esse cum vno nunc: ꝛ cū alio: quia illud non habetur completiue aliqua causatione: cuius oppositum videtur stare posita tali causatione.

Egregia declaratio.

¶ Respondet Henri. ibi respondeo ista propositio est distinguenda secundum compositionem ꝛ diuisionē: ista enim propositio: scilicet illud non habetur aliqua causatione completiue: cuius oppositum stat stante tali causatione est vera in sensu compositionis. Et vt clarius intelligatur pono exemplum quod angelus habeat esse in primo instanti: ꝛ in secundo: et in tertio: nam in primo instanti accipit esse causatione. a. de qua supra. existentia ergo angeli in primo instanti non habetur completiue ista causatione in secundo instanti: quia in secundo instanti oppositum stat: supple: Quia in tali secundo instanti potuit non esse. Si intelligatur in sensu composito: sensus est verus: quia stante causatione illa non potest stare non esse ipsius angeli: ꝛ sic in tali sensu: quod sit causatio terminata ad angelum: ꝛ quod simul angelus non sit implicat. Est ergo vera ista in sensu composito: angelus non habet completiue esse causatione aliqua: cuius oppositum stat stante tali causatione. Sed in sensu diuiso est falsa: et est sensus: quod angelus habet esse in primo instanti: ꝛ tamen potest non esse: quia ꝛ talis causatio potest non esse in secundo instanti. Sic ergo in sensu diuiso: hec est falsa: angelus non habet esse completiue causatione supple. a. cuius oppositum stat: quia certum est quod angelus potest habere esse completiue causatione. a. ꝛ vere potest non esse: quia illa causatio potest non stare: ꝛ est simile illud non est vere album: cuius oppositum stat contrarie: si intelligatur in sensu composito: hec est vera: quia stante nigredine non potest esse album in sensu vero diuiso est falsa: quia illud quod est nigrum nunc: poterit perfecte esse album ētas ꝛ sic patet responsio. Et quod dicit infra ibi: ita etiam licet posita sit creatio angeli. potest tamē diuisim hac posita stare: quod angelus non sit: licet non coniunctim. Sententia huius litere est: scilicet quod in sensu composito: quod stante creatione angeli: angelus non est: ꝛ hic sensus est falsus: et hoc est quod dicit coniunctim alio modo: quod habita creatione angeli post ipsam potest nō esse: ꝛ sensus diuisus est verus.

¶ Ibi. Et per hoc patet ad simile argumentum. Hoc argumento probare videtur: q̄ creatio non sit conseruatio: quia quando conseruatur angelus potest annihilari: ꝛ quando creatur non potest: ergo differunt conseruatio ꝛ creatio.

¶ Ibi. Respondeo sicut non stant simul. ꝛc. Ad hoc argumentum respondetur: quod conseruari et annihilari in sensu compositionis non potest esse: quia sensus est: quod in eodem instanti quo res: id est conseruatur annihiletur: sensus tamē diuisus est verus: ꝛ est sensus illud quod conseruatur nunc potest in alio instanti annihilari. Similiter dico de creari ꝛ conseruari: non enim eadem res creatur ꝛ cōseruatur in sensu compositionis: quia sensus est quod in eodē instanti quo res creatur: in eodem etiam conseruatur: ꝛ hic sensus est falsus: quia creatio dicit respectum esse rei ad non esse immediate precedens: conseruatio vero dicit respectum esse rei ad esse ipsius rei create in primo instanti: ꝛ ad non esse mediate precedens: sed in sensu diuisionis potest esse vera: ꝛ est sensus: res que nunc creatur: postea cōseruatur: ꝛ hoc est quod dicit. ¶ Ibi. Ad secundum. Nunc respondetur ad secundum argumentum principale Bonauentu. vbi dicebatur de esse eui si est simplex ꝛ mutabile. ꝛc. ¶ Responsio ad hoc argumentum stat: quia preteritum ꝛ futurum siue fuisse ꝛ fore proprie ꝛ formaliter sunt partes alicuius vere successiui: cuius vna pars trāsit ꝛ alia aduenit quādo ergo aliq̄ mēsura est omnino īdiuisibilis cuiusmodi est euū angeli secundum Hēricum: tunc in re ꝛ formaliter non sunt ibi fuisse ꝛ fore quia fuisse esset vna pars pertransita ꝛ fore esset pars nō pertrāsita ꝛ si dicatur in eodem indiuisibili est fuisse ꝛ fore hoc nō erit ratione sui: sed quia coassistit tempori preterito vel futuro. ¶ Ibi. ꝛ cum dicitur in argumento ꝛc. Dicit doc. q̄ si fuisse accipiatur formaliter pro eo quod dico fuisse verū ē si vero accipiatur fuisse pro re significata: puta pro angelo de quo dicitur fuisse dicit non esse verum: quia angelus habet illud idem esse quod prius habuit. ¶ Ibi. et si dicatur ad argumentum ꝛc. Argumentum stat in hoc. preteritum nō potest non fuisse: angelus est preteritus ergo non potest nō fuisse. ¶ Respondet negando minorem sic intelligendo: preteritū potest capi dupliciter. Vno modo formaliter pro hoc quod dico preteritum. Alio modo pro re de qua predicatur preteritum denominatione extrinseca: quia preteritum dicitur predicari de angelo pro quanto euiȝ ipsius angeli coassistit preterito temporis: negatur ergo quod angelus in se siue quo ad mensuram sibi intrinsecam dicatur preteritus immo semper idem est et immutabilis: ꝛ sic patet littera.

Ad. 2. argumentū.

¶ Ibi. Et si arguatur preteritum non potest non coassitisse isti. ergo istud non potest non fuisse. ¶ Respondet quod est fallacia figure dictionis commutando quādo in quid patet quia non sequitur preteritum non potest non coassitisse isti: puta angelo: ergo angelus non potest non fuisse: nō sequitur quia preteritum vt preteritum dicit quando: ꝛ angelus dicit quid: ꝛ sic commutatur quando in quid. ¶ Ibi: ad confirmationem illius secunde rationis de contradictoriis volitis in eternitate. Primo dicit doc. quod sicut deus potest velle angelum creare ꝛ ipsum ānihilare sicut ipsa obiecta cognita: puta angelum creari et angelū annihilari sūt priora quaȝ ipsa nunc temporis mensurantia. in illo ergo prior oportet querere quare non est contradictio creari et ānihilari et ex hoc īprobat Hēricū: vt etiam superius patet q̄ dicebat q̄ hoc impossibile puta āgelū creari ꝛ annihilari seq̄tur ex alio īpossibili. s. q̄ euuȝ possit esse sine tēpore: ꝛ nō est incōueniens vnum impossibile formaliter sequi ex alio impossibili ꝛ sic negādo euū posse separari a tempore non inuenitur ratio ad verificandum: quod aliquid potest creari

-et annihilari. Sed si euum non potest separari a tempore: nunc possunt verificari: quia tunc vult deus angelum creare pro.a.instanti temporis: cui euum assistat. ⁊ annihilare pro.b.instanti temporis: cui euum assistat. Sed supra probatum est contra Hen. ꝙ euum potest separari a tempore: ideo non potest assignari ꝙ ista non contradicant pro alio ⁊ alio instanti temporis: cum sint priora tempore. Respondet ergo doct. ad confirmationem Bonauenture ibi. primo querenda est possibilitas quomodo velit angelum esse ⁊ non esse: supple vt non contradicant: ⁊ dicit primo (ponēdo ꝙ euum angeli sit mensura instantanea ⁊ propria ipsius ⁊ dicatur nunc) ꝙ deus potest velle angelum esse: ⁊ vult in isto nunc positiue: quia vult ipsum angelum esse ⁊ vult ipsuz non esse in isto nunc negatiue: quia vult ipsum cum nunc sibi proprio deficere: ⁊ ista non contradicunt: sed bene contradiceret: si vellet ipsum esse ⁊ non esse in nunc positiue: sicut si dicamus ꝙ instans a. temporis sit proprium Francisco ⁊ intrinsecum sibi: deus vult Franciscum esse in isto instanti positiuo: ⁊ vult ipsum non esse in ipso instanti negatiue: et non est contradictio: quia cum vult ipsum non esse in instanti negatiue: vult ipsum deficere cum instanti.

¶ Et quod addit ibi ꝙ tunc si aliud euiternum sit. ⁊c. pro clariori intelligentia huius litere pono ꝙ sit vnus angelus qui dicatur.a. habens proprium euum: ⁊ alius angelus: q̄ dicatur b. habeat esse in euo ipsius a. ⁊ habeat non esse ī tali euo: quia hoc potest esse ponendo ꝙ a. duret in eternum ⁊ quod b. si dici potest duret per horam: nam in aliquo instāti habuit esse: ⁊ in alio instanti illius hore habeat non esse. ergo esse ⁊ non esse sunt in eodem nunc eui ipsius a. ⁊ in eodem nunc positiue: cum illud nunc maneat ineternum. Dicit doc. ꝙ b. eē ⁊ non esse in euo ipsius a. siue in nunc tēporis eui: accidit sibi illud nunc cum sit mensura extrinseca ipsius esse ⁊ non esse b. sicut etiam de eternitate: nam b. in instanti eternitatis potest esse ⁊ non esse: ⁊ tamē non contradicunt cum eternitas sit mensura extrinseca illius: esset tamen contradictio ꝙ haberet esse ⁊ non esse in nunc sibi proprio ⁊ positiuo. ¶ Ibi. Aut si non ponatur in aliquo euiterno aliqđ nunc aliud ab existentia actuali ipsius angeli. Doctor in ista litera adhuc saluat deum velle creare angelum: ⁊ velle ip̄m annihilare nō esse contradictoria: quia si vult ipsum in eternitate: sed non s̄m totam presentialitatem ipsius: sed scđm aliquam presentialitatem: ⁊ sit a. ⁊ velit ipsum annihilare in eternitate s̄m aliam presentialitatem: ⁊ dicat̄ b. tūc velle creare ⁊ velle annihilare non contradicunt: sed bene esset contradictio: si vellet huiusmodi ipsum angelum creare ⁊ annihilare pro eadez simpliciter presentialitate eternitatis; ⁊ sic patet litera. ¶ Ibi. ad tertium dico. Hic respondet ad argumentum Bonauentu. factum in tertia via: ⁊ dicit ꝙ coexistere infinitis partibus temporis virtualiter: potest dupliciter intelligi: vno modo quod de necessitate nature: et ex sua propria ratione coexistat: ⁊ tale est infinitum actu: alio modo quod non necessario: sed a causa extrinseca faciente illud coexistere: ⁊ tale non est infinitum: primo modo eternitas coexistit: secundo modo ipsum euum: nam ex quo euiternum siue mensuratum ab ipso euo habet esse contigenter. ⁊ per consequens ipsum euum: ⁊ in quolibet instanti potest non esse: coexistit ergo omnibus partibus temporis: quia illa actio ⁊ ipsam euum continue coexistunt ratione agentis extrinseci. ¶ Ibi. Ad aliud simile de immēsitate. Dicit ꝙ non est simile: ⁊ ratio est quia per quod formaliter est in omni loco: puta angelus esset in omni loco formaliter: ⁊ totum simul esset in angelo: ⁊ sic angelus esset immensus: non sic est de euo: quia euum non habet in se formaliter ⁊ totum simul ꝙ coexistant infinitis partibus temporis: quia illud euum coexistit alii ⁊ alij partim tantum per actionem cause extrinsece: ⁊ hoc est quod dicit. ¶ Ibi. Contra finitum nō potest coexistere simul toti īfinito. ⁊c. quia Hen. dicit quod euum potest coexistere infinitis partibus temporis: arguit ꝙ non: quia euum est finitum: ⁊ sic non potest coexistere infinito.

Ad.3. argu. p̄ tertia via Bonauentu.

Ibi. Respondeo ⁊c. Dicit doc. quod finitum formaliter habens: quod semper eadem actione habet: ita ꝙ sine tali non potest coexistere infinito ī successione. ⁊ patet: quia si deus actione. a. creat Franciscum: ⁊ eadem actione qua Franciscus habet esse: ipse Frāciscus coexistat infinitis partibus temporis: quia actiōe diuina potest durare in infinitum: non sequitur ipsum Franciscum esse infinitum actu: sic dico de euo angeli: si vero haberet hoc actione propria: ⁊ nullo modo aliūde esset infinitum actu.

¶ Ad aliud de negatione negationis: patet responsio ex supradictis: quia non est inconueniens aliquod finitum in se habere coexistentias infinitas actione diuinā: non tamen simul. ¶ Ibi. Ad quartum conceditur. Nunc respondet ad argumentum quarte vie concedendo: quod vnum euuz succedit alteri euo: ⁊ existentia euiterni succedit suo opposito: ⁊ vnum est post alterum: sed ex hoc non concluditur aliqua successio in aliqua vna substātia alicuius euiterni: ⁊ hoc totum exponatur: sicut prius expositum est.

¶ Ibi. ⁊ per hoc patet ad omnia alia argumenta concedēdo ꝙ quamuis vnus angelus habeat esse prius: ⁊ alius habeat esse posterius: ita tamen ꝙ ly prius acciperetur per coexistentiam ad prius in tempore: ⁊ si tertius angelus coexisteret illis duobus angelis: in ipso tertio angelo esset tantū prius ⁊ posterius: comparando idem esse angeli ad prius ⁊ posterius: in tempore: non autem esset prius ⁊ posterius in existentia ipsius angeli ⁊ hoc est quod dicit. ¶ Ibi. similit̄ conceditur. Hec litera stat ī hoc: ꝙ quamuis in angelo possit esse prius ⁊ posterius s̄m existentiam alterius ⁊ alterius actus sibiinuicem succedentis: ita ꝙ existentia vnius actus potest vere excedere existentie alterius actus: non tamen sequitur: ꝙ in existētia ipsius angeli in se sit successio prioris ⁊ posterioris ⁊ hoc est quod dicit. Hanc tamen literam aliqualiter expono cum dicit: quod prius est natura angeli q̄z ipsius culpa: ita ꝙ ipsa existentia sub innocentia esset cum opposito illius existentie. ⁊ ex illa secunda existentia seq̄ret̄ oppositū sui: ⁊ oppositū primi: vult dicere ꝙ existentia angeli sub innocentia esset cum opposito illius existentie: scz culpe: patet: quia cum innocentia stat non esse culpe: ⁊ ita innocentia est cum opposito culpe: supple cum non esse culpe ꝙ opponitur esse culpe: ⁊ addit ꝙ ex illa secunda existētia. s. culpe: sequitur oppositūz sui. i. ꝙ esse ipsius culpe īmediate sequitur ip̄m non esse culpe. Et addit ꝙ ex ea supple culpa seq̄t̄ oppositū p̄mi: scilicet non eē innocentie: nam primum sub quo ponitur angelus est innocentia: ⁊ oppositū eius est non innocentia: ⁊ scđm sub quo ponitur angelus est culpa ⁊ oppositum eius est nō culpa. ⁊ sic ex illa secunda existentia scilicet culpe sequitur oppositum sui quod est nō esse culpe ⁊ oppositum primi quod est non innocentia: que opponitur innocentie. littera sequens clara est vsque ad argumenta principalia.

Ad. 4. p̄ quartam via

Nunc soluanda sunt Argumenta principalia. Quibus probatur mēsurā angeli esse vere successiuam: ⁊ licet magis declinet ad opinionem Bonauenture: quod mensura angeloꝝ sit quantitas successiua eo modo: quo expositū est in corpore questionis tamen si quis vellet tenere oppositum respōdendo ad argumēta ista. ista dat modū sustinēdi illud: primū argumētū stat in hoc vnus angel⁹ pōt esse prior alio: ⁊ potest simul existere cū alio. ergo esse ipsius angeli mēsuratur mensura successiua antecedens patet quia potuit vnus angelus creari alio non creato ⁊ post potuit alius creari: ⁊ sic ille p̄mus coexisteret secūdo consequentia patet: quia existentia angeli: vt est prior existentia alterius angeli: mensuratur aliquo nunc. ⁊ vt post est simul mensuratur alio nunc succedente p̄ori. nūc ergo existentia talis āgeli mensuratur mensura successiua. ¶ Rñdet doct. cōcedendo añs ⁊ negando consequētiam: ⁊ responsio stat in hoc. ꝙ quāuis vnus angelus sit prior alio secundum entitatem. et postea sit simul cum illo alio secūdum propriam entitatem: non tñ illud prius ⁊ illud posterius ponitur aliqua mensura successiua mensurans existētiā ipsius angeli: sed tm̄ ponitur exñtia: que vt prius creat̄ secundum suum esse tm̄ precedit: ⁊ vt est simul cum alio angelo: ⁊ per consequens posterior se ipsa dicitur tm̄ posterior: non secundum aliquam mensurā sibi additam. ¶ Ibi. preterea angelus potest annihilari circunscripto tempore. ⁊ argumētum stat in hoc. Si existentia angeli non mensuratur mensura successiua. ergo contradictoria possunt verificari de eodem: patet consequentia ponēdo talē casum angelus nunc habet esse ⁊ post anihilatur. quero tunc esse ipsius angeli ⁊ non esse ipsius angeli. aut sunt in alio ⁊ in alio nūc eui. ⁊ sic erit mēsura successiua: aut sunt in alio et alio nunc temporis ⁊ hoc non: quia non ponitur mensurari tēpore aut sunt in eodem nunc temporis vel eui non primo nec secundo: quia tunc contradictoria verificarentur de eodem videlicet: quod esse angeli: et non esset ipsius verificarentur

Ad argu. p̄ncipalia

de angelo pro eodem nunc:nec ẽst dicendum de nunc eternitatis:quia angelus non mensuratur eternitate: nec sicut creatur proprie in nunc eternitatis:ita non annihilatur ꝓprie nũc eternitatis:oportet ergo dicere ꝙ in alio nunc eui habeat esse:⁊ in alio annihilatur:⁊ sic euum erit mensura successiua. ¶ Respondet doctor ibi ad secundum similiter potest dici ⁊ dat duas responsiones:prima si ponatur ꝙ inexistentia angeli sit nunc eui indiuisibile tantum vnum; ⁊ differens ab existentia angeli:concedit doc. quod annihilatur in illo nunc negatiue nõ autem positiue. Annihilari in nũc negatiue est simul deficere cum ipso nunc:ita ꝙ talis annihilatio non mensuratur aliquo nunc posituo. Angelum vero annihilari in nunc positiue:est ponere aliquod nunc positiuum mensurans illam annihilationem. tenendo ergo ꝙ tantum sit vnum nunc inexistentia angeli:angelus tantum annihilaretur in illo nunc negatiue modo preexposito.

Ad scdm 1. rñsio


2. rñsio ¶ Secunda responsio est: si ponatur nunc eui non differre ab exñtia angeli: tunc annihilatur cum eternitate: et est cum eternitate ita ꝙ qñ existit cũ eternitate existit ⁊ qñ nõ existit cũ eternitate non existit. Et hoc concedamus angelum existere cum eternitate ⁊ annihilari cum eadem:non tamen dicimus existere cum tota presentialitate eternitatis ⁊ similiter annihilari cum tota presentialitate eiusdem:cum hoc sit impossibile. ¶ Tertio arguitur ibi. Item aliquis angelus potest esse creatus:⁊ post annihilari:⁊ iterum reparari.⁊c. argumentum stat in hoc:pono ꝙ angelus.a.nunc creetur.existentia a.mensuratur nunc eui. Secundo annihiletur:certum est ꝙ nunc mensuram existentiam illam annihilatur. Tertio reparetur:quero tunc existentia angeli reparata:mensuratur nunc eui:aut eodem nunc quo mensurabatur existentia prius creata:aut alia:si secundo.ergo successio:non primo:quia aliter ita esset aliquod interruptum : sicut non interruptum:sequitur ergo quod alio ⁊ alio nunc: ⁊ si sic:sequitur ꝙ si existentia illius angeli nullo modo eẽt interrupta:ꝙ alio ⁊ alio nunc mensuraretur.

Ad tertiũ argumẽtũ. ¶ Respondet doctor ibi ad vltimum. Dico ꝙ esse reparari:sequitur non esse annihilari. Pro maiori intelligentia huius litere ponit doct. multa per ordinem. Primo est nõ esse angeli creabilis. Secundo est esse ipsius creatum. Tertio est non esse sequens ipsum esse creatum:quod non esse est esse annihilatum. Quarto est ipsum idem esse de nouo creatum:⁊ sic reparatum:⁊ vult doct. ꝙ idem esse annihilatum sit illud idem reparatum. Et cum infertur in argumento:sicut prius est non esse angeli creabilis:⁊ posterius est eẽ creatum ipsius:⁊ post est esse eius annihilatum.⁊ postremo est esse ipsius reparatum:⁊ sic videtur ibi mensura diuisibilis sm prius ⁊ posterius:ergo si ipsum esse angeli creati existeret per totum illud spacium:in quo est annihilatio ⁊ reparatio videt ꝙ illa existentia mensuraretur mensura diuisibili. Dicit doc. ꝙ si esse angeli existeret per illud totum spaciũ in existẽtia ipsius non eẽt aliqua successio:quia oppositum succedit alteri:quia non possunt eẽ simul:nam esse creatum ipsius angeli:succedit nõ esse ipsius cui opponitur:⁊ eẽ annihilatum ipsius succedit esse creato angeli tanꝙ opposito ⁊ eẽ reparatũ angeli:succedit ipsi angelo annihilato tanꝙ opposito:in existentia autem angeli ꝗtũcũqȝ durãtis : non sunt ibi huiusmodi opposita sibi inuicem succedentia.

¶ Ibi. Cõtra ergo ita simul ẽst exñtia interrupta cũ seipsa reparata:sicut non interrupta: ¶ Rñdet doct. ꝯcedẽdo ꝙ esset tanta simultas ipsius angeli creati ⁊ reparati : sicut creati ⁊ nõ reparati ⁊ si nõ est tãta simultas:hoc est tñ propter oppositi successionem:q2 si non mediaret oppositũ eẽ repati: ⁊ etiã oppositũ ipsius creati:quod est eẽ annihilatũ: tanta simpliciter eẽt simultas inter esse creatũ ⁊ eẽ repatũ.

¶ Questio Secunda.

Titul⁹. q. exponitur



Trum in angelo actualiter existente necesse sit ponere aliquod mensurans eius existentiam:vel durationẽ existentie eius : realiter aliud ab ipsa existentia. Titulus.q. est iste:an mensura angeli:que a bonauẽtura ponitur quantitas absoluta ⁊ successiua:⁊ ab Henri. ponitur quantitas absoluta indiuisibilis:que tamen vt supra patuit. q.I. huius distinctionis realiter distinguitur ab existentia angeli.

Ibi. respondeo hic doc. primo recitat duos op. videlicet Henri. ⁊ Bonauenture. Et dicit ꝙ prima opinio debuit concedere partem affirmatiuã scilicet quod euum ponitur mensura angeli ⁊ quantitas successiua debet differre ab existentia angeli:patet: quia existẽtia angeli est simpliciter indiuisibili:euum autem est diuisibile in plura nunc:quorum vnum succedit alteri:⁊ sic indiuisibile non identificatur realiter diuisibili:tum etiam quia existentia angeli:vt est in primo nunc:actu potest esse sine secũdo nunc:⁊ per consequens realiter distinguitur ab illo:⁊ vt sit sub secundo nunc eui annihilatur primum nunc:⁊ hoc est quod dicit doct. ibi simpliciter in illa existentia succedunt sibi inuicem nunc eui aliud ⁊ aliud ergo vtrumque differt ab ipsa existentia angeli sicut quoddam absolutum secundum illam positionem sancti Bonauen. quia sunt indiuisibilia de genere quantitatis. ¶ Ibi:similiter aliqui tenentes secundam opi. in precedenti.q. scilicet de indiuisibilitate eui. Hic doc. dicit duo secundum opi. Hen. Primum quod toti existentie vnius angeli tñ ponitur vnum nunc eui indiuisibile mensurans totam eius existentiam ita quod est impossibile in eandem existentiam angeli ponere plura nunc sibi inuicẽ succedentia :sed tamen ponitur vnum mensurans existentiam eius ꝓ quantacunqȝ duratione ⁊ desinente exñtia illi⁹ desinit illud nũc ⁊ posita illa ponitur illud idem nunc vt supra patuit in.i.q. huius.d. Secũdo dicit secũdũ istã opi. ꝙ plura nũc mensurantia plures exñtias angelorũ sunt eiusdẽ rõni ⁊ eiusdem speciei:⁊ ex illis pluribus nunc põt componi quantitas discreta:q̄ sit numerus ⁊ mensura euiternorum: vult dicere ista oppositio ꝙ sint mille angeli:ponunt mille nũc corrñdẽtia illis:ita quilibet angelus habet propriũ nũc mensurans eius totã exñtiam ꝓ quacũqȝ duratiõe ei⁹ ⁊ ex illis mille nunc componitur vna quantitas discreta actu includens mille nunc: ⁊ talis quantitas discreta mensurat mille existentias angelorum:non ꝙ tota illa quantitas mensuret vnã existentiam angeli:sed sic intelligendo ꝙ vnũ nunc quod est pars illius quantitatis discrete mensurat indiuisibiliter existentiam vnius angeli:⁊ aliud nunc: quod similiter est pars illius quantitatis: mensurat existentiam alteri⁹ angeli:⁊ sic de aliis: ⁊ sic pȝ ista positio. Et dicit ista opinio ꝙ nũc mensurãs exñtiam ãgeli realiter distinguitur ab ipsa existentia:⁊ ex alia parte concedit quod est impossibile existentiam angeli esse nunc non existentie:⁊ econtra.

Expõ lre

¶ Ibi contra istud arguitur sicut prius argutum est in. q. 5. prime dist. huius. Hic doc. arguit contra istam op. scdam: non improbando realem identitatem inter existentiam angeli ⁊ ipsum nunc eui. Sed specialiter arguit contra hoc ꝙ dicit illa op. secunda scilicet quod impossibile est existentiam angeli esse sine propria mensura indiuisibili:⁊ econtra ⁊ tñ existentia angeli ⁊ illa mensura realiter distinguuntur. Dicit doc. ꝙ hoc videt impossibile ponere aliqua duo omnino inseparabilia: quorum vnum sit in alio ⁊ nõ esse idem realiter ⁊ hoc ꝓbat doc. supponẽdo tñ aliq̄ Primo ꝙ si.a.⁊.b. sint adinuicẽ inseparabilia quorum vnũ ẽ prius ⁊ aliud est posterius(qd dico propter correlatiua que sunt adinuicem realiter disticta ⁊ tamen vnum nõ potest esse sine altero sȝ hoc est ꝓpter simultatem naturalem illorum)sunt idem realiter. si tñ posterius fũdetur in suo priori:vt supra exposui in isto secundo distinctione.I.q.5. contra opi. Ochã. Secũdo pmitto ꝙ si.a.⁊.b.sũt inseparabilia ⁊.a.ẽ prius. b.⁊.b. fũdatur in a.⁊ hoc per intrĩsecum ipsius.a.sũt simpliciter idem realiter dixi per ĩtrinsecum.quia si.b.inesset.a.inseparabilit.a causa extrĩseca necessario ꝓducẽte. b.in.a.non sequeret realis idẽtitas inter.a.⁊.b. vt diffuse exposui.d.I.q.5. huius scdi. Tertio premitto ꝙ exñtia ãgeli ẽ simpliciter prior sua mẽsura indiuisibile:patet:quia talis mẽsura fũdat in ipsa exñtia ãgeli:⁊ esse fũdatum in alio est posteri⁹ eo. Quarto supponit doctor:ꝙ si talis mẽsura ẽ ĩseparabilis ab exñtia ãgeli ꝙ hoc erit a cã intrĩseca ipsi⁹ existẽtie patet q2 ista opi. habet dicere ꝙ talis mẽsura indiuisibilis ex natura rei oritur a cã intrĩseca existentie angeli ⁊ ꝑ cõseqñs nõ ĩheret sibi a cã extrĩseca. his pmissis stati patet ratio doc. quia si existentia angeli ⁊ mẽsura ipsius sũt ad ĩuicẽ ĩseparabilia ⁊ exñtia ãgeli ẽ prior.⁊ ipsa mẽsura inest illi a cã ĩtrinseca ipsius angeli vr simpliciter repugnãtia ꝙ realiter distiguatur et sic patet quõ ista rõ doc. cõcludit q̄ vt concludat intentũ presupponit omnia supradicta prius a doc. dicta ĩ isto scdo.d. pma.q.5. Declaro tamen lrãm huius rõnis cum dicit illud ꝙ si esset distictũ ab aliquo esset posterius eo. naturaliter necessario est idem

illi si icōpossibile est illud aliud esse sine eo: patz ista litera. quia si b esset naturaliter posterius. a. ⁊ sit incompossibile. a esse sine. b. sequitur ꝙ ipsum. a. est idem realiter cum ipso b. dicit ergo doc. quod si. b. puta mensura indiuisibilis: qđ ponitur distinctum ab. a. si naturaliter est posterius ipso. a. ⁊ si incompossibile sit ipsum. a. puta existentia angeli esse sine b. necessario a. erit realiter idem b. ⁊ per consequens repugnat dicere quod b. sit naturaliter distinctum ab a. quod est posterius ipō. a. ⁊ quod sit icompossibile. a. esse sine. b. ⁊ sic patet ista propositio doc. Sequitur: igitur si impossibile est esse angelum sine aliquo extrinseco: quod sit mensura actualis exn̄tie ei⁹ cuz illud supple extrinsecum si esset aliud videlicet ab ipsa existentia angeli esset posterius naturaliter ipsa actuali existentia angeli: sequitur ꝙ nō est aliud ab existentia eius supple si ponatur talez existentiam non posse esse sine tali mensura. Sequitur: aut si est aliud supple ipsa mensura: ⁊ per consequens posterius poterit actualis existentia angeli absque contradictione esse sine eo: scilicet sine tali mensura. que ponitur euum: ⁊ ita nō est necessariū ponere illud: vult dicere doc. ꝙ si ipsa mēsura est alia ab existentia: sequitur ꝙ talis existentia cum sit prior poterit esse sine tali mensura: patet per illam propositionem doc. in primo di. prima. q. 4. ⁊ in secundo dist. 12. q. 2. ⁊ alibi sepe absolutum prius alio ⁊ realiter distinctum ab illo potest esse sine illo: ⁊ sic existentia angeli poterit esse sine tali mensura: ⁊ per consequens non est necesse ponere talem mensuram.

¶ Ibi. Confirmatur ratio ista: confirmatio hec probat qđ illud qđ est prius ⁊ impossibile est esse sine posteriori sit realiter idem cum eo: ⁊ non est idem realiter potest separari ab ista. Ista distinctio realis concluditur ex aliquo istorū triū quorum duo patent in litera. di. prime. q. 5. huius secundi ⁊ hic. Primum est actualis separatio aliquorum. Secundū est possibilis separatio. Tertiuz sic declaratur in litera: vel vel nisi sint talia que sic se habeant adinuicem: sicut aliqua alia: quorum vnum est separabile ab alio: posito enim quod a. ⁊ b. non possint separari ab inuicem: tamen si c. ⁊ d. similiter se habeāt sicut. a. ⁊ b. ⁊ si probatur ꝙ c. ⁊ d. realiter distinguuntur. hoc idem concluditur de a. ⁊ b. sic arguendo sicut se habet risibile ad hominem: ita inibile ad equum: sed si probatur quod risibile distinguatur ab homine: statim cōcludit de inibili: ⁊ ponit exempluz de. 7. metha. c. de partibus diffinitionis. tex. Com. 39. vbi sic habetur: Et parabola inquit de animali quā consueuit Socrates iunior dicere non bene se habet: abducit enim a veritate ⁊ facit suspicari: quasi cōtingens sit hominem esse sine partibus sicut sine ere circulum. ⁊c. Vide ibi tex. cum commento. ⁊ vocat Socra. Iuniorem pla. ex eo ꝙ fuit discipulus Socratis. Ex ista litera dicit doc. in sententia ꝙ si volo probare ꝙ carnes non sint de diffinitione hominis quāuis non possint ab homine separari probabo per simile: supponendo ꝙ circulus tantuz sit in ere ⁊ non possit separari ab ipso arguendo sic: sicut se habet es respectu circuli: ita caro respectu hominis: sed es non est de diffinitione circuli: ergo nec carnes de diffinitione hominis: ⁊ dicit doc. ꝙ dato ꝙ esset incompossibilis separatio istorum ab inuicem: puta hominis ⁊ carnis si tamē ista sic se habeant adinuicem sicut aliqua alia: quorū est possibilis separatio concluditur ista esse distincta: puta si ex ratione propria circuli ⁊ trianguli carnis ⁊ ligni concluditur circulum sic se habere ad lignum: sicut triangulum ad carnē ⁊ probatur separabilitas ex vna parte: concluditur distinctio ex alia parte: vt puta si volo probare ꝙ circulus ⁊ lignū realiter distinguantur probabo per simile sic: sicut se habet triangulus ad carnem: ita circulus ad lignum: sed triangulus potest separari a carne: ergo ⁊ circulus a ligno: ⁊ posito quod circulus non possit separari a ligno: sequitur tamē ꝙ realiter distinguatur a ligno: ex eo ꝙ similiter se habet ad lignum: sicut triangulus ad carnem: ⁊ talis inseparabilitas non est ex propria rōne: ⁊ ab intrinseco: sed ex aliquo extrinseco. His presuppositis ostendit doc. principale intentum: videlicet ꝙ ista non stant simul quod existentia angeli ⁊ ei⁹ mensura sint inseparabilia: ⁊ ꝙ realiter distinguantur: quia si realiter distinguuntur erit aliquo trium modorum precedentium: sed non est aliquo istorū trium modoꝝ de p̄mo patet: ⁊ similiter de secundo: quia f̄m istā opinionez existentia angeli: ⁊ eius mēsura nec actu: nec potētia separanꝰ. de t̄tio similiter patet: quia nō se habent adinuicem: sicut aliqua distincta sepabilia: q̄ nihil distinctuz ab alio realiter sine quo non pōt esse sine cōtradictione est prius eo: sz vel ē posterius eo naturaliter: vel simul nā cū eo istud autem quod ponitur aliud ab angelo si esset: esset posterius naturaliter ⁊ hoc satis supra patuit in isto secundo. dist. prima. q. 5. ¶ Ibi instatur contra istud sic. Hic doc. vult probare inseparabilitatem ipsius nunc eui ab existentia angeli simul ⁊ distinctionē realem ad inuicem: primū videlicet iseparabilitatem supponit vt verum secundum opini. prius positam. Secundum vero scilicet realem distinctionem. probat per illud tertium membrum posituz supra ex. 7. metha. tex. c. 39. ⁊ arguit sic sicut se habet nunc temporis ad substantiā mobilis: ita nūc eui ad euiternum: sed nunc temporis distinguitur realiter a substantia mobilis: ergo ⁊ nunc eui realiter distinguitur ab existentia euiterni. Et addit in littera quod tantum sit vnū nunc in toto tempore idem secundum substantiam ⁊ diuersum secundum esse vt patet per Aristo. 4. phi. tex. cō. 103. secundum aliam translationem ipsius inquit esse i simul est idem: quoniam instans est idem cū fuerit: sz aūt esse diuersatur: ⁊ ibi Commen. tempus inquit est idem illis que sunt in tempore in simul ⁊ causa in hoc quod tempus est idē quoniam instans quod est agens tempus est idem in omni motu cuz fuerit demōstratum: sed esse eius diuersatur: scilicet per prioritatem ⁊ posterioritatem: hec ille. Et quomodo diuersificatur secundum prius ⁊ posterius: patet vbi supra. t. c. 104. secundum aliam translationem. Et instans inquit mensurat tempus secundum quod terminat illud per prius ⁊ posterius ⁊ potest dicere quod instans quodammodo est idem ⁊ quodammodo non: quoniam secunduz quod est vnū post aliud est diuersum: ⁊ hec rō instantis secunduz vero ꝙ instans est in aliqua hora est idem hec ille. Et ibi Commētator instans inquit quodammodo est idem et quodammodo est diuersum: ⁊ paulo infra: quoniam instans secundum quod accidit enim vt sit idem in rebus diuersis vt vnum indiuiduum: quod inuenitur in pluribus locis est diuersum: vt sortem esse in foro aliud ē ipso eē i domo ⁊c. Ex his patet qūo sit vnū īstās tm̄ sz substātiā diuersū tn̄ sz eē. i. ꝙ illđ instās sz substātiā suā: ꝙ est idem in toto tp̄e pōt cōsiderari vt est prius tp̄e ⁊ vt sic đr principium tp̄is: et illud idem vt est finis alicui⁹ tp̄is: puta vni⁹ hore sic dicitur terminus illius tēporis. ¶ Ibi: istā instantiā excludēdo Hic doc. p̄mo itendit ostēdere: ꝙ nūc temporis sit aliud ⁊ aliđ sz substantiam siue ꝙ in tempore sit aliud et aliud instās sz substātiā: ⁊ hoc itendit ostēdere sz mētē phi. 4. phi. t. c. 104. Eo inquit quod ferꝰ cognoscim⁹ prius et posterius i motu f̄m autez ꝙ numerabile ē prius ⁊ posterius ip̄z nunc est quare in his quod idez ens nunc est idem est. prius autem ⁊ posterius est: quod i motu est sed in ipso esse alterū secundum. n. ꝙ numerabile prius ⁊ posterius est ipsuz nūc hec ille. Et Cōmentator vbi supra cōmento. 104. sic dicit trāslatū. qđ habet motū est causa iesse instantis qđ supple īstās agit tp̄s quēadmodum tempus seq̄tur motū. s. q̄ motus ē causa eius: q̄ est subiectum illius quēadmodū magnitudo est cā motus: qm̄ est subiectū motus: ⁊ paruz ifra ex cognitione trāslati supple localiter moti prioris ⁊ posteriori cognosciꝰ prius et posterius īmote ⁊ per hoc ꝙ trāslatū p̄us et posterius est numeratum erit instans numeratum et esse translati est causa inesse instantis ⁊ mutatio eius. s. translati est causa in numeratione istius scilicet instantis. Et parū infra. ⁊ iam posuimus ꝙ translatum est vnum f̄m subiectū ⁊ plura secundum diffinitionem supple vt consideratur sz prius et posterius in ipso ita etiam dēt esse in instanti: quoniā sz ꝙ ē in vno subiecto sēp est idē qm̄ ip̄z est p̄us ⁊ posteri⁹ ī motu. i. qm̄ īstās p̄us ⁊ posteri⁹ ī motu ē idē q̄ trāslatū est idē ⁊ est numeratuz. quia translatum numeraꝰ. Hec ille Dicit ergo doc. supponēdo ꝙ nunc temporis seq̄tur illud quod fertur per hoc quia eo qđ fertur cognoscimus prius ⁊ posterius in motu: ⁊ ipso nunc cognoscimus prius ⁊ posterius in tempore vult dicere ꝙ ad cognoscendum prius ⁊ posterius in motu requiritur alia ⁊ alia mutatio siue aliud ⁊ aliud mutatum esse: que semper fiunt in instanti. nam per aliud ⁊ aliud mutatum esse ipsius mobilis cognoscitur prius et posterius in motu: et hoc patet quia si lapis actu existat ⁊ immobiliter non cognoscitur in eo neque prius: neq̄ posterius: sed cum lapis incipit moueri i tempore vt est sub tali mutatione in aliquo īstanti acquirit mutationē qua habet mutatum eē que mutatio ē principium mot⁹ futuri ⁊ finis preteriti: ⁊ moueaꝰ p̄mo per spacium vni⁹ hore: tūc terminus illius motus est mutatuz esse: ⁊ sic per aliud ⁊ aliud mutatum esse cognosciꝰ in ipso prius ⁊ posterius in motu:

Ad cogscēdū p̄ius ⁊ posteri⁹ ī motu q̄d req̄ratur.

mutatum esse cognoscitur ĩ ipso prius ⁊ posterius: ita quod per aliud ⁊ aliud mutatũ esse cognoscitur prius ⁊ posterius in motu: similiter dico de tempore: nam quod in tempore sit prius ⁊ posterius non cognoscitur nisi per aliud ⁊ aliud instans: quia instans quod est principium temporis est prius ⁊ instans quod terminat tempus est posterius: ⁊ sic aliud instans est principium temporis sequentis: ⁊ sic prius ⁊ aliud instans sequens ⁊ terminãs illud tempus est posterius: ⁊ sic successiue: ex istis ergo instantibus cognoscitur prius ⁊ posterius in tempore: ⁊ quod vna pars temporis est prior alia. Cum ergo ipsum instans temporis sequatur illud quod fertur: scilicet ipsum mobile puta lapidem: non absolute: sed vt est sub mutatione siue sub mutato esse: quod mutatum esse mensuratur instanti temporis: sicut ⁊ motus mensuratur tempore: ⁊ vltra cum lapis ꝑ motum quo mouetur habeat aliud ⁊ aliud mutatum esse: sequitur ꝙ tempus mensurans ipm̃ motum habebit aliud ⁊ aliud instans cum instans in tempore sequatur mutatum esse: sicut ergo in motu sunt plura mutata esse: ita ⁊ in tp̃e mensurante motum erunt plura instantia secundũ substantiam mensurantia ipsa mutata esse: ⁊ sic patet ratio doc.

¶ Ibi. Similiter philosophus in tertia ꝓprietate de nũc hic doct. intendit idem probare ꝑ philosophum. 4. phi. t. Com. 105. Manifestum est: inquit: quod nisi tempus sit ipsum nunc non erit: vtique siquidem ipsum nunc non erit tẽpus non erit: simul enim sunt sicut id quod fertur ⁊ loci mutatio: sic numerus qui est eius quod fertur: ⁊ qui est loci mutationis: tempus quidez enim est loci mutationis numer⁹: id est mensura: ipm̃ autem nunc est sicut quod fertur: ⁊ vnitas est numeri: ⁊ continuum autem tempus est ipsi nunc: et diuiditur ſm ipm̃ nunc: vide ibi Commen. ⁊ per hunc tex. vult concludere doctor esse diuersa instantia secundũ substantiam in ipso tempore: arguitur sic: sicut se habet motus ad mutatum esse siue ad mobile sub mutatione: ita tempus ad nunc siue ad instans: cum ergo tp̃s sit numerus ⁊ mensura ipsius motus: ita ⁊ instans temporis erit numerus/ siue mensura ipsius mutati esse: patet consequentia auctoritatẽ philosophi vbi supra: quia ex quo dicimus ꝙ tempus non est sine nunc: nec econtra: quia motus non est sine mobili siue mutato esse: sicut ergo tempus dependet a motu: ita et nunc temporis a mutato esse: nam prius ⁊ posterius in tempore causantur a priori ⁊ posteriori ĩ motu: vt patz. 4. phi. t.c.104. cũ ergo mobile sit alterũ ⁊ alterum in toto motu supple ſm aliud ⁊ aliud mutatuz esse: ergo ⁊ nunc temporis sibi correspondens erit aliud: ⁊ aliud. ¶ Ibi. Preterea quõ posset ipsum nunc indiuisibile fluere. Hic doc. probat eandem conclusionem per argumentuz ducens ad impossibile: quia si in toto tempore esset tantuz vnum nunc secundum substantiaz diuersum autem secundũ esse totum illud tempus esset compositum ex indiuisibilibus: quod est contra intentionem philosophi. 6. phi. t.c.88. ⁊ quod hoc sequatur. Probat quia ex quo ipsum nunc siue instans fluxu suo secundũ aliud ⁊ aliud esse. s. prius ⁊ posterius efficit tempus tunc totum illud tempus quod est compositum ex alio ⁊ alio esse ipsius nunc esset compositũ ex indiuisibilibus: patet: quia illa esse essent indiuisibilia: naz principium temporis est indiuisibile: ⁊ similiter terminus: vt supra patuit: probat doc. in simili quod esset compositum ex indiuisibilibus auctoritate phi. 6. phi. tex. Cõmen. 85. de indiuisibili: qui sic ait: quare non contingit impartibile moueri: neq₃ omnino mutari: hec ille. Et rationem assignat: quia tũc motus eius componeretur ex indiuisibilibus vt dicit in illo tex: ⁊ quod componeretur ex indiuisibilibus probat vbi supra. t.c.89. Amplius autez ex hijs manifestum est cuz neq₃ punctum: neq₃ aliud indiuisibile: nullum contingit moueri: omne enĩ quod mouetur impossibile prius maius moueri ipsius quam aut equale: aut minus: si igitur hoc manifestũ est: quod ⁊ punctum minus aut equale mouebitur primum: quoniam autem indiuisibile est impossibile est minus moueri prius: equale ergo ipsi: quare erit linea ex punctis. Si autem hoc impossibile est ⁊ moueri indiuisibile ĩpossibile ẽ

Declaratio phisicalis.

hec ille: vt clarius intelligatur ista litera: pono ꝙ indiuisibile dicatur. a. ⁊ moueatur super aliquod spacium quod dicatur. b. certum est ꝙ. a. quando incipit moueri aut pertransit totum spacium quod est falsum: aut maius: aut equale: patet ꝙ non est dandum nisi equale: cum ergo a. sit indiuisibile ⁊ spacium quod pertransit prius erit indiuisibile: ⁊ sic motus ipsius. a. erit compositus ex indiuisibilibus: ⁊ similiter spacium quod pertransit. ¶ Ibi. Ad hoc etiã sunt due rationes philosophi: quarũ vna est talis ⁊c. per quaz deducit ad impossibile: quia si tantum esset vnuz instans in toto tempore: tunc omnia mensurantur illo tempore essent presentia: patet: quia illa dicuntur esse simul: que sunt in codez indiuisibili. patet. 4. phi. t.c.92. Amplius inquit si simul esse secundũ tempus ⁊ neq₃ prius neq₃ posterius in eodez esse ⁊ ipso nunc est: ⁊ si qua prius aut posterius in ipso nũc sunt simul erunt: que in millesimuz fuerunt annuz cum hijs q̃ sunt hodie: hec ille. Unde Cõmen. ibi Cõmento. 92. sic ait illa que sunt insimul sunt in eodez instanti ⁊ sua conuertens: illa que sunt in eodem instanti sunt simul: hanc propositionez: scilicet ꝙ idez instans est omniũ entiuz: de quibus dicimus quedam esse ante: ⁊ quedam esse post: sequitur vbi illud quod fuit transacto millesimo: ⁊ illud quod est hodie sunt insimul: quod est inopinabile ⁊ sillogismus cathegoricus concludens inconueniens in hoc sermone componitur sic in prima figura omnes res inueniuntur in eodem instanti ⁊ oĩa sunt simul: ergo oĩa que sunt simul: quod est impossibile: hec ille. ¶ Ibi. Alia rõ est: quia cuiuslibet ꝯtinui sunt duo termini distincti: vt ista rõ clarius intelligatur suppono ꝙ cuiuslibet continui sunt duo termini: s. terminus a quo ⁊ terminus ad quem: nam in linea sunt duo puncta: q̃ sunt termini linee: in motu vero: puta vnius hore sunt duo mutata esse ⁊ in tempore: puta vnius hore sunt duo instantia: quorũ vnum est principium illius temporis ⁊ aliud finis siue terminus. Secundo suppono: ꝙ terminus continui per se: id est ex sua ratione formali terminat continuum. Istis suppositis: accipio tempus vnius hore certum est quod principiũ illius tẽporis est aliquod instans: ⁊ similiter terminus illius est aliquod instans: sed impossibile est ꝙ vnũ instans respectu vnius hore sit principiuz ⁊ terminus illius: vt pz intuenti: ergo erit aliud ⁊ aliud instans. Et dicit doc. ĩ ista lr̃a ꝙ si ipsuz nunc sit tm̃ ipsa substãtia mobilis non est contendere nisi de verbis: quia prius factuz fuit argumentũ. Ibi instaṫ cõtra istud sic: q₂ nunc ſm substantiã se habet ad substantiaz mobilis ⁊c. vbi fuit sic argumẽtatũ sicut se hz nunc tẽporis ad substãtiã mobilis: ita nunc ei ad ipm̃ euiternum modo dicit doc. Si tu concedis: quod nunc temporis sit ipsa substantia mobilis tunc contento ista est tantum in verbis et non in re: quia in re magis ex hoc probatur intentũ scilicet quod nũc eius sit simpliciter idẽ cũ euiterno. ¶ Ibi. Et si dicas quod terminat secundum diuersa esse. i. quod ipsum instans tp̃is secundum quod est prius est incipit fluere est principium temporis puta vnius hore: ⁊ secundum quod est posterius vel finis illius hore dicitur terminus.

¶ Ibi. Contra: hic doc. improbat hanc responsionem ⁊ dicit ista duo esse accidunt ipsi instanti: patet: quia cum illud instans dicitur prius non est sub esse posterioris: ⁊ similiṫ cum est sub esse posterioris non est sub esse prioris ⁊ sic homini prius et posterius accidunt sibi dicere ergo quod ẽ principium sub illa ratione qua est prius ⁊ incipit fluere ⁊ finis siue terminus sub illa ratione qua posterius ergo non terminat per se: quod est falsuz quia oẽ indiuisibile de genere quantitatis vel per se terminat quantitatem: vel est pars alicuius discreti. ¶ Ibi. Preterea ista esse quero cuius generis sunt. Et ratio ista clara est. nam si ista esse sint indiuisibilia de genere quantitatis ergo sufficiunt ad terminãduz proprium continuum absque illo nunc secundum substantiam quod est inconueniens: puta quod illa ratio qua nunc dicitur posterius sit terminus ipsius continui: nam illa ratio que dicitur posterius non est ex natura rei: et sic aliquid ꝙ non est ex natura rei esset per se terminus alicuius cõtinui hñtis verũ esse ex natura rei. Si autem illa esse sint alteri⁹ generis: puta qualitatis sequitur ĩconueniens: vidilicet ꝙ qualitas erit per se rõ terminandi continuum in genere q̃titatis. ¶ Ibi. Et preterea quõ non mutaretur ipsum nũc secundum substantiam si mutatur secũdum diuersa esse. et tũc oportet eius ⁊ suorum esse querere mẽsura: et sic ĩ infinitũ vult dicere doc. quod si ipm̃ nunc fit sub alio ⁊ alio esse ergo tũc mutaṫ ſ₃ cuicũq₃ mutato esse corrñdet nũc temporis ꝓ mẽsura ⁊ tũc quero de illo nũc corrñdẽte aut põt esse aliud ⁊ aliud ſ₃ substãtiã ſ₃ ꝙ corrñdet alii ⁊ alii mutato esse ⁊ tũc hẽtur itẽtũ. aut ẽ tm̃ aliud ⁊ aliud ſm diuersa eẽ q̇b⁹ corrñdet alii ⁊ alii mutato esse ꝫ ip̃z nũc vt sub alio ⁊ alio essẽ mutaṫ: ⁊ sic erit ꝓcess⁹ ĩ ĩfinitũ. ¶ Ibi. Preterea aut istud nũc ſ₃ substãtiã idem ẽ in q̊libet mobile aut precise in vno non primo: quia tunc idem actus numero esset in pluribus

subiectis: non secundo: patet: quia tunc non mensuraret aliud mobile vt actu est sub aliqua mutatione: siue sub aliquo mutato esse. Et ista litera potest sic exponi ponendo casum scilicet quod mobile. a. moueatur per horam: in quo motu sunt centum mutata esse: ita ꝙ mobile. a: potest dici aliud ⁊ aliud mobile pro quanto est sub alio ⁊ alio mutato esse: hoc casu posito: quero aut nunc temporis est totum simul in centum mutatis esse: ergo idem accidens erit simul in pluribus subiectis. patet: quia instans temporis subiectatur in mutato esse: sicut ⁊ ipsum tempus immediate subiectatur in motu: aut idem nunc numero est tantum in vno mutato esse: ergo tantum vnum mutatum esse mensuratur nunc temporis ⁊ non alia mutata esse: quod est impossibi-

Quō sit idē nūc sʒ substātiaʒ diuersum sm esse

Contra septimam cōclusionem arguitur primo. Si talis mensura ponitur successiua: aut ponitur cōtinua aut discontinua: non primo quia non est ibi aliquod nunc copulans cum tantum vnum nunc immediate succedat alteri. Non secundo: quia quero de nunc succedēte primo nunc: aut immediate oritur a principijs intrinsecis ipsius āgeli: aut īmediate causatur a deo. Si primo videtur inconueniens quia tunc ī quolibet īstanti causaret aliud ⁊ aliud nunc: et tunc quero si in primo īstanti et si angelꝰ correspondente alicui instanti tp̄is ⁊ post fiat in alio instanti eui: tunc quero aut causat illud in instanti temporis aut in tp̄e īmediate sequente primū instās tp̄is. Si p̄mo ergo instans temporis succedit īmediate instanti tp̄is. Si scd̄o cōtra quia tale īstās cū sit īdiuisibile tn̄ causatur in īstāti: ⁊ maxime a causa ꝑfecte agente ꝑ modū nature. Preterea in quolibet instanti temporis ponitur eadem existentia angeli: ergo in quolibet instanti tp̄is causatur ab āgelo aliud ⁊ aliud nunc eui: ergo illa nunc correspondebunt alijs ⁊ alijs instantibꝰ tp̄is sibi īmediatis. Nō est dicendū ꝙ huiꝰmodi nunc īmediate causetur a deo qr tūc posset causare ⁊ nō causare: ⁊ sic esse euiternū sine euo: et sic nō esse necesse mensurari euo. Secundo nunquā ꝑmanens ꝑfecte vt permanens mēsuraꝛ mēsura successiua pꝫ: quia ꝑ illā non cognosceretur ꝑmanēs mēsuratū. et tn̄ mēsura ex natura rei ē notior mensurato. sed existentia angeli ē ꝑfecte ꝑmanēs et tota simul. ergo. ¶ Tertio mensura et mensuratū sunt vnigenea ex. 10. metaphi. ergo si mensura āgeli sit successiua ⁊ existentia ipsius angeli erit similiter successiua: quod est īpossibile cū sit simplicit̄ indiuisibilis. ¶ Rn̄deo ad p̄mū ꝙ illud fm̄ nunc oriꝛ a substantia angeli: ⁊ cū q̄riꝛ an ī īstāti: an ī tp̄e. Dico ꝙ si p̄mū nūc correspōdebat tempori nostro ꝙ secundū pōt oriri in instanti immediate sequenti illd̄ tēpus. Si ꝟo primū nunc correspondebat instanti temporis: nunc fm̄ nunc erit tp̄i nostro immediate sequenti illud instans correspondēs: ⁊ concedo quod in eodē instāti quo ponitur substantia angeli ponitur ⁊ illud nunc. Et cum ꝓbatur: quod in quolibet instanti quia existentia angeli ponitur a deo in esse in quolibet instanti temporis. negatur qr vt ponitur in primo instanti temporis: et in nunc correspondente tali instanti temporis: tunc secundo ponitur tantum in nūc correspondente tempori immediate sequēti: ⁊ tertio ponitur in nūc correspondente instanti īmediate seq̄nti illd̄ tp̄s: ⁊ vt quāto poniꝛ poniꝛ ī nūc eui corrn̄dēte tp̄i immediate scd̄m illud instans: ⁊ sic successiue. Si dicaꝛ existentia angeli habet esse in nunc correspondente instanti tēporis nostri: ⁊ deꝰ potest ip̄m annihilare in īstāti ergo et pōt ponere in eodē instāti. Dico ꝙ nō pōt annihilare nisi in tp̄e immediate sequēti. Si dicaꝛ annihilatio fit in instāti tp̄is: siue in nunc eui correspondente instanti tp̄is. Dico hoc esse verum si ponitur existētia angeli coexistere tempori nostro: quod tunc annihilatur in vltimo instanti illius temporis. si ꝟo coexistat tantum vni instanti nō annihilat nisi ī tempore immediate sequenti. Et cum dicitur quod res ī quocūq3 instanti tp̄is potest a deo annihilari si intelligatur de instātibus immediatis est simpliciter impossibile: quia talia nō possunt esse. Si vero intelligatur quod in quolibet instanti terminante aliquam partem temporis ꝯceditur: ⁊ sic debet intelligi.

¶ Ad secundum dico quod permanens potest mensurari non in se absolute: sed secundum duratiuam existentiam sic intelligendo: quod dum ipsum permanens frequenter ponitur a deo in esse: sic ponitur sub alio et alio nunc eui ⁊ sic ipsum permanens quamuis indiuisibile dicitur successiuū pro quanto idem quasi infinities ponitur. ¶ Ad tertium patet per idem quod dicitur hoc modo successiuum licet n̄ proprie: quia semper manet idem: tamen dicitur successiuum pro quanto idem multotiens ponitur ⁊ hoc sufficit: licet auctoritas philosophi aliter possit exponi.

Contra octauam arguitur Primo: qr manet eadem existētia angeli ⁊ ipse deus in se: ⁊ tamē videtur sequi alia ⁊ alia relatio saltem rationis: patet: quia in alio ⁊ alio instanti ponitur simpliciter eadem existentia angeli secundum esse qd̄ precise prius habuit ergo eadem manens dicit aliū et aliū respectum ad ipsum deum vt producentem ⁊ conseruantē. ¶ Secundo: quia manentibus isdem absolutis potest causari noua relatio patet de relationibus extrinsecus aduenientibus: ⁊ patet de vnione nature ad verbū. ¶ Responsio patet ex superius dictis. Et vltra dico: quod licet tales respectus possint sic esse noui saltem rationis comparando dm̄ vt ponentem in esse angelum pro alio et alio instanti tamen non possunt esse noui accipiendo existentiam angeli in esse absoluto: ita quod simpliciter habeat idē esse quod habuit in primo instanti sic quod in alio instanti non intelligatur poni in esse. Dico etiam: quod nullo modo possunt esse noui: quia semper manent idem fundamentum ⁊ terminus ¶ Ad secundum conceditur de relatione extrinsecus adueniente: quod possit esse noua relatio sine nouitate fundamēti et termini.

Contra primam conclusionē secunde questioni distinctionis. 2. arguitur sic. primo aut quia sunt inseparabilia ideo sunt idem realiter ⁊ sic motus celi esset idem realiter ipsi cum mobile tale non possit separari a tali motu: vt patet a doct. in. 2. d. 1. q. 5. aut quia respectu illius dicit causā intrinsecam ⁊ necessariam: ⁊ tunc sequitur quia relatio rōnis causata ab intellectu diuino comparante se vt intelligētem ad rem intellectam (a qua non potest separari: ⁊ est necessario causata in seipso: vt patet a doct. in primo. d. 30. ⁊ in. 2. di. 1. q. 5.) erit idem realiter illi: quod est contra doc. in isto secundo vbi supra. ¶ Secundo. quia si producens aliquid necessario in seipso est idem realiter illi: sequitur quod substantia que necessario producit accidens reale in se ip̄o (vt patet de forma ignis: que necessario producit in se aliquem gradum caliditatis vt patet a Doct. in quarto. d. 12 erit idem realiter illi: quod est falsum. ¶ Rn̄deo, vt notatur in isto secundo Doct. d. 1. q. 5. vide ibi multa singularia.

Margin notes (right): Cōtra. 8. cōclu. — Ad ratiōnes ꝯ. 8. conclu. — ꝯ. 1. ꝯ. 2. q

Contra secundam arguitur sic. quia est impossibile aliquam motum particularem esse. quin detur tempus particulare mensurans ipsum precise: et talis motus est causa necessaria talis temporis: vt patet quarto
z.2.con. physi. ergo est idem realiter. Nec valet dicere: quia in tempore vnius hore contingit transire spacium bipedale a tāta virtute ⁊ a virtute maiori in duplo: ita quod in vna hora transitur spacium quadrupedale: ergo tale tempus īcludit plures partes quā tempus mensurans motum virtutis minoris: et sic tempus vnius hore distinguitur realiter: quia illud tempus a virtute maiori: et si distiguatur realiter a motū virtutis minoris: non tamen distinguitur realiter a motū virtutis maioris: et sic dico de alio tempore mensurantē minorem. ¶ Respondeo quia ⁊ si tempus illud particulare non possit separari: ⁊ causetur a tali motu necessario: non tamen sequitur ipsum esse idem realiter: patet: quia tempus hore si esset idem realiter haberet precise tot partes quot motus haberet ī numero et magnitudine ⁊ esset impossibile habere nec plures nec pauciores: quia ergo tēpus vnius hore potest plures includere: ideo realiter distiguitur. ¶ Si dicatur ꝙ spacium bipedale potest transiri imediate hore a virtute maiori in duplo: ⁊ sic tempus vnius hore distiguitur a tali motu. Dico ꝙ esset tale tempus idē quod prius quo ad numerum partium et magnitudinem earum: licet motus ille sit velocior: tamen erit idem qui prius: nisi dicatur quod tanto spacio respondet sibi tant⁹ motus scdm numerum et magnitudinem partium: ⁊ maiori spacio: maior motus: et per consequēs maius tempus scdm numerum partium in numero et magnitudine: et sic tempus mensurans motum quod precise fit in tali spacio: habebit precise tot partes quot et motus: et sic erit idem realiter: sic motus velocissimus ⁊ motus tardus: qui fiunt simpliciter super eodem spacio sunt equales quo ad numerum partium et magnitudinē: ergo et tempus mensurans illos motus: licet minus tempus mēsuret motum velociorem: ⁊ maius motum tardiorem. ¶ Deinde instatur contra aliud dictum: quasi in principio questionis: vbi habet illud ꝙ si ēet distinctum ab aliquo: esset posteri⁹ eo naturaliter: ergo necessario est idem illi: si incompossibile est illud aliud esse sine eo: vbi vult in hac propositione: ꝙ si est impossibile. a. esse sine. b. ⁊. a. est prius natura. b. ⁊. b. inest. a. a. necessario est idem realiter. b. ⁊ econtra. Contra hoc dictum sic intellectum instant̄ sic. primo. quia omne prius duratione distiguitur realiter a posteiori duratione: hoc patet: sed illud quod assignatur a doctore esse idem realiter ex hoc quod est impossibile esse sine alio: et est prius naturaliter illo est prius duratione: ergo ⁊c. patet mi. quia prius natura alio est etiam prius duratione: vt expresse patet a Doctore ī tertio distin. 3. q. 1. ⁊ in isto secūdo distinctione presenti. q. 4. et etiam ex intentione patere potest in primo distin. 8. questione vltima: et in isto secundo distin. 1. q. 2. Ex hoc sequit̄ ꝙ subiectum ꝙ ponitur prius natura (etiam loquendo de priori natura positiue) propria passione: ꝙ etiam sit prius duratiōe. Similiter sequitur: ꝙ essentia diuina: que ponit̄ a doct. prior natura attributis: et etiam proprietatib⁹ yppostaticis: ꝙ etiā sit prior duratione illis: ⁊ per cōsequens tamꝫ subiectum a propria passione q̄ꝫ essentia ab attributis ⁊ proprietatibus distinguntur realiter ab illis: ⁊ tamen est incōpossibile subiectum esse sine passiōe: vt patet ab ipso ī pluribus locis: et similiter est incōpossibile essentiā esse sine attributis ⁊ sine proprietatibus: ergo propositio Doct. non videt̄ absolute vera. ¶ Secundo instat̄ quia sunt multa ab inuicem realiter distincta: quorum vnum ī est formaliter alteri: q̄ tn̄ sic se habent ꝙ est incōpossibile vnū posse esse sine alio: nec econtra. et vnū est prius natura alio: ergo propositio non est absolute vera: Antecedēs patet p̄mo de primo mobili ⁊ motu eius: est enim incompossibile p̄mū mobile esse sine motu: tenēdo opinionē philosophorū. s. ꝙ p̄mū mobile necessario moueat̄ ab ītelligētia applicata sibi: vt supra patuit distictiōe p̄ma. q. 5. ⁊ mobile ē pri⁹ natura motu suo: ⁊ tn̄ distinguit̄ realiter ab illo: vt patet supra distī. 1. questione. 5. hoc idem patet de ente rationis causato: ab ītellectu diuino ī essentia diuina. vt supra pꝫ distictiōe pria questione. 5. ¶ Respōdeo ad primū: ꝙ illa ꝓpositio. s. pri⁹ natura positiue est prius duratione: est tantum vera de p̄ori natura: quod opponitur posteriori natura: ⁊ sic quando vnū oppositū inest pri⁹ natura positiue alio opposito: inest etiam prius duratione: alit̄ duo opposita possent simul duratione inesse eidem: ⁊ sic duo opposita possent inesse alicui ī eodem instanti temporis: cum in eodem instanti tēporis possint esse plura instantia nature: vt supra patet questione prima distinctione prima. Et hoc modo loquitur Doctor questione quarta presentis distinctionis: vbi loquitur de priuatione ⁊ habitu quia si priuatio materie siue substantie prius natura positiuē inest etiam prius duratione inesset: aliter p̄uatio et habitus possent esse simul in eodem instanti temporis. Et similiter hoc modo loquitur in tertio modo ⁊ in primo ⁊c. Sed quando prius natura nō est incompossibile posteriori natura: vt patet de subiecto ⁊ passione: ⁊ de essentia ⁊ attributis: tunc non sequitur quod tale prius natura sit p̄us duratione: immo necessario est simul duratione. Bene tamen verum est quod priori natura quantum est ex se non repugnat esse prius duratione: ⁊ si repugnat est ex hoc quod necessario est causa vel quasi talis posterioris: ⁊ de hoc satꝫ dixi supra distinctione prima. q. 2. ⁊ in prologo primi Doctoris vide ibi. ¶ Ad aliud patet responsio ex dictis supra distinctione prima. q. 5. vide que ibi notant.

Questio Tertia



Trum omniū Euiternorū sit tm̄ vnum euum. ¶ Hic dicitur ab Henrico quolib. 2. questiōe. 2 quod tot sunt eua quot euiterna ita quod ī quolibet euiterno est aliquod indiuisibile proprium pertinens ad genus quātitatis: ⁊ ex multis talibus potest constitui vnus numerus vt supra patuit. ¶ Sed ista positio videtur ponere pluralitatem sine necessitate: ideo videt̄ dicendum contra eam: sicut in precedenti questione dictum est: quia aut euum vocatur actualis existētia euiterni: ⁊ hoc modo quod sunt angeli tot sunt eua: aut dicitur aliquid intrinsecum alicui actualiter existenti mensurans ipsaꝫ existētiam: et hoc modo euum nihil est sicut probatum est in precedenti. q. Aut euū dicitur aliquid extrinsecum aliud ab actuali existētia euiterni: quod tamen extrinsecum ex natura sui natum est mensurare actualem existentiam ipsi⁹ euiterni. Et tunc potest poni tripliciter. Primo potest negari omni mensura extrinseca ponendo omnia euiterna habere existentiam eque inuariabilem: non enim vna est inuariabilior alia: cum ibi nulla sit successio. Secundo dico: quod loquēdo de mensura quidditatiua: vna existentia potest ēē mensura alterius: puta perfectior respectu imperfectioris de qua mensura loquitur philosophus decimo methaphy. tex. commen. 27. Sed loquendo de mensuratione duratiua diceretur quod cum euum ponatur mensura alicuius in quantū durans inuariabiliter: et illud sic extrinsecuꝫ oporteret esse notius ex natura rei secundum rationem īuariabilitatis: et cū non sit talis differentia inter existentias euiternorum nichil sic erit euum. ¶ Ibi. Vel alio modo pōt dici. Doc. dat alium modū quo vna existentia angeli possit mensurari. Et dicit primo quod quelibet superior: quia perfectior et simplicior potest dici mensura inferioris: qua ratione sue simplicitatis potest certificare de existentia inferioris. ⁊ sic existentia superior potest dici euum respectu inferioris. Secundo dicit: quod hoc modo loquendo: quot sunt euiterna tot sunt eua: sic tamen intelligendo quod nō dentur plures existentie angelorum eque simplices: ⁊ eque perfecte: quia si in eadem specie possint esse plures angeli: vt infra patebit dist. 3. tūc existentia speciei superioris posset esse euum respectu omnium speciei inferioris: ⁊ sic non essent tot eua quot euiterna Sꝫ tenēdo: ꝙ q̄libet differat specie ab alio ē facilis rn̄sio: q2 īfim⁹ āgel⁹ mēsurat̄ existentia āgeli ꝓpinq̄oris: ⁊ āgel⁹ mēsurās mēsurat̄ existentia āgeli sibi sup̄ioris ⁊ ꝓpiq̄oris: ⁊ sic ascēdēdo. Tertio dicit ꝙ supremus angelus non potest habere aliquod euum. vt mensuram patet: quia non datur existentia superior creata que sit perfectio et simplicior ⁊ per consequens que ex natura rei nata sit certificare de existentia inferiori. Et sic existentia supremi angeli est tantum euum respectu aliorum ī feriorum quia existentia eius inuariabiliter mensurat omnes alios. ¶ Ibi. Vel potest dici tertio modo quod si euū non dicatur quecunqꝫ existentia superioris simplicior alia

Cōtra opinionem henrici

⁊ notior nata certificare de ea: sed illa simplicissima: que ex ratione sua formali ⁊ in se est certissima ⁊ primo nota nata certificare de alijs hoc modo potest concedi tantum vnum euum: scilicet existentia primi angeli respectu aliorum omnium euiternorum. Nota cuz dicit: quod existentia superioris angeli mensurat existentiam inferioris: quia simplicior et certior sic debet intelligi: quod sicut aliqua essentia perfecta: puta homo in genere animalis mensurat quidditatiue alia aīalia: puta pro quāto vnum animal magis appropinquat quidditati hominis: tāto eius quidditas apparet perfectior ⁊ nobilior. Sic cum existentia superioris angeli sit perfectior ⁊ simplicior: ⁊ per consequens vt existentia inferioris pro quacunque duratione ei comparetur: redditur certior. Et sic cum existentia superior ratione sue perfectionis videtur sibi competere certior duratio ⁊ perfectior: ⁊ sic patet esse mensura inferioris.

¶ Ibi. Cōtra istud arguitur. Hic doctor arguit contra secundum ⁊ tertium modum: vbi ponitur: quod prima existētia angeli non mensuratur euo: ⁊ deducit ad hoc inconueniens: quia si sic videtur sequi: quod nec etiam primus motus possit mensurari tempore: videtur enim similis comparatio hinc ⁊ inde.

¶ Ibi. Conceditur consequens ab aliquibus propter istā rationem: quia scḋm philosophū. 4. physi. tex. com. 107. omne quod est in tempore exceditur a tempore: ⁊ corrumpitur ⁊ tabescit in tempore: ⁊ ideo necessaria ⁊ impossibilia non sunt in tempore: primus igitur motus: qui nō corrumpitur in tempore nec exceditur ab eo: vt patet. 4. physi. tex. com. 120. non erit in tempore: nec mensurabitur tempore.

¶ Ibi. Sed ista ratio non valet. Hic doctor intēdit saluare quod dixit de prima existentia angeli: ⁊ quod non mensuretur alia mensura: ⁊ quod dicatur mensura respectu inferiorum: ⁊ tamen quod motus primus mensuretur. Et litera satis est clara: tamen pro iunioribus aliqualiter declaro ipsam. Ibi aliquid esse in tempore: est aliquid esse in numero patet quarto physi. tex. commen. 120. vbi habetur quod tēpus est numerus ⁊ mensura motus: sicut enim per numerū certificātur res numerate: ita per tempus certificatur quātitas motus. Sequitur. Non est autem de ratione existentis in numero: quod excedatur a numero: immo si accipiatur primum numeratum: hoc est adequatum numeratum: illud adequatur ipsi numero. Sed de ratione numerati est: ꝙ pars eius excedatur a numero: quia ipsum: scilicet numeratum adequatum numero est maius sua parte: ⁊ ipsum totū .s. numeratū primum est adequatum numero. igitur pars eius: scilicet numerati adequati: exceditur a numero: qui adequatur numerato adequato. Sequitur. Ita dico de ente in tempore: quod ex quo omne tale ens est de necessitate variabile scḋz aliud ⁊ aliud esse necesse est scḋm aliquid sui: puta secundum aliquam dispositionem: quaz habet ex parte temporis: quod excedatur a tempore: quia aliter se habebit in alia parte temporis.

Tps vniuersale et ꝑticu. q̄d. ¶ Hic nota quod duplex est tempus: scilicet particulare ⁊ vniuersale: particulare est illud: quod intrinsece mensurat motum particularem: ⁊ hoc per se: ⁊ rem subiectam tali motui per accidens: vt exposui supra dist. p̄sente. q. 2. vniuersale est illud ꝙ mēsurat intrinsece motū vniuersalem: vt motū p̄mi mobilis extrinsece omnes alios motus particulares. Et sicut per accidens mensurat subiectū motus vniuersalis: ita p accn̄s ⁊ extrīsece mensurat subiecta aliorū motuū particulariū. Et ideo subiecta motuum particulariū mensurantur tempore: q: aliter se habere possunt in alia ⁊ alia parte temporis: ⁊ ideo excedunt a tp̄e: supple vniuersali. Seq̄tur. Impossibilia ⁊ necessaria nō sunt in tp̄e: q: nō est alia dispositio in eis: vt possit excedi a tp̄e etiā vniuersali. Seq̄tur. Primus aūt motus licet scḋm se nō excedat a tp̄e: tamē excedit a tp̄e: scḋm quālibet eius partē: ⁊ hoc sufficit ad hoc vt vere dicatur mēsurari tempore: ⁊ videtur incōueniens: cum tempus dicatur mensura vniformis: quin habeat aliqḋ primū mensuratū vniforme: ⁊ tale videt p̄mus motus.

¶ Ibi. Tunc ad argumētuz: quia nō est similis ratio hic ⁊ ibi: q: existētia primi angeli non habet mensuram aliquam que saltem excedat mensuratum scḋm aliquā eius partē: cuz omnino sit indiuisibilis: nec habet existentiā superiorē ⁊ simpliciorem ⁊c. Motus tn̄ primus ⁊ si nō excedat scḋm se totū a tp̄e: excedit tn̄ scḋm quamlibet eius partē ⁊ ideo nō est simile

¶ Ibi similiter etiā primus motus. Hic doc. assignat aliā cām dissimilitudinis: q: primus motus scḋm se totū mēsurat

Si enī ponit tempus aliud a primo motu p illā rationē phi 4. physi. tex. com. 96. scilicet quia tempus non est velox. ⁊c. Vel si ponitur tēpus esse idem: ꝙ motus adhuc primus motus mensurat: q: motus ille potest mensurare se nō quidem primo: sed scḋm partē: q̄ nota est ⁊ nata mensurare totū vt supra dictū est in p̄senti. d. q. 2. Sicut etiā dicit phūs. 4. physi. tex. com. 114. Tempus mensurat ipsum motuz in determinando quendam motum: qui postea mensurabit totum motum: sicut longitudinem cubitus in determinādo aliquā magnitudinem que metietur totum. Neutra tamē ratio potest esse in proposito: quia non est aliquid in euiterno primo aliud ab existentia sua: nec ipsa existentia sua est quanta vt mensurare possit seipsam secundum aliquam partem notā sibi.

Ad argumēta principalia.

Primo arguit sic probando: quod non omnium euiternorum sit vnuz euum: quia tūc illud esset in vno subiecto: patet: quia illud euum siue ponatur accidens: siue substantia non posset esse in pluribus subiectis. Si ergo esset in vno subiecto: tunc ipso destructo vel mutato: mutarentur omnia alia euiterna: ⁊ similiter destructis vel mutatis alijs euiternis mutaretur illud subiectum que videntur absurda.

¶ Contra. Hic arguit ad oppositum probando ꝙ tantum sit vnum euum: ⁊ arguit a simili: quia sicut est vnuz tempus omnium temporaliuz: vt patet. 4. physi. tex. com. 91. ⁊. 110 sic videtur ꝙ vnum sit euum omnium euiternorum.

¶ Ad primum respondet doc. Ad primū: ꝙ si euiterna dependerent ab eua in esse ⁊ conseruari: ꝙ destructo primo destruerentur euiterna: sed quia tantū dependent in mensurari: ideo non sequitur: ꝙ destructo primo ipsa destruerentur. Nec etiam sequitur ipsa mutari ad se: siue quo ad absolutū sed tantum quo ad aliquā relationem realem: quia mensuratum ex natura rei realiter refertur ad mēsurā ex natura rei ⁊ sic ad destructionem termini siue mensure: sequitur destructio relationis fundate ī mēsurato. Similiter qḋ dicit quod illud mutabitur destructis euiternis. Dicit doctor quod nō sequitur: q: talis mensura non refertur relatione reali ad euiterna siue mensurata: vt etiam patet. 5. metaphy. c. ad aliquid. tex. com. 20. ⁊ de hoc magis patebit in quoli. q. 13. Et si aliqua relatione refertur: illa erit tm̄ relatio relationis: se habet enim ad illa sicut excedens ad excessa: q: prima intelligētia creata est perfectior ⁊ simplicior.

¶ Ad arg. in oppositū. Hic doc. dat modū sustinēdi: quod nō sit tale euum extrinsecuz: ⁊ hoc sustinendo primuz modū in corpore. q. Dat etiā modum sustinendi: ꝙ tantum sit vnū euū oīm euiternorū: ⁊ hoc tenendo tertiū modū ī corpe questionis positū: vel ꝙ sint plura eua tenendo secundū modū.

¶ Ibi. Et tunc si arguas: ꝙ tantum est vnum tēpus oīm temporalium: ergo tantum vnū euū omnium euiternorum. Respondet doctor sustinendo secundū modum de euo: qḋ ꝯn̄tia non valet: q: nō oīs motus supior habet rationē mensure ex natura rei respectu inferioris: nec hz cōditiones mēsure ex natura rei: q: nō oīs motus superior ex natura rei est simplicior ⁊ perfectior: nec habet illas ꝯditiones mēsure: q̄ ponunt in dist. presenti. q. 2. sicut habz q̄libet exn̄tia supior respectu inferioris ratione maioris ꝑfectionis ⁊ simplicitatis: loquendo tn̄ de exn̄tijs inuariabilibus angelorum: ⁊ ideo non est similis rō hic ⁊ ibi. s. ꝙ sicut ibi tm̄ est vltimū tēpus omnium temporalium: ꝙ ita sit hic tantū vnum euum oīm euiternorum: vt patet ex supradictis.

¶ Questio quarta.

Quarto ⁊ vltimo circa hanc materiā querit doctor. Vtrum operatio angeli mensuretur euo. Titulus questiōis est an operatio intrinseca angeli. s. intelligere ⁊ velle mensuret euo ⁊ nō loquitur hic de aliqua opatione mere supernaturali: sed de intellectione ⁊ volitione: que naturaliter causant ab intellectu ⁊ volūtate angeli: vel vt a causa totali vel partiali. Titul⁹. q. exponit

¶ Hic dicitur ab Hēri. quolibe. 12. q. 8. Et hec opinio est satis clara in litera: reduco tamen ipsam opinionem per ali

qua dicta vt clarius intelligatur. Primo dicit: quod vna intellectio angeli quantumcunque duret mensuretur aliquo nunc: ita quod illud nunc poterit coassistere tempori nostro puta vnius diei: vel vnius anni: si illa intellectio tantum cõtinuetur: ⁊ alia intellectio (prima transeunte) mensuratur alio nunc: quod quidem nunc tanto tempori nostro assistit: quanto illa intellectio continuatur: ⁊ sic de aliis intellectionibus. Et ex istis nunc redditur tempus discretum cõstans aliis ⁊ aliis nunc sibiinuicez succedẽtibus. Tempus ergo discretum mensurat omnes operationes intrinsecas angeli. Et dicitur tempus discretum ad differentiam temporis continui: ⁊ successiui. Nam illud dicitur tempus cõtinuum ⁊ successiuum quando vna pars succedit alteri: ⁊ cõtinuatur illi parti: quod fit quando est ibi instans continuans partes: ⁊ dicitur tunc continuare quando est principium vnius: puta future ⁊ finis alterius. s. preterite: vt supra patuit pñti di. q. 2 Sz nõ ẽ sic ĩ tp̃e discreto q2 vnũ nũc nõ ẽ ꝑncipiũ nũc futuri nec finis nũc p̃teriti. Scd̃o dicit ꝙ talis ĩtellectio ãgeli ẽ simpl'r ĩdiuisibilis: ⁊ nullo mõ ꝯtinua ⁊ successiua: sic mẽsura illi⁹ erit ĩdiuisibilis: q̄ ẽ nũc tp̃is discreti Tertio dicit vt ẽt pz supra pñti dist. q. 1. in additionibus: q̄ ponuntur in fine huius secundi: quod sicut aliquod est in re ita habet mensuram sibi correspondentem: ⁊ sic cum essentia diuina sit indiuisibilis ⁊ indefectibilis: habet eternitatẽ indiuisibilem ⁊ indefectibilem pro mensura.. Et sicut angelus est indiuisibilis ⁊ defectibilis habet euum indiuisibile ⁊ defectibile. Et sicut res temporalis est diuisibilis ⁊ defectibilis: ita habet tempus diuisibile: ⁊ defectibile pro mensura. Et multa addit in litera: quia ibi clara sunt relinquo intuenti literam: ⁊ similiter omitto quasdam rationes: quas ipse facit pro sua positione: ⁊ similiter omitto multa in suo mõ ponendi: que omnia vide: quia ibi clara sunt.

Ↄ opinio. Hẽrici.

Contra conclusionem huius positionis.

Doctor primo improbat conclusionem Henrici in se. Secundo improbat modum ponendi ipsius. Cõclusio hẽrici est: quod operatio angeli intrinseca tantum mensuratur nunc temporis discreti: ⁊ existentia angeli mensuratur nũc eui. Et doctor hic probat quod talis operatio mensuretur simili mensura qua mensuratur existentia angeli: que probatio est satis clara in litera: ⁊ breuiter stat in hoc: quod sicut existentia intellectionis angeli habet eundem modum manendi dum manet qualem habet existentia angeli: dum manet: id est quod sicut angelus habet existentiam omnino indiuisibilem: ⁊ intellectio similiter habet: vt patet per ipsum Henricum: vbi supra: sequitur quod ipsa intellectio habebit similem mensuram: sed existentia angeli secundum Hẽricum mensuratur nunc eui: ergo nec intellectio ipsius.

Nec valet dicere quod existentia angeli manet diutius: q2 si angelus statim foret annihilandus: adhuc mensuraretur nunc eui: vt supra patuit presenti distinctione: questione prima. Si dicatur: quod secundum Doctorem videtur: quod intellectio non habeat esse permanens: sed in continuo fieri: vt patet respondendo ad vltimum argumentum. d. 3. q. vltime primi: ⁊ per consequens videtur posse mensurari alia mensura a mensura eui. Dico ꝙ hoc nihil est ad propositum: quia doctor arguit ad hominez: quia Henricus ponit illam intellectionem habere esse omnino indiuisibile: vt supra patuit. Dico scd̃o: qd̃ etiã s̃m Doctorẽ habet esse ꝑmanens: vt patet per ipsum: cuz sit de genere qualitatis: vt ip̃e aliqualiter innuit: vbi supra: ⁊ clare ꝑbat in quolibe. q. 13.

Intellectio ꝺ gñe ꝑmanẽtiũ

❡ Ibi. Preterea secundo omnes concedunt

actum beatificum angeli mensurari euo: patet per Augustinum de fide ad Petrum. 18. Ille autem actus necessario includit actum naturalem: id est quod idem actus beatificus est partialiter productus ab angelo: et quo ad hoc dicitur actus naturalis: quia talis productio partialis non est necessario ab agente supernaturali: et vt idem actus principaliter producitur (licet partialiter) ab agente mere supernaturali dicitur supernaturalis.

❡ Tunc arguitur sic idem actus vna tantum mensura mẽsuratur: sed actus beatificus et vt producitur ab agente supernaturali ⁊ ab agente naturali in re est simpliciter idez licet varietur secundum diuersos respectus: quia vt comparatur ad agens naturale dicitur naturalis: et vt ad agens supernaturale dicitur supernaturalis: ergo cuz actus beatificus mensuretur euo: sequitur quod vt producitur partialiter ab agente naturali mensuret̃ euo: non eĩ isti respectus alii et alii faciunt diuersaz mensurã in fundamẽto.

Addit doctor vnam probationẽ ibi

Impossibile est autem euiternum necessario includere: vel presupponere aliquid posterius euiterno: quod mensuratur mensura posteriori: patet: quia sicut euiternum necessario est prius temporali: ita euum necessario est prius tempore: ⁊ hoc etiam patuit: vbi supra presenti distinctione questione prima secundum Henricum. Cum ergo actus beatificus mensuretur euo: et ille idem partialiter producitur naturaliter ab ipso angelo. Sequitur quod tantum mensuretur euo: et non tempore: nec continuo: nec discreto: cũ necessario sit posterius euo ẽt s̃m Hẽricuz

Ibi contra modum ponendi.

Ↄ modum ponẽdi Hẽri.

Hic doctor improbat modum ponendi. Henricus posuit enim quod vna intellectio angeli quantumcunque durans mensuretur nunc temporis discreti: quod nunc de necessitate tanto tempori nostro coassistit quantum illa intellectio durat: hoc Doctor improbat: quia ponit multiplicitatem temporis sine necessitate. Et vltra sequeretur: quod vnus angelus habebit quatuor instantia temporis discreti: ⁊ alius tantum vnum instans respectu vnius temporis nostri Nam si vnus angelus intelligat lapidem / et continuet illam intellectionem per vnam diem: et alius angelus habeat intellectionem lapidis et continuet eam per horam: et habeat cognitionem: puta hominis: et continuet per aliam horam: ⁊ habeat aliam cognitionem eque per horam continuatam: et sic deinceps statim sequitur intentum: scilicet quod vnus angelus per totam diem habebit tantum vnum instans temporis discreti: et alius per eandem diem habebit non tantum quatuor: sed et mille instantia temporis discreti: quod videtur absurdum: immo videtur: quod in vno angelo respectu vnius diei possint habere duo tempora discreta: quia si continuet intellectionem per horam: habebit vnum tempus discretum: siue vnum nunc temporis discreti: ⁊ post habeat aliaz intellectionem per aliam horam continuatam: tunc habebit vnum tempus discretum / constans ex duobus instantibus temporis discreti. Et similiter si per medietatem hore continuet intellectionem lapidis ⁊ per aliam medietatem continuet aliam intellectionem: habebit aliud tempus discretum: et sic vnus angelus in vna die poterit habere plura tempore discreta: ⁊ alius in eadem die tantum habebit vnum tempus: immo forte tantum vnum nunc temporis discreti: si continuet vnam intellectionem per totam illam diem: quod est inconueniens.

❡ Ibi. Preterea eua. ⁊c. Hic doct. ꝺducit Hẽricũ ad hoc inconueniẽs: videlicet: ꝙ tempus discretuz operationis angeli esset constitutũ ex nunc alterius rationis: patet: quia ipse vult: ꝙ nunc eui distinguatur ab alio. nunc eo modo: quo euiterna distinguuntur. Et sicut angelus inferior specie distinguitur ab angelo superiore: ita nunc mensurans existẽtiam inferioris distinguitur specie a nunc mensurãte existẽtiam superioris. Pono modo: ꝙ angelus intelligat lapidem lignũ hominẽ: ⁊ huiusmodi: iste intellectiones distinguuntur specie: quia specificantur ab obiectis specie distinctis vt probat Doctor in primo distinctione. 3. questione. 7. ergo et ipsa nunc temporis discreti mensurantia has intellectiones distinguuntur specie: et sic tempus illud quod est mensura componitur ex nunc distinctis specie: quod est absurdum: vt patet de aliquo. Nam linea componitur tantuz ex lineis: ⁊ corpus ex corporibus: ⁊ superficies ex superficiebus: ⁊ motus vnius speciei ex motib⁹ tm̃ vnius speciei.

Hic Hẽ. ducit ad inconueniẽ

Ibi. Preterea quod ponitur vnũ nũc

illius temporis necessario coassistere pluribus instantibus nostri temporis ⁊c. Henricus enim ex hoc dixit: quod vnũ nunc mensurans intellectionez angeli: necessario coassistit alicui tempori nostro: et non vni instanti quia deduceretur ad hoc ĩcõueniẽs. s. qd̃ tempus nr̃m esset discretũ. quod est cõtra oẽs philosophos. ꝙ autẽ sequeretur: patz quia si nũc mensurans vnam intellectionem: coexistit vni instanti tẽporis nostri: ita aliud nunc mensurans aliam intellectionem immediate sequentẽ primaz coexistit alii ĩstanti temporis nostri: ⁊ sic de aliis ⁊ ꝑ consequens videret̃ tempus nostrum esse discretum. Et tamẽ doctor ꝑbat: ꝙ nõ potest

euadere hoc inconueniēs: quia si ego in instanti.a. possum cognoscere lapidem: et in tempore immediato illi instanti possum cognoscere hominē: a fortiori hoc videretur de angelo cum sit perfectior: ⁊ sic nunc mensurans intellectionē angeli poterit coassistere vni instanti temporis nostri: ⁊ per consequens non est necesse intellectum angeli: si intelligat a. cum aliquo instanti nostro sistere ī intellectione ipsius.a. per aliquod tempus: ⁊ per instantia illius temporis: in quo rū aliquo posset intellectus meꝰ habere aliā intellectionem

¶ Ibi. Si enim dicat ꝙ intellectus meus post instans nō potest intelligere immediate.⁊c. Diceret forte Henricꝰ: ꝙ ego non possem habere intellectionem durantem tantum per instans: quia intellectio sequens non posset haberi in tēpore immediato illi instanti: patet, quia intellectioni secunde non posset dari primum instans sui esse: quod probat: quia sicut non est medium inter instans et tempus (quia inter q̄cunq; duo instantia semper datur tempus medium. ergo īter instans primum: et ipsum tempus non mediat aliquod instans (ita nec inter intellectionem meam: que est in instanti: ⁊ illam que est in tempore immediate habito est aliquod medium: ⁊ sic intellectionis secunde non daretur primum instans sui esse: patet: quia inter primum instans in quo est intellectio prima: et tempus immediate sequens: in quo est secunda intellectio non datur aliquod instans medium: et sic nec primum instans intellectionis secunde. Et si poneretur: quod intellectio posset mensurari instanti et tempore ita quod prima intellectio habeat tantum esse per instans: et sic habet primum instans sui esse. quia ista est vera: hec ītellectio nunc est: ⁊ immediate ante hoc instans non fuit: ergo incipit esse. Secunda vero intellectio: que est in tempore immediato illi instanti: non habebit primum instans sui esse: patet: quia hec est falsa: ista intellectio in isto instanti est: cum sit tantum in tempore: si ergo secunda intellectio sit tantum in tempore immediato instanti: tunc argumentum non concludit: scilicet quod detur tempus nostrū discretum: quia non datur instans immediatum instanti.

¶ Ibi. Sed inconueniens videtur. Dicit doctor: quod est valde inconueniēs: quod intellectiones eiusdem rationis non habeant precise similes mensuras: vt patet in aliis mēsuratis eiusdem rationis. Et vult doctor quod si aliqua intellectio nostra mensuratur euo: siue instanti eui: ⁊ alia similiter mensurabitur instanti eui: ⁊ sicut primum instans eui: poterit correspondere instanti temporis nostri: ita secundū instans eui poterit correspondere tempore immediato illi īstanti: ⁊ sicut prima ītellectio habet primum instans sui eē quia ī instanti eui ita ⁊ secunda habebit primum sui esse in instanti eui: cum habeat mensuram indiuisibilem. Sed tamen nichil temporis nostri coexistit illi secunde intellectioni: vult dicere doctor: quod illa secunda intellectio non habet primum instans sui esse in aliquo instanti primo temporis nostri: sed in instanti eui. Et si tempus nostrum sibi coassistat: non tamen adequate sibi coexistit: ita quod dicatur quod si habet esse in tempore immediato post instans prime intellectionis: quod primum sui esse sit in instanti primo illius temporis immediati: non mēsuratur tempore: sed primum sui esse est in nūc eui: quod potest coexistere toti illi tēpori: idem dicendum de intellectionibus angeli: quia si angelus aliquid intelligat cum instanti nostro non oportet illam intellectionem manere per tempus habitum: sed si statim habeat aliam intellectionem: illa coexistit tempori immediate habito instanti: cum quo instanti fuit prima intellectio: et tunc nichil erit temporis primum coexistens illi secunde intellectioni.

¶ Ibi. Preterea videtur quod iste deberet dicere consequnter: quod intellectiones nostre mensurentur tempore discreto: quia intellectiones nostre videntur tote simul secundum philosophum.10. ethico. cum sint perfecte transeuntes et ordine quodam se habentes.

¶ Si dicatur: sicut ipse Hēricus videtur dicere ꝙ habēt connexionem: quia intelligimus discurrendo angelꝰ nō sic.

¶ Ibi. Contra hoc nō facit per se cōtinuationē. Dicit doctor: qđ in huiusmodi intellectionibus nostris etiā discursiuis non est successio et continuatio: sicut est quando vna pars alicuius entis acquiritur post aliam partem: vt patet in alteratione ⁊ argumentatione: non enim intellectio habet huiusmodi partes: intellectio ergo conclusionis est ita simplex: si habeatur post cognitionem principii: sicut si non habeatur post talem cognitionem.

¶ Ibi. Similiter possumus habere intellectiones distinctas succedentes: sibi absque discursu: ⁊ si ille sint tote simul: igitur ille essent non continuate: quasi in tempore discreto: quod est contra philosophum in de me. ⁊ remi: quia intelligimus cum continuo tempore.

¶ Ibi. Quod dicitur de differentia numeri et orationis. ⁊c. vide.

Ibi concedo conclusionem duarum primarum rationum: quod intellectiones angeli mensurantur euo. Et breuiter quecunque existentia actualis inuariabilis: hoc est cui repugnat: vt secundum ipsam sit variatio siue fluxus vel acquisitio partis post partem: nec enim perpetuitas aliquorum: vel corruptio vel annihilatio aliquorum variat mensuram formaliter: dummodo existentia sit eiusdem rationis dum manet.

¶ Ibi. Sed contra hoc. Hic doctor arguit probando: qđ si existentia permanens dum manet: mensuratur euo: quod etiam quodlibet permanens mensurabitur euo: ⁊ sic qualitas ⁊ quantitas ⁊ huiusmodi dum actu permanent: in esse quieto mensurantur euo. Sed hoc videtur inconueniens propter duo. Primo: quia secundum philosophum.4. physico. tex. commen.118. quies mensuratur tempore. Secundo quia generationes ⁊ corruptiones omnium generabilium ⁊ corruptibilium mensurantur instanti temporis: cuius autem primum esse mensuratur instanti temporis eius esse permanens mensuratur tempore.

¶ Ibi. Ad primum dico. Hic doctor primo declarat aliqua. Secundo soluit primam rationem. Primo ergo dicit quod fluxus alicuius forme: puta quando acquiritur calor vt.10. mensuratur de necessitate tempore: dum successiue acquiritur: nam fluxus ille est quedam successio prioris ⁊ posterioris: ⁊ talis successio dicitur motus formaliter ⁊ motꝰ proprie mensuratur tempore: ⁊ forma secundum quam est fluxus: vt puta calor: qui continue acquiritur: dicitur forma secundum quam est talis successio: ⁊ talis forma vt est sub tali actu vel successione dicitur actu motus: ⁊ forma secundum quam potest esse talis successio vel fluxus: non ꝙ actu sit fluxus: puta ipse calor: vt.10. actu permanens dicit̄ actu quies: quia nata acquiri per motum. Declaro tamen istam literam primo fluxus forme: talis fluxus est successio formaliter secundum prius ⁊ posterius: ita quod vnum succedit alteri: ⁊ talis successio formaliter dicitur formaliter motus: qui essentialiter: siue per se mensuratur tempore: vt supra expositum est īpresente.d.2. Secundo forma secundum quam est actualiter fluxus: vt calor: vt.10. pro quanto acquiritur successiue. prout vna pars actu acquiritur post aliam: talis calor dicitur forma secundum quam est actu fluxus forme: vel successio formaliter. Tertio: forma secundū quam potest esse fluxus vel successio: ⁊ est omnis forma que est partibiliter acquisibilis: vt quantitas ⁊ qualitas corporalis: ⁊ licet habeat aliquando esse permanens: tamen sibi non repugnat acquiri partibiliter: cum sit diuisibilis in plures partes. Hoc secundum ⁊ tertium est eadem forma: licet secundum diuersam dispositionem accepta. Nam secundū quod est forma secundum quam est actu fluxus forme dicit̄ motus actu: sed secundum quod est actu accepta: ⁊ habet esse permanens: dicitur quies actu. Forte tamen forma secūdo modo non dicitur motus formaliter: cum talis motus sit formaliter successio: que vna pars dicitur alteri succedere: sed erit motus materialiter pro quanto est id secundum ꝙ actu fit successio: ⁊ similiter forma. Tertio nō erit quies formaliter: cum quies formaliter opponatur motui formaliter sed poterit dici quies quasi materialiter: quia est forma: in qua nata est fundari quies. Quarto est permanens: in q̄ nō est natus esse fluxus partiū: tamen necessario habet formā consequentem in qua natus ē esse fluxus. Istud quartū forma substantialis corporalis: tenēdo sm aliq̄s: ꝙ indiuisibiliter acquiratur: in qua tamē est subiectiue forma: in q̄ natꝰ est fluxꝰ: puta quātitas vel q̄litas corpalis. Hoc quartū nō mensurat̄ tpe p se: nec per se sm ipm ppꝛie est quies: cū non sit natum moueri: quiescit tamē per accidēs: quia quies est sm aliquam formam necessario consequentem ipm: que supple forma nata est acquiri per motum: ⁊ per cōsequens nata est proprie quiescere. Quinto est illud in quo nō pōt esse fluxus: nec in aliquo ꝯsequente ipsum naturaliter: vt sūt substātie separate ⁊ abstracte. Et hoc quintū omnino inuariabi

Notabilis declaratio

liter manet dum manet: ⁊ ideo nullo modo mensuratur tempore: nec secundum se totum: nec secundum partem eius. nec per accidens: cum in eo non sit aliquid natum partibiliter ⁊ successiue acquiri: tale vero mensuratur euo. ⁊ etiā illa que in eo subiectantur: cum sint omnino inuariabilia dū manent cuiusmodi sunt intellectiones et volitiones: vt supra patuit.

¶ Ibi. De ista forma potest dici ⁊c. Dicit Doctor: quod loquendo de forma secundo ⁊ tertio modo: idest secundum quam actu est fluxus forme: ⁊ secundum quam potest esse fluxus forme: talis forma mensuratur tempore: quia licet ipsa forma tertio modo sumpta actu non habeat esse variatum: habet tamen esse variabile: ⁊ ideo non mēsuratur euo: quia euum requirit in suo mensurato esse inuariabile: cui rē pugnat successio partis post partem.

¶ Ibi si tamen dicatur omne esse non variatum mensurari euo. Item potest concedi quod ista forma quando secundum eam non est actu motus: potest dici mensurari euo. Sed ista pars videtur minus probabilis quam prima: quia ipsa forma actualiter existens mensuratur instanti temporis: non autem nunc eui: quod tamen oportet ponere ponēdo ipsam inquantum est actualiter sub motu mēsurari nūc temporis: ⁊ vt est sub quiete mensurari nunc eui: nam vt est actualiter sub motu: siue sub mutato esse necessario mensuratur nunc temporis: quia cuicunq; mutato esse correspondet pro mensura instans temporis: ⁊ sic eadem existentia nunc mensuraretur nunc temporis: ⁊ nunc mensuraretur nunc eui: quod videtur inconueniens.

¶ Ibi. Si tamen aliquis velit concedere calorem inquantum habet esse non variatum mensurari euo potest dici ⁊c. Sētentia huius littere est. quod quamuis quies ipsius caloris mensuretur tempore: non tamen existentia caloris mēsuratur tempore: sed euo. Nam quies ex hoc dicitur mensurari tempore. quia opponitur formaliter motui: qui per se mensuratur tempore. Sicut ergo motus vnius hore mēsuratur tanto tempore: ita quies opposita tanto tempore mensuratur: quia si talis motus calori non inesset per tantum tempus: ⁊ natus esset in esse: quies sibi opposita actu inesset per aliud tempus: patet: quia quies formaliter non est nisi priuatio alicuius successionis partis post partem: vt vult phylosophus quinto physi. tex. commen. 52. ⁊. 53. vbi tractat de contrarietate motus ⁊ quietis: quod quies est priuatio motus. Et addit doct. ꝙ licet Aristo. dicat qđ quies non mensuretur nisi per accidēs: potest tamen dici hoc modo: ꝙ mensuratur per se eo modo quo. s. priuatio mensurat̄ per se: quia hoc conuenit priuationi per se: quod conuenit ei inquantum est talis natura: hoc autem ꝙ ipsa sit tanta vel tanta conuenit ei inquantum est tanti vel tanti positiui: quod. s. tanto vel tanto tempore natum est acquiri: ⁊ per cōsequens tanto vel tanto motu. Et parum infra concedendum est inquit substantias generabiles et corruptibiles per se mensurari euo licet per accidens: hoc est secundū quantitatem naturalem consequētem eas mensurarentur tēpore.

¶ Et tunc ad secundā instantiam que est de generabilibus ⁊ corruptibilibus. Dicēdū ꝙ accipiendo ⁊c. Hāc litteram declaro cū dicit: ꝙ accipiēdo istaꝝ substantiaꝝ mutationē ꝫm ꝙ loquit̄ phylosophus de ea illa ē indiuisibilis: idest ꝙ mutatio substantie est indiuisibilis. Sequitur tale: vel ē mutatio vel indiuisibile. Pro clariori cognitione pono exēplū Ignis cū agit in lignum primo expellit dispositiones ꝯtrarias: puta: frigiditatem ⁊ humiditatē: et inducit per motū: puta caliditatem ⁊ siccitatem facientes ꝓ generatiōe ignis vltimus gradus caliditatis cū sit indiuisibilis īdiuisibiliter acq̇rit̄: ⁊ tale īdiuisibile terminat motū siue successionē: forma ergo ignis qui acq̇ritur: in instanti cōcomitat̄ ip̄m vltimum gradum caloris. Et hoc est quod dicit tale vel est mutatio vel ē indiuisibile: idest talis forma substātialis: vel acquiritur per mutationem: vel est indiuisibilis necessario cōcomitans indiuisibile. s. vltimū gradū caloris terminantē motum. Sequitur in textu. ita ꝙ mutari est aliter se habere nunc ꝗ̄ prius. Notat hic doctor rationē ꝓprie mutatiōis ⁊ dicit aliter se habere: nūc accipit̄ ꝓ indiuisibili: ⁊ ꝗ̄ prius ꝓ diuisibili: idest cum dicim⁹: ꝙ subiectū mutat̄: puta a nō calido ad calidum vt. 8. tunc illud subiectū dicitur mutari ꝓprie: quia nunc aliter se habet. s. quando est sub vltimo gradu caloris: q; tūc vltimū gradū īdiuisibiliter habet: ⁊ totū calorē in esse q̇eto ⁊ ꝑmanēti. ⁊ cū dicit ꝗ̄ prius: nā prius illđ subiectum erat sub continuo fluxu: quia continue acquirebatur calor in ipso: ideo quando habet vltimum gradum caloris: aliter nunc se habet quam prius se habuit. Sequitur. Primum igitur esse forme per se terminans fluxum: id est quod vltimus gradus caloris: qui per se terminat: illum motum: vt dixi supra: mensuratur instanti. Sequitur ⁊ ad illud proprie est mutatio: patet per diffinitionem mutationis prius dictam: quia subiectū existens nunc sub tali gradu proprie mutatur: quia aliter se habet nunc: quam prius se habuerit. Sequitur: si ad primū esse forme (id est quod quando subiectum puta materia ipsius ligni est sub forma substantiali ignis: que forma non terminat per se fluxum siue motū: patet: quia ipsa acquiritur subito ⁊ indiuisibiliter per se primo) subiectū non mutatur: quia vt est sub tali forma non aliter se habet nunc quam prius se habuit: eo modo quo exposui de subiecto proprie mutationis. Sequitur sed quasi secundario inquantum illud primum: id est quod illa forma substantialis potest dici mutatio secundario: q; cōcomitatur formā accidentalē: cui⁹ vltimū esse est proprie mutatio: ⁊ hoc modo subiectum respectu forme substantialis potest dici mutari: quia in ipso forma substantialis concomitatur mutationem primo ⁊ per se: puta accidentis facientis pro generatione talis forme substantialis. Sequit̄. Concedo igitur: quod primum esse substantie generabilis in quantum concomitatur mutationem proprie dictam mēsuratur instanti: vult dicere quod primum esse forme substantialis in se absolute non mensuratur instanti temporis sed tantum dicitur mensurari instanti temporis: quodammodo de nominatione extrinseca: supple inquantum concomitatur vltimum esse forme accidentalis requisite ad hāc generationem forme substantialis: ⁊ quia tale vltimum esse mensuratur in instanti temporis: ideo dicitur quod primū esse forme substātialis mēsuratur instanti temporis. Sequitur. Sed non sequitur vltra: ergo esse habitū post illud instans mensuratur tempore: q; in primo instanti illud esse comparatur ad causam particularem generantē: a qua est: ⁊ post illud instans non habet dependentiam ad illam causam particularē generantē: sed tantum ad primā causam conseruantem: ⁊ tunc habet habitudinē vniformē ad illā causam conseruantem: sicut esse angeli: quia conseruatur in identitate ꝑfecte absque varietate. Et hoc magis patebit in tertio distin. 10. de creatura proprie dicta: et generaliter vide ibi.

Ibi. Et ex hoc patet ad argumentum

Que mutatio mensurat̄ instāti tpis.

quod posset fieri de successiua ī euo. Dicit doctor: quod nō omnis forma secundum quam est variatio vel mutatio mēsuratur tempore: vel instanti temporis: vt patet de intellectione. Nam intellectus transijt de priuatione illius intellectionis ad illam: et sic dicitur mutatio: non tamen mensuratur instanti temporis: vt patet supra de intellectione angeli. Sed sola illa mutatio mensuratur instanti temporis secundum quam mutabile aliter se habuit successiue quā nunc se habet indiuisibiliter: vt declaraui supra de mutari proprie dicto. Vult ergo dicere doctor qđ licet aliqua forma acquiratur post non esse ipsius: ⁊ sic subiectum eius trāseat de non esse illius forme ad esse: quia tamen illa forma non acquiritur successiue ⁊ partibiliter: sed tota simul: ideo non mensuratur tempore: nec instanti temporis. Sola vero illa forma que acquiritur partibiliter mensuratur tempore: esse vero illius vltimum mensuratur instanti temporis. Sequitur hoc est cuius termino ad quem indiuisibiliter habito necessario presupponitur terminus a quo diuisibiliter ⁊ in termino habitus est indiuisibiliter. Exemplum. Nam calor vt. 8. sic se habet quod vltimus gradus ad quem terminatur totus motus caloris dicitur terminus ad quem: ⁊ totus calor qui precedit ipsum terminum ad quem: qui semper est sub motu: dr̄ terminus a quo: ⁊ merito dr̄ ꝙ subiectū respectu caloris vt. 8. habito vltimo gradu se habet aliter supple in termino ad quem: quam se haberet in successionē caloris: siue in termino a quo. Sequitur ⁊ in termino habitus est indiuisibiliter: id est quod calor: vt. 8. vt est in vltimo gradu dicitur īdiuisibiliter: quia ille gradus vltimus acquiritur indiuisibiliter. Sequitur ⁊ hoc / vel secundum quem fuit motus mensuratus tempore: id est quod illa forma secundum quam motus mēsuratur tempore: terminus illius forme instanti temporis: vt exemplificaui prius de calore. Sequitur vel in necessario concomitans motum mensuratum tempore: vt supra patuit.

Ad argu. ꝓncipalia

Ad argumēta principalia.

Primo arguitur sic: probando quod operatio angeli non mensuretur per auctorem de causis propositione penultima. Inter rem cuius substantia ⁊ actio mensuratur tempore: ⁊ rem cuius substantia ⁊ actio mensuratur eternitate: est res media cuius substantia mensuratur eternitate vel euo: ⁊ actio mensuratur tpe cuiusmodi est angelꝰ. ergo. ⁊c. ¶ Respondet doc. ⁊ responsio stat in hoc. Nam Auicen. voluit quod operatio intrinseca intelligentie sit intellectio ⁊ volitio: ⁊ sic eadem substantia cum ipsa: hoc idem voluit Aristote. 3. de anima: vel saltez īponitur sibi. Et cū dicit in argumēto opatio: cuius substantia mensuratur eternitate vel euo: ipsa mensuratur tempore: si intelligat de operatione intrinseca non tenetur: si de extrinseca vt ipse posuit posset concedi: que operatio extrīseca est mouere celum: qui motuz mensuratur tempore: sed questio tantum intelligitur de opatione intrinseca

¶ Secundo principaliter arguit. 8. physi. tex. cōmen. 93. nihil generatur vt statim non sit: ergo omnis opatio angeli durat per tempus: ⁊ sic precise non est in instanti: si autem esset in euo esset precise in aliquo instāti. ¶ Respōdet doc. ⁊ responsio est clara ex dictis supra. Concedit enim: quod intellectio angeli potest durari: ⁊ tamen mensurari euo: qd potest correspondere tempori nostro: potest etiam aliqua intellectio correspondere tantum instanti temporis nostri: et alia immediate sequens correspondere tempore immediato: vt supra dictum est. Et sic finis huius materie de mensuris angelorum

Thomas de vio caietanꝰ.

¶ Sed quidam nouus expositor prime partis Sanc. Tho. quest. 10. ar. 5. d. quod solutiones:

quas facit doc. tenendo: quod potest esse successio in mensura aliqua: puta in euo absque nouitate ⁊ successione ī mēsurato non euacuant rationes predictas: ⁊ improbat specialiter exemplum doc. qui sic dicit. Si poneretur caro nō habens partem ⁊ partem sub quantitate: tunc in mensura essent partes ⁊ nō in eo cuius essent: ⁊ sic in proposito esse angeli est absque innouatione: ⁊ tamen mensura est successiua Unde ad rationem factam directe contra huius respōdet negando in sententia: quod transmutabilitas mensurati: sicut precise causa successionis in mensura.

¶ Sed contra hoc responsio facile conuincitur falsa tum ad hominem: tum simpliciter. Ad hominem quidem: quia si successio in mensura stat cum mutatione/ ⁊ immutatione partis subiecti seu mensurati: ergo arguere a successione mensure ad transmutationem subiecti non valet: sed est sophisma consequentis. Sed ipse Scotus ibidem fatetur: ꝙ ille processus est bonus ⁊ ab effectu ad causam. ergo: ⁊c. Et confirmatur: quia Aristote. vsus est illo: nec processus litere est alius ab illo: si enim successio est in mensura: dicimus ergo in mensurato: quia variatio mensurati est causa successionis in mensura. mirum valde est de hoc homine cū eandēmet rationem: quia Aristo. approbat: quia Sanctus Tho. improbat. Et propterea necesse est vt aut approbationem: aut improbationem propriam neget. Simpliciter autem quoniam indiuisibile inpossibile est: quod certificetur ex propriis per diuisibile: ergo inpossibile quod mensuretur per illud: ⁊ tenet sequela: qua mensura est certificatio mensurati: antecedens vero patet in exemplo suo. Nunquam enim sciretur quanta esset caro indiuisibilis per quantitatē diuisibilem si eius esset: vnde de facto per quantitatem specierum in eucharistia non mensuratur corpus Christi: quia non est sub ea diuisibiliter: ⁊ idem est iudicium in quantitate durationis: si enim ipsa est extensa nunquam mensurabitur indiuisibili: ⁊ inextenso secundum durationem. Quomodo enim scietur sic illius duratio naturalis etiaz fingi nō potest: oportet igitur mensure extense respondere mensuratum extensum ⁊ indiuisibili indiuisibile: vt litera ex Aristote. deduxit.

In responsione. Ad primam aduerte

ꝙ Sco. arguit contra quatuor propositiōes. Prima est affirmatiua: operationes angeli mensurantur tempore. Secunda est negatiua virtualiter inclusa in precedenti: operationes non mēsurātur euo. Tertia est affirmatiua visio beata in angelis mensuratur eternitate participata. Et he omnes habent in hac responsione ad primū: vt patet in litera. Quarta vero etiam affirmatiua est. Esse rerum generabilium mensuratur tempore: hoc enim in responsione ad vltimum articuli precedentis: ⁊ in corpore huiusmodi posita est: cum dictum est: quod tam id quod in transmutatione cōsistit: id est motus quam id quod mutationi subiicitur: quod experimur essē nostrum esse substantiale mensuratur tempore. Arguit ergo primo in secundo senten. d. 2. q. 4. contra secundam propositionem probando illius contradictoriā quam tenet: vt veram. s. operationes angeli mensurantur euo tripliciter. Primo sic: esse ⁊ operatio angeli habent vniformem moduz manendi dum manent: ergo habent mensuram eiusdem rationis: antecedens patet: quia vtrunque est indiuisibile: ⁊ tamen defectibile. probatur: quia mensure proportionantur diuersis modis manendi: vt patet de successiuis ⁊ permanentibus. Secundo sic: actus beatificus mensuratur euo: vt per Augu. patet de fide ad Petrum. c. 18. ergo. ⁊c. Tertio operatio angeli non mensuratur eternitate: nec tempore. ergo euo.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis aduerte: quod Scotus ibidem tres mensuras durationis ponit tempus euum: ⁊ eternitatem: ita quod tempus rem successiuam: euum permanentem defectibilem tamen. Eternitas autem rem omnino indefectibilez mensurat. Et propterea tenet esse substantiale rerum: ad quas impossibile est esse motum: et operationes angelicas ⁊c. secundum se mensurari euo: ⁊ tota radix eius est illa maxima: quecunqꝫ vniformez habent modum manendi dum manent habent mensuram eiusdem rationis. In presenti autem litera distinguitur mensura durationis penes mutabilitatem ⁊ immutabilitatez rerum. Et vere sic est: quoniam mēsura durationis est certificatiua naturalis durationis rei secundum se. Alioquin frustra esset: naturalis autem duratio ex rei mutabilitate aut inmutabilitate nascitur: loquor de mutabili vel imutabili proprie. i. ex extrinseco: quoniam ex tali inmutabilitate tantum pendet naturalis duratio rei: nihil enim refert ad naturalez durationem rei: an in alio sit potentia destructiua eius an nō: sed solum an in ipsa sit vnde posset deficere: an non: ⁊ ī hoc errauit manifeste Scot. dicens: nec aliquando non esse nec posse non esse per propriam potentiam: variat mensurā rei ⁊ fundamentum eius est valde debile: scilicet quia si angelꝰ annihilādus esset: nihilominus mēsuraretur euo: liquet enī quod naturaliter non formatur aliquando et similiter posse naturaliter non esse: variant naturam rei: quia corruptibile ⁊ incorruptibile: vt dicitur. 10. metaphy. sunt substātia: aut in obiecta variāt inqꝫ naturā generice: adeo vt nihil sit eis vniuocum: ergo nec propria mensura est eadem. Et ex hoc prouenit ꝙ annihilandus angelus mēsuratur euo: qr. s. annihilatio non prouenit ex natura eius: sꝫ ab extraneo: ipse enī qtū ē de se semper esset: dicimꝰ ergo rē oīno īmutabilē eternitate: inmutabilē autem simpliciter ⁊ mutabilē scdm quid euū: mutabilem autē simpliciter tēpore Et propterea cū angelus sit inmutabilis substātialiter mutabilis tamen accidentaliter euo mensuratur: operationes vero eius naturales: quia naturaliter sunt mutabiles euo mensurari nequeunt. Euo nanque mensuratum euiternum est euiternum autem naturaliter perpetuum est: nullum autem naturaliter mutabile est naturaliter perpetuum.

¶ Ad fundamentum autem Sco. cum distinguenda est primo propositio illa quoniam si fit in sensu cōposito est falsissima: quoniam vt dicitur primo Periermenias: vnumquodqꝫ necesse est esse dum est. Et sic omnia manentia dum manēt habent vniformem modum essendi. quia sunt necessario ⁊ tamen non habent eandem mensuram. Nec ad hunc sensuz arguens facit illam: sed absolute seu in sensu diuiso: ⁊ tūc dr: ꝙ modus manendi est multipliciter distiguibilis. s. vel penes necessariū ⁊ possibile vel penes pmanēs ⁊ successiuū vel penes defectibile ⁊ idefectibile: ⁊ qcūqꝫ mō sumatur semp ē falsa: qm̄ nec oē necessariū conuenit ī mēsura sed alia ē mēsura necessarij omnino vt dei ⁊ alia necessarij simpliciter possibilis autem sꝫ quid: vt reliqua sunt incorruptibilia: ⁊ similiter omnia possibilia non mensurantur vna mēsura: quoniam quedā tēpore continuo ⁊ quedam tempore discreto: vt dicetur: similiter non omne permanens conuenit ī mēsura: vt patet de superioribus ⁊ iferioribꝰ. nec oīa successiua quoniā alia est mensura successiuorū successione cōtinua ⁊ alia succedentium successiōe discreta: vt dicitur. De defectibili aūt ⁊ indeffectibili iaz patet. Defectibilitatem non esse modū rei vt ab eis sumitur: sed dicere potētiaz extraneam: ⁊ propterea nō est ad propositū: ⁊ esset nihilominus falsa ex

eo quod non omne defectibile vnica mẽsura certificaꝛ. Ex his autem simplicibus patet responsio ad modos compositos: puta permanens defectibile ⁊ similes. Ad formam ergo propositionis dicendum est: quod habere vniformem modum manendi intrinsecum rei: vt per se respicientem naturalem durationem rei est ratio vniformis: siue eiusdem mensure durationis: ⁊ non absolute vniformem modum manendi: ⁊ ideo falsum est antecedens illius consequentie ⁊ iã exclusa est eius probatio.

¶ Ad secundum negatur antecedẽs: vt patet in litera: nec est verum quod Augustinus dicat illud nisi in sensu inferius manifestando: accipiendo .s. euum pro eternitate ꝑticipata. ¶ Ad tertiũ negaꝛ antecedẽs pro secunda parte: qꝛ opatio angeli mẽsuraꝛ nunc tẽporis non cõtinui: sꝫ discreti.

Contra secundam propositionem .s. operationes angeli mensurantur tempore. arguit Sco. ibidem Sꝫ quoniã argumẽta sua militant contra tenentes eas mẽsurari tempore discreto: quod sit species quantitatis: ⁊ hec propositio nõ est sancti Thome: quoniam apud nos tẽpus discretuꝫ nihil aliud est ꝙ̃ numerus prioris ⁊ posterioris ĩ motu discreto: qui nihil aliud est ꝙ̃ successio operatiõis spiritualis ad aliã operationem spiritualem: quales sunt due intellectiones sine fantasmatum vitio. Numerus auteꝫ de predicamento quantitatis sequitur diuisioneꝫ ꝯtinui: oportet vt tempus hoc sit numerus transcendens cõpositus ex vnitatibus transcendentibus: quia in quantum sic est vnuꝫ tantum ex Scoto motiuum afferendum censui .s. quia ponuntur multa tempora sine necessitate: oportet etiam multiplicari tempora: non solum in pluribus: sed in eodeꝫ respectu actum intellectus ⁊ voluntatis ⁊c. hec autem vidẽtur inconuenientia: igitur. ¶ Ad hoc breuiter diciꝛ ꝙ necessitas magna est multiplicandi tempus incontinuum ⁊ discretum propter spirituales operationes substãtiuarũ spiritualiũ: carerẽt eñ aliter proportionatis mẽsuris. Ille enim cũ sint immediate sibiinuicem succedentes: ⁊ instantanee scđꝫ se: quia quelibet est tota simul eleuantur manifeste supra tẽpus continuum ⁊ eius instantia. ad eui autem excellentiaꝫ non attingunt: quia corruptibiles naturaliter sunt. Oportet ergo aut sine propria mensura remaneant tam nobilia entia / aut tempus discretum ponere: cuius instantibus operationes ipse in se mensurantur: hec enim sunt: ipse motus spiritualis angelorum: cuius numerus est tempus: per qđ dicit Augu. mouere deum spiritualẽ creaturam. Multiplicatio autẽ temporis discreti in pluribus angelis: aut in eodẽ iudicio meo non est necessaria nisi materialiter: quemadmodũ etiã continuum: quo nostra mensurantur: materialiter multiplicatur in omnibus mobilibus: ⁊ euum in omnibus euiternis: consonum nanque rationi videtur: vt sicut omnia euiterna simplicissimo euo mensurantur: quod soluꝫ est vnum formaliter: ita omnis operatio huiusmodi simplicissima operatione: seu simplicissimo nunc illius mensuretur. Et similiter omnis successio operationum simplicissima successione. Tulit autem operatio ⁊ successio est ea: que in primo operante temporale inuenitur: quem constat esse supremum angelum: in quo vt dicetur: est etiam euum. Et quia operationes intellectus sunt naturaliter priores ⁊ simpliciores operationibus voluntatis: erit vnum tempus obiectum huiusmodi temporaliũ: quod est primo mensura operationum succedentiũ in intellectu primi angeli: ⁊ ex consequenti: ⁊ extrinsece mensura ceterarum operationum tam suorum quam aliorum spiritualium: cum his tamen dictuꝫ est: stat quod quasi materialiter multiplicetur huiusmodi tẽpus iuxta numerum mensuratorum operum: eo quod vnuꝫ ⁊ multa que consequuntur ens: multiplicantur cum rebus istis. Dixi autem quasi materialiter: quia nõ oportet quod omnino vniuoce saluetur proportio temporum nostrorum ad tempus: cuius obiectum est primus motus: et proportio tp̃m ad simplicissimũ tp̃s eorꝫ: sed sat ẽ si ẽ quasi talis.

Contra tertiam vero propositionẽ .s. operatio beata mensuraꝛ etnitate ꝑticipata. Arguit idẽ in quarto dist. 49. q. 6. Opatio btã nõ est ĩmutabilior euiterno: ergo non mensuratur eternitate: sed euo: cõsequentia nota: ⁊ antecedens probatur: tũ quia operatio beata est simpliciter minus nobilis ꝙ̃ obiecta btĩ angeli: quoniã substãtia est nobilior accidente: tuꝫ qꝛ perfectio ipsius operationis btẽ nõ est immutabilior obiecta eiusdẽ operatiõis: quoniaꝫ id quod inest alicui per accidens non est immutabilius eo: qđ inest per se. Cõstat aũt qđ substantia operationis mensuratur euo. ergo ⁊c. Preterea eternum vt distinguitur contra euiternum non solum est totum simul: sed est ĩdefectibile carẽs potẽtia ad non esse: sed nullum creatum est hmõi. ergo ⁊c. Ad euidendum huiusmodi difficultates scito: quod quamuis euum nichil aliud sit quam eternitatis participatio. distinguitur tamen a sancto Tho. hoc in tertio contra Gentiles. c. 16. ⁊ in quarto sen. distin. 49. q. i. articulo. 2. q. 3. Eternitas participata ab euo non sicut perfectuꝫ a minus perfectio in eadem specie: sed sicut perfectius a minus perfecto diuersorum ordinum. Eternitas quippe cum sit propria mensura diuini esse participata etnitas ꝯsequẽt ẽ propria mensura esse diuini ordinis. Esse autem diuini ordinis: dico quod impossibile est naturale esse cuicunqꝫ creature facte aut factibili: de quo in qõne. xii. latior erit sermo. Euum autem est mensura esse: immutabilis quidem sed naturalis ordinis: et hoc est per se primo. differẽtia inter eternitatem participatam et euum. ex hac enim. et alia differẽtia fluunt: vt omnes difficultates soluuntur: quia enim operatio beata diuini est ordinis. ideo eternitate dicitur mensurari participatiue.

¶ Nunc etiam vis cõclusionis impugnate a Scoto .s. ĩtellectus creatus non potest ex se in operationem beatam. ergo mensuratur eternitate ex primo siquidem antecedente. sequitur ergo diuini est ordinis: ⁊ primus ergo mensuratur eternitate. ¶ Unde ad primam rationem Scoti negatur antecedens: quoniam operatio beata: dato quod ipsa in se non esset immutabilior euiterno: est tamen immutabilior ordinis: quia diuini: ⁊ propterea dicitur: ⁊ est immutabilior secundum suum genus. Dixi autem dato ꝙ non sit ⁊c. quia minor mutatio sufficit ad non esse operationis beate: quã obiecta angeli: quia hoc exĩt ad annihilationem: illa non ẽ: ⁊ rursus immutabilior: quia plura immutabilia immutabilius continetur vna siquidem visio beata absqꝫ omni immutatione continet visiones omnium spectantium ad vniuersum eminenter. Nullum autem euiternum ad hanc immutabilitatem ascendere potest.

¶ Ad probandum autem primum dicitur quod sicut act⁹ est simpliciter nobilior potentia: ⁊ tamen substantia est simpliciter nobilior accidente: ⁊ ratione primi actus intelligẽdi est nobilior materia prima. Rationes secundi econtra ita in proposito: et hec est vera: quod substantia est nobilior accidẽte: ⁊ similiter hoc quod esse diuini ordinis ẽ nobilior esse naturali. et propterea vtrunqꝫ est verum in diuersis ordinibus. Substantia quippe angeli est nobilior secundum esse nature: operatio aũt beata secundum excellentiam deitatis: et si proprie loqui volumus equiuoce comparari videtur. ¶ Ad secũdam autem probationem negatur: quod substantia operationis beate mensuretur euo. Obiecta eñi operationis ⁊ imperfectio vna res numero sunt: ⁊ eadem mensurantur mensura: vnde non solum beatitudo operationis: sed ipsa operatio beata mensuratur eternitate participatiua. Falsum quoqꝫ est: quod perfectio non sit immutabilior substantia: opationis eo modo quo distinguitur. quoniam substantia operationis: si sine operatione beatitudinis esset in instanti temporis discreti mensurareꝛ. Perfectio autem deitatis mensuram deitatis adducit: non eo modo quo accidens superinducitur: sed eo potius modo quo differentia generi adueniẽs naturam affert specificam. Et propterea non valet probatio in oppositum de eo quod inest per accidens. ꝯstat enim quod natura generica: aut quasi generica secundum se non talis aut tante perfectionis ex perfectione differentie aduenientis: que tamen generi accidere conceditur perfectionem tantum: vt talem assequitur ita quod vnum ens perfectum sit: et sic est in proposito.

¶ Ad secundam autem probationem principalẽ dicitur: quod proprie loquendo beatus vt sic caret potentia ad nõ esse beatum: sicut celum caret potẽtia ad non esse rotundũ queãdmodũ. n. materia prima si reciperet formaꝫ vnã equiualentem omnibus formis generabilium et corruptibiliuꝫ careret potẽtia ad non esse illius forme: ita intellectus habens actum beatum caret potẽtia non esse illius actus. Actus enim ille est omnĩ bonorum si aggregatione: sed eleuatione perfectus: ⁊ ideo beatitudo: ac immutabilem beatuꝫ reddit: extenso autem vocabulo: vt arguens vtitur vocando potentiam non esse potentiam logicam vel obiectiuã dicitur quod eternum per essentiam oportet carere omnipotentia ad non esse: non autẽ per participationẽ si sat ẽ: vt di

stinguitur contra euiternum diuersitate ordinis: quia illud s. est ordinis eterni per essentiam: istud vero nature.

Contra quartam Propositionem arguit Sco. in secundo: vbi supra. non aliter quam primam. scilicet esse substantiale habet eundem manendi modum quamdiu est: quem habet euiternum: quia successiōe caret ⁊c. Et ad hoc non oportet respondere aliter: quam superius. Nō enim penes habere esse modo successiuo vel permanenti distinguitur mensura: sed penes mutabile et immutabile: vt dictum est. Sed aduerte hic quod Sco. ibidem nititur soluere rationem sancti Tho. ad hoc in responsione ad secundum in presenti arti. factam: scilicet quia motus est mensura: non tantum motus: sed etiam quietis: ait enim quod substantia bouis absolute mensurat̃ euo: quies autem eius tempore: nec aliud ex illa sequitur ratione. Sed hec responsio non est sufficiens euasio: quoniam tempus comprobatur in littera mensurate: non solum quietem: sed rem quiescentem: quoniam omne quiescens est mobile: omne autem mutabile secundum quod mutabile mensuratur tempore. Constat autem quod secūdum substantiā nos sumus mutabiles: ergo sm̄ substantiā tp̄ales: ⁊ stat vis rōnis in hoc. Motus et quies substātialiter accepti. i. mutatio substantialis ⁊ quies sub esse substantiali non solum in actu sed in potentia mensurant̃ tempore: ergo esse substantiale nostrū mensuratur tp̄e: añs patet ex eo: ꝙ actus et potentia ad eiusdez ordinis mensuram spectat: vt ex p̄io celi ⁊ 4. physi. habetur. Consequentia autē tenet ex eo: ꝙ potentia talis substantialis est. vt. 10. methaphy. dicitur.

Ad rōes Caietani factas ꝯ Scotum

Respondeo ostendendo ꝙ rationes: quas facit iste nouus expositor non euacuent rationes docto. Et primo ad illa que dicit de successione in mensura et non in mēsurato. Dico quod si recte ītelligeret doctor nō oporteret et circa hoc laborare. Unde pro maiori intelligētia No. quod doct. primo non videtur tenere expresse hāc opi. scilicet quod ponatur mensura successiua: sed sustinet vtranqꝫ opi. s. quod sit mensura successiua: vt dicet S. Bo. ⁊ ꝙ sit mēsura īdiuisibil'. vt tz Heñ. sustinēdo tñ opi. s. Bo. dicit respondendo ad rationes Heñ. quod euum est mensura successiua mensurans exñtiā angeli: licet existētia āgeli sit indiuisibilis ⁊ nullo modo successiua.

Triplex mensura.

¶ Scđo no. quod triplex est mēsura pro nunc: scilicet permanens ⁊ intrinseca: ⁊ sic quantitas permanēs dicitur mēsura alicuius quanti. Secunda est successiua secunduz partem ⁊ partem: ita quod componitur ex pluribus partibus diuisibilibus: quarum vna succedit alteri: ⁊ sic tempus est mensura motus: vel vna pars motus per replicationem potest mensurare vnum totum motuz: vt patet infra. d. presenti. q. 2. Tertia dicitur mensura successiua cōstituta ex partibus tantum indiuisibilibus: siue instantibus eui: ita quod non dantur plura instantia simul: sed semper vnuz succedit alteri: ⁊ talis mensura dicitur mensurare durationez existētie angeli: ita quod dicimus existentia tantum durauit ⁊ durat: sicut etiam dicimus quod tempus mensurat motuz: ita quod per tantum tempus cognoscimus motum tantuz durasse. Et sic mensura isto tertio modo potest mensurare indiuisibile quantum ad eius existentiam tantum duraturaz: ita quod primum instans eui mensurat existentiā angeli positam pro illo primo instanti: ⁊ secundum instans eui succedens primo instanti ipsius eui: mensurat eandem existentiā ipsius angeli posita ꝑ illo secūdo instāti: ⁊ sic deinceps Dicitur ergo euum mensura indiuisibilis pro quanto mensurat indiuisibiliter: sic intelligendo: quod illud quod actu mensurat est tantum instans eui: ⁊ transeunte illo succedit aliud mensurans indiuisibiliter existentiam angeli. Dicitur etiam euum mensura diuisibilis ⁊ successiua accipiendo pro quodam toto constituto ex pluribus instantibus sibi adinuicem succedentibus: ⁊ sic est mensura diuisibilis mensurās existentiam angeli diuisibiliter: sic ꝙ tota exñtia angeli posita in primo instanti tm̄ mensurat̃ illo: ⁊ posita eadez in secundo instanti mensurat̃ alio succedenti: ⁊ sic patet quō non est inconueniens esse mensuram aliquam diuisibilem ⁊ successiuam: ⁊ mensuratum in se esse omnino indiuisibile: licet tñ eodē semper ponatur in esse pro alio ⁊ alio instāti eui: Esset bene inconueniēs dare vnā mensurā successiuam cōstitutam ex partib⁹ diuisibilibus: ⁊ per cōsequēs successiuis adinuicem mensurare indiuisibile: ⁊ nullo modo successiuū quia si mēsurat intrinsece sm̄ vnā partē q̄ necessario est diuisibilis: correspondet mēsurato diuisibili: vt patet de tēpore quia si vna pars hore puta centesima: mensurat vnam partem motus necessario illa pars erit diuisibilis: ⁊ quia totus vnus motus constat ex partibus diuisibilibus: ideo habet mensuram diuisibilem ⁊ successiuam: ⁊ econuerso

quō euuz dr̃ mensura indiuisibilis ⁊ diuisibil'.

¶ Et cum dicit: quod doc. adducit. Ari. 4. phy. tex. com. 90. et 100. quod prius ⁊ posterius in tempore sunt propter pri⁹ ⁊ posterius in motu. Dico quod bene in hoc concedit. Aristo. de tempore ⁊ motu quia est impossibile mensuratum. ꝙ est causa mensure esse successiuum ⁊ diuisibile quin mensura sit successiua ⁊ diuisibilis: nam cuilibet parti motus correspondet aliqua pars temporis: ⁊ vtraque pars est diuisibilis: ⁊ sic vna pars temporis non potest succurrere alteri parti sine successione partis posterioris motus ad partem priore cum prius ⁊ posterius ī motu sint causa prioris ⁊ posterioris in tempore Et forte nō est simpliciter necessarium esse tantam successionem in mensura quanta est in mensurato pz: quia si daretur successiuum habens. 100. partes secūdum quantitatem ⁊ non secundum proportionem: ⁊ daret̃ aliquod tempus habens tantuz quatuor partes secunduz quantitatem: ⁊ posset mensurare totum illum motum ⁊ hoc per replicationem: ⁊ tñ non esset tanta successio in tempore quanta in motu. Et similit̃ si daretur motus habēs. 100 partes secundum quantitatez: vna pars illius per replicationem mensuraret totum illum motum: ⁊ tamē esset maior successio ī mensurato quā in mensura. ¶ Et cuz arguit ad hominem dicens. Si successio in mensura stat cum immutatione in mensurato ergo arguere a successione mensure ad transmutationem mensurati non valet: est sophisma cōsequentis. ⁊ ipse Sco. ibidem fatetur: quod iste processus ē bonus ⁊ ab effectu ad causaz. Dico concedendo esse sophisma consequentis: quia bene valet si mensuratum est successiuum ⁊ mensura erit successiua: sed non econtra ideo arguitur a positione consequentis ad positionem añtis.

¶ Et cum dicit. Sco. concedit hunc processum esse bonū Dico quod si tantam litteram docto. vidisset non sic faciliter diceret: que dicit. Nam ibi tantum concedit de motu: ⁊ tempore: vnde sic dicit. Dico inquit quod bene sequitur. si partes temporis sunt alie partes motus erunt alie si ē ab effectu ad cāz sed nō ēst necesse: qđ in q̄buscūqꝫ ꝑtes durationis sūt alie: ꝙ aliqua distinctio partiuz priorum sit cā huius distinctionis: quia illa que alicui est secunda pōt in alio esse p̄ma exēplū ⁊c. hec ille. Alia verba q̄ dicit iste nou⁹ expositor: quia sūt minus honeste cōtra tātū doc. silētio transeo nec recurrere ad similia ē soluere rōnes Et cū vltimo dicit ꝙ īpossibile est indiuisibile certificari ꝑ diuisibile: ⁊ hoc ex propriis ipsius indiuisibilis. Dico vt supra quod non est inconueniens. indiuisibile enim in se quantum ad suum esse existentie non certificatur per diuisibile: sed bene indiuisibile tale potest certificari quantum ad eius durationez. quia per aliud ⁊ aliud instans eui certificatur quod talis existentia indiuisibilis durat per tot instantia que constituunt mensuram successiuam et diuisibilem in illa instantia. Sicut si per possibile vel impossibile conseruaretur vna mutatio ꝑ diem vel vnus punctus: et daretur punctus constitutum ex instantibus sibi inuicem immediate succedentibus: mensuretur mensura diuisibili modo exposito. Errat enim iste credendo quod euum mensuret intrinseca angeli. nam mensurat tantum existentiam eius quo ad suam duratione: sicut nec eternitas dicitur mensurare existentiam diuinam in se: et simpliciter: sed mensurat eius infinitam durationem. Et cum vltra dicit quod nunquam sciretur quanta esset caro indiuisibilis per quantitatem indiuisibilem si eius esset. Dico quod non est simile: quia aliud est loq̄ de mensura mensurante aliquod quantum in se: Et de mensura mensurante aliquid: quantum ad eius durationem: vt dixi supra. quia forte indiuisibile in se nō posset certificari per aliquod diuisibile: sicut nec diuisibile per indiuisibile. Et hoc exemplum doctoris de carne ⁊ quantitate debet sane intelligi. nō enim dicit quod tunc talis quantitas permanens mensuraret carnem non habentem partem ⁊ partem: sed tantum dicat sic. Si poneretur caro non habēs partem et partem sub eadem quantitate permanente: tunc esset ibi alietas partiū in ipsa extensione. que quantitas est absqꝫ extensiōe vel diuisibilitate partium ei⁹ cui accidit talis extēsio. Hec ille. Et per hec que dixi patet quid dicendum est de corpore christi in eucharistia: ⁊ sic patet in probatio ⁊c.

Rñdeo oñdendo ꝙ solutiōes huius noui expositoris non euacuent ratiōes doc. Et

p̃mo miror ꝙ imponat doc. que nõ dicit: iponit.n.doc. ꝙ ipe ponat tres mensuras s̃m vniformitatẽ vel difformitatem mensuratoꝝ ⁊c. Sed iste non bene forte vidit doc. originaliter Doc.n. adducit hec cõtra Hẽn. qui posuit hanc triplicẽ mẽsurã correspũdẽtẽ ⁊c. Scd̃o ipõit doc. ꝙ eẽ substãtie reꝝ: ⁊ opationes intrinsece angeloꝝ mensurant̃ euo. Sed hoc non dicit doct. sic simpliciter ⁊ absolute vt iste iponit imo forte tenet ꝙ nulla mensura mensurent̃: vt pȝ.q.3.d.2. secundi. vbi tandẽ videtur tenere ꝙ existẽtia superior angeli ⁊c. ⁊ sic diceretur de existentia superiori intellectionis: imo in ista materia semꝑ dubie loquitur vt patet. Dicit ergo doc. ꝙ posito ꝙ operatio angeli mensuret̃ aliq̃ alia mensura de qua supra in.q.3. ⁊ posito ꝙ existentia angeli mensuretur euo: dicit ꝙ opatio intrinseca: ⁊ substantia ẽt corruptibilis mẽsurant̃ euo: cũ hmõi existentie hẽant similẽ modũ ⁊c. Non dicit ergo absolute ꝙ mẽsurent̃ euo: opȝ.n. diligenti⁹ videre doctorẽ subtilẽ. Tñ posito ꝙ sic mensurent̃ euo adhuc ostendo ꝙ non recte iprobat rõnes doc. Cũ ergo dicit ꝙ Scotus errauit manifeste dicens nec aliqñ non esse nec posse non esse per propriã potentiã variat mensuram eius: ⁊ fundamentum eius est valde debile: quia si angelus esset annihilatus: nihilomin⁹ mensuraret̃ euo. Dico ꝙ hoc est verum ꝙ mensuraretur euo: ⁊ ꝙ non esse aliqñ naturaliter et non posse non esse naturaliter non variant modũ mensure. vt clarius intelligatur premitto aliqua. primo ꝙ gradus intrinsecus rei non variat rõnẽ formalẽ rei vt patet a doct. in prio di.8.q.2. in rñsione ad primũ argumentũ principale: cũ talis gradus ⁊ sit sit intrinsecus rei ẽ tñ posterior re cui⁹ ẽ: ⁊ sic ponẽdo ꝙ necessitas ⁊ cõtingentia: finitas ⁊ ifinitas sint gradus intrinseci: nõ variabunt rõnẽ formalẽ rei cui⁹ erunt. Secundo premitto ꝙ nullus modus rei quicũq̧ sit ille siue intrinsecus siue non (cũ semper intelligatur posterior re cuius est: patet quia presupponit eam) potest variare formalẽ rationẽ illius: ⁊ sic prio res ẽ talis in se q̧̃ intelligat̃ eẽ sub aliquo modo. Sicut ẽt dicit doc. i prio di.3.q.5. ⁊ in.2. di.1.q.2. ⁊.5. ꝙ ad absolutũ i cã. sequitur absolutũ i effectu. ita ꝙ effectus prius intelligitur talis entitas in se: q̧̃ intelligatur sub isto modo siue respectu quo formalit̃ dependet. Et per consequens nullus respectus ad causaȝ variat rõnẽ formalẽ illius: vt dicit doc. in pluribus locis allegando pro se Augu. ⁊ sit ꝙ Franciscus sit a Joan. vel a sole imediate: talis respectus nõ variat esse formale ipsius: siue sit magis a bono patre q̧̃ ab alio: vt notat doctor in.2.d. 20.q.2. Tertio premitto ꝙ sicut est entitas in se: ita ad talẽ entitatẽ nati sunt ꝯseq̃ tales vel tales mõi: pȝ qꝛ hõ formaliter est talis entitas: iõ seq̃tur cõcomitanter esse finitũ: ⁊ esse risibilẽ: et non ihibilem. Similiter quia talis entitas iõ sequitur cõcomitanter habere taleȝ gradũ intrinsecum. Sicut quia deus formaliter ⁊ quiditatiue est in se talis entitas: iõ hẽt talẽ modũ puta infinitatẽ: necessitatẽ: et sic de alijs. Et qꝛ lapis est formaliter talis ẽtitas: iõ repugnãt sibi isti modi. s. infinitas ⁊ necessitas: ⁊ ꝯueniũt ei contingentia ⁊ possibilitas: ⁊ similit̃ diceret philosophus qꝛ celũ est talis natura. iõ ꝯcomitanter cõuenit ei incorruptibilitas: ⁊ lapidi corruptibilitas: qꝛ precise talis ẽtitas: ⁊ sic hmõi entitates nõ dicunt̃ variari ꝑ hmõi modos. licet tales modi ꝺ necessitate concomitent̃. Quarto premitto ꝙ contingit dupliciter cognoscere res: vel cõuenire ad inuicẽ: puta specie: genere: ⁊ hmõi: vel differre puta specie genere ⁊c. vel ꝑ itrinseca ⁊ rõnes formales: vel per aliqua q̃ necessario cõcomitant̃ rõnes formales: p̃mo mõ cognoscim⁹ ꝙ hõ ⁊ asin⁹ cõueniunt gñe: qꝛ talis entitas in se. et differunt specie: qꝛ tales entitates scd̃o modo q̃a hõ ẽ risibilis ⁊ asin⁹ inhibilis: ⁊ similit̃ ꝑ hmõi passiões q̃si a posteriori argumẽto ꝙ distinguũtur spẽ. Sic dico in ꝓposito ꝙ corruptibile ⁊ icorruptibile differũt plusq̧̃ gñe. s. phisico: licȝ nõ logico vt pȝ decimo methaphisice. i. ꝙ illa entitas ad quã seq̃tur icorruptibilitas/ differt gñe ab illa ẽtitatẽ ad quã cõmitatur corruptibilitas nõ.n. corruptibilitas ⁊ icorruptibilitas sunt rõnes formales distinguendi genere phisico celũ a lapide: imo si ꝑ impossibile essent separata ab eis adhuc gñe phisico distinguerẽtur: sicut si risibilitas ⁊ inhibilitas essent separate ab hoie ⁊ equo adhuc distinguerent̃ spẽ: ⁊ sic intelligit̃ phũs. Similiter esse ens per se ⁊ esse ens in alio: non variant rõnẽ formalẽ cũ non sint de intrinseca formali rõne vt alias patebit: bene tamen ꝯcomitantur de necessitate puta esse i alio concomitatur accidens. ⁊ esse ens per se concomitatur substantiam ⁊ per esse ens per se ⁊ ens in alio cognoscũtur huiusmodi entia tantum a posteriori. Si dicatur si isti modi nõ variant rationẽ formalem rei ergo si lapidi aduenirct incorruptibilitas adhuc esset lapis: ⁊ similiter si esset necesse eẽ: esset lapis. Dico ꝙ isti casus sunt simpliciter impossibiles.

Corruptibile ⁊ icorruptibile dĩnt plusq̧̃ genere: quõ intelligitur,

Et si dicatur ponatur hoc per impossibile dico ꝙ ex vno impossibili possunt plura impossibilia sequi. Sicut si ponatur per impossibile: quod deus sit risibilis sequuntur multa impossibilia: ⁊ sic posset concedi hoc impossibile videlicet quod deus esset in se ⁊ tamen esset risibilis: ⁊ similiter lapis esset i esse ⁊ tñ esset incorruptibilis ⁊ necesse esse: sequeretur ẽt quod non esset lapis. non primo sed tñ concomitãter: sicut si ponatur ꝙ homo sit rudibilis primo ⁊ per se sequeretur hominem esse stante rudibilitate: ⁊ concomitãter sequeretur hominem non esse quia rudibilitas non est nata in esse homini sed tñ asino. Ex hĳs patet improbatio dicti illius noui expositoris: ⁊ quõ dictũ doc. stat in suo robore: videlicet ꝙ angelum aliqñ esse tñ ⁊ ipsuȝ nõ posse nõ eẽ nõ variat existentiam formalem ipsius angeli: qꝛ aliqñ eẽ ⁊ sꝑ esse a parte post siue a parte ante presupponunt ipsum esse existentie: ⁊ sic per hmõi posteriora non variatur et sic seq̃tur quod si existentia angeli tñ duraret per horam ita mensuraretur euo sicut si perpetuo duraret: imo si ab eterno fuisset. Si ẽt naturaliter tñ esset pro aliqñ adhuc mensuraret̃ euo: sicut ẽt si est natura sua non posset non esse quia nunq̃ talis existentia variatur: cum posse esse naturaliter pro aliqñ tñ ⁊ naturaliter non posse non esse consequatur talem entitatem que forte prius intelligitur esse talis in se q̧̃ intelligatur sub illis modis. Nisi dicatur quod alius ⁊ ali⁹ modus ipsius rei requirit aliam ⁊ aliam mensuram. Sed hoc non est ad propositum imo est totaliter recedere a proposito vt patet. Tum etiam qꝛ ponitur mensuram mensurare existentiam rei vt supra patuit: nec dicitur eam mensurare: quia sub tali vel tali modo. Dicimus enim quod eternitas mensurat absolute existentiam dei: ⁊ nõ sub illa ratione qua est indeffectibilis ita quod indeffectibilitas sit ratio formalis quare exñtie diuine cõueniat talis mensura sed talis existentia est talis in se ꝙ sibi necessario ꝯpetit ideffectibilitas. Ex hĳs etiã apparet q̃uo non sit veꝝ ꝙ dicit. s. ꝙ iõ angelus mensuratur euo: quia annihilatio non competit angelo ex natura sua sed tantum ab extrinseco: ipse enim quantum est de se semper esset quia ista semper esse et non semꝑ eẽ tñ concomitantur talem entitatem angeli: nec vt dixi variant rationem formalẽ ipsius vt patuit. Tum etiam quia falsum assumit: videlicet ꝙ angelus ex natura sua semper esset: qa ex natura sua est deffectibilis ⁊ annihilabilis: ⁊ nisi cõseruaretur a deo statim ãnihilaretur: vt patuit supra presenti di. omnis creatura subiecta est varietati vt inquit paulus: ⁊ de hoc alias erit sermo. Nec similiter veꝝ ẽ ꝙ dicit ista opinio s. ꝙ omne mensuratum euo est naturaliter euiternum: ⁊ euiternum naturaliter est perpetuum: nullũ aũt naturalit̃ mutabile est perpetuũ. Hoc enĩ nõ ꝓbat. Tũ etiã qꝛ quero aut naturalis perpetuitas est ratio formalis quare conueniat angelo talis mensura: aut talis existentia angeli: non prio quia tunc mensura illa conueniret nature angeli per rationem alicuius posterioris. Tum etiam quia illa perpetuitas aut est ipm euũ aut aliquid aliud. Si primo: tunc sequitur ꝙ idẽ sit ratio formalis inherendi ⁊ ꝙ sit ipsum inherẽs respectu eiusdem: quod est impossibile. Si secundo quero de illo alio: aut est existentia angeli precise: ⁊ tunc hr̃ ꝓpositũ quia talis existentia cũ sit ratio formalis quare conuenit talis mensura ita mensuratur euo si tñ duret ꝑ instanti sicut si perpetuo. Sicut si rationale sit ratio formalis ꝙ risibile cõueniat hoi ita erit rõ formalis inherendi si hõ duraret ꝑ horã sicut si ꝑpetuo. Si est aliud ab existentia angeli. assignetur: nõ videt̃ posse assignari ⁊ quodcunq̧ assignet̃ tunc talis mensura inerit angelo tñ ꝑ aliq̃d posterius ipso angelo. quia illud assignabile erit tantum posterius vt supra patuit: tũ etiã qꝛ oporteret ipȝ probare omne euiternum eẽ naturaliter perpetuum cũ nichil sit naturalr̃/ et ex natura sua perpetuũ s̃m verã fidẽ: cũ oĩa alia a deo sint mere contigẽtia ⁊ possibilia ex natura propria: ⁊ repugnat deum posse facere aliquid ex natura sua perpetuuȝ et necessarium ⁊ de hoc satis patuit in prio di.2. parte.1.q. di.8.q. vltima. ⁊ specialit̃ di.39. vbi iprobaui opi. Thome. ⁊ oñdi quõ rñsiões isti⁹ noui expositoris non euacuẽt rõnes doc. Cũ rñdet ad rõnẽ doc. (s. quecũq̧ hñt vniformẽ modũ manendi: dũ manent hñt mẽsurã eiusdẽ rõnis) ꝙ in sensu cõposito est manifeste falsa. Dico ꝙ forte nõ vidit diligẽter q̃ doc. dicit: vult

.n.doc.quod illa que hñt eundem modũ existendi.s.permanenter vel successiue habeant mẽsuraꝫ eiusdem rationis patet quia successiue per se vt omnes motus tantũ mensurantur tempore: cum tempus sit mensura motus secundum prius ⁊ posterius vt patet .4.phi. Et omnia permanẽtia hñt eundem modum existendi ⁊ generalem: quia omnia sunt entia quorum existentie secundum se totas vere permanent: ita quod vna pars non succedit alteri Alique vero hñt existentiam permanentem ad quam ex necessitate nature cõcomitatur indefectibilitas ⁊ talis tantũ ex natura mensuratur eternitate vt existentia diuina que est ratio formalis quare talis indefectibilitas cõueniat ei ⁊ similiter quare talis mensura conueniat ei. Aliqua vero hñt existentiam ad quã ex natura sua necessario concomitatur defectibilitas ⁊ statim desinerent esse nisi conseruarentur a causa extrinseca: ⁊ sic omnia permanentia quecunque sunt illa: vel saltem illa que non per motum acquirũtur vt sunt omnes substantie hñt hũc eundem modum specialem. s.quod sunt existentie permanentes defectibiles ⁊ sic mensura eiusdẽ rõis mẽsuraretur. dico ergo ꝙ si ẽt propõ accipiatur in sensu composito: quod est vera: et est sensus. quecunque hñt similem modũ existẽdi dum existunt mensurantur mensura eiusdem rõis. quia vt sic hẽnt eandem rõnẽ formalẽ: pp quã cõuenit eis talis mẽsura. Et quod dicit de pmo p hier. cõcedit propositio i sensu cõposito eomodo quo exposita ẽ i h.di.39 ⁊ sic omnia ẽtia dum sunt necessario sũt: loquẽdo dẽ necessitate secũdum quid tantum ⁊ non absoluta vt ibi diffuse expositum est: Sic dico in proposito de ista propositione. Sicut ẽt dicimus de ista propositione homo duꝫ est necessario est risibilis: quia dum est hẽt rõnem formalem quare risibilitas insit. Sic que hñt similem modum existenti dum actu existunt tali mensura mensurantur Et cum dicit quod doc. nõ loquitur nec ponit ea ad hũc sensum .s.compositum negatur: imo patet quod ponit eam absolute tam in sensu cõposito quam diuiso: imo magis in sensu composito vt patet ĩtuẽti. Et cum infert ꝙ nec ẽt ẽ vera in sensu diuiso distinguendo de modo manẽdi: vel penes necessarium ⁊ possibile ⁊c. patet respondendo ex supradictis. s.quod mẽsura talis cõuẽit enti rõe sue entitatis existentis: ⁊ nõ rõne necessarij nec possibilis: nec rõne deffectibilis vel indeffectibilis ita quod talia sint rõnes formales q̃re talis mensura cõpetat eis. Sed bene dicimus quod eternitas conuenit diuine existentie ratione talis entitatis: ad quam necessario cõcomitatur ex natura rei ĩdeffectibilitas ⁊ sic pꝫ quõ ñ pcipit recte mẽtẽ doc. Et si sic ĩtelligit doc. app et ex supradictis quõ eiꝰ ĩpugnatio nihil sit ꝯtra doc. Et ex his patꝫ quõ rñsio huiꝰ ad rõnes doc. nihil ꝯcludãt nec oportet alit eas ĩpugnare. ¶ Ad illa q̃ dicit rñdendo ad rõnẽ factam contra secundam propositionem: Ista opi. multa dicit que nõ videntur vera. Primo cum dicit quod tale tempus discretum secundum Tho. non est de predicamento quantitatis sed transcendens. hoc videtur omnino irrationabile. Tum quia mensurata vt operationes angelorum non sunt transcendentes: cum sint de predicamento qualitatis: ergo nec mensura earum cum mensura et mensuratum sint vnigenea ex .10.metha. Tum quia ipse expresse dicit ideo tempus tale est discretum ⁊ transcendens: quia et motus mensuratus est transcendẽs qui motus est successio operationis spiritualis ad aliam. quia quero quomodo accipiat iste motum illum discretuꝫ. aut accipit tantum pro illa successione quia vna operatio succedit alteri sicut posterius succedit priori: ⁊ sic talis successio discreta mensuretur p se tẽpore discreto. aut accipit illum motum pro illis operationibus sibi inuicẽ succedentibꝰ. alius modus nõ videt posse dari. Nõ primo. Tum quia illa successio aut nihil ẽ aut si ẽ aliq̃d ẽ tm̃ ẽs rõnis: cũ ibi nõ sit aliq̃d ex natura rei ꝯtinuans ipsã: mõ si mẽsuratum est vnigeneũ mẽsure seq̃tur ꝙ cũ mẽsura sit realis ⁊ mensuratum sit reale. Si dicatur quod talis successio est relatio prioris ad posterius succedens priori et sic est realis. Sed hoc nihil est: quia talis relatio eodem modo mensuraretur quo ⁊ alie relationes. Tum etiaꝫ quia relatio realis actualis semper est inter extrema realia actu existentia: vt patet sed talia extrema actu simul dari nõ possũt patet q̃ posterius succedit priori sic ꝙ qñ posterius est: prius nõ est: alit vnũ nõ ꝓprie succederet alteri. Tũ secũdo si accipit successio formalit q̃ est inter priorẽ opationeꝫ ⁊ posteriorẽ mẽsurari tpe discreto. q̃ro qua mẽsura mẽsuret existẽtia opatiõis i se cũ vere sit mẽsurabilis aut euo aut

tempore discreto Si primo habetur propositum. Si secũdo: ergo erunt duo tempora discreta alterius ⁊ alterius. rõnis: patet: quia operationis existentia habet esse pmanẽs ⁊ successio illa habet tantum esse successiuum: modo pmanentis formaliter ⁊ successiui formaliter est mẽsura alteriꝰ ⁊ alterius rõnis Si accipitur secundo. s. successio talis pro opationibus spũalibus sic quod vna mensuret vno instanti tpis discreti: ⁊ alia alio instanti eiusdem temporis: ex quibus instantibus cõstituitur tps discretum. Contra. Tũ q̃ ille operationes nõ sunt trãscendẽtes ergo nec mensura earũ vt dixi supra. Tum quia si tales operationes mensurarent tempore discreto: q̃ vna succedit alteri: ita videt ꝙ visiones nostre (cum hẽant similem exñtiam: vt patet: non .n. fiunt successiue. sed sũt simul tote: cum sint ĩdiuisibiles mẽsurentur tẽpore discreto: q̃ vna succedit alteri. Et idem dico de alis operationibus nostris. Si vis dicere quod opationes angelorũ spũales sint alterius rõnis Hoc parũ valet Tũ quia alterius ⁊ alterius obiecti specie distincti est alia ⁊ alia intellectio specie distincta: ⁊ sic alterius rõnis: ergo darentur mẽsure alterius rõnis qđ est absurdum. Tũ quia visiões nostre hñt similem modũ exñdi. ⁊ vna immediate succedit alteri: ⁊ sunt eque indiuisibiles: nec acq̃runt p motuꝫ continuũ cum nõ sint forme aquisibiles p motũ quia nec q̃te: sed spũales: vt alias patebit. Item arguo cõtra hũc modum. quia hmõi operationes mensurantur tpe discreto q̃ vna ĩmediate succedit alteri ⁊ hñt esse pmanẽns ⁊ indiuisibile ⁊c. quero de formis substantialibus quarum vna ĩmediate succedit alteri in eadem materia: vt patet: q̃ in eodeꝫ instãti quo corrumpitur vna forma in materia succedit alia ⁊ sunt forme pmanentes nõ hñtes ptem ⁊ ptem in se: cum non sint nec composite: nec quãte: nec acq̃runtur per motũ vt patet: qua igit mẽsura mensurabuntur. Nõ tempore cõtinuo: q̃ illud mensurat p se cõtinua successiue. vt patet .4. phy. Si tpe discreto hoc est contra te: qui negas substantiam defectibilẽ mẽsurari tpe discreto. oportet ergo assignare aliam rõnẽ: quare videlicet opationes spũales angelorũ mẽsurentur tempore discreto. Et cum dicit quod quia ille operationes sint instantanee secũdũ se. q̃ q̃libet est tota simul ⁊ vna ĩmediate succedit alteri. Hoc idẽ pꝫ de ĩtellectionibus nostris. Nec valet recurrere ad fantasmata: quia si ñ pñt hẽri ĩmediate nisi prius fantasia habuerit actum suum tñ habet a specie intelligibili in intellectu possibili virtute ĩtellectus agentis ⁊ fantasmatis: vt patuit in pmo doc. di.3. q.penul. tunc intellectio indiuisibiliter causat nõ concurrẽte fantasmate. vt supra probatũ est in pmo doc. di.3.q.7. et alibi. Tum ẽt posito quod tales opationes haberent virtute fantasmatũ: adhuc sequitur ꝙ eadem mensura vel simul mensurentur quod patet quia in se ⁊ secundũ suum esse sũt indiuisibiles ⁊ ex natura sua instantanee ⁊ tote simul ⁊ sibi succedentes: ergo seq̃tur ꝓpositum: non valet dicere ꝙ habeant ministerio fantasmatum quia respectus ad aliud ⁊ aliud agens siue respectus ad aliud ⁊ ad aliud absolute nõ variant naturã rei. Etiam multe intellectiones angeloruꝫ causant partialiter ab istis inferioribus vt patet infra in isto secundo distinctione tertia questione vndecima siue vltima ⁊ tamen non negaretur illas mensurari euo secunduꝫ doctorem: ⁊ ipsi haberent concedere quod adhuc mensurarentur tẽpore discreto. ¶ Itẽ cum dicit qđ tales operationes habent ex natura sua tantuꝫ esse instantaneum hoc parum valet ad propositum suum: quia etiam omnia permanentia quecũq3 sint illa ex sua natura habent esse instãtaneũ ⁊ stati desinerẽt esse: nisi potenti manu dei conseruarẽtur pro quolibet ĩstãti vt alias patebit. Et multa alia possent adduci que breuitatis causa omitto. ¶ Et quod addit qđ quia operationes intellectus sunt naturaliter priores ⁊ simpliciores operationibus voluntatis erit vnuꝫ tẽpus omnium huiusmodi temporalium quod est primo mẽsura operationum succedentium in intellectu primi angeli: ⁊ ex cõsequenti ⁊ extrinsece erit mensura aliarum operationũ taꝫ suarum quã aliorum spiritualium ⁊c. Certe miror qđ iste dicat huiusmodi ad mentem Thome. cum Thomas talia non dicat vt pꝫ ĩtuẽti Thomã. Tuꝫ etiã oporteret eũ probare qđ operationes intellectus angelici sint simpliciores operationibus voluntatis cuꝫ sint eque indiuisibiles ⁊ nullo modo composite. Nec iste respectus prioritatis facit ad propositum eius: quia queritur tantum de operationibus i se absolute. Tum etiam miruꝫ est quod iste dicat quod operationes voluntatis angeli mensurentur extrinsece mensu-

vide quõ inter prius ⁊ posteriꝰ ẽ ralatio realis.

ra qua intrinsece mensurantur operationes intellectus angelici: cum sint in se formaliter ita indiuisibiles ⁊ adinuicē succedentes ⁊ ita spirituales ⁊ forte ⁊ sine forte perfectiores vt probabitur domino duce in quarto distinctione quadragesima nona. Mirum ēt est quod non habeant formaliter ⁊ intrinsece mensuram: cum etiam omnes mot⁹ particulares ⁊ si mensurentur tempore vniuersali extrinsece: mensurantur tamen suo tempore particulari ⁊ intrīsece vt patet multo fortius iste operationes mēsurabūtur tēpore discreto formaliter ⁊ ītrinsece. Et vltra si mensura perfectior mēsurat alia imperfectiora extrinsece magis erit dicēdum qđ mensura operationum voluntatis erit mensura extrīseca respectu operationum intellectus: quia si mensuratum perfectius. ⁊ mensura erit perfectior ⁊ simplicior etiam secundū istū nouum expositorem vt supra patuit. Cum ergo voluntas angeli sit valde nobilior et excellentior intellectu ipsi⁹ angeli vt probabitur in quarto distictione quadragesimanona. sequitur qđ eius operationes sint etiam perfectiores et sic patet intentum.

¶ Ad illa quē dicit respondēdo ad rationes doctoris contra tertium articulum. Dico primo qđ multa dicit antequā soluat rationes doctoris que non videntur vera. Primo đ illa eternitate participata que ponitur mēsura operatiōis beate: quē operatio pertinet ad esse diuini ordinis non videtur verum. Tum quia sūt multa alia que hoc modo pertinent ad esse diuini ordinis: patet de cognitione dei quā habuerunt angeli sub ratione propria deitatis: ⁊ hoc ante eorū beatitudinem. ⁊ tamen talis cognitio non mensurabatur eternitate participata: patet quia ipsi volunt qđ operatio intrīseca angeli non beata mēsuretur tempore discreto vt supra patuit ⁊ qđ talis cognitio sit siue pertineat ad esse diuini ordinis. patet quia tale esse non est cōnaturale creature facte vel factibili (vt ipse exponit esse diuini ordinis) patet quia talis cognitio non potest haberi via naturali. Similiter q̄rendū esset de cognitione quā habuerunt vel habere potuerunt ante beatitudinem de futuris contingentibus que tātum cognosci potuerunt per diuinā reuelationē quomodo mensurabatur non eternitate patet quia talis cognitio ante beatitudinem non fuit beata: etiam posito qđ illam habeant in beatitudinem adhuc talis nō potest dici beata. vt pꝫ a Doct. in quarto distinctiōe decima et quadragesima quinta. questione vltima. nec mensurabatur tēpore discreto. patet. quia talis cognitio nulli creature est connaturalis. Secundo dicit qđ euū est mensura esse immutabilis. s. naturalis ordinis: hoc improbatum est supra vt patuit. Itē videt̄ simpliciter qđ operatio beata ita mensuretur euo sicut ⁊ nō beata. ⁊ possent adduci rationes facte supra pro operatione intrinseca angeli. Sed quidquid sit de istis iste tñ expositor non euacuat rationes Doct. contra Tho. Cum p̄mo dicit qđ talis visio est īmutabilior euiterno: quia minor mutatio sufficit ad non esse operationis beate: quā ad nō esse substantie angeli quia hec exigit anihilationem illa nō hoc non videtur quia ita illa est Michaelis sicut ⁊ substātia angeli quia ex quo dicit esse diuini ordinis non desinit esse nisi per anihilationem. Et etiam posito hoc. adhuc nō sequitur qđ sit immutabilior: quia hic immutabile accipitur pro eo qđ ex natura tali est magis duratiuū: ⁊ sic ponit̄ ab istis esse angeli immutabile: quia ex natura sua habet esse perpetuum quale esse non habent alia inferiora: ⁊ sic similiter esse participatum diuini ordinis: dicetur magis īmutabile ex hoc qđ ex natura talis esse hꝫ durare. q̄ro modo a te qđ est magis durabile an esse angeli an esse talis operationis?

Si dicis quod esse talis operationis: q̄ro a quo habet vt possit sic īmutabiliter inesse: aut ex natura sua: aut a deo tātum. Si primo ergo similiter ⁊ eē angeli: quia ex natura sua habet esse immutabile ⁊ perpetuū secūdum te. Si secūdo ergo sicut angelus voluntate diuina potest habere tale eē immutabile sequitur qđ mensuretur eternitate participata ille enī respectus qđ. s. dicatur beata siue quod termineē ad obiectum beatificum: non videtur cā quare magis mensuretur eternitate quasi non terminaretur ad tale obiectū in se: quia talis respectus non variat existentiam ipsius cū prius sit talis in se quā terminetur ad obiectum vt patet a doctore in quolibe. questione quartadecima. Similiter nō videtur multum ad propositum quod dicit ꝙ ideo ē immutabilior quia plura immutabilia continet eminenter ⁊c. ⁊ ꝑ consequens debeat mensurari eternitate participata. quia si sic tunc sequeretur quod supremus angelus esset immutabilior ex natura sua quod ipsi non concederent. vel si concederent opporteret in eo ponere aliam mensuram a mensura eui quod est omnino inconueniens etiam secundū eos. Et plura essent hic dicenda que transeo breuitatis causa.

¶ Et cum dicit ad probationē quod actus est simpliciter nobilior potentia ⁊ tamen substantia est simpliciter nobilior accidente: ⁊ ratione primi. actus intelligendi est nobilior materia prima ⁊ ratione secundi econtra ita in proposito ⁊c. Ista propositio non videtur simpliciter vera scilicet ꝙ actus sit simpliciter nobilior potentia loquendo de potentia subiectiua quia tunc albedo esset nobilior subiecto cum sit eius actus accidentalis. Et si actus sit nobilior erit tantum secundum quid pro quanto aliqualiter perficit. ⁊ si ponatur quod sit simpliciter nobilior potentia debet intelligi de potētia obiectiua. Et quomodo actus dicatur prior potētia diffinitione tempore ⁊ perfectiōe vide nono methaphisice. tex. com̄. 13. vsque ad tex. comen. 19. inclusiue. *[Margin: Quō ītelligi actū ē nobiliorē potētia.]*

Et cum cōncedit quod substantia ēst nobilior accidente et esse diuini ordinis nobilius esse naturali: hoc nihil est quia substantia est simpliciter ⁊ absolute nobilior omni accidente vt patet septimo methaphisice tex. comen. quarti accidēs autem non potest dici simpliciter ⁊ absolute perfectius aliqua substantia sed tantum secūdum quid: puta quia aliqualiter perficit vel quia vnit obiecto perfectissimo sicut visio beata. Et ideo stat ratio Doctoris quod cum esset euiterni vt esse angeli sit simpliciter perfectius ipsa operatione beata: quod si ipsa mensuratur eternitate qđ magis esse ipsi⁹ angeli: vel si esse angeli mensuretur euo qđ etiam operatio beata. ¶ Ad illud quod dicit negādo substantiam operationis beate mensurari euo: quod substantia operationis. et eius perfectio vna res numero sunt ⁊ eadem mensurantur mensura quero quid accipit pro substantia operationis aut accipit ipsam operationem absolute: aut ipsam cum illo respectu quo dicitur beata. Si primo illa secundum te mensuratur instanti temporis discreti. Si secundo tunc erit vnū ens per accidens et sic non erit eius per se aliqua mensura. Deinde quero de illa perfectione qua dicitur beata aut est aliquid intrinsecum ⁊ de essentia illius aut extra essentiā illius ⁊ tantum accidens ei. Non primum: patet quia operatio ex hoc dicitur beata quia terminatur ad obiectum beatificum: ⁊ vt sic includit relationē ad illud: ⁊ relatio nō est đ essentia absoluti vt patet operatio autem est qualitas absoluta vt probat Doctor in quoli. q. 13. Si secundo ergo stat argumentum doctoris. quod talis substantia operationis erit immutabilior tali accidente sine tali perfectione adueniente sibi. Nec valet dicere quod talis perfectio non sit ei accidens sed quasi differentia adueniens generi: hoc est ei manifeste falsum quia quero cui generi aduenit. Si operatione tali: ergo sub illa operatione cōstituit̄ aliqua species perfectior tali operatione ⁊ sic operatio beata erit vna per se species quod non videtur. tum etiam quia vt dixi talis ꝑfectio qua operatio dicitur actu beata est relatio vt dixi ⁊ talis non aduenit generi de genere absolutorum vt differentia contrahens. Ex his patet ad alia que sequuntur ⁊ precipue ad illa que dicit respondendo ad rationes cōtra quartam propositionem patet ex his que dixi respondendo ad illa que ipse dicit ad secundam propositionem ⁊ ad primam.

Quidam nouus expositor prime partis sancti Thome i p̄ma parte questione decima articulo sexto siue vltimo reprehendit Scotum ponentem primum euiternum non mensurari euo: vnde sic dicit Ad euidentiam igitur huius scito quod euiternum non mēsuratur euo siue intrinsece siue extrinsece per modum quantitatis cōtinue aut successiue aut etiam discrete sed per modum vnitatis quoniam euum est indiuisibile ⁊ totum simul. cum enim euum sit vnitas immutabilis vite immutabilitati coniuncte: quāto aliquod immutabile minus est immutabilitati coniunctum tanto est immutabili⁹ ⁊ minus compositum: ac per hoc simplicius ac cōsequenter magis vnum supponimus autem nunc qđ euiternū quanto inferius tanto pluralitati maiori coniunctius est: vnde ⁊ habent species vnitis vniuersales ⁊ operationes minus ambientes locorum aut corporum ⁊ propterea supremū euiternum tanquam maxime immutabile īter immutabilia sic id est immutationi iuncta: est maxime vnum ⁊ cōsequenter ex natura sua habet vnde per accessum ⁊ recessum ab eo cetera euiterna vt sic mensurantur extrinsece. ¶ Ad Scotum

ergo negatur minor scilicet nichil est notius ex natura rei primo euiterno. Dico namq; ꝙ euum existens in primo euiterno siue sit eius substãtia aut existentia siue non: est noti⁹ in ratione mensure: ipsa euiterni substantia vt immutabilis quoniam euum nihil aliud est ꝙ̃ vnitas per modum mẽsure talis immutabilitatis. ac per hoc ipm̃ euum est ipsa vnitas formaliter cui primo debetur ratio mensure: vt patet quarto et decimo methaphisice. Substantia autem sic imutabilis est denominatiue vna: ⁊ hãc denominationem importat ly euiternum: constat autem vniuersaliter ꝙ id quod est formaliter tale: est notius ⁊ certius ex natura rei eo quod ẽ denominatiue tale: quamuis igitur substantia angeli sit simpliciter notissimum omnium que in eo sunt: euum tamẽ in genere seu in ratione mensure est notius illius substantia sicut quamuis substantia corporea sit notior secũdum se quãtitate in genere tamen mensure quantitas est notior secundum se: hec ille nouus expositor. ¶ Respondeo et dico primo qd non bene perscrutatus est verba doctoris subtilus: primo enim dicit distinctione secunda. questione secunda: articulo vltimo. ꝙ non apparet necessitas ponendi aliquam mensuram intrinsecam aliam realiter ab existentia angeli: quia talis mensura esset posterior existentia angeli vt patet ⁊ sic si angelus non posset esse sine tali mensura intrinseca: tunc etiam idem realiter vt probat vbi supra articulo primo contra Henri. Si vero potest esse sine tali mensura ergo nõ est necesse ponere talem mensuram in existentia angeli. — Rñsio ad caietanũ.

¶ Nec valet dicere ꝙ talis mensura sit eadem realiter cuꝫ existentia angeli: quia mensura est realiter aliud a mensurato cum sit certior ipso mensurato vt dicit Doctor in questione tertia: ⁊ sic non apparet talis necessitas ponendi euum mensuram intrinsecam existẽtie angeli vt dicit Doc. in questione secunda ⁊ tertia. ⁊ sic negatur euum vt mensura non tantum a primo angelo sed etiam ab omni angelo.

¶ Et si iste nouus expositor intẽdit improbare Doct. de huiusmodi mensura quasi Doc. neget eam a primo angelo tm̃ ⁊ non ab aliis angelis: patet quomodo nõ percipit nec verba nec mentem. Doc. cum ipse Doc. neget eam ab omni existentia angelorum.

¶ Si vero iste expositor intendat probare euum esse mensuram intrinsecam respectu existentie angelorum sic quod talis mensura necessario conueniat existentie angelorum tunc habet soluere rationes Doc. quia aut ponitur eadem realiter aut distincta realiter ⁊ posterior existentia angeli. Non primo quia omnis mesura realiter distinguitur a mẽsurato. Non secundo quia tunc existentia angeli posset esse sine ipsa: ⁊ sic non esset simpliciter necessaria.

¶ Si vero iste expositor intendat loqui de euo prout Doctor loquitur distinctiõe secunda: questione tertia: secũduꝫ secundum ⁊ tertium modum scilicet ꝙ euum sm̃ secundum modũ accipiatur: pro q̃libet existẽtia superiori ⁊ simpliciori: ⁊ sic quelibꝫ existentia superior cum sit perfectior ⁊ nata certificare de existentia inferiori: erit mensura extrinseca existentie inferioris. Vel tertio modo scilicet quod euũ dicatur illa existẽtia simplicissima: que ex ratiõe sua formali ⁊ in se est certissima ⁊ primo nota nata certificare de aliĩs et sic prima existentia supremi angeli potest dici euum respectu aliarum existẽtiarum inferiorum angelorum. Et sic vtroq; modo accipit Doc. euum pro existentia simpliciori angelorum.

¶ Et sic patet quod loquendo de euo istis modis quod in supremo angelo nullum sit euum: patet quia nulla existentia alterius angeli est superior ⁊ simplicior: quia tũc existẽtia supremi angeli non esset simpliciter suprema.

¶ Et sic patet quomodo iste invanum laboret in exponẽdo que dicit: ⁊ in respondendo rationi Doc. quam certe nõ percipit cum ignoret ad quem sensum faciat illam. Illa enĩ ratio ponitur a Doct. vbi supra questione secunda: ⁊ probat quod non apparet necessitas ponendi euum vt mensuram intrinsecam respectu cuiuscunq; angeli: ⁊ non facit precise de supremo angelo vt patet intuenti litteram.

¶ Aduerte etiam quod iste nouus expositor multa dicit que in se videntur omnino falsa.

¶ Quod dicit de euo quod est vnitas indiuisibilis habet probare ⁊ respondere ad rationes factas in prima questione pro opinione Bonauenture quas non soluit nec memoriam de eis facit.

¶ Et similiter habet probare quod euum sit tantum vnitas indiuisibilis: et nõ aliqd̃ ens de q̊ verificet̃ vnitas talis

¶ Et quod dicit secundũ philosophum decimo methaphisice quod mensura est tantum vnitas. legat diligentius tex. philosophi. ⁊ inueniet ibi quomodo non ponitur ipsa mensura tantum vnitas sed aliquid cui conuenit vnitas. Et vide que exposui in primo Doc. distinctione octaua. questiõe secunda: vbi ostenditur et secundum verba et intentionem Aristote. ꝙ mensura non accipitur tantum pro vnitate.

In ista questione quarta. Occurrunt aliqua dubia principaliter circa istas quatuor conclusiones

¶ Conclusio prima. Necesse est eundem actum beatificũ eadem mensura mensurari: ⁊ vt habet esse supernaturale ab agente primo ⁊ naturale a secunda causa. — dubia pul cherrunt.

¶ Conclusio secunda. Operationes intrinsece angeloruꝫ nullo modo mensurantur tempore sed tantum mensurãtur euo posito quod mensurentur.

¶ Conclusio tertia. Solum illa forma dicitur mensurari tempore sm̃ quam nata est fieri proprie successio.

¶ Conclusio quarta. Substantia generabilis ⁊ corruptibilis tantum pro primo instanti sui esse essentialiter dependet a generante ⁊ per tempus sequens a deo conseruante.

Contra primam cõclusionem arguitur primo aut ponitur euum mensurare actum illum vt absolute sumptum: aut sub illis respectibus sub quibus consideratur vt est ab agente naturali vel supernaturali. Non primo: quia vt sic non dicitur supernaturalis quia supernaturalitas sumit̃ per comparationem ad agens supernaturale vt patet a Doc. in. q. I. prologi. Non secundo tum q̃a vt sic est tantum vnum per accidens cuius non potest assignari mensura per se. Tum quia talis respectus primo mensuraretur euo: patet quia non dicitur beatificus nisi vt supernaturalis. ¶ Secundo arguitur quia actus beatificus dicitur simpliciter supernaturalis: quia primo ⁊ principaliter ab agente supernaturali ergo vt sic primo ⁊ principaliter mensuratur euo non autem vt est ab agente naturali.

¶ Respondeo quod actus ille dicitur beatificus ex hoc ꝙ terminatur ab obiectum beatificum: non autem ex hoc ꝙ est ab agente supernaturali: vt patet a Doc. in primo di. I. et vt sic mẽsuratur euo: quod modo ille actus sit ab agente supernaturali siue naturali non refert: quia mensuratur euo: vt precise est talis actus cui accidit sic vel sic produci: quia tamen in eodem instanti habet esse tam ab agente supernaturali quam naturali: ideo sequitur quod ita erit mensurat⁹ euo: vt est ab agente naturali sicut a supernaturali: ⁊ sic respectus naturalitatis non tollit a tali actu qui mẽsuret̃ euo — Rñsio.

Contra secundam arguitur sic primo: intellectio angeli potest intendi ⁊ remitti vt patet a Doc. in. I. di. 3. q. 7 i. 2. di 42. ergo potest acquiri ꝯtinue secundũ intẽsionem: ergo talis acquisitio intensiue mensurabitur tẽpore. ¶ Secundo omnis forma mensuratur tempore continuo que continue ⁊ successiue acquiritur: sed intellectio angeli que intensiue acquiritur est huiusmodi. quia ipsa producta in aliquo instãti per tempus immediate sequẽs potest intendi successiue ergo.

¶ Tertio pono quod intellectio lapidis fiat ab angelo in instanti eui correspondente instanti temporis nostri: quod dicatur. a. ⁊ in alio instanti eui fiat intellectio ligni: quero cui respõdebit in tempore nostro: aut instanti cui correspõdet primum instans eui: aut instanti immediato: aut instanti temporis nostri mediato. Non primo quia duo instantia eui quorum vnum succedit alteri non possunt correspondere vni instãtis tempori nostri. Non secũdo quia tunc darent̃ duo instãtia imediate in tpe nostro. Non tertio: q: tũc oporteret angelũ quiescere per aliquod tempus i intellectiõe lapidis ꝙ videt̃ incõueniẽs. ergo correspondebit tẽpori immediate istanti tẽporis cui correspondebat primum ĩstans eui. ergo intellectio ligni acquiritur successiue et per consequens in tempore. Respondeo ad primum quod si gradus intensionis forme sint diuisibiles in semper diuisibilia: vt quidaꝫ tenent quod talis intellectio poterit acquiri per motum ⁊ successiue ⁊ sic mensurari tempore nisi dicatur supple quod motus ille quo intensiue acquiritur sit vere successiuus: ⁊ sic mensuretur tempore: licet intellectio acquisita mensuretur euo: cum habeat eundem modum existendi. sicut existentia angeli. Dico tamẽ quod motus proprie secũdũ philosophũ sit siue causat̃ ex diuisibilitate vel subiecti mobilis vel spacii alicui⁹ vt patet a doc. ĩfra. q. 9. ⁊. i quol. q. II. ita ꝙ partes talis diuisibil; vere cõtinuãtur alio ⁊ alio

indiuisibilis:modo forma vt precise accepta secundum: intẽ
sionẽm:⁊ si habet gradus:non tamen partes:⁊ positio etiã
quod quilibet gradus sit diuisibilis in infinitũ:non tamẽ cõ
stat ꝙ vnus continueꝛ alteri ꝑ aliquod indiuisibile : qꝛ tale
nón videtur posse assignari:⁊ quõ dicatur motus intensio=
nis patebit infra. Si vero dicatur ꝙ quilibet gradus inten
sionis sit indiuisibilis intensiue:si acquiritur in subiecto in=
diuisibili:acquisitio secunduz vnum gradum mensurabitur
instãti eui:vel correspondente vni instanti temporis nostri :
vel alicui parti temporis nostri. Exemplum primi:si intelle
ctus angeli quiescat ꝑ horam sub priuatione intellectionis
lapidis poterit in instanti eui correspondente vltimo ĩ instã
ti illius hore esse sub intellectione lapidis. Exemplum secũ
di si quiescat etiam in vltimo instanti illius hore:tunc ĩ istã
ti eui correspondente tempori immediato ad vltimum in=
stans hore poterit esse sub intellectione lapidis: vnus gra=
dus intensionis:⁊ si post intendatur secundum alium gra=
dum:adhuc in instansti eui correspondente instanti tempo=
ris nostri:vel alicui parti tpis nostri poterit esse sub secũdo
gradu. Exemplum primi. Si primus gradus acquiratur
in instanti temporis nostri.secundus gradus non acquiriꝛ ĩ
instanti immediato:sed vel in tempore immediato: vel ĩ in=
stanti mediato:⁊ si acquiritur in instanti mediato : oportet
quiescere per tempus inter medium. Si vero primus gra=
dus acquiratur in instanti correspondente tempori nostro:
secundus gradus poterit acquiriri in vltimo instanti illius
temporis:⁊ tertius gradus poterit acquiri in tempore ime
diato:vel in instanti vltimo illius temporis::⁊ tunc oportet
quiescere per illud tempus medium ⁊ sic de aliĳs gradibus
si successiue acquirantur:sed nunquid potest continue intẽ=
di.puta vsq₃ ad octo gradus : ita quod nulla quies media=
vel quasi quies interponatur? Dico quod si acquirantur oc
to gradus in. 8. instantibus eui sibi inuicem succedẽtibus
tunc oportet sic ponere:quod primum instans eui correspõ
deat alicui instanti temporis nostri:⁊ secundum instãs eui
alicui parti temporis immediate sequentis:⁊ tertiũ vltimo
instanti illius temporis:⁊ quartuz instans aliĳ parti tempo
ris immediate sequentis vltimum instans alterius partis :
⁊ sic deinceps Si vero primum instans eui correspõdeat
alicui parti temporis. Secundum instans eui correspõde
bit vltimo instanti illius temporis: ⁊ tertiuz instans eui cor
respondebit tempori immediate sequenti:⁊ sic deinceps .
Et hoc modo euum continuatur cum aliquo toto tempo=
re nostro:non enim quando instantia eui continuantur tem
pori nostro puta vnius hore correspondent precise diuersis
instantibus illius hore . quia non immediatis vt pater:nec
mediatis:quia tunc in tempore medio esset quies:⁊ sic ĩter
duo instantia eui esset quies media correspõdens tempori
nostro medio inter illa instantia quibus correspondent in
stantia eui:vnum ergo instãs eui correspondet precise vni=
instanti temporis : ⁊ secundum instans eui tempori imme=
diato. Nec valet dicere quod quilibet gradus est acquisibi
lis in instanti.ergo non potest acquiri in tempore.quia vt di
cit doctor in tertio dist.3.anima virginis potuit esse in pec
cato precise per instans : ⁊ in tempore immediato sub gra=
tia que tamen est indiuisibilis:aliter daretur instans imme=
diatum instanti. Et quanuis quilibet gradus sit producibi
lis in instanti:ita quod agens circa passum dispositum po=
test in instanti producere gradum. Si tamen producit plu=
res gradus.⁊non in eodem instanti . si in tali productione
nulla mediet quies necessario habet producere primum in
instanti : ⁊ secundum in tempore immediato: vel si pri=
mum in tempore:secundum producet in vltimo instanti il=
lius temporis:⁊.tertium in tempore immediato:vt dixi su=
pra. Et hoc non est ex deffectu agentis:neque passi:quia si
cut agens potest producere vnum in instanti : ita alium in
alio instanti:⁊ similiter sicut passum potest recipere vnum
in vno instanti : ita alium in alio instanti: siue mediato:siue
immediato:sed repugnantia est:quia vnum instans tempo
ris nostri nullo modo potest esse immediatum alteri instan
ti. Si loquamur de intellectione nostra et ponamus quod
acquiratur intensiue in tempore.pariformiter est dicenduz
videlicet vel quia oportebit quiescere per aliquod tempus
puta si in instanti acquirat primus gradus indiuisibiliter
⁊ in tempore immediato acquireretur secundus gradus in
diuisibiliter:in vltimo instãti illius temporis acquireretur
tertius gradus indiuisibiliter : ⁊ sic continuatur talis suc=
cessio:non tamen per motum aliquem:cum ibi nihil acqui=
ratur partibiliter:nec ex parte subiecti.est diuisibilitas:nec
ex parte forme:cum non sit ibi partium diuisio propter quã
fit successio in motu:quia cõtinuum indiuisibile habet par
tes copulatas per aliud ⁊ aliud ĩdiuisibile:vt patet de quã
to moli. Modo gradus forme si ponantur indiuisibiles nõ
continuantur adinuicem:quia non continuatur indiuisibi=
le continuans eos:vt patet . Si ibi non est proprie motus
cum continue acquiritur intensiue intellectio secundũ aliũ
⁊ alium gradum:quomodo talis acquisitio continua men=
suratur tempore. Cum tempus sit mensura motus. Dico
quod proprie non mensuratur tempore intrinseco : licet fi=
at in tempore vniuersali:sicut ponendo quod deus in instã
ti.a.creet vnam animam:⁊ immediate post ipsam annihilet
talis annihilatio fit in tempore immediato ad instans crea
tionis:et tamen non mensuratur tempore: licet correspon=
deat: tempori nostro. Sic in proposito multa eniz fiunt in
tempore:idest non in instanti:que tamen non mensurantur
tempore. Solus enim motus proprie mensuratur tempo=
re. Si dicatur:si gradus secundus non mensuratur tempo
re proprie : ergo nec primus gradus : siue productio illius
non mensuratur instanti temporis . Concedo quod nõ per
se mẽsuratur ĩ instanti temporis:quia omne tale est aliquod
mutatum esse:quod vel est principium vnius partis motus
⁊ finis alterius : vel est tantum finis: sicut est vltimum mu=
tatum esse alicuius motus.

¶ Ad secundum patet ex supradictis. Ad tertiũ similiter ad.2.⁊.3.
patet. Dico enim quod tale instãs eui correspondet tempo
ri immediate sequenti:posset etiam correspondere instanti
mediate sequenti : si quiesceret per tempus inter medium
que omnia bene nota et pondera.

Contra tertiam conclusionem arguitur sic:primo secũ
dum qualitatem.puta secũdum qualitatẽ que p.3.q.ar
est caliditas nata est fieri alteratio in tempore:⁊ tamen ip= gu.1. vere
sa caliditas non mensuratur tempore :probatur ⁊ pono qđ ingemosu
punctus de genere quantitatis possit in tempore alterari
secundum caliditatez:vt patet a doc.in secundo dist.2.q.9.
⁊ tamen ista alteratio non mensurabitur tempore : nec per
consequens ipsa caliditas acquisita ĩ puncto. Nam omnis
alteratio que tempore mensuratur est successio continua.
Quero vnde fit ista successio? Non a puncto cum sit simpli
citer indiuisibilis:ideo non potest prius secundum vnã par
tem alterari:⁊ posterius secundum aliam:non ratione cali=
ditatis:qꝛ vt acquiritur in puncto non habet partes ⁊ par=
tes que continuentur adinuicem: cum hoc sit tantum ratio
ne quantitatis continue:⁊ in puncto nullo modo est quan=
titas:ergo successio erit p̃cise.quia nata est acq̃ri ĩtẽsiue in pũ
cto et gradualiter. Et tunc quero an illi gradus sint diuisi=
biles aut indiuisibiles:non primo quia si vnus gradus cali
ditatis intensionis sit diuisibilis ĩ infinitum:tunc quilibet
gradus esset infinitus intensiue:quia includeret infinitas ꝑ
fectiones cum quolibet in quos diuiditur dicat perfectio=
nem aliquam. Nec valet dicere vt aliqui dicunt quod si di=
uideretur in infinitum quorum quilibet esset equalis per=
fectionis esset infinitus intensiue sed quilibet minor est mi
noris perfectionis: ⁊ patet exemplum de quanto continuo
quod est diuisibile in infinitas partes quarum quelibet di=
cit aliquam perfectionem:⁊ tamen non est infinitum inten=
siue. Dico ꝙ non est simile de quanto extensiuo:quia si po=
natur intensum vt duo.ita erit in toto sicut in qualibet par=
te:si ergo sit diuisibile in infinitas partes extensiue . tamen
omnes ille partes precise includunt vnum gradum perfe=
ctionis: sicut etiam patet de albedine extensa que intensiue
est ita perfecta in minima parte sicut in tota. Sed nõ esset
sic de gradu perfectionali quia si esset diuisibilis secundum
intensionem in infinitum maior perfectio esset in eo intensi
ue q̃ in alia in quo diuiditur. Et sic non videtur quod qui=
libet gradus caliditatis sit intensiue diuisibilis in infinitũ:
sed ꝙ quilibet sit diuisibilis:⁊ hoc concedatur:ergo calidi=
tas illa nõ est nata acquiri in puncto successione continua:
patet quia illi gradus sunt indiuisibiles ⁊ nõ continuantur
adinuicem.quia continua sunt quoꝝ vltima sunt simul.in=
diuisibile non habet vltimum vt patet:⁊ vltra oporteret ĩ=
uenire aliud indiuisibile ꝯtinuãs qđ si p̃ncipiũ vniꝰ gradus
⁊ finis alteriꝰ.ergo calor in puncto nõ potest acquiri motu
continuo ⁊ successiuo : ⁊ si acq̃riꝛ eodẽ modo acquiriꝛ sicut
ĩtellectio intensiue acquiriꝛ vt dixi supra. ⁊ tñ est forma ſm
Doc. ſm quã nata ẽ eẽ successio ⁊ mẽsuraꝛ tẽpore vt ĩ pun
cto acquiritur. Nec valet dicere ꝙ si punctus esset separa=

tus a quantitate non posset sic alterari quia indiuisibilis: patet: quia nec angelus potest calefieri qꝛ huiusmodi qualitates nate sunt recipi in quanto. Dico quod non est simile quia angelo repugnat quia spiritus: omnis forma corporalis cuiusmodi est omnis forma cui non repugnat extē sio quantitatiua non sic repugnat puncto de genere quantitatis: ꝙ saltem in ipso acquiratur intēsiue lȝ nō extensiue.

Argu.2. ¶ Secundo arguitur: quia quantitas est forma secunduȝ quā potest fieri successio: vt patet: quia diuisibiliter potest acquiri ⁊ tamen non mensuratur tempore: nec instanti temporis: primum patet: quia talis ab agente perfecto potest in instanti induci in passum: ergo sicut eius inductio nō mē suratur tempore: multominus nec eius esse: ⁊ tamen ponit a doc. mensurari tempore: quia in passo potest successiue acquiri. Secundum patet: qꝛ quod mensuratur per se instāti temporis ponitur per se terminus ⁊ hoc vel vltimus vel inter medius alicuius successionis: exemplum de vltimo mutato esse ⁊ de mutatis esse inter medijs hoc patet a Doct. vbi supra: sed talis acquisitio non est per se terminus mot⁹ vt patet: ergo non mensuratur instanti temporis: nec similiter quantitas acquisita subito mēsuratur instanti temporis: quia non acquiritur per aliquod mutatuȝ esse quod sit per se termin⁹ motus.

Ad.pmū. ¶ Respondeo ad primū ꝙ si teneatur: ꝙ gradus forme intensibilis sit indiuisibilis intensiue: ⁊ quod punctus possit alterari secundum aliquam qualitatem: quod talis alteratio continua: secundum alium ⁊ alium gradum non mensurabitur tempore proprie nec per consequēs qualitas acquisita. Et tunc dico ꝙ conclusio doc. debet intelligi de forma que per motum acquiritur: quod fit quando qualitas producitur ab agente naturali in aliquo quanto diuisibili secū dum partes quia illud quantum prius secundum vnam partem alteratur ⁊ posterius sm aliam: acquiritur enim extensiue in illo quanto ⁊ sic per motum: quia ergo eius motus mensuratur tempore ita potest concedi: quod etiam talis q̄litas mensuretur tempore: precise enim dicitur mensurari tempore: quia motus quo ipsa acquiritur mensuratur tempore per se: quia vero in puncto non acquiritur per motum ideo non mensuratur tempore proprie. ¶ Dico secundo: ꝙ omnis forma que quantum est ex parte sua nata est acqui

Ad.2. ri per motum licet actu non acquiratur per motum mensuratur tempore saltem potentiali: quia tāto motu nata esset acquiri in aliquo quanto. ¶ Si volumus etiam dicere ꝙ per se mensuratur tempore actuali saltem extrinseco: potest concedi absolute quod omnis forma que nata est acquiri p motum: licet etiam in instanti acquiratur mensuretur tempore quia forte non videtur alia mēsura posse assignari. Ex hijs patet responsio ad secundum argumentum.

Cōtra quartā conclusionem instatur

Primo ignis generat ignem ergo potest ipsum conseruare antecedens patet: consequentia probatur: qꝛ non maior virtus requiritur in conseruando q̄ȝ in generando: patet: quia conseruare rem est eandem producere vel eadem productione continuata: qua in primo instanti fuit producta vel alia

2 pductione: vt supra patuit. q.1. pn̄tis distinctiōis. ¶ Scdo qꝛ minus videtur ꝙ ignis pducat ignē d nō eē ad eē q̄ȝ ꝙ eūdē ignē positū i esse in aliquo istāti ponat i tpe imediate sequenti: patet hoc: quia in generando ipsum requiritur maior virtus: cum transeat de non esse simpliciter ad esse simpliciter: sed in conseruando non sic transit vt patet. Tū etiam qꝛ trāsire a nō esse simpliciter prius natura positiue est maioris virtutis quam transire a. non esse tm̄ negatiue: hoc patet: sed generando reȝ transitur a. non esse simplicit' pus natura positiue: ⁊ conseruando tantum transitur a nō esse prius natura tantum negatiue quia talis negatio actu non inest: sed nisi preueniret a causa ponendo ipsam rem inesse tunc actu inesset ergo. ¶ Tertio instatur: ⁊ pono quod de⁹

3 in tempore a. creet ignem: ita quod precise creet ipsum i tē pore immediato ad aliquod instans: ⁊ in instanti immediate sequēti ipsum conseruet. Certum est ꝙ in tempore illo dicitur tantum creari: quia vt sic transit immediate a nō esse ad esse: ⁊ in instanti immediate sequenti dicitur conseruari vt patet. Hoc casu posito arguo sic: sit ignis approximat⁹ perfecte igni creato: potest illum eundem ponere in illo instanti sequente imediate illud tempus: ergo ⁊ conseruare: consequentia patet. ans probat: qꝛ si in illo instanti ignis ille non esset: ⁊ ignis generans esset perfecte approximatus materie posset illū generare ergo ⁊ nunc conseruare.

¶ Quarto instatur sic aliquod agens creatum potest ali- 4.
quem effectum corrumpere in illo instanti vel tempore in quo conseruatur ergo precise in illo instanti vel tempore potest ipsum pseruare: pn̄tia cū antecedente videtur nota.

¶ Quinto instatur. quia conseruare rem est ipsam post pmum instans in quo primo accipit esse poneri in esse. ⁊ hoc vel actione cōtinuata vel alia ⁊ alia actione vt patet supra 5.
presēti di. q.1. ⁊. q.12. quoli. sed sunt multa agentia que sic se habent: vt pȝ de intellectu qui continuat intellectionem circa obiectum per horam ita quod illa posita in aliquo instanti continuatur per tempus imediate sequens. Hoc idē patet de voluntate que continuat volitionem. Hoc idem d sole q̄ ptinuat lumē ꝗ: ista ñ tm̄ dpēdēt ab agēte nāli tātum 6.
p illo instanti i quo primo accipiunt esse. ¶ Sexto istatur probando ꝙ nō tm̄ post primū istans i quo res generat' dependeat a deo ⁊ conseruetur ab ipso. patet qꝛ agēs naturale in illo tēpore quo dicitur immediate conseruari a deo potest illam destruere. Et pono casum qd ignis in instanti. a. generetur ⁊ in tempore imediate sequenti sit aqua (vt in cō possibilis saltem virtualiter) perfecte presēs igni genito ergo in illo tempore poterit aqua ipsū imediate corrūpere: si 7.
sic ergo non immediate cōseruatur a deo. ¶ Septimo patet per Doc. in. 4. di. 12. vbi vult quod ignis non tm̄ causat i se aliquos gradus caloris sed ēt cōseruat eos vide ibi

¶ Respōdeo ad oēs istas instantias premittendo aliqua.

Primo quod aliud est loqui de substātia genita q̄ hȝ esse p se existens extra suā causā: ⁊ aliud est loqui de re genita nō hn̄te per se esse exn̄s vt accidens. quia pmo modo talis res nata est precise dependere a cā particulari pro illo instanti quo accipit esse: vt patet de Francisco genito a Johāne q̄ precise dependet a Joāne pro illo instāti in quo generatur a Joāne. Sed secundo modo sunt aliqua accidētia que p cise hn̄t esse quādiu continuantur in esse a causa particulari: vt patet de illuminatione ⁊ intellectione. ⁊ volitione que dum causantur a causa particulari sunt: dum non causantur non sunt. Et loquor de communi lege quia bene deus posset conseruare aliquam intellectionem causatam a causa particulari puta ab aliquo itellectu creato: ipsa causa pticulari amplius non concausante.

Responsio ad oēs istātias cū aliqbus pābulis.

¶ Secundo premitto quod conclusio Doc. tantum intelligitur de substantia perfecta hn̄te esse per se existens: quia talis tm̄ dependet a causa particulari pro illo instanti quo generatur a tali causa. Unde sic dicit. Concedo igitur qd pmū eē substātie gn̄abilis iquātū cōcomitat' mutationem pprie dictā mēsurat' istāti. sȝ nō seqt' vltra ergo eē habituȝ post illd istās mēsurat' tpe: qꝛ i pmo istāti pparat' illd eē ad particularem generātem a qua est et post illud instans non habet dependentiaȝ ad illam causam particularem generantem. sed tantum ad primam causam conseruantem et tunc habet habitudinem vniformem ad illam causam conseruantem sicut esse angeli. hec ille. ¶ Ex hijs patet respōsio ad instantias. Ad primam negatur consequentia: ad pbationem dico quod in conseruando substantiam requirit' maior virtus quā in generando tantū: patet quia in conseruando est simpliciter maior dependentia ipsius conseruati ad causam conseruantem. Et licet causa particularis pro q̄cunq̄ȝ instanti posset eandem substantiam generare: si esset approximata eidem passo ⁊ omni impedimento ammoto: tamen postq̄ȝ genita est non potest eandem prius genitā ponere in esse nec actione continuata nec alia ⁊ alia actione. Et licet etiam possit eam corrumpere in aliquo instanti: nō tamen sequitur vltra qd possit conseruare: sed si aliquid sequitur forte tantum sequitur quod potest eam generare: sed postq̄ȝ genita est nō habet vltra ifluentiam aliquam circa eam quantum ad suum esse. Et per hec patet responsio ad quattuor primas instantias ⁊ similiter ad sextam

¶ Ad alias de intellectione volitione illuminatione et de calore ignis: concedo quod conseruantur a causa particula in eo tamen modo quo causa secunda nata est cōseruare suum effectum continue. s. causando illum.

Titul⁹.q. exponitur

Quinto circa secūdā partē huius distinctionis: vbi tractat Magister vbi angeli fuerunt creati. Duo principaliter querūtur a doc. primo vtrū angelus sit in loco. Et hic non queritur de loco circumscriptiuo: quia angelus cum sit spiritualis: ⁊ indiuisibilis non potest circumscribi: sed de loco diffinitiuo: siue presentiali: ⁊ est sensus an essentia angeli sit presens alicui loco: puta in secundum se possit esse presens soli: vel lune: vel monti vel lapidi. Secundo vtrum angelus requirat determinatum locum: ita ꝙ nec in maiori nec in minori possit esse: sed precise in tanto loco. Et includit vtrum possit esse in loco punctuali: et

Expō lr̃e vtrum in quantocunq; magno loco: ⁊ in quantocunq; puo

¶ Ad primam questionem dicitur. Hic doctor primo recitat duas opiniones quas improbat. Secundo principaliter respondet ad questionem primam. Prima opinio est sancti Tho. pria parte summe. q.52. arti.1.⁊.2. qui dicit ꝙ angelus precise est in loco per operationem ⁊ nullo modo ꝑ essentiam propriam ⁊ probat per auctoritates damasceni que postea soluentur.

Contra hāc positionem est articulus

damnatus ⁊ excommunicatus ab episcopo parisiensi. Nec valet dicere ꝙ excommunicatio non transeat mare nec diocesim. Si tamen fuit articulus condemnatus sicut hereticus vbique est condemnatus sicut hereticus: non auctoritate diocesani tantum: sed etiam auctoritate Pape. Extra de hereticis capitulo ad abolendam: vel saltem sententia est suspecta quando in aliqua vniuersitate solemniter est damnata.

¶ Ibi alij autem nolentes verbo suspecto vti videlicet angelū esse in loco per operationē ⁊c. Hec est opinio Goth. quolibe.8.q.13. Ista opinio dicit quod angelus est in loco: puta in aliquo monte tantum per applicationem ⁊ non per presentiam sui. Sed hec opinio dicit idem quod prima opinio: vt patet: quia aut applicatio illa est actus primus: aut secundus. Non primus vt patet. Nec secundus immanēs cuiusmodi est intellectio: ⁊ volitio angeli: quia sicut existentia angeli abstrahit a loco ita et operatio intrinseca: aut talis applicatio est actio transiens ⁊ sic dicit idem quod prima opinio quod est in loco: puta in monte per actionem trāseuntem circa montem.

¶ Ibi. Contra conclusionem huius opinionis. Hic doct. probat quod angelus non dicatur esse in loco per operationem: puta: quod non dicatur ex hoc esse in monte tanquam in loco diffinitiuo: quia ibi operatur operatione trāseunte. Et in probatione quā facit doctor reducit Tho. ad contradictionē: quia Tho. in .q. illa an de⁹ sit vbiq;: probat quod sic per hoc: quia ſm philosophū.7. phi. t.c.46. mouens est simul cum moto: ⁊ potest mouere om̄e mobile: ergo est in omnibus ⁊ presens omnibus: quero quid intendit ꝑ hoc concludere aut esse presentem omnibus: id est mouentē omnia ⁊ tunc est petitio principij: pꝫ: q2 idē est ꝓncipiū ⁊ ꝯclusio: Nā ꝓncipiū per qd intēdit probare deū eē p̄sentem oībus: est: quia mouet oīa ⁊ hoc est conclusio. Et vltra nihil est ad propositū: q2 intēdit probare īmensitatē dei ſm quā de⁹ est presens omnibus: aut intendit concludere illam presentiā q̄ competit deo inquantū immensus: ⁊ tunc ex operatione alicubi ſm ipsum sequitur presentia illa que pertinet ad immensitatem diuinam que est dei inquantū dei: ita ꝙ prius naturaliter erit p̄sens inquantū immēsus q̄ inquantū operans: q2 immensitas illa cōpetit deo inquātū deus ⁊ cōcludit ꝙ sit in omnib⁹ per operationē tantum a posteriori: igitur a simili in proposito prius naturaliter angelus est p̄ns alicui loco ſm essentiā q̄ sit p̄sens ſm operationē. ¶ Ibi. Confirmat̄ ratio: q2 minus videt̄ de deo. ⁊c. Hec ratio concludit ꝯtra Tho. q2 ponit deū esse presentē in se vbi opatur Et ratio stat in hoc: si deus cū sit virtutis infinite non agit circa aliquod passum nisi sit sibi p̄sens: a fortiori angel⁹ nō poterit operari circa aliquod si nō sit p̄sens secundū essentiam. Sed an deus possit opari circa aliqd passum vbi nō esset p̄sens est alia q̄stio. Et de hoc. vide doc. in primo di.37. sed de facto sic est ꝙ nō operat̄ circa aliqd cui perfecte nō sit presens cum sit in omni re per illam presentiam

¶ Ibi. Confirmatur etiam quia si actio aliqua ⁊c. Hec ratio concludit contra Tho. quia ponit quod mouens est simul cum moto: ⁊ ideo si mouet immediate est presens siue simul cum moto. Pro clariori noticia pono talem casum quod angelus moueat lapidem: quero tunc aut motio illa que recipitur in lapide recipitur immediate ab ipso angelo: ⁊ sic erit āgelus presens ipsi lapidi: aut recipitur mediate: ita quod prius recipitur in alio corpore immediate a virtute angeli: ⁊ tunc ipse angelus erit presens secundū essentiam illi alij corpori: aut erit processus in infinitum.

Exēplum pulchrum ꝓ intellectiōe lr̃e Doc.

¶ Ibi secundo sequitur hic Doc. deducit Tho. ad manifestum inconueniens: vꝫ ꝙ angelus aliquando immo frequenter nusq̄ erit: patet quia in celo empireo non operatur operatione transeunte: cum tale corpus sit simpliciter immobile: et per consequens dum est in celo empireo non est in aliquo loco: quia tantum est in loco per te per operationem immo angelus nunquam erit in celo empireo: quia ibi non potest esse nisi sit ī loco: ⁊ tamen ad placitum suū est in celo illo. ¶ Ibi. Item si tanseat de celo ad terrā ⁊c. Supponēdo ꝙ angelus dū transit de celo empireo ad terram non operetur in locis intermedijs: ergo transeundo illa media ⁊ ibi non operando erit presens illis locis ꝑ suā essentiam ⁊ non per operationem cum ibi non operetur.

¶ Ibi. Preterea tertio si angelus est in loco per operationē. Per hanc rationem Doc. deducit opi. ad hoc inconueniens: videlicet ꝙ angelus primo esset in toto celo tanquā in loco: patet quia simul mouet totū celum primo eni totum mouet: celū enim est ita proportionatum illi ꝙ si adderetur vna stella moueret cū labore ⁊ pena ſm phūm.2. celi ⁊ mūdi. t.c.71. Si dicas ꝙ primo mouet aliquā vnam partem: ⁊ ibi est: ⁊ per motum illius partis mouet aliam partē quasi īpellādo vel trahendo. ¶ Ibi. Cōtra hoc licet phūs imaginetur illū rusticū habere caput ⁊ pedes ī polis ⁊ brachia extensa ab oriente vsq; in occidētē vt pꝫ.2. celi ⁊ mūdi tex. com̄.14. ſm veritatē tn̄ si celū primū ponat̄ mobile ⁊ non q̄escēs nullus punct⁹ ē in celo magis oriēs q̄ ali⁹ sꝫ q̄libet est oriens successiue ⁊c. Hic Doc. intendit ꝓbare ꝙ angel⁹ qui mouet celum aliquod nō est primo in aliqua parte ita ꝙ primo moueat adequate vnam partem: vt puta quod si in oriente vel occidente quia cum celum semper moueatur sequitur quod quelibet pars successiue potest esse oriens ⁊ occidens. exemplum.

¶ Nam pars primi mobilis que in mane oritur nobis: in vespere occidit. ⁊ illa que vespere occidit: mane oritur nobis: ergo non mouet primo: idest adequate aliquam partē Et si diceretur quod quando mouet partem orientalē prio. mouet etiā eandē primo quando occidit: ⁊ sic sequeretur ꝙ angelus moueretur per accidens: patet quia moueretur ab oriente in occidens ad motum illius partis cui esset applicat⁹ ꝑ operationē. Si ēt diceret̄ ꝙ primo mouet partē dextrā ipsius celi. hoc patet esse falsum: quia ibi nō est dextrū neq; sinistrum nisi secundū ymaginationem philosophi vbi supra de illo rustico athlāte. In nulla ergo parte potest poni angelus primo ex hoc ꝙ primo illam partem moueat.

vide quō ī celo non sūt dextrū ⁊ sinistrū.

¶ Hoc etiam cōfirmatur: quia si esset in aliqua parte quasi quiescens per se: motus tamen per accidēs: sicut nauta in naui per accidens mouetur ad motum nauis: ita quod angelus semper circunferretur cum illo motu videretur incōueniens talem motum attribui angelo mouenti orbē. Nec etiam potest poni quasi quiescēs per se patet. quia semper mouet partem sibi presentem: ⁊ sic non quiescit ibi: neque assignatur alius locus in quo quiescat: quia angelus semꝑ existit in aliquo: inquantum illud est motum ab ipso angelo nec per consequens potest dici per se quiescens.

¶ Ibi preterea illud quod est ratio angeli existendi in loco est in eo formaliter alioquin angel⁹ nullomodo erit formaliter ī loco: patet ista propositio quia sicut ratio formalis locandi aliquid est in loco formaliter siue in locante: sicut superficies est formaliter in corpore locante: que ē ratio formalis fundamentalis tamen locanti ipsi corpori: sic pariformiter erit de ratione formali qua passiue aliquid locatur sicut superficies in corpore locato. Sed operatio angeli transiens in corpus non est in angelo formaliter: patet: quia est in illud corpus puta quod mouet siue circa qd operatur. ¶ Ibi preterea illa operatio est commensuratiue in loco per accidens. igitur si per eam angelus est in loco ⁊ nullo alio modo est ibi commensuratiue: quod est fal

sum. Aduerte quod cum dicit de operatione que est in loco commensuratiue ⁊c. sic debet intelligi quod cum angelus mouet lapidem de loco ad locum: talis lapis mouetur circunscriptiue de loco ad locum: quia acquirit locum circunscriptiuum: ⁊ motio angeli que est transiens in talem lapidem: ⁊ sic sicut lapis est circunscriptiue in loco per se: ita omne quod est subiectiue in lapide/ erit circunscriptiue in loco per accidens. ergo si angelus est in loco ꝑ talē motionem. sequitur quod erit in loco per accidens circunscriptiue.

¶ Ibi preterea Dam. hic ꝓbat auctoribus Dam. ⁊ Grego. ⁊ Aug. quod angelus sit in loco per essentiam ⁊ non ꝑ operationem quia auctoritates sunt clare in littera.

Ad q. igitur soluendam Primo videndum est de loco corporis: cuilibet enim corpori preter vltimum cuius non est aliud extra continens: scilicet conueniunt. Primo esse in loco actuali: ⁊ est quando actu facit distare latera continētis. Secundo in loco determinato: quia equali: scilicet. a quo non excedatur nec ipsum excedat loquendo semper de loco proprio. Tertio est esse in loco commensuratiue quod est quando locatum correspondet toti loco: ⁊ pars locati parti determinate ipsius loci: vt exponit Doct. in quarto dist. 10. q. 1. art. 2. Quarto quod sit in loco determinato: scilicet hoc vel illo: qđ est veruz naturaliter: quia corpus ē sic in loco commensuratiue quod simul non potest esse in alio supernaturaliter simul posset esse ī pluribus locis commēsuratiue vt ostendit Doctor in. 4. Distin. 10. q. 2. Quinto eē in loco naturaliter vel violenter: ⁊ hoc non ratione loci simpliciter: sed ratiōe qualitatis vel alicuius īexñtis ipi loco. Et ideo Doctor in quarto distict. 44. q. 2. dicit quod nullum vt locans est locato disconueniēs q2 nisi aliud corpus est sibi conueniens hec ille: ⁊ hoc non est ratione superficiei: sed quia conseruatiuum vel disconueniens nature locati propter qualitates contrarias. Ideo dicit Doctor ꝙ hoc quantum conuenit locato inquantum est corpus naturale quod inclinatur naturaliter ad talem locum conseruatiuum ⁊c. Alie quattuor conditiones conueniunt locato siue corpori inquantum precise est quantum non inquantuz quale. Et probat quia licet omne corpus existens sit quale: tamen prius est quantum quam quale ⁊ in tali priori cō ueniunt ille. 4. conditiones: ⁊ probat per philosophum. 4. phisi. t. c. 76. que probatio clara est.

¶ Ibi exponendo autem ista per ordinem Hic Doct. primo exponit primam conditionem locati: ⁊ primo quid sit locus corporis ⁊ assignat diffinitionem Ari. 4. phy. t. c. 41. scilicet quod corpus est vltimum corporis continētis immobile primum: idest ponendo quod aliquod vas sit locus vini adequate: quando est perfecte plenum: tunc vltimum vasis: scilicet vltima superficies vasis que est indiuisibilis secundum profunditatem: vas vero est diuisibile secundum profunditatem: est tamen ipsa superficies in partes superficiei diuisibilis: que partes sunt sup̄ficies: ⁊ in lineas tanquam in terminos. Et hoc est quod dicit Doct. quod precisum continens alicuius est indiuisibile indiuisione qua diuiditur. puta ipsum vas: quod diuiditur in aliam ⁊ aliam profunditatem: vltimum ergo scilicet superficies corporis continentis puta ipsi⁹ vasis continentis vinum tanquam primum locatum sibi adequatum dicitur loc⁹. Et qđ dicit infra ꝙ ista vltimitas non est de ratione loci: sicut est de rōne continentis precise. i. ꝙ ad hoc ꝙ sup̄ficies contineat: nō est de ratione ipsius ꝙ sit vltimum alicuius corporis. quod patet quia si esset separata a corpore adhuc contineret: ⁊ tamen non esset vltimū alicuius: sed ipsamet imediate ⁊ precise continet. Tamē pro iunioribus exponō cuz

Clara expō. Doc. dicit diuisibile eē. s̄m illā diuisionez s̄m quam est diuisibile non potest esse immediate aplicatū alicui vt continens ip̄z i. ꝙ corp⁹ locās s̄m ꝙ ē diuisibile ī ꝓfunditates nō pōt imediate ⁊c. Sequit̄ sed precisum continēs imediate est i diuisibile. s. vltima sup̄ficies continētis corpis q̄ est indiuisibilis diuisiōe. s. qua corpus diuidit̄. Sequitur nihil autē idiuisibile de gn̄e quantitatis per se existit: sed in aliquo diuisibili: p3 de linea q̄ est īdiuisibilis diuisiōe q̄ diuidit̄ sup̄ficies ⁊ corpus ⁊ sup̄ficies est indiuisibilis diuisione qua diuidit̄ corpus: q̄ non possunt per se stare sed necessario sunt in corpore diuisibili. lr̄a sequens clara est: vsq3 ibi. Ultra aūt istā continētiā precisam addit locus imobilitatē qua distinguitur a vase s̄m philosophū. 4. physi. tex. cōmē. 41. Nec immobilitas assignatur ab aliquibus ipsi loco per respectum ad polum articum ⁊ antarticum ⁊ per respectum ad cētrū terre que omnia sunt immobilia.

¶ Ibi. Sed breuiter dico: Hic Doct. primo improbat illam opinionem videlicet quod locus dicatur immobilis ꝑ huiusmodi respectum: quia variato tali respectū non erit immobilis simpliciter. patet: quia secundum illum respectum locus dicitur immobilis. Sed talis respectus potest variari: vt patet. Nam si manus mea actu sit in aere actu faciens distare latera ipsius: tunc illa vltima superficies aeris per te dicit respectum ad polos ⁊ ad centrum mundi: sed illa superficies potest variari: ergo ⁊ respectus fundatus in ea. ⁊ quod possit variari: patet quia si manus recedit ab illa parte aeris: tunc ille aer non est amplius locus nec sic illa superficies actualis cuius latera distant. ergo destructa illa destruitur ⁊ respectus fundatus: ⁊ vltra si destruitur ille aer destruitur omne fundatuz in illo. Et hoc est quod dicit Doctor. Et cum dicit siue locus ponatur absolutum: siue respectiuū: absolutuz pro illa superficie distante que habet respectum ad polos ⁊c. ⁊ illa potest destrui: quia ⁊ substantia cuius est. respectus pro aliquo respectui puta continentis ⁊ ad polos: ⁊ ille similiter potest destrui: vt ꝓbauit

¶ Ibi. Et si dicatur quod est vltimum totius vniuersi. ⁊ licet vt est vltimuz continentis varietur tamen vt est vltimū vniuersi nō variatur. Diceret ista opinio quod locus ideo dicitur immobilis: quia est vltimum siue vltia superficies corporis locātis respectu vniuersi: ⁊ sic vt habet respectū ad vniuersum est immobilis. vt vero habet respectum ad corpus in quo est formaliter puta ad aerem in quo est non est immobilis.

¶ Ibi. Nec hoc saluat hic Doc. improbat hanc secundaz opi. ⁊ probat quod ille respectus variatur siue illa superficies: quia variata parte vniuersi variat̄ ⁊ ipsa: non. n. habet respectum ad vniuersum nisi per partem in qua est.

¶ Ibi. Dico igitur quod locus habet immobilitatem oppositam motui locali omnino: ⁊ incorruptibilitatem secundum equiualentiam per comparationem ad motum localez *Opinio ꝓpria sco.* Hic Doc. ponit opi. propriaz. Et primo probat quod loc⁹ hēt immobilitatē oppositā motui locali. i. qđ non potest moueri localiter. Et ꝙ non moueatur per se localiter ꝓbatur: q2 si locus q̄ dicatur. a. mouetur localiter: recedit ab vno loco ⁊ accedit ad aliū. ergo si. a. recedit a loco. ergo. a. erat ī loco. quero de illo alio loco an moueatur localiter aut nō: si non: ergo nec. a. quia non est maior ratio de vno loco quā de alio. Si sic ergo erat in loco: ⁊ sic processus in infinituz. Hoc idem dico quando accedit ad alium locum: quia si. a. accedit ad alium locum ⁊ non erit simul cum illo alio loco/ quod habet expellere sicut corpus expellit aliud corp⁹ ⁊c. Quod nec etiā moueatur per accidens: quia similiter esset processus in infinitum: quia si dico ꝙ. a. mouetur per accn̄s localiter: recedēdo ab alio loco: ergo fuit in illo loco per accidens: quero de illo alio: vt prius. Et ꝙ locus qui mouet̄ per accidens sit in loco: per accidens probat per simile de similitudine puta fundata ī lapide: q2 cū dicimus similitudo talis mouet̄ localiter per accidēs ad motū lapidis ergo sicut lapis est in loco per se. s. alio ⁊ alio: similitudo per accidens erit in alio ⁊ alio loco: hoc idem dicendum est de loco si mouetur per accidens. Et addit Doct. ꝙ si locus possit moueri localiter ꝙ tunc quiescens posset moueri localiter: nam ꝙ habet alium ⁊ alium locum successiue localiter mouetur fixum autem posset habere alium ⁊ alium locum continentem si moueretur locus per accidens. Si dicatur posito quod vltima superficies celi sit locus istorum inferiorum ⁊ celum semper mouetur: ergo ⁊ superficies existēs in eo mouetur ꝑ accidens quia motis nobis mouentur omnia que in nobis sunt sicut etiam conceditur de similitudine ꝙ mouetur per accidens ad motum subiecti. Dico breuiter ꝙ hoc est inconueniens de loco: siue loquendo de loco materiali. s. superficie: siue de loco formali. s. de ip̄o respectu locantis ad locatum: quia est inconueniens dicere locuz esse in loco siue per se siue per accidens sed non est sic inconueniens ꝙ similitudo sit in loco per accidens: ⁊ hoc patet: q2 si esset in loco per accidens: tunc quiescens posset moueri localiter: quia omne quod est in loco potest localiter moueri de loco ad locū: sed locus inquātū locat siue vt h3 rationē loci ē fix⁹ siue q̄escit nō enī locus vt locus mouet̄ ad locabile: sed bn̄ locabile mouet̄ ad locum acquirendo aliam et aliā partē loci: quia locabile facit actu latera cōtinentis di

ftare:licet enim aqua continue moueatur circa palum fixuȝ
in aqua:non tamen conceditur quod locus qui locat paluȝ
moueatur localiter:sed tantuȝ palus mouetur localiter per
se ⁊ contenta in illo per accidens mouentur.
¶ Ibi secundum probo. Hic Doc. probat quomodo locꝰ
est incorruptibilis ⁊ dicit duo:primum quod in se est corru
ptibilis:secundum quod est incorruptibilis per equiualen=
tiam. Et ad hoc videndum supponit primo quod locus po
test accipi tripliciter:primo pro corpore locante:vt aere: se
cundo pro superficie vltima corporis locantis:tertio ꝓ re=
spectu fundato in superficie locantis ⁊ terminato ad ipsuȝ
locatum:qui respectus est quedam relatio locantis ad loca
tum:⁊ talis respectus dicitur locus formalis siue vbi for=
male:vt patet a Doc. in quarto distinctione. 49. ⁊ in tertio
Similiter locatum potest accipi tripliciter:primo pro ipsa
re locata. secundo pro vltima superficie rei locate. tertio ꝓ
relatione passiua ipsius locati passiue ad locans actiue.
Hoc supposito dico quod locus pro respectu est corrupti=
bilis in se:vt patet:quia si locatum recedit similiter ⁊ talis
respectus corrumpitur. Similiter locus secundo modo:sci
licet pro vltima superficie locantis actuali corrumpitur:qꝛ
recedente corpore ab aere amplius non est illa vltima sup=
ficies actualis:cuius actu latera distent ⁊ sic corrumpitur.

Dubiū in lr̄a doct.: dubiuȝ. I.

¶ Circa hanc literam occurrit aliquod dubiuȝ specialiter
circa hoc quod dicit doc. quod locus formaliter acceptus
.s. pro respectu locātis ad locatum est simpliciter corrupti=
bilis:contra hoc instat:qꝛ omne per se corruptibile est per se
generabile:sed locus acceptus pro tali respectu non est per
se generabilis:ergo non est per se corruptibilis: maior patȝ
¶ Preterea si vbi ẽ talis res annihilet deus vbi quod habet Sortes existẽs in loco isto demonstrato verbi gratia.a. ⁊ nullam mutationẽ aliam faciat in Sorte aut in nulla alia re quod est bene possibile sue omnipotentie: quo facto quero vtrum Sortes sit ĩ.a. vel non? si non igitur Sortes ẽ mutatus secundum aliam mutationem quia prius fuit ĩ.a. qđ est contra positum. si sic igitur ad hoc quod Sortes sit ĩ.a. non requiritur aliqua alia talis res. et cum nulla experientia de illa habeatur nec dei reuelatio nec ratio alia propter quem deberet poni sequitur ꝙ irrationabiliter ⁊ inutiliter ponitur. ¶ Preterea si est talis res: aut est res aliqua absoluta aut respectus secundum ponentes respectus: non absoluta: non enim substantia nec quantitas nec qualitas vt patet non respectus quia vt videtur nõ esset nisi vel respectus locati ad locum vel econuerso loci ad locatum vel tam hic quam ille: secundum non potest dici neq; tertium secũdum viam illam alioquin locus haberet vbi: ⁊ posset conuenienter queri vbi est iste locus ⁊ vltra etiam loci esset locus quod ipsi non concederent. nec primum potest dici secundum viam suam quod tamen ipsi dicunt. probo respectus loci ad locatum est de genere relationis: igitur ⁊ respectu locati ad locum: patet antecedens: non enim ad aliud predicamentum vt videtur secundum doctrinam eorum reduci potest: consequentia probatur: nam vt dicit Augustinus septimo de trinitate capitulo primo. ⁊ philosophus in predicamentis omnia relatiua dicuntur ad conuertẽtiam ⁊ per consequens secundum viam illorum habent respect⁹ mutuos: omnes autem mutui respectus pertinent ad idem predicamentum: igitur si vnus est de predicamento relationis: ⁊ alter: sed secundum istos vbi non est res predicamenti relationis igitur vbi non est talis res a locato ⁊ loco distincta. ¶ Preterea omnis questio facta per iterrogatiua ptinentia ad predicamentum vbi querit de loco: ⁊ omnis responsio data p predicabilia dicti predicamẽti: ad huiusmodi questionem respondet de loco igitur vbi est locus ⁊ econuerso. consequentia patet ⁊ antecedens probatur quo ad primam partem: nam iste interrogationes equiualent in significando vbi est Sortes et in quo loco est sortes: ⁊ iste similiter quo iuit Sortes ⁊ vnde venit Sortes ⁊ ad quẽ locũ iuit vel a quo loco venit nec aliud quis per vnam intelligit quam per aliam vt puto quemlibet confiteri. Quo ẽt ad partem secundam patet. nam idẽ penitus correspõdet q̃ dicit est hic: ⁊ qui dicit est in isto loco vel qui dicit illuc iuit vel illic venit. ¶ Confirmatur si quis interrogat de Sorte vbi est? ⁊ respondeatur in ecclesia. vel in scolis conueniẽter rñderetur: ⁊ bene si vere si igitur in ecclesia ⁊ in scolis non sunt termini pertinentes ad vbi predicamẽtum aliqui non conuenienter sic responderẽt. igitur eiusdem est interrogatiuum hoc aduerbium vbi. quod ista significant: significant autem loca ipsa extrĩseca ⁊ non aliquam rem formaliter loco inherentem: ergo nec vbi de re aliqua tali interrogat ⁊ per consequẽs nec aliqua res talis est vbi: hoc patet etiam auctoritate Comen. quinto methaphisice.c.28. vbi dicit quod secundum quod dicitur locus habet locatum est predicamentum vbi. Item quarto phisicorum. capi.24. pluries dicit locum corporis locati esse vbi eius: vnde ait quod philosophus intendit distinguere inter locatum esse in corpore quod est vbi eius et inter partem esse in toto: ⁊ eadem verba repetit in eodem comen. igitur secundũ eum in quo est locatum est vbi eius. Ista etiam intentio est Boetij in libro de trinitate vbi ait Ubi vel de homine vel de deo predicari potest: de homine vt in foro: de deo vt vbiq;: sꝫ ita vt non quasi ipsa res sit id quod predicatur de qua dicitur non homo ita dicitur esse in foro quemadmodum esse alb⁹/ vel longus/ nec quasi circunfusus ⁊ determinatus proprietate aliqua qua significari secundum se possit sed tantum ꝙ sit illud alijs informatum rebus per hanc proprie predicationem propria ostenditur. que verba sic exponit comenta. ibidem idest locus potest quidem predicari ⁊c. ⁊ seq̃tur sed ita dicitur homo esse in foro vel deus vbiq; vt quamuis in predicando ea dicatur est: non tamen ita dicit̃ quasi ipsa res de qua dicitur sit id idest habeat eẽ eo ꝙ predicatur. vt infra: sic igitur per hoc quod dicitur homo esse in foro nequaquam homini inherens qua ipse sit vere propetas gramaticorum vel dialeticorum proprie significatiõe notatur: sed per hanc predicationem hoc tantum consequens ostenditur: sed ꝙ illud confusum ⁊ determinatum per esse ĩ foro dicitur rebus alijs q̃ꝫ sit circunfusio ⁊ determinatio vere sit informatum ⁊ hoc quidem sensu locus de homine predicatur hec Comen. Ex hijs euidenter apparet secundum intẽtionem Boetij ꝙ vbi significat locum: ⁊ ꝙ per ꝓpriam p̄dicationem illius p̄dicati nulla proprietas vel res subiecto inherens denotatur: sed tantum extrinseca que est loc⁹: si autẽ aliquis calumniaretur ex hoc ꝙ ait ĩformatum alijs rebus: ⁊ velit ex hoc inferre ꝙ per huiusmodi predicationẽ importetur aliquid quod proprie loquendo informet locatum ⁊ inhereat illi: attendat quid subdit infra Boeti⁹ ait enim simul de actione habitu vbi ⁊ quando omnis hec p̄dicatio exterioribus datur: omniaq; hec quodammodo referuntur ad aliud. Comenta. hec omnia idest habitus ⁊ actiones de quibus circunloquimur ⁊ loca ⁊ tempora de quibus prediximus quodammodo referuntur ad aliud idest alijs q̃ꝫ hijs quibus subsistens est aliquid ⁊ infra sic: igitur p̄dicatio alia est qua vere inherens inherere predicatur. alia que quamuis forma inherentium fiat tamen ita exterioribus datur vt ea vel alicui ĩherere intelligatur: hec ipse: vbi patet quod non predicatur per talem predicationem alia forma inherens subiecto sed res extrinseca tantum. ¶ Cõtra ista primo potest argui: quia sequi videtur quod vbi sit species predicamenti quãtitatis ⁊ per consequens nõ sint decem predicamẽta. consequentia patet: quia quantitatis species est locus secundum philosophum ĩ predicamentis ¶ Secundo. Auctor sex principiorum dicit ꝙ vbi est circunscriptio loci a loci circunscriptione procedens. constat aũt quod locus non est circunscriptio corporis procedens a loci circunscriptione alias a loco esset loc⁹ in infinitum. Preterea ipse subdit non autem in eodem est locus et vbi sꝫ locus quidem est in eo quod capit vbi vero in eo quod circunscribit ⁊ circumplectitur. ex quibus patet ꝙ non solũ essentialiter sed etiã subiecto distinguuntur locus ⁊ vbi. Ad primum. primo nego consequentiam: nec probatio valet: quia non sequitur locus est species quantitatis vbi est locus ergo vbi est species quantitatis: sicut non sequitur disciplina ẽ species ralationis seu predicamenti ad aliquid: gramatica est disciplina ergo gramatica est species relationis: nam secũdũ phũm in predicamentis. ca. de qualitate. ⁊ similiter in.5. metha. ca. de ad aliquid. antecedens est verũ ⁊ ↄseq̃ns falsum. vnde in tali consequentia peccatur per equocationem ex varia suppositione medij. Secundo dico ꝙ esto ꝙ locus sit quantitas. non tamen est species quantitatis qualitercunq; supponat iste termin⁹ loc⁹: se dico quod est passio quantitatis: ⁊ tũc supponit materialiter vel simpliciter: et ita expresse dicit Comen.5. metha. ca. de quãtitate: vbi ẽt dixit ꝙ phũs in predicamentis enumerando illas species dicit locus est secũdum famositatẽ tm̃. quãuis igr̃ eadẽ res sit locus ⁊ quantitas seu superficies: tñ secũdũ aliã rationẽ dicitur: superficies ⁊ locus. s. inquantũ est diuisibilis ad duo: seu scđm duas dimensiones dr̃ supficies inquantũ vero est id in quo aliud est: tali modo essendi in: dicitur locus: ⁊ ideo non obstante idẽptitate rei significate per p̄dicabilia: tñ illa ꝓpter talẽ diuersitatẽ ↄceptuũ ad diuersa p̄dicamẽta p se reducunt̃: ea vero magis ꝓprie ad tale p̄dicamentũ ptinent p que conuenienter rñdet̃ ad interrogationẽ factã p vbi. vel ad interrogationẽ loci: siue illa sint aduerbia/ siue p̄positiões cũ casualib⁹ vel obliq̃s localium ⁊ similia. Ad scđm dicendũ ꝙ ille auctor multũ ĩpropꝛe loquitur ĩ illo libello pp qđ multi aspiciẽtes v̄ba eius ad ꝓprietatẽ fallunt̃ in ipsis dicẽdũ ꝙ nõ intẽdit dicere ꝙ vbi sit aliqua rex disticta a loco ⁊ locato existẽs ĩ eo quã vocet circũscriptionẽ. sicut nec p circũscriptionẽ loci a q̃ dr̃ circũscriptionẽ corpis ꝓcedere intẽdit aliquã rẽ a loco disticta qua cir=

cūſcribatur locus vel circūſcribat:non enim poteſt fingi q̄ res ſit illa: ſed ꝑ illa verba vult ſolū dare intelligere que ſit propria rō predicamentalis ipſius vbi ⁊ quid importaꝛ per tales predicationes Sortes eſt in foro vel in ſcolis ⁊ ſimiles que formantur ex ſubiectis particularibus ad predicatum vbi: ⁊ vult dicere quod non aliud importaꝛ q̄ʒ illud ꝙ ꝯtineꝛ ⁊ circūſcribitur loco illo:ita ꝙ ſm ipſum idem eſt eſſe alicubi vel in aliquo loco qḋ eſt illo circumſcribi ⁊ ꝯtineri ⁊ hoc ſatis manifeſtat ex eo ꝙ immediate addit:eſt ergo in loco quicquid a loco circumſcribiꝛ ⁊ cōplectiꝛ. ¶ Ad aliḋ dicendū ꝙ accipit eſſe in.non ꝓ inherētia:ſed pro predicatione ⁊ actum exercitū pro ſignato: ⁊ eſt ſenſus ꝙ non de eodem predicaꝛ locus: ⁊ vbi:id eſt predicabilia de predicamēto vbi:nā locꝰ dꝛ de cōtinēte:ſed talia ꝑdicabilia de cōtento:vn̄ nō dꝛ forū eſt in foro:ſed bene dicitur Sortes eſt ī foro ⁊ ratio eſt:que iam dicta eſt:qꝛ eſſe in foro eſt contineri a foro: ⁊ forum non continetur a foro. Sortes autem nō cōtinetur a foro: ⁊ ideo bene diciꝛ eſt in foro: in foro autem eſt predicabile predicamēti vbi:econtra bene diciꝛ ꝙ continēs eſt locus: ⁊ non non bene diciꝛ ꝙ Sortes vel aliud quid cōtentum a loco eſt locus: ⁊ hec eſt intentio eius: vtrum tamē verum ſit ꝙ de eo predicetur vbi ſeu predicabilia dicti ꝑdicamenti quod loco circumſcribitur ⁊ complectitur: ⁊ quod illa ſit ratio vbi vel loci non curo pro nunc:nam mihi ⁊ aliīs eſt communis iſta difficultas.

Rn̄ſio ad grego. de ari.

Reſpōdeo ad omnes rationes gregorij premittendo primo qḋ dicit doc.in quoli.q.11.arti.4. ſic vltimo:vbi ſic dicit:ſed ſi queratur quō poteſt acquiſitio reſpectus eſſe ſucceſſiua:niſi ſucceſſio ponatur ī aliquo abſoluto:reſpondet ꝙ corpus ſucceſſiue ſecundum partē aliaʒ ⁊ aliam fit preſens eidem parti loci:ſimiliter corpus ſm eādem partem fit ſucceſſiue preſens alij ⁊ alij parti loci ita ꝙ tam ex diuiſibilitate corporis quam loci ſequitur diuiſibilitas circumſcriptionis corporis a loco ⁊ diuiſibilitas ſucceſſiua qñ pars poſt partem acquiritur:non eſt ergo diuiſibilitas in reſpectu ſine diuiſibilitate in abſoluto:ſed eſt ſucceſſio in reſpectu qui eſt circūſcriptio ſine ſucceſſione in forma abſoluta corporis vel loci hec ille. Et pro maiori intelligētia dicendorum:premitto hoc exemplum ſcilicet ꝙ quantuʒ bipedale exn̄s in vltima ꝑte aeris:circa aquam localiter moueatur in aqua:ita quod totum ponatur ī vltima ſuperficie aque ꝯtinētis:hoc poſito:dico primo ꝙ locus ille totalis ſiue vbi totale(qḋ eſt circūſcriptio paſſiua fūdata in quāto bipedali ⁊ terminata ad vltimā ſuperficiem aque continentis)eſt vna relatio realis de nouo acquiſita ⁊ in ſuperficie aque circūſcribentis eſt alia relatio realis que dicitur circūſcriptio actiua terminata ad vltimam ſuperficiem corporis contenti que relationes tamdiu manent quamdiu quantuʒ bipedale continetur ab illa vltima ſuperficie aque. Secundo premitto quod quantum bipedale acquirit illud totum vbi:ſiue illam totam circunſcriptionem paſſiuam ſecūdum quam ipſum totum dicitur eſſe in loco ſucceſſiue:ſic ꝙ vna pars ſuccedit alteri:et adueniente vna alia deſinit:patet ponendo quod tale totum habeat mille partes quantitatiuas:quarum quelibet ſemper eſt diuiſibilis in infinitas partes: et incipiat moueri localiter in aqua ſecundum partes:tunc prima pars in eodem inſtanti quo continetur ī aliqua parte ſuperficiei aque reſultat relatio realis que dicitur circumſcriptio paſſiua fundata in illa parte ⁊ terminata ad illam primam partem ſuperficiei aque: ⁊ quia illa pars non eſt ibi in eſſe quieto cum totum quantuʒ continue moueatur localiter: ideo illa prima pars ſubintrat aliam partem ſuperficiei aque: ⁊ ipſum totum ſecundum aliā partem equalem prime fit in illa prima parte ſuperficiei aque: ⁊ ſic acquirit nouā preſentiā ſiue nouū reſpectum ad illam primam partem ſuꝑficiei aque. ⁊ prima relatio acquiſita in prima parte totius deſinit eſſe:quia et illa pars deſinit contineri ab illa prima parte ſuperficiei aque.ſed acquirit aliā relationem vt fit preſens ſecunde parti ſuperficiei. Et ſic patet quomodo ſecunda relatio fundata in ſecunda parte ſuccedit relationi fundate in prima parte. Deīde pria pars deſinit eſſe ſub ſecunda parte ſuperficiei ⁊ fit preſens tertie parti ⁊ per conſequens ſecunda pars quanti deſinit eſſe eſſe in prima parte ſuperficiei ⁊ fit preſens ſecūde ꝑti: ⁊ poſtea tertia pars ipſius quāti fit preſēs ꝑme parti ſuꝑficiei ⁊ ſic dico de aliīs. Hoc poſito dico duo.ꝑmo ꝙ eadeʒ ꝑs quāti ſecūdū ꝙ fit preſens alij ⁊ aliī parti ſuꝑficiei aque ſemper habet aliam ⁊ aliam relationem terminatam ad aliam ⁊ aliam partem ſuperficiei aque ita quod ſemper vna ſuccedit alteri:ſic quod prima deſinente:ſecunda aduenit. ⁊ ſecūda deſinēte.tertia aduenit. ⁊ ſic de aliīs. Et ſic totuʒ quantū ſecundum illam partem poteſt dici ſucceſſiue moueri cum ſecundum illam partem habeat aliam ⁊ aliam preſentiam ꝑ ut illa pars fit preſens aliū ⁊ aliū continēti. Et ſic ſucceſſio talis fit preciſe ex diuiſibilitate cōtinentis quia propter eiꝰ diuiſibilitatem pars quanti fit preſens aliū ⁊ aliū parti continentis. Secundo dico qḋ ipſum quantū poteſt ſucceſſiue acquirere totum vbi:que ſucceſſio in reſpectibus erit ſecūdum diuiſibilitatem ipſius quanti:quia enim habet plures partes:ideo ſecundum primam partem fit preſens prime ꝑti ſuperficiei aque. ⁊ ſecundum ſecundā partem fit preſens eidem: ⁊ ſimiliter ſecundū tertiaʒ: Et ſic de aliīs quouſque totum contineatur in tota ſuperficie aque: ſecundum ergo qḋ fit preſens eidem parti ſuperficiei ſecundum aliam ⁊ aliam partē quanti.ſequitur qḋ ſecundum aliam ⁊ aliā parteʒ acquirat alium ⁊ aliū reſpectum terminatum ad eandem ꝑtem ſuperficiei.quorum vnus ſemper ſuccedat alteri: ⁊ ſic erit ſucceſſio in tali motu locali ſiue in tali vbi propter diuiſibilitatem ipſius mobilis.

¶ Secundo principaliter premitto qḋ totum vbi paſſiuū quod eſt relatio realis totius bipedalis ad ſuperficiē continentem ipſum totum:non dicitur integrari ex illis reſpectibus ſibi inuiceʒ ſuccedentibus cum diſinant eſſe.ſed in vltimo inſtanti motus localis ipſius quanti:quo totuʒ actu eſt in loco ſibi adequato .reſultat vna relatio ſiue vna circumſcriptio paſſiua ſecundum quam dicitur eſſe in loco circumſcriptiue. ⁊ ſecundum quam totum formaliter dicitur preſens toti ſuperficiei adequate continenti ipſum. ⁊ ſimiliter ī eſſe quieto quot ſunt partes in illo toto tot ſunt circunſcriptiones paſſiue ſiue relationes.ſic quod vna pars quanti ſic eſt preſens vni parti ſuperficiei quod non alteri: ⁊ alia pars alteri.et ſicut totuʒ integratur ex omnibus partibus ſuis.ita vbi totale ipſius quāti ſiue circumſcriptio paſſiua totalis.ſiue totalis preſentia integratur ex omnibus partialibus preſentiīs

¶ Tertio premitto quod qñ q̄ʒtum bipedale :et dicatur a.recedit ab vltima ſuperficie aeris continentis pariformiter fit ſucceſſio in tali vbi deperditiuo.ſicut et in vbi acquiſitiuo quod acquirit ī aqua patet enim quod cum prima ꝑs ipiꝰ a.ſubītrat aquā illa ꝑs ꝑdit reſpectū vbicalē quē habebat ad vltimā partē aeris: ⁊ acq̄rit nouū reſpectū ī aq̄ ⁊ ſecūda pars ipſius.a. dū continue.a.recedit a loco aeris fit ſub illa vltīa ꝑte ſuꝑficiei aeris ⁊ ꝑdit reſpectū quē hēbat ad partē priorē aeris ⁊ acq̄rit nouū reſpectū vt eſt ī vltima parte aeris: ⁊ poſt:illa ſecunda pars.a.fit in prima parte ſuperficiei aque: ⁊ ſic perdit reſpectū ad vltimā partē aeris acquirendo nouū ad primaʒ partem ſuperficiei aque: ⁊ ſic ſucceſſiue de aliīs partibus: ⁊ ſic patʒ quō deꝑdit locū totalem ſucceſſiue. Et diuiſibilitas talis motus localis ſiue ſucceſſio tripliciter poteſt cōtingere.primo ſm diuiſibilitatem cōtinētis:vt cum a.ſecundū eandem partem fit ꝑſens aliū ⁊ aliū parti continentis vt patet de īdiuiſibili qḋ ſi moueretur ſuꝑ aliqḋ q̄ʒtū:illud mobile ſcḋm ſe totum ſemꝑ fieret preſens aliū ⁊ aliū partis ſpaciī:vt patebit in iſto ſecundo diſt. 2.q.9. Secundo fit ſucceſſio ex diuiſibilitate ipſiꝰ mobilis:vt cū mobile ſm aliaʒ ⁊ aliā partē ſucceſſiue fit ꝑſens eidem parti continētis vt ſupra expoſui:tertio fit ſucceſſio ex parte vtriuſqʒ.ſ.contenti ⁊ continentis:quando vtrunqʒ eſt diuiſibile: ⁊ ſic quando corpus circūſcriptiue mouetur talis motus eſt ſucceſſiuus ex diuiſibilitate tam contentiꝰ q̄ʒ continentis. ¶ Quarto premitto ꝙ quādo mobile puta a. recedit a loco ſibi adequato:pōt dupliciꝛ intelligi:vno mō exeundo localiter a primo loco adequato : acquirendo nouum locū ſibi adequatum ſic ꝙ ipſum mobile localiter recedat ab ipſo loco. Alio mō dꝛ moueri localiter quia alius ⁊ alius locus ſemꝑ ſuccedit:ipſo tn̄ fixe ſtando:exemplū ꝑmi vt cum quantū bipedale moueꝛ a loco aeris ad locū aque: ita ꝙ non ſtat fixum in eodeʒ reſpectu ad polos:exemplum ſecundi:vt cum palus figitur in aqua/qui ſemper ſtat fixus habendo eundem reſpectum ad polos mundi : ſed tamē dꝛ localiter moueri:quia nouum ⁊ nouum continens ſemper ſuccedit:vt patet de aqua fluente circa ipſum:quia ſemꝑ fit ſub alia ⁊ alia ſuꝑficie aque fluentis:loquēdo ꝑmo mō dico ꝙ qñ mobile ſic moueꝛ recedēdo a loco ſibi adeq̄to:ita ꝙ totū moueaꝛ: ſꝑ hʒ aliū ⁊ aliū reſpectū ad continens:patet:qꝛ

quando adequate est in cõtinente sic hẽt vnum respectum
ad ipsum continens qꝺ precise correspondet continenti: et
quelibet pars ipsius contenti sue parti determinate: cuꝫ er
go mouetur recedendo a continente amittit illuꝫ respectũ
totius contenti ad totum continens: ⁊ respectus partium
ad partes continentis perduntur: patet quia non sunt am
plius sub illis partibus. Auerte tamen ꝙ antequã mobile
exeat totum locum sibi adequatum. cũ perdit primũ respe
ctum ad locum adequatum acquirit nouũ respectuꝫ ad ali
um locum adequatum q̇ locus adequatus siue superficies
adequata icludit partẽ superficiei sub qua prius erat ⁊ par
tem superficiei sub qua de nouo fit. ⁊ sic aquirendo aliam ⁊
aliam partem superficiei desinit esse sub alia ⁊ alia parte su
perficiei preterite. ⁊ sic successiue acquirit ipsum vbi adeq
tum: successiue deperdendo vbi adequatũ qꝺ prius habe
bat. ⁊ sic totum contentum semper fit sub alio ⁊ alio respe
ctu: ⁊ q̄libet pars contenti fit sub alio ⁊ alio respectu. Sed
loquẽdo secundo modo. non semper sequitur qꝺ mobile se
cundum se totum moueatur: nec per consequens in eodẽ tẽ
pore quo secũdum vnam partem. tñ fit precise sub aliqua
parte superficiei sub qua prius non erat: nec sequitur quod
perdat respectum secundum se totum queꝫ prius habebat
ad totũ continens sed tñ secũdum partem: quia illa pars ꝑ
dit respectum ad partem superficiei sub qua prius erat.

¶ His premissis. respondeo ad rõnes Gregorij. cũ primo
dicit aliqꝺ corpus mouetur localiter ad aliquẽ locum: igit
ꝑdit aliqꝺ vbi in quo prius erat: hoc conceditur via natu
Rñsio ad rali: via. n. supernaturali aliqꝺ corpus acquirere posset no
rões Gre uo vbi ẽt per motum localeꝫ. non perdendo prius vbi: vt ꝓ
go. de ari. bat doctor in. 4. di. 10. q. 2. ⁊ cum arguit iste ꝙ si corpꝰ mo
uetur de vno vbi ad aliud vbi: aut mouetur in tempore aut
in instanti. Dico primo qꝺ in tempore mouetur ⁊ cũ arguit
ergo partibiliter ⁊ successiue. s. ꝑus secũdũ vnã partẽ: ⁊ po
sterius secundũ aliam. concedo. ⁊ cũ infert vel igitur secun
dũ partes mobiles: vel secunduꝫ partes ipsius vbi. Dico ꝙ
si loquitur de successione ipsius adequati de nouo acquirẽ
di vel alterius vbi adequati de nouo deperdendi. qꝺ talis
successio fit propter diuisibilitatem tã mobilis contenti q̄
ipsius continentis: nõ qꝺ fiat successio in partibus mobilis
vel in partibus continentis cũ ille partes sint simul ⁊ i actu
⁊ hẽant esse parmanens. ⁊ cũ querit vltra quod si mobile ꝑ
us secundum vnã partem sui mouetur ab vbi qꝺ habet quã
secundum aliam ⁊ quã secũdũ totum. quero tũc de alia par
te mobilis ipsius. aut habet adhuc totum suum vbi vel par
tem quam prius habuit: ⁊ tunc sequitur ꝙ ipsa quiescit alia
parte mota actualiter. Dico ꝙ qñ mobile mouetur ꝺ motu
locali primo mõ videlicet qñ mobile per motũ propriũ rece
dit a loco ꝙ qñ vna pars mouet̃ ẽt quelibet mouet̃ ita ꝙ qñ
illa pars acquirit nouuꝫ respectum ẽt quelibet pars ipsius
mobilis acquirit nouum respectum ad aliam ⁊ aliã partem
⁊ sic nõ sequitur ꝙ secũdũ vnam partem moueatur localit̃
⁊ secunduꝫ aliam quiescat. Dico secundo qꝺ si loquamur ꝺ
motu secundo mõ dicto videlicet qñ mobile fit sub alia su
perficie per nouum accessum cõtinentis ad ipsũ. vt supra
dixi de palo fixo i aqua. qꝺ stat mobile secũduꝫ vnam partẽ
moueri: ⁊ secundum aliã q̇escere. sicut etiam cum aliqua su
perficies dealbatur primo secũdum vnam parteꝫ mouetur
ad albedinem: ⁊ secundum aliã partem adhuc quiescit sub
nigredine: ⁊ tamen ex hoc non sequitur qꝺ quiescat. licet. n.
sequatur mouetur ad albedinem ergo mouetur: ⁊ similiter
sequatur quiescit sub nigredine ergo quiescit: non tamen se
quit̃ ergo quiescit et non q̇escit: est. n. ibi ignorãtia elenci. ⁊
fallacia secũdũ quid ad simpliciter. vt infra patebit i isto se
cundo di. presenti. q. 7. in rñsione ad quartum argumentuꝫ
principale. Et si iste vult inferre qꝺ si mobile secũdum vnã
partem quiesceret ⁊ secundum aliam moueretur esset cõtra
phm̃. 7. phi. t. c. 1. vbi vult quod nihil mouet seipsũ primo.
quia tunc quiesceret ad quietam partis ⁊ non quiesceret ad
quietem eius: patet hoc non esse cõtra Aristo. quia Ari. lo
quitur ibi de corpore qꝺ mouetur secundum se totum siue ꝑ
mo accipiẽs ly primo illa duplici premitate de qua doctor
in presenti di. q. 10 respõdendo ad primum argumẽtuꝫ ꝑn
cipale. concedo ergo quod illa pars que mouetur nõ habet
totum vbi siue respectum quem prius habuit: nec parteꝫ il
lius respectus. sed hẽt alium respectum nouum. ⁊ similiter
concedo quod illa alia pars mobilis hẽt nouum respectum
loquendo semper de mobili primo modo dicto. Hec forte
non habet loquẽdo de corpore mobili secundo modo dicto

prima forte adhuc est sub illa parte sub qua prius erat: ni
si forte dicatur quod cõtinẽs de nouo adueniens expellen
do prius continẽs moueat ipsum totum cõtinens quia tũc
concederetur qꝺ sicut totum contentum fit simpliciter sub
alio respectu ita ⁊ quelibet pars contenti fit sub alio respe
ctu. Et cum infert ꝙ illa secunda pars mobilis: aut habet
totum vbi ꝑus. aut partẽ: rñsum ẽt qꝺ nec totũ nec parteꝫ
loq̄ndo de mobili ꝑmo mõ posito est qꝺ habeat partẽ non
sequitur qꝺ precise hẽat illã partem quã prius habeat alia
pars mobilis: ⁊ qꝺ infert probando quod mobile non req
rat subiectiue dum mouet̃ localiter aliquã partem dimen
sionalem hoc totũ concedit̃: nec hoc est cõtra doct. subtileꝫ
Et cũ vltimo infert circa illã primam rõnem qꝺ totum mo
bile simul non prius mouetur ab vna parte essentiali quam
ab alia ipsius vbi: quia vbi non habet tales partes. alit̃ su
sciperet magis ⁊ minus. hoc totum potest concedi: Si ta
men adhuc dicatur quod secundum vnã partem vbi total̃
moueatur ẽt non secũdum aliam forte non esset incõueniẽs
accipiendo totum vbi. ꝓ quodam integrato ex omnibus re
spectibus quos hẽnt partes mobilis ⁊ partes cõtinentis ⁊
sic si mobile secundum vnam partem mouet̃: totũ mobile ꝑ
dit vnã partem totalis vbi: q̄ vnum respectum quem priꝰ
hẽbat pars mota. nec ex hoc sequitur ipsum vbi intẽdi vel
remitti: quia qꝺ intenditur ⁊ remittitur est forma simplex
illud autem totum vbi est quoddã integratum ex pluribus
¶ Et cum secundo infert quod eodem modo potest argui
qꝺ non acquirit nouum vbi partibiliter: quia vel hoc esset
secundum partibilitatem mobilis: ita quod vna pars eius
prius acquireret nouum vbi quam alia: ⁊ tunc sequitur qꝺ
vna mouetur alia non mota: Rñdeo pariformiter vt supra
dixi de mobili quod mouetur a priori vbi deperdendo illud
Et qꝺ addit ꝙ aut mouetur secũdum partibilitatem vbi ꝑ
cise ita quod totum mobile simul: prius acquirat vnaꝫ par
tem essentialem vbi noui quã aliã: patet responsio ex supra
dictis quod vbi nouũ adequatũ ipsi mobili est vnus respe
ctus resultans in ipso mobili in vltimo instanti motus loca
lis in quo fit perfecte presens continenti sibi adequato ille
tamẽ respectus non acquiritur motu locali cum acquiritur
in instãti. imo est simpliciter terminus motus localis: ⁊ vbi
totale quod successiue acquiritur per motum localem sunt
respectus adinuicem successiui: quia hñt successionem ad i
uicẽ vel ex diuisibilitate mobilis vel continentis vel vtrũs
que vt supra exposui: Et ex ista rñsione: tota littera sequẽs
ipsius Gregorij: vt patet. nihil contra doctorem concludit
¶ Et cum probat quod non possit moueri ab vno vbi ad
aliud in instanti: conceditur hoc non posse esse via naturali
loquendo tamen de motu continuo. licet tamẽ aliquid pos
sit moueri etiam virtute naturali in istãti non transeundo ꝑ
medium quod est aliquid extremorum: videlicet motũ conti
nuo licet ipsum transeat secundum ordinem nature: ita qꝺ
prius natura transit vnam partem quam aliam ⁊ non ordi
ne durationis vt exposui in presẽti di. q. vltima. ¶ Et si iste
doc. intẽdat sic probare quod ãgelus non possit sic transire
de loco ad locum in instanti: non tamẽ motu continuo: pa
tet quod ratio sua nihil concludit cum loquatur semper de
motu continuo. ¶ Si tñ intendit per has rationes simpli
citer concludere quod nihil naturaliter possit moueri de lo
co ad locum in instanti acquirendo nouum respectum
¶ Non loquendo de motu continuo: ad illas respõdeo vni
ca rñsione: quia angelus existens in aliquo vbi in instãti po
test se facere presenteꝫ alij vbi: vt infra patebit pñti. d. q. vl
tima. Et cũ ifert iste: si. p. mouet̃ ad. c: i istãti ⁊. a. c. mouet̃
ad. d. i instãti ⁊. c. dicat respectũ. ergo in eodẽ instãti. ideꝫ
c. erit genitum ⁊ corruptum quod est impossibile: quia duꝫ
p. mouetur ad. c. acquirit nouum vbi siue nouum respectuꝫ
⁊ cum a. c. mouetur ad. d. perdit ipsum. c. siue respectum
Dico primo: quod forte non esset impossibile angeluꝫ in eo
dem instanti temporis moueri ad. c. ⁊ in eodem instãti mo
ueri a. c. ad. d. loquendo de vbi continuis ⁊ non discõtinuis
⁊ non loquendo de motu continuo ⁊ cum infertur: ergo in
eodem instanti. c. est genitum et corruptum. Dico hoc non
esse impossibile absolute: quia etiaꝫ deus in instanti a potest
creare angelum: ⁊ in eodem instanti potest annihilare: vt su
pra patuit presenti. d. q. prima. ⁊ clarius patebit in quoli. q.
12. ⁊ sic idem in eodem instanti erit creatum ⁊ annihilatum.
Pono ergo quod angelus in aliquo tempore moueatur ad
vbi. c. ita quod in vltimo instanti illius temporis habeat
c. ⁊ in eodem instanti faciat se presentem alij vbi tunc idem

vbi in eodem instanti erit creatum ꝛ corruptuz. nec ista sũt
impossibilia. Sed quicquid sit de istis pro nunc succincto
sermone transeo ꝛ presertim cũ rõnes iste: quibus probat:
qꝺ est impossibile aliquid moueri in instanti probent tantũ
de motu continuo ꝛ vt sic concedantur. ꝛ in hoc non sũt cõ
tradictoria cum expresse teneat angelum non posse moue=
ri motu continuo in instanti de loco ad locum siue de locis
continuis: siue discontinuis vt satis patet presenti. d. q. 12.
¶ Ad secundam rationem principalez: qua probat quod
celum primum non acquirat nouum respectuz: licet vere lo
caliter moueatur: ꝛ quod non acquirit: patet: quia primum
celum non circunscribitur. Dico quod si loquamur de circũ
scriptione passiua secundum quam aliquid dicitur commẽ
surate contineri ab aliqua superficie corporis continentis
hoc modo primum celum non est in loco secundum viã phi
Vide hic quõ celuz dr̃ acq̃re re vbi.
si vero loquamur de circunscriptione actiua qua primz ce
lum circunscribit corpora cõtenta. Dico absolute quod cõ
tinue dum localiter mouetur acquirit nouum ꝛ nouum vbi
actiuum quo continue circunscribit cõtenta inferiora: ꝛ q̃=
libet pars primi celi semper acquirit alium ꝛ alium respe=
ctum secundũ quem fit presens parti contenti. Et cõcedo
quod motus localis primi celi est vere continuus ꝛ diuisi=
bilis ꝛ successiuus: non qꝺ sit aliqua successio ĩ partibus ip
sius celi nec in corporibus contentis cum habeant esse per
manens: sed fit continua successio in ipsis respectibus acti
uis: ita quod semper vnus succedit alteri. Cuz. n. vna pars
primi celi fit presens parti corporis contenti hẽt vnum re=
spectum ad illam partem que dicitur vbi: ꝛ cum fit pre=
sens alĳ parti acquirit alium respectum amittendo illum p̃=
mũ ꝛ sic fit presens alĳ ꝛ alĳ parti ꝛ sic sẽper ali⁹ ꝛ alius re=
spectus succedit alteri
¶ Ad tertiũ principale vbi dicit: ꝙ tũc idẽ mobile sil' mo=
uet̃ duob⁹ motib⁹ distinctꝫ. ꝛ eẽt dare quĩtũ gen⁹ motuũ pt̃ il
la q̃ttuor posita a phõ q̇nto ph. s. mot⁹ ad substãtiã quãtita
tẽ q̃litatẽ: ꝛ vbi. Dico breuit̃ ꝙ hec rõ procedit ex falsa ima
ginatiõe: imaginat̃. n. iste ꝙ cuz mobile mouet̃ localiter suꝑ
aliqꝺ spaciũ. ꝙ sit vnus motus localis respectu superficiei,
super qua mouet̃ ꝛ ali⁹ mot⁹ sit ad ipsũ vbi: si. n. attẽderet̃
mot⁹ localꝫ ex hoc solo ꝙ eẽt suꝑ q̃ntitate: talꝫ mot⁹ ñ eẽt suc
cessiuus: quia in tali motu nulla esset successio in quantitat a
te super qua mouetur: nec successio in partibus ipsius mo
bilis cum sint permanentes: ex quo ergo motus localis ẽ
vere successiuus: oportet dicere ꝙ talis successio fiat in ip=
so vbi totalis: ita ꝙ continue vnus respectus vbicalis suc=
cedat alĳ modo preexposito et talis successio in respectib⁹
fit propter diuisibilitatem vel continẽtis: vel contenti: vel
vtriusq3: vt supra patuit. Dico secundo: quod etiam posito
quod mobile vere moueatur super magnitudinem sic quod
talis motus dicatur localis: ꝛ etiam moueatur secundum
alium ꝛ alium respectum vbicalem sic quod talis mot⁹ di=
catur vbicalis: adhuc nullum sequitur inconueniens. Et
concedo quod idem mouetur distinctis motibus: ꝛ cum in=
fertur: qꝺ esset dare quintum genus motuum negatur: q̇a
motus vbicalis esset ĩ predicamento vbi ꝛ motus localis
esset in predicamento quantitatis: quia talis motus dice=
retur ex hoc quod mobile continue transit aliam: ꝛ aliã par
tem quantitatis: sicut etiam dicimus quod motus altera=
tionis est in predicamento qualitatis: prima tamen respon
sio est melior. Et cum dicit quod motus localis non perti=
net ad predicamentum quantitatis: quia non est augmẽtũ
vel decrementum. Dico quod si iste concederet motum lo=
calem esse aliquam entitatem realem realiter distinctam a
mobili: cuius oppositũ ipse tenet: haberet dicere quod ta
lis motus pertineret ad gen⁹ quantitatis non ex hoc quod
mobile acquirat realiter ꝛ subiectiue aliquam quantitatem
nouam: sed ex hoc quod pertransit aliam ꝛ aliam partem
quantitatis successiue: ita quod vnam per prius ꝛ aliã per
posterius: ꝛ sic successio esset in tali motu: licet non in parti
bus quantitatis.
¶ Ad quartum vbi dicit quod si vbi diceret nouum respe
ctum in ipso mobili: quod tunc esset possibile aliquid eodẽ
tempore primo moueri continue secundum vbi alicui⁹ lo=
ci ꝛ quiescere secundum locum illum: ꝛ econtra quiescere se
cundum vbi: ꝛ moueri secundum locuz: negatur hoc posse
sequi: ꝛ cum probatur: quia quiescere secundum vbi nõ est
aliud q̃3 ipsum ꝛ omnes partes eius esse in eodẽ loco: quo
prius: si intelligat ꝙ esse in aliqua vltima superficie in qua
prius erat non includendo respectũ circunscriptionis passi
ue quod quiescat secundum vbi circunscriptiuum: hoc pa=
tet esse falsum: quia ꝛ corpus christi quiescit sub vltima su
perficie quantitatis panis transubstantiati: ꝛ tamen nõ q̇e
scit secundum vbi circunscriptiuum: patet: quia ibi nõ cir=
cunscribitur: nam circunscribi dicit commensurationẽ to=
tius contẽti ad totũ continens ꝛ partium contenti ad par=
tes continentis: que mensuratio nichil aliud est nisi qui=
dam respectus: vt patet a Doct. in. 4. d. 10. non sequitur
ergo quiescit secundum locum accipiendo locum pro vltia
superficie continentis: ergo quiescit secundum vbi: licet be
ne sequatur econuersõ. s. ꝙ quiescens secundum vbi quie=
scit: etiam secundum locum: quia non est imaginabile ꝙ. a.
habeat vbi circunscriptiuum ꝛ ꝙ simul non sit sub quanti=
tate continentis. Et quod infert iste ꝙ de⁹ posset transfer
re locatũ partibiliter de suo loco. s. de vltima superficie cõ=
tinentis conseruando totaliter vbi in ipso locato: negatur:
quia est simpliciter impossibile ponere aliquem respectum
sine termino ad quem est: vt patet a Docto. in quarto dist.
11. Cum ergo vbi passiuuz essentialiter sit respectus termi=
natus ad vltimam superficiem continentis: secundũ quem
contentum sit presens continenti ꝛ partes contenti parti=
bus continentis: si locatum non esset in tali superficie nul
lo modo includeret vbi ad talem superficiem. Et cum pro
batur quod locatum possit esse in tali vbi ꝛ non in superfi=
cie: quia ipsum vbi passiuum est res distincta essentialiter:
ac etiam subiecto ꝛ situ ab ipso loco: nec aliquam causalita
tem habet alterum super reliquum quam deus non posset
plene supplere. Concedo hoc totum. Et cum infertur er=
go deus potest transferre locatum partibiliter de suo loco
conseruando totaliter vbi in ipso locato. negatur conseq̃n
tia: vt patet in instantia: nam paternitas distinguit̃ essentia
liter ꝛ loco ꝛ subiecto ꝛ c. a re que ẽ filius: ergo deus potest
facere patrem sine filio non sequitur: similiter vnio nature
humane ad verbum distiguitur essentialiter ab ipso verbo:
ergo potest facere naturam humanam formaliter vnitam
ꝛ quod talis vnio non terminetur ad verbum non sequitur
Et cum dicit in calce huius rationis: ꝙ si vbi dicit respectũ
nouum in ipso locato ꝙ deus poterit in ipso locato ĩnoua=
re continue vbi: ꝛ ipsũ in eodem loco adequato ꝛ primo re
tinere. dico ꝙ hec propositio potest habere duplicem sensuz
Primo ꝙ existente. a. in aliqua vltima superficie continen
tis primo ꝛ adequate ĩcludente respectum ad ipsam super=
ficiem ꝙ simul potest habere aliud ꝛ aliud vbi. quia ipsum
a. potest adequate contineri in alia ꝛ alia superficie: ꝛ hoc
modo concedo ꝑpositionẽ: quia deus potest facere idẽ cor=
pus simul esse in pluribus locis adequatis loquendo de lo=
cis materialiter. s. accipiendo locum pro superficie vltima
vt subtiliter ꝑbat Doc. ĩ. 4. di. 10. q. 2. Secũdo ꝙ exñte. a
in. b. vt ĩ loco sibi adequato posset habere aliud ꝛ aliud vbi
circunscriptum nõ actu exñte sub alia ꝛ alia suꝑficie hoc ẽ
simpliciter impossibile: quia tunc poneretur respectus sine
termino ad quem est: vbi supra patuit: quia; vbi passiuum di
cit formaliter respectum ad vltimam superficiem continẽ=
tis vt actu continentem ꝛ circunscribentem.
Cõsequẽtia nõ va= let [illegible] secũdũ lo cũ expsse cũdũ [illegible]
¶ Nunc respondeo ad argumenta facta pro secunda con
clusione que talis erat: ꝙ vbi non est res alia a loco ꝛ a lo=
cato distincta: cuius oppositum tenet doct. vt patet in. 4.
dist. 10. ꝛ in quoli. q. 11. ꝛ alibi sepe.
¶ Ad primam ergo rationem: ꝙ si vbi esset res alia ꝙ tũc
esset possibile per potentiam dei idem locatum esse in eodẽ
loco: in quo prius ꝛ non esse vbi prius: ꝛ econtra: esse vbi p̃=
us ꝛ non in eodem loco. i. in quo prius que non sunt intelli
gibilia. Respondeo ꝙ ista littera potest habere multiplicẽ
sensum: primo ꝙ. a. possit esse in eodem loco: idest in eadem
superficie in qua prius ꝛ nõ esse vbi prius. idest ꝙ actu sit ĩ
vltima superficie: ꝛ quod non habeat vbi quod prius habe
bat in illa superficie. concedo hoc esse possibile. s. ꝙ. a. con=
tineatur in aliqua superficie: non tamen circunscriptiue: et
quod non habeat vbi circunscriptiuũ: vt patet de corpore
christi sub quantitate panis: ꝛ hoc conceditur a doc. ĩ. 4. d.
10. Secundo qꝺ. a. contineatur in aliqua superficie circun
scriptiue: ꝛ quod non habeat idem vbi qꝺ prius habuit
Dico hoc esse impossibile: quia idem respectus semper re=
manet idem termino ꝛ fundamento eodem modo se haben
te: sic intelligẽdo qꝺ. a. ponatur cõmensurari toti superfi=
ciei continentis sic qꝺ ipm̃. a. corrñdeat toti superficiei et
partes determinate a partibus determinatis superficiei: ꝛ
hec cõmensuratio est necessario respectus: non intelligo ex

go ꝙ manente.a.secundū esse absolutū ⁊ superficie ſm esse
absolutum quod necessario maneat vbi circunscriptiuum:
sed posita commensuratione supradicta necesse est ipsū vbi
manere: q̄ꝫdiu manet talis commensuratio: ⁊ sic patet quō
ista littera potest intelligi: possent etiam dari alij sensus q̄s
breuitatis causa omitto: ⁊ quia etiam non multum faciunt
Ad.2.rationem. ad ꝓpositū. ¶ Ad secundam rationem pro secunda ꝯclu-
sione cum dicit: si vbi est talis res.s. respectus deus annihi-
let ipsum vbi quod habet sortes existens in isto loco demō-
strato. Dico ꝙ sortem existere ī aliqua vltima superficie po
test dupliciter intelligi: videlicet cōmensuratiue: ⁊ diffiniti
ue tm̄: primo modo non potest destrui ab aliqua potētia ip-
sum vbi: quia est impossibile sortē cōmensurari alicui loco:
⁊ non dicere respectum ad ipsum locum cum talis commē-
suratio vel est formaliter respectus: vel saltē necessario in-
cludit respectum. Secundo modo concedo: quod pōt anni
hilare tale vbi circunscriptiuum: licet tunc sit difficultas:
vt est in loco diffinitiue: an necessario dicat respectum: ⁊ te-
neo simpliciter ꝙ aliquid non potest esse in loco diffinitiue
sic: quod sit perfecte presens illi loco: quin dicat respectum
presentialitatis ad locum. Sed de hoc in.4.disti.10.⁊ in
quo.q.11. Et cum infert quod annihilato vbi circunscripti
uo in sorte: pono quod deus nullam aliam mutationem fa-
ciat in sorte: aut in alia re: quod est bene possibile sue poten-
tie. Admitto casum: ⁊ cum vltra querit: an sortes sit in illo
loco in quo prius erat: scilicet in vltima superficie continē
tis vel non: pōt dari vtrumqꝫ cū dicit: quod secundum dari
non potest: quia tunc sor.esset in loco secūdū aliā mutatio-
nem ab illa qua mutatus fuit ſm vbi deperdendo ip̄m: q̄d
est contra positū: negatur q̄d mutetur aliqua mutatione po
sitiua: videlicet acquirendo aliquod positiuum aut aliq̄ mu
tatione deperditiua deperdendo aliquod positiuum: quod
prius habuit. Et cum probat: quia sortes prius fuit in lo-
co ⁊ nunc non est in loco: ergo mutatur: negatur consequē-
tia: si in añte intelligit sortē esse in loco nihil aliud esse nisi
in aliqua superficie contineri: ⁊ non dicere aliquid formali
ter in ipso sorte: quia vt sic sor.nec formaliter aliquid acq̄-
rit: nec deperdit: ⁊ si sor.esset in loco hoc modo ⁊ post nō eē
diceret mutationem multa inconuenientia cōtingerent: q̄r
dicerem etiam deum sic mutari: quia nunc non est presens
tēpori crastino: ⁊ cras erit presens: ⁊ similiter heri fuit pre
sens tpi hesterno: ⁊ nunc non est presens cum vnum extre-
mum presentialitatis non sit: ⁊ tamen non mutatur de hoc
vide Doc.in primo.d.39.cōtra opi.Tho. Et hoc est quia
per aliā ⁊ aliā p̄ñaꝫ nō acquirit aliquid in se formaliter: nec
similiter amittit aliquid: quod erat in.a.formaliter per ca-
rentiā p̄ñtie. Et multa inconuenientia adduci possent: que
breuitatis cā pertranseo. Si vero sor.esse in loco diceret
formaliter aliq̄d positiuū in sor.concedo ꝙ tūc mutaretur
si desineret esse in loco: ⁊ tunc casus primus esset impossi-
bilis: videlicet ꝙ annihilato vbi in sor.si sor.esset in loco:
⁊ ipsum esse in loco dicit aliquid positiuū formaliter in sor
te possit deus facere sortem formaliter non esse ī loco sine
mutatione: q̄r in illo instanti quo desineret eē in loco amit-
teret illum respectū quē prius habebat. Et cū vltra dicit ī
calce huius ratiōis ꝙ annihilato vbi in sorte aut esset in lo
co p̄existenti ⁊c. Dico ꝙ non esset ibi circunscriptiue: quia
deus de potentia sua potest destruere ipsum vbi circunscri
ptiuum manentibꝰ corpe ⁊ vltima superficie cōtinentis: vt
patet a doc.in.4.di.x. Sed tunc non seq̄tur ꝙ sit in loco:
Ad.3.rōnem. de quo iste intendit.s.in loco circunsciptiue. ¶ Ad tertiaꝫ
rationē cū dicit: si vbi ē res aliqua distincta a locato: aut est
absoluta aut respectiua. Dico ꝙ ē respectꝰ. Et cū ꝓbat ꝙ
non ꝑ diuisionē: q̄r aut est respectus locati ad locuꝫ: aut lo
ci ad locatū: aut vtriusqꝫ.s.⁊ locati ad locatum ⁊ loci ad lo
catum. Concedo oēs partes huiꝰ diuisionis: ⁊ cum ꝓbat
ꝙ vbi non dicat respectum loci ad locatum: q̄r tunc locus:
puta vltima sup̄ficies continentis haberet vbi ⁊ posset cō
uenienter queri: vbi est iste locus. Et vltra etiā loci eēt lo-
cus: q̄d non concederent. Dico ꝙ nullū sequit̄ incōueniēs:
quia aliud est loqui de vbi actiuo ⁊ de vbi passiuo / siue de
circunscriptione actiua ⁊ passiua. Nam ſm vbi passiuū: tā
tū aliquid dr̄ locari siue esse in loco ⁊ nullo mō aliq̄d dr̄ eē
in loco ſm vbi actiuum: ⁊ sic non potest conuenienter que-
ri de vltima superficie continentis respectu vbi actiui vbi
sit tanquam in loco: cum ſm illud nullo modo dicatur esse
in loco: nec similiter sequitur quod locus sit in loco: quia si
vbi actiuum esset in vltima superficie aut in loco circunscri
ptiue: tunc circumscriberetur ab vltima superficie: quod est
impossibile: ⁊ similiter illud vbi haberet aliud vbi secūduꝫ
quod primū vbi esset in loco ⁊ sic esset processus in infini-
tum: nec illud inconueniens q̄d dicit ꝙ tunc locus esset ī lo
co: sequitur apud Scotistas: quia locum esse in loco tantū
ex hoc sequeretur si locus posset moueri localiter siue ip̄m
vbi: ⁊ hoc est quod dicit Doc.d.presenti.q.6.vbi sic dicit:
dico igitur quod locus habet immobilitatē oppositam mo
tui locali oīno ⁊ incorruptibilitatem ſm equiualentiā ꝑ cō
paratione ad motū localē: primum patet: quia si est aliquo
mobile localiter quantuncunqꝫ accipiatur per accidens:
etiā posset dici esse in loco per accñs: ⁊ ei assignari alius et
alius locus: hec ille. Et cū ꝓbat quod locatū non dicat re-
spectum ad locum: q̄r respectus loci ad locatum est de gn̄e
relationis: igitur ⁊ respectus locati ad locum. Dico quod
vterqꝫ respectus est de genere vbi ꝙ vbi distinguitur in vbi
passiuum ⁊ actiuum. Nam isti respectus sunt respectus ex
trinsecus aduenientes: vt patet a Doc.in.4.d.10. ¶ Ad
quartam rationē que fundatur in illa interrogatione de lo Ad 4.rationem.
co ⁊c. Dicatur breuiter ꝙ cū cōmuniter queritur in quo lo-
co sit Franciscus cōiter r̄ndetur de loco materiali vel cōi:
vel proprio: cū dicunt ꝙ est ī ecclesia vel in domo vel ī alio
loco: quia ipsi intelligunt ꝙ in tali loco continetur: si tamen
vltra quereret̄ si Franciscus est in tali superficie contētus
ita ꝙ sit ibi commensuratiue dicit ne respectum ipsius con
tenti ad ipsum continens: ⁊ econtra: periti viri dicerent ꝙ
sic: quia videretur eis impossibile aliquod contentum sic ꝑ
fecte esse presens ꝯtinenti q̄d totū correspondet toti ⁊ pars
parti quin dicat relationē talis presentialitatis que dicitur
circunscriptio passiua. Et ꝙ nō valeat ista cōsequentia ad
interrogationeꝫ factā de loco: r̄ndetur ꝙ est in tali vel tali
loco: ergo vbi non dicit aliquem respectum aliū a locato. q̄r
vt dicit cōmuniter fit interrogatio de loco materiali sicut
etiam hec consequentia non valet: si queratur Franciscus
est similis Johanni: per quid ergo est similis siue secunduꝫ
quid est similis: cōiter respondetur: ꝙ ſm albedinem: ergo
similitudo vel aliud dicit nisi album ⁊ album: non sequitur
cum dicat relationem fundatā in vtroqꝫ albo: fit ergo quō
cōiter de fundamentis similitudinis ⁊ per tale fundamen-
tū cōmuniter r̄ndetur: sic dico in proposito. ¶ Ad illā con
firmationem cum dicit si quis interrogat de sorte: vbi ē: et
r̄ndeatur est in ecclesia vel in scolis conueniēter r̄nderetur:
si igitur in ecclesia ⁊ in scolis non sunt termini ꝑtinētes ad Ad cōfirmationeꝫ 4.rōnis.
predicamentum vbi aliqui non conuenienter r̄nderent: igr̄
eiusdem est interrogatiuum hoc aduerbium vbi quod ista si
gnificant: significant autem loca ipsa extrinseca et non ali
quam rem formaliter loco inherentem. Dico ꝙ vbi potest
accipi dupliciter vno modo ꝓ significato: alio modo ꝓ de-
nominato siue ꝓ materiali: primo modo tam vbi actiuum
q̄ꝫ vbi passiuum significat formaliter respectuꝫ: secūdo mo
do vbi actiuum accipitur ꝓ ipso continente: ⁊ sic communi
ter fit interrogatio de continente: sicut etiam dicimus ꝙ ta
lis locus est conueniens locato.s.locus materialiter sum-
ptus: vt includit qualitates conuenientes corpore natura-
li locato: sicut etiam dicimus ille locus sanus est: non acci
pitur pro respectu locantis ad locatum: sed pro ipso conti-
nente includente qualitates facientes ꝓ sanitate.
¶ Ad auctoritatem Com.5.meta. vbi dicit iste ꝙ Com-
menta.vult quod locus accipiatur tm̄ ꝓ ipsa vltima super
ficie continentis: ⁊ vt sic talis locus est predicamentū vbi.
Dico ꝙ auctoritas commentatoris in.5.meta.cō.28.ē ad
oppositum: vult enim ibi ꝙ respectus continentis localiter
ad contentum sit predicamentum: vbi dicit em̄ sic: ⁊ iste ser
mo ita cecidit in libro: sed exemplum nō conuenit exempli-
ficato vbi loquitur de habitu: dicere enim ꝙ contentum ha
bet continens est sicut animal habere cutē ⁊ arborē habere
cortices: ⁊ hoc est predicamentum habitus: cyphum auteꝫ
hēre aquā ⁊ ciuitatē habere hoīes est econuerso.s.q̄r con-
tinens habet contentum: ⁊ ſm hunc modum dicitur ꝙ locꝰ
habet locatum: ⁊ hoc est in predicamento vbi. ⁊ vniuersa-
liter respectus in hoc predicamento est conuersus illi q̄ est
in predicamento habitus: ⁊ parum infra: est enim respectꝰ
comparationis inter continens et contentum: si igitur fue-
rit comparatio continentis ad contentum erit predicamen
tum habitus: sed econuerso de vbi hec ille: ⁊ in calce illius
commenti sic dicit: numerus respectuum qui demōstratur
per hēre sicut ſm numerū respectuum qui demonstratur ꝑ
hanc dictionē.in.sed hic hec propositio.in.dignꝰ dr̄ de re-

spectu contenti ad continens ⁊ recepti ad recipiendum: et hoc verbum hēre dignius dicitur de respectu continentis ad contentum ⁊ possidentis ad possessum. ¶ Ex quibus expresse apparet: quod ex quo ipse habitus qui est predicamentum vbi: dicit tm̄ respectum hn̄tis ad rem habitam: similiter: vbi: dicit respectum continentis ad contentum: non enim res hn̄s nec res habita dicuntur habitus qui est predicamentum: nec similiter superficies vltima continens ⁊ res contēta dr̄ esse de p̄dicamento vbi: sed vbi: qd̄ est predicamentū erit tantum respectus continentis ad contentum: ⁊ econtra. Ex hijs ēt apparet quid dicendū sit ad auctoritatem Commentatoris. 4. phisi. cō. 34. ⁊ similiter ad auctoritatem Boetij de tri. ⁊ sui cōmentatoris. ¶ Vltio loco rn̄dendum est: quō ille respōsiones facte contra tres rationes: quas facit cōtra seipz non euacuent illas rōnes Cum dicit ad primam: qd̄ sic arguendo locus est spēs quātitatis: vbi est locus: ergo vbi est spēs quantitatis: quod ē fallacia equiuocationis ex varia suppositione medij. Dico qd̄ si iste vult qd̄ vbi nullū respectum dicat nec re nec ratione additū loco siue superficiei quod in tali argumento non cōmittitur aliqua fallatia: patet quia qn̄ aliqua duo sic se hn̄t quod sunt penitus idem: quod verificatur de vno verificat̄ de reliquo: cum ergo vbi: ⁊ locus sint penitus idem ꝑ te: ergo si de loco verificatur quod sint spēs quātitatꝫ hoc idez verificabit̄ de vbi. ¶ Preterea qn̄cūqꝫ mediuz habēt tm̄ vnum significatum non contingit fallatia equiuocationis: sed vbi. ⁊ locus significant penitus idem ex parte rei quia locus significat vltimā superficiē corporis continentis. ⁊ vbi significat eandem cuz nullo modo ꝑ te dicat aliaz rez nec absolutam: nec respectiuam. ¶ Et cum dicit secundo soluendo hanc primam rōnem quod esto quod locus sit quantitas: non tamen locus est spēs quātitatis sed passio quantitatis. Et probat per Com. 5. meta. c. de quanto vbi dicit quod phūs in predicamentis enumerando illas spēs locutus est secundum famositatem tm̄ ⁊c. Dico quod hec responsio minime valet quia siue locus sit species quantitatis siue non: nihil refert ad propositum: quia ego quero: an locus pertineat ad predicamentum quantitatis: ita quod

Nō hāc rationē qꝛ ē adhoiez

precise sit in tali predicamento aut non si sic. Cū vbi sit penitus idem quod locus. Sequitur ꝙ vbi non erit predicamentum distinctum a predicamento quantitatis: ⁊ tunc motus erit tantum ad tria predicamenta: scilicet ad substantiam qualitatem ⁊ quantitatem qd̄ est contra phm̄. 5. meta. qui ponit motum ad quatuor predicamenta: scilicet ad tria supradicta ⁊ ad vbi. Si vero locus non est de predicamento quantitatis ⁊ aliud non potest assignari nisi predicamentum: vbi: tunc quero aut dicit rem absolutam aut respectiuam: si absolutam nulla alia erit nisi superficies continentis: que per se est in predicamento quantitatis: si respectiuā tunc habetur propositum: scilicet quod locus sit respectus alius ab vltima superficie continentis fundatus in ea ⁊ terminatus ad locatum. Et cuz dicit iste ꝙ quamuis eadē res sit locus: ⁊ quantitas seu superficies: non tamē secundum eandem rationem dicitur superficies ⁊ locus: sed inquantum est diuisibilis secundum duas dimensiones dicitur superficies in quātū ꝓ̄o est id ī q̊ aliud est tali mō essendi in. dicit̄ locus. Sed hec respōsio videt̄ tm̄ fuga. Tū qꝛ in re: superficies vt includit duas dimēsiones. s. longitudinem ⁊ latitudinē: ⁊ vt cōtinet locatū est simpliciter eadez res ⁊ nullo modo diuersificata. Tū: qꝛ vt cōtinet locatū: aut precise est superficies includens duas dimensiones: aut dicit aliquid aliud. Si p̄mo: ꝫ locus nullo mō differt a superficie. Si scd̄o q̄ro de illo alio: aut dicit respectū superficiei continētis ad contētum aut absolutū: qd̄cunqꝫ detur erit cōtra te: si dicit respectū: aut ille respectus est ex natura rei: ⁊ habet̄ ꝓpositū ꝙ locus vltra superficiez dicat rē respectiuā aliā a superficie aut est respectus ratiōis tantum: ⁊ hoc est falsum. Tū qꝛ locus non esset in aliquo predicamēto cū predicamenta sint p̄ter opus intellectus. Tū: quia nullo intellectu cōparante nullꝰ locus esset: q̄ omnia sunt absurda. Dicere ergo locum distingui a superficie ⁊ ex parte rei nō eē aliū ab ip̄a nec ex ꝑte rōnis vr̄ implicatio in adiecto. ¶ Ad secundā respōsionem qua nititur absoluere auctoritatez. Auctoris sex p̄ncipioꝝ dicētis ꝙ vbi est circūscriptio corporis a loci circunscriptiōe ꝓcedēs. ⁊c. Dico ꝙ extorq̄t auctoritatem ⁊ intentionem auctoris: cū dicit ipsum vbi nō distingui ab vltima superficie continētis: ⁊ cū probat ꝑ simile: sicut circunscriptio loci a qua dicit circūscriptionem corporis ꝓcedere: nō intelligitur aliqua res a loco distincta: qua circumscribat̄ locus. Dico ꝙ hoc vel est: quia auctor sex principiorum ponit duplicem circumscriptionem. s. actiuam ⁊ passiuam: nam in eodem instanti quō ponit̄ actiua ponit̄ ⁊ passiua ⁊ econtra. auctor. 6. p̄ncipioꝝ exponit.

¶ Ibi. Ex hoc destruitur prima responsio: ꝙ nõ faciat ꝑ minimo motu: naꝫ opinio illa habet dicere ẜm primã respõsionem: ꝙ possit dari minima pars motus: sed hoc patet eẽ falsum ⁊ contra opinionem illam: q꞉ secundum eam non est accipere minimum in motu ẜm ꝙ quantum: ⁊ successio est ĩ motu locali per se ex ratione alicuius inquantum quantũ: patet: quia talis successio fit ratione quantitatis: vꝉ ipsius mobilis: vel medij: vel vtriusqꝫ: vt dixi supra: ⁊ sic in motu locali nullo modo potest esse minimum. Addit Doc. ꝙ nec in alijs motibus: puta augmentationis vel alterationis: q꞉ licet non ita immediate concedatur de alteratione: si ponatur motus vel successio secundum formam: tamen sequitur per locum a maiori negatiue: nullus enim motus velocior est latione: ⁊ ita nullus potest habere partes indiuisibiles: si iste necessario habeat partes diuisibiles: patet: quia si caliditas que acquiritur in aliquo subiecto: siue in aliqua magnitudine possit acquiri ẜm partes ĩdiuisibiles: tunc talis motus esset velocior quolibet motu locali: patet: q꞉ ille motus est velocior: qui mensuratur minori tẽpore ceteris paribus. Nulla autem pars motus localis quecunqꝫ sit illa potest acquiri in instanti sed tantum acquiritur in tempore cum motus nõ fiat in instanti: sed si aliqua pars alterationis esset indiuisibilis illa acquireretur in instanti: patet: q꞉ non posset acquiri successiue: ⁊ sic pꝫ quõ in alteratione nõ datur minimũ: nec multo minus in augmentatione. ¶ Ibi Ex eodem etiam destruitur secunda responsio: ꝙ nõ faciat pro minimo motu ⁊c. Secunda responsio fuit: ꝙ non põt dari minimũ per se existens. Et sic minimus motus per se existens: ⁊ ꝙ non possit dari minimus motus per se existẽs patet: quia motus si est super aliquaꝫ quantitatem: oportet ꝙ sit transitus primo alicuius partis: sed in quantitate ẜm illam opinionem non datur minima pars: ergo nec in motu qui est super illam quantitatem dabitur minimum: quod ẽ contra illam opinionem. ¶ Ibi. Secunda etiam responsio q̃ꝫtũ ad minimũ motũ destruitur etiaꝫ per alia. Primo: q̃a quando mouens est presens ⁊ vincens super motum nõ potest poni illa ratio extrinseca: propter quã negatur tale minimum posse per se esse. s. presentia corruptiui: quia presentia mouentis ⁊ producentis tale minimum: tunc vincit omne contrarium corruptiuum. Vult dicere Doc. ꝙ hec secũda respõsio: que est de minimo per se existẽti. primo destruitur quantum ad hoc quod dixit: quod si minimum diuideretur conuerteretur in continens ⁊c. Probat ꝙ non conuerteretur: puta in casu: quando mouens est presens ⁊ vincẽs super motum. ¶ Ibi. Similiter quodcunqꝫ datum minimum ⁊c. Hic Doct. specialiter probat de motu: ꝙ si dareť minimus motus per te: qui esset quoddam totum: tunc partes illius dicerentur partes inquantum fluunt: nam fluẽdo vna continuatur alteri: quia prima pars fluit ⁊ secunda aduenit. sic ergo si minimus motus diuideretur ⁊ partes ille non per se existerent: non esset inconueniens: cum nõ sit de ratione partis successiui ꝙ actu existat: sed quod fluat sicut econtrario est de ratione permanentis: ꝙ partes non fluãt sed ꝙ permaneãt in toto: ⁊ sic patet quomodo non oportet recurrere ad hoc: ꝙ ille partes conuerterentur in cõtinẽs.

Hic patꝫ quõ ĩ alteratione augmẽtatiõeqꝫ nõ dať minĩa ps exñs.

In littera Doc. quinqꝫ conclusiones videntur prĩa facie dubie: que hic per ordinẽ ponuntur: contra quas multis medijs instatur vt magis earũ veritas elucescat.

dubia notabilia ex ꝯclusionibꝰ docto.

¶ Conclusio prima. Sicut quelibet pars quanti inquantũ quantum potest per se esse: ita quelibet pars quanti naturalis inquantum quantum naturale potest per se esse: siue non repugnat posse per se esse.

¶ Conclusio secunda. Omne ens naturale homogeneum est simpliciter diuisibile in semper diuisibilia in infinitum.

¶ Conclusio tertia. Sicut essentiale est quanto posse diuidi in partem: ita est essentiale quod singulum eorum in que diuiditur possit esse hoc aliquid.

¶ Conclusio quarta. Si singulum eorum in que diuiditur quantũ potest esse hoc aliquid: igitur nulli eorum repugnat posse per se esse.

¶ Conclusio quinta. Partes sunt naturaliter priores toto: igiť nõ repugnãt eis ꝯtradictorie posse eẽ sine ip̃o toto.

Contra Primam arguitur: ⁊ accipio ignem ꝓ quanto naturali: qui est vere suppositum. Et prĩo sic: si quelibet pars ignis potest per se eẽ: ergo quelibet diuisa erit vere suppositum: patet: quia sicut ignis totꝰ ponitur suppositum: quia potest per se stare: ergo ⁊ quelibet pars ignis potest per se esse: ergo quelibet diuisa erit vere suppositum: patet: quia sicut ignis totus ponitur suppositũ quia potest per se stare: ergo ⁊ quelibet pars si potest per se stare: ⁊ tunc in eodem igne erunt plura supposita: ⁊ tunc cõtradicit sibi: quia in secundo. d. 15. probat ꝙ elementa non sunt in mixto: quia tunc essent plura supposita ĩ eodem mixto: quod est inconueniens apud eum. ¶ Secundo sequeretur: ꝙ vna pars ignis nõ posset communicari igni vt pars: quia hoc est contra rationem suppositi: suppositum enĩ dicit negationem duplicis dependentie. s. actualis ⁊ aptitudinalis: vel ergo pars ignis esset in igne violenter: vel nullo modo posset cõmunicari vt pars: vtrunqꝫ est ĩcõueniẽs. ¶ Tertio sequitur: ꝙ ex pluribus partibus ignis non posset constitui vnus ignis totalis: quia si quelibet nata est per se stare: ⁊ vere suppositum: ex illis non potest fieri vnum: quia ex duobus entibus in actu saltem vltimato cuiusmodi est suppositum non fit vnum ex. 7. metaphy. ¶ Quarto Quia illa similitudo non valet de quanto in quantum quãtum: ⁊ de quanto naturali inquantum naturale: quia pars quantitatis separata nõ est suppositum sicut nec tota quãtitas: ⁊ ideo non videntur sequi illa inconuenientia de partibus quãti inquantum quantum: que sequuntur de quãto naturali inquantum naturale: quia quelibet pars eiꝰ si posset per se stare esset suppositum. ¶ Quinto sequereť ꝙ minima pars ignis posset vere agere sicut ⁊ totus ignis compositus: patet: quia esset simpliciter eiusdem rationis: ⁊ eiusdem speciei specialissime: ⁊ talia sic se habent: ꝙ cõuenit vni ⁊ alteri conuenit. ¶ Respondeo ad primum ꝙ Doct. non cõtradicit sibi: q꞉ si quattuor elementa essent in mixto essent quattuor supposita perfecta: que non concurrunt ad constituendum tertium: ⁊ essent ibi supposita vere distincta ⁊ vere substantia: ⁊ non tantum in existentia. Hic autẽ essẽt supposita tantum in existentia: ⁊ partes vnius suppositi totalis. ¶ Ad secundum dico primo: ꝙ nichil est proprie suppositum: quod est natum esse pars alterius: quia hoc est cõtra rationem suppositi Dico secundo: quod cõmunicari alteri potest intelligi multipliciter. Primo in ratione suppo

ꝯ. 1. ꝯclusionẽ prĩo arguitur.

Rñsio ad primum.

fiti:ita ꝙ in se non sit suppositum:sed tantuz in altero:sicut natura humana ia verbo. Secundo vt sit suppositum in se imperfectum tamen et quod sit pars integralis alterius. Et tunc dico quod pars in toto non tantum subsistit subsistentia totius:sed etiam propria. Dico tamen distinguẽdo quod pars potest multipliciter accipi:primo pro parte integrali. Secundo pro parte essentiali. Secundo modo ps essentialis separata nunquam esset suppositum proprie: ⁊ sic dr suppositum ratione totius essentialis: primo modo: aut est pars totius homogenei:quod non est natum esse ps alterius compositi etherogenei:aut est ps homogenei: qđ est natum esse pars alterius etherogenei: sicut caro hoĩs primo modo dico:ꝙ quelibet pars nata est esse suppositum vt patet de partibus ignis vel lapidis.⁊ sic tale suppositũ potest esse pars alterius integralis:⁊ tales partes sunt ibi quasi fm iuxta positionem:ibi enim non est informatio vnius partis ab alia. Secundo modo dico:ꝙ si pars illius etherogenei nata sit esse suppositum:ꝙ etiam quelibet pars illius partis homogenee nata est esse suppositum. Et ex hoc etiam apparet clarior responsio ad primum argumentum: quia in mixto elementa non ponerentur vt partes integrales:nec alicuius homogenei:nec etherogenei:sed ponerentur partes essentiales mixti:⁊ tunc est inconueniens ponere plura supposita esse partes essentiales alicuius:posset etiam dici secundum aliquos:ꝙ pars ignis separata est actu suppositum:⁊ vnitas non est actu suppositum:sicut natura humana vnita actu verbo non est suppositum in se:sed separata sic. Sed hoc non videt esse veruz:quia pars ignis nõ est in igne:sicut natura humana in verbo:quia ignis non videtur terminare in ratione suppositi dependentiam sue partis integralis:cum totus ignis dependeat in essendo ⁊ existendo a suis partibus integralibus:⁊ licet partes vt in toto habeant perfectius esse pro quanto participant esse totius:non tamen proprie dependent a toto vt a supposito:imo ꝙ sic terminat dependentiam in ratione suppositi est prius:sed partes vt constituunt totum integrale sunt priores ergo videtur ergo alia responsio melior.

Ad.3. ¶ Ad tertium dico:ꝙ phũs loquitur de partibus essentialibus: vt patet ibi:⁊ non de partibus integralibus que integrant totum:quasi fm iuxta positionem:cuz quelibet pars sit distincte signabilis:quia suppositum non est perfectibile essentialiter ab alio:nec potest aliud essentialiter perficere:⁊ sic phũs.8.metaphy.loquitur ꝙ ex duobus entibus in actu non fit tertium essentialiter.

Ad.4. ¶ Ad quartum dico:ꝙ est simile q̃stum ad hoc: quod sicut pars quãti separata ab ipso:ita potest existere sicut quantũ licet nullo modo sit suppositum:quia nec quantum si tamẽ quantum esset suppositum:ita quelibet pars esset suppositũ separata:sed quia quantum naturale vt ignis est vere suppositum ita ⁊ quelibet pars homogenea illius erit suppositum separata.

Ad.5. ¶ Ad quintum dico:ꝙ requiritur etiam debita dispositio ad hoc vt possit agere qualis non apparet in minima parte ignis:⁊ de hoc dicam inferius.

Instat ꝯ scdaz primo. **Contra secundam arguitur primo:q̃** si quelibet pars quanti naturalis est diuisibilis in infinituz ꝙ pars erit equalis toti:patz:q̃ ita pars est diuisibilis in infinitas partes:sicut totum.ergo. Tum q̃ infinitum posset excedi:patet:quia totum continet plures partes:quarũ q̃libet est diuisibilis in infinitum.ergo.

¶ Secundo sic:ergo possunt esse infinite partes in actu: patet:quia frustra est illa potentia:que non potest reduci ad actũ. Tum quia potẽtie passiue correspondet aliqua actiua:sed quantum est diuisibile in infinitas partes: ergo aliq̃ potentia actiua potest illud actu diuidere. ¶ Tertio datur prima ⁊ vltima pars quanti:ergo non est diuisibile in infinitum:patet consequẽtia:quia tale non habet:nec primũ nec vltimũ:añs patet:quia quantum terminatur duobus punctis:modo pars terminatur ad punctum indiuisibiliter: pz q̃ illa immediate tãgit punctũ:ita ꝙ inter punctum ⁊ illam partem ĩmediate tangentem non est alia pars. ¶ Quarto sequeretur:ꝙ aliquod quantũ naturale esset intensiue infinitum patet:accipio ignem intensum:vt duo:si est diuisibilis in infinitos ignes:quilibet eorũ erit intensus vt duo: ⁊ sic essent in eodem igne actu infinite perfectiones: quia quelz pars ignis in se est perfectionis vt duo.

¶ Quinto seq̃ret:ꝙ q̃libet substãtia naturalis eẽt ꝯposita ex infinitis substantijs: patet:quia tales sunt diuisibiles in infinitas:substãtias vt pz de igne:aqua:⁊ hmõi:sz hoc videtur impossibile:tum quia agens non posset generare substãtiam:nisi transiret infinitas partes:infinitum autem non potest pertransiri. Tum quia generatio non esset in instanti:quia diuisibile ĩ infinitum ab agente naturali non potest transiri in instanti:maxime si sit substantia generabilis.

¶ Sexto sequeretur:ꝙ intellectus creatus simul posset infinita distincte cognoscere:patet:quia angelus distincte et perfecte congnoscit ignẽ:ergo disticte cognoscit omnẽ partem ipsius ignis:⁊ ille sunt infinite.ergo. Illud enim distincte cognoscitur cuius omnes partes actu perfecte cognoscũtur. vt patet a Doc.in.1.d.3.q.2. ¶ Septimo sequeret ꝙ quelibet pars ignis cuz sit ita nata per se esse sicut totus ignis:vt patet in prima cõclusione ꝙ posset cãre spẽm itelligibilem in intellectũ:puta angeli:q̃ etiã de singularibus hr̃ species intelligibilis:vt patet a Doc.in secũdo.d.3.q.vltima:⁊ sic infinite partes ignis possent actu cãre in aliquo intellectu creato infinitas species intelligibiles:qđ est simpliciter impossibile. ¶ Octauo si ignis est diuisibilis in ĩfinitos ignes.ergo quilibet est ita obiectum per se intelligibile actu:sicut ipse ignis:patet consequentia:quia quilibet includit quidditatiue ens quod ponitur adequatum obiectũ intellectus:ergo erunt actu infinita intelligibilia naturaliter mouẽtia ĩtellectũ ꝙ qñ ignis mouet actu ĩtellectũ ad sui cognitionẽ:ꝙ q̃libz ps ignis actu mouet ad sui cognitionẽ. Nec valz dicere qđ vt sepata mouet:sz nõ vt pars. Cõtra: q̃ precise est eadẽ entitas vnita sicut separata.ergo ⁊c. Et vltra sequitur: quod actu causantur infinite intellectiones in intellectu:quia quelibet pars vt separata nata est habere ⁊ causare propriam intellectionem:ergo ⁊ vnita cum sit simpliciter eadem entitas. ¶ Nono sequeretur ꝙ sol cum sit vere quantus esset vere deuisibilis in infinitas partes: quarum quelibet esset sol: ⁊ sic non repugnaret posse esse plures soles:quod videtur contra philosophum:consequẽtia patet:quia omne quantum est diuisibile in infinitas partes. ergo. ¶ Decimo arguitur: quia etiam passio entis naturalis esset diuisibilis in infinitas passiones:⁊ sic sequeretur ꝙ sicut ignis posset comburere magnum lignũ:ita quelibet pars ignis cum illa pars sit eque intensa. Sequeretur etiam: quod sicut aliquod graue moueret se ad centrum:ita ⁊ quelibet pars posset se mouere.

Respõdeo ad primũ Dico primo:ꝙ ⁊ si pars sit equalis toti secundum partes proportionales:non tamen est equalis fm partes quãtatiuas. Dico secundo:ꝙ maius ⁊ minus sunt tantum passiones quanti finiti et non infiniti:vt dicit Doct.in isto secundo.d.1.q.3. Et cum dicitur ꝙ ĩfinitum excederetur:dico ꝙ pars secundum partes proportionales est ita infinita sicut totum:nec in toto possunt esse plures partes:quia in vtroq̧ sunt infinite:si enim in toto essent plures possent numerari incipiendo a prima parte que non est dabilis:sunt tñ in toto plures fm quãtitatẽ: sz non secũdũ ꝓportionem rñio ad.1.

¶ Ad secũdum dico:ꝙ ⁊ si tales potentie sint reducibiles ad actum:non tamen simul:sed successiue in infinitum: vt patet in corpore. q.9.cum dicitur de potentia actiua:concedo ꝙ eo modo quo ponitur passiua:potest põi actiua correspondens:⁊ sic concedo:ꝙ sicut quantum est successiue diuisibile in infinitas partes:ita potentia actiua potest successiue diuidere:modo repugnat quanto posse simul diuidi in infinitas partes:vt patet a Doc.q.9.vide ibi. Ad.2. ¶ Ad tertium facilis est responsio. Dico enim ꝙ licet pars immediate terminetur ad punctum:⁊ versus punctum immediatuz non sit diuisibilis: tamen simpliciter est diuisibilis ex alia parte in infinitum. ¶ Si dicatur sicut in quanto datur primum punctuz:vt patet:ergo pars que immediate sequitur punctum erit:prima pars quanti patet:quia illa tangit pũctum indiuisibiliter:quia ante illam immediatam non ẽ prior:quia tunc non esset immediata puncto. ¶ Dico ꝙ non potest dari pars aliqua:que sit omnino indiuisibilis:q̃ quacunq̧ data etiam immediatissima puncto:cum sit quãta ẽ diuisibilis in infinitum:⁊ si diuisibilis:ergo non primo:immo dico quod ipsi puncto vna est immediatior alia in infinitum:quia quacunq̧ immediata assignata adhuc alia est in infinitum immediatior. Ad.3.

¶ Ad quartum dico: quod si poneretur albedo intensa vt vnum: ⁊ esset extensa super magnam superficiem: ita esset intensa in minima parte sicut in tota superficie:vt pz

a doc. in primo. d. 2. ⁊ idem gradus intensionis ita perfecte esset in minima parte sicut in tota superficie: si ergo esset diuisa in infinitum in qualibet parte esset tantum vnus gradus intensionis: ⁊ si modo sint vnite: ita possunt omnes habere proprium gradum intensionis: non tamen sequitur ꝙ sit infinite intensa: quia omnes illi gradus sunt simpliciter eiusdem rationis: ita ꝙ quilibet est precise intensus: vt vnū siue quelibet pars est precise intensa: vt vnum: ⁊ hoc non facit maiorem perfectionem intensiuam: sed maior perfectio intensiua est sm̄ alium ⁊ aliū graduʒ intensionis. ita ꝙ intēsa vt quatuor: est perfectior intensa vt vnum.

Rn̄o singularis ⁊ nobilis ¶ Dico etiam: ꝙ albedo illa esset infinita tantum extensiue: quia sicut in illa sunt infinite partes: ⁊ quelibet habet proprium gradum intensionis: ita sunt sibi infiniti gradus intensionis: ⁊ sic infinita tantum extensiue: nec est inconueniens esse aliquod infinitum extensiue: ⁊ hoc tantum secūdum gradus inexistentes: sicut etiam ignis est infinitus extensiue: quia diuisibilis in infinitas partes: que actu sibi inexistunt: ⁊ quelibet pars habet propriam perfectionē. Esset tamē inconueniens ꝙ in igne essent infinite partes actu subsistentes ⁊ diuise: quia tunc daretur infinitum in actu secundum numerum: quod est contra philosophos: licet forte non esset inconueniens: nec repugnans veritati: de hoc vide doc. in tertio. d. 14. Posito ergo ꝙ in vno quanto sint infinite perfectiones: ita ꝙ quelibet pars habeat propriam perfectionem: ⁊ sic infinite perfectiones sm̄ infinitas partes: ⁊ sic infinitum extensiue: non tamen sequitur: in quāto sunt actu infinite perfectiones inexistentes: ergo est infinitum intensiue: quia si esset infinitum intēsiue quelibet pars quanti haberet infinitos gradus intensionis. Nā gradus intensionis sic se habent ꝙ quando dicimus album est intēsum vt quatuor omnes illi gradus sunt in qualibet parte albi: ⁊ si esset intensum in infinitum in qualibet parte albi essent infiniti gradus intensionis. Non seq̄tur: ergo in albo sunt infiniti gradus intensionis: sed infinite partes inexistentes reddēdo singulos gradus singulis partibus: ergo album est infinitum intensiue non sequitur: sed tantum seq̄tur: ergo est infinitum extensiue: ⁊ etiam extensiue est tm̄ infinitum secundum quid: quia tantum secundum partes inexistentes. ¶ Si dicatur: quod bene sequitur est infinituʒ extēsiue: ergo ⁊ intensiue: quia plura bona equalia: puta. 10 equiualent vni bono intensiue: puta si sint. 10. alba intensa vt duo equiualent vni albo intenso: vt. 20. ⁊ hoc patʒ a docto. in primo. d. 2. ⁊ in quoli. q. 20. ergo si in vno albo sunt infinite partes equales secundum perfectionem: tunc equiualent bono infinito intensiue: ⁊ sic si essent actu infiniti homines equiualerent bono infinito intensiue. ¶ Rn̄deo cōcedendo: ꝙ equiualerent alicui bono infinito intensiue: et hoc loquēdo de gradibus intensionis consequentibus perfectionem non specificam sed indiuiduorum. Si ergo eēnt infinite albedines actu: quarum quelibet esset intensa vt vnum: vel vt duo equiualerent vni albedini intensiue infinite: licet talis albedo nullo modo esset possibilis: vt patʒ subtiliter a doc. in tertio. d. 13. ⁊ sic vnuʒ singulare albedinis excederet in infinitum alia singularia albedinis. ¶ Si dicatur: ꝙ tunc talis albedo intensiue infinita esset deus: quia infinite perfectionis. ¶ Dico ꝙ infinituʒ intensiue accipitur pro nunc dupliciter: quia quoddam dicitur infinituʒ in-

Nobilis distictio d̄ īfinito intensiue tensiue precise sm̄ gradus consequentes naturaʒ indiuidui sicut dicim⁹. ꝙ vna albedo est intensior alia: ⁊ tale infinitū puta aliqua albedo: ⁊ si excedat omnem albedineʒ in infinitum secundum gradus intensionis consequentes conditiones indiuiduales: nō tm̄ excedit aliā sm̄ gradus consequētes naturam specificam: siue secundum gradum specificū: quia vt sic etiam minima albedo est ita specifice siue quiditatiue perfecta: sicut infinita albedo intensiue. Aliud est infinitum intensiue secunduʒ gradus specificos: siue quiditatiuos: siue sm̄ gradus consequentes precise naturam specificam: ⁊ tale infinitum equiualet secundum perfectionē infinitis speciebus: ⁊ hoc modo ponitur natura diuina intensiue infinita: ⁊ infinitū primo modo dicitur infinitum sm̄ quid: q² nō diceret absolute infinituʒ ens simpliciter: q² adhuc esset ens limitatū. Sʒ scd̄o mō diceret infinitū simpl'r q² infinitū ens simpl'r excludens oēm imꝑfectionē ⁊ includēs oēm ꝑfectionē simpl'r. Et sic pʒ q̄d dicendū ad difficultatē. Sed an tale infinitū sm̄ q̄d sit in genere vide q̄ dixi in p̄mo. d. 8. q. 2. ¶ Ad quintum cōcedo ꝙ est ex infinitis substantijs: ⁊ etiā patet rn̄sio ex dictis supra quō īfinitū nō potest pertransiri. Et cum dicitur de generatione. Dico p̄io ꝙ fit in instanti quia illa primo terminatur ad substantiam vt priorem quantitate: ⁊ sic simul tota inducitur. Dico secūdo ꝙ non habeo pro inconuenienti quod substātia generetur in t̄pe: vt patet a docto. 9. metaphy. ¶ Ad sextum dico ꝙ intellectus angeli potest cognoscere ignem distincte secundū oēs partes essentiales: et secundū oēs p̄tes integrales sm̄ quantitatē: sed non secundū proportionem: quia actu non cognoscit infinita: potest bene cognoscere infinita ī infinitum semper cognoscendo vnum post aliud. Dico secūdo ꝙ forte non esset inconueniens ꝙ cognosceret īfinitas partes inexistentes: sed non infinitas subsistentes. sed p̄ia responsio est melior vt videtur. ¶ Ad septimum dico: ꝙ si pars ignis esset separata ⁊ disposita. posset cāre propriam speciem: sed qn̄ est vnita ⁊ pars totius tūc concausat: ⁊ sic concedo ꝙ omnes partes ignis eque disposite cōcurrunt ad causandum tm̄ vnā specieʒ intelligibilē ipsius ignis an modo separata possit: de hoc alias. ¶ Ad octauuʒ ꝯcedo: ꝙ si quelibet pars ignis esset per se: eēt per se actu intelligibilis: si tamē esset disposita ⁊ posset causare partialiter sui cognitionem: tm̄ vt est pars alterius: oēs ille partes eque propinque et disposite concurrunt concausando tm̄ vnam intellectionem: qua cognoscitur totum ⁊ pars: non tamen ꝙ simul omnes partes sm̄ ꝓportionem distincte concipiātur: sed sufficit ꝙ confuse concipiantur. ¶ Ad nonū concedo: ꝙ non repugnat posse esse plures soles ēt sm̄ viā phi: vt patet a doc. in. 2. d. 3. ⁊ in quoli. q. 2. ¶ Ad vltimum cōcedo ꝙ totū potest mouere se: q² est dispositum cū sit debite quantitatis: sed negatur quod q̄libet pars cū non sit in debita quātitate. Et licʒ doc. ī isto secūdo. d. 2. q. 10. dicat ꝙ q̄libet pars grauis moueat se: debet intelligi. vt ē in toto graui: q² tūc q̄libet concurrit. hoc idē dico de igne ⁊ caliditate

Contra Tertiam

conclusionem ⁊ probo: ꝙ nō q̄libet pars esset īdiuidua: puta alicuius ignis. Primo sic: quia si ignis est vnum singulare ⁊ diuidatur in plures partes: quarum quelibet est singularis: sequitur quod quelibet habebit propriam hecheitateʒ ⁊ tunc quero aut habebit illam prius: aut in diuisione fuit causata: non primo: quia tunc vnum singulare non eēt vnū singulare: quia in eo essent plures singularitates: immo infinite. non secundo: quia non videtur ꝙ in diuisione continui stati causet̄ noua entitas absoluta qualis est hecheitas

C̄.3.ꝯclu. p̄io īstat̄ ⁊ nota: q² egregie loquitur.

¶ Secundo si hic ignis est diuisibilis in plures ignes singulares (cum singularitas sit prior quantitate loquendo de singularitate substātie: vt patet a docto. in secundo. d. 3. 2
sequitur ꝙ hec substantia lapidis esset diuisibilis in partes infinitas: ⁊ sic hec substantia lapidis necessario includeret īfinitas hecheitates: si eī non esset sic diuisibilis: nunꝙ̄ per quantitatem aduenientem posset actu diuidi: ⁊ sic sequeretur ꝙ nunꝙ̄ posset esse aliquod singulare substantie: quin semper includeret infinitas singularitates: quod est valde inconueniens. ¶ Tertio arguitur: quia secundum Doc. in secundo. d. 3. singularitas est realiter idem nature cuius est
ergo singularitas ignis erit simpliciter idem realiter nature ignis contracte per singularitateʒ: ⁊ simpliciter realiter idem cum tota natura contracta. ergo non posset diuidi natura ignis contracta: quin ⁊ eius singularitas diuideretur quod videtur inconueniens: quia singularitas est indiuisibilis: quia est idem quo singulare est indiuisum a se: ⁊ diuisum a quolibet alio. Et vltra si ponatur diuisibilis: tunc sequitur ꝙ vna pars singularitatis erit precise idem cū vna p̄te nature ꝯtracte: ⁊ alia p̄s alteri p̄ti: ⁊ sic de alijs: ⁊ sic nulla vna singularitas esset idem toti nature contracte quod ē 3
inconueniens. ¶ Quarto arguitur: quia plura singularia 4
eiusdem speciei sp̄alissime non concurrunt ad compositionem alicuius tertij: pʒ: quia duo homines non faciunt vnū hominem nec duo lapides vnū lapideʒ: quia tunc nō essent in recta linea predicamentali: quia pars non est in predicamento: vt etiā patet a Doc. in secundo. d. prima. q. vltima.
¶ Quinto arguitur: vnum indiuiduum nunquam est ī po- 5
tentia vt perficiatur ab alio indiuiduo eiusdem speciei: vt patet: sed si partes ignis essent indiuidua: tunc perficeren̄ ab ipso toto igne: patet per Docto. in. 3. d. 1. contra opi. q̄a partes in toto sunt in potentia ad formam totius: ⁊ perficiuntur a forma totius. ¶ Respondeo ad primum cōcedo ꝙ quelibet pars habet propriam hecheitatē: ⁊ hoc an̄ diuisionē: q² partes sunt priores toto: ⁊ p̄ consequens in illo p̄ori habent ꝓpriā hecheitatē sicut ꝓpriā entitatē. ¶ Ad se-

cundum concedo ꝙ substantia ignis vt prior quātitate est diuisibilis in infinitas substantias: ⁊ concedo ꝙ includit infinitas hecheitates. Et cum dicitur in primo argumēto ꝙ tunc non esset vnum singulare. Dico ꝙ si totum integralē dicit aliam entitatem realiter distinctam ab omnibus partibus integralibus ꝙ ignis erit vnum singulare vna hecheitate realiter eadem sibi. Si vero non dicat aliam entitatē a partibus tunc dico ꝙ erit vnum singulare aggregatū ex infinitis partibus singularibus: ⁊ sic erit constitutum ex īfinitis singularibus. Et vltra concedo ꝙ in substantiīs homogeneis nō pōt dari aliquod singulare quin illud sit diuisibile in infinita singularia. ¶ Ad tertium dico ꝙ si totū integrale dicit aliam entitatem a partibus ꝙ habet hecheitatem realiter eandem sibi ⁊ sicut illa entitas resultans est indiuisibilis in plures tales entitates sic ⁊ eius hecheitas: sicut humanitas est indiuisibilis in plures hūanitates: ita ⁊ eius hecheitas. Si vero totum integrale non dicit aliam entitatem a partibus. Dico ꝙ quelibet pars habet propriā hecheitatem contrahentē illam partem ad esse indiuiduale q̄ est eadem sibi: sed ex oībus partibus integraꝛ totum.

¶ Ad quartum dico ꝙ intelligitur sic ꝙ non concurrrunt ad componendum tertiū sic ꝙ vnum singulare sit potentiale ad aliud: ita ꝙ vnum informeꝛ ab alio: sed non intelligiꝛ ꝙ non possunt concurrere ad integrandum aliquod totū vbi non est informatio vnius ab alio. ¶ Ad quintum dico qꝺ totum non informat partes nec perficit per informationē vt patet a doc. in tertio. d. 2. sed pars vt est ī toto dꝛ perfici pro quanto dꝛ participare perfectionē totius non ꝙ ibi sit aliqua informatio: ⁊ sic doc. intelligit.

Cōtra. 4. ꝯclusionē 1. arguꝛ. **Contra** quartam arguꝛ primo: qꝛ quantū vt ignis diuidiꝛ in materiam ⁊ formam ⁊ forma est vere indiuiduum: vt patet a doc. in secundo. d. 3. ⁊ tamen forma ꝺm phm̄ non potest per se esse: quia tm̄ habet esse in composito: vt ēt tenet doc. in. 2. di. 17. ⁊ in. 4. d. 43. q. 2. ¶ Secundo arguitur: si minima pars ignis que est indiuiduū potest per se esse siue existere aut est ratione quantitatis: aut ratione substantie ignis: nō primo: quia nullum est accidēs ꝙ sit alicui ratio subsistendi: vt patet: non secundo: quia ponitur ꝙ indiuiduum quanti vt quantum potest per se esse.

¶ Tertio arguitur. nihil ꝙ habet esse inexistens potest ꝑ se esse: sed oēs partes quanti inexistunt ipsi quāto: ergo nō possunt subsistere: si enim possent per se stare cum in quanto sint infinite inexistentes sequeretur ꝙ actu possent infinite subsistere. ¶ Respondeo ad primum qꝺ talis diuisio nō intelligitur in partes essentiales sed in partes integrales.

¶ Ad secundum: dico qꝺ ratio per se standi est duplex negatio: de qua doc. in tertio. di. prima. q. prima: q̄ duplex negatio tantum nata est inesse substātie perfecte que nata est vere subsistere: sicut substantia composita reponibilis in p̄dicamento vel substātia simplex vt angelus vel alia substātia simpliciter immaterialis: de quib⁹ in. 3. doc. ⁊ in primo ⁊ in quoli. ¶ Ad tertium negatur ista propositio. s. ꝙ nihil inexistens alteri possit per se stare: quia videmus per experientiam ꝙ pars quanti inexistit quanto: ⁊ tamen separata per se existit. Et cum dꝛ ꝙ tūc possent infinite subsistere cōcedo successiue: sed non simul in actu vel infinite in infinitū vt dixi supra.

Cōtra. 5. 1. instatur **Contra** quintam. Et primo probat ꝙ partes non sint naturaliꝛ priores toto qꝛ aut sūt p̄ores ꝯpositiue aut priuatiue seu negatiue. Si primo: sequitur ꝙ actu pñt existere sine toto vt patet a doc. in. 2. īmo qꝺ est sic p̄us natura est etiā prius duratione: vt patet a doc. in. 2. d. p̄ma q. 2. ⁊ in tertio. di. 3. q. prima. Si secundo: sequitur: quod si non preuenirentur ab aliquo causando totum quod essent priores duratione: vt patet a doc. in secundo vbi supra.

¶ Secundo arguitur: qꝛ hec conclusio non tantum est vera de partibus integralibus: sed etiam de partibus essentialibus. Tunc sic: si forma substantialis ignis est naturaliter prior composito ⁊ certum est quod non habet esse a se: ergo ab alio: ergo ꝓductio prius terminatur ad formam quā ad compositū: ergo nō produciꝛ eadem productione qua ⁊ cōpositū qꝺ est cōtra doc. in. 2. d. 17. ⁊ in. 4. di. 43. q. 2 etiam de anima intellectiua ꝺm viam phi. ¶ Tertio arguitur p̄ncipaliter: quia sequitur quod forma partis hēt esse existentie ⁊ non esse precise in cōposito qꝺ est cōtra doc. in. 2. d. 17. ꝙ aūt haberet esse existentie: patet: quia forma dat eē principaliter cōposito vt ab oīb⁹ ꝯcediꝛ: ⁊ ꝑ te est prior naturaliter composito: ergo in illo priori habet verum esse reale.

¶ Quarto arguiꝛ contra illud quod dicit partibus nō repugnat posse esse sine composito: quia priores naturaliter quia sequitur quod forma ignis ⁊ materia possent existere sine composito ignis quod est impossibile apꝺ philosophū: qꝛ ⁊ si ponunꝛ separata. scilicet forma ⁊ materia sequitur ꝙ forma materialis posset existere sine materia ⁊ econtra.

¶ Quinto arguitur: quia forma ⁊ materia etiam: vt simul vnita sunt prius composito saltem naturaliter: ergo possent esse vnita sine composito quod est simpliciter impossibile: ⁊ sic anima ⁊ corpus possent simul esse vnita: ⁊ tamē hō nō esset. ¶ Sexto: si pars vt naturaliter prior toto potest esse sine toto: sequitur ꝙ oēs partes alicuius totius integralis etiam vnite possint esse sine toto integrali: patet: qꝛ vt vnite sunt naturaliter priores toto: ergo. ⁊c. ¶ Septimo. Si omnes partes totius integralis siue alicuius quanti possunt esse sine ipso toto: quia priores natura: ergo infinite p̄tes actu possunt esse ⁊ non inexistentes toti patet consequētia: quia totum in actu depēdet ab omnibus suis partibus ergo oportet quod omnes partes prius habeāt esse ī actu q̄ꝫ intelligatur totum: ⁊ sic infinita in actu.

¶ Octauo sic: causa nō causat nisi sit in actu: vt pꝫ. 3. phy. ⁊. 5. meta. ⁊ cā etiā quādo causat est prior causato: vt patꝫ a doc. in. 2. d. prima: ⁊ alibi: sed oēs partes toti⁹ integralis suo modo causant totum: ergo in illo priori sunt in actu: ergo actu sunt infinite partes priores toto ⁊ per te eis nō repugnat posse esse sine toto: ergo possunt esse actu infinite p̄tes ⁊ non inexistentes toti. ¶ Nono principaliter arguiꝛ: contra hoc ꝙ in conclusione innuit: scilicet quod non repugnat priori naturaliter posse eē sine posteriori naturaliter quia multa videntur sequi inconuenientia. Sequitur p̄mo qꝺ nō repugnat anime intellectiue posse existere sine intellectu: ⁊ voluntate cum sit naturaliter prior ipsis vt pōt elici a dictis doc. in. 2. di. 16. Nec valet dicere quod non distiguitur realiter: nō propositio doc. debet intelligi de distinctis realiter. Contra quia ipse simpliciter loquitur: nā apꝺ ipsum subiectum: ⁊ propria passio realiter non distinguntꝛ: ⁊ tm̄ concediꝛ qꝺ nō repugnat subiecto posse esse sine passione: quia prius naturaliter: vt patꝫ. in. 2. di. 2. parte p̄ma q. prima: vbi admittit illam conclusionem Hen. ¶ Decio arguitur: quia sequitur qꝺ essentia diuina cū sit naturaliter prior attributis ⁊ proprietatibus personalibus posset esse sine illis: patet: quia priori naturaliter non repugnat ⁊c. illud autem est possibile quod non repugnantiā includit simpliciter: sed omne possibile in diuinis ad intra est necessario ibi in actu: vt patet a doc. in. 1. d. 2. ⁊ in quolibe. q. 2. ergo actu erit sine attributis ⁊ personis. ¶ Undecimo. Sic sequitur ꝙ deus posset facere punctum sine linea cum sit prius naturaliter illa ⁊ realiter distinctuꝫ. Similiter posset facere instans alicuius t̄pis sine tali tempore a quo etiā realiter distinguitur. Sequitur etiam quod posset facere motū sine tempore cum sit prior natura tempore ⁊ realiter distinctus a tempore vt ipse videtur tenere in. 2. di. 2.

¶ Duodecimo videꝛ sequi quod non repugnaret rei posse esse sine modo suo intrinseco cum res sit naturaliter prior suo modo cum sit immediatum fundamentū illius: ⁊ sic hō posset esse sine finitate: ⁊ deitas sine infinitate que infinitas est grad⁹ intrinsec⁹: vt pꝫ a doc. in primo. di. 3. ⁊ ī quoli. q. 5.

Respondeo ad primū cōcedo vtrunq̄ꝫ mēbrum ⁊ concedo ꝙ ex ratione eaꝝ formali non repugnat eē prius duratione: sed si non pñt: hoc ē quia vnite necessario cāūt totū quā cālitatē ꝓpter ei⁹ imperfectionē de⁹ supplere nō pōt: ⁊ sic patet ad primū ⁊ secundū membrum Dico vltra ꝙ cōclusio doc. magis ē de partib⁹ integralib⁹ quia ille pñt manere separate: nō tm̄ adinuicē vnite. ¶ Ad secundū cōcedo ꝙ ꝑ diuinā potētiā forma ignis posset eē sine ꝯposito ⁊ sine materia ⁊ sic ꝓpria ꝓductiōe ꝓducit vt etiā pꝫ a doc. ī. 2. d. 22. q. 2. Dico scd̄o ꝙ doc. ī. d. 17. scd̄i loq̄tur de facto ⁊ ꝺm viā phi: ⁊ veꝝ ē ꝙ si ꝓductio t̄minareꝛ ad formā pro aliquo instanti in quo nō terminareꝛ ad ꝯpositum tūc forma posset per se stare: si eīn pro aliquo īstanti: ergo ⁊ pro aliqua duratione: sed qꝛ agens naturale ī nullo īstāti p̄t ꝓducere formā nisi ī mā ad quā vnionē seq̄tur necessario cōpositū: nō dꝛ qꝺ forma eadē ꝓductiōe ꝓduciꝛ: q̄ ⁊ cōpositū: qꝛ cōpositū ꝓprie per se existit ⁊ forma dꝛ existere: qꝛ ꝯpositū existit. Et ex hoc app̄et rn̄sio ad tertiū argumentū qꝛ nō repugnat ꝑ diuinā potentiā posse existere sine cōposito. De facto ⁊ per potētiā creature nō existit: nisi quia compositum existit. Ex his etiā apparet rn̄sio ad quartū argu

Rn̄sio ad argumēta

Ad tertiū ⁊ quartū.

mentũ. ¶ Ad quintũ cõcedo ꝙ ex ratione formali ptiũ ẽt
vnitarũ non repugnat posse existere sine cõposito: sed quia
necessario et vnite causant ꝯpositũ vna materialiter ⁊ alia
formaliter: iõ non pñt esse sine cõposito: nec deus põt sup-
plere cãlitatẽ earũ: sicut ẽt nõ repugnat albedini eẽ sine al-
bo: tñ albedini inherenti subiecto repugnat eẽ sine albo.
¶ Ad sextũ dico primo ꝙ partes integrales vt vnite non
6 sunt naturaliter priores toto: q2 totũ integrale dicit tantu3
partes vnitas: non eĩm dicit tertiã entitatẽ aliã a partibus
Dico secũdo ꝙ si diceret tertiã ẽtitatẽ ꝙ ipse vt vnite eẽnt
priores: ⁊ vt sic absolute loquendo non repugnaret esse si-
ne toto: sed est repugnantia: quia necessario vt partes ma-
7 teriales cãrent ipsum totum. ¶ Ad septimũ dico ꝙ vt vni
te non sunt priores toto vt dixi supra: ⁊ si sint priores vt su
8 pra ad sextũ. ¶ Ad octauũ dico ꝙ causa est prior effectu
qñ per ipsam causatur aliud: vt patet de efficiente: ⁊ ẽt de
cã materiali ⁊ formali respectu cõpositi: q2 est aliud ab ip-
sis cãis: s3 ptes integrales homogenee nõ cãnt aliud a parti
bus: quia totũ integrale nihil aliud est ꝙ̃ partes vnite simt.
Dico secundo ꝙ si teneat ꝙ cãnt aliud a partibus ꝙ a bso
lute non repugnat ⁊c. sed repugnat aliunde: q2 s. cãnt ne-
cessario tale cõpositũ materialiter. ¶ Ad nonũ ⁊ ad alia se
9 quentia rñdeo vnica rñsione ꝙ tali priori ex sua rõne forma
li nõ repugnat: sed si repugnat: repugnat ꝑpter aliqđ con-
comitans: puta vel quia identificant realiter posteriori: vl'
q2 necessario est causa intrinseca compositi vel ex aliq̃ alio.
¶ Ibi. Sic igr̃ improbatis illis duabus deductionibus
añtibus: rñdendũ est ad probatiões adductas pro eis. Ad
primã dr̃ ꝙ l3 possibile sit cõtinuũ posse diuidi ſm omne si-
gnũ: nõ tñ ẽ possibile diuisum eẽ. Nũc doc. rñdet ad ꝓbatio
nes secundi argumenti in principio. q. facti quo ꝓbar̃ hoc
añs. s. ꝙ successiuum cõponitur ex indiuisibilibus ⁊ ꝓba
tio stat in hoc: possibile est successiuum diuidi in oĩa illa in
q̃ est diuisibile: ergo possibile est ipm esse diuisum in oib⁹ in
quibus possibile est ipsum diuidi: ⁊ sic si est diuisibile in ĩfi-
nitas partes actu pñt esse infinite ptes. p3 ista consequẽtia
p illđ phi. 6. phi. t. c. 92. Quod ĩpossibile est fieri impossibi
le est factum esse: vbi sic haber̃: qđ inquit ĩpossibile est vni-
uersaliter esse nõ erit. ⁊ quod impossibile est etiam transmu
tari non transmutatur ad illud ad quod nõ potest transmu
tari: ⁊ ibi. Cõmẽ. Dico ĩquit ꝙ nunꝙ̃ diuiditur illud quod
impossibile est diuidi: cũ ĩtellectũ fuerit: ex hoc illud quod
intendimus per indiuisibile: ⁊ par infra. Oẽ qđ impossibi
le est generari impossibile est ipsum incipere in generatione
⁊ vniuersaliter oẽ qđ impossibile est transmutari impossibi
le est ipsum incipere in transmutatione: hec ille. ¶ Ad hãc
rationẽ rñdet Rogerius Baconis in opere maiori ad Cle
mentẽ papã. 4. cõcedendo ꝙ possibibile sit cõtinuũ diuidi
ſm omne signũ: puta ſm omnẽ partẽ signatã ſm quã est di
Rñsio ro uisibile: negat tñ possibile eẽ ipsum esse actu diuisum: quia
ge. Baco ista diuisio est in potentia ⁊ in fieri: ⁊ nunꝙ̃ potest esse tota
nis. in facto esse: ⁊ tunc ad illas ꝓbatiões adductas in opposi-
tum concedit de quacunꝙ̃ potentia ad vnam facionẽ. i. ꝙ
potest fieri vna potentia: potest actu esse vna actione: non
tamen hoc sequitur de infinitis actionibus: cum quarum vnã
adducta ad actum necessario stat alia nõ adducta ad actũ.
sicut si calor infinitorum graduum esset acquisibilis infini
tis actionibus successiue: ita ꝙ vna actione tantum acq̃ra-
tur vnus gradus: ⁊ alia actione alius nõ sequitur potest ac
quiri infinitis actionibus: ergo actu possunt esse infinite ac
tiones sic est in proposito: quia ĩ continuo sunt infinite po
tentie ad infinita diuidi: cũ quarum vna reducta ad actum
necessario stat alia non reducta ad actum: patet: quia ẽ vna
potentia ad diuidi in duas partes primo: ⁊ data vna parte
est in potentia ad diuidi in duas alias primo: ⁊ sic in infini
tũ: l3 ꝙ̃ concedatur possibilitas ad diuidi in infinitas ptes:
non tñ conceditur possibilitas ad esse diuisum actu in infi
nitas partes. ¶ Cõfirmar̃ ista rñsio per Auer. super. 3.
phy. cõmẽto. 69. vbi assignat rationẽ illius ꝓbatiõis phi.
Cõfirma Quãtã ꝯtigit magnitudinẽ eẽ ĩ potẽtia tãtã ꝯtigit eẽ ĩ actu
tio. Quantum inquit Aristo. contingit potentia esse: ⁊ actu cõ
tingit tantũdẽ esse. Dicit Commentator ꝙ non est sic ĩ nu-
meris: propter hoc quod oẽs ille potentie que sunt ad par
tes magnitudinis sunt potentie eiusdem potentialitatis/ ⁊
eiusde3 rationis non sic est in numeris: vide ibi Commen.
Nam Auer. vult ꝙ non est simile de potentia ad magnitu-
dinem ⁊ de potentia ad numerum: quia potentia ad magni
tudinem puta vt octo est eiusdem rõnis cũ potentijs ad par
tes magnitudinis: ⁊ ideo quando potentia ad magnitudi-
nem vt octo est in actu: tunc omnes potentie ad partes ma
gnitudines sunt in actu: ⁊ sic patet ꝙ quãtuncunꝙ̃ magni
tudinem contingit esse in potentia tantam contingit esse in
actu: sed potentie ad numerum: puta centum: ⁊ potẽtie par
tis non sunt eiusde3 rationis: patet: q2 ex diuisione alicui⁹
continui causatur numerus: tunc dicitur numerus augeri:
qñ continuũ magis ac magis diuiditur: ⁊ cum iste potentie
ad diuidi non possint simul esse cum actibus: sic intelligen-
do ꝙ qñ continuũ diuiditur ĩ duas partes: ita ꝙ est actu di-
uisum: potentia ad diuidi in aliam patem non est simul ĩ ac-
tu: et sic de alijs: cu3 ergo ex diuisione continuum augeatur
numerus: ⁊ continuum semper sit diuisibile in infinitũ: nõ
sequitur ꝙ quantumcunꝙ̃ numerus contingit esse in potẽtia
tm̃ contingit esse in actu: quia ille potentie ad diuidi nunꝙ̃
possunt esse in actu: ⁊ sic numerus infinitus nunꝙ̃ erit in ac
tu: ⁊ sic ex isto dicto Cõmen. habetur ꝙ continuũ est diuisi
bile in infinitũ: ⁊ nullius continui datur minimum in actu:
nec oẽs ptes simul ĩ actu ꝙuis sit diuisibile in ĩfinitas ptes
¶ Ibi. contra istud. Hic doc. arguit ꝓbando ꝙ continuu3
simul possit esse diuisum in actu: ⁊ ꝓbat hoc sequi ſm rñsio- ꝯ. Roge.
nẽ datã a Rogerio: ⁊ rõ stat in hoc: possibile est cõtinuũ pu
ta. a. diuidi ſm partẽ. b. ⁊ ſm partẽ. c. ⁊ sic in infinitu3 siue
loquendo de partibus determinate: puta de ista signata et
de ista siue de partibus ideterminate: puta in actu signatis
sed aptis signari: sicut ergo possibile est. a. diuidi in. b. er-
go. a. potest actu esse diuisum in. b. ⁊ sicut potest diuidi ĩ. c.
ita potest actu esse diuisum in. c. ⁊ sic ĩ infinitum: ergo sicut
singulares puta añtis. s. a potest diuidi in. b. ⁊ in. d. ⁊ sic in
infinitum sunt vere: ergo ⁊ singulares consequentis erunt
vere. s. ergo. a. simul potest esse diuisum in. b. ⁊ in. c. ⁊ sic in ĩ
finitum. ¶ Ibi. ꝙ si dicis singularia ꝯsequentia repugna-
re: non aũt singularia añtis. i. ꝙ ⁊ si ista non repugnent con
tinuũ potest diuidi in istam: ⁊ in istam partem: ⁊ sic in infini
tum: tamen ista repugnant in consequente: v3 ꝙ iste partes
singulares possint simul esse in actu. ¶ Ibi: cõtra: ex ꝯpo
sibilibus nunquã sequuntur impossibilia: patet: quia sicut
ex vero non potest sequi falsum ex primo priorum: ⁊ ex pos
sibili nunquam potest sequi impossibile: sic ex compossibili
bus non sequuntur incompossibilia: sed ex singularibus il
lis sequuntur illa supple singularia: patet: quia si ista est ve
ra continuum potest diuidi in. a. ⁊ b. ergo. a. ⁊. b. possunt si-
mul esse in actu: ⁊ similiter si potest diuidi ĩ. c. ⁊. d. ⁊. e. ⁊. f. ⁊
sic de alijs: ergo illa possunt esse simul in actu.
¶ Ibi: sed respondetur aliqui respondent ad primam pro
positionem: scilicet istam: possibile est continuum diuidi se-
cundũ quodlibet signum ⁊c. quod potest accipi in sensu cõ-
posito: ⁊ tunc sensus est: scilicet ista propositio est possibilis
videlicet possibile est continuum diuidi secundum quodli-
bet signum: ⁊ est vera: ⁊ potest accipi in sensu diuiso. ⁊ tunc
est falsa: quia sensus esset quod continuum posset esse actu
diuisum: secundum quodlibet signum.
¶ Ibi. vel potest distingui: ista opinio dar̃ aliam responsio
nem dicẽs quod ista propositio: possibile est continuum di-
uidi secundum quodlibet signum: siue secundum quanlibet
partem: quod idem est: potest dupliciter accipi: scilicet col-
lectiue ⁊ diuisiue: primo modo propositio est falsa: quia sen
sus est: quod poss3 diuidi secundum quamlibet partem pos
set esse in actu: ⁊ sic continuum actu esset diuisum in infini-
tas partes: secundo modo propositio est vera: ⁊ sensus est:
quod continuum potest diuidi secundum quamlibet partẽ
successiue in infinitum.
¶ Ibi: posset etiam distingui: dicit ista opinio: quod si ly
possibile procedat signũ: tunc ista est falsa sic dicendo possi
sibile est continuum diuidi ſm quodlibet signũ ⁊ sensus est:
ꝙ simul potest esse vna potentia ad continuum respectu pre
dicati. i. ꝙ diuidi simul ſm quãlibet partem potest compe-
tere ꝯtinuo: sic ꝙ sit vna potentia in actu includens plures
potentias. i. ꝙ simul possit dari continuum diuisum in ĩfi-
nitas partes: ⁊ hic sensus est falsus. Si aũt ly possibile se-
quatur sic dicendo continuũ diuidi scđm quodlibet signu3
est possibile: propositio est vera ⁊ est sensus: ꝙ secundũ aliã
⁊ aliã potentiam ꝯtinuũ potest diuidi in aliã ⁊ aliam partẽ
in ĩfinitum successiue: ⁊ hic sensus est verus. ¶ Ibi: iste rñ-
siones nõ videntur multum logice. Tertia non ⁊c. hic doc.
improbat has tres rñsiones: ⁊ primo improbat tertiam: q2
non est logice dictũ: patet. q2 modus cõpositiõis: puta possi
bilitas: nõ vr̃ posse distribui ad plures possibilitates siue ĩ-

possibilitates pro pluribus instantibus: ⁊ non notaretur predicatum vniri subiecto pro aliquo vno instanti: patet: nam cum dico possibile est continuum diuidi sm̃ quodlꝫ signũ. ly quodlibet non distribuit partes pro alio ⁊ alio instanti: ita ꝙ dicatur possibile est diuidi sm̃ hanc partẽ in vno instanti: ⁊ possibile est diuidi scd̃m aliam partem in alio instanti: quia hoc signum distributiuum iunctum cum possibili debꝫ aliqñ verificari ꝓ oĩbus suppositis simul: sicut cũ dico possibile est oẽm hoiem esse albũ.i. ꝙ aliquando pro aliquo instanti posset verificari ꝙ oĩs homo sit albus. ¶ Nec secunda rñsio aliquid valet: quia illa nõ habet locuꝫ nisi accepto hoc signo oĩs in plurali: sicut ibi: oẽs apostoli dei sunt duodecim. Hic improbat scd̃am rñsionem nõ in se: qꝛ in re verum est qd̃ dicit: sed quia nõ est logice dicta: quia signuꝫ distributiuum sumptum in singulari non potest accipi de rigore sermonis collectiue sed quando accipitur collectiue est in nũero plurali. ¶ Ibi: nec rñsio pˀma videtur valere: qꝛ necesse est accipiendo extrema pro eodẽ tp̃e vel pro alio: quod possibilitas dicat modũ cõpositionis vnientis extrema. Doc. reprehendendo hanc primã responsionẽ dicit: ꝙ non est logice dicta: quia possibile non est modus propositiõis: sed est modus cõpositionis: ita ꝙ accipiendo ipsam in sensu composito sensus est ꝙ ista cõpositio est possibilis.s. possibile est cõtinuum diuidi. ⁊c. ⁊ hic est manifeste falsus: quia tunc denotatur: hoc qd̃ est diuidi sm̃ quolibet signũ actu esse ĩ ꝯtinuo ⁊ hoc est qd̃ dicit in ista litera. ¶ Ibi. Omittendo longas ⁊ prolixas euasiones illarum improbationũ ⁊c. Hic doc. negat hãc ꝓpositionẽ.s. possibile est continuum diuidi sm̃ qd̃libet signum: quia ista propositio signat compositionem predicati: scilicet diuidi secundum quodlibet signum cum subiecto: scilicet continuum determinatum per ly possibile: ⁊ significat illam vnionem pro aliquo vno nunc indeterminato: ⁊ est sensus quod diuidi secundum quodlibet signuꝫ pro aliquo vno nunc indeterminate potest competere continuo ⁊ hic sensus est manifeste falsus: ⁊ quia hec litera est aliqualiter obscura declaro eam incipiendo ibi: ⁊ tunc illa ꝓpositio esset vera: si talis ampliatio compositionis posset fieri virtute possibilitatis: non enim potestˀ fieri ampliatio ad plura nũc: vt nõ notetur possibilitas cõpositionis pro aliquo vno nũc: vult dicere ꝙ hic modus possibilitatis debet semper componere predicatum ⁊ subiectũ pro aliquo vno instãti siue extrẽa accipiantur pro vno ⁊ eodeꝫ instanti siue pro alio ⁊ alio instanti: exemplum primi possibile est hominem esse album: ita quod homo ⁊ album accipiantur in eodem instanti: exemplum secundi: vt cum accipio album pro vno instanti ⁊ nigrum pro alio instanti: vt cum dico possibile est album esse nigrum: de rigore sermonis modus possibilitatis vnit extrema pro aliquo vno instanti indeterminate. Si ergo hec esset vera possibile est continuum diuidi scd̃m qd̃libet signum: istud predicatum .s. diuidi scd̃m qd̃libet signũ pro aliquo instanti posset inesse continuo: hoc auteꝫ est impossibile: qꝛ quandocunqꝫ vnitur sibi predicatuꝫ pro aliquo: vel aliquibus singularibus: necessario sibi repugnat pro alijs: necesse est eñ sicut dicit prima respõsio ꝙ cũ reductione potẽtie: nõ tñ ad factũ esse: sed etiã ad fieri fiet alia potẽtia nõ reducta: nec ad actũ facti esse: nec etiã ad fieri: quia necesse est diuisione existente in fieri ⁊ in facto esse secundũ a. aliquod continuũ terminari per a. ⁊ ita illa potentia que est in illa parte continui: non reduci ad actum.

si ꝑs eẽt sꝑ ꝓpinq̇or alteri ꝑti in infinitũ: seq̇ret᷑ multa inconueniẽtia: p̄mo ꝙ mouens lapidẽ non posset incipere motũ nisi actu moueret partes ĩfinitas: pꝫ: quia si mouet p̄us partẽ propinquã ⁊ ista datur semper pars ꝓpinquior in infinitum: ergo nõ potest illã propinquã mouere nisi moueat semꝑ actu infinitas partes: imo sequit᷑ ꝙ in quacunqꝫ minima parte motus semper moueat partes infinitas etiã in infinitum.: qꝺ videt᷑ ĩpossibile. ¶ Secũdo sequit᷑ ꝙ angelus sit applicatus p̄mo mobili pũctualiter: qꝺ nõ possit incip̃e mouere ꝑtẽ celi: quin simul moueat ꝺm partes actu infinitas: cum in infinitum vna sit propinquior alteri ꝺm conclusionẽ. ¶ Tertio sequit᷑ ꝙ mouens lapidẽ non poterit ip̃m mouere ꝺm vltimam partẽ: patet: quia quacunqꝫ data semꝑ habet propinquiorem in infinitum. ¶ Quarto sequitur ꝙ ignis habens calefactibile perfecte presens ⁊ dispositũ: ꝙ non possit ipsum ꝺm aliquam partẽ imediate calefacere nisi simul calefaciat infinitas partes: patet: quia semꝑ ꝓpinquiorem calefacit: sed semꝑ in infinitum alia est ꝓpinquior alteri. ¶ Quinto pono casum: ꝙ ignis sit adequate pñs ligno pedali: tunc sequitur ꝙ simul potest oẽs illas partes calefacere. ergo vna nõ erit ꝓpinquior altera: quia tunc nõ simul calefieret ⁊ eque primo: vt patet. ¶ Sexto sequeretur ꝙ deus nõ posset eque primo: ⁊ eque immediate mouere lapidem: patet: quia propinquior mouet᷑. ¶ Septimo sequitur quod deus non posset eque primo calefacere aliquod lignum: quia oporteret prius calefacere partem propinquiorem ⁊ pars semper est propinquior alia in infinitum. ¶ Octauo sequitur: quod sol non posset simul illuminare aerem quando ascendit ad emisperium nostrum: quia necessario prius illuminaret partem propinquiorem in infinitũ ¶ Nono. sequitur quod agens non possit aliquando habere partem perfecte propinquam: patet: quia vna est propinquior altera in infinitum: ⁊ sic quacunqꝫ data semper est alia propinquior: ⁊ sic nunquam posset assignari aliqua ꝑs perfecte propinqua.

¶ Decimo sequitur: quod idem graue nõ posset se: pꝫ mouere ꝺm omnẽ partem: ⁊ hoc simul: quia nulla pars esset ei ꝓpinqua: sed vna ꝓpinquior altera in infinitum: cõsequẽs

est contra Doc. in secundo.d.2.q.10. ¶ Undecimo sequit̃ ꝙ angelus non posset simul transire aliquod spacium: quia necessario transiret partē ꝓpinquiorem prius: immo partem propinquiorē in infinitum: consequens est contra doc. in secundo.d.2.q.11.⁊.12. ¶ Duodecimo sequitur (tenēdo ꝙ gradus intensionis sit diuisibilis in infinitum) ꝙ agens non posset simul inducere in passum aliquem vnum gradũ puta caloris: quia prius induceret propĩquiorē ĩ infinitũ.

Contra Tertiam partem arguo probando: ꝙ solus punctus non sit ĩmediat⁹ agenti. Pono casum: ꝙ.a. sit mouens.b. puta lapidem ⁊ per te solus punctus lapidi est immediate propinquus.a. ergo incipit mouere primo lapidem ſm punctum: ⁊ tunc quero aut in tempore/aut: in instanti: non primo: quia ex quo habet passum perfecte presens secundum punctum sequitur ꝙ non in tempore moueat: vt patet per rationem Doct.q. illa.9. vbi probat ꝙ non possit dari prima mutatio. Tũ qꝛ si moueretur in tp̃e: ibi esset successio: ⁊ hoc non qꝛ punct⁹ est simpliciter indiuisibilis: non scd̃o: qꝛ mot⁹ nõ fit ĩ ĩstãti. ¶ Secundo arguitur: quia sequeretur ꝙ nũꝗ̃ graue possꝫ moueri ab aliquo agẽte secundũ aliquam partem: pꝫ: quia solus punctus est immediatus agenti: ergo tantũ secũdum punctũ mouet: patet: qꝛ tm̃ ſm illud mouet: quod est sibi immediatum ⁊ propinquum: cum moueat ſm contactum.

¶ Tertio arguitur quia sequitur ꝙ in toto motu lapidis deorsum nunꝗ̃ aliqua pars moueatur: nec per consequẽs ipse lapis: patet: quia ĩ toto motu tm̃ est immediatũ alicui puncto modo vni: modo alteri: ⁊ sic ille motus non videret̃ continui. ¶ Quarto arguitur. qꝛ sequitur quod intelligentia applicata orbi habet tm̃ orbem perfecte ⁊ immediate ꝓpinquum ſm aliquẽ punctũ: ⁊ sic sequitur ꝙ motus orbis semper incipiat a puncto: ⁊ sic orbis diceretur precise moueri ſm aliud ⁊ aliud punctum: cũ ſm punctũ tantũ sit immediatus ⁊ perfecte propinquus orbi: quod est inconueniens. ¶ Quinto arguitur: quia sequitur ꝙ alteratio: puta calefactio ligni primo ⁊ immediate incipiat a puncto: ita qđ lignum primo ⁊ precise fiat calidum in puncto: ⁊ sic talis calefactio siue alteratio fiet in instanti: vt supra patuit: qđ est inconueniẽs. ¶ Sexto arguitur. quia sequitur ꝙ lignũ tantum alterarẽt secundum aliud ⁊ aliud punctum: ⁊ sic tãtũ fieret calidũ ſm aliud ⁊ aliud punctũ: ⁊ nunꝗ̃ aliq̃ pars eẽt calefacta: cuius oppositum videmus: ⁊ ꝙ hoc sequatur pꝫ: quia lignũ nunꝗ̃ est ĩmediate ꝓpinquũ calefacienti nisi scd̃m pũctũ. ¶ Septimo arguitur: qꝛ seq̃tur ꝙ sit ĩpossibile ignẽ posse calefacere: nec aliquod totũ calefactibile: nec aliquã eius partẽ: patet: quia cũ sit agens de necessitate: ⁊ tota virtute semper prius calefaciet ꝓpinquius ⁊ ĩmediatius calefactibile: ⁊ quia in tota alteratione semꝑ habet calefactibile ĩmediate ꝓpinquũ scd̃m punctũ aliud ⁊ aliđ necessario sequitur ꝙ nulla pars poterit calefieri. ¶ Octauo arguitur: qꝛ sequitur ꝙ pũctus calefactibilis calefiat intensiue quãtũ intendi põt a tali agente anteꝗ̃ aliqua pars calefactibilis aliquo mõ calefiat: quod est inconueniens. Probatur sequela: quia ex quo habet calefactibile ꝑfectissime p̃ns tm̃ scd̃m punctũ: ergo in illo pũcto ꝓducet calorẽ ꝑfectissimũ quẽ põt ꝓducere cũ sit agens naturale/⁊ ꝑ modũ nature. ¶ Nono arguitur: qꝛ seq̃tur ꝙ nulla alteratio possit esse continua: patet per premissa. s. qꝛ alterabile cõtinue alterarẽt ſm aliud ⁊ aliud punctũ: ⁊ non scd̃m aliam et aliam partẽ mõ inter ĩdiuisibilia non potest esse cõtinuatio vt exposui in secundo.di.2.q.1. ¶ Decimo arguitur: quia sequitur quod nullum mobile poterit pertransire aliqđ spacium nisi tantum punctualiter: patet: quia primo transijt: quod est immediate propinquum: sed nulla pars spacij est immediate propinqua: sed solus punctus vt patet ꝑ Doct. ⁊ sic nullum mobile poterit moueri super aliquo spacio motu continuo ⁊ locali: quod est absurdum. ¶ Undecimo arguitur. Pono casũ quod ignis sit presens ligno calefactibili: ⁊ primo ⁊ immediate lignum sit presens punctualiter: tunc sic primo punctus calefiet. Quero quid calefiet ĩmediate post punctum: aut aliud punctum: aut aliqua ꝑs igni: non primo. Tum quia sicut primum punctum calefit in instanti: ita ⁊ secundum: ⁊ ita tota calefactio esset composita tantum ex mutatis esse. Tum quia si punctum secundum calefit: aut illud est immediatum primo puncto: aut mediatum. non primo: quia punctum non est immediatum pũcto non secundo: quia quero quomodo ignis fiat presens secũdo puncto: quin fiat presens partib⁹ intermedijs: ⁊ sic pri⁹ habebit partem immediam immediate presentem: quod est contra Doct. ¶ Duodecimo sequitur: quod ãgelus nullo modo possit moueri motu continuo: quod est cõtra Doct. ĩ illa.q.9. ꝓbatur consequentia: quia semper immediate habet spacium precise punctualiter presens: ⁊ sic semꝑ transibit in puncto ⁊c.

Respondeo ⁊ prius premitto quandam expositionem ꝯclusionis: cum dicit Doct. ꝙ agenti nulla pars mobilis ẽ immediate propinqua: siue eque propinqua sic intelligitur qđ ex quo quelibet pars mobilis semper est diuisibilis ĩ infinitum: ideo non potest assignari aliqua pars propinqua quĩ alia sit propinquior propter sui diuisibilitatem: est tamẽ aliqua pars saltem secundum quantitatem: ita propĩqua agẽti: quod agens potest agere circa illam: illa tamen non est sic propinqua: quin alia sit ꝓpinquior: aliter illa pars non esset diuisibilis in infinitas partes: quia vero punctus est indiuisibilis: ideo potest esse immediatus agenti: quia non habet partem: que possit esse immediatior: ideo se totus ẽ immediatus agenti: ⁊ nulla pars est se tota immediata agẽti: quia quacunꝗ̃ signata in infinitum: alia est ꝓpinquior ⁊ immediatior. ¶ Hoc premisso respondeo sigillatim ad omnes rationes. ¶ Ad primam. Dico primo ꝙ conclusio intelligitur de mobili pro quanto mouetur motu proprio: et sic nulla pars mobilis est immediate propĩqua agenti: siue mouẽti: immo assignata quacunꝗ̃ adhuc alia ẽ immediatior: ⁊ sic in infinitum. Dico secundo: ꝙ posito ꝙ lapis moueatur in ĩstanti: negatur tamen ꝙ omnes partes mobiles sint eque immediate ipsi angelo mouenti: immo nulla pars est sibi immediate ꝓpinqua: quia aliqua data adhuc alia est ꝓpinquior. Et cum dicitur ꝙ si non sint omnes eque immediate: ⁊ eque ꝓpinque: ꝙ non poterit moueri in instãti. Dico ꝙ nulla est immediata: nec sequitur non est immediate ꝓpinqua: ergo non potest mouere: negatur ista consequẽtia: quia adhoc vt moueat: non est necesse ꝙ pars mobilis sit ĩmediata propinqua: cum hoc sit simpliciter impossibile: sed sufficit ꝙ sit propinqua eo modo quo potest eẽ propinqua. Sufficit etiam ꝙ pars secundum quantitatem sit ꝓpĩqua: sed non de partibus ꝓportionalibus cum ille sint infinite. ¶ Ad secundum negatur consequentia: quia potest habere sufficientem ꝓpinquitatem ad hoc vt possit mouere: licet non habeat eque immediate propinquam propter causam superius dictam: cũ dicitur ꝙ agit per contactum. Dico primo ꝙ non est necesse agens tangere passum corporaliter: vt patet a Doct. in secundo ⁊ in quarto. Dico secundo ꝙ posito ꝙ tangat: adhuc non sequitur ꝙ tangat aliquam partem immediate ꝓpinquam: quia semper alia est propinquior: sufficit enim ꝙ suo modo tangat partem ſm quantitatem: q̃ tamen pars non est immediate ꝓpinqua ꝓpter sui diuisibilitatem. ¶ Ad tertiam concedo de puncto: sed negatur de aliqua parte: cum dr̃ ꝙ post punctum habet immediate partem mobilis: negatur cum dicitur ꝙ inter punctũ ⁊ partem nichil mediat. Dico ꝙ ⁊ si nichil mediet: tamen signata illa parte q̃ necessario est inter duo puncta semꝑ est diuisibilis in infinitum: ideo agens non potest habere illaꝫ immediate propinquam. vt supra dixi. ¶ Ad quartum negatur ꝙ ignis nõ possit calefacere lignum: sufficit enim ꝙ lignum sit suo modo propinquum: vt supra dixi. ¶ Ad q̃ntum dico: ꝙ partem distare potest dupliciter intelligi. primo vno modo secundum quantitatem: alio modo secundum proportionem: primo modo posset pars distare: puta ꝑ palmum: ꝙ non posset calefieri ab igne: secundo modo aliqua pars posset esse propinqua: lꝫ nõ ĩmediate ꝓpinqua ꝙ tota potest calefieri: lꝫ semꝑ secundũ ꝓportionem vna sit ꝓpĩquior alia loquendo de partibus illius partis. ¶ Ad sextũ patet respõsio ex supradictis. Concedo eñ ꝙ ignis potest habere aerem pedalem ꝓpinquum secundũ quantitatem: puta ꝙ ignis pedalis tangat aerem pedalem sed negãt ꝙ aliqua pars illius aeris pedalis vel ip̃e aer pedalis sit eq̃ immediate ꝓpinqua igni pedali. ¶ Ad septimum negatur ꝙ sol hẽat nec oẽm: nec aliquã partẽ eq̃ immediate ꝓpiquã immo simpliciter nullã. ¶ Ad octauum dico ꝑidem ꝙ angelus quando mouetur suꝑ spacium nunꝗ̃ habet aliquam partem sic ꝓpinquam q̃n semper habeat ꝓpinquiorẽ: q̃a vt dixi quacunꝗ̃ data siue signata illa est diuisibilis in infinitas partes. ¶ Ad nonum concedo quod habet illã partem quam alterat ꝓpinquam ꝓpinquitate requisita ad huiusmodi alterationẽ sꝫ nõ hꝫ aliquã ꝑtẽ eq̃ immediate ꝓpin

Margin notes, left: C.3. partẽ arguit p̃mo. Right: R̃ñsio. — Ad.1. — Ad.2. — Ad.3. — Ad.4. — Ad.5. — Ad.6. — Ad.7. — Ad.8. — Ad.9.

quam. ¶ Ad decimum concedo ꝙ agens in toto motu nū quā habet aliquam partem eq̄ immediate ꝓpinquā siue se tota ꝓpinquā: quia quelibet pars est diuisibilis in infinitū. ¶ Ad vndecimum: patet responsio ex supradictis. ¶ Ad duodecimum concedo ꝙ angelus potest esse eque primo in aliquo spacio: sed postea negatur ꝙ eque primo possit esse in omni parte: q꞉ nulla est sibi eque immediate ꝓpinqua si ue se tota propinqua. Dico etiam ꝙ angelus dicitur esse in aliquo spacio adequato: quia non potest esse in maiori sed postea non sequitur ꝙ aliq̄ pars spacij illius sit se tota propinqua angelo propter sui diuisibilitatem.

Ad argumēta ꝯ secūdā ptē. **Ad argumenta cōtra** secundam partem. Ad p̄mum ⁊ secūdū cōcedo ꝙ nō potest incipere motum nisi transeat infinitas partes vt patet ex supradictis. ¶ Ad tertium dico ꝙ sicut mobilis non potest dari prima pars: ita nec vltima: q꞉a q̄libet est in infinitum diuisibilis: nec motus terminatur ad aliquam partē vltimā sed tm̄ ad mutatū esse: nec similiter quātitas terminatur ad aliquā partē sed tm̄ ad punctum. ¶ Ad quartum concedo ꝙ actu calefacit infinitas partes: imo hoc ē necesse si aliquā calefacit. ¶ Ad quintū dico ꝙ posito ꝙ simul calefaciat omnes partes calefactibilis: non tamen seq̄tur ꝙ aliqua pars sit se tota eque immediate propinqua vt supra exposui. ¶ Ad sextū ꝯcedo ꝙ de⁹ immediate pōt calefacere totū aerē: sed postea nego ꝙ aliq̄ ei⁹ pars sit eque īmediate ⁊ se tota ꝓpinqua: quia semper est in infinitum diuisibilis. ¶ Ad septimū rn̄deo sicut ad quintū ⁊ sextum ⁊ similiter respondeo ad octauū. ¶ Ad nonum dico ꝙ partem esse perfecte ꝓpinquam agenti pōt dupliciter intelligi p̄mo ꝙ sit se tota eque immediate ꝓpinqua. Secundo ꝙ sit ꝓpinqua ꝓpinquitate sufficiente ad pati: primo mō nulla pars est ꝓpinqua: sed bene secundo modo. ¶ Ad decimū vndecimum ⁊ duodecimum: patet rn̄sio ex supradictis.

Ad argumēta. ꝯ.3 **Ad argumenta cō**tra tertiam partem. ¶ Ad primum dico posito ꝙ .a. quiescat in puncto spacij in aliquo vltimo instanti alicu⁹ tp̄is: ⁊ post incipit moueri: dico tūc ꝙ ille motus fit ī tp̄e: q꞉ īmedia te post punctū transit partē spacij diuisibilē in infinitū: nec incipit mouere lapidē scd̄m punctū sed scd̄m partē. Et cōcedo ꝙ in tp̄e īmediato ad instās q̄etis recedit a puncto trā seundo partem. ¶ Ad scd̄m negatur ꝙ graue nō possit moueri ab aliquo agente: ⁊ cōcedo ꝙ graue non est se toto nec ſm aliquam partem eque ꝓpinquam agenti sed tm̄ secundum punctū: ⁊ tn̄ ipsum graue est sufficienter ꝓpinquum agenti ad hoc vt possit moueri: non em̄ ad posse moueri requiritur talis immediata appropinquitas sed talis qualis dicta est supra. ¶ Ad tertiam patet responsio ex dictis ad secundū argumentū. ¶ Ad quartū concedo ꝙ intelligentia hēat tm̄ punctū se toto īmediate ꝓpīquū: sꝫ post negat̄ ꝙ motus orbis incipiat ab illo puncto: quia tunc esset diuisibilis punctus ad hoc vt motus esset successiuus: vt patꝫ a Doct. q. 9. sed motus incipit super partē ipsius mobilis. ¶ Ad quintum concedo ꝙ immediate lignum fit calidū in puncto: ⁊ concedo ꝙ in instanti: ⁊ concedo ꝙ alterat̄ in instanti ⁊ immediate post alteratur pars: ⁊ concedo quod pars ante partem in infinitum. Si dicatur ꝙ tunc alterationis datur prima mutatio. Dico ꝙ illud mutatum eē nō pertineret ad motum immediate sequentem: vt exposui in alijs conclusionibus. ¶ Ad sextum dico ꝙ alteraretur secundum aliam ⁊ aliam partem in infinitum: ⁊ similiter secū dum aliud ⁊ aliud punctum in infinitum: quia inter duo pū cta esset pars diuisibilis in infinitas partes. ¶ Ad septimum dico quod haberet etiam partem sufficienter propinquam licet non se tota propinquam: ⁊ ita calefieret illa ps. Dico secundo: ꝙ non esset impossibile punctum prius intē se calefieri ⁊ post pars ⁊ sic deinceps. Dico etiam ꝙ pars calefacta immediate potest calefacere partem propinquam. ¶ Ad octauum patet sicut ad septimum. ¶ Ad nonū dico ꝙ illa alteratio esset vere continua: quia sicut pars calefit: ita pūctus continuans partem calefieret. ¶ Ad decimum vndecimum ⁊ duodecimum patet responsio ex supradictis.

ꝯ.6. questionē arguit̄ prio **Contra sextam que ta**lis ē nulla pars forme secundum quā potest esse successio in motu est inducibilis: sed quelibet ante aliam. Contra primo: quia quelibet pars forme secundum quam est successio in motu realiter distinguitur ab alia nec dependet in esse ab alia ⁊ est entitas absoluta: ergo potest induci sine alia puta agens potest producere aliquam partem forme naturalis nulla alia prius producta: consequentia patet: quia illa est producibilis cum sit ens naturale et distincta realiter ab omni alia ⁊ a nulla dependens. ¶ Secundo arguitur quacunq꞉ parte forme naturalis assignata illa realiter distinguitur ab omni alia parte: vt patet: ergo Deus potest eam conseruare sine omni alia: ⁊ si potest conseruare sine omni alia.: potest etiam eam inducere ī aliquo passo: sine omni alia parte: ⁊ sic aliqua potest induci absq꞉ hoc quod alia prius inducatur aliter illa depēderet ab illa priori. ¶ Tertio posito quod deus creet calorem in aliquo passo: certuꝫ est ꝙ saltem prius natura creat partes integrantes illum calorem: ergo prius natura potest precise creare vnam partem non creādo aliam in infinitum: aliter sequeretur ꝙ causa prima in creando dependeret ab aliqua causa secunda: quod est irrationabile: ergo aliquā partem caloris potest inducere nulla alia prius inducta.
¶ Quarto arguitur: Si aliqua pars puta .a. nō potest ab aliquo agēte īmediate īduci nisi pri⁹ alia īducta: aut hoc iō est: q꞉ illa depēdet in eē a p̄us īducta: aut q꞉ agēs ex sua natura nō pōt illā inducere nisi p̄us īducat aliā: aut q꞉ ad positionē illi⁹ necessario sequitur ꝙ alia sit p̄us posita. Ista vr̄ sufficiens diuisio. Sed certū est ꝙ illa nō dependet ab alia priori: patet: q꞉ nec in gn̄e cāe materialis cū vna pars non sit materia alterius nec ī genere cāe formalis cum vna ps non sit forma alterius: nec in genere cause finalis aut efficientis: vt pꝫ. De scd̄o pꝫ. quia agens sicut pōt in vnā partē ita ⁊ in aliā cū sint eiusdem rōnis: ⁊ ita vnaꝫ sine alia potest īducere: vt ēt pꝫ de partib⁹ ſm quantitatē q꞉ pōt inducere ptē pedalē absq꞉ hoc ꝙ inducat cubitalē. De tertio ēt patet q꞉ ibi nulla ē dependentia. ¶ Quīto arguitur: q꞉ si aliqua nō pōt induci nisi prius alia inducta in infinitū, seq̄tur ꝙ nullum agens poterit ꝓducere aliquod quantū naturale: probatur quia causa ēt qn̄ actu causat ē prior effectu: ⁊ partes semper sunt natura p̄ores toto: vt patet a doct. ista. q. 9. ergo agens p̄us natura ꝓducit partes infinitas: quā ꝓducit totum: hoc aūt vr̄ īpossibile: q꞉ infinita actu ꝓducere non potest. ¶ Sexto arguitur supponēdo ꝙ partes sint prius natura toto: tūc sic agens prius natura partes quanti naturalis: aut ꝓducit illa: vna actiōe tātū: aut alia ⁊ alia actione: ita ꝙ vnā vna actione ⁊ aliam alia actione. Si p̄mo sequitur ꝙ vna actione attigit infinita ꝓducibilia: quorum quodlibet eēt ꝑ se ꝓducibile ⁊ propria actione: q꞉ singulū eoꝝ est: ita singulare sicut ⁊ totuꝫ. vt patet a doc. q. 9. sequitur etiam ꝙ infinita singularia possunt simul esse i actu: quia ⁊ actio illa potest siml̄ esse in actu. Si secundo q̄ro aut ille actiōes sūt sil̄ aut vna ē p̄or alia. Si prio hec nō vr̄ dēr̄: q꞉ īfinite actiōes nō vidēr̄ sil̄ posse eē vt pꝫ. Tūc ēt q꞉ ex q̊ vna nō depēdet ab alia: vt patet: sequitur ꝙ vna possit esse sine alia: ⁊ sic non necessario omnes simul. Si secūdo habetur ꝓpositū: quia si vna actio prius termiatur ad vnā partem quam alia ad aliam partem sequitur ꝙ illa actione vna pars potest induci alia parte non prius īducta. ¶ Septimo arguitur sic: supponendo ꝙ quelibet pars quanti naturalis sit ita suppositum sicut ⁊ totum quantum naturale: hoc patet a Doc. vt supra. Secundo suppono ꝙ quodlibꝫ tale sit ita per se producibile sicut ⁊ totum: hoc sequitur ex primo presupposito. Tertio presuppono quod productio vnius suppositi puta ignis non necessario dependet a productione alterius suppositi: quia nec suppositū aliquomodo dependet ab alio supposito eiusdem rationis. His p̄presuppositis patet intentum quod quelibet pars est per se inducibilis ⁊ ꝓducibilis absq꞉ alia. ¶ Octauo arguit̄ sic īntellectus diuinus ab eterno distincte cognouit omnes partes quanti: vt patet a doc. in primo. d. 2. ⁊ distincte cognouit ꝙ quelibet pars esset vere singulare absolutū: ⁊ ab eterno omnes ille partes fuerunt perfecte presentes voluntati diuine ergo voluntas diuina ab eterno potuit velle precise vnam partem induci in passo absq꞉ īductione alterius partis: patet: quia volitio vnius partis nullo modo dependet a volitione alterius. ¶ Nono arguitur per argumentum a minori: quia minus vr̄ quod punctus quanti naturalis possit immediate induci nullo alio puncto prius inducto q̄ȝ aliqua pars quanti naturalis: patet: quia punctus est minoris entitatis. Tum etiam: quia punctus non pōt ꝑ se existere: pars aūt sic: vt pꝫ a doc. q. 9. sed punctus inducit̄ nullo alio pri⁹ inducto: pꝫ: q꞉ quātū naturale necessario habet duo puncta vt extrema ante que nō est aliud: ergo a fortiori potest idu-

ci vna pars absq̄ alia. ¶ Decimo arguit̄: quia sequitur ꝙ
esset aliq̄d ens absolutū per se producibile ⁊ creabile ⁊ na
tum per se existere: ꝙ tñ a nullo agente posset per se produ
ci ꝙ videtur simpliciter inconueniēs: modo quelibet pars
puta a que est vere per se ꝓducibilis ⁊ nata ꝑ se existere: vt
supra patuit ergo ⁊c. ¶ Undecimo arguitur: Si agēs q̄n
ꝓducit aliquā partē ignis necessario prius producit aliā: q̄
ro aut producit aliam eadē actione: aut alia actione. Si p̄
mo hoc nō vr̄. Tum quia eadem actione producerentur in
finita: vt supra dixi. Tum q̄ illa actio prius t̄minat̄ ad prio
rem partem: ⁊ sic ī infinitū: ⁊ sic cōtinuaret̄ illa actio in īfi
nitū: ꝙ est impossibile. Tum etiam q̄ eadē actio nō vr̄ pos
se terminari ad pura successiue: q̄ habito t̄mino priori ces
sat illa actio. Si secūdo: sequit̄ q̄d agens nunq̄ incipiat a
gere: patet: q̄ actione agit formaliter sed si actio est prior
alia semper in īfinitū seq̄tur ꝙ agens s̄m actionem nunq̄ i
ciperet agere q̄d est absurdum. ¶ Duodecīo arguit̄: ⁊ sup
pono ꝙ quelibet pars ignis vt supra dixi si esset separata
eēt entitas absoluta ⁊ vere suppositum ⁊ vere ꝑ se existens
sicut ⁊ totus ignis integratus ex oībus illis partibus: hoc
stāte arguo sic: deus potest annihilare q̄libet partem ignis
absq̄ hoc ꝙ aliā annihilet: patet: quia quelibet est vere an
nihilabilis ⁊ nullo modo vna depēdet ab alia vt supra pro
baui. Si ergo aliam potest annihilare absq̄ hoc ꝙ aliaȝ an
nihilet: ergo sequit̄ ꝙ etiam potest aliquā creare absq̄ hoc
ꝙ aliam creet: patet cōsequentia: q̄ solū ānihilabile per se
est creabile ⁊ tanta virtus requirit̄ in ānihilatione quanta
etiā requirit̄ in creatiōe: vt patet a doc. in quarto. di. prima
q. 1. ⁊. di. 16. q. 2.

C. 7. conclusionē istatus.

Contra septimam que

talis est. Si esset solus
motus remissionis vsq̄
ad aliquod instans: ⁊ tunc primo inducatur aliquid frigo
ris sequeretur vel quod calor remittendus haberet vltimū
sui inesse vel q̄d frigus immediate sequens haberet primū
sui esse: ⁊ tunc esset prima mutatio motus ī frigidationis q̄
sunt inconuenientia. ¶ Contra: primo probo ꝙ non esset ī
conueniens si daretur vltimuȝ caloris remittendi: quia po
no casum quod remissio caloris duret per horam ⁊ per vl
timum instans illius hore ⁊ immediate post desinat esse: ca
sus est possibilis: tunc sequitur quod calor remittēdus ha
beat vltimum sui esse: patet quia potest exponi per positio
nem de p̄nti ⁊ negationem de futuro: naȝ hoc est vera calor
in vltimo instanti hore est ⁊ immediate post illud instans ñ
erit: ergo. ¶ Arguitur secundo: ⁊ suppono dictum Sco. in
tertio. d. 3. q. 1. s. quod Maria potuit esse in gratia tantuȝ ꝑ
instans vel in peccato ⁊ in tempore immediato esse ī pecca
to vel in gratia: ⁊ sic gratia potest hēre esse p̄cise per instās
que est qualitas permanens: ergo respectu illius dat̄ vlti
mum instans sui esse: patet exponendo sicut exponitur q̄n
hȝ vltimum esse: sequitur enim gratia nunc est ⁊ immedia
te post hoc nō erit: ergo gratia habet vltimum instans sui
esse: sed nō est maior rō de vna qualitate q̄ȝ de alia: ergo.
¶ Tertio arguit̄ supponendo dictum doc. in quolibe. q. 12.
vbi ostendit quod possibile est creaturā tantum durare per
instans: si sic: ergo poterit habere vltimum instās sui esse:
nō est ergo inconueniens permanens siue substantia: siue
accidens posse habere vltimum instans sui esse. ¶ Quar
to arguitur: q̄d stante cōclusione illa nō sequatur q̄d calor
remittendus habeat vltimum sui esse: ⁊ pono casum quod
calor remittendꝰ duret per horā: ⁊ q̄d in vltimo instāti illi
us hore desinat esse: ⁊ primo inducat̄ aliquid frigoris: nul
lū illorum incōuenientium sequitur: de primo patet: quia
calor non habebit vltimum sui esse: quia in illo instanti de
sinit: nec secundum sequitur scilicet prima mutatio motus
quia motus fieret in tempore ⁊ illa infrigidatio fieret in vl
timo instanti illius hore: et sic illa infrigidatio non perti
neret ad motuȝ intensionis: sicut alias dictum est: si ange
rus in instanti transeat de vbi in vbi in tempore immedia
te moueatur continue illud mutatum esse non diceretur p̄
mum mutatum esse illius motus continui: sic diceretur in
proposito.
¶ Quinto arguitur sic posito quod frigus inducendum
habeat primum sui esse vt ipse dicit adhuc dico quod non
sequitur ex hoc inconueniens: patet primo: quia ipse doc.
concedit quod permanentia: cuiusmodi est quelibet pars
frigoris habent primum instant̄ sui esse vt ipse declarat in
secundo distinctione. 2. q. prima. ⁊ in quolibe. q. 12. Secū
do q̄ cōit̄ ab oībus cōcedit̄ ꝙ permanētia habēt primuȝ ī
stās sui eē. ¶ Sexto arguit̄: ꝙ nō sit īconueniens ꝙ detur
prima pars infrigidationis: quia pono ꝙ deus in vltimo ī
stanti hore in quo calor desinit esse inducat aliquā partem
frigoris ⁊ in tempore immediato illud frigoris intēdatur:
patet q̄d datur prima pars frigoris que continue intendit̄
licet illa pars sit diuisibilis in īfinitum: nec dico ꝙ deus in
ducat primam partem .s. indiuisibilem: sed ꝙ inducat aliq̄
partem diuisibilem qua inducta statim intendat̄. ¶ Sep
timo arguitur: quia non videtur inconueniens ꝙ detur vlti
ma mutatio infrigidationis sicut ⁊ prima: sed vltima neces
sario datur: ergo ⁊ prima. ¶ Octauo arguitur sic: motus ī
frigidationis necessario habet duo extrema que sunt duo
mutata esse: patet: q̄ q̄libet motus necessario claudit̄ duo
bus mutatis esse sicut ⁊ quodlibet tempus duobus instāti
bus. ergo infrigidatio necessario clauditur duabus muta
tionibus. ¶ Nono arguitur: q̄ in illo vltimo instanti quo
calor desinit esse si agens perfectum esset perfecte appro
ximatū passo posset inducere totum frigus īducibile ab eo
aliter non esset effectum: ⁊ sic in illo instāti esset tota infri
gidatio simul: ⁊ sic sequeretur: tunc ꝙ daretur prima in fri
gidatio. ¶ Decimo arguitur: ꝙ possit dari prima pars in
tensiōis frigoris: quia pono q̄d .a. quiescat precise ꝑ horā
⁊ in vltimo instanti illius hore deperdat̄ aliquis gradus ca
loris ⁊ inducatur aliquid frigoris: ergo necessario dat̄ pri
ma infrigidatio: si hoc non sequit̄: ergo nec rō doc. cum nō
sit maior rō ibi: sicut ⁊ hic. ¶ Undecimo arguitur: quia ex
illa conclusione videtur sequi ꝙ ita posset dari prima pars
remissionis caloris: patet per casum positum ad decimū ar
gumentum: si sic: ergo ⁊ prima pars intensionis cum nō sit
maior ratio de vna q̄ȝ de alia. ¶ Duodecimo suppono q̄d
dicit doc. ī quarto d. 12. ꝙ ī vltimo instanti dispositionis
puta aque inducitur forma substantialis aque ⁊ in eodem
instanti inducitur ab aqua aliqua frigiditas: que postea in
tenditur: ⁊ sic haberet concedere primam parteȝ infrigida
tionis: quia illa inducitur in instanti quo calor corrūpitur.

Respondeo

ad argumenta contra sextā conclusioneȝ
Et pōt vna ratio satis fieri quasi omni
bus. Ad illa de reali distinctione: concedo ꝙ quelibet pars
realiter distiguitur: ⁊ sic potest esse sine alia: sed quacunque
assignata ⁊ data illa semper est diuisibilis ī īfinitas partes
⁊ sic nunquam aliqua primo potest induci .aliqua scilicet
que sit indiuisibilis in vlteriores partes: immo quacunque
data ⁊ inducta semper alia prius est inducta propter sui di
uisibilitatem. ¶ Ad illa de productione creatione ⁊ voliti
one diuina. Dico breuiter quod quacunq̄ parte assignata
potest immediate produci sine alia sed illa semper erit diui
sibilis in infinitum: ⁊ sic non sequitur quod possit aliquam
primam inducere quia illa prima esset simpliciter indiuisi
bilis: quod est impossibile. ¶ Ad illa de actione potest con
cedi quod vna actione ⁊ pluribus. Si essent separata plu
ribus actionibus producerent̄. Si producitur aliquis co
lor diuisibilis: dico quod omnes partes possūt ꝓduci vna
actione continuata: vel quod pluribus actionibus partia
libus integrantibus vnam totalem: nec inconuenientia se
sequuntur

Ad argumentum contra

septimā ꝯclusionem
Ad tria p̄ma ꝯcedo
possibilitatem illam: quia deus posset facere hoc. Sed apd
philosophum esset simpliciter impossibile: q̄ semꝑ in vltīo
instanti remissionis forme inducitur aliquis gradus alteri
us forme intensibilis incompossibilis illi priori: ⁊ ideo in il
lo vltimo instanti non potest esse forma remittenda: ⁊ ideo
dicit doc. q̄d hoc est contra philosophū. Sic etiā est de for
ma substantiali que nullo modo habet vltimum instans sui
esse non ꝙ simplicit̄ repugnet illi forme: sed q̄ ī vltimo in
stanti inducit̄ necessario aliq̄ forma substātialis repugnās
forme priori: nā in vltīo īstāti dispositiōis subiecti necessario
inducitur forma opposita: ⁊ illa alia necessario desinit esse
vt ēt declarat doc. in secundo dist. 2. q. 9. ⁊ in quarto. di. 13.
¶ Ad quartum dico quod aliud est dicere quod in aliquo
instanti inducatur absolute aliqua pars frigiditatis ⁊ in tē
pore immediato intendatur: aliō est dicere q̄d motus intēsi
onis forme incipiat in aliquo instāti sicut conclusio intelli
git primo modo cōcedo q̄d illud mutatum esse nō pertinet
ad motuȝ intensionis immediate sequētem: sicut procedit
exemplū de angelo. Sed secundo modo bene pertineret:
quia ponitur quod in vltimo instanti hore in quo calor de
sinit esse incipiat frigus: ⁊ sic bene sequitur: quod illud mu
tatum esse: in quo aliquid frigoris acquiritur esset principi
um motus sequentis: ⁊ sic esset prima infrigidatio siue pri

inum mutatum esse in motu. ¶ Ad quintum dico quod in dictis doc. nulla est contradictio: quia hic accipit primuȝ esse frigoris pro prima infrigidatione siue pro primo mutato esse motus intensionis: ⁊ sic est impossibile: ibi auteȝ accipit primum instans in qua res habet cōpletum esse: quia tunc sic exponitur incipit per positionem de presenti ⁊ negationē d̄ preterito: vnde sequitur in vltimo instanti intensionis forme: frigus nunc est. s. in esse completo ⁊ immediate ante hoc non fuit: ergo incipit esse.

¶ Ad sextum patet responsio ex dictis ad quartum: cōcedo. n. casum: sed tunc in illo instanti non incipit motus intensionis vt ibi dixi. ¶ Ad septimum patet respōsio ex dictis ad alias conclusiones prius si vbi exposui quare nō potest dari prima pars motus siue primum mutatum esse: ⁊ tamen necessario datur vltimum mutatuȝ esse: vide ibi sic pariformiter dico de prima ⁊ vltima infrigidatione.

¶ Ad octauum patet responsio sicut ad septimum vide q̃ supra dixi. ¶ Ad nonum concesso casu illo dico quod illō mutatum esse quo ab agente perfecto inducitur frigus nō esse principium motus intēsionis: sicut sequitur in cōclusione doc. ¶ Ad decimum ⁊ vndecimum respōdeo sicut ad quartum ⁊ ad nonum: ⁊ rñsio clara est. ¶ Ad duodecimum admitto casum. Et dico breuiter quod sicut mutatum esse quo substantialis forma inducitur non est proprie ?minus motus p̄cedētis dispositionis licet tātum cōcomitaret: vt patet a doc. in secūdo. d. 2. q. 4. Sic mutatū esse quo inducit qualitas conueniēs aq̄ non est principium motus itensionis illius qualitatis: licet talis motus possit in tp̄e immediato concomitari. Et sic patet responsio ad omnes istas

Z.8.ↄclu. arguit.1. rationes quam bene nota.

Contra octauam que talis est. Concurrunt simul

ab instanti immutationis motus intensionis frigoris ⁊ motus remissionis caloris. Cōtra quā arguo. primo sic. Et pono casum. s. ꝙ sit frigus vt octo ⁊ dicatur. a. ⁊ calor vt septem ⁊ dicatur. b. si. a. remittit. b. puta corrūpendo gradum septimū. b. quero quō corrumpit illum: aut corrūpit inducē

Lector siste hic q̃duȝ circa rationes istasq; satis snut appentes

do gradū incōpossibilem gradui septimo: aut nihil inducēdo. Si secūdo ergo erit remissio. b. sine intensione. a. Si p̄mo: quero de illo gradu incōpossibili qui non ponitur icōpossibilis nisi formaliter: sed primus gradus frigoris iductus non videtur ꝙ possit formaliter corrumpere gradum septimū. b. Tū quia cum gradu septimo stat vnus gradus frigoris. Tum: quia calor vt septem magis resistit vni gradui frigoris: vt patet: ergo. ¶ Secundo arguitur sic: si. b. remittit. a. cōtinue sequitur ꝙ. b. poterit immediate corrūpere formam substantialem: consequens est contra doc. in quarto. di. 12. qui vult ꝙ nullū accidens possit corrumpere substantiam: antecedens probatur: ⁊ pono ꝙ frigidum vt octo sit tantū in aliqua quantitate puta pedali ⁊ sic perfecte presens igni calido vt septem: tunc sic si motus intensionis frigoris concurrit cū motu remissionis caloris ignis si frigus intendatur vt octo nullus gradus caloris remanebit in igne: vt patet sed in eodem instanti quo corrumpitur vltimus gradus caloris in igne corrumpitur etiam ipse ignis: vt patet aliter remaneret ignis ⁊ nullo modo calidus. ¶ Tertio arguitur: q̄ si illi duo motus concurrunt: sequitur q̄d in vltimo instanti remissionis caloris non erit frigus intensum: probaṫ quia si isti duo motus cōcurrunt. s. remissionis ⁊ intensionis erunt circa idem subiectū: si ergo ignis calidus vt septem ⁊ frigus vt octo approximatū igni: sequitur ꝙ quando calor remittitur in igne quod remittitur per gradum frigoris incompossibilem receptum ī igne: fiat ergo ignis frigidus vt. vij. (q̄d est nec̄e fieri si totus calor remittitur) sequiṫ ꝙ in ipso igne nō erit aliq̄s gradus caloris: ⁊ ꝑ consequens nec erit ignis: ergo nec erit frigus intensum in vltimo instanti remissionis q̄d est incōueniens. ¶ Quarto arguiṫ sic: potest esse intensio caloris sine remissione frigoris ergo isti duo motus non semper cōcurrunt: antecedens patet: quia substantia ignis est imediata causa sui caloris: vt patet a docto. ī quarto. d. 12. ergo poterit intendere ipsum ⁊ tamen ibi nō erit emissio aliqua frigoris cum prius non fuerit in igne frigus. Similiter deus posset remittere caloreȝ absq; intentione frigoris: vt patet ergo isti duo motus non necessario concurrunt.

¶ Quinto arguitur: si isti motus semper concurrunt: seq̄tur quod duo contraria erunt simul in eodem subiecto saltem in gradibus equalibus quod videtur impossibile: quod sequatur patet: quia in tantuȝ frigus in eodeȝ subiecto poterit intendi ⁊ calor remitti quod aliquando erunt equalia in gradibus.

Respondeo ad primum dico quod. a. i

ducit gradum incōpossibilem gradui septimo: Et cū infertur q̄d non repugnat formaliter gradui septimo: negaṫ cuȝ probatur primo: quia stat cum illo: negatur q̄ necessario expellet gradum septimū: tenendo quod sit calor intēsus p̄cise vt. vij. bene verū est q̄d si induceretur in subiectum calidum vt. viij. quod tunc staret cum gradu. vij. sed expelleret gradum octauum: ⁊ sic nō posset stare cum gradu octauo ¶ Cum secundo probatur: q̄ calidū vt. vii. magis resistit ⁊c. Dico q̄d resistentia non accipiṫ hic formaliter: sed quasi effectiue quando. n. calidum effectiue est magis cōseruatiuum gradus quod frigus sit inductiuū gradus: tūc calidū dicitur magis resistere. Sed in proposito. a. vt. viij. ē fortius ad inducendū gradum incōpossibilem gradui. vii. b. q̄d. b. ad ipsum conseruandū: ideo. b. nō magis resistit: imo stante approximatione necessario iducitur gradus incōpossibilis gradui. vij. quia fortius agens ⁊ agēs ꝑ modum nature ⁊ ꝑ seipsum. ¶ Ad secūdū: dico primo: q̄d si. a. sit tantum in quantitate ⁊ non in substātia q̄d casus est impossibilis apud phm̄ quia nō datur accidens separatū a substātia Dico secundo quod casu admisso quod. a. non corrumpet immediate gradum caloris quā ignis sibi determinat puta si ignis determinat sibi duos gradus caloris: tūc quādo a remittit. b. vsq; ad illos duos gradus exclusiue quod ī vltimo instāti ī quo inducitur gradus frigoris incōpossibilis puta gradui scd̄o caloris ꝙ in illo instanti corrumpitur substantia ignis ⁊ simul corrūpunṫ illi duo gradus ita ꝙ prius quasi nā corrpūiṫ substātia ignis: ⁊ qua si posterius natura corrumpitur calor vt duo. Si dicaṫ a quo corrumpitur substantia ignis: si a frigido: ergo accidens corrumpit substantiam. Dico vt dicit doc. in quarto. d. 12. ꝙ corrūpitur ab aliqua substantia superiore: vt a deo vide ibi. Si vero. a. sit ī substantia puta in aqua r Dico tunc q̄d in eodem instanti in quo inducitur gradus incompossibililis gradui scd̄o. b. q̄d substantia aque corrūpit substantiaȝ ignis ⁊ sic ad corruptionē taleȝ: sequitur corruptio caloris: vt duo: vt patet a doc in quarto d. 12. ¶ Ad tertium dico ꝙ remissio caloris non intelligitur fieri vsq; ad vltimum gradum inclusiue: quia tunc nihil caloris remaneret: sed si in remissione aliquid caloris remanet in subiecto tunc intelligitur fieri vsq; ad illū gradum exclusiue. Et posito quod totus calor corrumpatur per motum remissionis: ⁊ per consequens substantia caloris Dico tunc ꝙ in eodem instanti ī quo calor fm̄ omneȝ gradum desinit esse quod tunc frigus desinit esse tenendo ꝙ frigus inductum sit precise in eodem subiecto in quo et calor. Si vero teneatur ꝙ quando aqua corrumpit ignem ⁊ non indiuisibiter sed indiuisibiliter: ⁊ ꝙ inducat formam substantialem aque diuisibiliter ⁊ in tempore: ⁊ ꝙ inducatur frigus in forma aque inducenda diuisibiliter: tunc non sequitur ꝙ corrupto igne corrūpatur frigus: quia nō esset inductum in substantia ignis: de hoc alias erit sermo.

¶ Ad quartum dico ꝙ conclusio doc. non intelligitur quī possit esse intensio caloris sine remissione frigoris sed itelligitur ꝙ nō potest esse via naturali remissio caloris sine intensione puta frigoris: quia naturaliter non corrumpitur aliquis gradus caloris nisi per gradum frigoris incōpossibilem. Et ꝙ dicitur de deo ꝙ pōt remittere ⁊c. Cōcedo: sed conclusio intelligitur via naturali.

¶ Ad quintum dico primo: ꝙ non intelliguntur cōtraria nisi in gradibus intēsis: vt pȝ a doc. in quarto. di. 44. Dico secūdo ꝙ posito ꝙ sint cōtraria in gradib⁹ equalibus ꝙ videṫ verū: tunc negaṫ ꝙ possint simul esse in gradibus equalibus. Et patet: q̄ si frigus sit vt octo ⁊ calor vt octo nulla erit actio: vt pȝ. Si vero calor sit vt septē: et frig⁹: vt octo ⁊ approximata: ⁊ tūc si frig⁹ iducat vnū gradū incōpossibilem septimo gradui caloris: tunc in subiecto erunt sex gradus caloris et vnus frigoris: si inducantur duo frigoris: tūc erūt quinque. b. et duo. a. si tres. a. tūc erūt quattuor. b. ⁊ tres. a. si quattuor. a. tunc erunt tres. b. ⁊ quattuor. a. si quinque. a. tunc erunt duo. b. ⁊ quīque. a. si vero sex a. tunc erunt vnus. b. ⁊ sex. a. ⁊ sic patet quomodo nunquaȝ erunt simul in gradibus equalibus.

¶ Si dicatur quod adhuc stant simul in gradibus equalibus: vt patet in istis casibus. Pono enim quod sit calidum vt duo ⁊ frigidum vt quattuor approximatū calido vt duo ⁊ induoat precise vnum gradum frigiditatis: tunc ille gra

Rñō ad arg. pri. 8. ad p...

Rō h... solution...

dus ĩduct⁹ corrumpet formaliter vnũ gradū caliditatis:
⁊ tūc erit precise idem calidum vt vnum ⁊ frigidum vt vnū
ergo contraria erunt simul in gradibus equalibus Simili
ter sit calidum vt quattuor ⁊ frigidum vt sex approximatū
⁊ inducat precise duos gradus frigiditatis expellētes du=
os gradus caliditatis: tunc sequitur quod idē erit calidū
vt duo ⁊ frigidum vt duo: ⁊ multi alij casus possent poni.
Nec valet recurrere ad subiectum quod determinat sibi ca
liditatem in tanto gradu: sicut ignis qui si determinat sibi
duos gradus caliditatis in illo non potest ĩduci vnus gra
dus frigiditatis corruptiuus vnius gradus caliditatis: ni
si simul immo prius corrumpatur substantia illius ignis:
vt supra patuit per doct. in quarto. in materia de euchari=
stia: ⁊ ideo si substantia ignis non corrumpitur est sic cōser
uatiua illorum graduum quod gradus incompossibilis nō
potest induci. Sed ponendo quod determinet sibi tantum
vnum gradum caliditatis: ⁊ sit calidus vt duo tunc potest
induci vnus gradus frigiditatis qui tantum expellet vnū
gradum caliditatis: ⁊ sic idem ignis erit simul calidus vt
vnum ⁊ frigidus vt vnum. Et diceretur forte quod casus
esset impossibilis: quia ignis ⁊ sic non determinet sibi duos
gradus caliditatis sed tantum vnum: tamen est magis cō=
seruatiuus secūdi gradus caliditatis quā frigus vt sex sit
inductiuum alicuius gradus frigiditatis incompossibilis
quia si posset corrūpere illum secundū gradū: posset etiam
corrūpere primū gradum cum sint eiusdē rationis vt patet
sed quia de hoc essent multa discutienda que requirerent
prolixū tractatū: de quo erit prolixius sermo ĩ quarto ĩ ma
teria de eucharistia. ideo omittatur pro nūc. Ad euitandū
ergo difficultatē que est de subiecto determinãte sibi qua
litatē in tāto gradu: accipio ĩ proposito subiectū neutrū pu=
ta lapidē qui nullū gradū caliditatis sibi determinat: sit er
go calidus vt duo approximat⁹ frigido vt sex ⁊ iducat vn⁹
gradus frigiditatis tantū tunc ille lapis erit calid⁹ vt vnū
⁊ frigidus vt vnū: ergo cōtraria simul ĩ gradibus eq̄libus

Rñō ad euasionē. **Respondeo sustinendo quod** cōtraria non possit simľ eē
in gradib⁹ equalibus: ꝙ si lapis est tantū calidus vt duo: ꝙ
frigus q̄tūcūq̄ intensū non poterit precise inducere vnū
gradū frigiditatis incompossibilem vni gradui calidita=
tis: quia natura contrariorum hoc non patitur: quia tunc
contraria essent simul ĩ gradibus equalibus: licet enim gra
dus frigiditatis sit simpliciter compossibilis gradui secun
do caliditatis: tamen stante primo gradu caliditatis in la=
pide gradus ille frigiditatis non potest induci: quia tunc
duo incompossibilia essent in eodem: scilicet frigiditas vt
vnum: ⁊ caliditas vt vnum: sicut etiam hic licet frigidi=
tas vt vnum sit compossibilis caliditati ignis vt vnum: et
quantum in se est nata sit induci talis frigiditas: tamē stā=
te substantia ignis non potest induci: quia tunc duo incom=
possibilia saltem virtualiter essent simul. s. substātia ignis
cum sola frigiditate: a fortiori hic cum ista sint incopossi=
bilia formaliter quia contraria formaliter. Similiter dico
quod si lapis sit calidus vt quattuor approximatus vt fri=
gido vt sex quod bene frigidum vt sex potest inducere vnū
quō ꝯtraria sunt incompossibilia. gradum frigiditatis incompossibilem gradui caliditatis:
⁊ tunc lapis erit calidus vt tres ⁊ frigidus vt vnum: quia
ista non sunt incompossibilia: quia contraria non sunt incō
possibilia ad inuicem in gradibus inequalibus sed tantū
in gradibus equalibus: illo tamen gradu frigiditatis indu
cto qui stat cum lapide calido vt tres frigidum vt sex non
posset alium gradum frigiditatis inducere: ita ꝙ precise il=
lum alium: quia tunc duo ĩcompossibilia essent simul: ideo
stante calido vt tres ⁊ frigidum vt vnum est impossibile ꝙ
alius gradus frigiditatis inducatur: posset bene frigidum
vt sex continue remittere calidum: ita ꝙ nichil calidi rema
neret in lapide ⁊ intendere frigidum: sed non posset sic re=
mittere calidum: ⁊ sic simul intendere frigidum quod cali=
dum ⁊ frigidum essent simul in gradibus equalibus.

¶ Nec alia ratio videtur assignanda: nisi quia natura con
trariorum talis est / quod non permittit contraria simul
esse in eodem in gradibus equalibus siue remissis: siue in
tensis. ⁊ similiter talis est quod permittit contraria simul
esse in gradibus equalibus. Non enim a priori potest
alia ratio assignari incompossibilia enim suis entitati=
bus formalibus sunt incompossibilia: ⁊ similiter com=
possibilia suis entitatibus formalibus sunt compossibi=
lia: non enim immediatior ratio potest assignari: vt patet a
Doc. in primo distin. secunda: parte prima. q. prima: ⁊ ĩ ter=
tio. d. 1. q. 1. ⁊ alibi sepe: sicut etiā non pōt assignari alia rō
a priori ꝙ contraria in gradibus equalibus intēsis nō pos
sunt esse simul nisi ex sola ratione terminorum: quia vide=
licet tales termini in talibus p̄cise gradibus repugnāt for=
maliter ad inuicem. Nec enim apparet ratio euidens ꝙ al=
bedo in summo: ⁊ similiter nigredo in summo repugnāt for
maliter in eodem: ⁊ quod albedo vt quattuor: ⁊ nigredo
vt quattuor non sic repugnēt: immo videtur simpliciter ea=
dem ratio: ⁊ sic patet quid dicendum ad instantias.

Contra conclusionem nonam que ta= Cōtra cōclusio.9.
lis est. In aliquo instanti in quo per mutationem subitā in=
ducitur aliquis gradus frigoris incompossibilis calori: in
illo primo calor nō est ⁊ vsq̄ ad illum calor fuit. Contra p̄=
mo: ꝙ non inducatur aliquis gradus ꝑ mutationem subitā
quia ille gradus incompossibilis aut est diuisibilis in plu=
res gradus aut indiuisibilis. Si primo ergo non per muta
tionem subitam siue indiuisibilem cum ille sit diuisibilis.
Tum etiam quia alij precedentes cum sint diuisibiles ac=
quiruntur diuisibiliter: ⁊ per motum: ergo ⁊ ille ĩcompossibi
lis cum sit eiusdem rationis cum omnibus precedentibus.
Si secundo: ergo ⁊ alij precedentes etiam indiuisibiles cū
sint eiusdem: ⁊ eiusdem rationis: ⁊ sic acquiruntur indiuisi=
biliter: ⁊ sic per mutationem: ⁊ sic totus ille motus intēsio=
nis erit simpliciter compositus ex mutatis esse: ⁊ sic nō erit
quouismodo motus. ¶ Secundo arguitur sic probando
ꝙ non inducatur aliquis gradus incompossibilis quia nul
lus precedentium fuit incompossibilis: ergo nec aliquis se
quentium: patet antecedens: quia quilibet precedens illū
gradum stat cum calore: probatur consequentia: quia quili
bet est eiusdem ratiōis: ergo non magis vnus est incōpossi
bilis q̄ alius: nec valet dicere de gradu quem sibi determi=
nat ignis: q̄ non corrūpitur ꝑ gradū incōpossibilē puta fri=
goris: eo ꝙ ꝯseruatur ab ipso igne: vt pz a doc. ĩ quarto. d. 12
quia accipio aliquod corpus quod non determinat sibi ali
quem gradū caloris: puta lapis: certum est tunc ꝙ non ma=
gis vnus gradus cōseruatur a lapide q̄ alius ¶ Tertio ar
guitur ꝙ in toto tempore precedenti non fuerit calor: quia
pono casum per possibile vel impossibile quod frigus agat
in calidum per totum tempus precedens instans in quo in
ducitur gradus incompossibilis: ⁊ quod in illo vltimo istā
ti nichil agat: quero tunc an calor sit vel ne: si non: ergo nō
fuit in toto tempore precedenti: quod est contra conclusio
nem. Si sic: contra quia in toto tempore precedenti erat ĩ
continuo motu remissionis: modo quod est in cōtinuo mo=
tu non est: loquēdo de permanentibus. Pono etiam quod
illud idem agens postea applicetur calido semper remisso
vsque ad illud instans: de quo supra: et tunc quero an indu=
cat gradum incompossibilem calori in instanti aut in tem=
pore. Si secundo ergo non inducitur gradus incompossi=
bilis per subitam mutationem. Si primo ergo agens na=
turale ageret in instanti in principio sue actionis quod est
inconueniens. ¶ Quarto arguitur ad idem: si in toto tem
pore precedēti calor fuit certum est quod fuit in aliquo sub
iecto: puta in ligno: tunc sic pono quod frigidum indu=
cat in toto tempore precedenti frigus vt septem cum quo
stet calor vt vnum: sequitur tunc quod idem subiectum si=
mul erit calidum ⁊ frigidum. ita quod iste sunt vere: subie
ctum: puta. a. est simpliciter calidum ⁊ simpliciter frigidū:
quod videtur inconueniens.

¶ Quinto arguitur probando quod in toto tempore pre
cedenti instans mutationis fuerit frigus cuius oppositum
dicit conclusio: ⁊ pono quod gradus incompossibilis calo
ris sit gradus vt octo siue gradus sequens immediate gra=
dum septimum ipsius frigoris: tūc sic in toto tempore pre=
cedenti precessit frigus vt septem: ergo in toto tempore
precedenti frigus fuit: patet: immo in toto tempore prece=
denti: precipue accipiendo illud vltimum quod immedia=
te terminatur ad instans mutationis vel acquisiti sunt gra
dus septem: ⁊ in illo vltimo instanti acquiritur tantum vn⁹
incompossibilis: ergo in toto illo tempore magis fuit fri=
gus quam in illo vltimo instanti.

¶ Nec valet dicere quod in tempore precedenti est in con
tinuo motu: quia licet illi gradus acquirantur per motum
tamen quando secundus acquiritur iam primus est acqui=
situs: ⁊ est in subiecto in esse quieto: ⁊ sic similiter secund⁹
respectu tertij: ⁊ sic de alijs.

Rñō ad argu. ꝫ.9 ꝯclusionē

Respondeo ad primum ⁊ dico sustinendo opinionē ꝙ ꝗlibet gradꝰ sit diuisibilis ꝙ ē diuisibilis: ⁊ cū inferť: ergo acꝗritur diuisibiliter ⁊ per motum: negatur: ⁊ dico ꝙ acquiritur in instanti: potest enī induci forma diuisibilis per mutationem: ⁊ tunc se habet respectu inducentis vt indiuisibile quoddam: sicut etiam dicit doct. presenti distin. q. vltima: in responsione ad vltimum argumentum principale. Et cum confirmatur: quia alij precedentes inducuntur diuisibiliter: cōcedo. ⁊ post negatur consequentia: quia licet sit eiusdem rationis cū alijs: tamen indiuisibiliter inducitur quia inducitur per mutatū esse: qđ est terminus motus intensionis: ⁊ quia minorem indispositionē reperit in subiecto: tenendo tamen ꝙ in vltimo instanti motus intensionis aliquis gradus inducatur. Et hoc dico: quia aliqui tenēt ꝙ quilibet gradus forme tantū inducatur in tempore precedenti: ⁊ nullo modo in vltimo

Alia solutio.

instanti illius temporis: ⁊ tunc oporteret multa pertractare: que modo transeo. Si vero teneatur ꝙ illi gradus sunt indiuisibiles plures gradas vt etiam nonnulli tenent: tūc oportetet dicere ꝙ continuitas siue successio motus nullo modo accipitur a forma illa acquirenda intensiue sed tātū ab ipso mobili quāto: ita ꝙ vnus gradus: puta frigoris acquiritur in ipso mobili diuisibiliter sic intelligendo ꝙ prius vna pars mobilis sit frigida ⁊ vnuꝫ: ⁊ sic successiue vna pars post aliam: ita quod tota successio sit propter diuisibilitatem mobilis: ⁊ tunc in vltimo instanti motus intēsiōis inducitur gradus incōpossibilis: sic intelligendo ꝙ in aliquo vltimo instanti sit ipsum mobile frigidum vt octo: et tunc desinit simpliciter esse calidū. ¶ Ad secundum dico: ꝙ est incompossibilis non simpliciter ⁊ absolute: sed stantibus gradibus precedentibus: nam inducto frigore. vt. vij. stat calor vt vnum: si modo inducatur alius gradus frigoris ille erit necessario incompossibilis illi gradui: ⁊ hoc tenendo ꝙ omnes gradus sint simpliciter eiusdem rationis. Nec intelligo ꝙ cum frigore vt octo non possit stare calor: vt vnum: qꝛ si in subiecto prius fuisset calor vt. ix. ⁊ post induceretur frigus vt octo: tūc cum frigore vt octo staret calor vt vnum. Sed intelligo: ꝙ si in subiecto prius fuissꝫ calor vt octo: ⁊ si post induceretur frigus vt octo: ꝙ tunc cuꝫ frigore vt octo non posset stare calor vt vnum: loquēdo ēt de frigore vt octo existente in aliquo subiecto: bene tunc in tali subiecto posset induci calor vt vnum: ⁊ tunc ibi esset frigus tantum vt. vij. vt supra exposui. ¶ Ad tertium dico ꝓmo: ꝙ casus est impossibilis loquendo naturaliter: vt etiaꝫ conclusio intelligitur. Dico secūdo ꝙ casu admisso calor ē idest ꝙ est aliquis gradus caloris in subiecto: ⁊ cum inferť ꝙ in tempore precedenti est in continuo motu remissionis: concedo: ꝙ calor sp̄ remittitur in tempore precedenti vsꝗ ad illum gradum qui non corrumpitur in tempore sed ī vltimo instanti illius tp̄is ⁊ quādiu ille gradus caloris est: verum est dicere ꝙ calor est: non enim intelligitur conclusio ꝙ in toto tempore precedenti sit totus calor cū cōtinue deperdatur secundum alium ⁊ alium gradū: sed quia in toto tempore precedenti vltimum instās semper est aliquis gradus caloris: ideo ꝯceditur absolute ꝙ semper calor sit. Et loquor semper tenendo opi. ꝙ in vltimo instanti deperdatur aliquis gradus caloris. ¶ Ad quartum concedo ꝙ calor sit in subiecto: nego tamen ꝙ sit simpliciter calidū: sicut etiam aqua tepida in qua est aliquis gradus caloris nō dicitur simpliciter calida: aliud est eniꝫ dicere quod calor simpliciter est: ⁊ quod subiectum habens illum calorem sit simpliciter calidum. ¶ Ad vltimum dico: quod ⁊ si ī tempore precedenti aliquis frigoris fuerit ī subiecto: tamen nō proprie dicitur frigus est nisi in vltimo instanti: in quo habet perfectum esse: in toto enim tempore semper est ī continuo fieri: nam tunc habet primum instans sui esse: quia tunc est verum dicere frigus nunc est ⁊ īmediate ante hoc non fuit ergo. Multa tamen essent dicenda in ista materia: que modo transeo.

ꝯ ꝯclu. 10 istať prio.

Contra cōclusionem decimam que talis est. Calor remittendus nullum vltimum habet sui esse sed habet vltimū ī esse ꝗeto: arguitur primo: ꝙ hēat vltimū sui esse: ⁊ pono casum ꝙ frigus remittat calorē per horā: ita ꝙ remittat ꝯtinue vsꝗ ad vltimū instans illius hore exclusiue ⁊ in illo instanti īpediatur ⁊ in tempore īmediato ad illud instans corrumpat vltimum gradū caloris: stante isto casu certum est qđ calor remittendus habet vltimū instās sui esse: patet quia exponitur per positionem de presenti et per negationem de futuro: sequitur enim calor in isto īstanti vltimo est immediate post hoc non erit: ergo desinit esse. ¶ Secundo arguitur ad idem ⁊ pono casum ꝙ sit agens liberum ⁊ sic calor vt octo ⁊ inducat in tēpore frigus vt. vij. ⁊ in vltimo instanti illius temporis nihil inducaꝫ ⁊ in tēpore īmediato inducat gradum incōpossibilem casus est possibilis de agente libero: tunc stāte casu: patet: qđ calor habebit vltimuꝫ sui esse: ⁊ patet vt prius. ¶ Tertio arguitur ad idem: ⁊ pono casum quod agens perfectum sit perfecte p̄sens calori remittendo in tempore immediato ad aliquod instans: certuꝫ est quod in illo tempore inducet gradum incompossibilem calori aliter non esset actiuum perfectum: ⁊ pono qđ sublata sit omnis indisposito. ⁊ tūc stante casu. patet quod calor remittitur precise in tempore: ⁊ ex hoc sequitur qđ habeat vltimum instans sui esse cum in tempore immediato desinat esse ⁊ precipue prima causa hoc potest facere: immo potest in instanti creare calorem ⁊ in tempore īmediato ipsum annihilare: ⁊ sic calor habebit vltimum instans sui esse. ¶ Quarto arguitur probādo quod calor remittendus non habeat vltimum instans in esse quieto. Et pono casum quod calor remittendus quiescat per horā ⁊ ī vltimo instanti illius hore sit perfecte presens frigidum in duplo vicens calidum: tunc in illo vltimo instanti inducet aliquem gradum frigoris in eodem subiecto in quo est calor: ⁊ sic sequitur quod calor remittendus non habebit vltimum instans sue quietis: patet: quia in illo vltimo instanti remittitur: ⁊ casus est possibilis: ergo. ¶ Quinto arguiť contra eandem partem conclusionis: ⁊ pono casum ꝙ actiuum inducat calorem vt octo in passum per spacium vniꝰ hore: ita quod ī vltimo instanti illius hore inducat vltimū gradum ⁊ in tempore immediate ad illud instans frigiduꝫ vt duodecim fiat perfecte presens ipsi passo circunscripto omni impedimento tam ex parte actiui quā ex parte passi: patet quod actiuum in tempore illo immediato incipiet remittere calorem: ⁊ tunc sequitur qđ calor remittendus neque vltimum instās sue quietis habuerit: patet: quia nullo modo quieuit: habens enim vltimum instans quietis (loquor po de quiete proprie que opponitur tempori) quiescit per aliquod tempus precedens illud instans. ¶ Sexto arguitur: quia videtur sequi impossibile videlicet quod agens perfectissimum ⁊ per modum nature necessario aget in tempore. Si enim calor remittendus habet vltimum instans in esse quieto: sequitur quod actiuum infinitum: ⁊ per modum nature ⁊ perfecte presens passo corrumpet illum calorem precise ī tempore ⁊ sic virtus infinita necessario aget in tempore quod est impossibile.

¶ Septimo quia Doct. videtur sibi contradicere: quia ipse presenti distinctio. contra Thomam expresse concedit ꝙ non est necesse quod ꝗescens per aliquod tempus quiescat in vltimo instanti illius temporis

Respondeo ad primum et dico primo quod conclusio intelligitur de motu remissionis continuo qualis non esset stante casu. Dico secundo quod stante casu illo calor remittendus non diceretur habere vltimum sui esse: quia ille gradus aut indiuisibiliter corrumpitur in tempore: ⁊ tunc non remittitur: aut indiuisibiliter corrumpitur in tempore: ⁊ tunc non remittitur aut diuisibiliter: et tunc in aliquo vltimo instanti illius temporis inducitur gradus incompossibilis: ⁊ sic non habebit vltimum instans sui esse. Dico tertio quod casus est simpliciter īpossibilis loquendo via natuaali ⁊ ad mentem philosophi: quia agens naturale ⁊ remittens calorem per aliquod tp̄s: ita quod continue remittatur vsꝗ ad vltimum instans illius necessario in illo vltimo instanti inducit gradum incōpossibilem calori: ⁊ sic calor non habebit vltimum instans sui esse. ¶ Ad secundum patet responsio ex supradictis.

Rñō ad argu. ꝫ.9. ꝯclusiō.

¶ Ad tertium dico quod si illud agens remittit calorem successiue quod necessario in vltimo instanti illius temporis inducet gradum incompossibilem. Si vero immediate ipsuꝫ corrumpit: tunc casus non est ad propositum: quia cōclusio intelligitur de motu remissionis. Dico secundo qđ casus est impossibilis per naturam. s. quod detur agens naturale sic presens passo: in quo sit calor qđ precise in illo tēpore destruat calorem: vt patet per experientiam. ¶ Ad quartum. Dico primo: ꝙ forte casus est impossibilis. Dico secundo: ꝙ stante casu nichil est ad propositum: quia cō

clusio intelligitur precise de motu remissionis: modo si in il lo vltimo instanti aliquid caloris destruitur: hoc non erit p motum remissionis: quia ille precise fit in tempore nec destructio illius gradus vllo modo pertinebit ad motum remissionis in tempore immediato ad illud instans sequētis vt alias exposui quomodo non daꝛ prima mutatio ī motu.
¶ Ad quintum dico primo ꝙ forte casus est impossibilis: loquendo via naturali. Dico secundo ꝙ casu admisso conclusio debet intelligi ꝙ si quieuit per aliquod tempus ꝙ nō posset remitti: loquendo de motu remissionis continuo nisi quieuerit per vltimum instās illius temporis. Dico tertio ꝙ stante casu illud instans adhuc dicetur vltimum instans inesse quieto: q2 īmediate post īcipit moueri nō tm̄ proprie erit vltimū īesse quieto: vt supra patuit.
¶ Ad sextum patet respōsio ex dictis presentis distinctionis questione quarta: agens enim infinitum potest agere in instanti: ⁊ si aliquando tale agens in agēdo coassistat necessario tempori non est ex imperfectione agētis: sed quia instans nō potest esse immediatum instanti: ideo si actio incipit post instans necessario erit in tempore vel saltem coassistet tempori. Et vltra dico quod non sequitur ꝙ si agens infinitū in tpe īmediato ad instās destruit calorē ꝙ ipsum destruat successiue: imo totū simul potest destruere: ⁊ talis destructio non mensurabitur tpe: licet coassistat alicui tempori: sicut etiaz si immediate post aliquod instans annihilaret vnam animam talis annihilatio non esset successiua sed subita: ⁊ tamen coassisteret tempori: solus enim motus pprie mensuratur tempore. ¶ Ad vltimum dico ꝙ doc. sibi non contradicit: q2 ibi dicit ꝙ absolute non est necesse: hic eniz vult ꝙ calor non possit remitti successiue si quieuerit per aliquod tempus nisi quiescat in vltimo instanti illius temporis vt dixi supra.

Contra vndecimam conclusionem: q̄

Z.11.concl9.istaꝛ.1 talis est frigus intendendū nullum scilicet primū habet eē simpliciter: licet habeat primum inesse quieto qd̄ accipit p mutationem: licet illud non sit quies. Cōtra: quia in illo instanti quo inducitur gradus incompossibilis calori verum est dicere frigus est: ⁊ immediate ante hoc non fuit: ergo habet primum instans sui esse: hoc etiam patet ex conclusione 16. ¶ Secundo arguitur: q2 calor remittendus in illo instanti: in quo inducitur gradus incompossibilis habet pmū sui nō esse: ergo frigus inductū ⁊ incōpossibile habet pmū sui esse: antecedens patet: quia veruz est dicere calor in hoc instanti non est: ⁊ immediate ante hoc fuit: vt patet per cōclusionem. 16. ergo habet primum sui non esse: habens em̄ primum sui non esse communiter exponitur per negationē de presenti ⁊ positionem de preterito: consequētia patet: q2 quando ad desitionem alicuius forme pro aliquo instanti: sequitur alia forma in eodem instanti: sicut illa que desinit habet primum sui non esse: ita illa que sequitur precise in illo instanti habet primum sui non esse.
¶ Tertio arguitur: ꝙ frigus nō habeat primum inesse quieto: quia sequeretur ꝙ tempus haberet primum instans qd̄ est impossibile: quia sicut in motu nō datur prima mutatio ita nec in tempore datur primum instans: ꝙ autez sequatur tempus habere primum instās: probatur: si enim frigus habet primum instans quietis ⁊ immediate post illud instans quiescat per horam: sequitur quod tempus quietis vnius hore habebit primum instans. Si enim incipit quiescere in aliquo instāti et in tempore immediato: sequitur propositū.
¶ Quarto arguitur: quod non quiescat aliquomodo in illo vltimo instanti: quia in illo instanti subiectum vere mutatur: patz per doc. presenti di. q. 4. vbi vult quod mutari sit aliter se habere nunc indiuisibiliter quam prius se habuerit diuisibiliter: si ergo subiectum in illo instanti: in quo recipit gradum frigoris incompossibilem calori mutatur: ergo tunc non quiescit: ⁊ si sic: sequitur quod nec frigus in illo īstanti quiescat.
¶ Quinto arguitur: nihil quod incipit esse dum incipit esse quiescit: patet: sed frigus in illo instanti incipit esse: patz per exponentes: quia verum est dicere frigus nunc est ⁊ immediate ante hoc non fuit: ergo incipit esse.

Respondeo simul ad primum et ad se=

Rn̄sio. cundum quod doctor non negat absolute quod frigus non habeat primum sui esse: nam aliter sibi contradiceret: sed vult ibi quod frigus in illo principio quo incipit acquiri intensiue non habeat aliquod primum instans sui esse/ patet: quia tantum acquiritur per motuz. Nam immediate post vltimum instans quietis caloris: calor incipit remitti ⁊ frig9 induci: ⁊ ideo in illo tpe immediato frigus non potest habere aliquod primum sui esse: sed loquendo de termino motus: scilicet in illo vltimo instanti: in quo calor desinit eē frigus incipit esse: ⁊ sic habet primum instans sui esse.
¶ Ad tertium dico breuiter quod illud vltimum instās est finis temporis precedentis mensurantis motum intensionis frigoris ⁊ est primum temporis sequentis mensurātis quietem sequentem. Si tamen quies mensuratur tempore vero: quod non credo: vt patet a doctore. d. presenti. q. 4. ⁊ si sic dico: tunc absolute quod illud instans est tantum finis temporis mensurantis motum intensionis frigoris.
¶ Ad quartum ⁊ quintum simul dico: vt supra etiam dixi quod illud vltimum instans dicitur instans immutationis: quia in illo instanti cessat motus simpliciter: ⁊ tunc dicitur in illo instanti quiescere pro quanto nullo modo mouetur ⁊ licet subiectum in illo instanti vere mutetur: quia tamē nullo modo mouetur dicitur tunc quiescere prout quies opponitur motui: non autem mutationi siue mutato esse. Et sic patet quomodo conclusio ista debeat intelligi.

Ad rationem de contradictoriis pri/

mo doctor recitat responsionem Thom̄. quam improbat. Deinde adducit responsionem propriaz ⁊ responsio Tho. Delaratio ſre doc stat in hoc quod contradictoria accipiuntur pro eodem instanti: sicut illa non sunt contradictoria que non sunt accepta pro eodem instanti: cum ergo non esse caloris vt precessit in vltimo instanti immutationis siue quietis: ⁊ esse caloris susceptum in tempore habito non sint in eodem instanti: sequitur ꝙ non erunt contradictoria.
¶ Ibi. Contra esse caloris. ⁊c. Hic doc. intendit probare contra Tho. quod contradictio sumatur ex ratione formali terminorum: et non per respectum ad tempus siue ad instans temporis: quia enim termini sic sunt incompossibiles: ideo contradicunt: nam si per impossibile nullum tempus esset: nec aliqua mensura esset: isti termini simpliciter repugnarent adinuicem: videlicet esse Franciscum ⁊ non Franciscum: repugnat enim simpliciter idem esse Franciscum ⁊ non esse Franciscum: ⁊ non repugnat sibi per comparationem ad tempus cum accidat sibi sic comparari ad tempus vel ad instans temporis: ⁊ ideo dicit doc. ꝙ bene sequitur sunt incompossibiles simpliciter: ideo non possunt eē in codē instanti: ⁊ nō econtra: quia non sequitur nō possunt esse in codē instanti: ergo sunt incompossibiles simplr̄ quia prima incompossibilitas est ex ratione formali terminorum intrinseca: secunda autem est tantum per comparationem ad aliquod extrinsecum.
¶ Ibi. Confirmatur hoc per simile in aliis: quia contrarium contrario succedens vere est ei cōtrarium: licet nō sint simul in codē instanti. Similiter forma vt terminus ad quē priuationis. ⁊c. vult dicere ꝙ ipsa forma ad quam terminatur motus: opponitur priuatiue ipsi priuationi: vt termino a quo. Sequitur ⁊ est motus inter opposita formaliter: vnde philosoph9 primo phy. tex. com. 47. vult ꝙ quod omnis motus sit inter contraria opposita: vel puatiua vel media inter hec: ⁊ tamen ista vt sunt termini transmutationis nunꝗ̄ simul sunt cū opponantur adinuicē per Arist. vbi supra. Si inquit: ergo hoc verum est: ꝙ omne ꝙ fit fiat: ⁊ corrumpatur qd̄ corrumpitur: aut ex contrariis in contraria ⁊ in horum media: media autem ex cōtrariis sunt: vt colores ex albo ⁊ nigro: quare omnia vtiqꝫ erunt que natura fiunt: aut contraria: aut ex contrariis: hec ille.
¶ Ibi. posset etiam argui ꝙ creationis termini non essent contrarii. Hic doc. probat ꝙ si contradictoria tantū sumerentur respectu eiusdem instantis: ꝙ tunc termini creationis. s. a quo ⁊ ad quē nō contradicerent: qui termini sunt non esse creature: ⁊ esse ipsius: nam non esse creature precedit tempore ipsum esse: ⁊ quod. d. hic ꝙ non esse creature non contrariatur esse ipsius creature: patet: quia contrariū est aliquod ens positiuum: nec etiam opponitur sibi priuatiue: quia priuatio est in subiecto apto nato: modo non eē creature in nullo esse fundatur tanꝗ̄ in subiecto: nec etiam opponitur sibi vt aliquod medium opponitur extremis: q2 huiusmodi medium est semper aliquod ens positiuum: ergo si non esse creature opponiꝛ eē ipsius creature: opponiꝛ ꝯtradictorie: ⁊ tamen non esse ⁊ eē non sunt in eodē instāti

¶ Ibi. quod autem adducitur de diffinitione contradictionis est equiuocatio. ⁊c. Nota hanc literam quod quando dicitur in elencis quod contradictoria sunt ad idem simul: ⁊ in eodem tempore: debet intelligi de contradictoriis complexis vt omnis homo currit: quidam homo non currit: nõ autem de incomplexis: sicut nõ esse a. ⁊ esse a. De prima cõtradictione que est inter complexa: loquitur philosophus in libro perhier: ⁊ de secunda que est inter incomplexa loquitur in predicamentis.

Nõ hic d ꝯdictoriis

¶ Ibi. Aliter respondeo ad argumentum. Hic doc. dat ꝑ priam responsionem premittendo vnam distinctionem de ĩmediato: quia immediatuz potest accipi dupliciter. Primo inter quod secundum se totum ⁊ aliud non est medium: ⁊ sic continuum est immediatum termino: vt linea est immediata puncto: quia inter totam lineam ⁊ punctum nullum cadit medium: ⁊ similiter tempus est immediatum instanti: qꝛ inter tempus vnius hore ⁊ vltimum instans terminans illud tempus non est aliquod medium: ⁊ similiter inter motũ ⁊ mutatum esse non cadit medium: accipiendo aliquem totum motum: puta vnius hore inter ipsum ⁊ mutationem terminantem ipsum motum non aliquod medium. Secundo dicitur immediatum quod secundum se totum est cuz altero statim vel post alterum: ⁊ sic indiuisibili terminanti cõtinuum nihil est immediatum: nihil enim secundum se totũ statim: sequitur illud indiuisibile: patet: quia si in aliqua linea signetur aliquis punctus terminãs eã: linea sequẽs cuius est principium ꝰm se tota non est immediata illi pũcto: nec immediate sequitur illum punctum: sed pars illius totius: ꝙ est immediatũ totũ: primo modo sequitur indiuisibile ꝰm partem ante partem in infinitum: sicut etiaz: patet de tẽpore: quia aliquod vnum tempus: puta medietatis hore ꝰm se totum ⁊ secundum omnes partes suas immediate sequitur ad vltimũ instans alterius medietatis hore: sed sequit̃ ꝰm aliam ⁊ aliam partem in infinitum: quia data quacunqꝫ pte ex proxima illi instanti dabilis est alia in infinitum cum quelibet pars temporis sit diuisibilis in infinituz: licet ergo totum illud tempus possit esse immediatum alicui instanti loquendo de immediato: primo modo: non tamen potest eẽ immediatum: loquendo de immediato. secundo modo.

¶ Ibi ad propositum: ergo. Nunc Doc. respondendo ad rationem de contradictoriis applicat ad propositum: que dixit de immediato d. quod sicut mensure iste se habent: ita ⁊ mensurata: scilicet quod quando vnum contradictorium mensuratur indiuisibili ⁊ aliud mensuratur diuisibili: tunc minor est falsa: scilicet ista: sed si inter non esse forme ⁊ esse forme inducende per motum non est aliquod primũ: est medium inter illa que sunt contradictoria: negatur: nullum eñ est medium inter contradictorium secundum quod est in tota mensura sua ⁊ contradictorium aliud sicut nec inter totam mensuram eius ⁊ mensuram alterius: patet: quia non esse forme mensuratur instanti ⁊ esse forme mensuratur tempore immediate sequenti: sicut expositum est supra: ⁊ sicut instans est immediatum tempori: loquendo de immediato primo modo: ita non esse forme est immediatum esse forme sic quod inter illa non cadit medium: tamen sicut instans ⁊ tempus non sunt immediata secundo modo sic quod totuz tempus secundum se non sequitur instans vt exposui: ita esse forme quod mensuratur tempore secundum se totum est immediatum non esse forme mensurato instanti: sed sicut tẽpus: sequitur instantiã ꝑ partẽ in infinitũ sic esse forme sequtur non esse forme per partẽ ante partẽ in infinitum: nec similiter sicut non est danda prima pars temporis: que sit ꝰm se totã immediata instãtia: ita nec est dãda prima pars forme que sit secundum se totã ĩmediata non esse forme: ⁊ sic patet responsio ad secundam rationem principalem.

¶ Ibi tertio principaliter arguit̃ ꝙ angel⁹ non possit moueri: qꝛ est indiuisibilis. Hic doc. accipit tres rõnes phi: quibus probat ꝙ indiuisibile non possit moueri. Prima est. 6 phy. tex. Cõ. 7. qꝛ oẽ qđ mouet̃ parti est in termino a quo ⁊ ptim est in termino ad quez: qñ eñ totaliter est in termino a quo non mouet̃: sed quiescit: quando autẽ est in termino ad quẽ totaliter motũ est: indiuisibile aũt nõ põt esse in vno ptim ⁊ partim in alio: qꝛ non habet partẽ ⁊ partem: vt patet.

rõnes phi ad ꝓban. ĩdiuisibile non posse moueri

¶ Ibi. secũda rõ Arist. ponit̃. 6. phy. tex. Cõ. 89. vbi vult ꝙ oẽ ꝙ mouet̃ prius pertransit spaciũ sibi equale: vel min⁹ ꝙꝫ maius. Amplius inqt ex his manifestũ est: ꝙ neqꝫ pũctũ neqꝫ aliud indiuisibile nullũ cõtingit moueri: oẽ eñ qđ mouet̃ impossibile prius maius moueri ipsius ꝙꝫ aut equale: aut minus: hec ille: sed indiuisibile nõ potest minus pertrãsire se: quia tunc daret̃ minus indiuisibile: ergo pertransit ꝑ us equale ꝙꝫ maius se: ⁊ pertranseundo semꝑ spaciũ sibi eq̃le pertransibit totũ continuũ supra qđ mouet̃: igit̃ illud cõponeret̃ ex indiuisibilibus equalibus indiuisibili: quod est falsum: ⁊ hec est rõ Arist. vbi supra tex. com. 89. Si igitur inquit: hoc manifestum est: ꝙ ⁊ punctum minus aut equale mouebit̃: primo quoniaz autẽ indiuisibile est ĩpossibile est moueri prius: equale ergo ipsi quare erit linea ex punctis: semꝑ enim per equalem motum omnẽ lineã punctũ mensurabit: si autẽ hoc impossibile est ⁊ moueri indiuisibile ĩpossibile: hec ille. ¶ Ibi tertia rõ Arist. vr̃ eẽ: quia omnis motus est in tempore sicut probauit prius. 6. phy. t. Com. 88 vbi sic ait: quare non contingit impartibile moueri neqꝫ oĩno mutari: soluz eñ sic esset ipsius motus si tempus eẽt ex istis nũc semꝑ enim in ipso nunc est motum esse ⁊ mutatum quare moueri quidem nequaꝙꝫ est: motum autẽ semper esse est: hoc autẽ ꝙ impossibile sit ostensum est prius: neqꝫ enim ex istis est tempus: neqꝫ linea ex punctis: neqꝫ motus ex momentis est. ⁊c. Ibi Cõmẽtator cũ declarauit inquit ꝙ indiuisibile nõ mouet̃ vult dare causam in hoc: ⁊ est: quia tp̃s ⁊ motus ⁊ magnitudo sunt continua: ⁊ ꝙ hoc non esset possibile nisi tempus cõponeretur ex instantibus: ⁊ motus ex finibus motuuz. s. mutationibus: magnitudo ex punctis: hec ille: patet ergo: quomodo omnis motus est in tempore ⁊ oĩ tempore erit accipere minus tempus in quo minori potest minus mobile moueri igitur omni mobili potest accipi minus mobile in infinitum ⁊ ita nullum indiuisibile est mobile

¶ Respondet doc. ad hoc tertium argumentum: ⁊ primo dicit quod licet angelus sit indiuisibilis: tamen quia occupat locum diuisibilem: quia potest esse in tanto loco diffinitiue vt supra patuit. q. 6. presentis. d. ⁊ sic posset moueri localiter motu continuo: ita quod successio continua motus localis sumeretur ex successione partium loci. ita ꝙ successiue pertransiret illud spacium. sequitur aut si occupat locuz pũctualẽ: ⁊ ita vt punctualiter exñs nõ potest continue moueri vt semper habeat esse punctuale: vult dicere Doc. ꝙ si angelus esset tm̃ in loco punctuali: vt sic non posset moueri motu continuo: cũ semꝑ in tali spacio haberet esse punctuale: punctus eñ non põt cõtinuari pũcto sicut nec indiuisibile indiuisibili: vt supra patet. sequitur tamẽ: qꝛ nõ vr̃ rõ ⁊c. Hic doc. intendit probare ꝙ indiuisibile ẽt quantitatiuum si esset per se exñs posset moueri localiter motu continuo: si moueret̃ super aliqđ spaciũ continuũ. Et primo probat: qꝛ spera super planum mota describit in plano lineã: ⁊ tamen nõ tangit planũ nisi in puncto: ergo punctum spere pertransit totã lineã: que tamen linea ex hoc non erit composita ex punctis. ¶ Ibi. Hic respõdetur multipliciter: primo ꝙ nõ est spericũ in natura: sed tantum in imaginatione.

Rñsio ad 3. ar.

¶ Ibi. Sed hoc nihil est. Hic doc. duplr̃ respõdet primo quod celum est simpliciter spericum. Scđo dato ꝙ non est spericum de facto: tamen est possibile dari spericum perfectum moueri super planum perfectum. Sequitur: esset autem cõtradictio si ex motu diuisibilis super aliquod sequeretur ipsum esse indiuisibile/ vel componi ex indiuisibilibus dicit in sententia: quod indiuisibile moueri super planum ⁊ tale motum esse continuũ ⁊ compositum ex semper diuisibilibus nulla apparet contradictio: si vero talis motus esset compositus ex indiuisibilibus: vel spacium supra qđ mouetur indiuisibile ex tali motu sequeret̃ cõponi ex indiuisibilib⁹ eẽt ꝯtradictio ĩdiuisibile hoc mõ moueri. ¶ Ibi Aliter dꝛ ꝙ naturalis spera tãgit planũ ĩ linea ⁊ nõ in puncto. ⁊ sic falsum est dicere quod punctus sperici moueatur. Contra hoc arguit doc. qꝛ tunc sequeretur qđ linea supra planũ esset circularis: ⁊ esset recta vt patet: sicut q̃libet ps sperici est sperica: vt probatur in astronomia: ⁊ q̃libet pars circularis vel circuli est circularis: ⁊ non intelligitur quod quelibet pars sit circularis: sed quod ꝓtendit scilicet principiatiue circularitatem: qꝛ scilicet est curua ⁊ non recta linea corporis sperici est circularis ẽt quelibet pars ipsius: ergo si corpus sphericuz tangeret planũ in linea ⁊ moueret̃ super planum motu recto: certum est quod ibi efficeretur linea recta ⁊ per te tantum tangit in linea q̃ est circularis ergo illa linea esset circularis ⁊ recta ꝙ esset impossibile.

¶ Ibi. Aliter dicitur quod quia punctus ille per accidẽs mouetur: ideo non oportet quod commensuret sibi spaciũ super ꝙ mouetur spera autẽ per se mouetur ⁊ etiã est diuisibilis. Ista littera supponit vnũ. s. ꝙ illđ ꝙ mouet̃ suꝑ aliqđ

spacium: ita ꝙ partibiliter pertransit illud: in alio ⁊ alio in-
stanti est in alia ⁊ alia parte spacij: non est autem necesse qđ
illud ꝙ mouetur per accidẽs: puta ad motũ alterius: com-
mensuret sibi spacium super qđ est motus: cuꝫ ergo pũctus
tantũ moueat̄ per accñs super plano: q̄ꝛ ad motũ spere non
erit necesse ipsum commensurari spacio: ⁊ si nõ commensu
rat sibi spacium non mouetur localiter.
¶ Sed contra istud. Hic doc. probat qđ quamuis pars in
toto moueatur per accñs: tñ semper est in spacio sibi equali
⁊ pertranseundo illa pars describit totũ spacium: immo si
albedo que magis mouetur per accidẽs ⁊c. dicit doc. ꝙ qñ
aliqđ album moueat̄ super aliquod spaciũ: illa albedo q̃ mo
ueat̄ p accñs cõmensurat illud spaciũ per accñs: q̄ꝛ si esset
sepata adhuc cõmensuraret. Sic tñ intelligẽdo ꝙ si albe-
do p possibile esset sepata: ⁊ haberet illã extensionẽ quã ha
bet vt vnita quanti: ꝙ tũc precisẽ occuparet tm̃ locum sepa-
ta quantũ coniũcta. Si etiã intelligat̄ nõ extẽsa: sed tm̃ exi
stẽtia albedinis si vt in subiecto occupat spacium puta in-
diuisibile: quia vt sic inextensa est oĩno indiuisibilis adhuc
sepata precise occuparet idẽ spacium: ergo a fortiori pun-
ctus cũ sit pars quantitatis vel saltẽ intrinsecũ ipsi quãto:
⁊ cuiusmodi nõ ẽ albedo: si esset per se separatus cõmensu-
raret spaciũ pertrãseundo illud. ¶ Ibi. Iteꝫ linea ista sup
posita nõ commensurat̄ spere: q̄ꝛ tunc esset corpus spericũ
sed cõmensurat̄ alicui moto sup ipsam: ergo tantum pũcto
modo super eã. ¶ Ibi. si etiã ponat̄ sperã esse in vacuo et
solã lineã esse plenã. Hic doc. rñdet tacite obiectioni: quia
forte aliq̃ dicerent non esse possibile sperã tm̃ tangere pla-
nũ in puncto: quia ẽt tangit mediũ. s. aerem: ⁊ ita aerem si-
bi commensurat: iõ doc. ad hoc euitandũ ponit casum de va
cuo puta ꝙ sit vacuũ ⁊ in vacuo sit planũ ⁊ spera ⁊ per im-
possibile moueatur spera in vacuo super planum: tunc ma-
nifestum erit: ꝙ non tangit nisi in puncto. Et notandũ est:
ꝙ aliqui voluerunt vacuũ esse locũ nullo corpore repletum
Opiñ. va cuo dupli cẽ. aptũ tamen repleri. Aliqui vero esse spacium nullo corpo-
re naturali repletũ: tñ repletũ corpore mathematico. ⁊ tũc
dimẽsiones manẽt in vacuo: sicut si destrueret̄ tota substã-
tia aeris: ⁊ oĩs q̃litas naturalis sola quãtitate aeris rema-
nente: sic esset vacuũ dimensionatũ: loquendo de vacuo pri
mo mõ nihil posset ibi moueri sm̃ Com. ⁊ si esset graue de
scenderet in instanti: nec similiter secũdo modo: q̄ꝛ tales di
mensiones non sunt nate cedere alicui corpori: ⁊ ita si illud
mobile sit corpus: nõ cedent ei: sed si per impossibile moue-
ret̄ p illud vacuũ dimẽsiones vacui penetrarẽt dimẽsiones
illius mobilis: ⁊ ita duo corpa essent in eodẽ. Et sic doc. ac-
cipit vacuũ hic. ¶ Ibi. Preterea accipiat̄ corpus cubum.
Hic doc. intendit scđo principaliter probare indiuisibile de
p̄dicamento quantitatis posse moueri. Et primo de corpo
re cubo figurato ad modũ taxilli habens sex superficies: si
moueatur sup magnitudine habet tale corpus lineã termi-
nantẽ duas superficies cum quelibet eius linea terminans
terminet duas superficies: vt patet: tũc si moueat̄ eius linee
corrñdet linea in magnitudĩe in instanti quietis: sed dũ mo
ueat̄ nõ corrñdet ei linea in magnitudĩe sed continuũ: ⁊ tamẽ
describit supficiẽ in magnitudine nõ ꝯstitutã ex lineis: igit̄
sic faceret linea si esset sepata a supficie: ⁊ sic moueret̄ sup
magnitudine semp. i. ĩ oĩ instãtia cõmensuraret sibi lineam
ĩ magnitudine supposita ⁊ in tp̄e flueret super continuũ: pꝫ
ẽt hoc si ponant̄ due linee: quarũ vna supponat̄ alteri: pꝫ ꝙ
punctus linee inferioris describit lineã supiorẽ: ⁊ hoc posi
to ꝙ linea supior moueat̄ sup lineã inferiorẽ: ⁊ tũc esset pũ
ctus linee superioris describit totã lineã inferiorẽ: ⁊ tñ neu
tra est cõposita ex pũctis: sicut igitur nõ sequit̄. hic pũctus
linee describit lineã: igitur linea est cõstituta ex pũctis: ita
nõ sequit̄ punctus ex se moueat̄ describendo lineã: igit̄ illa li
nea est cõstituta ex punctis: ⁊ si iste consequentie valerẽt de
puncto sepato a linea: q̃re nõ de puncto coniuncto linee: ⁊ q̃
re non valeret de linea corporis cubi: quia ipsa describit to
tam superficiem magnitudinis: quare igit̄ illa superficies
nõ cõponeret̄ ex supficiebus. Dicit igit̄ doc. quãtũ ad istđ
ꝙ cũ nõ videat̄ nisi fuga: ⁊ nõ vera solutio đ motu p accñs
ꝙ vꝫ pũctus moueat̄ p accñs: iõ nõ describit lineã nec com-
mẽsurat eã sibi ĩmo describit ⁊ cõmẽsurat eo ꝙ sibi cõuenit
mẽsurare: vt infra patebit. Dicit igit̄ doc. hãc ꝯclusionẽ de
indiuisibi: ꝙ indiuisibile p̄t moueri per se: si p se esset: ⁊ mo
tu cõtinuo nec ex isto dicto: sequit̄ magnitudinẽ super qua
moueret̄ esse compositam ex punctis.
¶ Ibi. Propter tñ itẽtionẽ Arist. q̃ allegabat̄. Hic doc. ĩ
tendit p̄rio assignare causam successionis in motu locali:
⁊ sic ostendere quõ indiuisibile de gñe quãtitatis possit lo
caliter moueri. Secũdo exponit auctoritates phi. Quã-
tũ ad p̄mũ. d. ꝙ duplex est cã successionis in motu locali. s.
diuisibilitas spacij ⁊ diuisibilitas mobilis ⁊ vtraqꝫ per se ⁊
seorsum sumpta est sufficiens. De prima patet: quia mobi-
le prius pertransit vnã partẽ spacij q̃ȝ aliã cõparando mo
bile ad diuersas partes spacij. De scđo ẽt pꝫ: q̄ꝛ si p possibi
le mobile diuisibile ptransiret punctũ adhuc successiue p-
transiret: q̄ꝛ prius sm̃ vnã partẽ ipsius mobilis ⁊ posteri⁹
sm̃ aliã partẽ: ⁊ sic de alijs: vt patet de facto qñ mobile p-
transit aliqđ spaciũ prius sm̃ vnã partẽ transit punctum si
gnatũ in spacio ⁊ posteri⁹ sm̃ aliã partẽ. Et addit ꝙ etiã in
motu alteratiõis posset assignari cã successiõis: tã ex par-
te mobilis. q̃ȝ ex parte forme: pꝫ: q̄ꝛ ex diuisibilitate forme
mobile prius recipit vnã partẽ forme q̃ȝ aliã: ex pte ẽt mo
bilis pꝫ: q̄ꝛ prius alteratur sm̃ vnã partẽ q̃ȝ sm̃ aliã: ⁊ ad-
dit ꝙ ẽt hec duplex cã forte posset assignari in motu aug-
mentationis: licet hoc sit magis difficile: q̄ꝛ non vr̄ posse
assignari mobile indiuisibile quod sit quantitatis successi-
ue susceptiuũ: in alteratiõe vero facile assignari potest: q̄ꝛ
punctus existens ĩ quanto alteratur ⁊ successiue successio-
ne partium forme. Sed an indiuisibile possit alterari: patꝫ
de indiuisibili substantiali: quia angelus potest recipe aliã
et aliam cognitionem. Sed an indiuisibile quantitatiuum
vt punctus possit recipere aliquã quantitatẽ. Dico ꝙ non
potest recipere certã quantitatẽ certe intensionis vt tenet
Doc. in. 4. d. x. q. 9. siue vltima: respondendo ad scđm ar-
gumentũ principale. Alij tñ dicunt ꝙ punctus est alterabi
lis per accñs ad alterationẽ partiũ: quas continuat ad in
uicẽ: sed quicquid sit parũ curandũ est. Deinde addit doc.
ꝙ phũs bene negat punctũ posse moueri localiter quantũ
est ex se. i. ꝙ ex parte eius possit accipi continuitas motus
cũ non habeat partes: non tñ indiuisibile est illud cui repu
gnat mouere: aut moueri: accipiẽdo continuitatẽ ⁊ succes-
sionem motus sui a spacio. ¶ Ibi. Et istud concludunt rõ
nes sue. Hic doc. d. ꝙ rationes Aristo. q̃bus p̄bat indiuisi
bile non posse moueri motu continuo: siue successiuo p̄bãt
tm̃ de successiõe que ẽ ex parte mobilis: ⁊ sic indiuisibile nõ
mouetur motu successiuo ⁊ continuo: cum in ipso nulla sit
successio partis ⁊ partis: sed non concludunt de successiõe
que est ex parte spacij: super quod mouetur indiuisibile: et
hoc est qđ. d. Cum ergo dicit Aristo. 6. phy. tex. com. 7. ꝙ
oẽ quod mouetur partim est ĩ termino a quo ⁊ partim ĩ ter-
mino ad quem. veꝝ est de mobili diuisibili: quia secũdũ par
tem ⁊ partem sui est in termino ⁊ termino: nõ enim est tota-
liter in termino a quo: quia tunc quiesceret. nec totaliter ĩ
termino ad quem: quia iam esset motum ⁊ non moueretur:
vt patet a philosopho vbi supra. Sequitur: ⁊ non ita soluꝫ
sed secundum idem sui est partim in termino vno ⁊ partim
in alio: hoc est in aliquo medio non quiescendo. Dicit doc.
ꝙ diuisibile. puta corpus pedale quod dicatur. a. quod mo
ueatur super spacium quadrupedale: ⁊ dicatur. b. a. secũdũ
aliam ⁊ aliam partem est in termino a quo ⁊ in termino ad
quem ipsius. b. ⁊ sic ibi est successio: ⁊ non solum hoc: sꝫ ẽt
accipiendo idem mobile. a. secundum idem esse sui est par-
tim in termino a quo ⁊ partim in termino ad quem supple
in aliquo medio spacij. b. non quiescendo sed inquantũ ip-
sum mediuꝫ spacij est aliquid vtriusqꝫ. s. termini a quo ⁊ ter
mini ad quem spacij. b. Sequitur hoc est in quantũ est: p qđ
tendit ab vno in alterũ. i. ꝙ ip̄m mediũ spacij. b. est illud p
qđ mobile. a. tendit ab vno termino in alteꝝ. s. a. termino a
quo ad t̄minũ ad quẽ: nã mobile: ꝙ trãsit sup spaciũ b. ãteq̃ȝ
sit sub termino ad quẽ opꝫ ꝙ pri⁹ sit sub medio iter t̄minũ
a quo ⁊ terminũ ad quẽ. Sequit̄. Hoc ẽ dictu ꝙ ẽ sub mu-
tatione: ⁊ sub aliquo subiacente mutationi: ⁊ sic continuat
partes motus. Hec lr̃a sic exponitur. Nam cũ mobile mo-
uetur a termino a quo alius motus ad terminum ad quem
ipsius recedendo a termĩo a quo fit sub mutatione siue sub
mutato eẽ qđ mutatũ esse est finis partis posterioris mo-
tus a q̃ ⁊ principiũ partis p̄oris motus ad quẽ: ideo dicit
Doc. ꝙ etiã illud mobile diuisibile mouetur motu successi-
uo accipiendo successionẽ ex parte spacij: q̄ꝛ in aliquo me-
dio spacij ip̄m mobile sm̃ se est sub aliqua mutatione: siue
mutato eẽ: qđ ꝯtinuat ptẽ ipsi⁹ motus. s. partẽ a quo: ⁊ par
tẽ ad quẽ: ⁊ hoc ẽ qđ đt: ꝙ ẽ sub mutatiõe: ⁊ ĩmediate addit
sub aliq̃ subiacẽte mutatõi. i. ꝙ ipꝫ mobile dũ ẽ ĩ m̃dio spacij
nõ tm̃ ẽ sub mutatiõe mõ p̄expositio: sꝫ ẽt sub aliq̃ subiacen

te mutationi .i. sub aliquo vbi quod subest mutatiōi: nā mobile vt mouet͛ super aliqͦd spacium semper: vt est in alio et alio pūcto spacij est in alio ⁊ alio vbi: vt supra declaratum est de loco āgeloꝝ. q. 6. pn̄tis. d. ⁊ sicut ipsum mobile vt in medio ē sub mutatiōe: sequit͛ ēt qͦd ipsum vbi in quo est sit sub mutatione. Sequit͛. Cum aūt accipit͛ indiuisibile non pōt eē ꝑti in vno t͛mino ⁊ ꝑtim in alio ⁊c. Hic doc. cōcedit qͦd indiuisibile nō pōt eē in t͛mino a quo ⁊ in termīo ad quē rōne suaꝝ ꝑtiū: cū non hēat ꝑtes sed bn̄ potest eē sub t͛mīo a q̊ ⁊ ad quē rōne spacij vt. n. ip̄z īdiuisibile ē in aliq̊ medio alicuiꝰ spacij rōne illius medij pt̄ dici esse sub termīo a q̊ et ad quē mō ꝑ̄expo sito. ¶ Ibi. Ad aliud cū dꝛ̄ ꝙ pͥus ꝑtrāsit oē mobile equale vel minus q̄ꝫ ꝑtransit maius. In hac lr̄a tam difficili multa sūt notāda. pͥmo ꝙ īdiuisibile qn̄ pertrāsit spacium puta pedale sēꝑ pertrāsit maius: ⁊ hoc patet: qꝛ indiuisibile dum ē in aliquo spacio est tm̄ ī puncto illius spacij: si ergo ꝑtransiret minus se: tūc punctus in quo eēt: eēt diuisibilis: si ēt pͥmo ꝑtrāsiret sibi equale: tūc pͥmo ꝑtrāsiret punctū spacij pedalis: ⁊ sic respectu motus super planum pedale dare͛t pͥma mutatio: qͦd pꝫ ex q̊. n. trāsit pūctum in īstāti: ⁊ totum spacium seq̄ns in tpe illa trāsitio pūcti eēt īstātanea mutatio ⁊ sic alicuiꝰ motus dare͛t pͥma mutatio ꝙ subliliter supra īꝓbatum ē. Est etiā ꝯ̄ Aristo. 6. phy. vbi vult ꝙ in q̊libet motu āte oē mutatū eē sit moueri ⁊ ecōtra: licet aliqui ꝑuersores Aristo. ⁊ nō expositores vt Auerroyste velint ꝙ Aristo. retractauerit illud: ⁊ volūt ꝙ de͛t pͥma mutatio: ⁊ sic vt dicit Doct. si volūt ip̄m retractare in. 8. phy. qͦd dixit in. 6. pn̄t rōnabilit͛ dicere ꝙ in. 8. cōtradicat sibiipsi.

Auerroyste volūt ꝙ dꝛ̄ pͥma mutatio.

Dicit ergo Doc. īfra nō ergo oꝫ quod omnem transitionem successiuam: puta si mobile sit semipedale ⁊ spacium super quod mouetur quod sit pedale in quo ē successio vel transitio precedat pertransitio īdiuisibilis: immo semꝑ p̄cedit trāsitio diuisibilis. nā data q̄cūqꝫ trāsitione suꝑ spaciuꝫ sēꝑ erit diuisibilis in īfinitū cū quelibet ꝑs spacij sit diuisibilis in īfinitū: ⁊ sic non pōt dari aliqua pͥma transitio respectu alicuius motus. Tenendo tamen quod punctus mouetur motu continuo: tunc dico quod semper transit maius vbi sibi adequato: quia vt est in vbi adequato est precise in puncto spacij: ⁊ cū mouetur recedēdo a suo vbi transit ꝑteꝫ spacii diuisibilē: ⁊ sic transit maius sed hic oꝫ dicere alteꝝ vel dare͛t prima mutatio ī motu locali qua et aduersarii negāt in motu locali licet ponāt primā mutationē in motu alterationis vel augmētationis vel opꝫ ponere īdiuisibile nullo mō posse moueri localr͛ motu continuo. ¶ Scd̄o dicit: ꝙ loquēdo de diuisibili puta de aliquo corꝑe pedali ꝙ moue͛t suꝑ spacio pedali ꝙ tale corpus pertrāsit minus nō rōne sui sed rōne partis nō cōparando ꝑtē ad locū sibi equalem nec totum ad locū sibi eq̄lē sed cōparādo ad certū pūctū indiuisibilē ī spacio: qꝛ vt sic mouetur trāseundo minus s̄m ꝙ pars p̄cise trāsit pūctū signatū ꝙ ē discontinuū alteri puncto signato cū non pona͛t ꝑs qꝛ duo vbi siue mille vt precise sunt in pūctis signatꝭ ⁊ in pūcto signato ponitur ꝑs hr̄e vbi: sunt vbi discōtinua ⁊ hoc ē ꝙ dicit vt ꝑs nō cōparatur loco equali. si. n. ꝑs cōparetur loco equali: ⁊ totum loco sibi equali ⁊ moueat͛ totū motu continuo: tūc ꝑs sꝑ trāsibit maiꝰ: ⁊ totū similit͛ simul trāsibit maius recedēs a loco sibi equali: ⁊ si poneretur quod tantum pars moueretur transeundo maius: ⁊ totum simul non moueretur sed statim post motionem partis moueretur tunc motus totius ⁊ ꝑtis non essent vnus motus: immo necessario essent duo motus. Hic no. quod corpus pedale quod dicatur. a. ⁊ locus super spacio pedali sibi correspondens: vel equalis erit spacium pedale ⁊ dicatur. b. accipio aliquā partem ꝑuam ipsius. a. ⁊ illa sit quantitas digitalis: ⁊ dicatur. c. locus corr̄ndens sibi in spacio erit spacium digitale Dicit ḡ Doc. ꝙ si ꝑs illa. c. ꝑtrāsibit locū sibi eq̄lē ēt ip̄m. a ꝑtrāsibit locū sibi eq̄lē ad hoc ꝙ motꝰ sit ꝯtinuus: ꝙ pꝫ. Dicimꝰ. n. motū alicuiꝰ mobilis eē cōtinuū cū ꝯtinua͛t motui ꝑtꝭ. si ḡ. c. trāsiret locū sibi eq̄lē. ⁊. a. simul nō trāsiret tūc ille motꝰ nō esset cōtinuus: pꝫ: qꝛ nō esset īdiuisibilis ꝙ req̄rit͛ ad motum continuum: esset enim diuisibilis: quia alius et alius motus nam vnus esset respectu partis transeuntis locum sibi equalem ⁊ alius esset respectu totius transeuntꝭ locū sibi equalem: ita quod inter istos duos motus esset quodammodo quies media si pars prius pertransit: ⁊ hoc ē ꝙ dicit doc. ibi. ⁊ hoc nͥ cōparādo ꝑtē ad vbi sibi equale ⁊c. ¶ Ibi. Seq̄t͛ īfra Sed ītelligēdo respectu alicuiꝰ certi ⁊ determīati pūcti. Dicit Doc ꝙ ip̄m. a. vt transit spacium bipedale prꝰ pertransit minus illius spacij: non rōne sui: sed ratione partis. c. sic intelligendo ꝙ qn̄. a. est in spacio pedali ⁊ transit illud faciendo se in alio spacio pedali signato aliquo pūcto in spacio pedali sequētis: ip̄z. c. prius pertrāsit illud pūctū q̄ꝫ ipsū. a. ⁊ quia pūctus minus est ipso. a. rōne ipsius. c. dicimꝰ ꝙ. a. semꝑ ꝑtransit minus q̄ꝫ maius vel equale. Et addit Doct. ꝙ hoc debet intelligi de vbi alio a suo primo vbi totali. Et vult hic Doc. vt patet ⁊ infra q̄stione vltima: ꝙ aliquādo sunt aliqua vbi alia ⁊ alia ⁊ discōtinua: ita ꝙ mobile deserit totalit͛ pͥmū vbi: ⁊ fit totalr͛ sub alio vbi: si mō in illo alio vbi puta pedali signe͛t punctus: tunc pars. c. pͥus ꝑtransit illū pūctū q̄ꝫ ip̄m. a. ⁊ sic. a. rōne ꝑtis. c. pͥus pertransit minꝰ q̄ꝫ equale vel maius sed hic motus nō est cōtinuus: cū illa duo vbi sint discōtinua. nā motus localis continuus ē īter illa vbi: q̄ sic se hn̄t ꝙ vnū vbi est ꝑs alterius: si mō loq̄mur de continuitate motus q̄ est īter illa vbi: q̄ sic se habent ꝙ vnū est ꝑs alterius. Dn̄t aliq̄ ꝙ. a. mobile semper ꝑtrāsit maius spaciū ⁊ nō minus neqꝫ equale. Et pono casū ꝙ sit spaciū bipedale ⁊ dicatur. a. ī q̊ sunt īfinita vbi: qꝛ īfinita pūcta ī potētia: ⁊ inter q̄cūqꝫ duo pūcta est spaciū medium ⁊ ī illo spacio medio sunt infinita vbi in potentia: qꝛ ⁊ īfinita pūcta: patet qꝛ q̊cūqꝫ spacio dato illud est diuisibile ī īfinitas partes. Pono modo ꝙ omnia vbi totius spacij dicātur ꝑtes vbi totalis: et sic hoc modo motus localis suꝑ tali spacio continua͛t: si ḡ mobile. a. occupās spaciū semipedalē. Dicūt ꝙ qn̄ ꝑtrāsit spaciū sēꝑ ꝑtrāsit maius se: ꝙ pꝫ. Nā dum est in spacio sibi equali nō moue͛t localr͛ dū vero acq̄rit pūctū spacij īmediate seq̄ntis spacium semipedale pertransit ma. patet quia ille punctus pertinet ad vbi totale: ⁊ sic pertranseundo punctum illuꝫ ꝑtransit totum spacium in quo erat: ⁊ illum punctum sibi additum vel partē sibi additā: ⁊ sic ꝑtrāsit maius ⁊ sic ꝯtinuādo semꝑ pertrāsit maius vsqꝫ ad t͛minū q̄etis: nā trāsacto puncto ip̄m. a. fit ī loco sibi equali: puta bipedali: ergo ⁊ dū transit alium pūctum: adhuc ꝑtransit maius quia spaciū sibi equale: ⁊ punctum additum: vel ꝑtem additaꝫ ⁊ sic sēper continuando motum suꝑ spacium: et sic aliqui exponunt quomodo semper transit maius loquendo de motu locali continuo. Et licet forte sit bona expō: tamen saluo sēꝑ meliori iudicio pōt sic exponi qꝛ ex quo mobile vt ē in spacio nͥ hꝫ aliquā parteꝫ eque pͥmo sibi īmediatā: sed solū pūctū eque pͥmo sibi īmediatū: ⁊ iō mobile pͥmo tangit spaciū ī pūcto ⁊ sic s̄m pūctū pͥmo ē ī vbi: tūc dico ꝙ qn̄ recedit ab ipso vbi in spacio ⁊ moue͛t motu locali ꝯtinuo tūc transit maius: qꝛ trāsit ꝑteꝫ diuisibilē ⁊ statim fit ī vbi īmediate seq̄ns illā ꝑteꝫ: ⁊ cū recedit ab illo vbi trāsit ꝑtē īmediate seq̄ntē ⁊ sic semꝑ transit maius. Loq̄ndo ergo de motu cōtinuitatis: Dicit Doc. ꝙ semꝑ ꝑtrāsit maius ⁊ nunq̄ꝫ minꝰ nec eq̄le: ⁊ hoc ē ꝙ dicit īfra ibi. Sed si loquamur ⁊c. Qn̄ ḡ dicit Arꝝ ꝙ ꝑtrāsit prius: aut minus aut equale q̄ꝫ maius debet intelligi mō preexposito supra de toto respectu partis. Et dicit doc. ꝙ accidit ipsi toti sic pertransire minus vel eq̄le qꝛ hoc ē rōne partis loquendo semper de alio et alio loco discōtinuo mō p̄expo sito Si vero mobile nō hr̄et ꝑtes sēper pertrāsiret maius loquēdo de q̊cūqꝫ loco siue ꝯtinuitatis siue nō: ⁊ sic patet ista littera. ¶ Ibi. Et si obijcis. Arguit Doc. ꝙ ex quo punctus semper est in spacio sibi equali: quia in puncto ergo si punctus pertransit spacium pedale. semper efficiet lineam pedalem compositan ex punctis paret: quia semper est in alio ⁊ alio puncto. ¶ Ibi. Dico quod semper Dicit doc. quod punctus in quolibet indiuisibili: siue in quolibet instanti est in spacio sibi equali scilicet in puncto non autem semper accipiendo ly semper pro quacunque parte temporis: quia data quacunque parte temporis semper erit in spacio diuisibili: sicut dicimus etiam de mobili diuisibili quod semper est in motu esse: accipiendo semper pro quolibet instanti temporis mensurātis motum illum: quia in quocunque instanti illius temporis semper est in alio et alio mutato esse: non autem semper est sub alio et alio mutato esse: accipiendo semper pro alia et alia parte temporis. quia in quacunque parte temporis mensurantis talem motum est sub alia et alia parte motus ⁊ non sub mutato esse.

expositio alioꝝ nō satisfacit iō exponit͛ aliter.

¶ Ibi. idem arguimus potest Dicit doctor: quod si vltima superficies corporis cubi. (scilicet habet. 6. superficies vt taxilus) superponitur linee precise suꝑ quā moueatur licet ī q̄libet instanti temporis semper superponatur linee ꝑcise vel parti ipsius tamen in toto tēpore medio inter

duo instātia fluit mediuꝫ diuisibile ipsius linee: ⁊ hoc est dictu ꝙ q̄uis illa sup̄ficies: q̄ sit quātitatis vnius taxille paruidum mouet̄ super lineam: q̄ sit longitudinis cubitalis in quolibet instanti temporis semꝑ superponit̄ linee precise: ⁊ nō sequitur ex hoc ꝙ talis motus sit compositus ex indiuisibilibus: immo semper ex diuisibilibus: duꝫ in instanti a. supponit̄ parti linee precise ⁊ ī instanti. b. superponitur aliq̄ parti: tamen ex quo inter ista duo instantia cadit tēpus mediū ita in tali tp̄e medio fluit mediū continuū ipsius linee: nō ergo sequitur superficies illa dū mouetur super lineā sꝑ superponit̄ illi in alio ⁊ alio instāti: ergo mouetur in alio: ⁊ alio instanti: sed sequitur ꝙ mouetur in alio ⁊ alio tempore cum inter duo instantia detur tempus medium mensurans motū inter duo mutata esse: ⁊ sicut instās tp̄is correspōdet mutato esse: ⁊ mutatum esse correspondet puncto linee: ita tempus immediate sequens instans mensurat motum immediate sequentem mutatum esse: ⁊ motus est continuus: q2 suꝑ lineā continuā īmediate sequentē punctum.

Ad vltimā rōneꝫ q̄ ꝓbat indiuisibile nō posse moueri.

¶ Ibi Ad vltimā rationē Doc. soluit vltimam rationem philosophi. qua probat ꝙ indiuisibile non possit moueri: ⁊ dicit concedendo ꝙ oī tempore dato cōtingit accipere minus: pꝫ: q2 quelibet pars tp̄is est semper diuisibilis in infinitū: nō tamen sequitur ꝙ minus mobile possit moueri ī minori tēpore: vt patet de puncto: quod est mobile minimum: tamen non mouetur in non tempore: sed in tempore. Si vero mobile esset causa continuitatis motus: minus mobile moueretur in minori tempore: patet experimento: q2 si accipiatur corpus tricubitale ⁊ corpus cubitale in maiori tp̄e moueretur tricubitale: q2 cōtinuitas motus acciperetur penes partes ipsius mobilis.

Dubia occurrentia circa. 6. ꝯclusionē doct.

In ista litera doc. sunt multe instantie

contra sex conclusiones que hic ponuntur per ordinem.

¶ Conclusio prima. Complexa non sunt contradictoria: nisi accipiantur pro eodem instanti: sed incōplexa sunt ꝯdictoria absolute sumpta nō determinando ad aliqđ instans.

¶ Conclusio secunda. Potest concedi quod angelus habens vbi pūctuale p̄t ꝯtinue moueri vt ī pūcto sꝑ existens.

¶ Conclusio tertia. Indiuisibile de genere quātitatis potest moueri motu successiuo ⁊ vere continuo.

¶ Conclusio quarta. Si punctus per se exn̄s transiret spacium efficeret lineā: que tamen non esset cōposita ex pūctis licet semper tangeret spacium in puncto.

¶ Conclusio quinta. Si ista esset vera ꝙ indiuisibile semꝑ transit minus vel equale quam maius: tunc dabilis erit p̄ma mutatio in motu locali.

¶ Conclusio sexta est. Punctus potest moueri motu alterationis ⁊ forte motu augmentationis.

Contra primam conclusionem que ta

lis est. Complexa non possunt esse contradictoria nisi accipiant̄ pro eodem instanti: sed incomplexa sunt contradictoria absolute sumpta non determinando ad aliquod instans

¶ Contra primā partem primo: quia quecūque repugnāt suis rationibus formalibus repugnant: vt patet a doctore in primo dist. 2. ⁊. 13. ⁊ in tertio di. 1. q. 1. ⁊ alibi: ergo cōtradictoria complexa repugnant suis rationibus formalibus ⁊ per consequens non repugnāt precise per comparationē ad aliquod instans.

¶ Secundo. Iste propositiones cōtradicunt scilicet oīs hō est animal: aliq̄s homo nō est animal: ⁊ tamen non cōtradicunt precise per respectū ad instans temporis: patet: q2 nunq̄ possunt simul esse vere: nec pro eodem instāti: nec ꝓ alio ⁊ alio instanti: nec pro eodem vel alio ⁊ alio tempore: vt patet.

¶ Tertio arguitur: q2 circunscripto omni tempore: ⁊ oīi instāti temporis: ⁊ simpliciter circūscripta omni mensura durationis. Iste due propositiones nō possunt simul esse vere: scilicet omnis homo currit: aliquis homo nō currit: que sunt in materia contingenti: ergo nō sunt contradictorie ꝑ respectum ad instans temporis.

¶ Quarto arguitur: q2 multe propositiones q̄ cōmuniter tenentur contradictorie possunt simul esse vere in eodē instanti tp̄is: patet tenendo dictum doc. dist. 1. huius secundi. q. 1. ꝙ in eodem instāti temporis possunt esse plura instātia nature. Tunc sic in primo instāti nature: hec est vera null9 homo est risibilis: patet: q2 tm̄ pro illo instanti verificantur predicata quidditatiua sm̄ doct. ⁊ similiter hec est vera ī secundo instāti nature: aliquis homo est risibilis: ⁊ tamen iste due sunt simul vere in eodem instanti temporis: licet oppositum ab omnibus teneatur.

¶ Quinto arguitur: q2 iste ab eterno contradicunt: pater in diuinis generat alium deum: pater non generat aliū deū vt dicit doc. in p̄mo. d. 4. q. 1. ⁊ tn̄ nullo modo cōparantur ad aliquod instās tp̄is: cū tūc nō fuerit tp̄s: immo iste due propositiōes sunt simplicit̄ incōpossibiles: ⁊ nunquam possunt esse vere.

¶ Sexto arguitur: cōtra secundā partē probando ꝙ non dicantur cōtradictoria nisi per respectū ad aliqđ instās: q2 datis quibuscūq̄ cōtradictoriis: que sunt proprie inter affirmationem ⁊ negationem nunq̄ intelliguntur contradictoria nisi simul intelligantur: ꝙ enim Franciscus sit ⁊ non sit est contradictio tantū pro eodem instanti ⁊ non pro alio et alio tempore: quia ista verificantur pro alio et alio tempore. Nam ab eterno Franciscus non fuit: ⁊ ex tempore Franciscus fuit: ergo. Similiter album ⁊ non album contradicunt: ⁊ tamen nō contradicunt nisi accipiantur ꝓ eodem instanti: vt patet ad sensuꝫ. ¶ Septimo. Repugnātia terminorum est tm̄ respectu simultatis: aliter enim nō intelligitur repugnātia: nā incompossibilitas terminorū est ī cōparatiōe ad simultatē: ex hoc ei dicūt̄ incōpossibiles: q2 nō simul cōpatiunt̄ nec ī se inuicē: nec ī aliquo alio: sed hec simultas nō pōt accipi nisi p̄cise in eodem instāti: ⁊ per consequēs cōtradictio ī terminis: q̄ dicit incōpossibilitateꝫ terminorum non poterit esse nisi sit in eodem instanti.

P̄ambula ad argumēta prime ꝯclu.

Respondeo premittendo aliqua. pri

mū ꝙ contradictio ī terminis absolute sumptis: accipit̄ p̄cise ex rationibus formalibus terminorum: id est quod ipsi termini: primo ⁊ formaliter repugnant: ⁊ formaliter sunt incōpossibiles. Et ex hoc seq̄t̄ ꝙ nō p̄nt esse simul: quia enim sunt simpliciter incōpossibiles ex suis rationibus formalibus: ideo non possunt esse simul ⁊ non econtra arguitur: quasi a causa ad effectuꝫ: quia enim rationes formales terminorum simpliciter repugnant: ideo non possunt esse sīl̄. Et si arguatur nō possunt eē simul: ideo repugnāt arguit̄ ab effectu ad cām: nō eīm non simultas ē cā repugnātie: sic etiam compossibilitas terminorum p̄cise accipitur a rōnibus formalibus terminorū: vt patet a Doc. in locis p̄allegatis: sic ⁊ incompossibilitas terminoꝝ. Et sicut rō cōpossibilitatis est causa simultatis terminorū: nō aūt simultas terminorum est causa cōpossibilitatis eorū: sic p̄cise rō īcō possibilitatis terminorū est cā non simultatis ⁊ nō ecōtra. Et sicut termi aliq̄ dicūtur cōpossibiles ex rōnibus absolutis eorū circūscripta omni cōparatione siue ad tp̄s siue ad subiectum in quo sūt ita termini qui sunt incōpossibiles circūscripto omni respectu tam ad tp̄s q̄ ad subiectū quā etiam ad quodcūq̄ aliud ex rōnibus eoꝝ absolute sūptis dicūtur simpliciter incōpossibiles. Premitto etiā secundo ꝙ contradictoria complexa dicuntur proprie qn̄ predicata comparantur ad idem sbm̄: ita quod simul non possunt verificari de eodem subiecto: licet successiue possint verificari licet enim currere ⁊ non currere absolute contradicāt ex rationibus formalibus terminorum: ⁊ absolute repugnēt: tamen non dicuntur repugnare Francisco nisi precise comparando pro eodem instanti: absolute enim nō repugnāt Francisco: patet: quia aliquando potest currere aliquando non currere Et iste due propositiones Franciscus currit Franciscus non currit: sunt cantradictorie vt predicata precise comparantur Francisco pro eodem īstanti: licet illa predicata adinuicem comparata formaliter repugnēt ex suis rationibus formalibus absolute sumptis.

His premissis respondeo ad ratiōes

⁊ primo ad primam. Dico quod propositio docto. intelligitur tantum de terminis: qui dicuntur compossibiles vel incompossibiles ex suis solis rationibus formalibus: ⁊ nō intelligitur de complexis que non dicuntur repugnare nisi pro quanto predicata comparantur ad idem subiectum pro eodem instanti.

¶ Ad secundum dico: quod ista predicata animal non animal non solum repugnant formaliter ⁊ absolute sumpta: sꝫ simpliciter repugnant subiecto: scilicet homini siue simul: siue successiue: non animal enim nunquam potest verificari de homine. Doct. enim loquitur proprie de illis contradictoriis quorum predicata non possunt simul inesse subie

cto:licet successiue. Et posito etiam quod loquatur de qui buscunq̧ contradictorijs complexis. Dico quod non dicerentur contradictoria respectu subiecti nisi pro eodem istā ti. ¶ Ad tertium dico: q̄ casu posito q̄ omnis mensura durationis esset circunscripta in re: adhuc non dicerentur cō tradictoria nisi pro eodem instanti vel tempore saltez secū dum imaginationem: sicut Doc. loquitur supra distinctiōe 1.q.3.⁊ presenti distinctione questione.4. de tempore secū dum imaginationem. ¶ Ad quartum dico: quod si contradictio habeat accipi pro eodem instāti tp̄is q̄ ille due propositiones contradicunt: nec sunt simul vere in eodem istā ti temporis: ⁊ hoc accipiendo precise ipsum instans tēporis: licet enim in primo instanti nature vna sit vera ⁊ in eodem instanti alia non sit vera: sed vera in secundo instanti nature: tamen accipiendo totum instans temporis: si in eodem instanti temporis totali vna sit vera: alia in eodem totali instanti necessario erit falsa. Et est pari formiter dicendum sicut etiā Doc. dicit supra presenti distinctione. q. p̄ma de eternitate: quomodo in instāti eternitatis dicuntur contradictoria: ⁊ quomodo non: quia iste sunt simul vere in eodem instanti eternitatis Franciscus currit Franciscus nō currit: quia heri currebat: ⁊ hodie non currit: ⁊ tamen heri ⁊ hodie sunt in eodem instanti eternitatis: ⁊ sic non dicuntur contradictoria: si tamen acciperetur instās eternitatis vt precise coexistit tempori hesterno vel hodierno: tunc cō tradicerent vt patet. vide que supra ī locis preallegatis exposui. Si tamen acciperetur contradictio non precise pro eodem instanti temporis: sed etiam pro quocūq̧ instāti nature vel originis: tūc ille due propositiones tantum cōtradicerent pro eodem instanti nature. ¶ Ad quintuz dico vt supra dixi: q̄ sufficit instans eternitatis comparari ad aliquod instans temporis secundum imaginationem. ¶ Ad sextum ⁊ septimum simul patet responsio ex dictis supra q̄ nō simultas sequitur precise ex repugnantia terminoruz q̄ sumitur ex rationibus formalibus terminorū: vt supra diffuse declaraui: que omnia bene nota.

Ctra.2. primo instatur

Contra conclusionem secundam que

talis est. Pōt concedi quod angelus habens vbi punctuale potest continue moueri vt in puncto semper existens. Contra: primo sic: nihil qḋ in toto spacio semper īdiuisibiliter se habet mouetur motu continuo super illo spacio: sed se habens punctualiter in toto spacio semper se habet indiuisibiliter: ⁊ huiusmodi est angelus si habet esse punctuale in toto spacio. ergo. Maior patet: quia quod mouetur localiter motu continuo: semper transit aliam ⁊ aliam partem spacij: secundum quas est vera successio motus continui: vt supra patuit: ⁊ per consequens: si mobile in se sit indiuisibile respectu tamen spacij se habebit diuisibiliter.

¶ Secundo arguitur. Omne quod mouetur localiter motu continuo semper acquirit alium ⁊ alium locum diuisibilem: aliter non moueretur motu continuo: vt supra patuit: sed in toto motu super spacium semper in puncto existens non acquirit alium ⁊ alium locum diuisibilem: patet: quia sicut acquirens locuz indiuisibilem ⁊ punctualem est in illo: ita acquires locuz diuisibilez erit in illo: sed semper in puncto existens in toto spacio nunquam est in loco diuisibili: quia in nulla parte spacij: ergo nihil tale mouetur localiter motu continuo.

¶ Tertio arguitur. Si angelus vt mouetur localiter sup spacio semper in puncto existit. Quero quando deserit primum pūctum in quo est localiter: in quo fit immediate: aut fit vel incipit esse in alio puncto: aut in aliqua spacij parte: non primo: quia tunc non moueretur continue: vt patet: nō secundo: q̄r tunc non esset in puncto existens. vt patet.

¶ Quarto arguitur. Si angelus mouetur motu continuo super spacium: aut mouetur tangendo illud: aut non tangē do. Si primo. Sequitur quod tanget aliquam partem spacij: aliter non tangeret spacium: sed si tangeret partes spacij: tunc non esset in illis in puncto: vt patet: ⁊ sic non esset in toto spacio semper existens vt in puncto. Si secundo. ergo non moueret̄ super tale spacium: non enim videtur imaginabile quod a. transeat motu continuo per medium aque vel aeris: ⁊ quod non tangat aliquam partem aque vel aeris sicut transeundo semper tangit in puncto: vt dicit conclusio.

¶ Quīto arguitur sic. Quādo āgelus mouet̄ a pūcto ad pūctum: aut fit in alio puncto in īstanti: aut in tempore. Si primo. ergo non mouetur motu continuo a puncto ad punctum. Si secundo. Sequitur quod cum tempus sit mensura motus successiui ⁊ continui: ⁊ talis motus non possit esse nisi super spacio vere diuisibili: sequitur quod angelus aliquādo erit in tali spacio diuisibili: quod est contra conclusionem.

Respondeo ad primū et dico quod ma

Rñō ad

ior potest dupliciter intelligi. Primo. quod mobile semper se habeat indiuisibiliter: id est quod in toto spacio sit semp indiuisibile: ⁊ tamen transeat spacium diuisibile diuisibiliter. Secundo quod semper se habeat indiuisibiliter: id est quod in toto spacio non solum sit indiuisibile: sed etiam qḋ transeat spacium illud indiuisibiliter. Secundo modo maior est vera ⁊ minor falsa: quia licet angelus in toto spacio semper sit existens indiuisibiliter tam ex parte sua quam ex parte spacij: id est quod in se semper sit indiuisibilis: ⁊ semper tangat spacium indiuisibiliter: quia in puncto precise: tamen transit illud spacium diuisibiliter ⁊ successiue: ita q̄ per prius vnam partem ⁊ per posterius aliam.

Ad.2.a qrere lo cū diuisi bilē p... gi.

¶ Ad secundum dico ad maiorem: quod acquirere locum diuisibilez potest intelligi vel de loco materiali: puta de spacio in se: vel de loco formali: puta de respectu: siue ḋ vbi formaliter. Si primo modo intelligitur: adhuc distiguo quod acquirere alium ⁊ alium locum diuisibilez potest dupliciter intelligi. Primo quod acquirat locum diuisibilez: puta partem spacij existendo in illo vel illa. Secundo quod acquirat non existendo actu in illo vel illa: sed successiue transeundo primo modo. Maior est simpliciter falsa: sed secūdo modo est vera: ⁊ sic concedo quod angelus acquirat semper aliam ⁊ aliam partem spacij non actu existendo in illis: sed successiue transeundo: scilicet vnam post aliam.

¶ Ad tertium dico quod angelus quando deserit punctū in quo actu existit fit in alio puncto. Et cum queritur de ly immediate: dico quod fieri in alio puncto immediate potest multipliciter intelligi. Primo quod fiat in alio puncto immediate: id est immediato primo puncto: ⁊ hoc est impossibile: quia punctum non est immediatum puncto: vt patet. 6 physi. Secundo quod fiat in alio puncto immediate: id est quod fiat in illo puncto non transeundo per aliquod medium: ⁊ hoc non: quia tunc non moueretur a puncto ad punctum motu continuo. Tertio quod fiat in alio puncto immediate: id est quod transeundo spacium intermedium illud quod immediate tangit est punctus: ⁊ sic conceditur qḋ angelus fit immediate in alio puncto: id est quod non acquirit aliquid immediate tangendo illud nisi punctum: sed illḋ non potest tangere nisi prius transeat spaciuz diuisibile vel aliquam partem spacij diuisibilem.

¶ Ad quartum dico: quod mouetur super spacium tangendo illud precise in alio ⁊ alio puncto: ⁊ nunquam tangit in aliqua parte diuisibili. Si dicatur quando angelus est in primo puncto spacij pedalis ⁊ immediate mouetur super illo spacio: quero quid immediate tangit: non punctum: quia non est immediatum primo puncto: sed aliqua pars spacij est immediata illi: quia inter punctum ⁊ punctum est aliqua pars: ergo videtur quod per prius tangat illam partem. Dico quod tangere illam partem potest dupliciter intelligi: scilicet aut quod tangat illam in puncto: vel in alio ⁊ alio indiuisibili: aut quod tangat illam in aliquo diuisibili: primo modo tangit partem sed nō secū do modo. Si dicatur q̄ nō videt̄ imaginabile q̄ a. trāseat ⁊ moueatur super spacium pedale: in quo sunt infinite partes diuisibiles inexistentes: et quod nullam illarum tangat Dico quod si puncta in spacio essent ita distincta: quod possit signari primum secundum tertium et quartum: inter q̄ cadunt partes diuisibiles: forte non esset imaginabile qḋ a. posset transire et moueri de puncto ad punctum: tangendo illa. ⁊ quod nullo modo tangeret partes intermedias Sed non est sic intelligendum: sed quia non possunt dari: vel signari duo puncta: quia inter illa duo sint infinita: immo infinities infinita. patet: quia inter duo puncta est aliqua pars: que semper est diuisibilis in infinitas partes: ⁊ quelibet illarum semper est diuisibilis in infinitas partes ⁊ sic inter quecunq̧ duo pūcta signata etiam proxima quā tum dici possunt sunt infinities infinita puncta. Et ex his pz qūo īdiuisibile trāseūdo spaciū tāgat quālibet partem illi⁹ spacij precise in puncto īmo non potest transire minimam partem: quin tangat infinities infinita puncta. Hoc

etiam patet de corporibus: que mouentur localiter sup spacio: que quando mouentur habent in spacio precise pũctuz loquendo de loco adequato. Prius enim secundũ aliquid sui tangit spacium in puncto: ⁊ sic successiue super totũ spacium: vt supra patuit: ⁊ tamen secundum illud indiuisibile dicitur corpus moueri localiter. ¶ Si iterum dicatur tempus correspondet motui ⁊ motus parti diuisibili spacij: cũ ergo .a. indiuisibile mouetur super spacio ĩ tempore: quero quid tangat si punctum. Contra: quia motus fit super diuisibili: si partem diuisibilem: ergo indiuisibile tangit diuisibile ⁊ non precise puncto: quod est propositum. Dico ꝙ dum mouetur in tempore quod tangit infinities partes ĩfinitas precise in puncto: ⁊ nunquam in aliquo diuisibili: quia in q̃cunqꝫ parte temporis sunt infinities infinita instantia. ⁊ in quolibet instanti illius temporis est in aliquo puncto spacij: ⁊ in quolibet puncto est in alio ⁊ alio mutato esse: nõ est ergo imaginandum ꝙ in tempore mobile indiuisibile nihil tangat: eo quod tempus mensurat motum: ⁊ motus est sup diuisibile: quia sicut in tempore quantuncunqꝫ paruo sunt infinite partes: immo infinities infinite: ⁊ per consequens infinities infinita instantia: sic similiter est in motu mensurato a tali tempore: ⁊ correspondenter est in spacio sup quo fit talis motus: ⁊ sic patet quod quando mobile indiuisibile mouetur super aliquo spacio: ⁊ talis motus mensuratur aliquo tempore quantumcunqꝫ paruo tangit infinities infinitas partes illius spacij semper in puncto: que omnia bene nota. ¶ Ad quintum siue vltimum cum queritur quando angelus mouetur a puncto ad punctum: aut fit in alio puncto in instanti: aut in tempore. Dico quod si mouetur motu continuo proprie accepto quod necessario fit in alio pũcto in tempore: ⁊ nullo modo in instanti. Et cum infertur ꝙ cũ tempus sit mensura motus successiui: qui fit in aliquo spacio diuisibili: quod angelus aliquando erit in tali spacio diuisibili. Dico quod esse in spacio diuisibili potest dupliciter intelligi: vel quod sit ibi tangendo illud indiuisibiliter ⁊ in puncto: aut tangendo diuisibiliter ⁊ non in puncto: primo modo concedo quod angelus esset in tali spacio: sed non secundo modo: immo in tali tempore tangeret spacium in infinitis punctis.

Contra cõclusionem Tertiam que talis est.

Indiuisibile de genere quãtitatis potest moueri motu successiuo ⁊ vere continuo. Contra hanc conclusionem possunt fieri omnes instantie supradicte contra conclusionem secundam licet possint fieri alique speciales: sed ille sufficiant.

Contra conclusionem Quartam que lis est.

Si punctus per se existens transiret spacium efficeret lineam: que tamen non esset composita ex punctis: licet semper tangeret spacium in puncto. Contra primo ꝙ nullo modo possit efficere lineam: ostendo ⁊ arguo sic. Si pũctus potest efficere lineam in spacio: puta cubitali transeũdo spacium illud: sequitur necessario ꝙ tangat per longuz totum spacium illud: ita ꝙ nihil sit illius spacij in longum quin tangatur a pũcto: patet: quia illa linea efficeretur fluxu puncti super spacium. Et si sic sequitur ꝙ ex quo spaciũ constat ex diuisibilibus: puta partibus: ⁊ ex indiuisibilibꝰ: puta punctis: ꝙ punctus tanget spacium illud secundũ partes tam diuisibiles quam indiuisibiles: quod est impossibile.

Primo instatur.

¶ Secundo arguitur. Si punctus transitu suo super spacium causat lineam: quero quomodo causat non effectiue. Tum quia non ponitur de genere actiuorum. Tum qꝛ quãtitas non videtur posse causari ab aliquo eiusdem generis. vt patet: non formaliter cum non sit formalis causa linee: vt patet: nec multo magis erit causa materialis nec finalis vt patet: nec causatur a motu super spaciuz. Tum quia successiuum formaliter nullo modo ponitur de genere actiuorum. Tum quia absolutum cuiusmodi est quantitas nullo modo potest causari a respectiuo: cuiusmodi est motus formaliter sumptus.

¶ Tertio arguitur probãdo: quod linea effecta a puncto transeunte super spacium: necessario esset composita ex pũctis. Et arguo sic. Si linea efficitur puncto super spacium transeunte tangendo spacium transitu suo: ita quod continue tangat spacium: si enim aliquam partem spacij transiret non tangendo illam: nihil linee efficeretur in illa parte ⁊ sic non efficeretur linea continua super toto illo spacio: quod continue transiret. Si ergo efficeret tangendo spacium ⁊ non aliter: sequitur quod talis linea esset necessario composita ex punctis: ex quo semper tangeret spacium in puncto.

Rñsio ad argumentũ primũ.

Respondeo vt dixi ad cõclusionem secundam quod tangeret spacium semper in puncto: ⁊ quod tangendo omnem partem illius spacij etiam in infinitum diuisibilem: efficit necessario lineam in tali spacio. Est eñ impossibile transire omnes partes alicuius spacij infinities infinitas tangendo illas in pũcto quin efficiatur in tali spacio linea vel realiter vel saltem scdm ymaginationez: que tamen linea non erit composita ex punctis sicut nec motus: qui causatur quando indiuisibile transit super spacium erit compositus ex punctis: vt supra dixi. Si enim pũctus precise transiret puncta signata in spacio quantumcunqꝫ proxima: ⁊ precise tangendo illa forte non causaretur linea cõtinua. Sed quia non possunt signari duo pũcta etiam quãtumcunqꝫ proxima: quin inter illa sint ĩfinities infinite partes quas omnes tangeret in puncto ⁊ inter quecunqꝫ duo puncta illarum partium infinities infinitarum cadunt etiã infinities infinite: quas etiam omnes pertransiret tangendo illas in puncto: ideo sic transeũdo efficeret lineam continuam: ⁊ nullo modo ex punctis compositam. Et per hoc patet responsio ad tertium argumentum.

¶ Ad secundum dico quod forte non causaretur linea nisi secundum imaginationem: vel si realiter causaretur: dico quod causaretur a puncto tantum instrumentaliter: ⁊ a principali mouente punctum causeretur effectiue.

Contra conclusionẽ Quintã que talis ẽ.

Cõtra cõclusionem 5. 1. instatur

Si mobile priꝰ trãsiret minus vel equale quam maius loquendo de transitione indiuisibili: tunc esset dabilis prima mutatio in motu locali. Hic posset multipliciter instari: quia tamẽ solutiones argumentorum possent faciliter haberi ex supradictis: adduco quinqꝫ rationes soluendas faciliter diligenter intuentibus expositionem littere ⁊ dubia superius enucleata: arguitur ergo primo sic: quia hoc idem videt̃ sequi si indiuisibile transeat maius. Et pono casum quod .a. indiuisibile quiescat per horam in puncto alicuius spacij: ⁊ in vltimo instanti illius hore incipiat transire super spacium: certũ est: quod tunc in illo instanti transibit maius: quia partem diuisibilem spacij: ⁊ sic illa transitio cum sit instantanea erit mutatio: ⁊ per consequens illius motus localis super spacio erit dabilis prima mutatio. ¶ Secundo: quia hoc idez videtur sequi necessario quando mobile diuisibile mouetur super spacio: quia primo ⁊ immediate transit equale: quia immediate secundum partem fit in puncto. vt patet a Docto. presenti questione: ⁊ sic videretur sequi ꝙ in tali motu daretur prima mutatio: quod est inconueniens. ¶ Tertio arguitur contra: quia Doct. in conclusione videtur supponere: ꝙ si .a. transiret minus vel equale: quod in motu locali daretur prima mutatio: ⁊ sic supponit ꝙ vt sic posset moueri motu locali. quod tamen non videtur verum: immo nullo modo moueretur motu cõtinuo: patet: quia si semper trãsit minus vel equale: ⁊ sic transiendo transit in instanti: sequitur quod precise transibit in alio ⁊ alio mutato esse: ⁊ sic nõ erit motus. ¶ Quarto arguitur: quia non sequitur precise transit primo equale: ergo in motu locali datur prima mutatio. Et pono casum quod angelus quiescat per horam ĩ aliqua spacij parte: ⁊ in vltimo instanti illius hore: precise trãseat punctum immediate sequentem ⁊ in tempore immediato moueatur successiue super spacium: patet: ꝙ tũc in instãti transit equale: ⁊ sic mutatio: que tamen mutatio non erit prima mutatio motus localis cum in illo instanti nullo modo moueatur: nec illa mutatio pertinebit ad motum localẽ immediate sequentem: vt supra exposui in his conclusionibus: hoc idem videtur dicendum de pũcto. ¶ Quinto arguitur. Pono ꝙ .a. quiescat per horam in puncto spacij bicubitalis: ⁊ in vltimo illius hore aliqua virtute trãseat spacium pedale: et in tempore immediate sequente moueatur super spacio aliquo: patet: ꝙ tunc transit maius in instanti ⁊ sic proprie mutatur: ⁊ tamen illa mutatio nõ dicetur prima mutatio motus localis immediate sequentis. ¶ Responsionem quere ex supradictis in alijs dubijs.

Contra Sextam

Cõtra. 6 instat̃ prio.

probo ꝙ pũctus nõ possit moueri motu alterationis. ⁊ prio

arguitur sic. Nulla forma nata informare subiectum diuisibiliter: potest ipsum informare ĩdiuisibiliter: sed qualitas corporalis vt color ⁊ calor ⁊ huiusmodi est forma talis. ergo. Sed si informaret punctum informaret tantum indiuisibiliter cũ punctus sit simpliciter indiuisibilis. ergo maior cum minori est nota. ¶ Secundo. Nulla forma que tãtum est nata informare corpus: potest informare non corpꝰ patet: quia sicut forma mere spiritualis non potest informare corpus: nec econtra. ergo. Sed forma q̃litatiua corporalis est tantum nata informare corpus cum ex hoc dicatur corporalis: ergo non potest ĩformare punctum: cum nullo modo sit corpus. ergo. ¶ Tertio sequeretur ꝙ talis alteratio fieret in instanti: vel saltem daretur prima mutatio in alteratiõe: patet: quia alterans non potest sibi approximari nisi punctualiter: vt patet: ⁊ per consequens nullũ erit impedimentũ: neqꝫ ex ꝑte puncti: neqꝫ ex ꝑte alterãtis vt patet: ⁊ sic vel inducit aliquem gradum puta caloris in instanti: vel inducet omnẽ gradũ in instanti. ¶ Quarto arguitur: quia ex quo alterans non est ꝑfecte pñs alicui corpi nisi in puncto: vt pꝫ ꝑ Doc. in isto secundo. d. 2. q. 9. Et sic sequeretur ꝙ quando corpus alteratur partibiliter: ꝙ primo punctus alterabitur inducendo aliquem gradum in instanti: vt patet: ⁊ sic in alteratiõe qua corpus alteratur: puta ſm calorẽ daretur prima mutatio: qꝺ est inconueniens. ¶ Quinto sequeref ꝙ posset dari minus minimo ente naturali: quod posset mutare visum: vel quod posset comburere magnum lignum: quod est contra Doc. presenti q̃one: vbi vult quod detur minima pars entis naturalis: que posset immutare: qua minor non posset: sed punctus ꝑfecte albus: vel perfecte calidus est ens naturale ⁊ minus quacũqꝫ parte data cũ sit indiuisibilis: ⁊ illa pars diuisibilis. ergo.

R̃ñ. not.

¶ R̃ñdeo breuiter ꝙ p̃t loqui de alteratione qua aliquid alteratur dupliciter. s. extensiue et intẽsiue: primo modo nichil alteratur nisi sit vere diuisibile: ⁊ sic calor non põt extendi nisi in corpore diuisibili ⁊ extenso. Secũdo modo potest aliquid alterari indiuisibiliter siue inextẽsibiliter: ⁊ hoc modo punctus potest calefieri ⁊ moueri motu alterationis forma ergo corporalis potest informare ⁊ extense siue diuisibiliter ⁊ inextense: siue indiuisibiliter. Si dicatur quod motus est successiuus: ⁊ talis successio vel est ex diuisibilitate mobilis vel spacij vel forme acquirende. Sed in proposito punctus est tantum ĩdiuisibilis: ⁊ posito ꝙ forma puta calor sit diuisibilis secundum aliam ⁊ aliam partem: tamen sic partibiliter non potest recipi nisi in quanto diuisibili. Dico quod color est dupliciter diuisibilis. s. secundũ partes quantatiuas ⁊ secundum gradus intẽsionis: primo modo punctus non potest moueri ad colorem motu continuo: ⁊ successiuo: quia tali motu tm̃ diuisibile mouetur: sed bene potest moueri. secundo modo quando color intenditur gradualiter in puncto.

color ẽ du plr diuisi.

¶ Ad alias instãtias patet responsio ex supra declaratis

Cõtinuat hic expositionẽ lr̃e.

Ibi. Ad quartũ argumentũ p̃cipale de causa successionis motus.

¶ Quarto ⁊ vltimo arguit Doc. ꝓbãdo ꝙ ãgelꝰ nõ possit moueri localiter continue: qꝛ nõ hꝫ resistentiã: qꝛ sicut dicit Cõmen. sup. 4. phy. c. 22. ꝙ successio in motu est ex resistẽtia mobilis ad motorem: vel medij ad mobile: vel medij ad motorem: nulla istarum resistentiarum est in ꝓposito: non enĩ angelus resistit medio: nec econuerso: nec sibiipsi vt motori.

¶ Cõfirmatur rõ: qꝛ ſm ipsum graue in vacuo moueretur in non tp̃e: qꝛ ibi nulla esset resistentia q̃ posset causare successionẽ in motu: non aũt magis resistit angelus sibiipsi vel medio q̃ꝫ graue vacuo vel vacuum graui si poneretur.

¶ Ibi. Item ꝑ rationẽ phylosophi. 4. phisi. tex. cõ. 71. q̃ sic arguit. Que enĩ est ꝓportio medij ad mediũ in subtilitate ⁊ dẽsitate: eadẽ est ꝓportio motꝰ ad motũ in velocitate ⁊ tarditate: sed nulla ẽ proportio vacui ad plenũ in subtilitate: igitur nec mobilis ad mobile in velocitate: sed om̃is motus possibilis ad omnes motum possibilẽ potest esse aliqua ꝓportio ĩ velocitate: igr̃ nullꝰ motꝰ ẽ possibilis in vacuo: ita põt argui in ꝓposito: nã ceteris paribus: q̃ est ꝓportio mobilis ad mobile ĩ velocitate: eadẽ est ꝓportio angeli ad corpus in subtilitate: sed nulla est ꝓportio angeli ad corpꝰ in subtilitate: igr̃ non põt localiter moueri. ¶ Ibi. Alia ratio sua ẽ ibi. t. c. 72. quia si ĩ vacuo fiat motus: accipiatur aliꝺ corpus plenum subtile in tanta proportione excedere aliud corpus in subtilitate in quanta tempus motus vacui minꝰ est quam tempus motus pleni: ⁊ vide rationem.

Ad has rationes respondeo Doct. ibi ad quartũ arg. principale.

In ista littera multa sunt notanda Primo: opinio antiquorum fuit quod motus localis tantũ fieret in vacuo: vt patet. 4. physi. tex. cõmen. 71. ⁊ arguebant sic. Si corpus mouetur localiter: aut recipitur in vacuo: aut in pleno non secundo modo: qꝛ tunc duo corpora essent simul ergo primo modo: ⁊ sic sequitur quod vacuum sit causa motus localis. Contra quã q̃ñ arguunt. Arist. ⁊ Auer. arguunt contra Auenpacem: ⁊ r̃ñdent ad rationem ipsius quod recipitur in vacuo: sic intelligendo qꝺ quando corpus mouetur in aere est plenum in actu: sed vacuum in potentia: quia dum corpus ad ipsũ mouetur: ipsum corpus efficit latera continentis in actu et occupat totum illud spacium quod est inter latera continentis replendo illud. ¶ Secundo nota que sit causa successionis in quolibet motu ibi. Breuiter tamẽ dico. Dicit Doc. quod causa successionis in motu. puta quod angelus non possit moueri de loco ad locum: puta de celo ad terram in instanti sed motu continuo ⁊ successiuo: ista successio causaẗ per resistentiam mobilis ad ipsum motorem: ⁊ ipsius mobilis ad medium inter ipsum ⁊ terminum. Exempli gratia Angelus vel virtus motiua angeli mouent substantiam suam de celo ad terram: illa substantia dicitur mobile: ⁊ facit resistentiam virtuti motiue angeli. i. quod talis substantia vt comparata virtuti finite ⁊ limitate non potest esse in instanti a tali virtute de celo ad terram: ⁊ talis substantia vt comparatur tali virtuti transit successiue per omnia media vsqꝫ ad terram: ⁊ sic omnia illa media inter celum ⁊ terraꝫ faciunt sibi resistentiam cũ sint sic ordinata: qꝺ tale mobile vt comparatum tali virtuti non potest simul ⁊ in instanti transire: ideo successio in tali motu causaẗ ex resistentia mobilis ad motorem: ⁊ ex resistentia mediorem ad mobile. Quia tamen ista littera videtur aliqualiter difficilis expono illam cum dicit: qꝺ causa successionis in motu ẽ resistẽtia mobilis ad motorem: non talis: qꝺ mouens non possit vincere mobile: tunc enim non moueret ipsum: patet: quia si esset maior resistentia in mobili quã virtus in mouẽte nõ posset moueri a tali virtute: vt patet: quia virtus motiua ñ potest mouere quodcunqꝫ mobile non enĩ homo potest mouere aliquod magnum ⁊ excessiuum graue: quia in tali graui esset maior resistẽtia quam esset virtus motiua hominis pro statu isto. Seq̃tur. Sed nec talis ꝙ mobile reiclinetur ad oppositum: qꝛ sic est precise in motu violẽto: vt pꝫ ꝺ graui sursum: qꝺ inclinatur ad deorsum: ⁊ ideo mouens lapidẽ sursum: quamuis lapis non faciat mouenti forte nullã resistentiam: quin possit forte illum mouere de loco ad locum: puta de loco deorsum ad locum sursum in instanti ⁊ non in tempore: ⁊ sic nulla esset ibi successio: tamen posito quod ipse lapis faciat resistentiam accipiendo resistentiam pro eo quod mouetur contra inclinationem eius naturaleꝫ: talis tamen resistentia non est illa que proprie faciat successionẽ in motu. Et posito etiam ꝙ talis resistentia esset causa successionis in motu: adhuc esset tantum causa successionis ĩ motu violento ⁊ non naturali: ⁊ quia multa mouentur localiter motu naturali cõtinuo ⁊ successiuo: vt patet de graui: quod mouetur deorsum: ibi q̃renda est causa successiõis in tali motu: ⁊ ideo alia est assinanda a predicta. Sequiẗ. Sꝫ talis resistentia quod mobile semper est sub aliquo cui non potest mediate succedere terminus intentus a mouente vt patet quia cum mobile. a. mouetur super spaciũ bicubitale: dum est in principio illius spacij in illo tunc non põt esse in fine illius spacij bicubitalis: oportet enim mobile cũ sit virtutis finite se facere presens aliũ parti: non simul: sed tãtuꝫ successiue. Et hoc est quod dicit Doc. quod hoc est propẗ defectum virtutis motiue: ⁊ cum hoc propter resistentiam medij ad mouens ⁊ mobile: per quod medium potest intelligi esse illud quod necessario precedit inductionem termini inducendi: vt patet ponendo quod mobile. a. moueatur super spacio. b. vnius miliaris: ⁊ intendat acquirere locuꝫ in fine illius spacij: dum est in principio spacij: quia simul ñ potest esse in fine spacij: sed tantuꝫ successiue: ideo dicimus quod tale spacium siue medium facit resistentiam mouenti ⁊ mobili: quia dum mobile est in vna parte medii: statim non potest esse in fine medii ideo om̃es partes illius spacij faciũt resistẽtiã ⁊ mouẽti ⁊ mobili ⁊ ideo dicit ꝙ oẽ illꝺ ꝙ necessario precedit inductionem termini principaliter intẽti dicitur medium quod facit resistentiam modo predicto. Sequitur. Sed tale medium non est necessario medium in

si virtuti finite.

¶ Si enim esset virtus infinita posset statim ponere mobile in termino ad quem: ita quod nec propter formam oppositam termino a quo quam mobile iam haberet: puta quia si mobile esset in principio spacij vnius miliaris in esse quieto: vltimum vbi illius spacij ad quod intendit moueri dicetur forma opposita termino a quo: scilicet vbi ĩ quo est sub esse quieto: mouetur enim ab vbi in quo iaz est ad aliud vbi. Si ergo virtus finita poneret mobile in instanti in vltimo vbi illius spacij nulla esset resistentia: quia in instanti poneretur in illo vbi. Sequitur. Nec propter media naturaliter ordinata inter illam formam quam habet mobile: ⁊ terminum ad quem esset necessitas: quod tale mouens prius moueret per talia media quam induceret terminum. Pono quod mobile moueatur super spacio vnius miliaris: et sit in principio spacij vt in vbi in esse quieto tale dicitur forma quam habet mobile: ⁊ vltimum vbi acquirendum a tali mobili super tali spacio dicitur forma ⁊ terminus ad quem: et alia dicitur terminus a quo: ⁊ media naturaliter inter terminum a quo ⁊ ad quem sunt omnia vbi inter media: que naturaliter faciunt resistentiam virtuti tantum finite: sed nullam virtuti infinite. Sequitur. Possibilitas igitur successionis est ex resistentia mobilis ad motorem: quia mobile resistit motori: vt patet de graui moto ab homĩe super aliquo spacio: que resistentia est ex resistere medij ad motorem ⁊ ad mobile: patet de graui moto per medium densius: quod nõ ita cito descendit: quia ergo medium resistit mobili ⁊ motori: ideo enim dicitur mobile resistere motori: quia medium super quod mouetur mobile resistit ipsi mobili et motori: quia dum mobile est in vno vbi alicuius spacij: non statim potest poni in vbi distanti virtute finita: quia dum est in tali vbi: omnia media inter illud vbi ⁊ vbi distans acquirendum: faciunt resistentiam ⁊ mobili ⁊ mouenti. Sequitur. Ita quod est hic vna resistentia: videlicet: que est ex parte medij modo prius posito: mobile enim inquantuz habet formam: puta vbi in esse quieto inter quam ⁊ terminum: scilicz vbi acquirendum: nata sunt esse talia media: põt continue mobile moueri per illa media ad terminuz: ⁊ per ista media que resistunt mobili vt possit non statim esse in termino: potest intelligi diuisibilitas partium mobilis: vel diuisibilitas forme secundum quam est motus vel vtraque simul. Exẽplum primi. Si per possibile mobile vere diuisibile in partes quantitatiuas acquirit aliquod vbi punctuale ⁊ indiuisibile: illud vbi non posset simul esse in toto illo diuisibili: sed prius secundum vnam partem moueretur ad illud indiuisibile: ⁊ posterius secundum aliam partem: vt exposui supra: et sic successio ⁊ diuisibilitas in tali motu locali acciperetur ex diuisibilitate mobilis: et sic partes mobilis facerent resistentiam ipsi mobili. Exemplum secundi. Si punctus vel angelus moueretur super spacium puta vnius miliaris: tũc diuisibilitas motus localis acciperetur a diuisibilitate spacij. Exemplum tertij. Si mobile diuisibile moueretur sup spacio diuisibili. Sequitur. Necessitas tamen successionis nunquam est ex hac resistentia: scilicet medij vel mobilis vel vtriusque. Sed precise comparando istam ad agẽs cui mobile resistit propter istam resistentiam medij ad ipsum: patet: quia si comparetur ad mouens infinite virtutis: cui nullum mobile resistit propter resistentiam medij ad ipsum mobile nulla erit resistentia.

Possibilitas successiõis ẽ ex resistentia mobilis ad motorem.

¶ Ibi. Tunc ad illa que adducuntur ad oppositum: scilicet quod angeli ad se nulla sit resistentia: patet ex his que dixi in principio respondendo ad quartum argumentũ principale.

¶ Ibi. Et cum arguitur de ipso dicto Auerroys de graui si ponatur in vacuo. Dicit doctor quod secundum viaz philosophi si poneretur vacuum: quod non esset ibi motus: quia ibi nihil esset ibi motus: quia ibi nihil esset quod cederet mobili ⁊ faceret resistentiam: ⁊ sic non posset esse successio. Et quod dicit ibi. Et dimensionis separate nõ possunt esse simul. Nam sicut impossibile est duo corpora esse simul ꝓpter penetrationẽ dimensionũ ſm philosophum. 4. phy. ita est ĩpossibile ꝙ dimẽsiões sepate a corpore naturali possint esse sil'. i. ꝙ sicut duo corpora naturalia non possunt eẽ simul in eodem loco: quia tunc dimensiones vnius corporis penetrarent̃ a dimẽsionib⁹ alterius corpis: sic nec duo corpora tantũ mathematica: nec vnuz corpus naturale ⁊ aliđ mathematicum: quia ita esset penetratio dimẽsionum. Sequitur. Tamen si poneretur vacuum posse cedere ⁊ eẽ spacium ⁊ non ꝙ latera plena essent simul: quia tunc non esset vacuum: ita ꝙ latera illa non essent plena: sed tantũ ibi essz spacium: tunc posset esse motus: quia successio per se est in motu locali ex spacio inquantum quantum.

¶ Ibi. Ad argumenta phylosophi ⁊c. Doc. concedit illã propositionem si cetera sint paria: scilicet mobilia: si enim sint duo media: vnum densum ⁊ aliud rarum ⁊ duo mobilia equalia in pondere ⁊ figura (quia vna figuratio facit velocius corpus moueri: vt patet per experientiam) tunc qualis erit proportio aque ad aereiñ in raritate ⁊ densitate: talis erit proportio motus facti ĩ aqua ad motum factum in aere: ĩ velocitate ⁊ tarditate. Sed nulla esset proportio vacui ad plenum ĩ densitate ⁊ raritate: igitur nec esset aliqua proportio motus facti in pleno ad motum factum in vacuo in velocitate ⁊ tarditate: sed omnis motus ad alium motũ est aliqua proportio in velocitate ⁊ tarditate: igitur nullus motus potest fieri in vacuo. Et sic Sco. concederet ꝙ nullus talis motus posset fieri in vacuo: scilicet velox aut tardus. Sequitur Ibi aut saltem vera est contra eos qui posuerunt vacuum esse totam causam motus siue successiõis in motu: ⁊ ita vacuum esset causa velocitatis et tarditatis in motu. Sed nihil ad propositum de angelis.

¶ Sed illa ratio applicetur ad propositum arguendo hic de mobilibus: sicut ibi de spacijs ⁊ medijs. Et arguatur sic qualis est proportio mobilis ad mobile in subtilitate ⁊ densitate talis est proportio motus ad motum in velocitate et tarditate: ista est falsa. quia potest esse proportio motus ad motum in velocitate. Et tamẽ non erit proportio mobilis ad mobile in subtilitate ⁊ densitate: quia stat alterum mobile non esse subtile nec dẽsum: sicut mobile indiuisibile: et tamen motus erunt proportionati in velocitate. Sequitur ibi. ¶ Et si accipias: que est proportio vnius sub ratione qua mobile ⁊ alterius sub ratione qua mobile: idest qualis est proportio corporis ad angelum in mobilitate: talis est ꝓportio motus corporis ad motum angeli in velocitate ⁊ tarditate. Sequitur. Concedo. sed tunc minor est falsa: scilicet ista corpus ⁊ angelus non proportionantur in mobilitate: quia sicut angelus est mobilis continue inquantum habet quantitatem virtualem secundum quam potest coexistere loco quanto ⁊ tanto loco ⁊ non precise loco determinato: vt supra patuit. d. presenti. q. 7. sic corpus per suam quantitatem formalem molis habet coexñam ad locũ: ⁊ ita motus corporis ⁊ motus angeli possunt proportionari in velocitate ⁊ tarditate. Sequit̃. Similiter quod philosophus infert in secunda ratione sua quod motus fit in equali tempore per vacuum ⁊ plenum. Vult dicere quod si assumitur secunda ratio philosophi probando: quod tunc motus angeli ⁊ corporis possent fieri in equali tempore sic arguendo. Si motus fieret in vacuo fieret in tempore: patet cum motus non possit fieri in instanti. Si in tempore fieret accipiatur aliquod plenum in tanta proportione quanta est tempus ad tempus. Sequitur tunc ꝙ motus factus in pleno fieret in equali tempore cum motu facto in vacuo. Exemplum. Sit tempus mensurans motum factum in vacuo et sit octaue hore: ⁊ tempus mensurans motum factum ĩ pleno quarte hore: accipiatur tunc vnum plenum se habẽs ad plenum in quo fit motus in tali proportione. s. dupla ĩ qua fit motus in vacuo: tunc erit motus in tali pleno ⁊ in vacuo in equali tempore. Sco. concedit ꝙ hoc totum est impossibile. Et ista ratio concludit contra Empedoclem ⁊ alios antiquos. Sed nihil ad ꝓpositũ: qr hic proportionant̃ mobilia. s. corpus ⁊ angelus in mobilitate: ibi non cõmensurãtur spacia. s. vacuũ ad plenũ: nec proportionant̃. Et si arguas. angelus mouetur igitur in tempore concedo: ⁊ aliquod corpus mouetur in tempore concedo: ista duo tempora ꝓportionantur: concedo. Accipiatur aliud corpus in duplo subtilius: ⁊ se habens ad istud corpus in eadem ꝓportione in qua se habet tempus in quo angelus mouetur ad tẽp⁹: in quo corpus mouetur: tunc sequitur ꝙ illud corpus subtilius mouebitur in equali tempore cum angelo. Sed dicit Doc. ꝙ hoc non inconuenit: sed est bene possibile: quia hoc corpus ⁊ angelus ꝓportionantur in mobilitate: igitur ⁊ in motu: ⁊ ita possunt moueri corpus ⁊ angelus eque velociter ⁊ eque tarde: sed est ibi impossibilitas ratione mediorũ: que media. s. vacuum ⁊ plenum nullo modo possunt ꝓportionari in subtilitate ⁊ densitate: cum vacuum non sit subtile nec densum: ⁊ nihil ad aliquid: ideo nulla ẽ ꝓportio: ⁊ tamen si illi motus fierent in equali tempore possent ꝓportio

nari in velocitate ⁊ tarditate ⁊ spacio: non tamẽ oporteret si motus facti in illis proportionantur. ¶ Ibi. Sed dato quod rationes phi non multuz concludãt ad propositũ: qꝛ nõ ita se habent hic mobilia: sicut ibi spacia. s. corpus ⁊ angelus: sicut spacia se habẽt in rationibus philosophi. Sue tamen ratiões valẽt simpliciter: ita quod sua maior ẽ ostẽsiua ⁊ reliqua ducens ad impossibile: idest quod prima ratio ẽ ostẽsiua: ⁊ secũda ducit ad impossibile: vt supra patuit. ¶ Ibi. Respondeo igitur quod si vacuum posset cedere ⁊ motus posset esse ĩ eo quod ex diuisibilitate spacij motus haberet diuisibilitatem ⁊ successionem ⁊c. Dicit Doc. in sententia ꝙ successio in motu essentiali causatur solum

opinio doc. ꝺ̃ successiõe essẽtiali motu.

ex diuisibilitate vel mobilis vel medij siue illud meduz sit plenum siue vacuum dummodo illud vacuum possit cedere. Successio ĩ motu est simpliciter a diuisibilitate: ⁊ vt sic talis motus non dicitur neqꝫ velox neqꝫ tardus: quia si velocitas attenderetur penes diuisibilitatem spacij: tunc si spacium esset equale: vnũ graue velocius non moueretur altero: sed velocitas ⁊ tarditas sunt superaddita ipsi medio diuisibili: ita quod si datur medium rarius corpus velocius ibi mouetur qꝫ in medio dẽso: accipiendo tamẽ mobilia proportionata secũdũ grauitatem ⁊ figuram. Et aliq̃ dicunt quod ipsa raritas in medio est quedã qualitas actiua: qua velocius mouetur ipsũ graue descendens: per tale medium. Alij vero qꝺ non est qualitas actiua: sed meduz rarius minus resistit. Sed hec secunda opinio videtur verior ⁊ magis ad mentẽ phi. Cum ergo ĩ vacuo nulla sit raritas neqꝫ densitas: ideo motus factus ibi non potest dici neqꝫ velox neqꝫ tardus sed est simpliciter neuter ⁊ tarditatem ⁊ velocitatem: vt dicit Doctor quasi in fine. Si ergo fiat comparatio motus facti in vacuo ⁊ facti in pleno raro: vel denso quo ad successionem essentialem motus: dico ꝙ potest ibi esse proportio. Si vero fiat comparatio quo ad velocitatem ⁊ tarditatem nulla simpliciter est proportio: cum nullo modo sit velox vel tardus: Et arguit Aristo. cõtra antiquos: qui dicebant motum fieri in vacuo quod nõ concludunt ꝺ̃ ratione essentiali motus: sed vt causatur simpliciter a diuisibilitate. Sed quia antiqui dicebant motuz in vacuo esse tardum vel velocem: ideo argumenta Arist. concludunt contra illos de tarditate ⁊ velocitate motus: ⁊ probat quod talis motus non potest esse velox neque tardus: ⁊ hoc intendit Applicando modo de angelo dico qꝺ motus angeli non posset dici neque velox: neque tardus vt transit per aliquod medium: quia angelus ita facile trãsit quodcũqꝫ medium quantumcunqꝫ densũ: sicut mediũ quãtumcunque rarum diceretur tamen ille motus continuus ⁊ successiuus propter diuisibilitatem medij. Et sic finis huiꝰ q. none.

Questio Decima.

DEcimo querit Doc. An angelus possit mouere seipsum de loco ad locum idest an ĩ angelo sit aliqua virtus actiua: que sit principium formale sui motꝰ localis: siue qua possit mouere seipsum motu locali. ita qꝺ idem angelus numero sit receptiuus motus localis ⁊ productiuus eiusdem motus in seipso

Ibi ꝯcedo Hic doc. rñdet ad q̃situm affirmatiue. s. qꝺ angelus potest mouere seipsum. Et ratio stat ĩ hoc

Opinio cõis.

Si de quo minus vr̃: ergo ⁊ de quo magis. Sed multa imꝑfectiora angelo habẽt potentiam actiuaz respectu multorum ad que sũt ĩ potentia passiua: patet quia animata que sũt in potentia passiua ad debitã quantitatem habẽt potẽtiã actiuã respectu alius: vt magis hoc patebit ĩ quarto disti. 44. questiõe pͥma. Tum quia grauia sunt in potentia passiua ⁊ receptiua ad vbi deorsũ: ⁊ leuia ad vbi sursum: et habẽt potẽtiã actiuã respectu sui motꝰ localis ad hm̃õi vbi Tũ qꝛ animalia sũt in potẽtia passiua ad operationes sensitiuas: ⁊ habẽt potentiã actiuã respectu illarũ saltem partialẽ: vt supra patuit ĩ primo dist. 3. q. 7. ⁊ patz etiam ĩ quolibe. q. 15. vide ibi. Cũ ergo ĩ angelo sit potẽtia passiua siue receptiua ad aliꝺ ⁊ aliꝺ vbi: vt clare patuit supra. q. 6. p̃sẽtis disti. seq̃tur a fortiori ꝙ magis hẽbit potẽtiam actiuam respectu motꝰ localis: sic ꝙ talis potẽtia actiua sit pͥncipiũ formale mouẽdo angelũ ad vbi ⁊ quiescẽdi in illo hoc. n. est perfectionis in natura: que est ĩ potentia possiua ad aliquid quod respectu illius habeat potentiam actiuam.

Ibi. et sic dicatur quod hoc tantum conuenit ẽtibꝰ imperfectioribꝰ scilicet ꝙ entia imperfectiora: que sunt in potentia passiua ad operationes habeant potentiam actiuam respectu illarum patet de animalibus: quia sunt cõposita: ideo possunt diuidi sic ꝙ secundũ vnam partem sit mouens: ⁊ secũdũ aliam sit mobile: puta quia anima est principiũ actiuuz mouendi corpus: ⁊ corpus est in potentia passiua ad huiꝰ modi motum. ¶ Ibi. Et quod assumptum est de grauibꝰ ⁊ leuibus ⁊c. Hic Doc. videtur respõdere ad illud de grauibus ⁊c. et dicit quod videtur cõtra phm̃. 8. physi. tex. cõ 26. ⁊. 30. vbi videtur assignare quatuor rationes: qꝺ grauia ⁊ leuia non possunt moueri se prima quia graue non ẽ animal. Secunda quia non potest sistere se. Tertia: quia ñ potest mouere se motibus diuersis. Quarta: quia est continuũ. s. eiusdem dispositionis in parte ⁊ in toto: ⁊ tale nõ potest mouere se. Et soluendo. q. dicit qꝺ naturalia tantũ habent principium patiendi respectu motus et non faciendi. ¶ ꝙ autem esset intentio Arist. patet vbi supra incipiẽdo a textu. 28. vsqꝫ ad. 30. ĩclusiue vbi sic ait in tex. 28. circa finem. Eorum enim que mouentur ab alio: hec quidez extra naturaz posuimus moueri. alia autem relinquuntur cõtraponi: quia natura hec autem sũt supple naturalia: que dubitationẽ afferunt a quo mouentur: vt leuia et grauia hec enim ĩ oppositos locos violentia mouentur. In proprios autem leue quidem sursum: graue autem deorsum natura ⁊c. Et post immediate sequiẽ in tex. 29. qui incipit. A quo autem non adhuc manifestum sicut cũ moueãtur extra naturam. i. qꝺ leuia ⁊ grauia cũ moueantur secundũ naturaz non est ita manifestum a quo moueantur sicut cuz mouenẽ contra naturã ab agente extrinseco. Et sequitur. Et nãqꝫ ipsa supple grauia ⁊ leuia a seipsis dicere ĩpossibile est. et hec est pͥma ratio Ari. quia ipsa grauia ⁊ leuia nõ vñr posse moueri a seipsis: cum hoc sit ꝓprium aĩatorũ: vt patet ꝑ phm̃ vbi supra aĩalis inquit. hoc ẽt ⁊ aĩatorum proprium ⁊ ibi Com̃. dicit quod ideo animalia mouentur a seipsis. i. a principio intrinseco. quia non indigent causa extrinseca: quemadmodum corpora simplicia. ¶ Secunda ratio est vbi supra. t. c. 29. quia ista corpora simplicia se sistere non pñt: cum hoc sit ꝓprium aĩatorum. Facere inquit stare posse ipsa secũdum seipsa supple est propriũ animalis. Et ibi Cõmeñ. Si inquit ignis eẽt causa ĩ se per qꝫ posset moueri sine indigentia cause extrĩsece: tunc per istã causam posset quiescere sine indigentia cause extrinsece. Res. n. ĩ quã est causa q̃ potest moueri sine indigentia cãe extrinsece: sicut animal in quo est anima per illam potest quiescere. hec ille. Constat autem quod cũ ignis mouẽ sursum: nõ habet in potestate sua posse descere anteqꝫ deueniat ad centrum ¶ Tertia rõ patet. t. c. 29. s. quia talia corpora nõ possunt mouere seipsa qꝛ nec motibus diuersis. Et ideo ĩquit. Si accensus ad superius est ab ipso igne: manifestum est quod descensus ignis etiam ad inferius est ex ipso igne: ⁊ dicere ẽt quod res que mouentur ex se vno motu tãtuz mouẽ: nõ est de ratione si mouent. hec ille. i. ꝙ de rõne eoꝝ que possunt mouere se est ꝙ etiam possũt mouere se motibus diuersis siue oppositis: vt patet de animalibus. ¶ Quarta ratio ponitur. t. cõ. 30. vbi sic habetur. Ampliꝰ qũo cõtingit cõtinuũ aliq̃ ⁊ ipsum seipsuz mouere ꝫm enim ꝙ vnũ est cõtinuum non actu scḋm hoc impossibile est: sed ꝫm ꝙ diuiditur: sic hoc quidem aptum natũ est facere illud aũt pati neque igitur horum vllum ipsum seipsum mouet ⁊c. Et ibi Cõmentator. Et illa inquit que mouẽtur per principia in eis necesse est vt diuidantur secũdũ diffinitionem in motorem ⁊ motum: ⁊ vt non sint idem secundũ diffinitionẽ ⁊ essentiam: motor. n. debet esse distinctus a moto: aut secũduz diffinitionem ⁊ esse insimul: sicut illa que mouentur ab extrinseco: aut secũdum diffinitionem tm̃: sicut est dispositio in habentibus animas anima enim q̃ est motor in eis distiguitur a corpore vt est motum secundum diffinitionem: licet non distinguitur secundum esse scilicet quod impossibile est animã esse sine corpore. Et qꝛ corpora simplicia sũt vna ꝫm diffinitionẽ ⁊ vnum eorum potest diuidi ĩ motorẽ ⁊ motũ necesse est vt nõ sint mota ex se nisi eẽt possibile vt motor eẽt ipsũ motum. Si igitur aliquis dixerit ꝙ sũt corpora simplicia cõposita ex materia ⁊ forma quoꝝ vtrunqꝫ est distinctũ ꝫm diffinitionẽ a reliquo. Dicimus ad hoc qꝺ

prima materia non est existens in actu: ⁊ illud quod mouetur ex se debet diuidi in motorem ⁊ motum in actu: qm̄ illud qđ est in potentia neq̄ mouetur: neq̄ mouet. Si igitur lapis vel graue moueretur ex se contingeret vt esset mouens ⁊ motū eodem modo secundū formā quā non est existens in actu: nisi secundū formā quod est impossibile. Hec ille. ¶ Ibi. Primo ostendo oppositum per auctoritates. Hic Doctor intendit probare auctoritatibus ⁊ rationibus: ꝙ grauia et leuia: ⁊ multa alia corpora simplicia possint mouere se: sic ꝙ graue habet principium intrinsecum causatiuum sui motus localis: ⁊ ipsum graue est receptiuum hmōi motus: et primo auctoritate phi. 8. phy. t.c.32. vbi soluēs dubitationem de grauibus ⁊ leuibus. d. ꝙ quia potentia dicitur multipliciter ꝓpter hoc nō est manifestum a quo mouetur graue: qm̄ inquit potentia esse multipliciter dicitur: hec autem cā est: non esse manifeste a quo hmōi. s. grauia ⁊ leuia mouentur vt ignis sursum: terra deorsum. Deinde distinguit potentiam ad actum primum ⁊ ad actum secundum: vt pꝫ de potentia ad scientiam ⁊ considerationem: potentia enim ad scientiam siue ad habitum scientie dicitur potētia ad actum primum: ⁊ potentia ad actualem considerationem dicitur potentia ad actum secundum. Sequitur. Et applicando ad ꝓpositum dicens: ꝙ ignis est in potētia essentiali vt fiat frigidus ꝑut. s. aqua generatur ex eo: cum aūt genita fuerit aqua est in potentia accidentali ad agēduꝫ. i. ad īfrigidandum nisi impediatur. Nota ꝙ potentia ad actum p̄mū cōmuniter dicitur potentia essentialis: siue potentia remota: quia talis potentia est ad formam: que est ratio formalis agendi ⁊ p̄ncipium ꝓductiuū actus secundi: vt autē est sub tali forma: siue actu primo: tunc est in potentia accn̄tali: siue ꝓpinqua ad actioneꝫ: siue ad actum secundū: ⁊ sic ignis est in potentia essentiali vt fiat frigidus. i. ꝙ materia que est sub forma substantiali ignis est in potentia essentiali ad formam substantialē aque: q̄ est p̄ncipiū formale infrigidandi: ⁊ vt actu est sub tali forma: est in potentia accidentali: siue ꝓpinqua ad actum secundum: quod est infrigidare. Sequitur. Ita etiam dicit ip̄e de graui ⁊ leui: leue enim fit ex graui vt ex aqua aer: cum autem est iam leue operabitur mox nisi ꝓhibeatur. Actus autē leuis est alicubi esse ⁊ esse ⁊ sursum: ꝓhibetur autem cum in contrario loco sit. Et vult dicere ī sententia: quod qn̄ aer qui formaliter est leuis cum habeat in se leuitatem: causatur ex aqua que formaliter est grauis: tūc ex graui fit leue: ⁊ est similiter vt pri⁹ de igne: nam materia dicitur in potentia essentiali ad leuitatem: que est principium productiuum motus sursum: ⁊ dicitur in potentia accn̄tali ad alicubi esse: vt cum aer agit ī aquam expellendo formam substantialem aque: ⁊ formam leuitatis introducendo. s. formam substantialem aeris ad quam concomitatur leuitas: sic talis materia aque dicitur in potentia essentiali ad eē sursum: siue in potentia remota vt vero actu est sub forma aeris: ⁊ per consequens sub forma leuitatis est in potentia propinqua ad esse sursum. Sequitur. Actus autem leuis est alicubi eē: ⁊ sursuꝫ: prohibetur autem cum in contrario. s. loco sit: idest quod leue non statim fit sursum ꝓhibetur dum est in contrarium: idest deorsum: nam vt leue est deorsum ꝓhibetur ne statim sit sursum: ⁊ sic patet quomodo leue habet in se principiū sui motus. Sequitur. Unde nihil valet exponere: ꝙ cum sit in actu leue: est actu leue: ita quod leuis est ascēdere: idest ꝙ cū materia aque est sub forma aeris ⁊ sub forma leuis: tūc actu leuis est: ⁊ vt leuis est ascendit. Contra hoc arguit doc. quia si ista opi. intelligit ꝙ aer vt actu leuis est: statim ascēdit per principium sibi intrinsecum: ⁊ sic opi. verum dicit. Si autem sic intelligit quod actu leuis est ⁊ leue naturaliter inclinatur ad esse sursum: sed non potest eē sursum a p̄ncipio intrinseco: sed ab agente extrīseco. Hoc est manifeste falsum cum dicit Ar. vbi supra ꝙ mox operabitur nisi ꝓhibeatur: ꝓhibetur autem a potentia violenta: vt exponit Com. ⁊ dicit Doc. ꝙ tale ꝓhiberi nō potest intelligi de actu primo leuis quia actus leuis non potest prohiberi vel īpediri: sicut etiam ignis vt est sub calore non ꝓhibetur quī sit sub actu primo: potest tamen ꝓhiberi ne calefaciat: sic ē de leui: ꝙ si ponatur deorsum non potest ꝓhiberi quo ad actum primum: patet: quia in quocūq̄ loco sit semper habet leuitatem que est principium formale ꝓductiuum motus. Sursum. Potest tamen ꝓhiberi quo ad actum secundum quia dum detinetur deorsum violenter: tunc ꝓhibetur ascēsus eius. Si igitur Arist. vult quod cuꝫ mox fuerit leue statim est sursum nisi ꝓhibeatur. Sequitur quod leue habeat principium intrinsecum sui motus. ¶ Ibi. Idem etiā. 4. phy. c. de vacuo. t.c.85. vbi dicit ꝙ densum ⁊ rarum concomitantur due contrarietates: vꝫ: graue ⁊ leue: durum ⁊ molle: ⁊ loquens de contrarietate grauis ⁊ leuis: dicit ꝙ secundum hanc contrarietatē erunt actiua motus: secundū autē durum ⁊ molle passiua. Unde. t. 85. sic dicit. Dico enī sunt in vtroq̄ denso ⁊ raro: graue enim ⁊ durum densa videntur eē. Contrarium vero rara leueq̄ molle. Et post sequitur ī textu. 86. circa finem. Densum inquit ⁊ rarum secundum hanc cōtrarietatē motus. s. sursum ⁊ deorsum actiua sunt: ſm aūt durum ⁊ molle passiua ⁊ non passibilis receptiua: ⁊ non loci mutationis sed alteratiōis magis. Hec ille. Et licet. Com. videtur exponere sic ꝙ corpora non recipiunt translationem: nisi hoc modo contrarietatis. s. ſm raritatē ⁊ densitatē: tamen vbi habentur verba expressa phi magis videtur dici cōseq̄nter ad ea quā extorquere ea. Dicit tn̄ Com. parum infra sic. Duricies vero ⁊ molicies non sunt cā translationis sicut densum ⁊ rarum: sed sunt causa facilitatis ⁊ difficultatis translationis: qm̄ si corpus in quo est translatio fuerit molle translatio erit facilis in ea sicut ī aere: ⁊ cum fuerit durum erit difficilis aut impossibilis sicut in terra. Et paꝝ post: ⁊ nō sunt cause translationis in loco sicut sunt leue ⁊ graue sed sunt cause translatiōis: proprie: ⁊ intendit vt multis videtur ꝙ molle est causa passionis et durū actionis: molle enim est passiuū ⁊ durum actiuū. Hec ille. ¶ Ibi. Et si obicias. Ista nō est intētio sua q̄uis sic sonent verba: quia secundo de generatione. t.c.8. horum inquit graue ⁊ leue neq̄ actiua: neq̄ passiua: non em̄ in faciendo aliquid aliud neq̄ in patiendo ab alio dicuntur. Hec ille.

Proba- tōes doc. ad oñdēd grauia et leuia posse se moue re effectiue ⁊ a p̄ncipio ītrinseco.

Hic hēs quō nō oꝫ credere ꝯmē. nisi in hisin qb⁹ cōcordat cū phō.

¶ Ibi. Rn̄deo. Dicit doc. hic ꝙ entia naturalia ſm graue ⁊ leue sunt actiua. Et cum dicit Ar. ꝙ non sunt actiua. Dicit Doc. ꝙ Aristote. intēdit de actione siue de motu ad formam: ⁊ verum est ꝙ grauitas non est ratio formalis producendi formam absolutam in aliquo: ⁊ similiter leuitas: nec etiam grauitas ⁊ leuitas sunt rationes formales disponendi aliquod subiectum ad formam substantialem: sicut caliditas in igne est ratio formalis disponendi lignum vt materia ipsius sit susceptibilis forme substantialis ignis: nec similiter sunt passiua: quia grauitas ī aqua nō est ratio formalis: quare aqua patiatur ab igne: licet bene frigiditas q̄ contrariatur caliditati. nō aūt negat Arist. ꝙ grauitas ⁊ leuitas sunt p̄ncipalia agendi respectu motus ⁊ hoc mō pn̄t dici p̄ncipia actiua ⁊ passiua mot⁹. Et sic patet quomodo aliter loquitur Ari. de p̄ncipio passiuo ⁊ actiuo grauis ⁊ leuis in secundo de generatione ⁊ aliter loquitur ī. 8. physi. tex. cō. 86. Expono tamen litteram istam cum. d. respondeo dico ꝙ contradiceret sibiipsi in. 8. physi. per illud secūdi de generatione nisi alio modo intelligeret hic ⁊ ibi. nam in. 8. phy. t. vbi supra. d. ꝙ licet graue ⁊ leue non sint actiua sed tantum passiua: vt supra patuit a textu. 28. vsq̄ ad textum. 30. inclusiue ⁊ in secundo de generatione. t. vbi supra. d. ꝙ non sunt neq̄ actiua neq̄ passiua: ⁊ probatio sua patet ibi cum. d. oꝫ autem actiua inuiceꝫ ⁊ passiua esse elemēta miscentur enim ⁊ transmutantur adinuicem hec ille.

¶ Sequitur aliter igitur loquitur ipse de actiōe in. 8. physi. ⁊ aliter vbi occurrit sermo de actione ⁊ passione ⁊ aliter in primo de generatione: ⁊ aliter in secundo: sicut enim ī libro physicorum loquitur de motu in generali ⁊ vniuersali in libro autem de generatione de motu ad formam ita ī tertio physi. loquitur de actione ⁊ passione in communi ⁊ vniuersali: ⁊ ita verum quod dicit in. 8. physi. ꝙ habent principium patiendi respectu motus localis: in libro auteꝫ de generatione loquitur de actione ad formam: vbi agens ⁊ patiens sunt contraria. patet ibi. t. 8. Calidum inquit ⁊ frigidum: humidū ⁊ siccum hec quidem quia actiua sunt: hec autem quia passiua dicunt: hec ille. Et addit Doct. ꝙ hoc est verum de actione vniuoca: quia agens ⁊ patiens sunt in principio equiuoca: ⁊ in fine vniuoca: patet: nam ignis ⁊ aqua que sunt contraria in principio actionis dicuntur equiuoca: ⁊ in fine vniuoca: quod sic declaro. Cum eī ignis agit in aquam: in principio actionis materia ignis est sub forma ignis: ⁊ materia aque adhuc est sub forma aque que formaliter differunt specie: ⁊ sic semper ignis ⁊ aqua ī principio actionis sunt equiuoca. Dum autem ignis in fine actionis expelit formam aque et in materia ipsius introducit formam ignis: tunc materia aque fit sub forma ignis: q̄ est eiusdem speciei specialissime cum forma ignis agentis

⁊ ſic ignis productus compoſitus ex forma ignis ⁊ materia que prius erat ſub forma aque eſt eiuſdeʒ ſpeciei ſpecialiſſime cum igne producente.

¶ Sequitur. Similiter in actione equiuoca ſimile ē agēs ꝓducto ſecundum formaʒ ſimilitudine equiuoca: qđ ſic debet intelligi: ꝙ eſt aliqđ agēs ⁊ paſſum que ſunt ſemꝑ equiuoca tā ī principio actionis ꝗʒ in fine: ideſt ꝙ materia paſſi lʒ amittat formā ꝓorē: ſꝑ tñ̄ fit ſub forma alteri⁹ ſpēi a forma agētis. Exēplū de ſole quādo agit in aliquam materiā ꝑ puta exiſtentem ſub forma vermis: expellit in fine actionis formam vermis ⁊ generat ſibi formam muſce: que non eſt eiuſdem ſpeciei cum ſole: eſt igitur tale agens ſimile paſſo in fine actionis ſimilitudine equiuoca ſiue virtuali de qua dictum eſt ſupra in primo di.3.q.8.

¶ Sequitur. Sicut ipſe concedit ibi in primo de generatione. t.c.53. aliquod agens non communicare cum paſſo: ſicut nec medicinam cum corpore ſanato: vide tex. Nā ſanitas dicitur tantum equiuoce de medicīa ⁊ corpore ſano: quia de medicina tanquam de ſigno ſanitatis: ⁊ de corpore ſano tanquam de ſubiecto ſanitatis.

¶ Sequitur. Hoc autem modo negat ī ſecundo de generatione grauia ⁊ leuia non ſolum eſſe principia agendi vel faciendi ſed etiam patiendi: ⁊ hoc expreſſe ſonat ratio ſua cum dicit. Horum autem graue quidem ⁊ leue neqꝫ actiua neqꝫ paſſiua: non enim in faciendo aliud neqꝫ in patiendo ab alio dicuntur: oportet autem actiua inuicem ⁊ paſſiua eſſe elementa.

¶ Sequitur. ⁊ ideo non ſunt principia ꝓducendi aliquid ſm̄ formam aliquam. ſ. abſolutam vt ibideʒ loquitur de ꝑn cipio patiendi ab aliquo agente correſpondente tali actiom: quia non ſunt principia recipiendi formam abſolutam ab aliquo agente.

¶ Sequitur. Sunt tamen principia actiua aliquo modo reſpectu motus localis ad vbi: ⁊ aliquo modo paſſiua reſpectu eiuſdem. i. ꝙ graue habet in ſe rōnem formaleʒ agēdi puta grauitatem ⁊ rationem formalem patiendi: puta formam talis cōpoſiti ſiue aliqđ aliud: ⁊ ſic patet iſta lr̄a.

¶ Ibi ad hoc etiam poteſt adduci auctoritas commē. tertio celi ⁊ mundi cō.28. circa finem. Et quia inquit motor eſſentialiter diſtinguitur a moto: ſicut in animalibus: motor enim in eis eſt alius a moto: cuʒ motor ſit animal ⁊ motū ſit corpus in corporibus aūt ſimplicibus idem ē motor ſecundū ſpēm ⁊ motum: ſed differunt ſecundū modū. lapis eñ̄ mouet ſe inquantū̄ eſt grauis in actu ⁊ mouetur inquātū eſt potentia inferius: inuenitur enim vnomodo in actu: ⁊ aliomodo in potentia ⁊ cā eſt hec: qꝛ cōponitur ex materia ⁊ forma: forma igitur eius mouet inquantum eſt forma ⁊ mouetur ſecundū ꝙ eſt in materia: non enim eſt in potentia inferius niſi ſecunduʒ ꝙ eſt in materia: hec ille. ⁊ patet ex iſto textu quomodo accipit corpora ſimplicia: quia accipit corpora ſimplicia que ſunt vniformia in toto ⁊ in partibus.

In corpib⁹ ſimplicib⁹ idē ē motor ſm̄ ſpeciem ⁊ motum.

¶ Sequitur. Sed de hoc videtur varie loqui: quia in commento ſupradicto videtur velle ꝙ lapis moueat ſe per accidens: pellendo mediuʒ: ſicut nauta mouet ſe mouēdo nauem in qua exiſtit. ⁊ parum infra. lapis inquit nō eſt per ſe motus eſſentialiter: ſed aſſimilatˀ ei qđ mouetˀ per ſe ideo indiget in ſuo motu motore extrinſeco ⁊c. hoc idem in 8. phyſi. cō.32.

¶ Ibi. Ad iſtam concluſionē ſunt ratiōes in iſta littera Doct. intendit probare rationibus ꝙ grauia ⁊ leuia poſſunt mouere ſe. Prīa talis eſt. omnis effect⁹ qñ in actu cauſatˀ habet cām in actu: vt patet. 2. phiſi. t.c.37. differunt inqt intm̄ ꝙ operātes quidē ⁊ ſingulares ſimul ſunt ⁊ non ſunt: ⁊ quorum ſunt cāe ſicut hic medicus cum hoc qui fit ſanus ⁊ hic edificator cum edificato: que auteʒ ſunt ſecundum potētiā non ſemper ſupple ſimul ſunt ⁊ nō ſunt corrumpitˀ ei ⁊ non ſimul domus ⁊ edificator. hec ille. Et ibi. Cōmentator dr̄ia inquit inter cās que ſunt actu et q̄ ſunt potentia eſt: qm̄ q̄ ſunt actu inueniuntˀ cum illis quorum ſunt cāe ⁊ deficiunt cū illis: verbi gr̄a qm̄ iſte medic⁹ non eſt curator in actu niſi cū hoc curato in actu. hec ille. Hoc idem vult phūs. 5. metha. capitulo de cā tex. com. 3. differunt inquit intm̄ ꝙ agentia quidē ⁊ ſingularia ſimul ſunt: ⁊ non ſunt ⁊ ipſa: ⁊ quoꝝ cauſe vt hic medens cū hoc conualeſcente ⁊ hic edificator cum hoc edificio. hec ille. Ex hac auctoritate arguit Doct. deſcenſus grauis eſt in actu: ergo eſt aliquid cāns ī actu: nō aūt tunc ē in actu a remouente prohibens: neqꝫ per conſequens ab īpellente ipꝫ graue fertur deorſum: patet quia impellens non continuat ſemper motum illum vt patet de proiſciente lapidem deorſum: ſed bene verum eſt ꝙ in principio motus dum lapis īpellitur ille motus erit forte velocior in principio: immo impellens non per ſe mouet deorſum. quia in hoc eſt quaſi remouens prohibens: ⁊ tale mouens ſecundum phyloſophū. 8. phyſi. tex. c.32. eſt quaſi mouens per accidens. Suſtinens inquit ⁊ ꝓhibens dimouens eſt ſicut mouens: ē autē ſicut non: vt colūnā euellens aut lapidem remouēs aut a vaſe aquam. Secundū accidens eñ̄ mouet ſicut repcuſſa ſpera non a pariete mota eſt: ſed a proiiciēte. Et commētator ibi. ſi aliquis inquit homo aufert columnā ſuſtentantem pondus: tunc ille homo mouebit illud pōdus ⁊ cadet illud pō deroſum ad inferius per accidens: ⁊ ſimiliter quādo aufert lapidem poſituʒ ſuper vtrem inflatum: ille homo dicitur mouere illum vtrem per accidens: ⁊ dicitur mouere per accidens: quia iſta potentia eſt violenta. hec ille. Sequitur in littera Doc. Et pretermouens per accn̄s oportʒ dare mouens per ſe efficiens: quia om̄e per accidēs habet reduci ad per ſe: vt patet per phyloſophum. 2. phyſi. tex. c.65. quoniaʒ inquit ſunt caſus ⁊ fortuna cauſe eorū: quorum vtiqꝫ autem intellectus fiet cauſa aut natura cū ſecūdum accidens cauſa aliqua fiat horum ipſorum nihil aūt ſecundum accidens prius eſt hῡs que ſunt per ſe manifeſtum eſt ꝙ neqꝫ per accidēs cā prius eſt ea q̄ eſt per ſe: hec ille. Si ergo impellens mouet per accidens lapidem: ſeqtˀ ꝙ talis motus debeat reduci ad aliquam cauſam per ſe.

¶ Sequitur in littera Doc. nec iſtud poteſt eē centrū trahens. Hic doc. reſpondet huic obiectioni. ſ. ſi quis velit aſſignare cauſam talis motus eſſe centrum ⁊c. Dicit Doct. Nōbe. ꝙ hoc non poteſt eē cauſa: quia ſi per īpoſſibile nulluʒ graue eſſet in centro: ſed tota terra mota ab eo remanente centro ſub ſola ratione centri vt prius adhuc graue naturalit̄ tenderet ad centrum: quid ergo attrahit nō vbi mathematicum patet quum vltima ſuperficies corporis locātis nō ſit forma actiua. Nec influentia celi vt aliqui dicunt: qꝛ influentia celi quantum eſt de ſe vniformis eſt in toto medio puta in toto aere quare ergo aliquod ens naturale mouetˀ ſurſum vt leue: ⁊ aliquod deorſum vt graue: cum ſit talis īfluentia vniformis in toto medio: vel ergo omnia grauia et leuia vniformiter mouebuntur deorſum: vel oīa ſurſum cuius contrariuʒ apparet.

¶ Sequitur niſi poneretˀ agēs particulare determinans: nec iſtud actu mouens quando actu mouēs poteſt poni actu graue motum: quia nihil mouet ſe vniuoce ad illud quod habet: vult dicere doct. ſi vis dicere quod graue actu motum ab agente extrinſeco mouet ſe. i. quod ipm̄ graue vt actu habet in ſe motum localeʒ tunc mouet ſeipſum ſecundum quod actu illum motum habet ab agente exteriori: ⁊ eſt ſenſus ꝙ ſi graue mouetˀ deorſum per ſpacium vnius miliaris: agens extrinſecum prio incipit mouere ipſum graue cauſando in ipſo motum: tūc ille motus cauſatus erit principium mouendi ipſum graue per totum ſpacium.

Nihil mouet ſe vniuoce ad illud ꝙ hꝫ.

Cōtra hoc arguit Doc. quia nihil mouet ſe vniuoce: ad illud ꝙ habet. i. ꝙ ratio formalis ꝓducendi aliquod: puta eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime non poteſt ꝓducere illud in illo ſubiecto ī quo eſt: ſicut caliditas ī igne ⁊ ſi ſit ratio formalis producēdi caliditatem in ligno: tamen non eſt ratio formalis ꝓducendi aliam caliditatem in ipſo igne: hoc idem dico de generāte: quia ⁊ ſi humanitas ſit ratio formalis in franciſco producendi aliam humanitatem: puta in Joanne: non tamen eſt ratio formalis ꝓducendi aliam humanitatem ī franciſco. Si ergo motus localis in graui eſt ratio formalis producendi alium motum localē in ipſo graui: qui eſt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime cū primo: tunc ſequeretur quod moueret ſe vniuoce ad id qđ habet: bene poteſt eſſe ratio formalis producendi aliquid equiuoce in ſe: ⁊ ſic grauitas in corpore graui eſt huiuſmodi. Sequitur ibi nec generans: deinde. d. ꝙ cauſa hui⁹ motus non poteſt aſſignari ipſuʒ generans graue vel leue: qꝛ tale generans poteſt non eſſe graui exiſtente: ⁊ per ꝯſeqn̄s graue poteſt moueri generante ipſum non exiſtente. modo effectus in actu non eſt niſi a cauſa in actu ex ſecundo phiſi. t.c.37. ⁊ licet Commen. videatur dicere in octauo phyſico. c.31. circa finem huius com. quod mouentur a generāte vbi ſic. d. ⁊ intendebat declarare ex iſto ſermone qđ motus corporum naturalium in hoc loco eſt in rei veritate: ab eo quod generat ipſa: ſicut alia accidentia que inueniūtur generari in re per generationem ipſius: hec ille: tamē in iſta parte vel oportet ipſum commentatorem negare:

vel ipsum oportet exponere sicut etiam exponit Gregori⁹
de arimino i.2.sēten. super dist.3.q.4.⁊.5.ꝙ loquitur de a
gente remoto: quia tale agens generādo graue dat graui
ꝑncipiū sui motus. Et si cōmētator intelligeret ꝙ generās
graue sit agens propinquum ⁊ immediatum respectu mo=
tus grauis experientia est in contrarium

¶ Ibi. Dicitur a Gotto. quolib.8.q.2.ꝙ generans gra=
ue manet in virtute in ipso graui ⁊ per hoc mouet ipsum
graue. ¶ Ibi cōtra istud. Hic doc. improbat hanc re=
sponsionem. quia causam manere in effectu in virtute: nihil
aliud est nisi effectum habere esse a tali causa: ex quo ei effe
ctus erat in virtute cause antequaz produceretur: ipso pro
ducto causa manet in effectu in virtute: ⁊ quod effectus ha
bet esse per causam que habebat ipsum in virtute sua: sed
causam sic manere in effectu in virtute non dicit aliquod es
se in actu ĩ causa patet: quia effectus potest manere ea nō
existēte ⁊ sic sequitur ꝙ graue nō potest manere virtute ali
cuius cause actu non existentis cum effectus non possit eē
in actu nisi a causa in actu. Ibi. Preterea illud quod non
mouet aliud nisi prius naturaliter ab alio motum: ab eo=
dem habet quod moueat et quod sit motum.

Hec est secunda ratio quam facit Doctor probando quod
graue habeat in se principium sui motus: ⁊ declaro prius
propositionem illam per exemplum: quia instrumentuz pu
ta serra, non mouet. s. scindendo lignum nisi inquātū mota
ab artifice igitur talis sectio erit ab eodem agente effecti=
ue a quo ⁊ motus serre vt patebit a Doc. in.4.dist. ꝑma ⁊
4. Ex hoc infero propositū: qꝛ graue non mouet leue deor
sum sibi alligatū nisi qꝛ motū ab alio. ergo ab eodem prin=
cipio erit motus ipsius leuis et ipsius grauis: sed constat
ipsum leue moueri deorsum ratione grauitatis existētis pu
ta in lapide cui leue alligatum est: ergo ⁊ ipsa grauitas
erit ratio mouendi ipsum graue per se. Et Doctor in ista
ratione supponit quod probauit in prima ratione: videli
cet ꝙ graue non moueatur nec ab impellente nec ab influē
tia celi. nec a centro: nec a gñante: ergo si graue mouet leue
alligatū quia motum ab alio erit ip̄z graue prius motū rea
liter ab eodem a quo ⁊ leue mouet̄ deorsum. Ibi posset cō=
firmari illa ratio ⁊c. Ista cōfirmatio stat ĩ hoc ꝙ habēs po
tentiā actiuā respectu alicuius forme: pōt eam causare in
quocunqꝫ passo sibi proportionato: patet de igne q̄ habet
in potentia actiua calorem: ⁊ per consequens potest illum
causare in quocunqꝫ calefactibili sibi proportionato: cum
ergo graue habeat in potentia actiua vbi deorsum: poterit
illud causare in passo sibi proportionato: sicut ergo potest
causare vbi deorsum ĩ leui alligato graui: multomagis po=
terit causare vbi deorsum in ipso graui cum sit passum re=
ceptiuum ⁊ proportionatum respectu talis vbi.

¶ Ibi. Hoc etiaz poterit satis patere. Hec ratio ē satis bo
na: ⁊ stat in hoc: quia quero a te cum graue quiescat in cen=
tro: que sit causa ipsius quietis: videlicet quod quiescat ibi
si dicis quod grauitas quod vtique verum est: cum nulla
alia causa appareat. ¶ Sequitur quod eadem grauitas
erit principium intrinsecum mouendi graue existens, extra
centrū ad vbi in cētro vbi quiescit: ⁊ ꝙ eadē sit causa mot⁹
⁊ quietis expresse patet a phō.8.physicoꝝ tex. commē.29.
¶ Si aliquis inquit est causa sui ipsius in ambulatione est
etiam causa sui ip̄si⁹ in dimittēdo sui ambulationē. hec ille:
⁊ hoc secūdum translationez Cōmentatoris vbi cōmenta
tor sic. d. si ignis esset causa ĩ se per quā posset moueri sine
ĩdigētia cause extrinsece: tunc per istā causā posset q̄escere
sine indigētia cause extrĩsece. Res enim in qua est causa q̄
potest moueri sine indigētia cause extrĩsece sicut aĩal ĩ quo
est anima per illam potest quiescere hec ille. ¶ Ibi p̄terea
graue impeditū a motu remouet prohibens. Hec ratio est
satis clara ⁊ stat in hoc ex quo enim graue positum super
aliquod continuum. ratione sue grauitatis frangit ⁊ dissol
uit illud continuum vt petat centrum sequitur quod talis
grauitas erit causa talis descensus. patet qꝛ si est causa fra=
ctionis continue propter descensum ad centruz: multo for
tius erit causa ipsius descensus.

¶ Ibi. Hoc etiam declarari potest aliter Hec declaratio
est satis bona: quia ponendo duo grauia in eadem distan=
tia ad centrum et in eadem influentia celi quorum vnum
sit graue vt octo ⁊ aliud vt quattuor.

Certū ē ꝙ graue vt.8. vt expimēto pꝫ: veloci⁹ descēdit. er=
go respectu mot⁹ velocioris nō videtur posse assignari alia
causa q̄ꝫ ip̄a grauitas in ipso graui. ¶ Ibi. Item mot⁹ na=
turalis intēditur in fine s̄m phylosophū primo celi. tex. cō=
mē.88. terram inq̄t quāto vtiqꝫ propinquior sit medio ve=
locius ferri: ⁊ sic difficile est assignare causam talis motus
si effectiuum istius motus esset precise aliud extrinsecum.

¶ Ibi. Respondeo tunc ad phylosophū qui adducitur in
contrariū: ⁊ ꝙ sit ꝓ me sicut adduxi ꝙ graue mouet se effe
ctiue sicut sciens mouet se effectiue ad actū speculādi ⁊c.

Et tota ista responsio stat in hoc: ꝙ habens formā que est
principiū alicuius forme vniuoce. i. eiusdem speciei cū for=
ma producendi vel principium alicuius forme equiuoce q̄
forma sit alteri⁹ speciei a forma producente: talis forma ꝓ
ductiua erit ratio formalis producendi formā equiuoce vel
vniuoce in quocūqꝫ passo sibi proportionato: sed lapis exi
stens sursum est in potentia passiua ad vbi deorsum ⁊ gra=
uitas in lapide est pricipium actiuum equiuocum respectu
talis vbi: ergo poterit causare illud in lapide cum sit passū
sibi debite approximatum. ¶ Sequitur in littera non eniz
mouēs mouet mobile ad aliq̄d vbi qꝛ formalr̄ mouēs est ĩ
actu s̄m illd̄ vbi: sed tantū qꝛ virtualiter: ⁊ hec ꝓpositio est
similis huius ꝓpositionis que habetur. d.3. primi. q.7. s. ꝙ
idem potest esse in actu ꝟtuali ⁊ potentia formali: q̄ ibi dif
fuse exposita est. Dicit ergo Doct. ꝙ mouens aliq̄d graue
ad vbi. a. causans tale vbi ĩ graui non requiritur ꝙ habeat
ipsum vbi formaliter siue in se: sed requiritur ꝙ habeat illd̄
in virtute sua. ¶ Ibi tamē propter vnum verbum phyloso
phi addo vltra ꝙ motus iste non est naturalis in se: ex hoc
ꝙ habeat principium actiuum in se: sed solum ex hoc ꝙ mo
bile habet principium intrinsecum passiuum naturaliter ĩ=
clinans ad motum: quod patet per diffinitionez nature.2.
physicorum tex. commen.3. est inquit natura principiū ali
cuius vt causa mouēdi ⁊ quiescendi in eo in quo est primuz
⁊ ꝑ se ⁊ non s̄m accidens. dico autem non secundū accñs
cum fiat vtiqꝫ ipse sibi aliquis causa sanitatis cum sit medi
cus: sed tamen non secundum ꝙ sanatur medicinam habet
sed accidit eundem medicum esse ⁊ sanari. Unde ⁊ diuidū
tur aliquando adinuicem. hec ille. ⁊ sic Arist. intelligit de
principio passiuo cum nihil sit principium alicui naturali
ter mouendi nisi inquantum est per se ⁊ primo in eo q̄d mo
uetur: nō est autem per se ⁊ primo in aliquo quod mouetur
nisi inquantum est passiuum: ergo non est aliqua natura vl'
principium naturale alicuius nisi quia est principium passi
uū ĩ moto. i. ꝙ talis motus non potest dici naturalis ex hoc
ꝙ efficitur ab agente naturali: quia tunc motus violentus
posset etiam dici naturalis cum possit fieri ab agente natu
rali: prout agens naturale distinguitur contra agens a pro
posito: sed dicitur naturalis ex hoc quod mobile naturali=
ter inclinatur ad illud: ⁊ intelligitur sic ꝙ natura primo ⁊ ꝑ
se predicatur de principio passiuo quod habet naturalem
inclinationem: vel ad formam substantialem vt in genera=
tione: vel ad receptionem naturalez motus ⁊ quietis sicut
patet de graui quod mouetur ad vbi deorsum.

Expō dif finitionis nature.

¶ Sequitur. Hoc etiaz patet: quia ideo aliquid mouetur
naturaliter: quia mouetur sicut aptum natum est ipsum mo
ueri ita est in proposito: ita quod licet hic sicut ⁊ in multis
alijs principium actiuum sit principium mouendi: non pro
pter illud principium actiuum mouetur naturaliter suple
ipsum mobile: sed propter principium passiuuz propter q̄d
sic mouetur supple quia tale mobile habet naturalem ĩcli=
nationem ad recipiendum in se talem motum ⁊ hoc est q̄d
subdit philosophus in.8.phy.tex.com.32 postq̄ꝫ dixit ꝙ ac
tus leuis est esse alicubi ⁊ sursum dicit ipse queritur quare
mouentur in ipsorum loca grauia ⁊ leuia. Et respondet sic
causa autem est: quia apta nata sunt alicubi esse ⁊ hoc ex le
ui ⁊ graui esse: hoc quidem sursum illud autem deorsum di
ci. hec ille. cum dicit apta nata: idest habent naturalem in=
clinationem ad illud.

¶ Sequitur. Et hoc modo postea subdit quod habēt pri=
cipium paciendi ⁊ non faciendi. scilicet respectu motus in
quātum naturalis est vt patet in fine illius textus. vbi sic
d. Quod quidem igitur nihil horum puta grauium ⁊ leui=
um mouet seipsum manifestum est: sed motus habet princi
pium non mouendi: neque faciendi sed patiendi. hec ille.
idest quod res mota respectu motus naturalis in genere
huiusmodi: non habet principium actiuum sed tantum pas
siuum: quia talis motus ideo dicitur naturalis non qꝛ cau
satur: sed quia receptiuum habet naturalem inclinationē
ad ipsum. Et sic debet exponi philosophus sicut etiam vi=
detur exponere Commentator vbi supra.32. in fine huius

cōmēti. ¶ Sequitur Et ibi ita ī solutione huius dubitatiōis de motu grauium per.t.c.32.quasi inter scalariter loquitur de principio effectiuo huius motus ⁊ de principio naturali huius motus qđ tātum passiuum est. De actiuo patz ibi. Cum inquit fit aer aqua quodāmodo potentia ⁊ leue ⁊ cū aer est potentia: contingit enim per impedimentum nō sursum esse sed si auferatur impediens agit ⁊ semper sursum fit: hec ille: que auctoritas exposita est supra. Et de principio passiuo patet in fine textus: vbi vult quod mobile non habeat principium faciendi: sed tantum patiendi eo modo quo exponit supra.

Ibi Rationes etiam eius non concludunt contra me: nam prime tres que habent vnam vim ostendunt graue nō mouere se: sicut agens per cognitionem mouet se: non enim animal posset sistere se circa vltimum terminum intentum: nec etiam posset mouere se diuersis motibus nisi ageret p cognitionem: ⁊ ex hoc satis sequitur propositū phi: ꝙ ista nō sunt pͥma mouentia: nam primum mouens mouet p cognitionem vt ostensum est in primo di.2.parte prima.q.1.

¶ Ibi. Quarta ratio sua de continuo que habetur.t.c.30 Dicit doc. quod illa quarta ratio non concludit de quanto siue de ꝯtinuo inq̄ꝫtū quantū absolute: sed de ꝯtinuo quod est eiusdem dispositionis in omni parte: vt etiam. d. Commentator.8.physi.c.30.illa inquit que sunt consimilia partium simplicium impossibile est vt moueant se.hec ille.⁊ sic concedit Doc. quod graue hoc modo non mouet se: sicut dicimus de alio continuo quod non moueat se totum simul: sꝫ vna pars mouet aliam ⁊ illa mota mouet aliam: sicut cum aer calefit vna pars calefacta calefacit aliam ⁊ illa aliam ⁊ sic tandem totus calefit: sed non est sic de graui: non enī vna pars grauis mouet aliam: nec est ratio mouendi aliam sed quelibet pars est ratio mouendi se: cuꝫ quelibet habeat in se grauitatem: ⁊ totum compositū ex omnibus partibꝰ habet in se principium mouendi se totum.

¶ Ibi. Sed obijcies. hic doc. obijcit contra se: quia si philosophus.8.physi. probat ꝙ primꝰ motor sit tantū mouēs ⁊ non motꝰ per hoc ꝙ omne qđ mouetur ab alio mouetur: vt patet.7.phy.t.Com.primi ⁊ inde: ⁊ sic nō est processus in infinitum in motis ab alio: ergo standum est ad vnū motorem qui tantum moueat: si ergo cōcederet Aristo. quod graue moueret se: hoc idem posset dici de graui quod dicitur de primo motore: videlicet quod mouet ⁊ non mouetur.

¶ Ibi. Dico quod satis habet hoc ex distinctione potentie. Hic doctor dat singularem expositionem Ari. que expositio sententialiter stat in hoc: scilicet quod saltem omne aliud a Deo mouetur ab alio quo ad actum primum ⁊ ipso posito in actu primo potest postea mouere se ad actum secūdum: ⁊ sic ista litera clara est: ⁊ sufficit philosopho hoc primum: scilicet quod sit mobile ad actum primum: quia per hoc deuenietur ad aliquid tale ab omnibus istis quod nec in vno motu: nec in quocunq; poterit moueri ab alio: sed erit omnino mouens immobile ⁊ quo ad actum primum et quo ad actum secundum. Similiter etiam potest dici qđ in isto motu: scilicet ad actum secundum / ⁊ si moueantur a se effectiue puta grauia ⁊ leuia: non tamen mouentur a se sicut a primis mouentibus ex quo non mouent se per cognitionem: ⁊ sic presupponunt aliquid sic mouens per cognitionem: ⁊ ita licet moueant se effectiue: non tamen sic quin moueantur ab alio licet non sicut a causa proxima.

Ad argumenta principalia. Nunc restat soluere argumenta principalia: primo enim arguit doctor probando quod nihil possit mouere se: quia tunc idem respectu eiusdem esset simul in actu ⁊ in potentia: quia mouens vt mouens est in actu: quia omne agens agit inquantum est in actu: vt patet a philosopho.2.phy.t.c.37.

¶ Ibi. Confirmatur ratio: per hoc quod aliqua diuidentia ens vt substantia ⁊ quantitas sunt incompossibilia in aliquo vno ⁊ eodem: ergo pari ratione actus ⁊ potentia que diuidunt ens: sunt incompossibilia in aliquo vno.

Ibi. ad primum argumentū principale. Dicit doctor respōdendo ad hoc argumentum quod aliquid est in actu virtuali ⁊ in potentia formali: vt patet in primo di.3.q.7. Et ad confirmationem dicit ꝙ actus ⁊ potentia vt sunt opposita accipiť potētia obiectiue: ⁊ sic conceditur eē impossibile an nexu simul actu existere: ⁊ esse in potentia ad actū existendi. Sed potentia subiectiua ⁊ actus non repugnant. nam frāciscus est in actuali existentia ⁊ cum hoc est ī potentia subiectiua siue receptiua ad albedinem. nam actus ⁊ potentia primomodo non possūt dici de aliquo eodem neq; per se neq; denominatiue: p se vt antixp̄s simul non est in actu ⁊ potētia obiectiua. Denominatiue vt franciscus nō potest simul denominari albus ab albedine in actu ⁊ a potentia ad ipsam impossibile .n. est quod simul sit in actu albus vt in potentia ad eandem albedinem: vt tamē actus accipitur: p principio actiuo ⁊ potentia pro principio passiuo que cadūt infra essentiam cuiuslibet diffinibilis vel diffiniti: sic non sunt opposita nec sic diuidunt ens: nec repugnant alicui eidem ⁊ quod dicit quod actiuum ⁊ passiuum cadūt infra essentiam cuiuslibet diffinibilis ⁊c. debet forte ītelligi de diffinibili primo. ⁊ per se cuius est est sola substantia vt patet per philosophum.7.met.t.c.19. Quod quidem igitur est diffinitio que quidem ipsius quid erat esse ratio ⁊ quid erat esse: aut solum substantiarum est ⁊ maxime: ⁊ primum ⁊ simpliciter palam. hec ille. ⁊ ibi. Commentator declaratum est inquit ex hoc sermone quod diffinitio simpliciter est sermo qui significat quiditatem rei ⁊ quod quiditas non inuenitur nisi in substantiis tantum: aut magis in substantiis: et modo priori ⁊ simpliciori: hec ille. cum ergo diffinitio detur per genus ⁊ differentiam videtur quod diffinibile sit aliqd habens locum materie cuius est pati: ⁊ est aliquod habens locum forme cuius est agere: quicquid sit de hoc videlicet cui differentia posita in diffinito sit đ numero actiuorū alias habet ⁊ videri.

¶ Secundo principaliter arguit Doct. premittendo duas auctoritates philosophi: quaruꝫ prima est.8.physi.tex. com.30. qui vult quod omne quod mouet se diuidatur in duo quorum alterum est primum mouens: ⁊ alterum primū motum: necesse est inquit vt motor in quolibet eorum sit distinctum a moto. hec ille.

Secūda ꝑpositio per q̄ꝫ probatur prima ē ista quod nihil mouet se primo quia tunc quiesceret ad quietem partis ⁊ ñ quiesceret ad quietem eius que ponitur.7.physi.tex.cō.pͥ ⁊ ideo ex hoc sequitur quod ī quocūq; corpore mouēte se sit talis distinctio. s. motoris ⁊ moti. Sed Angelus nō diuiditur in duo quorum alterum sit primum mouēs alteruꝫ primū motū cū sit simpliciter īdiuisibilis: ergo non potest mouere seipsum.

¶ Ibi. Ad secūdū argumentum dicit Doc. ꝙ auctoritas philosophi.8.physi.t.c.30.intelligitur de mouente ⁊ moto per cognitionem: quia potentia motiua que est organica: ⁊ per consequens constituta ex anima et tali organo: sicut de potentia visiua dictum est in primo.d.tertia: quest. sexta requirit: non tantum distinctionem anime ⁊ corporis: sicut inter mouens ⁊ motum. sed forte in ipso corpore: in quo est virtus organica requirit partem corporis mouentem distinctam a parte mota: sed non est sic de mouente se non organice: quia est totum vniforme quantum ad actum primū ⁊ totum in potentia quantum ad actum secundum. Exemplum de lapide tenendo quod grauitas lapidis sit principium mouendi talis grauitas est vniformiter in toto lapide quia totus lapis est grauis: ⁊ similiter tota substantia lapidis est tota in potentia ad vbi deorsum. De isto autem motu organico ⁊ de eius differentia a motu non organico: vide doc. in.4.distin.49.q.14. Exēplum ad phē; pōem p̄ itelligi d mouēte ⁊ moto p cognitione

¶ Ibi. Sed ad probationem illius propositionis que accipitur ex pͥcipio.7.physicorum vbi probatur quod nihil mouet se primo. Hic doctor primo exponit quomodo accipiatur ly primo ⁊ licet aliqualiter expositum sit in primo. d.19.q.2. Hic tamen prolixius exponit: ⁊ primo dicit ꝙ aliquid mouetur primo accipiēdo ly primo pro eo quod est secundū se totum: ⁊ tunc illud dicitur moueri primo qđ mouetur sꝫm omnem partem sui: ⁊ tunc ly primo opponitur ei ꝙ est moueri secundum partem: sicut dicimus ꝙ homo mouetur quia aliqua pars principalis mouetur ⁊ similiter dicimus ꝙ homo est crispus: quia aliqua pars eius est crispa. ⁊ sic Arist. accipit pͥmo moueri. s. secundum se totū in.5.physi.t.c.pͥmi. vbi distīguit ꝙ aliquid mouetur secundum accidens: aliquid secūdum partem: ⁊ aliquid pͥo trāsmutatur ꝗ liquid transmutās omne: aliquid quidem secūdum accidēs vt cum dicimꝰ musicum ambulare quoniā cui accidit musicum hoc ambulat: hoc autem in aliqd: huius mutari simpliciter dicitur mutari vt quecūq; dicuntur secunduꝫ ptes

sanatur enim corpus: quia oculus aut torax hec autem partes totius corporis sunt. Est autem etiam aliqd qđ neq secundum accidens mouet: neq in eo quod aliquid ipsius: sed in eo quod ipsum mouetur primo. Et hoc est secundum seipsum mobile. hec ille. Sequitur ⁊ similiter in. 6. physi. t. c. 44. vbi dicit phūs ꝙ quicqd mouetur in aliquo tēpore primo mouetur in aliquo tempore primo: mouetur in quolibet illius tpis. In quo inquit primo mutatū est quod mutatū est necesse est athomū esse. Dico aūt primū quod nō ꝑ alterū aliquid ipsius eē huiusmodi sic: hec ille: ⁊ vide ibi cōmentatorē diffuse. ¶ Sequitur. Ibi aliomodo hoc qđ est primo dicit causalitatem precisam quomodo accipitur in primo poste. t. c. 11. in diffinitione vniuersalis: vniuersale inquit: dico ꝙ cum de omni sit: ⁊ per se est secundum quod ipsum est: per se aūt ⁊ secunduz quod ipsum est idem est: ⁊ parum infra vniuersale autē est: tunc quod cum in quolibet ⁊ primo demonstratur. Accipit ergo hic doctor primo: vt dicit causalitatem precisam: sicut dicimus quod homo est primo risibilis: id est ꝙ ipse homo est causa precisa et adequata: quia sit risibilis: ⁊ non pars hominis puta corpus vel anima. Et differentia istorum stat in hoc: quia quod conuenit alicui primo secūdo modo: si remouetur a quolibet alio ꝙ nō est ipsum: vel etiaz a qualibet parte ipsius adhuc ꝯuenit sibi: nam si risibile remouetur ab asino. a Francisco ab anima a corpore adhuc hec erit vera homo est risibilis: similiter patet de habere. 3. respectu trianguli. Illud vero ꝙ conuenit alicui primo accipiendo ly primo primomō si remouetur ab aliqua ei⁹ parte statim remouetur ab ipso cui dr̄ ꝑmo ꝯuenire: dicim⁹ eīn quod aliquod graue mouetur primo secundum se totum. i. scđm oēm partē: si ergo motus remouetur ab vna eius parte: falsum erit dicere quod ipm graue moueatur primo secundum se totum: ꝙ patet: qꝛ nō secūdum omnes partes. ¶ Ibi. Dico tunc ꝙ ratio Arist. ī principio ⁊ dicit ꝙ ratio Arist. bene probat ꝙ nullus corpus mouetur a se primo: ac duplici primitate simul: qꝛ tunc simul quiesceret: ⁊ non quiesceret: patet accipiendo graue qđ dicatur a. habens decem partes: si mouetur primo accipiendo primo secundomodo tunc remoto ipso moueri ab oībus eius partib⁹ adhuc a. mouetur: vt supra patuit: si ēt hoc mouetur primo accipiēdo primo primo modo. i. secundum omnes partes: tunc vna parte quiescente non conuenit sibi moueri primo isto primomō: ꝯ simul quiesceret ⁊ nō quiesceret quod est impossibile: nō quiesceret eīn si moueretur primo accipiendo primo secundo modo etiam omnib⁹ partibus quiescentibus ⁊ ex alia parte quiesceret ad quietem vnius partis accipiendo primo primo modo: ⁊ hoc est quod dicit in ista lra. ¶ Ibi. In ꝓposito aūt dico quod graue mouet a se primo: quia sm̄ quālibet partem ⁊ mouet et mouetur ⁊ cuilibet parti competit licet nō primo: quia inquantum est in toto ⁊ mouere ⁊ moueri: vult dicere doc. ꝙ graue mouetur primo accipiendo primo primomō: sic qđ scđm quālibet partem mouet ⁊ mouet cuilibet ꝑti cōpetit licet nō primo: sed inquantū est ī toto. i. ꝙ quelibet pars ꝗtumcunq minima ipsius grauis mouet ⁊ mouet prout est exñs in toto: qꝛ si daret aliqua minima pars grauis separata ꝗuis esset diuisibilis in plures partes non tñ possit mouere: vt supra patuit in. q. p̄cedenti de minimo sensibili.

¶ Ibi. Sed nūquid conuenit graui primo moueri deorsū primitate secūdo modo dicta. Dicit doc. in hac litera. ꝙ accipiendo graue in cōi: est cā p̄cisa ipsius moueri deorsum in cōi conuenit sibi primo accipiēdo primo: secundo mō: patz qꝛ si moueri in cōi remoueat a quolibz inferiori ipsius grauis: vel a qualibet parte essentiali ipsius adhuc erit vera graue pōt moueri deorsum: qꝛ grauitas est p̄cisa causa q̄re hoc p̄dicatū insit sibi: ⁊ similiter accipiendo hoc graue puta lapidem bipedalem conuenit sibi hoc moueri primo: qꝛ hoc graue est causa precisa huius moueri sicut dicimus qđ hoc risibile primo conuenit francisco: quia frācíscus est cā p̄cisa: quare hoc risibile insit sibi. Si etiā accipiatur aliqua pars ipsius grauis bipedalis: puta pars semipedalis erit cā precisa huius moueri competētis sibi: ita ꝙ hoc moueri particularis primo cōuenit illi parti. Et quod dicit infra: non ergo totum homogeneū graue mouet a se primo. vt est cōe sibi ⁊ cuilibz ita ꝙ moueri vt ē cōe sibi ⁊ cuilibet ꝑti ei⁹ īsit sibi ꝑmo scđz hāc ꝑmitatē: qꝛ tūc ñ remoueret a toto ⁊ si remoueretur a parte hoc autem est falsum propter aliam primitatem necessario concurrentem. ⁊c. Dicit doc. quod accipiendo graue puta pedale quod est quoddam homogeneum: quia sicut totū graue ita ⁊ quelibet pars eius grauis graue nō mouetur primo loquendo de primitate secundo modo: quia si sic tūc remoto motu a qualibet parte eius adhuc moueretur primo: quod est falsum propter aliā primitatē competentē sibi: quia ipsum graue singulare non pōt moueri primo: nisi quelibet eius pars moueatur cum moueri totius ⁊ moueri partium sint homogenea: quia eiusdem rationis sed nō sic est de isto homine: si remoueat risibilitas a partibus integralibus vt patet. ¶ Sequitur. Tñ graue hoc. primitate causalitatis videlicet precise mouet hac motione. Dicit doc. in ista litera quod accipiendo moueri primo qđ est moueri totale conuenit ipsi graui vt graue est cā p̄cisa illius: ⁊ etiam competeret sibi si remoueret a qualibz parte eius. Et nota bene qđ nunc dicit Doctor: quod si moueri remoueretur simpliciter a partibus adhuc cōpeteret sibi: quia hoc est impossibile: sed accipiendo sic ꝙ moueri totale si remoueretur a partibus immo de facto remouet adhuc sibi competeret: quia hoc est verū. s. ꝙ graue primo mouetur loquendo de motu totali precise competenti ipsi graui ⁊ tamen hec est falsa: quod pars moueatur motu totali: quia pars mouetur tātum motu partiali. ¶ Ibi. Sed obūcies quod saltem remouetur a toto graui motio totalis. ⁊c. Dicit doc. si graue pedale potest moueri primo hac secūda primitate vt dicis ergo remoto motu ab aliqua ꝑte eius loquendo de motu partiali adhuc poterit moueri primo ꝙ est falsum. ¶ Ibi. Respondeo ⁊ dico ꝙ hoc totale graue. ⁊c. Tota vis huius litere stat in ista propositiōe: sed quod conuenit alicui primo ista secunda primitate non remouet ab eo si remoueatur a parte. Hec propositio sic est exponēda si subiectum est causa precisa ⁊ adequata puta a. ⁊ ipm a. passio nō integratur ex pluribus: sicut dicimus ꝙ homo est cā precisa ⁊ adequata risibilitatis: ⁊ ipsa risibilitas non integratur ex pluribus risibilitatibus: vel ex pluribus partibus risibilitatis hoc modo quod cōuenit alicui primo nō remouetur ab eo si remoueatur a partibus: si vero subiectū dicitur causa ipsius precisa non ex sua ratione formali: sed qꝛ integratur ex pluribus partib⁹: ita ꝙ quelibet ps ibi cōcurrit vt cā partialis ad ipsum a. itegratū ex plurib⁹ tūc nō sequitur ꝙ si a. ꝯuenit alicui ꝑmo ꝙ ipō remoto ab aliq̄ ꝑte ipsi⁹ subiecti ꝙ adhuc cōpetat sibi: ⁊ sic est ī ꝓposito q̄a cū dico ꝙ graue pedale est cā p̄cisa motus localis: ipsum graue pedale sic integrat ex ꝑtib⁹ suis homogeneis ꝙ quelibz pars concurrit partialiter ad ipsum moueri: ⁊ ipse mot⁹ q̄ conuenit primo integratur ex motibus partialibus cātis ex subiectis partialibus: ideo non sequitur quod si moueri competat primo graui pedali: quod adhuc sibi posset competere si remoueretur a partibus et sic finis huius questionis.

nota hāc expōē lrē

Questio Undecima.



Vndecio querit doc. An āgelus possit moueri in īstanti. Titulus. q. sic debet intelligi an āgelus possit se transferre de vno loco ad aliū locuz in instanti. ¶ Ibi. Hic dr̄ qđ angelus pōt moueri in īstāti. sed non tēporis continui: sed discreti: ⁊ hec est opi. Tho. in prima ꝑte sue. q. 53. arti. 3. vbi sic dicit Tho. quod motus localis angeli pōt esse continuus ⁊ non continuus: ⁊ sic potest mensurari tempore continuo ⁊ tempore discreto. continuitas. n. tpis est ex ꝯtinuitate motus: sed istud tp̄s siue sit tēpus continuuz siue non: non est idem cum tempore quod mensurat motum celi: ⁊ quo mēsurātur oīa tēporalia q̄ hñt mutabilitatē ex motu celi. motus āgeli nō depēdet ex motu celi ⁊ rñdēdo ad tertium argumentum sic dicit tempus aūt motus angeli pōt esse non continuum ⁊ sic angel⁹ ī vno īstāti ꝑt eē ī vno loco ⁊ ī alio īstāti in alio loco nullo tēpore intermedio existente. si autem tempus motus angeli sit cōtinuum angelus in toto tempore precedenti vltimum nunc variatur per infinita loca: sicut ipse ponit in arti. 2.

Declaratio tituli qōnis.

¶ Dicit etiam aliam conclusionem in corpre. q. ꝙ non est possibile vt aliquid in toto tempore precedēte quiescat in vno termino: ⁊ postea in vltimo instāti illi⁹ tpis sit ī alio termino. ¶ Ibi ali⁹ doc. dicit de isto tp̄e discreto: ⁊ est Hen. q̄

li.13.q.7.ꝙ vult ꝙ angelus possit moueri ⁊ in istãti tpis cõtinui ⁊ in instãti tpis discreti: vult em̃ Hen. vt supra patuit ꝙ iter duo instãtia tpis discreti: cadat quasi quies media ipsius angeli cũ pte media tpis nostri.i.ꝙ instãti tpis discreti coexistũt instantiã tpis nr̃i: ⁊ sicut inter duo istãtia tpis nr̃i cadit tps mediũ: ita vult ꝙ inter instantia tpis discreti cadat quies media coexñs tpi nr̃o medio: ⁊ hoc idõ posuit quia si instãs tpis discreti: q̃ corñdent instantibus tpis nr̃i ẽẽnt oĩno ĩmediata: sequeretur ꝙ sicut tp̃s discretũ diceretur discretũ qꝛ cõponeretur ex hm̃õi instãtibꝰ sibi ĩmediãtibꝰ ꝙ ẽt tp̃s nostrũ ẽẽt discretũ: qꝛ instãtia essent sibi ĩmediata ⁊ doc. arguit cõtra hãc opi. Hen. ¶ Ibi. Sed cõtra illã secũdã positionem probatũ est supra ꝙ nõ est necesse operationẽ ãgeli durare cũ instãtibus tpis nr̃i.⁊c. Ex quo em̃ hen. vult ꝙ vna opatio angeli mensuretur vno nũc tpis discreti ⁊ vult ibi ꝙ illđ nũc coexistat de necessitate pluribꝰ istãtibꝰ tpis nr̃i: ⁊ ꝑ cõsequens pluribus partibus tpis nostri: cũ inter q̃cunqȝ duo instãtia sit tps mediũ: vult ẽt hen. ꝙ illa duratio operationis sit rõ quietis in termino transitus subiti. ¶ Contra arguit doc. quia ex quo probatũ est supra.s.d.2.q.4.arti.1. huius secũdi: ꝙ vna intellectio angeli põt tm̃ durare per instans: ita ꝙ coexistat tm̃ vni instanti tẽporis nostri: ergo illa duratio non erit rõ quietis in termino transitus subiti. Sequitur quare ẽt necesse erit ponere angelũ post transitũ subitum quiescere non videtur aliqua rõ: quia dixit henri. qđ qñ angelus transit subito de loco a. ad locum b. non p̃t trãsire de loco b. ad locũ c. nisi quiescat prius in ipso b. ⁊ dicit doc. qđ non vr̃ ista necessitas: sed tm̃ fuga ne ponatur tp̃s nostrũ discretũ ex hoc qđ ponitur talis trãsitus eius discretũ tp̃s. Ibi. Preterea ꝙ ponit ꝙ in tali nũc põt mutari: ita ꝙ simul habeat plura vbi equalia inter q̃ nõ erit ordo nisi tm̃ nature vel imaginationis: nõ aũt durationis: videtur ĩpossibile ꝙ angelus virtute sua naturali habeat in vno instanti tpis nostri ⁊ sui plura vbi sibi equalia: ⁊ hoc declarat exemplum de graui qđ ipsi adducũt ad oppositũ: si enim vacuũ posset cedere corpori ibi posito: ⁊ ita ẽẽt motus in vacuo: non esset intelligibile ꝙ graue esset in pluribus vbi sibi eq̃libus: sed prius in vno vbi q̃ȝ in alio vbi ⁊ prius in priori vbi quam in posteriori: ⁊ prius duratiõe vna pars grauis esset in spacio quam alia pars. Quod etiam ipse adducit de corpore quod pertransit in infinita vbi in tpe finito: propter hoc quod non est nisi in potentia in illis vbi. Si eñ corpus pedale mouetur per spacium bipedale: certum est quod pertransit infinita vbi in tempore finito: puta in medietate hore: ergo a fortiori videtur quod angelus possit ꝑtransire illud spacium in aliquo instanti: vt arguit Hen. Dicit doc. ibi. Bene concludit quod tempus angeli potest esse ex partibus finitis eiusdem quantitatis: puta quod sit tp̃s vnius diei: tunc tale tempus erit compositũ ex.24. horis que sunt partes eiusdem quantitatis: licet omnes partes ille sint diuisibiles in infinitum: ⁊ in illo tempore potest ꝑtransire spacium infinitum non in actu sed in potentia: puta quod in illo tempore potest pertransire spacium vniꝰ miliaris: quod spacium licet actu sit finitũ: est tñ diuisibile in ꝑtes infinitas: ⁊ sic est infinitũ in potentia. ¶ Improbata opinione Henrici restat nũc improbare opi. Tho. vbi doc. contra duo principaliter arguit: primo contra hoc quod dicit angelum moueri in instanti temporis discreti: ⁊ secũdo contra hoc quod dicit quod est necesse angelum quiescens in aliquo loco per aliquod tempus etiã quiescere in vltimo instanti illius temporis ⁊ post instans quietis mouetur in instanti ad alium locũ. ¶ Contra primum arguitur principio q̃stionis. ibi. Contra primã positionem arguo.⁊c. si angelus moueretur in instanti temporis discreti tunc cõtradiceret sibimet: quia ex quo angelus per ipsum est in loco ꝑ operationem vt tenet ĩ prima parte sue. q.52.art.1.⁊.2. puta per motionem alicuius corporis: ⁊ cum illa motio mensuretur tempore vel instanti temporis nostri: sequitur ꝙ motio q̃ mouet se localiter mensuretur eodem modo: cum iste motiones sint locales ⁊ eiusdem rationis: ⁊ sic sibi contradiceret. Et licet tho. in prima parte sũme. q.53.art.3. in corpore. q. sic dicat tempus siue sit continuũ siue nõ.s. quo mẽsuratur motus localis angeli non est idem cum tempore ꝙ mensurat motũ celi ⁊c. tñ quia motus localis quo aliquod corpus mouetur ab angelo videtur simpliciter esse idẽ vel saltem eiusdem rationis cum motu locali quo angelus mouetur: cum ipse non sit in loco nec localiter moueatur nisi ꝑ operationem transeuntem: cum ergo tp̃s q̃ mensuratur motꝰ localis corporis motĩ ab angeli mensuretur tẽpore nostro continuo: vr̃ ꝙ ẽt motus localis ipsius ãgeli mensuretur tẽpore nostro continuo. ¶ Sequitur. Si aũt itelligat đ operatione ĩmanente.s. intellectione ⁊ volitiõe illa vt supra patuit p̃ñti di.q.4. nec est in tempore nostro cõi: nec in alio sȝ in euo sm̃ eũ. Hic tñ aduerte ꝙ tho. expresse vult in prima parte summe. q.10.art.5. rñdendo ad primum argumentũ principale: ꝙ hm̃õi operationes mẽsurẽtur tempore: vnde sic ait ad primum dicendum: ꝙ creature spũales quantum ad affectiões ⁊ itelligentia in q̃bꝰ est successio mẽsurãtur tẽpore. quantum vero ad eorum esse naturale mẽsurãtur euo sed quantum ad visionem glorie participant eternitatem hec ille: nisi forte ipse Tho. in alio loco dicat ipsas mensurari euo. Sed quicquid sit de hoc parum refert: quia tho. concedit quod angeli sunt in loco per operationem transeuntem ⁊ non ĩmanentem ⁊ ex hoc reducit tho. ad contradictionem. ¶ Ibi. Preterea ratio sua nõ vr̃ cõcludere. Hic Doc. arguit cõtra secũdum principale probando ꝙ nõ sit necesse quiescens per horam etiã quiescere in vltimo instãti illius hore si debeat moueri. ita quod si ãgelus quieuerit per totã horam ĩ vltimo istanti illius hore nõ poterit moueri: sȝ oȝ illum q̃escere in vltĩo ĩstãti. Cõtra hoc arguit Doc. qꝛ si sic opus esset quiescere in vltĩo instãti: tũc sbã panis q̃escente sub accidentibus in vltimo ĩstanti ꝓlationis verborum: ⁊ cum in illo instanti sit ẽt ibi corpus christi: vt probatum est ĩ quarto in materia de eucharistia simul esset pãis ⁊ corpus christi quod est falsum: ⁊ ideo Doc. dicit in quarto vbi supra quod in vltimo instãti quo panis desinit esse sub accidentibus in eodeȝ corpꝰ xp̃i ĩcipit esse sub illis accidẽtibus. ¶ Ibi. Similiter cum aer quieuit in esse tenebroso Hic doc. deducit ad aliud inconueniens scilicet quod illuminatio aeris non fuerit in instãti ĩmo sequeretur qđ aer simul esset sub tenebra ⁊ sub luce puta si aer sit tenebrosus ꝑ totã noctem ⁊ quiescit sub illa tenebra ꝑ totã noctem ⁊ ẽt in vltimo instanti illius tunc alterum duorum sequeretur vel qđ illuminaretur ĩ tempore immediato ad vltimum instãs noctis: vel si illuminaretur in instanti aut in instanti immediato ad vltimum instans noctis: ⁊ sic ĩstãs esset immediatũ ĩstãti ꝙ est ꝯtra phm̃.6.physi.t.c.4. Si vero illumiaretur in vltimo instanti ergo aer simul esset lucidus ⁊ tenebrosus nos autem dicimus ꝙ aer quiescit sub tenebra per aliquod tempus: ⁊ ĩ vltimo instanti illius tpis in quo causatur lux desinit esse tenebra: ita ꝙ non datur vltimum instans sui esse. ¶ Ibi. Et dicas ꝙ ista illuminatio ẽ terminus motus localis quo sol fit presens medio: ⁊ cum motus localis fiat ĩ tpe: idõ talis illuminatio fit in tpe ⁊ sic nõ esset inconueniẽs aerẽ quiescere sub tenebra in vltimo instãti noctis. ¶ Ibi cõtra. põatur sol creatꝰ de nouo. Hic doc. instat sic: qꝛ si põatur nũc mediũ dispositũ qđ q̃escat sub tenebra per totã noctẽ: ⁊ in vltimo instanti illius noctis creetur sol optime dispositꝰ circa tale medium: certũ est in eodẽ instãti illuminabit medium ⁊ sic non opȝ recurrere ad motũ solis localeȝ ponẽdo quod creetur p̃ñs medio in instanti vltimo. ¶ Sequitur nõ ẽt licet cũ vbi terminãte motum localẽ. Hic doctor adhuc improbat illam responsionem in qua đꝛ qđ illuminatio est terminus motus localis: quia terminus motꝰ localis solis est aliquod vbi de nouo acquisitum: sed illuminatio medĳ que sequitur ad motum localem solis: non est aliquod vbi: vt patet: ergo nõ est per se terminus motus localis: sed magis ipsa illuminatio đꝛ terminus alterationis: quia aer alteratur recipiendo nouam illuminationẽ. Sequitur nec etiam potest ꝑ hoc euadi quin aer quieuerit sub esse tenebroso vsqȝ ad hoc instans. Ibi. Preterea si opȝ angelum in quocũqȝ tpe quiescentem in vltimo instanti illius tpis ĩmutatum esse in eodem vbi dicit doc. in ista litera ꝙ si oȝ ipsum angelum quiescentem in aliquo loco puta per horam q̃escere in vltimo instãti illius hore: ⁊ immediate post illud instãs moueri localr̃ sequitur ꝙ nullo modo moueri nec ĩ tpe continuo nec in tempore discreto: qꝛ aut moueretur in instãti mediato vltimo ĩstanti q̃etis aut in ĩstanti ĩmediato non mediato qꝛ tunc inter duo instantia esset tp̃s discretũ corñdẽs tpi nr̃o: ⁊ sic opꝰ esset ip̃m q̃escere ꝑ illud tps qđ pȝ: quia tu dicis ꝙ tantum mouetur in instanti mediato q̃ȝ in tpe ĩmediato quiescit: ⁊ ex alia parte dicis ꝙ qñ quiescit in aliquo tpe oportet ipsum quiescere in vltimo instanti illius tpis: vltimũ aũt instans istꝰ tpis discreti ĩmediati est hoc instãs mediatũ ⁊ sic opꝰ esset ip̃ȝ q̃escere ĩ ĩstãti ⁊ nũq̃ȝ moueri: si ergo opus esset q̃escere ꝑ totũ tp̃s ⁊ ĩ vltimo ĩstanti illꝰ ⁊ in

ꝯtra Hẽ.

Doc. arguit ꝯtra.

instanti mediato moueri nunq̃ꝫ posset moueri nec in tp̄e no stro nec in instanti tp̄is nr̄i. Si aūt illud instans est imedia tum aut corr̄ndet istanti tp̄is nr̄i: ⁊ sic instan. tp̄is nr̄i erūt imediata: si aūt tp̄s nr̄m corr̄ndet illi instan. imediato: ꝙ sequit̄ ꝙ angelus nō possit moueri instantanee: quia illud instans per te coexistit p̄ti tp̄is nr̄i: in q̄ vel cum qua pōt cō tinue moueri vel quiescere. Sequitur ꝓpter istud argumē tum forte ponit̄ secunda positio. s. henrici ꝙ inter duo instā tia tp̄is discreti cadit quasi quies media ipsius angeli cū p̄ te media tp̄is nostri. Sed cōtra illā scd̄am positionem ꝓba tū est supra ꝙ nō est necesse opationē āgeli durare cū instan ti temporis nostri.

Has tamen instātias quas facit doc.

Tho. Ga ietan⁹ i.1. pte. s. tho. q.53. ar.3.

cōtra tho. vꝫ cōtra eius dictū: quidā nouus expositor in p̄ ma pte scti tho. q.53. arti.3. nititur soluere: p̄mo p̄mittit ali qua ⁊ scd̄o respōdet ad instātias: quātū ad primū sic dicit. Sciendū est igit̄: ꝙ in toto tp̄e dupl'r distribui potest p̄mo i ptes tm̄ vt idē sit dicere i toto aliq̄ tp̄e: ⁊ i q̄lꝫ pte illi⁹ tp̄is. scd̄o in partes ⁊ in quocūqꝫ illius sunt. Et sic idē est dicere in toto aliquo tp̄e ⁊ in qualꝫ parte: ⁊ in quolꝫ instāti illi⁹. Et q̄uis vtroqꝫ mō propositio sit in vsu: in ꝓposito tm̄ in p̄mo sensu a phis ⁊ theologis intelligitur. Alioquin etiā impli catio in adiecto dicere cū ex aqua sit ignis: in toto illo tp̄e ē aqua ⁊ in vltimo instāti est ignis. Et in hoc sensu constat p̄ mā opinionē dixisse ꝙ angelus in toto aliquo tp̄e quiescit ⁊ in vltimo illius instāti nouū locū acquirit. Et qm̄ realiter ⁊ nō apparenter. s. tho. intēdit sibi cōtradicere: idcirco oꝫ di cere in eodem sensu distribui: ly in toto tp̄e. Ita ꝙ cōtrouer sia est: an ista ꝓpositio a. quiescit in aliquo toto tp̄e. i. in qua libet parte alicuius tp̄is: ⁊ in vltimo instāti illius aliter se hēat: sit possibilis prima em̄ opinio reputauit eā possibilē ⁊ sup ipsam fundauit propositionem suā: sanctus tho. vero reputat eā impossibilē ⁊ hec de primo.

¶ Quo ad secundum dr̄ ꝙ hec propositio est vera gratia materie nō aūt gratia forme. i. nō verificat̄ in oībus termi nis sed in istis. Et declarat̄ vtrunqꝫ: p̄mo ps negatiua: q: ex esse tale in aliquo toto tp̄e: nō formal'r infertur esse ēt ta le in vltimo instāti illius tp̄is: ista em̄ cōditionalis nō est ne cessaria. Si est homo in aliqua hora: ergo in termino illius hore est homo: immo de facto apparet illius falsitas de ho ra mēsurante eius corruptionē. Euidens est aūt rō quare nō teneat formal'r: quia. s. totū tp̄s p̄cedēs suū terminū cō parat̄ ad illud vt prius ad posterius: nec est necessarium ꝙ si est tale in priori mēsura: perseuerare tale in posteriori: ps vero affirmatiua declarat̄. Aduertēdo ꝙ cū intētio. s. tho. sit tractare de naturis ⁊ naturali'r cōpetētibus ipsis āgelis tā ꝯm statū nature q̄ꝫ grē: nō est hic sermo de possibili aut ipossibili logico ⁊ respectu potētie diuine sꝫ de possibili phy sico in quo attēdit̄ quid rei ordini cōgruat seclusis miracu lis: nō quid deus possit. Et hoc sp̄ ē attēdēdū i scrutādis re rū naturis sectātib⁹. s. tho. doctrinā: dr̄ ꝙ ipossibile ē ꝯꝫ or dinē rerū naturalū aliq̄d hēre eē q̄etū i toto aliq̄ tp̄e ⁊ i fi ne illi⁹ alit' se hr̄e qm̄ oē factū eēt i rōe t'mini ad quē seu oīs t'min⁹ p̄cedit̄ ꝯm nature cursū ab aliq̄ fieri: hꝫ ei hoc rerū or do expientia teste: vt nihil nouū tā repēte fiat p se: q̄n aliq̄ p̄cesserit via ducens ad illū t'minū. Et ꝓpterea cū hr̄e aliq̄d eē sub q̄ete nō sit via ad alt'itatē siue acq̄sitiuā siue d̄positi uā. Sꝫ hr̄e illd̄ eē i motu: q: hoc ē acq̄rere vel pdere ꝯñs est vt quiescens in aliquo toto tp̄e i termino illius eodē mō se hēat. Alioq̄n venisset ad terminū ad quē nō p̄cessisset. Qd̄ aūt in t'mino alit' se hꝫ q̄ꝫ prius p̄cedente motu ad terminū peruenit.

¶ Ad istantias aūt adductas contra propositionem sic in tellectā facile pꝫ ex dictis rn̄sio qd̄ ei adducit̄ de trāsubstā tiōe dupl'r d̄ficit: p̄mo q: illd̄ nō est naturale sꝫ miraculosū valde: ac p hoc ad potētiā dei spectat. Secundo in hoc qd̄ trāsubstātiatio nullā hꝫ q̄etē oppositā: nisi abuti velim⁹ vo cabulis. cū nec motus ipa sit. Ad scd̄aꝫ istātiā de illumina tione dr̄ ꝙ illuminatio ē termin⁹ motus localis. Et ad ob iectiones ꝯtra hoc. rn̄dēdo ad primā dico ꝙ q̄uis illumina tio absolute p accn̄s t'minet motū localē. qm̄ scim⁹ ptes ꝓ piq̄s corpi solari ppetui eē lumis nullo accessu vel recessu solis ab eis ꝯcurrēte tm̄ illuminatio noua de q̄ tm̄ pn̄s p̄t eē sermo ad ꝓpositū p se est terminus motus localis. nō p se p̄ mo sꝫ p se scd̄o ꝯꝫ nature cursū. Et ex hoc patꝫ rn̄sio ad ꝯm q: s. nō ē ad ꝓpositū q: de dei potentia non de nature cur su loquitur.

¶ Ad tertiam vero dicitur ꝙ quamuis aer quiescat secun dū esse absolutū in toto tp̄e p̄cedente pn̄tiā solis: nō tamē q̄escit ꝯm eē relatiuū q: cōtinue aliter ⁊ aliter se hꝫ ad solē ꝯm eē ꝓpinquū vel distās: q: ad relationē nō est per se mot⁹ vt dr̄. 5. phy. Sed aliq̄d p̄t aliter se cōtinue hr̄e ꝯm eē rela tiuū ꝓpter motū nō in se sed in alio ad ipm̄ hn̄te ordinē ali quē: iō stat quod aer non quiescat sub tenebra nec moueat̄ sed hn̄s eā cōntinue aliter se hēat ꝓpter motū alterius ꝯm eē respectiuū ducēs ad exclusionē tenebre: ⁊ acq̄sitionē lu minis. Et vtrūqꝫ hor̄ ponit̄ satꝫ rationabiliter. Nā q: ad relationē non est motus ergo nec quies: qm̄ circa idem hn̄t fieri: sed loco motus est aliter se hr̄e ⁊ loco quietis eodē mō se hr̄e. Et q: priuatio luminis. s. tenebra non radical'r i ali qua forma contraria lumini: sed in relatiōe distātie seu ab sentie inter diaphanū ⁊ lucēs: cōsequēs est ꝙ aer absqꝫ mo tu in se: aliter se hēt cōtinue ꝯm esse tenebrosuꝫ cōsecutiue Ex hoc ꝙ aliter se hēt continue secūdū esse ꝓpinquū ad so lē per motū ipsius solis. Tertia deinde instantia multipl'r deficit non intelligens mentē. S. Tho. loquētis de ꝓpria mensura motus angelici: ⁊ de aliter vel eodē mō se hr̄e in vltimo istanti in ratione termini ad quē: ⁊ nō qualitercūqꝫ ⁊ de motu non p acquisitionē simplicē ipsius termini: sꝫ vt exposuimus in titulo: vñ instantia illa equiuocat primo d̄ motu angeli: intendens motus noīe termini acquisitioneꝫ: scd̄o conueniendo ēt secū vocabulo. Dico ꝙ angelus pōt in vltimo instanti tp̄is alicuius esse in aliquo loco: ⁊ vt in termino ad quē ⁊ vt in principio motus: q: p̄t postqꝫ nusq̄ꝫ fuit: in vno instanti sui tp̄is coexistēti vltimo instanti alicuius hore applicare se loco. Tunc enim in tota hora nusq̄ꝫ fuit: ⁊ i vltimo est hoc: qd̄ apud. S. Tho. non est moueri sed mu tatū esse: vt in termino vero ad quem: q: pōt angelus i duo bus instātib⁹ sui temporis immediatis diuersis locis suc cessiue se applicare. Ita ꝙ illa duo instantia coexistant vni hore: sic ꝙ secūdum coexistat vltimo instanti hore ⁊ primū toti tempori precedenti.

Iste nouus expositor

anteq̄ꝫ rn̄deat ad istātias Doc. multa dicit q̄ non vn̄t sic esse vera vt ipse asserit. Et prio cū dicit ꝙ hec disti ctio est in vsu. s. moueri in toto aliquo tp̄e p̄t exponi dupl'r primo vt idē est ꝙ in qualibet pte illi⁹ tp̄is excludendo in stans scd̄o in qualibet pte tp̄is ⁊ in quolibet illi⁹ icludēdo instan. tp̄is. isto scd̄o mō nec est de rigore sermōis nec cō muniter in vsu. quia cū dico mouet̄ in aliquo tp̄e puta i ali qua hora nō p̄t intelligi: nisi de qualibet parte illi⁹ q: verū est ꝙ data quacunqꝫ parte hore mobile mouetur: sed nullo mō p̄t exponi ꝙ moueat̄ in quolibet illi⁹ hore: accipiēdo ly quolibet ꝓ instanti: q: tūc sequeret̄ ꝙ in quodlibet instanti illi⁹ hore moueretur: qd̄ est ipossibile cū mot⁹ nō fiat in istā ti. Et hoc est qd̄ intendit ēt Ari. 5. phy. t. c. p̄mi vbi vult ꝙ illud qd̄ mouetur secundum se prio: intelligat̄ moueri ꝯm quālibet parteꝫ eius: accipiuntur ibi partes tm̄ diuisibiles nō aūt indiuisibiles pꝫ q: idiuisibile nō mouetur sup aliqd̄ spaciū: vt pꝫ p Ari. 6. physi. t. c. 7. Ista ēt expō ē ꝯtra phi losophū. 6. phy. t. c. 44. vbi vult ꝙ q̄cq̄d mouet̄ in aliq̄ tē pore prio: mouet̄ in quolibet illi⁹ tp̄is. i. in qualibet pte tp̄is illius: vt pꝫ ꝙ nullo mō p̄t exponi de instanti cū sit simpl'r i possibile aliqd̄ posse moueri in instanti: quod tamē seque retur si ille secundus modus esset verus ⁊ in vsu. ¶ Se cundo dicit iste ꝙ propō tho. est tm̄ vera grā materie nō au tē gratia forme cum non sit in omnibus vera ista. s. ꝓpō q̄e scens in aliquo toto tp̄e nō p̄t aliter se hr̄e in vltimo instan ti illius tp̄is: ⁊ dat instantiā iste contra illam ꝓpositionem quia sequitur homo est in aliqua hora ⁊ tm̄ nō sequitur ꝙ in vltimo instanti illi⁹ hore sit: ponēdo ꝙ in fine illius hore se quatur corruptio q: tunc daretur vltimum instans sui esse Quāuis hoc sit bene dictū forte tamen non est sic ad men tē tho. vbi ipse dicit. Naꝫ tho. in pria parte. q. 53. art. 3. sic dic̄ de rōne em̄ q̄etis est ꝙ q̄escēs non alit' se hēat nunc et prius. Et ideo in quolibet nunc tp̄is mēsurātis quietē q̄e scens est in eodē ⁊ in prio ⁊ in medio ⁊ in vltimo. Et parū infra: pꝫ ꝙ quiescere in toto tp̄e in aliquo puta in albedie est eē in illo in quolibet instanti illius tp̄is. Vñ nō est possi bile vt aliq̄d in toto tp̄e p̄cedente quiescat in vno termino ⁊ postea in vltimo instanti illi⁹ tp̄is sit in alio termino. hec tho. Ex qua lr̄a pꝫ expsse ꝙ illa ꝓpō ē vera apud tho. non tm̄ de materia sed ēt de forma nisi extorqueat̄ lr̄a. Et qd̄ di cit ēt iste expositor ad mentē tho. ꝙ si aliq̄d est tale in prio ri mensura non ē necessariū pseuerare tale i posteriori mēsu

Improba tio thom. Gaietani

Gaietanū ingeniose hic taxat.

ra si accipiat posteriorem mensuram pro vltimo instāti pōris mensure: hoc patet expresse esse cōtra positionē tho. dicentis quiescere in toto tpe in aliquo: puta ī albedine est eē in illo in quolibet instāti illius tpis. Si aūt accipit posteriorē mēsurā pro tpe mediate sequenti vltimū instans prioris mensure tūc propō est vera ad mentem tho. sed tunc propō est cōtra ipm exponētem: qꝛ ipse vult ꝙ non sit necesse quiescere in vltimo instanti prioris mensure: vt pꝫ ex dict̄ eius.

¶ Tertio dicit iste ad mentē tho. ꝙ via naturali nō est possibile ꝙ qescēs in aliquo toto tpe in vltimo instāti illius tēporis aliter se hēat: qꝛ oē factū eē ī rōne termini ad quē seu oīs terminꝰ precedit̄ fm cursum ab aliquo fieri: hoc dictū pōt hēre multiplicē sensuꝫ: primo ꝙ quiescēs sub aliqua forma puta per horā in vltimo instanti illius hore nō pōt esse sub forma apposita: ꝛ hic sensus est manifeste falsꝰ: pcipue tenēdo ēt fm eos ꝙ forma substātialis acquirat̄ in instāti: ꝛ silr ī instāti depdat̄: tūc sic materia exn̄s sub forma ligni qescit in aliquo toto tpe: ꝛ tū in vltimo instanti illiꝰ tpis nō quiescit sub illo: patet: quia in illo vltimo instāti fit sub forma ignis: nā in pmanētibꝰ dat̄ pmū istās sui nō eē: ꝛ sic ista est ꝟa ī vltīo istāti illiꝰ tpis materia ligni nō est sub forma ligni ꝛ sic desinit esse: pꝫ ḡ: ꝙ ēt fm cursum nature: ꝙ ī vltīo instāti illius tpis fit sub forma ignis. Scōs sensus pōt esse ꝙ qescēs sub aliqua forma substātiali est sub dispōībꝰ facientibꝰ ꝓ tali forma ī aliq̊ toto tpe puta ꝑ diē: ī vltīo istāti illius tpis nō pōt esse sub forma opposita: ꝛ hic sensus est verus: qꝛ ī vltīo istāti illiꝰ tpis nō depdūt̄ accidētia faciētia ꝓ tali forma: sed ī tpe īmediato ad instātiā qetis īcipit moueri depdēdo illa: sed tūc nihil est ad ꝓpositū: qꝛ sunt multa agētia pfecta naturalia q̄ statim inducūt formas in subiecto deposito: vt pꝫ de sole illumināte mediū: pono ēt ꝙ detur aliqd̄ subiectū vltimate dispositū ꝙ qeuerit ꝑ horā sub forma a: certū est ꝙ agēs dispositū ꝛ pn̄s si est vincens ipm subiectū: in vltimo instanti illius hore inducet formā oppositā ꝛ tunc subiectū in illo vltimo instanti non quiescit sub forma priori sed aliter se habebit. Preterea pono ꝙ intellectus puta angeli quiescat sub intellectione a. per horā certū est ꝙ in vltimo instanti illius hore erit sub alia intellectione. pꝫ scōm istū expositorem in prima parte summe. q. 10. arti. 1. vbi sic dicit: ille. s. operationes cum sint immediate sibi inuicem succedentes ꝛ instantanee secūdū se: quia quelibꝫ est tota simul. ꝛc. Nec oportet ipsum recurrere ad instātia temporis discreti quia tunc pono casuꝫ quod intellectio angeli mensuretur instanti tpis discreti: quod corrūdeat tempori nostro vnius hore: ꝛ post sit sub alia intellectiōe ī alio instāti tpis discreti: quero tunc aut illud scōm instans corrūdet vltimo instāti tpis nr̄i: ꝛ tūc habet̄ propositū aut corrūdet alij instātis immediato priori instāti tpis: ꝛ tunc vnū instans tpis nostri esset immediatū alteri instanti: qd̄ est cōtra phm̄. 6. physi. t. c. 4. aut corrūdet tempori immediate sequenti: ergo nō vr̄ talis opertio acquiri instātanee vt ipe dicit. Sequitur ergo quod ista propositio etiam scōm cursum nature: non sit vera. s. quiescens in aliquo toto tpe ī vltimo instanti illius tpis non potest aliter se habere.

¶ Vltimo loco: ostēdo ꝙ responsiones date ad instantias doct. minime euacuent illas. Et patet de prima rn̄sione de pane transubstātiato vbi dicit ipse quod est per miraculuꝫ hoc non videtur ad propositum: qꝛ saltem forma substātialis panis in vltīo instāti sue qetis potest desinere esse ꝑ ītroductionē alterius forme vt supra dixi: ꝛ sic ī vltimo īstanti quietis materia talis forme aliter se habebit: patet etiā ponēdo ꝙ materia panis quieuerit sub forma panis que det̄minet sibi aliquem gradum accidentis: certum est ꝙ in aliquo vltimo instanti quietis panis sub tali gradu poterit desinere esse: tenendo quod tantum sit ibi vnus gradus: accidentis de quo in quarto. d. 12. dico etiam quod hic non oportet se restringere ad miraculum cum Thom̄. absolute dicat quod quiescens in aliquo vno tempore in vltimo instanti illius temporis non potest aliter se habere: vt supra patuit. Et quod dicit post: quod transubstātiatio nullam habet quietē oppositā nisi abuti velimꝰ vocabulis cuꝫ nec motus ipsa sit. Patet hanc responsionem parū valere quia pono quod. a. qescat sub albedine per horam ꝛ in aliquo vltimo instanti deperdatur certum est quod. a. vt ē sub albedine ꝑ horam vere quiescit quia talis qes opponitur motui precedenti quo albedo successiue acquiri potuit in ipso. a. nec est necesse quod quies opponatur motui sequenti: sicut etiam dicimus quod mobile. a. quiescit in aliquo loco per horaꝫ: illa quies sumitur ꝓut opponitur motui pcedenti: non autem motui sequenti: ꝛ si aliquando possit sumi: vt opponitur motui sequenti: non tamen est simpliciter necesse: sic dico in proposito quod substantia panis dicitur quiescere sub accidentibus: vt quies opponitur motui precedenti quo illa accidentia acquiri potuerunt in ipso. a. et sic non est necesse quod opponatur alicui motui sequenti. Dico etiam: quod aliquid puta. a. potest dici vere quiescere in aliquo tempore: puta sub albedine que licet in instanti per casum corrumpatur: tamen est apta nata deperdi successiue ꝛ per motum: sic est in proposito: quamuis substantia panis in transubstantatione desinat esse in vltimo instāti quietis sub illis accidentibus: quia tamen illa accidentia nata sūt deperdi per motū: ideo substātia panis in aliquo toto tempore quiescebat sub illis accidentibus.

¶ Ad aliud de lumine cum primo dicit quod illuminatio est terminus motus localis: hoc patet manifeste falsum: qꝛ terminus motus localis est tantum ipsum vbi: vt patet. 5. physi. illuminatio vero siue lumen receptum in aere nō est aliquid vbi: vt patet. Et licet per motuꝫ localem solis quo fit presens aeri nostro: sequatur illuminatio aeris: non tamen talis illuminatio potest dici terminus motus localis per se: nec primo: nec non primo: patet: quia tale lumen immediate causatur a sole vel a luce in ipso medio. Et quod dicit ꝙ si sol crearetur de nouo ꝙ hoc esset miraculum certe hec est vna fuga ꝛ si aliquid fiat per miraculum: tamē ipo posito posset naturaliter agere: vt patet de ceco illuminato per miraculum qui postea naturaliter videt sic in proposito posito ꝙ aer quiescat sub tenebra per diem: ꝛ in vltimo instanti illius diei creetur sol: patet quod in illo instanti illuminabitur aer: ergo in illo vltimo īstāti aliter se habebit. Et quod dicit post quod aer non dicitur quiescere sub tenebra quia semper habet alium ꝛ alium respectum ad solē pro quanto sol continue magis ac magis sibi appropiquat et quia fit sub alio et alio respectu: ideo non quiescit sub tenebra. Hec responsio est nimis absona: et ab omni experientia aliena: quia tunc sequeretur: quod quiescens sub frigiditate puta per horam diceretur non quiescere: qꝛ continue mutat̄ sub alio ꝛ alio respectu puta si ignis sit distās per miliare ꝛ continue appropinquet frigido: tūc frigidū semper erit sub alio ꝛ alio respectu pro quanto ignis corruptiuus frigiditatis magis ac magis appropinquat ꝛ sic vere quiescens sub frigiditate nō quiesceret: nam tamdiu. a. quiescit sub albediē vt. 8. quamdiu habet albedinem vt. 8. ꝛ non dicitur non quiescere sub albedine per quemcūq3 nouum respectum sibi aduenientem. Sic dico in proposito ꝙ aer tamdiu quiescit sub tenebra quamdiu stat sub illa quāuis continuo aliter ꝛ aliter se habeat secūdum alium ꝛ aliū respectum ad solem appropinquantem. Et quod dicit iste ꝙ tenebra non radicatur in aliqua forma contraria lumini sed radicatur in relatione distantie ipsius aeris ad solem. hoc mirum videtur quia cum tenebra sit priuatio luminis: ꝛ priuatio sit in subiecto apto nato: si talis priuatio radicatur in tali relatione ergo talis relatio erit apta nata recipere lumen: sed talis relatio non fundatur nisi in aere vt distāte a lumine: ergo non posset esse ibi lumen nisi vt in distāte

¶ Et quod dicit ad vltimaꝫ instantiam doct. contra tho. ꝙ tunc angelus non posset moueri nec motu continuo: nec motu discreto patet ꝙ talis responsio nullomodo euacuet instantiam doc. vt patet diligēter intuenti illam. Et quod dicit iste qd̄ angelus pōt in vltimo instanti tpis alicuius eē in aliquo loco: qꝛ postq3 nusq3 fuit in vno īstanti sui tpis coexistenti vltimo instāti alicuius hore applicare se loco tūc eīn in tota hora nusq3 fuit: ꝛ in vltimo illius est hic. Quamuis hoc possit forte esse verum in se: tū est contra ipm ꝛ cōtra magistrum suum: Cōtra ipm patet: qꝛ ipe diceret quod qescens sub priuatione alicuius forme ꝑ horā in vltīo istāti illius hore non posset incipere eē sub tali forma: nec posset aliter se habere: ponēdo eīn ꝙ franciscus sit extra totū vniuersum: ꝛ per consequens nusq3 sit: ꝛ ibi quiescat ꝑ diē: haberet dicere ꝙ in vltimo instati illius diei nō posset se facere pn̄tē alicui loco circūscriptiuo: sed in tpe post illud vltimū instās. Sic in ꝓposito si ponatur angelū nusq3 esse ꝑ horā nō vr̄ fm eū ꝙ in vltimo instanti illius hore possit aliter se habere: cū nō sit maior rō de angelo quiescente in aliquo loco per horā: ꝛ de angelo quiescēte nusq3 per horaꝫ sicut nec de subiecto quiescente sub albedine per horam: qd̄ postea fit sub nigredine ꝛ de ipo qescēte ꝑ horā sub sola ꝑ-

Nō hanc distinctionem.

Po[...] posit[...] falsa[...] nam[...] min9 mo[...] tꝰ localis

Appens cōtradictio in dictis doc.

uatione nigredinis: q2 neutro modo in vltimo instāti illius quiet;
poterit aliter se hēre: ⁊ sic p3 improbatio huiusmodi noui exposi-
toris. ¶ Ultra p̄dicta adduco vnā instantiam cōtra vnū
dictū doc. quia ipse dixit ꝙ quiescens puta sub tenebra per
horā in vltimo instāti illius hore fit sub lumine: i hoc vr̄ sibi
ꝯtradicere: q2 supra in q.9. de motu angelorum vbi loquitur de
motibus concurrētibus dicit xp̄s se ꝙ quiescens sub calore
puta p horā: quiescit i vltimo istāti illius hore: ita ꝙ datur vl
timū instās imutatiōis siue quietis: vt ibi exposui: ⁊ tñ i hoc
vr̄ doc. improbare tho. ¶ Dico ꝙ nō est simile q2 doc. ibi
vult ꝙ in corruptiōe forme substantialis q̄ corrūpitur in in
stāti. ꝙ non datur vltimū instās sue quietis: q2 tunc hec esset
vera forma sbālis in vltimo istāti est ⁊ imediate post hoc ñ
erit tunc q̄ro aut i instāti immediato non erit. ⁊ tunc istans
esset immediatum instanti: aut in tempore immediato ad il
lud instans non erit: ⁊ tunc sequūtur duo incōuenientia. pri
mum ꝙ corrumperetur talis forma in tēpore. Secūdum ꝙ
forma opposita nō itroduceretur i istanti: diceretur ergo ꝙ in
vltimo istāti desineret eē: ⁊ in eodē quo desinit esse alia itro
ducitur. Thomas vero dicit ꝙ quiescens in aliquo tempo
re quiescit in vltimo instanti illius temporis ⁊ quod addu-
citur ꝺ doct. de motibus concurrentibus. Dico quod aliud
est propositionem esse vniuersaliter veram: ⁊ aliud tantū
particulariter. si tho. itelligat vniuersaliter quod quiescēs
in aliquo toto tempore: de necessitate quiescit in vltimo in
stanti illius temporis ē vniuersaliter falsa vt supra patuit
per multas instantias. si vero intelligat ipsam esse veraz in
motu alterationis ⁊ augmentationis ⁊ huiusmodi proposi
tio poterit esse vera: quia tales forme non possunt haberi
nisi per motū ⁊ sic quiescēs sub caliditate per horan in vlti-
mo instanti illius hore quiescit: ⁊ post illud instans in tēpo
re immediato incipit moueri ad frigiditatem: non .n. in vlti
mo instanti illius hore potest moueri ad frigiditatē q2 tūc
motus fieret in instanti: sed tñ in tpe immediato ⁊ sic intel
ligit doc. ꝙ vbi cōcurrunt duo motus. s. itēsiōis ⁊ remissio-
nis ꝙ quiescēs sub forma remittēda i aliq̊ toto tpe necō q̇-
escit i vltio istāti illius tpis ⁊ hoc ꝓlixe expositū ē sup. q.9.

Ibi dico ergo ad qōnez quod q2 pluralitas non est ponenda sine ⁊c. Hic doc. ꝓbat ꝙ nō
est necesse ponere tempus discretum vel instans temporis
discreti mensurans motū localē angeli quia ita eque bñ po
test saluari talis mensura per tēpus cōtinuum in cōi. sicut
.n. oportet eos dicere ꝙ si transeat in instanti. non pōt ime
diate habere aliū trāsitū ita quod si angelus instātanee trā
sit ad vnū locū: non pōt postea imediate ⁊ instātance tran-
sire ad alium locū: ita potest poni si transeat instantance: in
instāti temporis continui: ita ꝙ licet post illud instās possit
hēre motuz continuum in tpe habit: onon tñ potest habere
transitum instantaneum imediatū non ergo est incōueniēs
ponere angelum inquantum participat conditionez corpo
ralem. i. q̄ potest esse eiusdem rōnis aliquomodo in ipso: et
ēt in corpore ꝙ ēt participet mensuraz corporis aliquomo
do: inquantum autem mouetur localiter participat vbi ꝙ est
cōditio ⁊ passio corporalis aliquo modo eiusdē rōnis i ip-
so ⁊ in corpore: quia sicut corpus acquirit vbi motu cōtinuo
ita ⁊ āgelus vt supra patuit in .9. q. ⁊ sicut corpus fit pñs
p motū tali spacio ita ⁊ āgelus. licet in hoc differant q2 cor-
pus ē in loco circūscriptiue: āgelus vero tñ diffinitiue cum er
go illi motus sint similes ⁊ quasi eiusdez rationis sequitur qꝺ
sicut motus localis corporis mēsuratur tempore cōi: ita ⁊ mo
tus localis āgeli. ¶ Ibi. Et si obijcias ꝙ āgelus potest moue-
ri stāte celo ergo nō oportet motū eius esse i tempore ꝯmuni
siue mēsurari tpe cōi. qꝺ tēpus cōe est primo mēsura motus
p̄mi mobilis. ¶ Ibi rñdeo ita stāte celo poterit petrus post.
resurrectionē ābulare ⁊c. Nota i ista lr̄a singulare dictū. s.
ꝙ tp̄s nostrū ē duplex ⁊ est illud ꝙ mēsurat motū primi mo
bilis: quia motus est causa temporis vt patet. 4. physi. t.c
99. ⁊. 109. Et tempus potentiale et est illud quod mensu-
ret quietem primi mobilis: quia dicimus quod quando q̇-
escit puta per imaginationem nostram per horam. si motū
fuisset per illam horam tantum motum perfecisset: ⁊ q2 tā
tus motus actualis mensuratur tanto tempore actuali. iō
dicimus quod tempus potentiale mensurat quietez: ⁊ sicut
alias visuz est quod motus vniuersalis siue primi mobilis
est quodammodo mensura omnium motuum particulariū
ita tempus mensurans illum motum erit mensura extrinse
ca motuum particularium sed intrinseca motus vniuersa-
lis sic dico de tempore potentiali ꝙ erit mensura itrinseca
quietis primi mobilis modo preexposito et extrinseca mo
tus ⁊ quietis particularis. ¶ Ibi. Hoc ergo supposito ꝙ
non est necesse pro motu angeli ponere aliam mensuram a
tempore communi cum queritur vtrum possit mutare vel
moueri in instanti puta an possit mouere lapidem vel mu-
tare in instanti: vel possit ipse moueri in instanti. Re-
spondit doc. quod talis mutatio potest dupliciter intelligi
vel quod includat totam realitatem motus: vel quod p̄cise
includat realitatem termini motus. Exemplum primi si. a
ab vbi. b. moueatur vsq3 ad vbi. c. inter que deo vbi sint mil
le vbi sic ꝙ possit instantanee moueri. a. b. ad. c. ita ꝙ habe-
at omnia ille vbi inter media. Exemplum secūdi. puta ꝙ. a.
b. imediate fiat i. c. non transeundo vbi intermedia siue nō
simul habendo illa: p̄mo modo cōtradicendo secūdo opinio
ni nō video qualiter āgelus virtute naturali possit moueri
in instanti. quia nō videtur ꝙ virtute sua naturali possit ha
bere plura vbi equalia. Sed secundo modo nō videtur icō
ueniens: q2 ꝙ terminus motus non statim inducatur hoc ē
ex imperfectione virtutis ipsius mouētis que imperfectio
non est attribuenda angelo nisi aliqua necessitas appare-
ret. quia dignificanda est natura q̄tum apparētia p̄mittūt

Tp̄s nostrū ē duplex.

Nunc respondendum est ad argumen

tū p̄ncipale: ⁊ arguit sic Doc. ꝓbando ꝙ āgelus nō possit
moueri i instāti: q2 tunc maior virtus pōt moueri i minori
q̄3 in istāti: p̄batio ꝯseq̄ntie. ita .n. arguitur phūs. 6. physi. ꝙ
si maior virtus mouet in tpe ⁊ maxima virtus mouet in in-
stāti. Nā. t.c.29. sic habetur. Qꝺ āt nihil i ipso nunc mo-
uetur ex his manifestum est: si namq3 ē: cōtingit ⁊ velocius
moueri in ipso nunc ⁊ tardius. sit ipsū nūc in quo .n. moue-
tur aūt velocius i ipso per. a. ⁊. b. ergo tardius i ipso tardi
us in ipso per minorem quod sit. a. b. mouetur vt per. a. g.
qm̄ autez tardius in toto ipso nunc mouebatur per. a. g. ve
locius in minori quam hoc mouebitur quare diuiditur ip-
sum nunc. hec ille: hoc idem arguit Ari. t.c.90.
¶ Ad hoc argumentum respondet Doc. Et quia ista litte
re est satis obscura vt clarius intelligatur notanda sunt ali
qua. ¶ Primo p̄mittendo vnū argumētū quecūq3 virtus
pōt mouere. a. in aliqua mensura diuisibili puta i hora ma-
ior vnitas potest mouere in minore mensura: sed angelus ꝑ
te potest mouere seip̄m: vel aliq̇d aliꝺ in istāti ergo maior vir
tus puta infinita poterit mouere in minori mensura: q̄3 sit
mensura instātis. cōsequens est contra Ari. vbi supra
¶ Secūdo nota ꝙ maior propositio est vera ex natura rei
⁊ seq̄tur ex illa maiori ꝙ si potest aliqua virtus mouere i aliq̄
mensura diuisibili. ꝙ maxima virtus poterit mouere in mini
ma mēsura indiuisibili. s. i instāti: ista āt ꝓpositio aliqua vir
tus pōt mouere in istāti nō est vera ex natura rei: sed tñ ex
suppositione. s. supposito ꝙ motus posset fieri i istāti cū tñ
fiat i tpe vt p3. Dicit ergo Doc. ꝙ si maior virtus mouet i tpe er-
go maxia mouet i istanti ꝙ ista cōseq̄ntia est vera. supposito
ꝙ motus possit fieri i instāti. maior ergo primi sylogismi ē vera
ex natura rei: ⁊ si addatur ista minor illi maiori. S3 virtus an-
geli pōt mouere i istāti: ista minor est vera ex suppositiōe ergo
virtus ifinita posset mouere i minori mēsura q̄3 i istātia. ꝯclu-
sio falsa. Dico ꝙ ñ est mirū ꝙ seq̄tur cōclusio falsa ex minori
simpliciter falsa. ⁊ hoc est ꝙ dicit doc. Cōseq̄ntia Ari. ē ista
si maior virtus mouet i tpe ergo maxia mouet in instati. ¶ Seq̄
tur ibi. in antecedente: puta Ari. includitur mensuram esse
diuisibilem per hoc quod ponitur in eo supple antecedente
Sequitur in quacunque autez mensura diuisibili potest ali
qua virtus aliquid facere: maior pōt facere in minori et sic
bñ sequitur ꝙ maxia virtus poterit facere i istāti: ꝙ instās ē mi
nima mensura: ⁊ hoc q2 mēsura i añte est diuisibilis sp seq̄-
tur ꝙ maior virtus poterit facere i minori mēsura: ⁊ maxia in
indiuisibili.
¶ Sequitur sed in isto antecedente angelus mutatur in
indiuisibili nō icluditur esse diuisibile: quia si arguatur sic
virtus vt. 8. potest mutari in instanti ergo maior virtus po
test mutari in minori mensura: non sequitur: quia mensura
in antecedente est omnino indiuisibilis
¶ Sequitur ibi. Hec igitur ꝯseq̄ntia mouetur in instāti. igi
tur aliquid potest moueri in minori tenet non tantum ex ꝓ
positionibus veris ⁊ ex natura rei: sed ex aliqua falsa que
includitur in illo antecedente: ⁊ declarat doc. maiorem in-
clusum in ista consequentia. si aliqua virtus mouet in in-
stanti. ergo maior potest moueri in minori ⁊ hec consequē-
tia tenet i virtute huius maioris vere ex natura rei. scilicet

quicquid cãt aliqua virtus in mensura diuisibili maior virtus potest cãre in mensura minori. Sed minor que erit ibi sumenda sub illa maiori vera non est vera ex natura rei sꝫ tm̃ ex ypotesi. ista. s. ꝙ motus est in istanti. sed ex ista minore falsa. s. sed angelus mouet in instanti. sequitur ista conclusio falsa: ergo maior virtus mouet in minori ꝙ̃ ĩ instanti.

¶ Sequitur ibi. si aũt dicatur angelum mutari in instãti. Dicit Doc. hic. si loquamur modo de mutatione que fit in instãti: ⁊ non de motu q̇ fit in tempore ⁊ arguatur sic angelus mutat aliquid in instanti. ergo maior virtus mutat ĩ minori mensura: Dicit Doct. infra ibi minor que ibi erit sumẽda sub maiori illa vera illa maior est illa que est posita ĩ pͥncipio sylogismi. Sequitur nõ erit vera ex natura rei nec ex ypotesi. nam sub illa maiori possem facere duas maiores pͥmo istam: sed angelus mouet in instãti que est vera tantum ex ypotesi. ⁊ tunc sequitur ꝙ sicut motus est diuisibilis ita mensura illa instantanea est diuisibilis: quia mensura ⁊ mẽsuratum sũt vnigenea. ⁊ ideo bñ sequitur ista conclusio falsa ergo ĩfinita vᵗ᷒ potest mouere ĩ minore ꝙ̃ ĩ instanti: Secunda minor est ista: sed angelus põt mutare aliquid in istãti. ita ꝙ sit ibi tm̃ mutatio indiuisibilis, quia in maiori accipitur mensura diuisibilis in minori ẽt accipitur diuisibilis. ⁊ hec minor est falsa ex natura rei. s. mutatio mensuretur in stan. diuisibili: ⁊ etiã ex ypotesi. quia non supponitur mutationem mensurari mensura diuisibili ⁊ sic non seq̃tur conclusio vera: nec ex natura nec ex ypotesi. s. ergo virtus infinita p̃t aliud mutare mutatione proprie dicta in minori mẽsura ꝙ̃ in instanti. ¶ Sequitur. Et ex hoc patꝫ ꝙ multe cõsequentie enthimematice: vt ista cõseq̄ntia aliq̇d mouet in ĩstãti. ergo maior virtus mouet ĩ minori: tenentur nõ p̃cise virtute alicuius vere subintellecte puta istius quicq̇d mouet aliqua virtus in mensura diuisibili maior virtus potest mouere in maiori. Sed quandoqꝫ virtute alicui᷒ false subintellecte: puta istius: sed angelus mouet aliquod in ĩstanti. ergo maior virtus in minori mensura. Sequitur dum tamẽ ĩcludatur in illo antecedente supple illa minor. nam in isto antecedente. quicq̇d põt mouere aliqua virtus in mensura diuisibili: maior virtus põt mouere in minore: includitur ꝙ motus possit fieri in ĩstãti que est minor: ⁊ patet: quia si maior virtus in minori mensura põt mouere: maxima poterit mouere in instanti. Et ideo nota que dicit doc. in pͥmo. d. 2. q. 1. glosando dictum Ari. 8. phy. ꝙ si esset virtus infinita moueret in non tempore: quia maior virtus mouet in minori tempore: ergo infinita mouebit in non tempore. vide ibi.

Questio Duodecima

Duodecimo siue vltimo querit doct. Angelus possit moueri ab extremo in extremuꝫ non transeundo per medium: puta an possit moueri ab extremo vnius spacij puta vnius miliarꝫ ad vltimum extremuꝫ illius spacij non transeundo per vbi intermedia. ¶ Ibi. Hic dicunt q̇daꝫ Hic Doc. recitat opi. tho. in prima parte questione. 53. articulo secundo ⁊ quoli. primo articulo. 5. Et gulielmi var. in secũdo distĩctiõe scd̃a Dicit. n. Thomas ꝙ extrema p̄nt ĩtelligi aut duo vbi distantia inter que est aliq̇d mediũ q̇d nihil est extrẽorũ aut duo vbi ĩmediata ĩter que sunt media quorũ q̇libet ẽ aliq̇ extremorũ vult dicere quod sunt aliqua duo vbi ĩter q̄ nõ est mediũ eiusdẽ rõnis ⁊ dñr vbi discõtinua: alia dñr duo vbi ĩmediata non ꝙ vnũ sit ĩmediatum alteri: q᷑ tunc inter illa nõ caderet mediũ: sed ex hoc dñr ĩmediata: quia mediũ cadẽs inter illa ẽ eiusdẽ rõnis cũ illis ⁊ aliq̇ vtriusqꝫ extremi. vt supra patuit di. p̄sti. q. 9. de illis vbi cõicantibus ad inuicem qua sic se habent quod semper medium ẽ ps vtriusqꝫ extremi hoc posito ꝙ a doc. nõ ĩprobatur: sꝫ magis vt verꝫ acceptat᷑. ponit doc. aliq̄s cõclusiões quarꝫ pͥma est ibi. Dico ꝙ ñ potest trãsire ꝯtinue ab vno extrẽo ĩ extremũ. Cõclusio ẽ talis ꝙ loq̄ndo de motu cõtinuo angeli ⁊ de medio ĩter extrẽa ꝙ ẽ aliquod vtriusqꝫ extremi: non potest ãgelus motu cõtinuo transire ab extremo in extremum nisi prius transeat per medium. Exempli gratia quod angelus transeat a prima regiõe aeris ad scd̃aꝫ motu ꝯtinuo: ⁊ ꝙ fiat ĩ extrẽo ñ trãseũdo loca ĩtermedia ñ vr̃ possibile ⁊ rõ assignat᷑ q᷑ tale medium est ratio continuitatis inter media trãsita: sicut apparet ex diffinitione medij. 10. meth. t. c. 22. vbi sic h̄ẽtur media. n. hec dicimus in quecũqꝫ p̄mutari prius est necesse ꝙ p̄mutatur vt ab ypate in neten nisi transit per minimã rationẽ prius veniat ad medios sonos. Et in coloribus si veniet ex albo in nigrum prius veniet ad puniceum ⁊ plumbeũ quã ad nigrũ. hec ille: ex quo patꝫ. ꝙ ĩ motu locali spatium medium inter duo extrema est ratio cõtinuitatis ipsius motus. Si. n. motus esset ab extremo in extremuꝫ non transeundo per medium. nũqꝫ talis motus esset continuus cum dicat Aristo. 6. physi. t. c. 4 eiusdẽ rationis est motũ magnitudinem ⁊ tp̃s componi ⁊c. patet ẽt ratione quia motus cõtinuus semper h̄ẽt nouum prius: ⁊ nouum posteri᷒ quod prius ⁊ posterius semper est in priori magnitudĩe. sicut ẽt dicimus ꝙ in tp̄e continuo est prius ⁊ posterius sumpta ex priori posteriori ĩ motu vt pꝫ p phm̃. 4. phy. t. c. 99 ⁊. 109. oporteret angelum transire per medium loquendo de medio: secundo mõ ⁊ de motu continuo si debeat peruenire ad aliud extremum. ¶ Secunda conclusio est ibi. Similiter vr̃ ẽt loquẽdũ de motu cõtinuo ⁊ de medio alio modo dicto. ⁊ est hec loquendo de motu locali angeli cõtinue ⁊ de medio inter extrema quod nihil ẽ extremorũ impossibile est angelum transire ab vno extremo ad aliud extremũ non trãseundo p tale mediũ: patet quia si moue᷑ cõtinue ñ ẽ totaliter ĩ altero patet p Ari. in. 6. physi. t. c. 87. vbi vult ꝙ omne ꝙ mouetur partim est in t̃mino a quo: ⁊ partim in t̃mino ad quẽ. Si ergo angelus mouetur ꝯtinue. ergo erit vel partim ĩ termĩo a quo ⁊ partim in termino ad quẽ vel ĩ medio inter terminum a quo ⁊ terminũ ad quem: non primo mõ. s. ꝙ sit partim in vno extremo ⁊ partim in alio: ⁊ ꝙ nullo mõ sit in medio ĩter talia extrema: quia tũc esset ĩ duobus locis discontinuis. patet quia illa loca ĩter que ẽ medium quod nihil est illorum locorum dicuntur discontinua hoc autem non videtur sibi posse competere ꝙ simul fit in illis duobus locis discontinuis: ⁊ nullo modo ĩ medio int᷑ illa: sic quod moueatur ab vno loco ad alium motu continuo loquendo tamen de virtute naturali competente angelo.

¶ Tertia conclusio est ibi. Si autem loquamur de motu ĩdiuisibili. Et est hec: quod loquendo de medio quod est aliquid extremorum ⁊ de motu indiuisibili. siue mutatione. ãgelus virtute naturali potest mutari de vno extremo ad aliud non transeundo p medium. puta si sit ĩ vno extremo spacij vnius miliaris in ĩstãti. potest se facere in vno extremo eiusdem spacij nullomodo transeundo p spaciuꝫ intermedium. Et addit doct. ꝙ hoc est necesse quia si transiret p tale mediũ continue transiret ⁊ non instantanee: patet: q᷑ cõtinue transiret aliã ⁊ aliam partem spacij ⁊ sic esset sẽper sub alio ⁊ alio priori ⁊ posteriori: ⁊ sub alio ⁊ alio mutato esse: que mutata esse cõtinuat motũ. mõ ẽ ĩpossibile esse sub alio ⁊ alio mutato esse: q̄n sit sub motu cõtinuo cũ inter q̄cunqꝫ duo mutata esse semp cadat motus medi᷒ sicut ĩter duo instã. tempus medium. ¶ Quarta conclusio est ista: ꝙ loq̄ndo de extremis distãtibus ⁊ discõtinuis ⁊ de tota realitate mot᷒ q̄ est ab extremo in extremũ ĩcludẽdo medium quod nihil est extremorum. impossibile ẽ angelum virtute sua naturali indiuisibiliter moueri ab extremo ĩ extremũ siue impossibile est ipsum in instãti. transire ab vno extremo ad aliud extremum. ⁊ hec conclusio est ibi. Sed de extremis distantibus habentibus medium distinctum ab extremis est dubitatio ⁊c. ¶ Quinta cõclusio est ibi. Sed nunquid potest facere se in extremo distante mutatione precise includẽte realitatem termini motus ⁊c. ⁊ est ista vr̃ non esse possibile angm̃ transire instantanee ab vno extremo aliud extremum loquendo de extremis discontinuis non includendo realitatẽ motus natus fieri sup medio quod nihil est extremo ⁊ vult dice᷑ posito quod angelus p horaꝫ quieuerit in vno loco in vltimo instanti illius hore an possit se facere in alio loco discõtinuo priori loco dicit q̇d vr̃ hoc non esse possibile ⁊ rõnẽ assignat ibi. q᷑ ordo p̄fix᷒ a supiori agẽte vr̃ esse necessari᷒ cuicũqꝫ agenti inferiori q̄n h̄ẽt actionez p̃cise circa talia ordinata cũ ergo a deo sit p̄fixus ordo ptium pͥncipalium vniuersi cuilibet agẽti creato ⁊ virtuti create vr̃ iste ordo esse necessarius q̄n debet agere circa ista quorũ est talis ordo: q̄n ergo angelus mouet se p corpora quoruꝫ est talis ordo non potest absque omni ordine de quocunqꝫ vbi facere se in quocunque vbi immediate tunc enim nulla distantia videretur ĩpedire actionẽ ei᷒. ¶ Ibi. Et si obij

cias. Hic Doc. dicit contra se: q2 prius dixit ꝙ loquēdo de motu indiuisibili angeli ⁊ de medio qđ est aliquid extremorum pōt in instanti transire ab vno extremo ad aliud non transeūdo per medium: ⁊ hic dicit ꝙ loquēdo de extremis discontinuis nō pōt in instanti transire ab extremo in extremū. Dicit Doct. ꝙ primū cōcludit bñ de medijs q̄ sunt aliq̄d extremoꝝ: q2 ptranseundo ab vno vbi immediate ad aliđ vbi in instanti hꝫ oīa ista vbi. s. intermedia ordine quodam nature: inter q̄ est ordo potētialis ex natura rei: sic ꝙ in aliquo priori nature acquirit vnum vbi: ⁊ ī alio posteriori nature acquirit aliud: ⁊ sic successiue vsq3 ad vltimū vbi ⁊ non opꝫ qđ hēat illa vbi ordine durationis: suppłe ꝙ prius tpe fiat in vno vbi intermedio ⁊ posteri⁹ tpe fiat in alio vbi intermedio. Et ex hoc cōcedit doc. ꝙ loquendo de motu indiuisibili angelo: ⁊ de medio qđ est aliq̄d extremoꝝ nō pt in instanti moueri ab vno extremo ad aliud nisi transeūdo ꝑ mediū ⁊ tñ supra dixit ꝙ pōt sic transire nō transeūdo ꝑ mediū: dico ꝙ hic nō est cōtradictio: q2 in prīo intelligit ꝙ nō pōt eē in instanti ab vno extremo ad aliud transeundo ꝑ mediū ordine durationis: sit ꝙ ptranseat mediū in tpe vt supra dixi in prima cōclusione: hic aūt vult ꝙ possit trāsire in instanti tpis ab extremo in extremū: transeūdo tñ mediū qđ est aliq̄d extremoꝝ ordine tñ nature quia cum in instanti temporis stat ordo durationis nature: vt supra patuit in isto scđo. d. 1. q. 1. Sꝫ cū instāti tpis nō stat ordo duratiōis q2 tunc sequeret̄ ꝙ in eodē instanti tpis posset eē pri⁹ ⁊ posteri⁹ duratione. Sꝫ si angelus transiret a distanti ī distās/ siue ab vno extremo discōtinuo ad aliud absq3 oī ordie vꝫ nature ⁊ duratiōis: tūc nec ordine nā ē nec duratiōis hēret illa quoꝝ est ordo naturalis. circa q̄ tñ opat̄ ꝑsupponēs necessario ordinē eoꝝ. Sꝫ hic occurrit difficultas an angel⁹ loquendo de extremis discontinuis possit transire ab vno extremo ad aliud instans. sic ꝙ habeat oēs partes medij: in eodē instanti: sed ordine nature licet non ordine tēporis. Dico ꝙ forte nulluꝫ esset inconueniēs: nisi forte diceret̄ ꝙ ptes illius medij nō sunt nate acq̄ri auctoritate creata sine ordine duratiōis tpis. Si eñ nate essent acq̄ri ī istāti sꝫ ordine nature: tunc nulla distantia videretur posse impedire actionem angeli.

Occurrit difficultas

Ad argumenta principalia.

propositio Doct. est ita euidens ꝙ nullo modo improbari potest: nisi forte formando propositiones ad placitum. Et quod infert: ꝙ causa materialis s̃m causalitatẽ suam dependet a suo effectu. s. forma: sed nõ inquantũ est effectus eius: sed in eo ꝙ est cã materie. Hoc pꝫ esse falsum: q꞉ nec materia in eo ꝙ causat ꝯpositũ dependet a forma: nec ecõuerso: sunt enim disticte cãlitates. quarum vna in causando non depẽdet ab alia: ⁊ hoc magis patebit ĩfra di. 12. Et qꝺ adducit ꝙ cause sũt sibi inuicẽ cause: vt patet 2° phy. c. 30. Dico ꝙ hoc non est ad propositũ: quia q̃uis materia sit subiectum forme ⁊ forma sit actus materie non tamen dicimus ꝙ sit causa materialis forme: nec ꝙ forma sit causa formalis materie: sꝫ materia dicitur causa materialis respectu compositi: et similiter forma. Non enim habetur ab Aristo. ꝙ materia sit causa forme: nec forma causa materie: vt patet in tex. 30. vbi ostendit que sunt ille cause: que ponuntur sibijnuicem cause: vide ibi. Et licet Com. cõ. 30. sic dicat materia est causa forme s̃m ꝙ forma non potest inueniri nisi per illã: forma autem est causa materie s̃m ꝙ materia non potest esse in actum ⁊ demonstrata nisi per illã: ⁊ precipue prima materia. hec ille. tamẽ hoc dictum Com. non est ad propositum: quia per hoc vult formam non posse existere nisi in materia: ⁊ materiam non posse habere actum formalem: siue non posse existere in actu formali nisi per formam: non enim vult ꝙ forma s̃m suam entitatem sit causata a materia: sed tantum ab agẽte extrĩseco: nec similiter entitas materie sit causata ab ipsa forma: ita ꝙ nullam entitatem actualem dicat realiter distinctã ab ip̃a forma: ⁊ si hoc intenderet negandꝰ esset Com. quia in hoc expresse esset contra doctrinam magistri sui: vt prolixe patebit infra distin. 12. q. prima. ❡ Ad illud quod dicit ad tertiã rationem: ꝙ quantitatem causare talem signationem in materia nihil aliud ẽ q̃ꝫ materiaꝫ esse ab hoc agẽte factam capacẽ a deo huius quantitatis ꝙ non illius. Et sic quãtum concurrit ad signationẽ materie vt actus: pꝫ ex supradictis hanc responsionẽ non euacuare rõnem Doctoris. q꞉ semper quero de illa capacitate materie: vt supra. Cũ enim dicit: ꝙ ipsa materia est effecta capax huius quãtitatis a deo: que capacitas dꝛ signatio materie: ⁊ vt sic est prior quantitate: hoc concesso habetur propositum: ꝙ talis signatio non erit per quantitatẽ. Tum etiã quia ip̃a quãtitas s̃m eũ est causata a materia signata: ⁊ sic erit posterior materia signata: ⁊ ꝑ consequens signatio materie precedit quantitatem: ⁊ vt sic nullo modo erit a quãitate. Et quia responsiones sequentes ad alias rationes Doctoris procedunt ex eodem fundamento falso que etiam ex his que dixi supra facillime solui possunt: ideo breuitatis causa pertranseo illas.

nota hic q̃mõ materia non dꝛ causa materialis forme nec econtra.

Nunc soluende sunt rationes facte pro opinione Gottofredi. Primo arguit sic. Illud quod primo conuenit alicui ⁊ per se conuenit cuilibet alteri per rõnem eius: sed diuidi in partes eiusdem rationis est ꝓprietas: que per se primo conuenit quãtitati: vt patet quinto metaphysico. tex. com. 18. ergo conuenit etiam substantie per rationem quantitas: sed diuidi in partes eiusdem rõnis est proprie diuidi in indiuidua eiusdem speciei: cum ista diuidentia non sint formaliter alterius rationis: sicut sunt species diuidentes genus. ergo ⁊c. ❡ Dicit doctor ꝙ male accipit illam propositionem philosophi: vt supra declaratum est. Non eñ philosophus dicit quantitatem diuidi in partes eiusdeꝫ rationis: sed ꝙ quantum est diuisibile in ea que insunt: quorum vtrunqꝫ vel singulum est natum esse aliquid: ⁊ hoc aliquid. in ea que insunt inquit tanq̃ꝫ componentia totum cui insunt igitur non sicut in partes subiectiuas: que non sic insunt ⁊c. vt supra expositum est. Et cum vltra dicit: ꝙ eodem est aliquid diuisibile. Et ꝙ ꝑtes diuidentes distinguuntur: hoc est falsum: quia natura communis diuisibilis est ex se indiuidentia: puta animal in species: ⁊ tamen diuidentia non distinguuntur ratione nature cum conueniant in ea: sed distinguũtur proprijs rationibus. ❡ Secundo arguit opinio. sic: quia hic ignis non differt ab illo igne: nisi quia forma differt a forma: nec forma differt a forma: nisi quia recipitur in alia et alia parte materie: nec pars materie ab alia parte: nisi quia est sub alia et alia parte q̃ꝫtitatis. ergo tota distinctio huius ignis ab illo igne reducetur ad quantitatem: sicut ad primum distinctiuũ. ❡ Respondit Doctor ad hanc secundam rationem. Et primo dicit ꝙ ex ista ratione potest concludi ꝙ idẽ generaret se: cum sit eadem quantitas presertim s̃m eos ingenita et corrupta: vt supra patuit. Deinde ad formã argumenti dicit ꝙ ambe premisse sũt false. Prima enim est falsa. s. ista forma non differt a forma nisi q꞉ est in alia materia: licet enim actu sit in alia materia non tñ propter hoc differt ab alia forma: sed p̃cise differt rõne sue vnitatis. Secunda etiã proposito est falsa. s. ista non est alia ꝑs materie nisi propter aliã ꝑtem q̃ꝫtitatis: prior eñ est distinctio ꝑtis materie q̃ꝫ q̃ꝫtitatis: q꞉ subiectum huius accidentis est hoc aliquid. ❡ Ul-

Ad rõnes Goti.

timo:ista opinio confirmat rationem:quia generans ge
nerat aliud propter distinctionem materie:sed materia
geniti necessario presupponitur quanta: ⁊ sic quātitate
distincta. ꝙ quāta patet quia agens naturale nō potest
agere in non quantum. ꝙ etiam quanta alia quantita=
te:patꝫ:quia nonpt̄ esse quāta quātitate generantis:sꝫ
ista quantitas precedit naturaliter eē ipsius geniti:igi=
tur ⁊ distinctionem ipsius generantis ⁊ geniti: non au=
tem precederet naturaliter:si non esset naturaliter req=
situm ⁊ per se vt distinctiuum ipsius. ¶ Ad hanc cōfir=
mationē respondet Doctor:⁊ responsio stat in hoc. Po
sito enim ⁊ non concesso:ꝙ generans nō generat nisi de
materia quanta alia quantitate:adhuc vnitas materie
supple numeralis:inest materie non ratione quātitatis
immo vt simpliciter precedit ipsam quantitatem:pona=
tur enim ꝙ ignis quātus generet alium ignem de aqua
quanta:q̄uis ignis quantus generet de aqua quanta:
tamen ignis quantus non est vnum numero precise per
quantitatem sibi inherentem: nec similiter materia ipsi
us ignis quanti erit precise vna numero per quantita=
tem:sed per aliquid sibi intrinsecum precedens quācun
Expō lr̄e. ꝗ quantitatem. ¶ Declaro tamen hanc literam cum di
cit. Siue ita sit:siue nō:de quo alias:idest siue generās
generet de materia quanta:siue non:⁊ tenet Doctor:ꝙ
non de materia quanta generet saltem in partibus ma
terie distinctis ſm formam quantitatis: ita ꝙ vna pars
materie sit sub vna quantitate:⁊ alia pars materie sub
alia quantitate:quod non debet intelligi immediate:q²
non ponit̄ materia immediatum subiectum accidentis:
sed mediante forma substantiali:⁊ sic materia vt est sub
vna forma substantiali:puta ignis ⁊ materia vt est sub
alia forma substātiali:puta aque : vtraꝗ materia ē sub
alia ⁊ alia q̄titate. Seq̄tur. Dico ꝙ vnitas materie est
passio imediata.i.ꝙ vnitas numeralis:siue indiuisibilis
materie existentis sub quantitate ignis : ⁊ materie exi=
stentis sub q̄titate aque:est passio immediata ipsi⁹ aq̄
id est ꝙ talis vnitas inest materie per aliquid intrinsecū
⁊ non per quātitatem:ita ꝙ vnitas eius naturaliter pre
rō gn̄antis cedit rationem quācunꝗ generationis. Ratio em̄ gene
natural'r q̄d rantis supple naturalis est:ꝙ generet aliquid nō in ma=
teriam quā habet:sed in aliam materiam:de qua gene=
rat:patet:quia ignis generans alium ignē.i.producens
formam substantialem ignis non producit eam in mate
riam quam habet:quia tunc eadem materia numero es
set sub duabus formis substantialibus eiusdem speciei:
quod nō est possibile.ad hoc ergo ꝙ generet alium ignē
siue aliam formam substantialem ignis: requirit aliam
materiam : puta materiam ligni : de qua generat : que
erit immediatum receptiuum forme ignis geniti. Et di
cit hoc de agente naturali:quia agēs supernaturale nō
presupponit materiaꝫ aliquam:ad hoc vt aliud generet
Sequitur. Et requirit istam quantitatem sicut cōcomi=
tantem distinctionem materie a materia.i.ꝙ ignis gene
rans quando generat de aqua quāta:licet requirat quā
titatem:que concomitetur distinctionem materie a ma=
teria:quia in materia ignis generantis : est alia quan=
titas mediante forma substantiali ignis : et in materia
aque de qua generat: est alia quantitas mediante for=
ma substantiali aque. Iste tamen due quantitates non
efficiunt primo aliam ⁊ aliam materiam:immo presup
aduerte lo ponunt distinctionem numeralem materie a materia:sꝫ
cū q² egre= precise concomitantur. ¶ Aduerte tamen:ꝙ tam in ig=
gie loquit̄ ne generante q̄ꝫ in aqua de qua generat sunt quatuor
expositor entitates:entitas materie:entitas forme substantialis
reuerendis entitas compositi ex materia ⁊ forma:⁊ entitas quanti=
simus. tatis:que subiectiue est composita. Et quelibet entitas
habet propriā vnitatem numeralem ⁊ propriā hechei=
tatem:non enim materia ignis est hec per formā ignis:
nec econtra. Nec similiter materia ignis ⁊ forma ignis
sunt hec precise per formam totius compositi:cum pre=
cedant eam:nec econtra. Nec quantitas est hec per en
titatem compositi:vel partium:nec econtra:imo simpl'r
quot entitates realiter distincte sunt in composito:tot
hecheitates sunt in illo : licet postea compositum dica=
tur precise vnum numero:de quo alias. Sequit̄. Et de=
beret probari ꝙ quātitas eēt propria ratio vnitatis ta=
lis scilicet singularitatis in substantia:⁊ probatur ꝙ est
ratio sine qua non.i.ꝙ per hanc rationem in qua dicit ꝙ
generans non generat nisi de materia quanta:non pro
bat ꝙ quantitas sit ratio singularitatis ipsius materie
siue substantie: sed si aliquid probat tm̄ probat ꝙ est ra
tio sine qua non:supple sine qua generans non generat
quia generans non generat nisi de materia quanta:q̄ꝫ
uis etiam hoc non sit verū:q² generans imediate gene
rat de materia:cū inducat formā substantialē in mate=
ria imediate:⁊ non in materia vt quanta:vt infra pate=
bit. ¶ Ibi. Si obijciat̄ ꝙ saltem ex confirmatione habe
bit̄:ꝙ quantitas precedit natural'r indiuiduationē sub=
stantie generande:quod est ꝯtra ꝯclusionem improban
tis opi. secunde vie. Nā si generans prius requirat ma
teriā quantā anteq̄ꝫ generet. ergo natural'r presupponi
tur quantitas materie indiuiduationi ipsius geniti. Nā
ex secunda via que erat ex ordine substantie ad acciden
tia ꝓbatū est:ꝙ singularis substantia est natural'r prior
omni accn̄te per ph̄m. 7. meta. t.c. 4. Et sic nō erit hec
per quantitatē. Hic mō videt̄ probare oppositū:quia si
ignis generat aliū ignē de materia quanta. ergo quāti=
tas ignis generandi:erit prior ipso igne genito. ¶ Ibi.
Rn̄deo ꝙ īdiuiduationi geniti p̄supponit̄ quātitas cor=
rupti ⁊c. Vult dicere in ista litera ꝙ ignis singularis ge
nit⁹:puta de aqua:p̄supponit ip̄am aquā ⁊ quantā:que
prius corrumpit̄ q̄ꝫ de ip̄a ignis generet̄:q² generās p̄=
us agit in aquā h̄ntē propriā quantitatē: ⁊ cetera acci=
dentia:puta frigiditatē ⁊ humiditatē ⁊c. q̄ꝫ sit ignis ge
nitus. Et hoc modo quātitas aque corrumpende/⁊ ce=
tera accidentia ipsius naturaliter precedunt indiuidua
tionem ignis generandi ex tali aqua. ¶ Aduerte tm̄:ꝙ
quando in materia aque inducitur forma substantialis Aduerte
ignis:desinente forma substantiali aque omnia accidē= hunc passū
tia:que erant in ipsa desinunt Non enim aliquod accn̄s
ipsius aque corrumpende remanet igne genito:q² tunc
aliquod accidēs migraret de subiecto in subiectum. mō
ex hoc ꝙ talis quantitas aque corrumpende natural'r
precedit singularitatem ignis generandi: non habet̄ ꝙ
quantitas sit ratio singularitatis:nec aque corrūpende
nec ignis generandi:immo talis quātitas cum alijs ac=
cidētibus presupponit materiam aque singularem. Et
similiter quātitas ignis geniti ex aqua cū accn̄tibus ipsi
us ignis:puta caliditate ⁊ siccitate presupponit singu=
laritatem ipsi⁹ ignis geniti:⁊ hoc est quod dicit. ¶ Ibi.
Sed adhuc vlterius deducit̄ argumentum/q² quātitas
non tm̄ precedit vt in corrupto genitum / sed precedit
naturaliter in genito formam geniti:alioquin n instāti
in quo generans inducit formam induceret in non quā
tum:quod videtur esse contra illam propositionem : ꝙ
agens particulare non attingit ad substantiam mate
rie:sed precise attingit eam inquātum quātam. Vult
dicere Doct. ꝙ si quantitas materie de qua generatur
ignis non precederet ignem. et sibi inexisteret:tūc agēs
particulare induceret formam ignis in materiam nu=
dam et non quātam. videtur enim ꝙ forma geniti : vt
quādo generatur ignis:puta de materia aque:induci=
tur in materia aque vt quāta. Et hoc patet per Com.
in de substātia orbis:vbi videtur velle ꝙ maneat eadeꝫ
quātitas in generato ⁊ corrupto:alioquin generās ge
neraret de non corpore corpus. Vult dicere Comm̄. ꝙ
eadem quātitas numero:que erat in materia aque cor
rumpende : erit etiā in materia ignis geniti ex tali aq̄
aliter generaretur ignis:qui ponitur corpus de nō cor
pore. ¶ Ibi. Contra illud primo arguitur. Hic Doc=
tor primo arguit ad hominem. Et secundo arguit con
tra conclusionem in se. Primo dicit ꝙ hec ratio non de
bet adduci pro ista positione:quia fundator huius po=
sitionis videtur tenere contrarium. Tenet enim ipse ꝙ
nulla forma accidentalis potest immediate induci in
materia : sed immediate inducitur in forma substātia=
li. Et vult etiam ꝙ nulla forma corporeitatis maneat
eadem in generato ⁊ corrupto:⁊ sic nulla quātitas ma
neat eadem in generato ⁊ corrupto quicquid sit de Cō
men. Hoc tamen non est de opinione ponentis eam.
¶ Ibi. Sed ad conclusionem in se. Hic Doctor osten=
dit illam conclusionem esse falsam. videlicet:ꝙ eadem
quātitas maneat in generato ⁊ corrupto. Et vult in
ista littera:ꝙ quādo corrumpitur forma aque:ꝙ quāti
tas ⁊ cetera accidentia ipsius corrumpantur : cum sint
posteriora substātia aque:⁊ sic nullum accidens aque
manet in materia aque : de qua generatur ignis. Et
vult ꝙ forma substātialis ignis immediate inducatur
in materia aque ⁊ non mediante aliquo accidente.
¶ Ibi. Ad Auerroym dico. ꝙ de eo q̄d aliquādo esset
non corpus posset generari corpus. Sensus littere ē:
ꝙ agens naturale potest generare corpus de eo q̄d ali

quando eſſet non corpus: quod dupliciter intelligi poteſt: vel tanq̃ de oppoſito: vel vt de aliquo inexiſtente ipſi genito. primo modo ignis generatur de aqua tanq̃ de oppoſito: que aqua quandoq̃ erit non corpus: patꝫ: quia in illo inſtanti in quo ignis generatur ex aqua: deſinit forma ſubſtantialis aque. Secundo modo generatur de materia aque: que vt actu eſt ſub forma aque dicitur corpus. Et ſi deſinit eſſe ſub forma aque deſinit eẽ tale corpus: quia corrupta forma ſubſtantiali aque corrumpitur ⁊ quantitas fundata in illa: ⁊ ſic de eo qđ aliquando eſſet non corpus poſſet generari corpus. Seq̃tur. Sed forte non poſſet naturale agens generare corpus de non corpore: ſicut de corrupto accipiẽdo nõ corpus pro materia prima. Certum eſt ꝙ naturale agens non poſſet generare puta ignem de tali materia corrupta: cum a nullo agente naturali ſit corruptibilis: agẽs vero ſupernaturale poſſet generare quodcunq̃ corpus de materia corrupta ipſam corrumpendo: ita ꝙ ad corruptioneꝫ materie poſſit immediate ſuccedere aliquod corpus: ⁊ hoc preciſe per actionem agentis ſupnaturalis: ſed hoc magis patebit a Docto. in quarto di. 10. vbi oſtendit quomodo deus poteſt conuertere quodlibꝫ in quodlibet. Sequitur ibi. Sed totum ſupple corrumpit̃. ſolum enim compoſitum corrumpitur. Sequitur. Sed de eo quod fuit corpus vſq̃ ad inſtans generationis: et hoc quantitate inherẽte ſibi: poteſt agens naturale aliud quantum alia quantitate generare in illo inſtanti. i. ꝙ de materia puta aque: que prius fuit corpus quãtitate inherente: non imediate ipſi materie: ſed mediante forma ſubſtãtiali aq̃ põt generari puta ignis alia quãtitate mediante forma ſubſtantiali ignis inherente materie: q̃ pri⁹ fuit materia aq̃. Sequit̃. Quia ſicut põt ꝓducere ſubſtantiam que non prefuit: ita poteſt producere omnia accidentia conſequentia eam. ¶ Sed dubiuꝫ

Dubitatio ſꝫ alibi ſoluenda.

eſt. an illa accidentia conſequentia formam ſubſtantialem: producantur in eodem inſtanti in quo producit̃ forma ſubſtantialis: an etiam producantur a generãte formam ſubſtantialem: an ab ipſa forma ſubſtantiali imediate: de hoc erit prolixior materia in 4°. di. 12. ¶ Ibi. Si dicas ꝙ ſi nõ producat corpus de nõ corpore vt corrupto: producet tamen de materia non vt quanta aliqđ corpus quantum. ¶ Dico ꝙ neceſſe eſt de non compoſita vt parte fieri vel produci compoſitum. i. ꝙ de materia que non eſt compoſitum: ſed pars compoſiti producitur compoſitum per inexiſtẽtiam ipſius materie: ⁊ nõ producitur tanq̃ de oppoſito corrupto: ⁊ itelligo ſic cũ dicit: cum de parte compoſiti producitur compoſitum: ꝙ de materia que fuit aque producitur compoſitum: puta ignis qui componitur ex tali materia ⁊ forma ſubſtãtiali ignis: quia producendo formaꝫ ſubſtantialẽ ignis in tali materia ſtatim reſultat compoſitum. Sequit̃. Et ita de materia ſm ſuam ſubſtantiam abſolute: vt de ꝑte poteſt produci corpus aliquod quod eſt ſubſtãtia cõpoſita: ⁊ concomitatur ſubſtantia quanta: quia quantitas eſt paſſio iſtius ſubſtantie compoſite: non ꝙ ſit paſſio conuertibilis: nec eadem ſubſtantie compoſite: ſꝫ q2 neceſſario concomitatur talem ſubſtantiam: licet adeo poſſet fieri ſubſtantia compoſita ſine tali quantitate.

¶ Sequitur. Iſta reſponſio negat dimenſionem interminatam manere eandem numero in generato ⁊ corrupto: de quo alias diffuſius ſi occurrat. hoc enim pertractabitur in 4°. diſt. 12.

Nunc ſoluẽde ſunt rationes pꝛĩcipales. Primo arguit auctoritate Boetij de tri. probando ꝙ vna ſubſtantia differt numero ab alia propter variabilitatẽ accidentium: ⁊ precipue propter aliam ⁊ aliam quantitatem cum dicit: ꝙ eundem ſupple locum fingere duob⁹ non poſſumus qui ſupple locus competit eis inquantũ quantus. ¶ Dicit Doc. primo ꝙ varietas accidentium facit in ſubſtantia differentiam numeralem: puta franciſcus ⁊ ioannes per quecunq̃ accidentia eis inherentia differunt numero: non tñ differentia prima numerali: cum differant per proprias hecheitates: ſed per ſecũdam ⁊ aduentitiam: nam omnes diſtincte forme faciũt aliquam differentiam in eis: in quibus ſunt ſupple vel ſpecificam: vel numeralem: accidentia autem non poſſunt facere differentiam ſpecificam in ſubſtantia in qua ſunt. vt patet. 3. metaphy. t. com. 25. quapropter inquit hominis albedo non facit: nec nigredo ſupple differentiam ſpecificam in homine: nec albi hominis eſt differẽtia ſm ſpeciem ad nigrum hominem. hec ille. Faciũt ergo talia accidentia in ſubſtantijs ſolum differentiã numeralem: ſed non faciunt primã differentiam: ſed alia eſt prior differentia numeralis. Nam albedo in franciſco: ⁊ nigredo in Io. faciũt tñ differre numero: q̃uis nigredo ⁊ albedo in ſe differant ſpecie: vt tamen ſunt in alia ⁊ alia ſubſtantia tñ numero faciunt differre: ꝓſupponendo tamen primam differentiam numeralẽ in ſubſtantijs. Sequitur. Nec illa ſola ſupple accidentia faciunt differentiam numeralem: ſupple in ſubſtantijs cuꝫ in illis alia ſit prior: ſed faciunt differre numero tñ per accidens. Sequitur. Et nullum iſtoruꝫ dicit auctoritas illa: ⁊ niſi alterum iſtorum duorum non haberetur propoſitum: quod intenditur: patet: q2 auctoritas Boetij non dicit ꝙ accidẽtia faciant differre nũeraliter ſubſtantiam: prima differentia numerali: cum illa preſupponatur: nec ꝙ per ſe preciſe vna ſubſtantia differat numeraliter ab alia per quecũq̃ accidẽtia: ſed ſi differt: tñ per accidens differt. ¶ Ibi. Sed quid ad intentionẽ Boetij. Poſtq̃ Doct. declarauit auctoritatẽ Boetij: nunc declarat intentionem ipſius Boe. i. quid intendat principaliter inferre: ⁊ dicit ꝙ intendit inferre: ꝙ diuine perſone non differant numeraliter ſine differentia materiali nũerali: lꝫ. n. differãt ꝑſonal̃r ſiue ſuppoſital̃r: nõ tñ differunt numero. nam que numero differunt dicunt ſimpl̃r aliam ⁊ aliam rem numeraliter: ſicut dicimus ꝙ franciſcus ⁊ Io. differunt numero: q2 alia natura eſt in franciſco ⁊ alia in Io. cũ ergo eẽntia diuina ſit ſinguları̃ſſima ⁊ ſimpl̃r indiuiſibilis: in illa nõ poſſunt eſſe plura ſuppoſita numeral̃r diſtincta: licet ſuppoſital̃r: ſiue perſonal̃r diſtincta. Probat ergo Boe. per hãc auctoritatẽ diuinas perſonas nõ differre nũero: q2 vbi eſt differentia numeralis ibi poteſt eẽ varietas accñtium ꝑ que differunt numero accidental̃r: ſꝫ in diuinis perſonis nõ eſt varietas accidentiũ: q2 forma ſimplex cuiuſmodi eſt perſona diuina: nõ põt eſſe ſubiectum alicuius accidentis. igitur ibi nõ eſt differentia numeralis. videret̃ ergo argumentũ nõ valere niſi ipſe intenderet ꝙ ſola accidẽtia poſſent diſtinguere numeraliter: ſi eñ diſtinctio numeralis: puta in ſubſtantijs põt eſſe per aliqua alia q̃ ſupple ꝑ accñte. ergo ex negatione accñtis in diuinis ꝑſonis non ſequitur negatio diſtinctionis numeralis in illis. ¶ Ibi. Dico ꝙ omnem diſtinctionem numeralem concomitatur diuiſio accidentium. Dicit doc. ꝙ Boeti⁹ per illam auctoritatem non arguit ſicut a cauſa preciſa negata ad negationem illius cuius eſt cauſa: quaſi ꝙ varietas accñtium ſit cauſa preciſa dĩe numeralis in ſubſtantijs: q2 tunc bene ſequeretur a negatione talium accidentium negatio diſtinctionis numeralis: ſicut in hoie pulmo eſt preciſa cauſa reſpirandi: ita ad negationem pulmonis vt ad cauſam preciſam negatam et reſpectu reſpirationis: ſequitur negatio reſpirationis. ꝫ: cum ergo ꝑ auctoritatem Boe. tñ habeatur ꝙ varietas accñtum in ſubſtantijs neceſſario cõcomitetur diſtinctionem nũeralem in illis: arguendo a negatiõe talium accñtium arguitur preciſe: ſicut a negatione alicuius ꝯcomitantis ad negationẽ illius ad qđ cõcomitat̃: ⁊ ideo ſi diuine ꝑſone differunt numero: neceſſario ꝯcomitaret̃ in illis varietas accñtium. Cũ ergo talis varietas nullo mõ ꝯcomitet̃: ſeq̃tur ꝙ in illis non erit nũeralis diſtinctio: ⁊ ſic pꝫ auctoritas Boe. ¶ Scđo principaliter arguit auctoritate Dama. in elementario. c. 5. oĩs res in q̃ differt hypoſtaſis ab eiuſdẽ ſpẽi hypoſtaſi đr aduentitia dĩa ⁊ caracteriſtica ꝓprietas: ⁊ qualitas hypoſtatica. Hoc aũt accñs eſt: velut hõ differt ab altero hoie: qm̃ hoc q̇dem longus: hic aũt breuis.

¶ Doc. dicit ꝙ ſi accipiatur accñs ꝓ oĩ eo qđ eſt extra rõnem formalem alicuius: ſic dĩa indiuidualis põt dici accñs. Et hoc pꝫ ꝑ Dama. in fine cap. illius: quecũq̃ inquit in aliq̇bus eaꝝ q̃ vnius ſpẽi hypoſtaſes ſunt: in aliquibus aũt nõ ſunt accidentia: ⁊ aduentitia ſũt. Et ꝙ ipſe non intelligat ꝓprie de accidente per accidens: patet ꝑ ipſum in libro ſententiarum. c. 8. ⁊ pꝫ auctoritas in littera. Et cũ dicit ꝙ hypoſtaſes nõ ſunt in ſeinuicem in natura reali ſicut ſunt hypoſtaſes diuiſe q̃ habent vnitatem nature: ꝓpter qđ ſunt in ſe inuicem: vt ſatis ꝓbatum eſt in primo. di. 19. q. 2. de circũinceſſiõe ꝑſonaꝝ. Cum ẽt dicit ibi. Plus aũt oĩbus eo ꝙ nõ ſũt in ſe inuicem: ſed ſeparatim ſunt. i. ꝙ hypoſtaſes create plus differunt q̃ hypoſtaſes diuine: quia hypoſtaſes create neceſſario ſunt ſeparate adinuicẽ: ⁊ hñt ne-

albedo i[n] franciſc[o] nigredo Jo. faci[ũt] non diff[er]re nume[ro]

dĩa indiuidualis põt dici accidens.

cessario aliam ⁊ aliam naturam: ⁊ vna potest esse sine alia: non sic hypostases diuine: non enim vna hypostasis diuina potest separatim esse sine alia propter vnitatem nature in eis. ¶ Tertio ⁊ vltimo Arguit auctoritate Auicen. 5. metaphysi. dicentis. nature: que eget materia ad eius esse adueniunt accidentia ⁊ dispositiones extrinsece: per quas indiuiduatur. hec ille. ergo substantia erit indiuidua per accidens. ¶ Dicit ꝙ Auicenna precisissime considerat quiditatem inquantum nihil includit ꝙ non ptinet ad per se rationē quiditatis eius. ⁊ hoc modo equinitas tm̄ est eqnitas: ⁊ nec vna: nec plures q̄uis vnitas eius non sit alia res addita: sed necessario consequatur istam entitatem: non tamen ista vnitas est intra formalem rationez quiditatis vt quiditas est: sed est quasi passio consequēs quiditatē. ⁊ omne tale apud eum vocatur accidens. Et sic conceditur ꝙ differētia indiuidualis est accidens nature quam contrahit ad esse indiuiduale: non tm̄ accidēs per accidēs: sed aliquid quod est extra rationem formalem ipsius nature sicut dicimus ꝙ differentia generica accidit generi: ex hoc ꝙ est extra rationem formalem generis.

Marginal note: Q̄ño equinitas ē tm̄ eqnitas

Questio Quinta.

QVintoprincipaliter querit Doctor. Vtrū substātia materialis: que supple est composita ex materia ⁊ forma physicali sit hec ⁊ indiuidua per materiam que supple est altera ps cōpositi. ¶ Ibi: Hic dicit. Do. hic recitat opinionē Tho. in prima parte summe. q. 7. articulo primo. qui vult substantiam materialem precise indiuiduari per materiā. ¶ Ibi cōtra istud Doc. hic iprobat opinionē Thome multis auctoritatib⁹. Prima est phi. 7. metaphysi. tex. commen. 39. Palam autē ꝙ anima quidem substātia prima: corp⁹ vero materia: homo vo aut animal qd̄ est ex vtrisq̄ vt vniuersa. Socrates autē coriscus: vt singulariter supple ex his. Siquidem igitur anima dupliciter dicitur. Alij nāq̄ vt animam: alij vero vt totum. Si vero simpliciciter anima hoc: ⁊ corp⁹ hoc vt quidem vniuersale: ⁊ singulare. hec ille. Sententia huius textus est ꝙ sicut datur compositum materiale vniuersale: ⁊ aliquod tm̄ vnuz numero: ita partes cōponentes sic se habent: ꝙ respectu compositi cōmunis partes scilicet materia ⁊ forma accipiuntur in communi: ⁊ si compositum est hoc aliquid siue singulare partes compositas erunt singulares. Et ex hoc sequitur ꝙ cōpositum singulare habeat propriam hecheitatem. Etsi dicatur ꝙ habeat illam a materia singulari. Contra: tū quia ex quo compositum est aliud a partibus: vt probatur a doct. in tertio. d. 2. ita habet propriam hecheitatem. Tum quia si cōpositū esset hoc per aliquaz partē componentem: magis esset hoc per formam singularez q̄ per materiam: quia forma magis dat esse. Tum etiā quia sicut materia est cōmunis respectu compositi communis: ⁊ contrahitur per aliquam hecheitatem ad hoc vt sit hec ita compositum in communi quod est aliud a materia ⁊ forma in communi contrahitur ad esse hoc p aliquid quod non est neq̄ materia neq̄ forma. Nūc expono hunc tex. cum dicitur. Palam autem ꝙ anima quidem substantia prima. corpus vero materia homo vero idest ꝙ homo respectu anime intellectiue: ⁊ materie puta corporis organici: aut animal respectu anime sensitiue: ⁊ respectu materie sue: supple est ex vtrisq̄ vt vniuersale idest ꝙ ex anima sensitiua in comuni: ⁊ materia in comuni constituitur animal in cōmuni: ⁊ similiter hō in communi constituitur ex anima intellectiua in cōmuni ⁊ ex tali corpore organico in cōmuni. Sequitur. Socrates autem ⁊ coriscus vt singulariter. idest ꝙ ista cōposita sicut sunt singularia: ita partes componētes puta hec materia: ⁊ hec forma: ⁊ ꝙ sit verum probat infra ibi. Siquidē igitur aīa dupliciter dicitur: supple in vniuersali ⁊ in particulari. ergo eadē ratione ⁊ ipsum compositum. Sequitur in textu. Alij nāq̄ vt animā supple dicunt hominem ⁊ animal: ita ꝙ anima sit tota essentia animalis: vt quidam dicunt. Alij vero vt totum. i. compositum ⁊ non animam. Sequitur. Si vero anima hec ⁊ corpus hoc vt quidam vniuersale singulare. i. dato ꝙ animal sit compositum ex anima ⁊ corpore: si ipsa simplicia. i. anima ⁊ corpus dn̄r vl'r ⁊ particulariter. Seq̄t ēt ꝙ compositum sic dicatur: sequitur ⁊ ante in eodē capitulo homo ⁊ equus supple in cōi: ⁊ que ita in singularibus: supple homo singularis ⁊ equus singularis. Vl'r autem non sunt substantia: supple homo ⁊ equus. i. formaliter accipiendo formam p forma partis: sed simul quoddā totum. i. compositum ex hac materia ⁊ hac rōne: vbi p ly hac Dicit doc. ꝙ Aristo. dicit ꝙ homo in cōi est compositus ex hac materia: non debz accipi ly hac p materia singulari: sed p materia determinata: supple ꝙ sit compositus ex tali corpore in cōi: ⁊ ex tali forma: aliter contradiceret sibimet. vnde subdit ibidē. Et vl'r vt exposui prius: ⁊ subdit postea ex vltima materia scz singulari: cum dicit: socrates iam est ⁊c. ¶ Ibi preterea. Idem per eundem. Scdo principaliter doc. probat ꝙ substantia materialis non sit precise hec p materiam. Et pbat auctoritate phi. 12. meta. c. 4. tex. com. 27. vbi vult ꝙ principia sunt eadem sicut principiata. Eorum inquit q̄ sunt in eadem spē diuersa: non spē: sed q2 singularium aliud tua materia: ⁊ spēs: et mouens et mea: vniuersalia aūt rōne earum. hec ibi. Et vide ibi Commen. ergo ita concedit distinctionem forme sicut materia in particulari: ⁊ ita vnitatem materie in cōi sicut forme ⁊ ideo debet adhuc querere quo materia sit hec: si eñ datur materia in communi: ⁊ per illaz substātia materialis non dr̄ hec. oportz querere quo materia sit hec vt per illam substantia materialis dicatur hec. Et si materia dr̄ hec: hoc erit per aliquid positiuū adueniens ipsi materie: ⁊ ꝯtrahens ipsam ad esse indiuiduale. Hoc idem apparet de forma partis: que in communi non dr̄ hec: ⁊ si erit hec: erit per aliquid adueniens sibi contrahens ipsam ad esse quale. ⁊ certum est ꝙ illud non erit materia: vt patet: q2 si principiatum est hoc aliquid ⁊ indiuiduum: ⁊ principia erūt similiter hoc aliq̄d. ¶ Ibi. Preterea sicut pbatur ex multis locis. Tertio principaliter. Hoc idem probat doc. auctoritate phi. 7 meta. c. de partibus diffinitionis. tex commen. 39. vbi vult phs ꝙ materia sit de essentia substātie composite. vt pat et circa principium illius textus: ⁊ nō est tale cōpositum precise essentia forme: sed est ꝯpositum ex materia ⁊ forma. ergo sicut illud compositum non p̄t ex se esse hoc ex prima. q. presentis distin. ita nec materia q̄ est pars eius. s. compositi communis non est de se hec: q2 non p̄t esse compositum commune et eiusdem rōnis in diuersis supple partibus subiectiuis quin quodlibet quod est de essentia eius posset esse eiusdem rationis cum eis: puta si homo vt est in sorte est singularis: ita partes componentes hominem vt in sorte: sunt singulares: cum sint de essentia eius. Et tunc queritur p q̄d sunt singulares? non ex se: sicut nec homo ex se est singularis. ergo per aliquid adueniens contrahens illas partes ad esse indiuiduale: ⁊ illud nō erit materia que est altera pars compositi cum illa de se non sit singularis: sed contrahatur ad singularitatem. ¶ Ibi. Preterea per rationem. Quarto Doctor arguit pbando ꝙ materia non sit singularitas: ⁊ arguit per rationem ducentem ad impossibile: quia sequeretur ꝙ hic ignis et h̄ aqua essent simpliciter vnum numero: quia si materia est ratio indiuidualis substantie materialis: tunc generatum ⁊ corruptum essent vnum numero. patet. quia illa sunt vnum numero: quoꝝ ratio singularitatis ē simpliciter eadem: sed materia manet simpliciter eadez in generato ⁊ corrupto. ergo resque generatur erit eadē numero cum re: q̄ corrumpitur. ¶ Ibi. Et si rn̄deas ꝙ non sit eiusdem speciei in generato ⁊ corrupto. Arguā sicut prius contra quātitatem interminatam: ⁊ ita erit generatio circularis primo ignis ex aqua: scdo aque ex igne. Aqua primo corrupta: ⁊ aqua scdo genita habēt eandem materiā. ⁊ sunt eiusdem speciei. ergo sūt realiter hec aqua: igitur primū redit naturaliter idez numero: quod est contra eos.

Marginal notes: Opi. scti Thome. — Expō tex. Aristo.

Nunc soluende sūt auctoritates: que adducuntur p opinione Tho. quibus probat substantiā materialem esse singularem per materiam: ⁊ primo auctoritas est philosophi. 7. metaphysi. t. c. 28. vbi vult ꝙ generans generat aliud propter materiam: alias inquit et sortes: sunt diuersa quidem propter materiam: idem vero specie. ergo differentia numeralis erit precise per materiam. ¶ Doctor respondet ad hanc auctori-

quare plato posuit ideas.

tatē: ꝙ respōsio ponitur circa finē. q. 6. Ibi. Ad illud Aristo. ꝙ generans generat aliud propter materiam. Dico ꝙ intentio phi est ibi: ꝙ idee non sunt necessarie ad generationem ⁊c. Plato enim posuit ideas eē necessarias propter duo. Primo ꝑpter generationem. Secundo propter scientiam: quia scientia est de perpetuis ⁊ necessarijs. Et Arist. probat ꝙ etiā si idee essent nō propter hoc essent necessarie ad generationē. Dicebat enim Pla. ꝙ generans vniuoce assimilat sibi genitū in specie ⁊ sic posuit substātiā separataʒ vt hominis per se existē tem: in qua generans ⁊ genitū vniuocantur. Et dicit phs ꝙ generatō pōt haberi sine istis: ⁊ ptʒ: quia si Frācisc⁹ generat Jo. est alia ⁊ alia materia: vt patet intuenti: ⁊ assimilat sibi Jo. non in singularitate: vt patet. ergo in forma. Dicit ergo Arist. ꝙ generans generat aliud ꝓpter materiam. i. ꝙ generans producit formā substātialem in aliam materiā a sua: vt patet in litera: ⁊ sic assimilat in forma ignis. ergo particulare ex forma sua habet vnde assimilet sibi passum: ⁊ generans genitū: ⁊ ex materia habet ꝙ sit distinctum a genito non principaliter hoc tñ sequitur necessario ꝙ distinguitur per materiaʒ a genito: quia materiā nō suam sed alicuius perficit ꝑ formam terminantem generationem: sua enim materia iā perfecta est forma. Et ex hoc ꝙ assimilat per formā perficit aliam materiam ꝙ̄ suam: ⁊ ita sua materia est alia ab illa: que priuatur forma tali: cuiuscūqʒ autē est alia materia: ex quo materia est pars essentialis rei: ipsum est aliud ab illo.

declaratio lr̄e Docto.

Apparēs cōtradictio in dictis Scoti

¶ Dico tunc ꝙ assimilationis ⁊c. In ista littera dicit doctor: ꝙ generās assimilat genitū in forma cōi: non in forma singulari: quia sm̄ hoc est ratio formalis agēdi. Et addit do. ꝙ forma: puta in Frācisco est principalior rō distinguēdi ꝙ̄ materia. Sed in hoc doc. videtur sibi contradicere: quia in. q. sequenti vult ꝙ forma eiusdem speciei nō est rō distinguēdi vnū indiuiduum ab alio. Hoc idem in primo. d. 4. q. 1. ¶ Dico ꝙ doc. dicit hic: ꝙ forma est principalior rō distinguēdi supple indiuidualiter ⁊ numeraliter non aūt principalior ratio distinguēdi vnum indiuiduum ab alio formaliter. In locis aūt preallegatis intelligitur ꝙ forma nō est ratio principalior distinguendi formaliter: ⁊ ꝙ ipsa forma sit principalior ratio distinguendi numeraliter: patet quia ipsa est illud quo principalius cōpositū habet esse. Quecūqʒ ergo sunt principia essendi: sunt principia distinguendi: vt patet. q. 1. ⁊ vltima prologi. Cuʒ ergo hec forma sit principalior rō constituendi hoc cōpositum: erit etiā principalior rō distinguendi ipsum numeraliter ⁊c̄. Et addit in litera ibi. Appropriate tñ distinguendo assimilatiuum contra distinctiuū forma est assimilatiua. Vult dicere Doct. ꝙ q̄uis ipsa forma sit principalior rō distinguendi compositū ꝙ̄ materia: appropriate tñ ipsa forma est principalior rō assimilandi ꝙ̄ materia: quia materia proprie non est qualitas substantialis vel accidentalis: propter quam aliquid dicatur simile alteri: materia vero appropriate est distinctiua: quia necessario ex hoc ꝙ caret forma: distinguitur ab illa materia: que habet ipsam formam: ⁊ ita cōpositum a composito: patet: quia ex quo materia aque caret forma ignis: que est in materia ignis: ideo materia aque distinguitur, a materia ignis: ⁊ sic compositum aque distinguitur a cōposito ignis. Sequitur ibi. potest etiā alio mō compositū intellligi aliud propter materiam. Dicit do. in ista litera: ꝙ lʒ cōpositum possit dici aliud ab alio cōposito propter aliam formā ⁊ propter aliam materiam ⁊ principaliter propter aliā formā: si tñ accipiatur sicut propter causam alietatis preexistentem. i. ꝙ cā principalis huiusmodi alietatis compositi a composito accipiatur pro causa preexistente in composito. Dicit ꝙ materia est principalior causa: quia in genito preexistit materia forme. ⁊ sic patet solutio ad auctoritatem phi. Scdo ꝓbatur positio Thome auctoritate phi. 7. meta. c. de partibus diffinitionis. t. cō. 20. 2 . ⁊. 41. vbi habetur ꝙ quid erat esse in quibusdam substātijs ideʒ est. Quecunqʒ vero in materia sunt: vel accepta sunt cum materia: non idem. Et idem videtur in. 8. c. 3. t. c. 8. Nā aia ⁊ anime esse idem: homo ⁊ hominis esse non idem: nisi et anime esse homo dicatur. ergo videtur ꝙ materia sit extra rationem quiditatis: et cuiuslibet habētis primo quiditatem. Et ita cum sit in entibus aliquid videtur esse indiuiduatio toti⁹: quicquid est enim in indiuiduo qd repugnat rationi quiditatis: omnino hoc potest poni prima ratio indiuiduandi. ¶ Respondet Doctor et respōsio stat in hoc ꝙ quod quid est: puta hominis. i. qdditas vel diffinitio hominis pt comparari ad hominem primo ⁊ per se: ⁊ sic homo primo ⁊ per se est animal rationale. Secundo pt comparari ad aliquid per se ⁊ nō primo. puta ad Franciscum: ⁊ sic Franciscus est per se animal rōnale: sed non primo. Tertio potest comparari ad aliquid per accidens. puta ad aliquod subiectum per accñs: ⁊ sic Frāciscus albus est animal: rōnale tm̄ per accidens: ⁊ sic sicut quod quid est cōparatur: ita est idem illi cui comparatur: ⁊ sic animal rōnale vt comparatur homini in communi inest illi primo ⁊ per se: indiuiduis vero per se ⁊ non primo: indiuiduo vero hominis per accidens: nec per se nec primo: sed tm̄ per accidēs inest: ⁊ sic vniuersaliter quod qd est eo modo quo est alicuius eo modo est idem sibi: qr sicut phs arguit. 7. metaphy. t. com. 20. singulum enim non aliud videtur esse a suumet substantia: ⁊ quod quid erat esse dicitur singuli substantia in dictis itaqʒ sm̄ accidens videbitur itaqʒ diuersum esse vt albus homo alterum ⁊ albo homini eē ⁊c. hec ibi. Si enim illud quod non est ens nihil est: quod quid autem rei est illud quo primo res est: ⁊ ideo cuius est quid primo ipsum est idem ipsi primo cuius est ⁊ce. Et ꝙ dicit qd in dictis per accidens non est ideʒ ⁊c. nō est mirum: qr in capitulo secundo declarauit ꝙ nihil eorum est quod quid est: nec diffinitio. Et sic bene conceditur ꝙ animal rationale non est idē primo Francisco: qr vltra animal rationale includit aliquid quod non ꝑtinet ad quiditatem: qui includit hecheitatem. Est vero idem primo ipsi homini: quia nihil aliud includit homo quiditatiue: homini vero albo non est idem nec primo nec per se: quia albedo nec per se nec primo pertinet ad quod quid est hominis: ⁊ si erit idem erit tm̄ per accidens. Ad propositū ergo philosophi dico ꝙ in non constitutis cum materia hoc est cum non entitate indiuiduali contrahente quiditatem: ideʒ est quod quid est primo cum eo cuius est: quia tale cuius est nullaʒ rationem includit extra rationem eius quod est primo quod quid est: in constitutis vero cum materia: hoc est cū entitate indiuiduali contrahente quiditatem: nō est idem primo quod quid est cum eo cuius est: quia sic acceptū primo non habeat quod quid est ex se: sed tm̄ per partē scilicet per naturam: que contrahitur: non igitur ex isto habetur ꝙ materia que est altera pars compositi sit extra rationem per se quiditatis: immo vere pertinet ad quiditatem vt clarius probat Doctor in. 3. distinctiōe 22. ⁊ sic non sequitur ꝙ materia que est altera ps compositi sit indiuiduans: sed tm̄ materia contrahens naturaʒ ⁊c. ¶ Preterea arguit Tho. auctoritate phi. 12 metaphy. tex. com. 49. ꝙ autem vnum celum manifestum. si enim plures essent celi vt homines: foret principium quidem circa vnum quod que specie vnum: numero vero multa: sed quecūqʒ sunt numero multa: multam materiam habent. Una enim ⁊ eadem ratio multorum: vt hominis. sortes vero vnus: ꝙ auteʒ quod qd erat esse non habet materiam primam. Endelechia enim vnum igitur ⁊ ratione ⁊ numero primum mouens immobile ens: ⁊ motum ergo semper ⁊ continue vnum solū: vnum ego solum celum. hec ille.

Quiditas hois pt cōpari ad hominē dupl...

¶ Respondet Doctor concedendo ꝙ non possunt esse plures motores primi: quia in primo motore non est materia: hoc est non est in eo aliquid contrahens vt materia: sed est de se hoc sine alio contrahente: nam talis contractio non stat cum perfecta simplicitate: ⁊ ideo qditas dei est de se hec. Et hec videtur intentio Commen. vbi supra commen. quadragesimo nono. pma inquit essentia que significat esse rei: oportet ꝙ non habeat materiam: quoniam si haberet naturaʒ: haberet aliā essentiam: ⁊ sic in infinitum: ⁊ ideo necesse est vt prima forma ⁊ vt prima natura que perfectio est et finis non habeat materiam. erit ergo simplex ⁊ non pt intelligi nisi de materia indiuiduali: qr vltra ꝙ non habeat materiam: que est altera pars compositi. non hʒ ēt materiaʒ isto mō: qr tunc prima natura nō eēt sūme simplex. ¶ Ultimo arguitur pro opi. Tho. pmo ce. ⁊ mūdi. t. c. 92. Cum dico celum dico formam: cum dico hoc celum dico materiam. Dicit doc. ꝙ accipitur ibi materia: non ꝓ materia: que est altera pars compositi: sed ꝓ rōne indiuiduali ꝑ quam aliquid est vnuʒ numero. ¶ Ex his etiam patet responsio ad primum argumentū pricipale fundatum super auctoritatem phi. 5. meta. capit. de vno, tex. com. 12, vnum in quid numero sunt: quorum

Ultimū argumētū p opi. Tho.

materia vna specie: quorum ratio vna: hoc ibi patet ꝙ accipit materiam pro illa entitate indiuiduali: que constituit in esse materiali: non autem in eē formali: prout quiditas dicitur forma quia ista entitas non est quiditatiua: nec pertinet ad quiditatē ⁊ ista expositio patet per illud quod subdit specie vnum: quorū ratio est vna: ratio enim subditur pro quiditate: que dicitur forma respectu esse indiuidualis. Et sic finis huius .q.

Questio Sexta.

SExto querit doct. Utrū substātia materialis sit indiuidua ꝑ aliquā entitatē positiuā ꝑ se determinātē naturā ad singularitatē: ⁊ dicit per se: q̄a cōstat ꝙ ex natura ⁊ ratione indiuiduali fit vnum singulare ꝑ se: ⁊ sic talis entitas per se competit: hoc etiā dicit ad differentiā aliquorū: que tm̄ per accidēs cōtrahunt: sicut albedo contrahit hominem ad esse albuȝ: ita ꝙ ex albedine ⁊ homine fit tm̄ vnum per accidēs. sensus ergo questionis est. An ratio indiuidualis: que per se contrahit naturam ad singularitatem: sit aliqua entitas positiua

¶ Hic dicitur: ꝙ natura specifica de se est hec: ⁊ tn̄ per quantitatē pōt esse natura cōis in pluribus singularibus. siue quantitas pōt esse rō: quare plura singularia pn̄t esse sub natura: ⁊ hec est opini. Gotto. q. 6. q. 16. ⁊ quoli. 7. q. 5. Est etiā opinio Egidij de Roma: ⁊ dicit breuiter in sentētia ista opinio ꝙ tota natura specifica: puta tota natura panis est tm̄ vna nūero ⁊ de se hec ⁊ hoc ꝓbat: deinde dicit ꝙ si diuidatur: ita ꝙ sint plures partes: hoc erit per quātitatē ⁊ ꝓbat. ¶ Ibi. Ista positio videtur posse habere duplicē itellectū. Unū ꝙ substātia materialis. puta panis inquātū distinguit̄ essentialiter a quantitate maneat eadem oīno non distincta ſm rōnē sue ꝓprie ⁊ essentialis entitatis: ita ꝙ panis vnā tm̄ dicat entitatē in se omnino idiuisibilē. Et tn̄ panis entitas q̄ditatiua recipiat multas quantitates: et recipiendo eas cum eis multa ꝯstituat singularia. Alio mō pōt intelligi ꝙ ista substantia materialis que de se esset hec circunscripta omni quantitate: postea quantitate informāte erit hec ⁊ ista: ita ꝙ non tm̄ recipit quātitates distinctas: sed ipsa habet distinctionem in se in entitate sua substantiali: ita ꝙ ista substantia q̄ subijcitur illi quantitati ⁊ distinguitur ab ea essentialiter: nō est illa que᷑ subest alij quantitati: licet nō possit esse hec ⁊ illa sine quantitate in hac ⁊ in illa. ¶ Primus intellectus videtur impossibilis: quia ex cōsequuntur inconueniētia in theorica ⁊ metaphysica: ⁊ scientia naturali. In theorica: quia esse ex hoc nō esset propriuȝ essentie diuine: patet: quia hoc est propriū essentie diuine: ꝙ vna ⁊ eadē numero: ⁊ omnino in se indistincta sit in tribus suppositis: qđ nulli nature create competit: ⁊ tn̄ si tota substantia hominis esset de se hec et singularis: ⁊ esset in pluribus suppositis per aliā ⁊ aliā quātitatē absolutam. tunc eadē natura singularis esset nō tm̄ in tribus suppositis: sed etiā in pluribus. Immo fortiuȝ seq̄tur q̄a natura diuiditur vt hec: cōiter ponitur esse in trib⁹ suppositis precise per aliā ⁊ aliā relationē: que supposita dicuntur tm̄ relatiue differre: natura vero creata vt exn̄s hec: est in pluribus suppositis absolutis q̄a per aliā ⁊ aliā quantitatē absolutam: qđ est impossibile Scđa seq̄tur: ꝙ non possit aliqua substātia panis ⁊ vini transubstātiari in corp⁹ ⁊ sanguinē: nisi tota substātia panis ⁊ vini trāsubstātiaret̄. pȝ. q̄a i tali trāsubstātatione transubstātiatur substātia remanēte quātitate Scđa sequeret̄ ꝙ in illo instanti quo trāsubstātiat̄ aliqua substātia panis in corp⁹ Christi: ⁊ aliqua substātia vini in sanguinē: ꝙ in toto mūdo nō eēt ampli⁹ substātia panis ⁊ vini. sed tm̄ quātitas q̄ pri⁹ informabat substantiā illā cū suis accidentib⁹ qđ est absurdū. ¶ Ibi. In metaphysica sequūtur incōuenientia. Primū. quia poneret̄ idea Platōis: vl' plusq̄ȝ idea quā posuit Plato. Plato. n. posuit ideā eē naturā ꝑ se exn̄tē separatā sine accn̄tib⁹ sicut sibi iponit̄ a Phō: in qua eēt tota natura spēi: que ſm ꝙ imposuit sibi Arist. diceret̄ de quolibet idiuiduo ꝑdicatiōe formali dicēte. hoc ē hoc. Hec aūt opi. dicit hāc substātiā dici de quolibet hui⁹ speciei ꝑdicatione dicēte. hoc ē hoc. ⁊ tn̄ eē sub ħ accn̄te ⁊ illo. Hec ergo opi. ponit tantā cōitatē quātā posuit Plato.

¶ Secundum: q̄ꝛ tunc duo actūtia eiusdeȝ spēi. s. due quantitates essent in eodē subiecto: qđ est contra eos. Sequitur ēt inconueniens in mathematica: q̄ꝛ tūc due quantitates dimensiue eiusdem rōnis simul idem perficerent subiectum: qđ est ꝯtra intētionē mathematici. ¶ Tertia iscia naturali sequuntur duo incōuenientia Primum ꝙ nulla substantia naturalis p̄t generari vel corrūpi. nō generari: pȝ q̄ꝛ si hic ignis est: erit in eo oīs substātia que p̄t esse in igne: nec per ꝯn̄s posset corrūpi nisi simul tota substātia ignis corrumperet̄. ¶ Scđm inconueniens est: ꝙ licet ſm fictionem illius maledicti Auerro. 3. de aīa com. 5. de vnitate intellectus in oībus hoibus possit sic fingi de corpib⁹ tuo ⁊ meo: sicut de lapidibus illo ⁊ isto: tn̄ non tm̄ ſm fidē: sed ſm verā phiā tenendo aliam ⁊ aliam aīam intellectiuā: vt ꝓbatur a doc. in. 4. d. 43. q. 2. non p̄t poni natura hūana esse de se athoma. i. singularis. Et tn̄ alia et alia ꝑ quantitatē q̄ꝛ in isto ⁊ in illo hoīe est alia ⁊ alia forma substātialis ꝓcedens naturaliter q̄ntitatem. Et ideo ad istā instantiam tanq̄ȝ insolubilē nō nitunt̄ ipsi rn̄dere: ⁊ iō trāsferunt se ad alia homogenea lapidē vel aquā: ⁊ tn̄ si haberent aliquid ꝑ se ex rōne nature specifice athome ita concederent de homine sicut de lapide. ¶ Ibi. Scđs intellect⁹ vr̄ destruere seipsum: q̄ꝛ illud quod est de se ħ sibi repugnat per se diuidi in plures ptes subiectiuas: vt ōn̄sum est supra a doct. in primo. dist. 2. cui repugnat de se esse non hoc: tale per nihil adueniens p̄t diuidi in plures partes: q̄ꝛ si sibi ex se repugnat diuidi sibi repugnat ex se aliquid recipere per qđ fiat non hoc. dicere ergo naturam esse de se hanc: ⁊ tn̄ ipsam posse esse hāc et aliam alio adueniente est dicere contradictoria: et hoc patet in exemplo posito. q̄ꝛ lȝ substantia materialis non sit ex se diuisa in partes eiusdem rationis: tn̄ ipsa non est de se indiuisibilis in partes tales: q̄ꝛ si eēt de se indiuisibilis: non posset recipere q̄ntitateȝ qua formaliter diuidatur in tales partes: q̄ꝛ qđ alicui repugnat simpliciter per qđcunq̄ȝ posterius non p̄t fieri sibi non repugnās: vt ōn̄dit doc. in primo. di. 3. q. 1. Et pȝ nam aīa q̄ de se est indiuisibilis in ptes eiusdē rōnis: sicut nō p̄t recipere tales partes: ita nec q̄ntitatem ꝑ quā eēt sic diuisibilis. vr̄ ergo deceptio in ꝯn̄tia hac. Non est de se tale. ergo est de se nō tale: ē fallacia ꝯn̄tis: ꝑ̄e. n. substātia ſm aliquam positionem non est hn̄s de se ptes eiusdem rationis: et tn̄ non est de se non hn̄s tales partes eiusdem rōnis: ita ꝙ repugnat sibi hr̄e partes: q̄ꝛ tunc non possit recipere formaliter aliquid per qđ sibi aduenirent tales ptes: ⁊ ita natura speciei specialissime non est de se hoc: sicut nec aliqđ diuisibile est de se hoc, ita ꝙ repugnat sibi de se diuidi in partes.

Opi. Got=to. ⁊ Egi=dij de Roma.

Incōueniē=tia ex pōne illa sequē=tia.

Ibi. Ad questioneȝ igitur respondeo. Hanc doc. respondendo ad questionē dicit ꝙ ratio indiuiduandi est aliqua entitas positiua: quod ꝓbat duabus rōnibus: quarum prima est ista: sicut vnitas in communi per se consequitur entitatem in communi: ita quecunq̄ȝ vnitas per se consequitur aliquam entitatem. ergo vnitas simpliciter: qualis est vnitas indiuidui consequitur per se aliquam entitateȝ: non autem consequitur per se entitatem nature: quia illius est aliqua propria vnitas et per se realis: vt supra patuit. questione prima huius distinctionis. igitur consequitur aliquā entitatem aliā determinātem istā: et ita facit vnū per se cum entitate nature. quia totum cuius est hec vnitas perfectum est de se: et hoc argumentum proprie stat in hoc: quia constituens aliquid ex natura rei in vnitate: puta specifica et hoc vltimate: de necessitate dicit aliquam entitatem ex natura rei: quam consequitur vnitas specifica. ergo constituens aliquid in vnitate numerali dicit aliquā entitatem ex natura rei quam concomitatur vnitas numeralis: siue vnitas indiuisibilis in plura numero. sicut eniȝ homo ex natura rei constituitur ex animali ad quod consequitur vnitas generica: et ex rationali ad quod consequitur vnitas specifica speciei specialissime ita singulare hominis constituitur ex natura humana quam consequitur ex natura rei vnitas specifica: et ex aliqua alia entitate ex natura rei quam consequitur vnitas numeralis. Nec valet dicere ꝙ vnitas numeralis precise consequatur entitatem nature: q̄ꝛ tunc non posset assignari vnitas numeralis: q̄ꝛ cuicunq̄ȝ vnitati supponit̄ entitas ꝓpria: vt pȝ discurrēdo in oī vnitate ergo vnitati nūerali supponit̄ aliq̄ entitas ꝓp̄a alia a

Opi. scō. s. ꝙ rō idiuiduādi ē ētitas positiā

nature c⁹ē. ¶ Ibi. Omnis dr̄ia dr̄iuꝫ reducit̄ ad aliq̄ pͥmo diuersa. Hec est secūda rō Doc. q̄ ꝓbat principale intentū: ⁊ stat in hoc ꝙ differentie: q̄bus aliqua differunt aut sunt primo diuerse: aut vltimate reducunt̄ ad aliq̄ pͥ⁰ diuersa: pꝫ: q̄a ꝑ rationale ⁊ irrōnale hō ⁊ asin⁹ differūt. Quero tūc aut rōnale ⁊ irrōnale sunt differētia: aut pͥmo diuersa. si 2⁰ hr̄ ꝓpositū: vꝫ: ꝙ differētie q̄bus aliq̄ differūt sunt pͥmo diuersa. Si pͥ⁰ ḡ rōnale ⁊ irrōnale alijs differentijs differūt: vel ergo erit ꝓcessus in infinitum: vel oporteb:t stare ad aliquas q̄ erunt pͥmo diuerse: vt etiā supra patuit in primo. di. 3. q. 3. Cū ergo Frācisc⁹ ⁊ Baptista vere differūt ad inuicē: q̄ro de differentijs q̄b⁹ differūt: aut sunt pͥmo diuerse: aut non: si pͥmo: hr̄ ꝓpositū. si 2⁰. ergo adinuicē dr̄nt: ⁊ sic ꝑ alias dr̄ias: vel ergo erit ꝓcessus in infinitum in hmōi differētijs: vel oportebit stare ad aliquas q̄ erūt primo diuerse: ⁊ ille vltimate dicūt vnitatē nūeralē: q̄ differētie nō pn̄t eē negatiōes: vt patuit supra. q. 2. nec aliq̄ accn̄tia ex. q. 4. ergo erūt aliq̄ entitates positiue ꝑ se determinātes ⁊ cōtrahētes naturā. Declaro tn̄ istā literā cū dicit. Sed indiuidua ꝓprie differūt: quia sunt diuersa aliq̄d idē entia. Hoc debet sane intelligi: q̄a indiuidua nō dicunt̄ ꝓprie differre: quia qn̄ aliq̄ ꝓprie differūt differētia ꝓprie dicta talis differētia ꝑtinet ad entitatē formalē ⁊ essentialem: que etiā differētia ꝓprie sumpta ē diuisiua generis ⁊ constitutiua speciei ⁊ sic indiuidua alicuius spēi nō differunt ꝓprie accipiendo differentiā ꝓprie. Debet ergo sic intelligi: ꝙ eo mō quo differūt indiuidua alicuius spēi illa q̄bus differunt vel erunt pͥmo diuersa: vl̄ reducēt̄ ad aliq̄ pͥ⁰ diuersa: ⁊ cū dicit ꝙ dr̄ia sunt aliq̄d idē entia debet intelligi de his: q̄ per se differunt: nam que per accn̄s differu:t nō sunt aliq̄d idē entia. i. ꝙ nō cōueniunt in aliquo q̄ditatiue: illa vero q̄ per se differunt: per se etiā cōueniūt q̄ditatiue in aliquo: ⁊ sic quecunq̈ singularia alicuius speciei ꝑ se differunt: ⁊ ꝑ ꝯsequēs habēt aliq̄d quo coueniūt q̄ditatiue: ⁊ aliq̄d quo differūt. Seq̄tur. Illa primo diuersa non sunt natura in illo ⁊ natura in isto: quia non est idē quo aliqua conueniūt formaliter: ⁊ quo differūt formaliter. Vult Doc. ꝙ Francisc⁹ ⁊ Jo. cōueniant in natura formaliter ⁊ ꝑ hecheitates differāt realiter: ⁊ sic nō ē idē quo cōueniunt: ⁊ quo differunt. ¶ Sed hoc dictum vr̄ implicare vꝫ. ꝙ aliqua duo sint idem formaliter: ⁊ ꝙ differāt realiter. pꝫ: q̄a cū identitate reali stat distinctio formalis; ptꝫ de essentia diuina ⁊ paternitate ⁊ de creatura ⁊ relatione ad deū: ⁊ de subiecto ⁊ ꝓpria passiōe: ⁊ de multis alijs. ergo que sunt idē formaliter a fortiori erūt idē realiter. Nec valet dicere: ꝙ p̄cise dicūtur esse eadē formaliter: q̄a cōueniunt in natura aliq̄ q̄di:atiue ⁊ formaliter: inter se tn̄ nō sunt idē formaliter. Cōtra hoc est ꝓpositio Doc. in pͥmo di. 2. pte. 2. q. 1. in pͥmo arg. pͥncipali: que vni ⁊ eidē simpliciter: sunt eadem simpliciter int̄ se sunt eadem simpliciter. Et cōcedit. doc. ꝙ eo mō quo sunt idem in tertio: eo mō sunt idem inter se. ¶ Dico ꝙ aliud est aliqua esse eadem formaliter ꝓprie: sic ꝙ vel dicunt eādem formalitatē: vel ꝙ vnū includat formaliter aliud. Et aliud est aliqua duo includere aliqua: que precise ꝑtinent ad quiditatē seu formalitatē rei: sic tn̄ ꝙ vnū nō includit aliud formaliter: nec ecōtra. pͥ⁰ mō cōcedit̄: ꝙ q̄ sic sunt idē formaliter: sunt idem realiter. Et hoc mō due nature exn̄tes in duob⁹ indiuiduis nō sunt sic idē formaliter. Scd̄o mō que sic sunt idem formaliter pn̄t etiā differre realiter: ⁊ sic natura Francisci ⁊ natura Jo. sunt simpliciter eiusdem rōnis: nec sunt id quo Frāciscus ⁊ Jo. formaliter differūt: sed quo magis cōueniunt. ¶ Occurrit etiā difficultas: quia dicit Doc. ꝙ aliud est quo duo indiuidua cōueniūt formaliter: ⁊ aliō est quo differunt realiter: quia per naturā cōueniūt formaliter in isto ⁊ in illo: ⁊ per differētias idiuiduales differūt realiter: hoc non videt̄: quia si in Frācisco ⁊ Jo. ē alia ⁊ alia natura: vt etiam intelligit̄ prior hecheitate: vt patuit supra. q. 1. hui⁹ di. Quero quō iste due nature differūt: certū est ꝙ realiter q̄a sunt simpliciter alia ⁊ alia res: ⁊ per cōsequēs Frācisc⁹ ⁊ Jo. non dicūtur p̄cise differre realiter per aliam ⁊ aliam hecheitatem immo magis per aliam ⁊ aliam naturam: que natura est magis res. ¶ Dico ꝙ in Francisco ⁊ Jo. est alia ⁊ alia natura realiter: vt dixi supra in questione pͥma hui⁹ di. per illam etiam magis differunt realiter: non tamen ꝑ aliam ⁊ aliam naturam precise differunt realiter ⁊ numeraliter: ⁊ indiuidualiter: quia natura vt est prior singularitate nō pōt eē vna nūero. Hic ergo do. intelligit ꝙ Franciscus ⁊ Jo. ꝑ aliam ⁊ aliam hecheitatē differūt realiter ⁊ numeraliter: licet ēt differant realiter ꝑ aliaꝫ et aliam naturā: sed nullo mō numeraliter. ¶ Aduerte ēt ꝙ natura in Francisco ⁊ natura in Jo. cōueniunt formaliter ⁊ q̄ditatiue in natura specifica: nō ꝙ det̄ aliqua natura specifica cōis ex natura rei istis naturꝫ: cū hoc sit simpl'r impossibile: sed dr̄ sic conuenire: q̄ natura Francisci vt prior hecheitate nata est ita cōtrahi ab hecheitate Jo. ⁊ nata identificare realiter illā sibi. et sil'r dico de natura Jo. ⁊ de qualibꝫ alia. Et vt sic sūt rōnes ꝓpter quas dicimus ꝙ Jo. ⁊ Franciscus cōueniunt in hoīe q̄ditatiue: q̄ sicut natura humana in Frācisco nata est ꝯtrahi ab hecheitate Francisci: ita nata ē ꝯtrahi ab hecheitate Jo. lꝫ ergo ille due nature sint due res ⁊ due nature adinuicē realiter ⁊ eēntialiter distincte ⁊ formaliter: tn̄ q̄ quelibet ex se dicit entitatem specificam ⁊ vna nō differt spē ab alia: quo ad hoc dicimus ꝙ sunt idē formaliter ⁊ eēntialiter vt idētitas formalis ⁊ eēntialis opponit̄ distinctioni specifice. Cū ergo doc. dicit ꝙ Franciscus ⁊ Baptista ꝑ hecheitates differunt realiter: vex est ꝙ differunt realiter ⁊ nūeraliter: ⁊ cum dicit: ꝙ ꝑ naturā in isto ⁊ ꝑ naturam in illo ꝯueniunt formaliter: debet intelligi formaliter. i. specifice: q̄ tam natura Francisci q̄ natura Jo. sunt simpl'r eiusdem rōnis quiditatiue. i. ꝙ nullo mō dicunt entitates q̄ditatiuas spē distinctas: ⁊ tn̄ cum hoc stat ꝙ vere realiter ⁊ eēntialiter differūt. Et ex hoc apparet quō ista ꝓpositio est vera: ⁊ quō nō vera. vꝫ: ꝙ que differūt realiter differunt eēntialiter: est. n. vera quo ad hoc ꝙ q̄cunq̈ due res dicentes essentiam differunt realiter ad inuiceꝫ: differunt etiā essentialiter hoc est sunt due eēntie realiter distincte. Non est aūt vera accipiendo eēntialiter. i. specifice: q̄ non sequitur q̄ differunt realiter differunt specifice: ptꝫ: q̄ natura in Francisco ⁊ natura in Jo. differunt realiter: non tn̄ specifice vt exposui supra. q. 1. hui⁹. d. Nec tn̄ ex hoc sequitur: differūt realiter ⁊ non specifice. ergo differunt realiter ⁊ numeraliter. q̄ ille due nature nō sunt singulares. ¶ Aduerte etiam: ꝙ etiam in creaturis non sꝑ valet: differunt realiter ergo ⁊ essentialiter: q̄ due hecheitates sunt diuersa realiter: non tn̄ essentialiter: q̄ nullo modo ꝑtinēt ad esse essentie: sola ergo illa dicuntur differre realiter et essentialiter: que dicunt aliaꝫ ⁊ aliam rem ad eē eēntie pertinentem: que oīa bene nota. ¶ In ista etiā lr̄a doc. occurrit aliqualis difficultas cum dicit: ꝙ ꝑ hecheitates Franciscus ⁊ Jo. differunt realiter: ⁊ per aliam et aliam naturam conueniunt formaliter. Ex hoc nihil aliud habetur nisi ꝙ per illas hecheitates differūt realiter: accipiendo realiter numeraliter. Ex hoc nō seq̄t ꝙ ille hecheitates sint primo diuerse. i. in nullo quiditatiue ꝯuenientes: pꝫ in simili: q̄ homo ⁊ asinus ꝑ rōnale et irrōnale p̄cise differunt spē. Et tn̄ rōnale ⁊ irrōnale non sunt primo diuersa. ergo nec sil'r ille hecheitates. ¶ Dico breuiter ꝙ aliud est loqui de entitate constituente aliquid in esse specifico: ⁊ aliud est loqui de entitate constituente aliquid vltimate in esse indiuiduali: q̄ prima pertinet ad esse quiditatiuum ⁊ essentiale: ideo vr̄ includere ens quiditatiue. alia vero nullo modo ꝑtinent ad quiditateꝫ: ⁊ ideo a rationali ⁊ irrationali potest abstrahi conceptus entis dictus in quid de ꝗis cuꝫ pertineant ad esse quiditatiuum. Sed ab hecheitate Francisci et Joan. non potest abstrahi conceptus dictus in quid de eis: cum nullo modo pertineant ad esse quiditatiuum rei. Et de hoc vide que exposui in primo distinctione vigesima quinta. et sic habetur intentum Docto. videlicet ꝙ differentie indiuiduales sunt simpliciter primo diuerse: licet intendat in ista ratione pͥncipaliter probare ꝙ sint entitates positiue: et ratio stat in hoc. Illa quibus aliqua differunt realiter et numeraliter dicunt entitates positiuas et reales. Sed Frāciscus et Joannes vere et realiter et numeraliter differunt per aliam et aliam hecheitatem. ergo ille due hecheitates sunt entitates positiue: an modo sint primo diuerse: vel ne: non est principalis intentio Doctoris. et sic patꝫ ista secunda ratio. ¶ Ibi. Cōtra primā rationem obijcitur. Hic Doctor adducit vnam instantiam contra illud: quod dicit in prima ratione ꝓbando: ꝙ non detur aliqua natura hn̄s vnitatem realē minorē vnitate numerali. Et ratio stat in hoc: q̄ talis natura non esset in se: quia vt dictum est supra presenti. dist. q.

Expō lr̄e cū pulcherrimis difficultatib⁹ ⁊ suis solutionibus.

Aliqua eē eadem formaliter dupliciter intelligi pōt.

Quō id[...] dua[...] ant in [...]

q̄ diffe[...] aliter [...] ferūt e[...] aliter q[...] telligatur.

Sisse hic gradatio[...] gēs[...] ta q̄ m[...] niesq[...]

i. nõ daẽ natura realis actu exñs nisi singl'aris. Et erit ĩ
singularibus: ⁊ tunc quero: Aut precise erit in vno nu=
mero: ⁊ tũc erit tñ vna numero: quia quod est realiter
in vno numero: realiter est vnum numero: ⁊ hoc patet:
quia quod actu existit in aliquo vno numero: videtur ꝙ
actu sit vnum numero. non eñ cõe actu existit in aliquo
vno numero. Aut erit simul ĩ pluribus numero differẽ
tib⁹: puta in duobus vel tribus. Cõtra: quia in eis nihil
est vnum numero realiter: cũ hoc sit propriũ essentie di
uine: ꝙ exñs realiter vna numero ⁊ singularis est in tri
bus suppositis: modo natura realis nõ videẽ actu cõis
quia non datur aliqua vnitas realis actu cõis. ergo erit
vna nũero: vt ly tñ nũero non accipiatur pro indiuiduo
⁊ singulari: sed ꝙ sit vna res de numero rerum actu exñtiũ
¶ Ibi. Rñdeo sicut dictũ est in solutiõne. q. pme hui⁹.
d. natura est prius naturaliter ꝙ̃ hec natura: ⁊ vnitas
propria consequens naturam vt natura prior est natu=
raliter vnitate eius vt hec natura: ⁊ sub ista ratiõe: sup
ple vt est prior singularitate: est de ea consideratio me
taphysica: ⁊ assignatur diffinitio eius: ⁊ sunt ꝓpositio=
nes ꝑ se pmo mõ. ¶ Tñ aduerte cũ dicit do. ꝙ de ea est
consideratio metaphysicalis ꝙ accipit naturam: vt pre
cise habet esse obiectiuũ: siue in esse possibili: aliquo mõ
prius existentia possibili: sicut res ponitur prior modo
suo intrinseco. quia tunc precise dicit entitatem quidita
tiuam: ⁊ dr realis sm quid: quia sibi non repugnat poni
in actuali exñtia: ⁊ vt sic ꝑcise verificãtur predicata p=
mi modi. Potest etiam accipi natura in esse reali sim=
pliciter: vt aliquo mõ pri⁹ exñtia reali actuali sicut res
est prior suo modo intrinseco: ⁊ vt sic de ea realiter veri
ficantur predicata primi modi: vt supra exposui in pri=
ma. q. pñtis dist. Sequitur in littera ibi. In eodez ergo
quod est idem numero: est aliqua entitas quam conse=
quitur minor vnitas ꝙ̃ sit vnitas numeralis: ⁊ est rea=
lis: ⁊ illud cuius est vnitas talis formaliter nõ est de se
vnum vnitate numerali. ¶ Aduerte ꝙ naturaz esse in
eodem numero põt multipliciter intelligi: puta ꝙ huma
nitas considereẽ pmo in esse obiectiuo: siue possibili: ⁊
vt sic ponitur in vno numero: itaꝙ eadẽ natura preter
oẽ op⁹ intellectus collatiuum non est in duobus nume
ro: sed precise in vno numero: licet vt prior vnitate nu=
merali possit esse in alio numero: nõ collectiue: sed diui
siue: ita ꝙ ista nullo modo est cõcedenda: ꝙ natura hu=
mana in esse obiectiuo vt ꝑcedit oẽm actum intellect⁹
collatiuum actu possit esse in duobus nũero: quia si sic:
ipsa in esse reali quiditatiuo: tunc realiter posset esse in
duobus numero: quod est falsum. Scdo si considereẽ vt
includit exñtiam possibilem ⁊ obiectiuã precise: ⁊ vt sic
etiã erit tñ in vno numero: sed vt sic non erit ꝓprie pre
dicatũ quiditatiuũ: cũ exñtia in quocũꝙ esse siue possi=
bili siue reali non pertineat ad quidditatẽ rei. Si tertio
cõsidereẽ natura humana in esse reali actuali ⁊ esse n=
tiali: adhuc erit tñ in vno numero: non ꝙ ipsa in se sit
formaliter vna numero: imo vt sic est naturaliter prior
vnitate numerali: põt tñ dici in pluribus numero diuisi
ue: nõ collectiue sic intelligendo ꝙ quantuz est ex se si=
cut põt esse in vno numero ita ⁊ in alio sed vt actu est
in vno numero: simul non põt esse in alio. Quarto si cõ
sidereẽ natura humana vt includit exñtiã in esse reali ⁊
actuali: vt modũ sibi intrinsecũ: adhuc ꝑcise erit in vno
nũero: lz possit eẽ in plurib⁹ diuisiue nõ collectiue: vt su
pra dixi: sed vt sic nõ erit ꝑdicatũ dictũ ĩ q̃d. cũ talis exi
stẽtia nõ ptineat ad quiditatẽ. Istis ergo quatuor mo
dis vt ꝯsideraẽ prior vnitate numerali: habet vnitatẽ
minorẽ vnitate numerali: formaliter tñ. Seq̃tur ⁊ cum
obijcis q̃c q̃d est in eodez indiuiduo numero est idẽ nũe
ro. Dicit doc. in sententia ꝙ eẽ vnũ numero põt triplici
ter intelligi. s. primo ⁊ per se: per se: ⁊ nõ primo nec per
se: nec primo: sed denoĩatiue. Primo mõ differẽtia indi
uidualis cũ sit rõ ꝯstituẽdi ꝑcise ĩ vnitate nũerali erit pͦ
⁊ per se vna nũero. Scdo mõ cõstitutũ ex natura ⁊ dif
ferẽtia indiuiduali erit ꝑ se vnũ nũero. Tertio mõ. na=
tura q̃ poniẽ in vno nũero erit tñ denoĩatiue vna nũe=
ro: ita ꝙ hec ꝑdicatio hõ est Frãciscus: nullo mõ est ꝑ
se: sed denominatiua: accipiendo denominatiuum pro
omni eo q̃d est extra rationẽ formalẽ alicuius: vt por tñ
singularitate erit ꝑ se vna vnitate minore vnitate nume
rali. Expono tñ aliqualiter lrãm cũ dicit. Aliq̃d põt di
ci aĩatũ denominatiue vt corp⁹: vel ꝑ se primo vt homo
Nã corpͦ organicũ dr aĩatum anima tñ denoĩatiue:
qr aĩa nullo mõ ẽ de essentia corꝑis: sed tñ ẽ forma de
nominãs illũ hõ vero in cõi vt est por singularitate ẽ ꝑ
se primo aĩatus: qr aĩa est de essentia ⁊ quiditate hoĩs
et per se ꝑconuenit hoĩ: dr tñ denoĩatiua per se pmo: qr
omne aĩatũ vt est ꝯcretum huius abstracti. s. aĩe: habz
ꝑcise modũ predicandi denoĩatiue: licz talis denoĩatio
sit essentialis. Et hoc ptz a doc. in primo. d. 8. q. 3. de at
tributis. Sequitur ibi. Et ita supficies dr alba denoia
tiue: superficies alba dr alba per se pmo mõ qr subie=
ctum includit ꝑdicatum. Albedo. n. vt ꝯparaẽ ad super
ficiem ꝑdicatur ꝓprie denoĩatiue de ipsa: vt vero ꝯpa
ratur ad superficiem albã: ⁊ ad totũ suo mõ ꝯstitutum
ex superficie ⁊ albedine ꝑdicatur per se primo denoĩa=
tiue: qr albedo suo mõ est de essentia ꝯpositi albi: ⁊ dixi
suo mõ qr ꝯpositum ex subiecto ⁊ accñte nõ est ꝑ se cõ=
positum: vt ptz per phm. 8. meta. t. c 15. ⁊ 16. qr tñ al=
bedo dr de essentia talis cõpositi per accñs dr suo mõ
denoĩatiue ꝑdicari de illo. Sequiẽ. Ita dico ꝙ potẽtia
le q̃d ꝯtrahitur per actuale informatur ab ipso actuali:
et per hoc informaẽ ab ipsa vnitate ꝯñte illam actuali
tatem: ⁊ ita est vnũ vnitate ꝓpria illius actualis: sed
denoĩatiue est sic vnuz: qr denoĩatur ab illa vnitate: nõ
aũt est de se sic vnũ nec primo: nec per partẽ essentialẽ
ptz. qr natura humana vt dr vna numero per hecheita
tem ꝑcise dr vna numero denoĩatiue: qr talis hecheitas
q̃ per se primo est vna numero: nullo modo est pars es=
sentialis talis nature. Hoc idem dico de genere respe=
ctu speciei. Color. n. vt est in albedine dr vnum spẽ so=
lum denoĩatiue: qr vt est in albedine denoĩatur in dr̃ia
vltimata albedinis: que nõ est pars essentialis esse co=
loris. Sequitur. Dr̃ia aũt specifica est vna spẽ pmo
qr sibi primo repugnat diuidi in plura specie. ¶ Et no
ta ꝙ esse vnum spẽ primo põt dupliciter intelligi vt quo
et vt q̃d. vt quo est differẽtia specifica: qr est id quo ali
quid primo constituitur in esse specifico: ⁊ in recta linea
predicamentali: ⁊ est id quo repugnat speciei posse di=
uidi in plura specie. Scdo mõ albedo dr spẽs primo vt
q̃d: qr pmo poniẽ sub genere. Pz ergo intelligi dictum
doc. ꝙ dr̃ia specifica ẽ vna spẽ pmo vt q̃: ⁊ pz lrã seq̃ns
¶ Ibi. Vlterius declarando solutionez istã: q̃ sit ista
entitas a q̃ sit vnitas ista ꝑfecta. Hic doc. intẽdit decla=
rare q̃d importet hoc q̃d dico. hecheitas siue dr̃ia indi=
uidualis: ⁊ ad q̃d genus ꝑtinet: et declarat per sile ad
entitatẽ a q̃ sumitur dr̃ia specifica: nam dr̃ia specifica
põt ꝯparari ad illud q̃d est infra se: ⁊ sic: ⁊ sibi: ⁊ speciei
ꝯstitute: repugnat diuidi in plura spẽ: vel ad illd q̃d est
supra se: vel ad illud q̃d est iuxta se. loq̃ndo pmo mõ di
cit doc. ꝙ entitati indiuiduali: puta hecheitati repugnat
primo diuidi in quascunꝙ partes subiectiuas et pillã
eandem hecheitatẽ sic silr repugnat indiuiduo ꝯstitu=
to per ipsam. Sequitur ꝙ illa vnitas nature specifice
mior est ista vnitate. s. numerali: ⁊ sic iste due vnitates
differunt: ⁊ dicit ꝙ vnitas specifica nõ excludit omnes
diuisionem sm partes subiectiuas. Nota ꝙ actu vna
natura ẽt vt precedens singularitatẽ possit simul eẽ di
uisa in plures partes subiectiuas: sed qr nulla natura
vt prior hecheitate determinat sibi aliquam hecheita=
tem: sed est indifferens ad oẽm. ⁊ vt sic põt considerari
ab intellectu. vt supra dixi: ⁊ sic non excludit diuisionez
in partes subiectiuas. Sequitur. Sed tñ illam diuisio
nem: que est partium essentialium. i. ꝙ differentia speci
fica non est composita ex partibus essentialibus: sicut
spẽs componitur: põt tñ habere partes subiectiuas sic ĩ
telligendo: ꝙ erit rõ formalis ꝯstituendi naturã diuisi=
bilez in plures partes subiectiuas: ⁊ sic q̃d est sic diuidi
primo ꝯpetit dr̃ie specifice. Sequitur. Ista nunc exclu
dit oẽm. i. ꝙ dr̃ia indiuidualis excludit oẽm diuisionem
in partes subiectias: ẽt excludit diuisionẽ in partes eẽn
tiales. Sequitur. Et ex hoc ꝯfirmatur satis ꝓpositũ:
qr ex quo quecunꝙ vnitas minor vnitate ista: hz enti=
tatem ꝓpriam quã per se ꝯsequitur: ptz: qr vnitas spe=
cifica pma ⁊ per se est alicuius entitatis: puta dr̃ie spe
cifice: cui primo ⁊ per se ꝯuenit talis vnitas. Non vide
tur ergo ꝓbabile ꝙ isti vnitati perfectissime: q̃ est vni=
tas numeralis primo ⁊ per se non habeat aliquã enti=
tatem ꝓpriam cui primo ⁊ per se ꝯueniat talis vnitas:
illa ergo entitas erit precise dr̃ia indiuidualis. ¶ Ibi.
Cõparando aũt ad illud q̃d supra se. Hic doc. dicit ꝙ
comparans differentiam specificam ad genus: ab alia
entitate accipitur differentia speciei ⁊ ab alia entitas
generis: ⁊ exemplũ est clarum vbi genus ⁊ dr̃ia accipiun=
tur ab alia ⁊ alia re puta in homine: a sensitiua accipiẽ

No. hanc literam.

Naturã eẽ in eodẽ numero põt ĩtelligi multipliciter.

Esse vnuz nũero põt tripliciter intelligi.

Esse vnuz spẽ põt dupliciter intelligi.

animal: ab itellectiua rationale: ⁊ sicut sensitiua est realiter in potentia ad intellectiuam: quia homo prius viuit anima sensitiua ꝙ̃ intellectiua. sic ⁊ sensitiuū est potentiale ad intellectiuum ⁊ intellectiuum est simpliciter actuale. entitas ergo generis precise accipitur a potentiali. ⁊ entitas differentie specifice precise accipitur ab actuali. ⁊ sic patet ꝙ genus ⁊ differentia dicunt alium ⁊ alium conceptum: cum sumuntur ab alia ⁊ alia re: ⁊ aliquando accipiuntur ab alia ⁊ alia realitate: ⁊ hoc diffuse expositū ē in 2° di. 3. q. 3. ⁊. 8. q. 2. nec oportet hic multum morari. ¶ Sequitur ibi. quo ad hoc ista realitas īdiuidui est similis realitati specifice quod est quasi actꝰ determinās illam realitatem speciei: q̃si possibile ⁊ potentialem. i. ꝙ sicut entitas differentie specifice est actꝰ entitatis generis contrahens ⁊ determinās ipsam ad esse specificam ita entitas differentie indiuidualis est actus nature specifice contrahens eam ⁊ determinās ad esse indiuiduale. ¶ Sequitur ibi: sed quo ad hoc dissimilis: quia ista nūq̃ sumitur a fortiori addita: sed precise ab vltima realitate forme. i. ꝙ differentia specifica sumitur precise ab vltima forma puta ab anima intellectiua. si sumitur ab alia re: si vero nō sumitur ab alia re ab illa a qua sumitur ratio generis. saltem realitas sumitur ab alia realitate que tamē non erit simpliciter vltima. differentia vero indiuidualis precise sumitur ab vltima realitate forme loquendo de differentia indiuiduali que proprie constituit indiuiduum per se in aliquo genere: quia et partes cōponētes aliquod indiuiduum essentialiter: puta hunc hominē: habent propriam singularitatem. quia hic homo constituitur ex hoc corpore ⁊ ex hac anima. ¶ Hic tamē aduerte ꝙ pro anima intellectiua accipitur rationale: ⁊ sicut anima intellectiua includit ens quidditatiue: ita ⁊ rationale. ⁊ sicut ab vltima realitate anime intellectiue: qua differt ab anima sensitiua: accipitur alia differentia que proprie non erit specifica: ⁊ similiter ab vltima realitate anime sensitiue ⁊ sicut due vltime realitates non includunt ens quidditatiue: quia sunt primo diuerse: ita nec differētie sumpte ab eis: ⁊ ab ista vltima realitate nō accipitur differentia indiuidualis: quia tunc per illas realitates aīa sensitiua ⁊ intellectiua precise differrēt numeraliter qđ est falsum. differentia ergo indiuidualis dicitur sumi ab vltima realitate forme qua mediante vna forma: puta vna anima intellectiua precise numeraliter differt ab alia: ⁊ sic iste due realitates vltime a quibus accipiunt̄ due differentie indiuiduales precise seipsis differunt ⁊ sunt primo diuersā: ⁊ per consequens ⁊ differentie sumpte ab eis. ¶ Sequitur ibi. quo ad aliud etiā est dissimile: quia illa realitas specifica constituit compositū cuiꝰ est pars in esse quidditatiuo qꝛ ipsa est entitas quedam quidditatiua: ista autem entitas indiuidui est primo diuersa ab omni entitate quidditatiua: quod probatur quia intelligendo quācunq̧ entitatem quidditatiuam tamē. qđ dico propter essentiam diuinā: que ex se ⁊ sua ratione formali est hec vt supra patuit in primo distin. 5. q. 2. non habetur in quidditate intellecta vnde ipsa sit hec. i. ꝙ data quacunq̧ quidditate precise ex se videtur communis ⁊ nullomodo singularis: ⁊ sic sequit̄ ꝙ illa entitas que de se est hec. est simpliciter alia entitas ab entitate quidditatiua: ⁊ sic non potest constituere aliqđ totum cuius sit pars in esse quidditatiuo: sed illa pars erit precise alterius rationis ab entitate quidditatiua. ¶ Ibi. Et quia apud phm̄ quidditas dicitur forma. vt in. 6. meta. cō. de causa: t. c. 2. ⁊ in. 7. meta. t. c. 41. c de partibus diffinionis ꝙ in quibuscunq̧ non est materia idem est quod quid est cum eo cuius est. sicut exponitur loquendo de materia ⁊ forma. ⁊ materia apud eum vocatur quodlibet habens quidditatem contractam vt supra patuit ⁊ Boetius vult ꝙ nulla forma sit subiectū accidentis in libro de tri. quia forma dicitur in quid de quocunq̧ alio: ⁊ si humanitas sit subiectum hoc non cōuenit ei inq̃ztum est forma. humanitas quidem nō ē forma alterius partis ꝯpositi vt forme vel materie: sed totiꝰ cōpositi habentis quidditatem cōtractā siue in quo est quidditas contracta: ideo oīs realitas specifica ꝯstituit in eē formali: q̇a in esse q̇dditatiuo: ⁊ realitas īdiuidui. ꝯstituit p̄cise in esse materiali hoc ē in eē ꝯtracto. ⁊ ex hoc sequit̄ illa logica distictio ꝙ ista ētitas eēntialit̄ ē formalis. ⁊ illa materialis: qꝛ ista ꝯstituiti ratiōe subiicibilis vltimate. s. ⁊ illa ī ratiōe p̄dicabilis p̄cise: p̄dicatū aūt formale hꝫ rationē forme ⁊ subiicibile rōnem

aduerte bñ

Realitas specifica ꝯstituit in eē formali ⁊ ĩdiuidualis in esse materiali.

materie. ¶ Ibi. Comparando vero ad illud quod est iuxta se. s. differentiam specificam puta comparando differentiam specificam hoīs ad drñtiam specificā asini licet q̄nq̧ posset esse non primo diuersa ab alia: sicut est illa entitas que sumitur a forma puta sicut aīa intellectiua a qua sumitur rationale nō ē primo diuersa ab aīa sensitiua asini a qua sumitur drñia specifica asini. ⁊ sic tales drñtie sumpte non sunt primo diuerse: tm̄ vltima differentia specifica est primo diuersa ab alia. i. ꝙ sicut vltima realitas aīe intellectiue: qua differt ab aīa sensitiua asini est primo diuersa ab illa entitate siue realitate vltīa. qua ēt aīa sensitiua asini differt ab aīa intellectiua. ita differentie sumpte ab illis realitatibꝰ sunt primo diuerse: ⁊ tales differentie habent ꝯceptū simpliciter simplicem qꝛ non habent aliquid in quo ꝯueniant quidditatiue: ⁊ aliquid in quo differant vt supra expositum est in p̄mo. d. 3. q. 3. ¶ Sequitur ⁊ quo ad h̄ dico ꝙ differentia indiuidualis assimilatur differentie specifice vltimo sumpte: qꝛ sicut vltima realitas drñtie specifice est primo diuersa a quocunq̧ alio: qꝛ cum nullo alio cōuenit quidditatiue ita entitas differentie indiuidualis est primo diuersa a quocunq̧. ¶ Ibi. Et ꝑ hoc apparet ad istam obiectionem aut entitas indiuidualis Francisci ⁊ ioannis sunt eiusdem rōnis: vel alterius. non primo qꝛ esset ꝓcessus in infinitum: quia si essent eiusdem rōnis ab eis posset abstrahi conceptus dictus in quid: ⁊ sic querendum est ꝑ qđ contrahit̄ ille conceptus ad hanc entitatem ⁊ illam: si de se contrahitur pari rōne poterit esse status in natura lapidis: si ꝑ aliud quero prius de illis contrahentibus aut sunt eiusdem rōnis vel alterius: ⁊ sic videretur ꝓcessus in infinitum. si scđo tunc constituta erunt alterius rōnis qꝛ quāta distinctio erit in cōstituentibus. tanta erit in cōstitutis: ⁊ sic constituta ꝑ differentias indiuiduales nullo modo erunt eiusdem speciei. ¶ Ibi. Respondeo. hec responsio clara est in littera ⁊ diffuse patet a doc. in p̄mo. d. 7. ⁊. dist. 13. vbi ostendit constituta non tm̄ differre sicut cōstituentia: qꝛ vltra in quo differunt includūt aliquid in quo conueniunt. ¶ Ibi. Et si queras q̄ est ista entitas indiuidualis a qua sumitur differentia indiuidualis est ne materia vel forma vel compositum.

¶ Respondeo omnis entitas quidditatiua. Hic doct. intendit ostēdere ꝙ omnis entitas quidditatiua vt huiusmodi siue totalis siue partialis est ex se indifferens ad plura: ⁊ nulla de se est hec. loquendo semper de entitate quidditatiua creata: qꝛ entitas quidditatiua in diuinis de se est hec. sicut ergo entitas quidditatiua composite non includit suam entitatem qua est hec inquantum natura: qꝛ inquantū natura est indifferens ad omnem quidditatem: ita nec materia inquantū natura includit suam entitatem qua est hec materia. nec forma inquantum natura: includit suam. qꝛ materia inquātū natura nō est hec. sic nec forma inquantum forma. concludit ergo doc. ꝙ ista entitas indiuidualis nō est materia vel forma vel compositum. inquantum quodlibet istorum est natura supple quidditatiua siue pertinens ad naturam quidditatiuam: sed est vltima realitas entis. s. quod est materia vel quod est forma vel quod est compositum ita quod quodlibet ꝯmune ⁊ tm̄ determiabile: adhuc potest distingui quantumcunq̧ sit vna res in plures realitates formaliter distinctas: patet de albedine de qua minus videtur. cum sit simplex que diuiditur in realitatem quidditatiuam ⁊ realitatem nullomodo quidditatiuam: puta hecheitatem: qꝛ natura albedinis non est formaliter ⁊ quidditatiue realitas sue hecheitatis: nec ecōtra. Et addit ꝙ iste due entitates. s. nature et hecheitatis. non p̄nt esse res et res qꝛ sicut realitas a qua accipit̄ genus ⁊ realitas a qua accipitur drñtia non dnr̄ ꝓprie res ⁊ res: sed realitas ⁊ realitas et sꝑ sūt realitates eiusdē rei formaliter distincte: sic ēt realitas indiuidui a qua accipit̄ drñia indiuidualis. nō est ꝓprie res: sed q̄dam realitas addita nature q̄ formaliter ab entitate nature distinguitur.

Quidditas creata ⁊ increata differunt.

Nunc respondenduꝫ est. Ad argumenta principalia. primo doct. arguit probando ꝙ differentia indiuisibilis non dicat aliquam entitatem positiuam additam nature: quia tunc ex tali natura et tali entitate fieret vnum per se compositum. sicut ex actu ⁊ potētia: et tunc quero de illo actu contrahente aut eēt materia aut forma aut cōpositum ex eis, si materia, ergo in cō=

Ad rõnes pncipales

posito esset alia materia a materia partis. si forma ꝗ
esset ibi alia forma a forma partis. si compositū ergo
Cōpositio duplex. in eodem composito essent duo composita. ¶ Respō-
det doc. ꝙ aliud est loqui de cōposito ex re ꝛ re. ꝛ aliud
est loqui de composito ex realitate actuali ꝛ potētiali
in eadem re. primo modo est compositū ex materia et
forma. secūdo modo singulare potest cōponi puta ex
natura cōtrahibili ꝛ realitate hecheitatis ꝓtrahēte:
qꝛ illa realitas a qua accipit differētia specifica po-
tētialis ē respectu realitatꝭ a q̄ accipit dr̄ia idiuidual:
non eīm realitas specifica ex se habet vnde per iden
titatē includat realitatē indiuidualem: sed tm̄ aliqḋ
tertium includit ambo ista per idētitatē: sicut etiā di-
cimus ꝙ intellectus vt intellect⁹ nō habet ex se vn-
de per identitatē includat voluntatē nec ecōtra: sed
aliqḋ tertiū puta natura intellectiua includit vtrūqꝫ
per identitatē realem. vt infra patebit. di. 16. sic in ꝯ-
posito nec vltima differētia specifica hominis siue na
tura specifica siue cōpositū ex natura ꝛ differētia spe
cifica habet vnde per identitatē includat differētiā
indiuidualem: sed natura hoīs vt hic includit vtrūqꝫ
per identitatē: ꝛ sic dicūtur idem realiter respectu il-
lius tertij. Et addit ꝙ hec est talis cōpositio qualis
nō potest stare cū simplicitate diuina. ꝛ de hoc diffuse
pertractatū est in pmo. di. 5. q. 2. ꝛ. di. 8. q. penultima.
¶ Secūdo pncipaliter arguit. quia tūc singulare sic
per se cōpositum esset per se intelligibile: qḋ videt cō
tra Phm̄ tertio de anima. t.c. 60. et. 9. meta. t.c. 35.
vbi dicit ꝙ intellectio ē vniuersalis ꝛ sensus particu
laris. ¶ Respōdet cōcludendo ꝙ sit per se intelligi-
bile licet forte ꝓ statu isto nō sit per se intelligibile. ꝛ
de hoc satis dictū est in pmo. di. 3. q. 3. ¶ Tertio. quia
tunc de tali singulari posset esse demōstratio ꝛ sciētia
qḋ est cōtra Phm̄. 7. meta. c. de partibus diffinitio-
nis. t.c. 35. ¶ Respōdet Doc. qḋ de ipso ꝓprie non est
scientia: quia nec de ipso primo ꝛ per se est diffinitio:
que ponitur medium in demōstratione potissima: nec
eīm habet aliquā passionem ꝓpriam: sed tm̄ passionez
speciei. ¶ Ultimo. quia tunc posset diffiniri: ita ꝙ dif
finitio cōstaret ex natura ꝛ tali hecheitate. ¶ Respō
det Doc. ꝙ loquēdo de diffinitione exprimēte quiddi
tatē rei: siue qḋ q̄d est nō posset diffiniri: qꝛ hecheitas
non pertinet ad quidditatem vt supra patuit.

Thomas Gaietan⁹ innitit im- pugnare Scotum. Pria ob- iectio.
Quidam nouus expositor in libro de ente ꝛ es-
sentia sancti Tho. nititur improbare positionē Sco.
de hecheitate ꝛ ꝓbat ꝙ nō dicat actū positiuū addi-
tū nature: ꝛ arguit sic. primo oīs act⁹ singularis pexi
git potentiā singularē quā actuat: sed hecheitas est
act⁹ singularis ꝗ preexigit potētiā singularem quam
actuat: sed illa potētia est natura seu in natura ipsius
indiuidui: ꝗ natura indiuiduū est singularis ante ad-
uētū hecheitatis: ꝛ sic hecheitas nō est pncipiū indi-
uiduationis: ꝓpositiones assumpte oēs sunt Scoti in
hac materia: maior ꝓbatur tm̄ ex doctrina Aristo. 2.
physi. tex. com. 38. vbi doct. ꝛ cōparationes causarū.
vnde sicut forma pticularis pexigit materiā particu
larē: sic act⁹ potentiā. Si dicatur ꝙ hoc est verū vbi
actus ꝛ potētia distiguūtur realiter: eo ꝙ tūc poten-
tia fale recipit actū. hoc nō obstat eo ꝙ ſꝫ Sco. q̄n ali
qua duo adunātur realiter eundem ordinē ex natura
rei retinēt quē haberent si essent distincta realiter. cū
ergo act⁹ singularis si distinct⁹ esset realiter: ex natu
Secūda. ra sua preexigeret potentiā singularem: oportet ꝙ ꝛ
nūc hoc idem exigat cū ordo idē seruentur. ¶ Secun
do sic illa q̄ sunt pncipia indiuiduationis sunt seipsis
pmo diuersa. hecheitas sor. ꝛ pla. nō sunt hmōi ergo.
maior est Scoti. minor ꝓbatur. id qḋ cōuenit magis
cū vno ꝙ̄ cū alio: nō est pmo diuersum ab eo cum quo
magis cōuenit: sed hecheitas plat. magis cōuenit cū
hecheitate sor. ꝙ̄ cū hecheitate albedinis: ꝗ hechei-
tas platonis ꝛ sortis nō sunt pmo diuersa. maior sylo-
gismi pꝫ ex terminis. primo eīm diuersa nō conueniūt
cū illo. minor ꝓbatur dupliciter. primo qꝛ hecheitas
sortis ꝛ pla. cōueniūt in specie. hecheitas sortis ꝛ al-
bedinis differūt genere. Secūdo quia illa magis cō-
ueniunt que magis assimilantur: magis aūt assimilā-
tur que sunt magis cōparabilia. hecheitas aūt sor. et
pla. sunt magꝭ cōparabiles ꝙ̄ hecheitas sor. ꝛ albedi

nis. sicut vniuersalit res eiusdē pdicamēti sūt magis
parabiles ꝙ̄ res diuersorum pdicamentorū. ¶ Ter- Tertia.
tio sic. quod conuenit vni ꝛ repugnat alteri idiuiduo
eiusdem speciei preexigit necessario ipsorum distin-
ctionem. proprietas indiuidualis puta sorteitas cō-
uenit sor. ꝛ repugnat pla. eiusdē spēi idiuiduo. ꝗ pro
prietas indiuidualis preexigit distinctionē sor. ꝛ. pla.
ꝛ sic proprietas idiuidualis non est id quo primo sort.
distinguitur a pla. conclusio est falsa secundum Sco.
processus est bonus ꝗ altera pmissarū est falsa vtraqꝫ
autem est sua. ꝗ omnino fal⁹ cōuincit. ꝛ maior idem
habetur a Sco. in quoli. q. 2. minor aūt est sua conclu-
sio quā nunc impugnamus. ¶ Quarto ostēdo hāc po Quarta.
sitionem contradicere peripateticis Aristo. ꝛ Com-
menta. 12. eīm met. tex. c. 49. fit hec cōsequētia primū
celum. i. primum principium est vnum specie ꝛ plura
numero. ergo habet materiam. que consequentia nul
la esset si ꝓprietas indiuidualis poneretur distingue
re indiuidua eiusdem speciei. Glosam autem Sco. in
telligentis per materiam indiuidualem ꝓprietatem
destructiuam esse textus apparet ex cōmenta. ibi di-
cente omne quod est vnum in specie ꝛ plura ī numero
habet materiam. sed iam declaratum est ꝙ primū ce-
lum non habet materiaz. Ex quibus verbis apparet
ꝙ de illa materia loquitur quam declarauit non esse
in primo pricipio. Apparet autem in textu commen
ta. 30. expresse declarasse motorez celi nō habere ma
teriam ad vbi ꝛ ad esse ꝛ nullam fecisse mentionē de
proprietate indiuiduali. Apparet tertio fictio illius
glose ex. c. 3. met. t. c. 11. vbi dicit ꝙ omnis multitudo
aut est rerum differentium secundum formam aut se
cundum ꝙ̄titatem quod idem habes in commenta. in
primo physi. commento. 9. Nec admittenda est glosa
Antonij trombete. ꝙ inter concomitatur. eodem eīm
modo ꝛ vniformiter debet teneri ly secundum in pri-
mo membro ꝛ in secundo. in primo autem notat cau-
salitatez. ergo ꝛ ī reliquo deprehendi quoqꝫ potest eē
purā fictionē nouā. hāc de hecheitatib⁹ iuētionē ex
pmo celi tex. ꝯmē. 2. ꝛ. 93. vbi vnitatē ꝛ pluralitatem
indiuiduorū in eadē spē in rebus materialibus nō ni-
si ex materia assignāt Ari. ꝛ cōment. hec de tertio.

Ad pmuz Thome Gaietani.
Respondeo ad obiectiones istius noui exposi-
toris cū primo dicit ꝙ omnis actus singularis preexi
git potētiā singularē. Dico ꝙ hec ꝓpositio nō est sim
Actus sin gularꝫ nō pexigit po tentiā sin- gularem.
pliciter vera. nō eīm formaliter seqtur ꝙ quanta vni-
tas est in actu tāta sit in potētia que actuatur per illū
actū. patet. quia differētia specifica dicit precise vni-
tatē specificā: ꝛ tm̄ est actus entitatis generis quam
cōtrahit ad esse specificū. vt patet de rōnali ꝛ anima
li: ꝛ tm̄ animal actuatū per differētiā dicit simpliciter
minorē vnitatē. sic dico in ꝯposito de natura specifica
ꝛ sua hecheitate. ¶ Dico secūdo ꝙ aliud est loqui de
actu singulari per se qḋ habet rationē quod. ꝛ aliud est
loqui de actu singulari ꝛ per se ꝛ primo qui ꝓprie ha- Nota hāc distin.
bet rationē quo. primo modo cōcedo ꝙ oīs actus sin- Act⁹ qḋ.
gularis presupponit potentiā singularē quā actuat:
sed secundo modo simpliciter negatur: ꝛ intelligo sic
actū primo modo qui cōstituitur in esse singulari: siue
qui constat ex natura cōtracta ꝛ ratione indiuiduali
cōtrahente: siue qui ꝓprie recipit per se predicationē
speciei specialissime: vt indiuidua posita ī recta linea
pdicamētali. vel saltē qui est vera pars vel quasi pars
indiuidui speciei specialissime: sicut hoc corp⁹ organi
cū ꝛ hec anima itellectiua sunt due ptes puta frācis
ci. oīs talis actus singularis presupponit potētiā sin-
gularē quā actuat: ꝛ sic hec albedo tm̄ actuat subie-
ctū vere singulare ꝛ similiter hec aīa intellectiua tm̄
actuat hoc corp⁹ organicū: talis eīm actus habet ra-
tionē qḋ: quia simplicit cōstitutū ex natura ꝛ hechei-
tate. Et intelligo secūdo modo actū singularē pmo
ꝛ per se vt quo: qui est precise ratio formalis cōstituē
di naturā in esse singulari. Et est simpliciter hoc quo Act⁹ quo.
aliquid est singulare: talis eīm actus qui est pcise ra-
tio singularitatis nō dicitur ꝓprie singularis: sed ra-
tio singularitatis. ꝛ talis non presupponit naturā sin
gularem quam actuat: quia tūc esset processus in in-
finitum in huiusmodi actibus. ꝛ patet exemplum de
natura specifica vt qḋ: ꝛ de natura specifica vt quo.

Nam si natura specifica vt quo que est precisa ratio formalis cōstituendi aliquid in esse specifico presupponeret naturam specificā vt quod esset processus in infinitū: quia quererē de illa natura specifica per qd vltimate cōstituitur in esse specifico: oportebit dicere ꝙ per vltimatā differentiā specificā vt quo: ⁊ tūc quererē de illa: aut presupponit naturā specificā vt quod quā actuat. Et sic processus in infinitū: aut naturā nō specificā. dādum est simpliciter secūdū. Sic dico in ꝓposito. Et sic pat₃ quō illa ꝓpositio: videlicet omnis actus singularis ⁊c. Si eñ esset simpliciter vera ꝙ tanta vnitas requirit in potētia actuabili quāta in actu multa incōuenietia sequerent. Primo ꝙ tāta esset vnitas in ente cōtrahibili per gradū intrinsecū quanta in ipso gradu. Secūdo sequeretur ꝙ tāta eēt vnitas in genere generalissimo: quāta esset in differētia actuante ⁊ cōtrahente ipsum. Tertio sequeretur ꝙ tanta vnitas esset precise in animali actuabili ⁊ cōtrahibili per rationale quāta esset in rationali. Quarto sequeretur ꝙ tāta eēt vnitas in albedine informāte suppositū: quāta in ipso supposito ⁊ sic sicut suppositum est incōmunicabile vt quo ⁊ vt quod ita ⁊ albedo informās ipsum esset simpliciter incōmunicabilis vt quo ⁊ vt quod: ⁊ multa alia inconuenientia adduci possent que breuitatis causa omitto. Et cū dicit ꝙ illa ꝓpositio est Scoti. Dico ꝙ Doctor itelligit de actu singulari vt quod. nō autē de ipsa rōne singularitatis Dico secūdo ꝙ intelligit de actu qui est vera pars cōpositi siue essentialis si est cōpositū ex partibus essentialibꝰ: siue accidētalibꝰ si est cōpositū ex subiecto ⁊ accidēte reali: oīs eñ talis pars singularis tm̄ informat ⁊ actuat potētiam subiectiuā singularem: sed nō intelligit de parte vel quasi parte: que nec est essentialis cōpositi: nec vere accidētalis: sed ꝑcise pars cōstitutiua alicuius in esse singulari: que ꝑcise est ratio singularitatis. Et sic nō oportet glosare ꝓpositionē illā dicendo ꝙ intelligitur de actu ⁊ potētia que realiter distingūtur: quia si ratio singularitatis realiter distingueretur a natura precise actuaret naturā nō singularem: nō eñ ideo actuat naturam communem: quia identificatur realiter tali nature sed ideo actuat talem naturā: quia est talis entitas cui repugnat posse actuare: nisi naturā priorē omni singularitate. Et sic cōcedo ꝙ si vt realiter distinctus presupponeret naturā singularem: ꝙ etiā vt idem realiter illi quasi presupponeret quasi singularē ꝑ ꝓpositionē Doc. qualis est ordo inter aliqua vbi realiter distingūtur talis est vbi sola ratione distingūtur. Et cū probat illā propositionē per Philosophū secūdo physi. tex. com. 38. ꝙ sicut forma particularis preexigit materiā particularem: sic actus potētiā. vera est auctoritas de actu singulari ꝑ se. ⁊ nō de actu singulari ꝑ se primo. Est etiā vera de actu singulari q̄ est vera ꝑs vel essētialis: vel accidētalis: accipiēdo accidēs pro cōtēto in gñe accidentali: nō accipiendo accidēs pro omni eo qđ est extra rōnē formalē alicuiꝰ: qꝛ vt sic differētia indiuidualis dicitur accidens nature quā cōtrahit: ⁊ differentia specifica dicitur accidēs respectu generis qđ cōtrahit. Et ꝙ philosophus nō intelligat de actu singulari vt quo qui est precise ratio singularitatis: sed tm̄ de singulari vt quod siue de vera parte essentiali vel accidētali: patet per textū allegatū vbi dicit. Ampliꝰ autē alia quidē gña sunt generū alie aūt singulares sunt singulariū. vt statue statuā quidem faciens. He autē ⁊ huius ⁊ potētias quidē possibiliū operātes autem ad operata. hec ille. Ex quo textu appareret ꝙ nullo modo loquitur ibi de ratione singularitatis imo ex illo textu tm̄ habetur ꝙ causa extrinseca singularis est tm̄ respectu singularis: imo nullo modo loquitur ibi de causa itrinseca actuāte ⁊ informāte. vt expꝛessiꝰ patet in illo textu ꝺm aliam translationem. vbi sic habetur. genera sunt cause generū ⁊ particularia particularium. verbi gratia. qm̄ artifex est causa statue. ⁊ iste artifex est causa huius artificiati: ⁊ potētia sunt cause potentiarū: ⁊ que agūt sunt in respectu actoꝝ. ⁊ ibi Commentator. alie sunt cause vniuersales: alie particulares: queādmodū causatoꝝ alia vniuersalia: alia particularia: ⁊ qđ opinandū est ꝙ particulare est causa particularis: ⁊ vniuersale causa vniuersalis. et dixit hoc preseruando se a platonica opi. s. ꝙ vniuersalia sunt cause particularium. verbi gra. qm̄ artifex simplex est causa statue simpl'r ⁊ iste artifex demōstratus: est causa istiꝰ statue demōstrate: deinde induxit aliā dispositionē de causis ⁊ dixit. Et potētie sunt cause potētiarum. i. ⁊ cause que sunt in potētia sunt cause eoꝝ que sunt in potētia ⁊ que sunt in actu sunt cause eoꝝ que sunt in actu: ⁊ hoc intēdebat cū dixit. Et que agūt in respectu actorum idest cause que sunt in actu: dicūtur respectu actoꝝ que sunt in actu. hec ille. ⁊ sic patet quō male adduxit auctoritatē philosophi.

Nō inconueniētia q̄ sequūt ex maiore primi argumēti ex pos. s. Thome.

Nota hāc distinctionem.

¶ Ad secūdam rationem. dico breuiter ꝙ nō intelligit mētē doc. nec verba. cū enim doc. dicit ꝙ differētie indiuiduales sunt ꝑmo diuerse: sic intelligit vt etiā ipse exponit in primo dist. 3. q. ꝑma de ꝑmo diuersis: ꝙ illa dicūtur simpliciter ꝑmo diuersa que nō cōueniūt in aliquo q̄dditatiue: qđ dupliciter itelligi potest vel ꝙ nō cōueniant in aliqua realitate q̄dditatiua ⁊ cōmuni: vel ꝙ nō conueniant in aliquo cōceptu quidditatiuo que distinctio patet a Doc. in ꝑmo. d. 8. q. 2. di. 25. ⁊. 26. ⁊ vide que exposui in secūdo. distin. 3. vbi habetur ꝙ differētie indiuiduales nullo mō pertinent ad esse quidditatiuū. Et sic sequitur ꝙ nō conueniunt aliquo mō nec in realitate q̄dditatiua: nec in cōceptu q̄dditatiuo ⁊ vt sic dicūtur simpliciter ꝑmo diuersa: ⁊ cum arguit id qđ magis conuenit cum vno q̄ cum alio non est primo diuersum ab eo cū quo magis conuenit cōceditur: si magis conuenit quidditatiue puta in aliqua realitate quidditatiua: vel ī aliquo cōceptu q̄dditatiuo: ⁊ sic negat illa minor. videl₃ ꝙ hecheitas pla. magis conueniat cū hecheitate sortis q̄ cū hecheitate albedinis cum nullo modo cōueniant in aliquo quidditatiue. Et cum ꝓbatur ꝙ hecheitas sor. ⁊ pla. cōueniūt in specie. hecheitas aūt sortis ⁊ albedinis differūt genere. Dico ꝙ cōuenire ī specie potest dupliciter intelligi. vno mō per se ⁊ q̄dditatiue. alio mō cōcomitāter ⁊ ꝑ idētitatē realē quā h₃ cū aliquo qđ ꝑ se ⁊ q̄dditatiue ꝯtinet ī aliq̄ spē. ꝑmo mō negat. secūdo ꝟo mō ꝯcedit: sed postea nihil ad. b. pōt etiā distingui ꝙ aliqua esse eiusdē speciei pōt dupliciter intelligi vel per se vel q̄dditatiue: ⁊ sic hecheitas sor. ⁊ pla. nō sunt ꝑ se in aliqua specie nec pertinēt ad esse quidditatiuū alicuius: sed tm̄ sunt ibi reductiue. Cū secūdo ꝓbatur. illa magis cōueniunt que magis similātur: ⁊ magis aliqua similātur que sunt magis cōparabilia. Dico ꝙ aliqua magis similari dupliciter pōt intelligi. s. q̄dditatiue ⁊ cōcomitāter siue reductiue. primo modo negat hecheitatem sor. ⁊ pla. magis assimilari cū nullā quidditatē dicāt. Secūdo modo cōceditur: sed tunc nihil est ad ꝓpositū. Et cū dicit ꝙ sunt magis cōparabilia negat ꝙ per se ⁊ q̄dditatiue sint magis cōparabilia: licet forte cōcomitāter ⁊ reductiue: sed tūc nihil ad ꝓpositū. Posset etiā dici vnica responsione ꝙ omnes hecheitates sunt precise eiusdē rationis: sic intelligendo ꝙ vna nō magis differt ab alia: nec vna magis cōuenit cū alia. Et si vna magis cōuenit cū alia: hoc nō est ex sua rōne formali: sed q̄a concomitatur aliquā naturam vel sibi idēptificatur realiter. vel saltem reducitur ad illam. ⁊ alia ad similem naturam comparatur: vt patet de hecheitate sortis ⁊ pla. ⁊ hoc modo magis cōueniunt: sed tūc nihil ad. b. ¶ Ad tertium principale concedo illam propositionem videl₃ qđ conuenit vni ⁊ repugnat alteri indiuiduo eiusdē specie preexigit necessario eorum distictionē. sed negat ꝙ hecheitas sor. ꝯuenit sorti ⁊ repugnet pla. nō eñ hecheitas sor. cōuenit sor. post suum esse completum: sed ꝯuenit nature quā contrahit ⁊ cōcedo ꝙ natura contracta per hecheitatē sor. ⁊ natura ꝯtracta ꝑ hecheitatē platonis differāt ad īuicē realiter: non tamen realiter numeraliter: nec realiter specifice: vt supra expositu₃ ē ī presenti. q. ⁊ prolixiꝰ in. q. prima huiꝰ. d. ⁊ sic patet quomō nō percipit nec sensum nec verba doc. ¶ Ad quartum ꝙ procedit ꝑ auctoritatē phi ⁊ cōmen. patet responsio ex supra dictis rñdendo ad rationes Thome quomō ille auctoritates itelligātur nec oportet hic multū īmorari.

Vltimo loco rñdendū est ad argumēta facta ꝓ opi. Gottofredi ⁊ Egidij. Cū ꝑmo arguit ꝓbādo ꝙ natura sit de se hec ⁊ nō per aliqđ positiuū sibi adue-

Ad sc[…]

Drie in[…] uidua[…] sunt ꝑ[…] diuersi[…] modo i[…] ligitur.

Cōuenir[…] in spē pōt dupl'r intelligi.

Omēs hecheitates sunt eiusd[…] rōnis.

Ad terti[…]

Ad q̄rtū.

Ad argu[…] Gotfre. Egidij.

niens: qꝛ spẽs specialissima de se est atoma. ẜ simpl'r
indiuisibilis. Et cõfirmať ꝑ illd Porphyrij. diuidẽti
bus nobis a gñalissimis adspãlissima iubet Plato qe
scere. ¶ Rñdet doct. ꝙ spẽs spãlissima dꝛ atoma hoc
est indiuisibilis in plures spẽs: est tñ diuisibilis in plu
ra numero. ⁊ hoc mõ non dꝛ simpl'r atoma. hoc est sin-
gularis. Ad illud Porphy. dicit doc. ꝙ diuisio Arist.
statũ hꝫ ad spẽm spãlissimã. qꝛ vlteri⁹ ꝓcedere est in
infinita: q̃ sunt relinquẽda ab arte ẜm ipsum: nõ ꝙ de
eis nõ possit demõstrari aliqua passio ꝑ se ⁊ in subsu-
mẽdo. licet nõ p̃mo. nec etiã dicũtur relinqui ab arte
quasi vnũqdqꝫ singulare nõ sit per se intelligibile: sed
ideo relinquẽda sunt ab arte: qꝛ numeraliter infinita
ex ꝑte eoꝛũ: tale aũt infinitũ nõ est actu cognoscibile
ab ĩtellectu creato: nec etiã ab ĩtellectu diuino: ⁊ hoc
ẜm modũ talis infinitatis. vt supꝛa exposui in pꝛimo.
¶ Seqť. nõ em̃ est ex ꝑte ĩdiuiduoꝛũ vnde sit eoꝛũ nu
mer⁹ certus: sed pñt esse infinita nõ repugnãte rõne
eoꝛũ. vt pꝫ per illã ꝓpõnẽ doc. in p̃mo. d. 2. ꝑte. 1. q. 3. et
parte. 2. q. 4. ⁊ in quoli. q. 2. spẽs inq̃t plurificabilis in
indiuiduis nõ determinať ex se ad certũ numerũ indi
uiduoꝛũ. Sed quãtũ est ex se cõpatiť infinitatẽ indi-
uiduoꝛũ: sicut ptꝫ in spẽbus coꝛruptibilibus. hec ille.
¶ Seqtur. ⁊ si accipiať diuisio stricte pꝛout est in illo
qd req̃rit determinatas ꝑtes in multitudine ⁊ magni
tudine. hoc mõ spẽs nõ diuidiť in indiuidua. gen⁹ aũt
req̃rit determinatã multitudinẽ spẽrum: qꝛ ẜm Boe
tiũ. gen⁹ p̃mo est diuisibile in duo. genus em̃ p̃mo di-
uidiť in duas ꝑtes: puta in duas spẽs. nã aĩal p̃mo di-
uidiť per rõnale cõstituẽs vnã spẽm spãlissimã. ⁊ per
irrõnale cõstituẽs vnã spẽꝫ subalternã q̃ dicať. a. de-
inde ip̃m. a. diuidiť ꝑ. b. cõstituẽs spẽm spãlissimã. et
per. c. cõstituẽs aliã spẽm subalternã. ⁊ sic pꝫ quõ di-
uidiť p̃mo genus in duas spẽs. de hmõi diuisione ge-
neris ĩ spẽs: vide Franciscũ ĩ suis passib⁹. ⁊ hoc est ꝙ
dicit doc. ꝙ req̃rit determinatas ꝑtes in multitudine
qꝛ ex rõne sua p̃mo diuidiť in duas spẽs. s. spãlissimã
⁊ subalternã. lꝫ vlterioꝛ diuisio possit fieri sub subal-
terna. secũdo req̃rit determinatas ꝑtes in multitudi
ne: qꝛ p̃mo tm̃ duas spẽs: ⁊ in magnitudĩe: qꝛ ille due
spẽs sunt p̃cise tante ꝑfectionis. gradus em̃ specifi-
cus nõ intendiť neqꝫ remittiť. spẽs vero cõtrario mõ
se habet: qꝛ nõ req̃rit determinatas ꝑtes in multitu-
dine. ex ꝑte em̃ sua p̃mo põt eẽ in infinitꝫ indiuiduis
ẜm multitudinẽ: ⁊ etiã ẜm magnitudinẽ ꝑfectionalẽ.
¶ Sequiť. quãtũ aũt req̃rit determinatã magnitudi
nẽ ⁊ ista p̃supponit determinatã multitudinẽ. qꝛ sunt
in toto due medietates. quãtũ em̃ siue magnitudo: et
si sit diuisibile ĩ infinitas ꝑtes. p̃mo tñ diuidiť in duas
medietates p̃cise: sic ⁊ gen⁹ p̃mo in duas spẽs. ¶ Se
q̃ť. ⁊ si stricte accipiať diuisio ꝓutẽ in ꝑtes ꝓpoꝛtio-
nẽ hñtes ad totũ (puta. s. totũ diuidiť in ꝑtes ꝓpoꝛtio-
nales quod fit p̃mo diuidendo in duas medietates) q̃
vel cõstituũt vel sub eodẽ cõtinentur in determinata
ml'titudĩe vl' magnitudĩe: puta sub aĩali ĩdetermĩata
ml'titudĩe vl' magnitudĩe ita ꝙ sub aĩali ẽ deťminata
ml'titudo spẽrũ: ⁊ deťmĩata magnitudo ꝑfctional'r ⁊
sꝑ hñt talẽ ꝓpoꝛtionẽ ꝙ diuisio gñis p̃° ⁊ ĩmediate fit
ĩ aliq̃s duas spẽs: q̃ꝛ vna sit spãlissĩa ⁊ alťa subalťna
vel ãbe ponũť subalťne. ¶ Seq̃ť. spẽs ꝑ se nõ diuidiť
ĩ. ꝙ hoc mõ spẽs nõ diuidiť ĩ ĩdiuidua. vꝫ ꝙ p̃mo diui
dať ẜꝫ deťmĩatã ml'titudinẽ ⁊ magnitudinẽ. vt dixi su
pꝛa. seq̃ť ⁊ ꝑ hoc p̃t exponi tã Plato q̃ȝ Poꝛphy. vꝫ ꝙ
a gñalissimis ad spãlissima ⁊c. loq̃ndo. s. de diuisiõe q̃
req̃rit determinatas ꝑtes in multitudine ⁊ magnitu-
dine. ¶ Sequiť. si aũt accipiať diuisio cõiter ꝓut est ĩ
quecũqꝫ participãtia naturã diuisi: siue habeant talẽ
ꝓpoꝛtionẽ ad totũ in integrãdo siue in subijciẽdo siue
nõ. spẽs ꝑ se diuidiť in ĩdiuidua: qꝛ qdlibet indiuiduũ
participat naturã spẽi diuisam ĩ illis. ¶ Seq̃ť ⁊ redu
ciť ista diuisio ad gen⁹ apud Boetiũ: q̃a ille ꝯditiões
⁊ ꝓpꝛietates quas assignat in diuisiõe gñis cõueniũt
huic diuisiõi q̃ est spẽi in ĩdiuidua: qd sic dꝫ ĩtelligi. ꝙ
sicut genus diuidiť ⁊ descẽdit ad plures spẽs ꝑ aliam
⁊ aliã dꝛñaꝫ: ita spẽs descendit ad indiuidua ꝑ aliam
⁊ aliam hecheitatẽ: ⁊ sicut dr̃ia est diuisiua generis ⁊
cõstitutiua spẽi: sic hecheitas est diuisiua speciei ⁊ cõ
stitutiua indiuidui: nõ tñ est oĩmoda similitudo: quia
genus descendit ĩmediate tm̃ ad duas species. spẽs

Nota bonã expositionẽ.

vero põt descẽdere ĩmediate ad oĩa indiuidua cõten
ta sub ea. ¶ Item arguiť pꝛo opinione: si aliqua rea-
litas essꝫ in ĩdiuiduo pꝛeter solam naturã speciei: tũc
spẽs non diceret totũ esse indiuiduoꝛum quod est con
tra Poꝛphyriuꝫ. ¶ Respondet Doc. ꝙ species dicit
totũ eẽ q̃dditatiuũ indiuidui. Et sic eẽ accipiť ibi p̃ci-
se pꝛo esse q̃dditatiuo ⁊ essentiali: sicut Poꝛphyri⁹ lo
Respondeo ad.q. Dicit doc. primo q̄ intellect⁹ angeli pōt accipere notitiaz singularium actualem a reb⁹ singularib⁹: ⁊ hoc p p̄priā spēm est. ¶ Sz hic oritur difficultas nō parua: q2 quero a te quō āgelus recipit p̄priā speciē: puta Francisci: aut em̄ illa causat̄ tm̄ a deo: aut tm̄ ab intellectu angeli: ⁊ sic nō est recipere spēm a singularibus: aut partialiter ab ipso singulari. Diceret doc. q̄ partialr̄ ab ipso singulari. Sed tunc arguo sic. q̄cquid causat aliq̄d hz rōnem formalē causandi illud: sz singulare nō hz rōnē formalē cāndi partialiter spēm intelligibilem sui. ergo ⁊c. Maior ptz a doc. in.1. dist.2.3.7.⁊.26. Minor ptz: q2 accipio franciscū. Et quero quid sit rō formalis in illo causandi spēm intelligibilē: aut est natura: ⁊ hoc nō: q2 natura vt natura est rō formalis causandi spēm intelligibilē rep̄ntantē vle: ⁊ hoc qn̄ causat partialr̄ ⁊ concurrit cū intellectu agente causante partialr̄: vt ptz a doct. in p̄mo.d.3.q.6. Preterea qd̄ est rō formalis cāndi spēm intelligibilem. dicimus q̄ est rō formalis cognoscendi illud: vt ptz a doc. in sil'i in p̄mo.d.3.q.1.⁊ di.8.q.2.⁊ in isto secūdo di. pn̄ti.q.9.⁊ in quoli.⁊ in quarto. sed natura vt natura nō est rō formalis intelligendi singulare vt singulare: vt pz hic a doc. Si dicat̄ q̄ singularitas illa est rō formalis cāndi ⁊c. Cōtra: q2 illud qd̄ est tm̄ cōditio agentis non pōt esse rō formalis agēdi: q2 ista ex opposito distinguunt̄ Sed singularitas ipsa est tm̄ cōditio agentis: vt pz a doc. in.1.di.3.q.6.⁊.d.7. ergo nō erit rō formalis cāndi spēm intelligibilē. Et sicut dici de specie intelligibili hoc idē q̄ro de cognitione intuitiua singularis: q2 si singulare est cā partialis cognitiōis intuitiue: vt tenet doc.ī.q. pn̄ti. q̄ro de ratione formali: nō potest dari natura propter rationem scd̄am superi⁹ factam: nec singularitas ipa: vt pz. ergo nō poterit mouere partialiter intellectū angeli ad cognitionē sui intuitiuā. ¶ Scd̄o dubitat̄ ibi: q2 dicit Doc. q̄ singulare inquātū exn̄s pōt cognosci ab angelo: ⁊ nō p naturam vniuersalē: sed p exn̄tiam actualē. Quero quō singulare actu exn̄s causat partialiter: vel spēm intelligibilem ipius exn̄tie: vel cognitiōem intuitiuā ipius: aut em̄ rō formalis cāndi hmōi. Est ipsa natura: aut singularitas: aut actualis exn̄tia: nō p̄mū: nec scdm̄: vt pz. s̄. nec etiā tertiū: q2 dicit Doc. q̄ rō formalis agēdi in quocūq̄: loquēdo de rōne forali p̄pria: est natura vel quiditas illius. ergo ⁊c. ¶ Tertio dubitat̄ ibi: q2 dicit Doc. q̄ angelus nō habet cognitionē intuitiuā: puta lapidis relucētis in v̄bo: sz tm̄ vt est in p̄prio genere. Cōtra: q2 cognitio intuitiua est limpidior ⁊ pfectior cognitiōe abstractiua. Sz angeli pfecti⁹ cognscūt lineā in v̄bo ⁊ clari⁹ q̄ in p̄prio genere: vt declarat doc. in p̄lo.q. penul. Scd̄o: q2 dicit doc. loco preallegato q̄ quiditas in quocūq̄ lumine videat̄ cōtinet v̄tualiter v̄itates quas potest facere notas intellectui passiuo a tali obiecto. Tūc sic. nam continere sic virtualiter puta. a. est facere notitiā illi⁹: vel posse facere. vt pz a doc. ibi: ⁊ in p̄mo d.3.q.1.⁊ in scd̄o.d.3.q.9. Quero tunc quō q̄ditas linee vt relucēs in v̄bo causet cognitionē sui vel cōtentoꝝ respectu intellect⁹ āgeli: aut abstractiuā: aut intuitiuā. nō p̄mo mō q2 hmōi quiditates: non cognoscūtur in v̄bo abstractiue: qd̄ patet: q2 qd̄ cognoscitur: abstractiue cognoscit̄ p spēm intelligibilem representātem etiā qn̄ distincte cognoscit̄: vt al's declaraui: sed quiditas est perfecte presens intellectui angeli vt relucet in v̄bo. ergo nō indiget spē intelligibili: q̄ mediāte cognoscat̄ abstractiue. Si intuitiue habeo intētū ɔtra doc. ¶ Pretea. Si intellect⁹ āgeli nō cog̃scit lapidē intuitiue ī v̄bo siue nihil relucet ī v̄bo. Quero quō cognoscat̄ ab intellectu diuino: aut intuitiue: aut abstractiue. nō scd̄o mō: q2 talis cognitio est impfecta. Si p̄mo mō tunc idem erit de angelo: quia non est maior ratio de vno q̄ de alio: cū ita sit presens intellectui angelico sicut diuino. ¶ Quarto dubitat̄ ibi: q2 dicit doc. Impossibile est cognitionē intuitiuā esse p aliquā rōnez: q̄ eodē mō rep̄ntat re manēte ⁊ non manēte. Hoc em̄ videt̄: q2 essentia diuina est ratio formalis cognoscendi perfectissime ⁊ distinctissi

Difficultates nō pue in lr̄a doct. Prima difficultas. Nō bn̄ intelligens lectoꝛ has rōnes. Scd̄a dif. Tertia. Quarta.

me oēm aliā rem a se: vt pꝫ a Doc. in ꝓlog. q. penul. ꝛ. d. i. p̄mi. ꝛ. d. 8. ꝛ. 39. Et est rō cognescēdi oīa alia intuitiue. qꝛ intellectꝰ diuinꝰ nō cognoscit nisi ītuitiue: siue res maneāt siue nō maneāt. Nā cognouit oīa ab eterno eadē cognitione qua ꝛ nūc dicente Aug. 6. de trini. absit vt aliq̄d deꝰ cognoscat ex tēpore. ergo non videtur dicendū ꝙ illud nō est ratio cognoscendi intuitiue.

Preābula p rn̄sione ad diffi.

Anteq̄ respondeam suppono aliqua. Primo ꝙ obiectū s̄m aliaꝫ ꝛ aliā p̄ntiam pōt esse cā alteriꝰ et alterius effectꝰ specie distīcti. Nam fruitio dei clare visi: ꝛ fruitio eiusdē obscure visi differūt: spē ꝛ hoc ꝓpter aliā ꝛ aliā p̄ntiā ipsiꝰ obiecti: vt pꝫ a Doc. in. 4. d. 49. ꝛ posset etiā dici ex. d. 31. tertij: pꝫ etiā ꝙ ipse vult ꝙ cognitio intuitiua et abstractiua eiusdē obiecti differunt specie: vt patꝫ in secūdo. ¶ Secūdo suppono: ꝙ qn̄ obiectuꝫ nō est presens in se. sed est p̄sens in aliquo fantasmate tunc tale fantasma non pōt causare vna cū intellectu agente nisi spēm intelligilē rep̄ntantē ipam naturā cōmunē: vt pꝫ a Doc. in p̄mo. d. 3. q. 6. fantasma em̄ impressuꝫ virtuti fantastice. lꝫ sit rep̄sentatiuuꝫ obiecti singularis: vt singularis: ꝛ cū omibus cōditionibꝰ materialibꝰ nō tn̄ potest cāre spēm intelligibilē rep̄sentantē ipm singulare sub rōne singularitatis: qꝛ si sic: vel seq̄retur ꝙ nūq̄ posset haberi spēs intelligibilis in intellectu representās naturam ni cōi q̄d est falsuꝫ: vel simul posset cāre spēm intelligibilē rep̄sentantē obiectū eque p̄mo sub modis repugnātibꝰ puta sub modo singl'aritatis: ꝛ sub mō vniuersalitatis: q̄ sunt modi oppositi: vt pꝫ a Doc. vbi. s̄. vel ꝙ simul posset causare duas spēs intelligibiles quarū vna eēt rep̄sentatiua singularis sub rōne singularitatis: ꝛ alia eēt representatiua eiusdē obiecti singularis sub rōne vniuersalitatis: q̄d nō videtur: qꝛ cū ipsum fantasma sit actiuū mere naturale: ꝛ similiter intellectꝰ agens: qui est altera cā partialis spēi intelligibilis: vt patet a Doc. vbi. s̄. ꝛ. q. 8. nō esset maior rō ꝙ ꝓduceret vnā magis q̄ aliā: nō est dicendū ꝙ duas i eodem instanti: qꝛ hoc nō est possibile ꝙ ꝓducat simul duos effectus representatiuos eiusdē obiecti sub modis oppositis: relinq̄tur ergo ꝙ tale fantasma puta albedinis nō potest cāre: nisi spēm intelligibilē representantē ipsam naturam in cōi: licet forte representantē primo ipsam naturaꝫ in singulari vago: ꝛ illud non est representare naturā sub modo singularitatis ꝓprie: ꝛ secundo naturā in se ꝛ tertio naturā in singulari signato nō tn̄ ꝓprie sub rōne singularitatis. ¶ Tertio suppono: ꝙ idē obiectū vt est presens in specie intelligibili causata p fantasma est causa p̄tialis cognitionis abstractiue. sic intelligēdo ꝙ illa spēs intelligibilis representās tale obiectū est vere cā partialis cognitionis: ꝛ ꝙ talis spēs sit cā partialis vide doc. in p̄mo. d. 3. q. 6. 7. 28. ꝛ. d. 37. ꝛ in isto secūdo. d. 3. ꝛ i quoli. ꝛ vide que ibi notaui p̄cipue in p̄mo. d. 3. Sed qꝛ obiectū relucet i ta li spē dicimꝰ ꝙ obiectū est cā partialis sꝫ ꝓprie ꝛ vere sola spēs est cā pertialis: qn̄ vero obiectū est in se p̄ns ꝓpria p̄sentialitate: tūc ē cā p̄tialis cognitiōis ītuitiue. ¶ Quarto suppono: ꝙ obiectuꝫ possit īmediate agere intellectus: ita ꝙ nō presupponeret ordinē potentiaꝝ: sicut est pro statu isto: vt puta si lapis cōparetur ad intellectū angeli. Dico tunc ꝙ lapis vt est ꝑfecte p̄ns intellectui angeli pōt causare partialiter cognitionē intuitiuā sui: ita ꝙ talis cognitio terminaꝛ ad lapidē existentē inq̄tū existens. Secundo potest causare speciē intelligibileꝫ rep̄ntantem ipsum sub rōne singularitatis: hoc patet a doc. in isto scd̄o. d. p̄nti. q. 10. vbi vult ꝙ essentia angeli possit causare cognitionē sui intuitiuā in ꝓprio intellectu et cognitionē sui abstractiuā que nō est nisi p spēm intelligibilē ex hoc ꝙ pōt cāre ī intellectu suo spēm ītelligibilē: ꝛ sic mediāte illa pōt cognoscere ꝓpriā essentiā abstractiue. ¶ His ergo p̄missis. Quādo querebaꝛ.

Rn̄sio ad diffi. p̄mā.

Si singulare pōt causare spēm intelligibilē rep̄ntantē ipm querēdo de rōne formali causandi illā. Dico ꝙ est ipsa natura existens in propria singularitate ꝛ in propria p̄ntialitate: ita ꝙ talis natura vt sic habet causare vel est rō formalis causandi spēm intelligibilē rep̄ntantē ipsuꝫ sub rōne singularitatis. ¶ Si dicaꝛ an talis natura existens sub ꝓpria rōne singularitatis possit causare spēm intelligibilē rep̄ntantē naturā vt natura est. Dico ꝙ sic: ꝛ hoc patꝫ a doc. in s̄i'i. d. 3. q. 1. p̄mi. vbi vult ꝙ fantasma aliquid pōt causare spēm intelligibileꝫ rep̄ntantem naturaꝫ cuius est fantasma. ꝛ aliam spēm intelligibilē rep̄ntanteꝫ sup̄ius ꝛ aliā representantē magis superiꝰ: vel ꝙ eadē species intelligibilis pōt rep̄ntare inferius et superius: ita ꝙ pōt esse partialis cā causandi: puta cognitionē albedinis: ꝛ deinde coloris p se. ꝛ deinde qualitatis ꝛc. Si teneaꝛ primus modus de multiplicitate specierū: pariformiter dico ꝙ lapis existēs in propria singularitate pōt causare spēm intelligibilē rep̄ntantē ipsum sub rōne singularitatis maxime cuꝫ singularitas ipsa sit aliqua entitas positiua vltra naturam cuius est: vt patet a doc. vbi supra in hoc secūdo. d. p̄nti. Secūdo pōt causare aliā spēm intelligibilē rep̄sentantem naturā in se. Et tertio aliā rep̄ntantem superius: vt patet. Sed tamen nō posset īmediate causare secundaꝫ nisi priꝰ p̄ma causata sicut nec fantasma albedinis posset īmediate cāre spēm coloris nisi p̄us causet spēm albedinis vt patet p rōnem doc. in p̄mo. d. 3. q. secūda. Agens naturale dispositū semp ꝓducit effectū nobiliorem quem pōt producere: vide ibi. Si ꝟo secundus modus teneatur. s. de vnitate spēi partim est simile ꝛ partim dissimile. Sīl'e forte quātū ad hoc: qꝛ sicut spēs intelligibilis albedinis causata a fantasmate potest esse cā partialis cognitiōis albedinis. ꝛ etiaꝫ sup̄ioris in se: ita hec posset esse cā partialis cognitionis singularis inq̄tū singulare: ꝛ secundo cognitionis nature in se tamen esset dissimilis: qꝛ spēs causata a fantasmate pōt esse rep̄sentatiua albedinis in cōi ꝛ coloris: qꝛ isti modi nō repugnant cū vterq̄ modus sit modus vniuersalitatis. Hic aūt si eadem spēs intelligibilis representat eandē naturā in se. ꝛ sub rōne singulari isti modi videntur oppositi: nisi diceref ꝙ p̄mo rep̄sentat singl'are sub rōne singularitatis ꝛ ex consequēti ipam naturā in se: primus tamen modꝰ de multiplicitate spērū est ꝓbabilior. Dico ergo ad difficultateꝫ ꝙ ipa natura inquātuꝫ singularis vt est in se accepta. i. vt est existens in ꝓpria existentia ē ratio formalis causandi spēm intelligibilem partialiter rep̄sentātem ipsam sub ꝓpria ratione singularitatis: ita ꝙ ipa singularitas: licet sit conditio agentis: tn̄ ex quo habet ꝓpriam entitatē: ipa natura vt existens actu sub tali singularitate pōt esse rō formalis etiā causandi cognitionē abstractiuā ipsius singularitatis modo p̄dicto: hoc etiā dico de cognitione intuitiua singularitatis: qꝛ ipsa natura existens actu sub tali singularitate nō tātum est ratio formalis causandi cognitionē intuitiuam ipsiꝰ nature existentis sed etiā ipsius singularitatis in qua actu existit non sic est qn̄ natura nō est in se p̄ns: sed tn̄ est presens in spē intelligibili causata a fantasmate: qꝛ illud fantasma vt dixi non pōt causare spēm intelligibilem rep̄sentantem naturā sub rōne singularitatis ꝓprie: ꝛ sic pꝫ solutio ad p̄mā difficultatem. ¶ Si etiā volumꝰ dicere ꝙ singl'aritas ipa in actuali existentia sit rō formalis causandi spēm intelligibilem rep̄sentantē ipam singularitatē p quā spēm possit abstractiue intelligi ipa singularitas siue existat: siue nō existat: lꝫ ipa singularitas nō possit p̄tial'r cāre nisi actu exiñs: qꝛ oīe agēs agit inquātū est in actu existētie: tn̄ ipa spēs pōt partial'r cāre cognitionē abstractiuā ipsiꝰ singularitatis siue exn̄tis siue nō. Dico etiā ꝙ loq̄ndo de cognitione intuitiua ipa singularitas actu exiñs et actu p̄ns in ꝓpria p̄ntia pōt partialiter cāre cognitionē sui intuitiuā. ¶ Si dicaꝛ ꝙ tm̄ est vna existentia ipsius nature ꝛ singularitatis addite. ꝛ p conseqūs nō pōt cāre p̄tialiter ꝓpriā cognitioneꝫ intuitiuam. dico ꝙ sicut natura ꝛ singularitas addita nature inter se ꝟe sunt idē realiter. tn̄ pōt esse aliqua distinctio inter illa p̄ter oē opꝰ intellectꝰ. sic ꝙ licet exn̄tia nature: et existentia singularitatis sint simpl'r vna existentia realiter sunt tn̄ due exn̄tie saltē distincte ex natura rei: veruꝫ tn̄ de facto nō pōt haberi cognitio intuitiua vniꝰ q̄n etiā habeatur alteriꝰ: tn̄ cognoscens naturā intuitiue sub ꝓpria existētia ꝛ singularitatē sub ꝓpria cognoscit ibi aliquā distictionem p̄ter oē opꝰ intellectus: al's em̄ dixi vt i. d. p̄ma et scd̄a p̄mi ꝙ lꝫ essentia diuina ꝛ paternitas sint vna res absolute ꝛ vna exn̄tia: tn̄ intuitiue pōt videri ꝑfecta essentia nō vidēdo paternitatē lꝫ nō ecōtra. Et declaratū fuit ibi ꝙ paternitas dicit ꝓpriā exn̄tiam saltē distinctaꝫ ex natura rei ab existētia essentie diuine. vide ibi. vide etiā in isto scd̄o. di. 3. q. 1. q̄n̄o natura dicaꝛ h̄re exn̄tiam ꝛ dicaꝛ esse ideꝫ realiter existentie. ¶ Tunc ad difficultatem p̄ncipalē in qua dicebatur ꝙ singularitas est ꝯditio tantū agētis ꝛ nō rō agēdi. Dico ꝙ doct. dicit ꝙ lꝫ natura sit rō formaliter agendi actionē sibi ꝯpetentem: tn̄ nō pōt esse in potentia ꝓpinqua ad agendū nisi actu sit sub singularitate vt in s̄i'i expositū est in. 1. d. 7. de potentia generandi p̄ris: ꝛ si hoc mē singularitas est conditio agētis: vt cōparatur ad actionē cōpetentē nature. nō tn̄ doc. negat quin ipsa singularitas (cū dicat verā entitatē additā nature: vt pꝫ. s̄. d. 3. ꝛ in. 1. d. 5. q. 2. ꝛ. 26.) possit esse ratio agēdi respectu actionis sibi cōpetē.

Natura n̄ est in potētia ꝓpinq̄ ad agēduꝫ in actu sit sub singularitate.

tis. cuiuſmodi eſt ītellectio intuitiui ipſiꝰ ſingularitatis vel ſpēi intelligibilis repñtantis ipſam ſub rōne ꝑpria. ⁊ cum dicit̄ ꝙ in oī agente eſt reperire rationē formalē agendi et cōditionē ipſiꝰ agentis: q̄ eſt ſingularitas: pꝫ rñſio: qꝛ hoc eſt verū vbi natura cōparat̄ ad actionē ſibi cōpetētē in quā nō poteſt exire niſi p̄us ſit ſingularizata. vbi ꝟo ſingularitas ꝯparat̄ ad actionē ſibi cōpetentē eadē eſt formalis rō agendi ⁊ ꝯditio agētis. Si em̄ ꝑ poſſibile ſingularitas poſſit ſeparari a natura cuius eſt: ita ꝙ actu exiſteret ſine ipā natura ipa ſingularitas hr̄et ꝑpriā rōnem formalē cāndi ꝑtialiter cognitionē ſui: loq̄ndo ſemꝑ de ſingl̄aritate abſoluta.

Cognitio intuitiua quid.

¶ Ad aliam difficultatē de cognitiōe ītuitiua: vt clarius intelligat̄ ſuppono p̄mo ꝙ cognitio intuitiua alicuius rei eſt qꝛ talis cognitio ē a tali re exñte in ꝑpria exiſtentia: ita ꝙ talis res ſaltē eſt cā partialis talis cognitionis: et hoc mō oīs entitas dicens ꝑfectionē abſolutā pōt cāre cognitionē intuitiuā in intellectu ſibi ꝓportionato qđ dico ꝓpter intellectū diuinū q̄ non eſt ꝓportionatus vt poſſet moueri ab aliquo ente creato: vt pꝫ a Doc. q. 14. quol. ⁊ etiā ꝓpter eſſentiā diuinā: q̄ nullo mō ꝓportionat̄ ītellectui creato: vt pꝫ a doc. in. 2. d. 24. in rñſiōe ad argumēta. ¶ Dico ſcđo ꝙ aliq̄d pōt cognoſci intuitiue: ⁊ hoc ſolum termīatiue ita ꝙ talis cognitio ſolū terminet̄ ad talē rē exiſtentē in ꝑpria exiſtētia: ⁊ nullo mō mouet̄ a tali re.

Aliud cognoſci intuitiue cōtingit dupliciter.

¶ Dico tertio ꝙ aliq̄d pōt cognoſci intuitiue dupliciter: vt puta hō vno mō ꝑ motionē ꝑpriā: alio mō qꝛ talis cognitio vere cātur ab aliqua re ꝑfecte cōtinente ipm̄ hoiem ſm̄ totam ſuam entitatē: cōtinente virtualr̄ vel eminēter. ¶ Secundo ſuppono: ꝙ hō poteſt cognoſci dupliciter in eſſentia diuina: p̄mo qꝛ ipſa q̇ditas vt relucēs in eſſentia diuina ſuo mō pōt mouere intellectū angelicū: ⁊ tūc talis cognitio nullo mō dr̄ intuitiua cū non ſit cauſata a tali q̇ditate vt in ꝑpria exiſtētia: nec etiā terminat̄ ad illā vt in ꝑpria exiſtētia. Alio mō cognitio ipſius hoīs pōt īmediate cāri vel ꝑtialiter vel totaliter a volūtate diuina ꝑfecte ſupplente vicē talis obiecti: ⁊ volūtas diuina pōt cauſare cognitionē ꝑfecte intuitiuā ipſius hoīs: lꝫ non actu exiſtentis: qꝛ ipā volūtas diuina ꝑfecte cōtinet virtualiter ⁊ eminenter totā q̇ditatē hoīs: ⁊ ꝑ ꝯñs reſpectu ipſius hoīs pōt cauſare cognitionē tam intuitiuā q̄ abſtractiuam vt ſatis pꝫ ī ſili. 3. d. 3. q. 9. 10. ⁊ 11.

Difficultas

¶ Si dicat̄ nōne talis cognitio terminatur ad hoiem vt actu relucet in eſſentia diuina. ⁊ vt ſic nō terminat̄ ad ipm̄ ſub ꝑpria exiſtētia.

Rñſio.

Dico ꝙ ſufficit ꝙ talis cognitio ſit cāta ab aliquo ꝑfecte ſupplente vicem obiecti.

Difficultas

Nōne etiā intellectꝰ diuinꝰ ꝑfectiſſime cognoſcit ⁊ intuitiue oēm creaturā etiā anteq̄ fieret. talis em̄ cognitio ꝟe dicit̄ intuitiua: qꝛ quaſi cauſat̄ ab eſſentia diuina ꝑfecte exiſtēte ⁊ in ꝑpria exñtia ꝑfecte pñte ⁊ ſupplente vicem cuiuſcūq̄ obiecti creati reſpectu cuiuſcūq̄ cognitōis poſſibilis hr̄i de tali obiecto: ⁊ ſic ꝑfectiſſime ſuo mō cāt cognitionē ſui intuitiuā et oīm creaturaꝝ in intellectu ſuo etiā anteq̄ fierent: ſic in ꝓpoſito.

Rñſio.

¶ Tūc ad difficultatē rñdeo ꝙ qñ doc. dicit in iſto ſecūdo. d. pñti. q. p̄ſenti. ꝙ angelꝰ nō cognoſcit intuitiue lapidē relucentē in eſſentia diuina: ſic debet intelligi ꝙ ipe lapis vt relucēs in eſſentia diuina cū tm̄ habeat eſſe cognitū: vt pꝫ in. 1. d. 3. q. 4. vt ſic nō poteſt mouere aliquē intellectū ad cognitionē ſui intuitiuā: et ſic cōcedo ꝙ intellectꝰ angeli tm̄ cognoſcit q̇ditatem lapidis cognitione abſtractiua. Et cū dicit ꝙ ꝑfectius videt lapidem in lumine increato q̄ in creato: puta in ſpē intelligibili. Dico ꝙ verū eſt loquendo de cognitione abſtractiua ꝙ ꝑfectiꝰ cognoſcitur lapis relucens in eſſentia diuina q̄ in aliqua ſpē ītelligibili creata. loq̄tur ergo doc. ibi ꝙ ipe lapis quantūcunq̄ relucēs in ꝟbo nō poteſt ꝑtialiter cāre in intellectu angeli cognitionē ſui intuitiuā ſed tm̄ vt ē exiſtens in ꝑprio genere: ⁊ in ꝑpria exiſtentia: nō tm̄ negat q̄n lapis poſſit videri intuitiue non ꝑ motionē ipſius lapidis ſic relucentis in eēntia diuina: ſed ꝑ motionē volūtatis diuine ſupplentis vicē ipſiꝰ lapidis quantū ad oēm ſui cognitionē. Et qñ dr̄ ꝙ cognitio in ꝟbo eſt ꝑfectiſſima: dico ꝙ verū eſt cōparādo cognitionē abſtractiuā ad abſtractiuā ⁊ intuitiuā ad intuitiuā: cognitio em̄ intuitiua lapidis in ꝟbo cāta a volūtate diuina valde ꝑfectior eſt cognitiōe intuitiua cāta ab ipſo lapide exiſtēte in ꝑprio genere: ſilr̄ cognitio lapidis abſtractiua relucentis in eēntia diña valde ꝑfectior eſt cāta ab ipſo lapide relucente in ſpē intelligibili ſi fit q̄ ꝯparatio hoc mō ⁊ nō ſimplr̄ ꝯparādo intuitiuā ad abſtractiuā. Cōcedo em̄ ꝙ cognitio abſtractiua hīta de lapide relucente in eſſentia diña quātū ad ſuā entitatē ē imperfectior cognitione intuitiua habita de lapide exñte in ꝑprio genere. Si tm̄ vt in verbo poſſit hr̄i cognitio abſtractiua: de q̄ alias. ¶ Ad vltimā lꝫ ſolutio pateat ex dictis: dico tm̄ ꝙ qñ dicit ꝙ īpoſſibile eſt cognitionē intuitiuā eē ꝑ aliquā rōnē que ſit in eadē diſpōne ⁊ eodē mō repñtās re manente: ⁊ etiā nō manēte: dꝫ intelligi de cognitiōe intuitiua q̄ hr̄ de aliqua re ſm̄ ꝑpriā exñtiā: qꝛ ex quo cognitio intuitiua eſt exñtis inquantū exñs ē in ꝑpria exiſtētia: ita ꝙ talis natura: ſub rōne formali q̄ exiſtit eſt rō formalis talis cognitionis: ⁊ tūc bñ ſequit̄ ꝙ ſi illa ratio formalis cognitionis intuitiue maneret eadē re intuitiue cognita exñte ⁊ nō exiſtēte: ꝙ nō eēt rō formalis cognoſcendi intuitiue. Si ꝟo loquamur de rōne formali reſpectu cognitionis intuitiue reſpectu alicuiꝰ obiecti ꝟtualr̄ ⁊ eminēter cōtenti in tali rōne formali vel in aliq̄ obiecto cuiꝰ eſt talis rō formalis: dico ꝙ ſiue talis res cōtenta exiſtat ſiue nō exiſtat pōt intuitiue cognoſci ꝑ talē rōnem formalē: vt pꝫ de eſſentia diña: q̄ eſt rō formalis cognoſcēdi intuitiue q̇ditatē lapidis ſiue lapis exiſtat: ſiue nō: poterit ipā eē rō formalis quaſi cāndi cognitionē intuitiuā ipſiꝰ lapidis in intellectu diuino: ⁊ ſic debet intelligi Doc. Ex his pꝫ ⁊c.

Ad obiectiones

cōtra rōnē ad ſcđam ꝯcluſionē dr̄ ꝙ ꝑ ſe p̄mo ⁊ directe intētū. ſ. Tho. eſt ꝙ qꝛ a deo effluit in angelū ſilitudo for. nō ſolū q̄ ad cōditiones cōes: ſed quo ad ꝯditiōes ſingulares: iō angelus intelligit ipm̄. Sꝫ qꝛ opinat̄ materiā eſſe p̄ncipiū ſingularitatis in rebꝰ materialibꝰ ⁊ formā cōitatis. Jō in q̄ſtionibꝰ de ve. q. 8. arti. 11. innuit rōnē quā hic expſſe ꝑ vniuerſale ⁊ īdiuiduale expreſſit ꝑ formā ⁊ materiā. vñ duplr̄ rñdere pōt. p̄mo ꝙ quātū ad pñs ſpectat ꝓpoſitū ꝑ accñs ſe hꝫ materia ⁊ forma: qm̄ vis rōnis ꝯſiſtit in hoc ꝙ ī āgelo indita eſt ſilitudo oīm tā vniuerſaliū q̄ indiuidualiū ꝯditionū quecūq̄ ſint ⁊ ꝑ q̄cunq̄ naturalia p̄ncipia habeant̄. ſcđo ꝙ de materia poſſumꝰ loq̄ duplr̄ vno mō ſm̄ ſeipſā. i. ꝓut eſt in rerū natura. alio mō ſm̄ ꝙ ex ordine ad formā ꝑ intellectū abſtrahit̄: ⁊ ꝙ materia ſcđo mō cadit in q̇ditate rei naturalis. p̄mo ꝟo mō indiuiduat: ⁊ ꝙ in ꝓpoſito ē ſermo de materia non vno tm̄ modo: ſed de oībus modis: ita ꝙ intendit ꝙ in āgelo ſit ſilitudo materie repñtans eā ſm̄ eſſe naturale qđ hꝫ exñdo in rerū natura in rebꝰ: ⁊ nō ſolū ſilitudo eius ſm̄ ꝙ eſt pars diffinitiōis rerū naturaliū. qđ breuiꝰ dici poſſet ꝙ in eo eſt ſimilitudo nō ſolū materie ſed materie ſignate quā cōſtat in diffinitione nō poni. ¶ Ad ſecūdā obiectionē cōtra idē negatur ꝙ ſpēs influxa ſit rō cognoſcēdi tm̄ q̇ditatē. Nec aliquā adduxit vnq̄ rationem arguēs efficacē ad oppoſitū. ¶ Ad tertiā dr̄ ꝙ nulla ē fallatia arguēdo a cōi exēplari ad conſilitudinē exēplatoꝝ: imo eſt locus neceſſariꝰ ⁊ nō tm̄ rōnabilis: qm̄ q̇cq̄d cōuenit vni ſimiliū. vt ſic cōuenit ⁊ alteri. Talis aūt eſt ꝓceſſus iſte fundatꝰ ſuꝑ hoc ꝙ adeo fluxerūt res in duplici eſſe: naturali ⁊ intētionali: in mētibꝰ angeloꝝ. Ex hoc em̄ manifeſte ſequit̄ non ex rōne ꝑfecti aut imꝑfecti: ſꝫ ex rōne ſimiliū: ꝙ ſilitudo rei in eſſe naturali apud deū exñs effecerit eſſe intētionale ſilē ſibi in mēte angelica: ac ꝑ hoc illa ſpēs intētionalis repñtet illā met quā repñtat diuina ſilitudo a qua eſt exēplata nihil obſtāte dña ſm̄ ꝑfectū ⁊ imꝑfectū. ¶ Ad obiectiōes ꝟo ꝯtra ꝯcluſionē ordinate rñdēdo: ad primā dr̄ ꝙ cognoſci ꝑ ꝑpriā ſpēm duplr̄ ꝯtingit. ſ. adeq̄te vel excellēter: ⁊ ꝙ ſingulare ab angelo non cognoſcitur ꝑ ꝑpriā ſpēm adequate: qꝛ ſic ſeq̄retur infinitas ſpecieꝝ: ſed ꝑ ſpēm excedentē. i. repñtātem non ſolū hoc: ſꝫ multa alia. Rurſus cognoſci ꝑ ſpēm q̇ditatis ꝯtingit duplr̄. ſ. adeq̄te ⁊ excellēter: ⁊ ꝙ ſingulare nō cognoſcitur ꝑ ſpēm q̇ditatis adequate: qꝛ ſic non cognoſceretur vt hoc niſi forte argutiue ⁊ valde imꝑfecte: ſꝫ ꝑ ſpēm q̇ditatis exceſſiue. i. repñtātem non ſolū ipām: ſꝫ etiā ſingulares eiꝰ ꝯditiones quas hꝫ in rerū natura. Et hec eſt via. ſ. Tho. non em̄ putat ipſe ꝙ angelus cognoſcendo q̇ditatem: puta eq̄nitatem ex vi talis obiecti cogniti cognoſcat ſingularia illiꝰ: imo hanc viā in q̄ōnibꝰ de. ve. loco allegato reprobat: ſꝫ opinatur ꝙ cognoſcendo q̇ditatem cognoſcat indiuidua illiꝰ. i. ꝑ eandem ſpeciem ꝑ quā cognoſcit q̇dilatem cognoſcit indiuidua illiꝰ: qm̄ ſpecies illa eſt diſtincte repñtās vtrūq̄ excellenter. ¶ Ad ſcđam vero ⁊ tertiā obiectionem ſimul dr̄ ꝙ ſpecies angelica repñtat q̇ditatem rei: puta humanitatem ⁊ omnes varietates eiꝰ ſm̄ oēs ꝯditiones eiꝰ naturales vt. ſ. Tho. loco allegato dicit. vñ ⁊ repñtat humanitatem exiſtere hic ⁊ ibi: in hoc ⁊ in illo: talem ⁊ tātā. ⁊ ſic de aliis ꝯditionibꝰ. ¶ Ad cuiꝰ euidentiā: qm̄ ex hoc pendet intellectꝰ ⁊ cognitio huiꝰ materie videnda ſunt duo. ſ. q̇d repñtatur ⁊ q̄uo repñtatur. ¶ Quo ad p̄mū ſciendū eſt q̄ttuor

esse in reb⁹. s. q̇ditatem: singularitatem: exñtiã seu coniun=
ctiõem vni⁹ cũ alio in rerũ natura: ꝛ duratiõem talis exñ=
tie seu coiũctionis: ꝛ hec oĩa opꝫ sciri ab intellectu hñte
ꝑfectã notitiã de singularib⁹: suntq́ꝫ sepabilia abinuicem
in esse cognito: qm̃ vnũ potest cognosci alio ignoto: vt ptꝫ
discurrẽdo ꝑ singula. Et qm̃ cognitio fit ꝑ assimilationeꝫ
necesse est intellectui cognoscẽti hoc repñtari illa. ꝛ de pri
mis q̇deꝫ duob⁹ nõ est difficile ↄcipere ꝙ indita sit angelo
eoꝝ similitudo. qm̃ vtrũq́ꝫ spectat ad. q. q̇d est: qm̃ ꝑ primũ
scitur q̇d est soꝛ. vniuersaliter ↄcept⁹. i. inq́ꝫtñ hõ. ꝑ scd̃m ve
ro q̇d est soꝛ. inq́ꝫtuꝫ soꝛ. singulariter apph̃ẽsis: qđ a nobis
nõ est scibile. Sed de reliq̇s duob⁹ difficile est videre ꝛ p̃ci
pue de quarto: qm̃ hoc ad questionẽ an est: ꝛ qñ est spectat
et vt plene lustrem⁹ rem hãc: sciendũ est qđ coniũctio ali=
quoꝝ ꝛ eius duratio mltipliciter põt repñsentari itellectui
scꝫ in suis causis q̇dem queadmodũ cõiũctio humanitatis
cũ risibilitate pñtatur intellectui repñtãtis sibi qđq̇d erat
esse vtriusq́ꝫ. Ex his em̃ intellect⁹ cõspicit coniunctionem
ꝛ coꝛuitatẽ eoꝝ: sed hoc nõ hꝫ locũ in ↄtingentib⁹: vt de se
pꝫ. In seipa repñtari põt dupl'r vno mõ ita ꝙ duratio illi⁹
cõiunctiõis sit repñtata: sicut qualitas aliqua rei repñta=
te: queadmodũ albedo figure repñtatur visui. Alio mõ vt
ipsa cõiunctio sola sit res repñtata: ꝛ ei⁹ duratio ↄcurrat vt
ↄditio necessaria ad hoc ꝙ repñsentetur: queadmodũ de fa
cto se hꝫ duratio seu pñtia coloꝛis ad coloꝛẽ visum repñsen=
tatũ oculo: nõ em̃ spẽs visibilis repñtat durationẽ: sed vi=
deri ac repñtari coloꝛ non põt nisi pñti tp̃e mẽsuraretur. ꝛ
ꝙ ita sint spẽs angelice apud scm̃ Tho. nõ solũ repñtant
humanitatẽ ꝛ soꝛteitatẽ: sed etiã in seipsa cõiunctionẽ eoꝝ
cũ existere in reruꝫ natura: ꝛ in quocũq́ꝫ alio eẽ accidẽtali
ꝛ naturali. sed nõ repñtant durationẽ taliũ cõiunctionum
tanq́ꝫ rẽ repñsentatã: sed tãq́ꝫ cõditionẽ sine qua cõiũctio il
la repñsentať: ꝙ em̃ nõ repñtetur duratio ↄtingentis cõiun
ctionis: ex eo pꝫ ꝙ firmiter credim⁹ angelos nõ cognosce=
re futura ↄtingentia. Si nãq́ꝫ in angelo esset indita silitu=
do sessionis mee crastine p̃sciret euidẽter sessionẽ mihi con
tingendã cras. Et ꝙ repñsentet durationẽ vt ↄditionẽ sine
qua nõ: ꝛ ꝙ talẽ spẽm: vt pꝫ in visu nr̃o: ꝛ clari⁹ pꝫ si fingas
visum eẽ ꝟtutẽ oĩm cognoscitiuã: tũc em̃ ꝑ talẽ spẽm q̃ rep
sentaretur sibi coloꝛ pñs: vt mõ repñtat. s. ꝙ pñtia cõcur=
rit vt ↄditio sine qua nõ cognosceret nõ solũ hunc coloꝛẽ:
sed hũc coloꝛẽ exñtem in pñti tp̃e. Deinde declarať p̃muꝫ
ex eo ꝙ duratio alicui⁹ nullã hꝫ repugnãtiã: vt sit talis cõ
ditio sine qua res nõ repñtetur. Et cõfirmať: q2 queadmo
dũ duratio coloꝛis est ei⁹ ↄditio sine qua coloꝛ nec imutat
visum: nec videť: ita est etiã ↄditio sine qua non repñtať: ꝛ
hec de primo. ❡ Quo ad scd̃m ꝟo modũ. s. repñtandi: bre
uiter dr̃ ꝙ apđ. s. Tho. spẽs ip̃ressa angelo a deo respectu
p̃dictoꝝ se hꝫ sicut si in oculo esset nãliter ↄgenita spẽs ali
cuius obiecti puta hui⁹ albi: tũc em̃ ꝑ talẽ spẽm nec repre=
sentareť: nec cognosceretť hoc albũ: nisi qñ existeret: qm̃ i=
ter repñtãs ꝛ repñtatũ req̇ritur silitudo: nec hoc albũ sile
est illi spẽi repñtanti: nisi hoc albũ existat: qm̃ spẽs illa re
presentat hãc albedinẽ exñtẽ: ꝛ sic ꝑ illã spẽm videret ocu
lus hoc albũ: qm̃ illđ esset ꝛ nõ videret illud qm̃ nõ esset: ꝛ
sic duratio hui⁹ albi in rerũ natura si habereť vt cõditio si
ne qua hoc albũ nec repñsentareť: nec videreť nõ est defect⁹
spẽi visibilis: sed ex defectu ipsi⁹ obiecti: nec ꝑ mutationeꝫ
spẽi: sed ꝑ mutationẽ ipsi⁹ obiecti cognosceret hoc album
nũc esse ꝛ postmodũ ꝑcipet illđ nõ esse ex defectu assimila
tionis illi⁹: ꝛ ex hoc pꝫ q̃uo stat ꝙ spẽs idita ꝛ nõ cãta ab
obiecto singulari: ꝛ ꝙ nãliter repñtet: ꝛ sic rõ cog̃scẽdi rẽ
ꝑ se p̃mo ꝛ directe qñ est: ꝛ ex ↄñti qñ nõ est: ꝛ qm̃ vnũ idi
uiduũ supioꝛis oꝛdis equalere p̃t mltis nõ soluꝫ idiuiduis
sed spẽb⁹ iferioꝛis oꝛdis eleuationẽ nature ãgelice supꝛa
coꝛpoꝛea intuit⁹. s. Tho. posuit spẽs in angelo sic tãte ꝑfe
ctiõis ꝙ distincte q̇dẽ excellẽtes: tñ sit rõ repñtatiua mul=
taꝝ q̇ditatũ: ꝛ singulariũ ꝛ multaꝝ cõiũctionũ in rerũ nã:
ita ꝙ qñcũq́ꝫ ↄiunctio illa poniť in reꝝ nã statim assimila
tur illi spẽi: ꝛ sic repñtatur ꝛ cognosciť. Disiũcte aũt desi=
nit repñsentari: q2 desinit assimilari: ꝛ ex his facillime patꝫ
rñsio ad obiectiões: Naꝫ scđa obiectio suppõit ꝙ cõiũctio
cõtingẽs repñteť nõ in seipsa sed in rõnibus terminoꝝ tm̃.
Tertia ꝟo supponit: ꝙ pñtia tp̃alis nõ ↄcurrat necessario
ad rẽ cognitã: nisi q2 est cã cognitiõis: cũ liq̇do ↄstare pos
sit ꝙ hoc albũ dupl'r ↄcurrit ad visionẽ. s. vt cã imutãs vi=
sum ꝛ vt obiectũ terminãs. ꝛ ꝙ pñtia tp̃alis exigiť ad ip̃m
nõ solũ inq́ꝫtũ imutãs rẽ: sed iquãtũ terminãs: ita ꝙ si ter
minaret ꝛ nõ imutaret: nihilomin⁹ exigeret p̃sentiã tp̃alẽ
ꝛ sic se hꝫ in ꝓposito: vt pꝫ ex dictis. ❡ Ad cõfirmationeꝫ
autẽ dr̃: ꝙ illa ꝓpõ supꝛa quã sepissime se fundat Sco. s. ꝙ
spẽs repñtãs re abñte ꝛ pñte: nõ sufficit ad cognitionẽ in=
tuitiuã: nõ est vniuersalr̃ ꝟa: qm̃ hoc duplr̃ ↄtingit. s. ꝑ hoc
ꝙ abstrahit a pñtia ꝛ absentia rei: queadmodũ se hñt spẽs
itelligibiles apđ nos: ꝛ de talib⁹ est ꝟa ꝓpositio. Alio mõ
nõ ꝑ abstractionẽ sed ꝑ excellentiã. i. q2 tãte excellẽtie est:
vt repñtet rẽ: ꝛ s̃m ↄditiões ei⁹ absolute. Et s̃m ↄdões p̃=
sentie: vel tãq́ꝫ rẽ repñtatã vt spẽs diua vl' vt ↄditionẽ sine
qua nõ vt spẽs augeata ꝛ de talib⁹ non est ꝟa ꝓpõ. Spẽs g̃
nõ ꝓpter abstractionẽ: sed excellentiã sui eodẽ mõ repñsen=
tans ex ꝑte sui siue res sit: siue nõ: sufficit ad cognitionem
intuitiuã: q2 posita re aliq̇d noui repñsentat nẽ ꝑ sui sed rei
repñsentate mutationẽ: seu nouitatẽ: ꝛ hoc bñ no. ❡ Ad p̃=
mã ꝟo rõnẽ ex. d. 9. adductaꝫ q̃rto loco dr̃ negãda ↄña. Et
ad ꝓbationẽ qua dr̃ qñ pluralitas infert maioꝛẽ ꝑfectionẽ
infinitas ifert infinitam. Dr̃ p̃mo ꝙ fl'm assumiť: dꝫ em̃ sub
disiũctiõe ↄclu. si pluralitas infert maioꝛẽ ꝑfectionẽ ifini=
tas infert vel infinitã ꝑfectionẽ: vel altioꝛis oꝛdis ꝑfectio=
nẽ. Stat em̃ ꝙ vna ꝑfectio altioꝛis oꝛdis tãte sit ꝑfectiõis:
ꝙ excedat ifinitas ꝑfectiões inferioꝛis oꝛdis ꝛ eminenter
eq̇ualent eis. Rursum scđo dr̃: ꝙ cũ aliq̇d esse infinite ꝑfe=
ctiõis cõtigit dupl'r. s. simpl'r vel i tali gñe: aut spẽ: nec opꝫ
qđ est infinitũ in tali gñe aut spẽ esse infinitũ ens simplr̃: vt
pꝫ de albedĩe infinita: si esset intẽsiue infinita nõ em̃ ꝓpter
ea esset ꝑfectioꝛ q̃ꝫ substãtia: sed esset infinite ꝑfectiõis ifra
spẽ tñ albedis. Unñ in ꝓposito dato ꝙ infinitas ↄtẽtoꝝ in=
ferat infinitatẽ ↄtinentis: nõ seq̇tur: g̃ illđ ↄtinens est ifini
te ꝑfectiõis simplr̃: sed i tali gñe: aut spẽ: ꝛ sic rõ ex dupli
ci deficit capite. Pꝛio: q2 nõ seq̇tur infinitas: nisi sub disiũ
ctione. Scđo: q2 etiã qñ seq̇tur infinitas nõ seq̇tur ifinitas
ꝑfectiõis simplr̃: sed ꝑfectiõis in genere vel in spẽ: queãd
modũ pl'alitas nõ infert tũc maioꝛẽ ꝑfectionẽ: nisi eiusdẽ
rõis: ꝛ qñ Sco. vtiť ista rõne ad diuersa ꝓposita. Et i diuer
sis materijs opꝫ diligẽter notare q̃ dixim⁹: ꝛ applicare ad
materias: q̃ꝫtũ aũt ad p̃sens spectat iã pꝫ ꝙ ponim⁹ spẽs al
tioꝛis oꝛdis: ꝛ silr̃ actũ itelligendi spẽi ꝓpoꝛtiõatũ. ❡ Ad
scđam aũt rõnem ex dictis hr̃ rñsio. Supponit em̃ rõ vnũ
falsum. s. ꝙ spẽs in mente angelica repñsentet durationẽ cõ
iunctiõis cõtingentis tãq́ꝫ rem repñsentatã. cui⁹ oppm̃ dixi
mus: imo hoc ꝓpꝛiũ est essentie diue. Et foꝛte nõ est cõica
bile alicui spẽi qm̃ hoc est repñsentare ea: q̃ facta sunt ↄtin=
gẽter i seip̃is determiate: ꝛ iõ cũ diciť: aut repñsentat vtrũq́ꝫ
oppositoꝝ ꝛc. ❡ Rñr cũ triplici distinctiõe. s. de repñsenta=
ri tãq́ꝫ rẽ repñsentatã ꝛ ↄditionẽ sine qua nõ: et de opposit̃
s̃m differentias tp̃is et absolute: ꝛ de oppositis positiue et
cõtradictoꝛie. Et dr̃ ꝙ spẽs in mente ãgelica repñsentat tã=
q́ꝫ rẽ repñtatã alteꝝ oppositoꝝ positiuoꝝ absolute: ꝛ nõ cũ
aliqua dr̃ia tp̃is: repñsentat em̃ cognitionẽ soꝛtis cũ sessiõe.
ꝛ nõ cõiunctionẽ eius cũ sessione ꝛ nõ sessiõe ↄtradictoꝛie:
nec repñsentat ↄiũctionẽ soꝛtis cũ sessiõe durãtem hodie vel
cras: seu absolute ↄiunctiõeꝫ ei⁹ cũ sessiõe: ꝛ cõiũctionẽ ei⁹
cũ cursu. Et si dicas. Quõ g̃ angel⁹ cognoscet reliquũ cõ=
tradictoꝛiũ. Et silr̃ quõ certitudinem habebit ꝑ talẽ spẽm
de hodierna sessione soꝛtis ꝛ crastino ei⁹ cursu: iã ex dictis
ptꝫ: ꝙ cũ poniť in effectu sessio ↄditio sine qua nõ. ꝛ sic co=
gnoscitur soꝛtes nũc sedens: cognosceť ꝟo post hoꝛã ꝑ ean
dem spẽm soꝛtis nõ sedens desinẽte assimilatione iter ipsuꝫ
vt sedentẽ: ꝛ illã spẽm. Et cras cog̃scetur currẽs facta assi=
milatione iter illã ꝛ soꝛtẽ: vt currentẽ. Et sic falsum est ꝙ
si repñsentat alteꝝ oppositoꝝ determinate ꝙ nũq́ꝫ ꝑ ip̃aꝫ co
gnoscetur reliquũ. ❡ Ad tertiã aũt rõneꝫ iã pꝫ ꝙ nõ incõ
uenit: imo est necessariũ. ꝛ oĩa naturalia statim cũ fiunt cõ
genita esse angelo h̃itualiter: ꝛ distãtiam localẽ nõ ipedi
re angeli cognitionem: ꝛ sic finis tertie distinctionis.

Distinctionis. IIII. Qõ Unica.

CIrca distinctionẽ quartã q̃riť. Utrũ inter creationẽ ꝛ beatitudinem angeli boni fuerit aliq̃ moꝛa. i. an angelus post p̃mũ instãs sue creationis steterit per aliquã durationẽ in q̃ nõ fuerit btũs: sꝫ tm̃ post illã durationẽ. an i eodẽ instãti quo fuit creat⁹ siml' fuerit btũs.

❡ In ista qõne doc. p̃ncipal'r intẽdit. duo. Primũ est đ illis moꝛis quot fuerũt: an due: vel tres vel q̃ttuoꝛ? Sciẽdũ est: q̇d sint iste moꝛule siue durationes — Declaratio ↄclusiõis.

❡ Quãtũ ad p̃mũ põt dici multipliciter: possunt em̃ poni due moꝛe: vna. s. in qua sint in termĩo ꝛ alia sola p̃cedẽs qua sunt in via. et hec opi. nõ iꝓbať a Doc. si sic itelligať

vez ꝙ in pͥma mora meruerũt ⁊ in vltimo instãti illiꝰ more pmiati fuerũt. ⁊ sic in scḋa mora tm̃ fuerũt in termino. Sz si intelligatur vt ponit Tho. in pͥma pte summe. q. 63. art. 5. in solutione vltimi argumenti: iprobatur a Doc. ꝗ videꝛ ponere ꝙ oẽs tã boni ꝗ̃ mali fuerũt in gr̃a ⁊ meruerũt in pͥma mora. ⁊ in scḋa boni meruerũt ⁊ pmiati sunt: mali demeruerunt ⁊ dãnati sunt: sic dicit oẽs inqͥt in gr̃a creati in primo instãti meruerũt: sed ꝗdam eoꝝ statim ipedimentuz ꝓstiterũt sue beatitudis: ꝑcedens meritũ mortificãtes. ⁊ iõ beatitudĩe quã meruerũt sunt ꝓuati. hec ille. ❡ Ibi. Possunt tamen poni tres more ⁊ hoc multiplr. ⁊ hec lr̃a clara est vsqꝫ ibi. Ad inqͥrendũ de istis vꝛ̃s supponende sunt sex ꝓpões ꝓbabiles. ❡ Prima. merentes vsqꝫ ad nũc pmiationis i illo nũc pmiati sunt ⁊ hoc pꝫ ꝑ exemplũ pono em̃ ꝙ status meriti sit ꝑ totã diẽ vsqꝫ ad vltimũ instãs illiꝰ diei sic ꝙ vltimũ instãs non ptineat ad statũ meriti siue vie sed tm̃ ad statũ pmij: hoc posito seqͥtur ꝙ merẽtes siue ꝑseuerãtes vsqꝫ ad vltimũ instãs pmij. in illo vltimo instãti nõ possunt ponere obicem siue non possunt peccare: qꝛ da oppositũ: si in vltimo instãti possunt peccare: ergo tm̃ sunt i via cuz statꝰ meriti vel demeriti sit tm̃ statꝰ vie: ⁊ sic vltimũ instans qḋ est instãs pmij siue termini esset instans vie qḋ est ĩpossibile. Et ex hoc iprobaꝛ opi. Tho. ꝙ nõ possunt poni tm̃ due more eo mõ quo ponũtur a. s. Tho. ❡ Scḋa ꝓpositio ẽ ꝙ meritũ ꝑcessit duratiõe pmiũ ꝗ ꝓbatur ex ꝓbatione ꝑcedentis. q. qꝛ volũtas nõ simul vult mutabiliter ⁊ ĩmutabiliter vt ibi exposui. ❡ Ex hoc iprobatur pͥma via ponẽdi tres moras. Dicit em̃ illa via ꝗ est magr̄i ꝙ in tertia ꝗ est mora pmij boni fuerꝫ in gr̃a ⁊ in pmio sed hoc non põt stare: nã si gr̃a reqͥritur ad meritũ ⁊ meritũ ꝑcedit durationẽ pmiuz ꝫ in illa tertia ꝗ est mora pmij nõ meruerũt cũ meritũ ꝑcedat duratione pmiũ. ❡ Tertia ꝓpositio ẽ ꝙ tota mora vie ꝓfixe ꝗbuscũqꝫ angelis erat eis equalis: hoc em̃ est ꝟisimile qꝛ sicut tota mora ꝓfixa hoĩ ẽ vsqꝫ ad instãs mortis. ita etiã istis ⁊ illis ꝓfixa est equalis mora essendi i via. ❡ Et ex istis seqͥtur quarta ꝓpositio: hec litera clara est vsqꝫ ibi de secũdo ar.

De secundo articulo pͥncipali. s. ꝗ fuerũt iste more ꝗ̃uis aliꝗ ponãt eas esse diuersa instãtia tpis discreti vt. s̃. patuit. d. 2. q. 4. tamen ex eadẽ distinctione pꝫ ꝙ ꝓpter nihil in ãgelis opꝫ ponere tẽpꝰ discretũ sed diuersa nũc em̃ vt plane expositũ est ibi. Sz difficultas est de istis moris cui ꝗbꝰ corrñdebant iste more in tpe nr̃o cõtinuo. ❡ Rñdet Doc. ibi: dico ꝙ vltima mora ⁊c. ista litera stat in hoc. posito em̃ ꝙ pͥma mora fuerit pͥmũ instãs (*Declaratio lr̃e doc.*) cui tũc illa mora potuit corrñdere alicui pti tpis nr̄i puta ꝑ aue Maria: ⁊ vltimo instãti illiꝰ tẽporis: silr̃ si illa pͥma mora fuit ꝑ duo vel tria instãtia cui tota illa mora potuit correspondere alicui parti tpis nr̄i ⁊ vltimo instãti illiꝰ tpis: ⁊ scḋa mora corrñdebit tẽpori ĩmediate seqñti ad instãs vltimũ tpis corrñdẽtis pͥme more et sic nõ opꝫ assignare pͥmũ instãs illiꝰ tẽporis cui corrñdet scḋa mora: qḋ pꝫ: nã si tpis ĩmediate seqñtis ad instãs terminans tps vniꝰ aue Maria assignaretur pͥmũ instãs tũc iustãs esset ĩmediatũ instans. qḋ est cõtra phm̃. 4. physi. Si ꝟo pͥma mora correspondet illi tpi ⁊ nõ vltimo instãti illiꝰ tẽporis: tũc scḋa mora correspondebit illi instãti ⁊ tpi ĩmediate seqñti ⁊ sic dabitur primũ instãs tpis cui corrñdet scḋa mora. Si ꝟo prima mora corrñdet tm̃ vltimo instãti alicuiꝰ tpis. scḋa mora tm̃ correspõdebit tẽpori ĩmediate seqñti ad illũ instãs et si scḋa mora corrñdet tpi pnta vniꝰ pater nr̄ ĩcludẽdo vltimũ instãs illiꝰ tẽporis: tũc tertia mora corrñdebit tẽpori ĩmediate sequẽti qḋ tñ nõ videꝛ: qꝛ scḋa mora vie corrñdet alicui tpi ⁊ nõ vltimo instãti illius qꝛ vltimũ instãs more vie est instans pmij ⁊ sic mora pmij corrñdet illi instanti ⁊ tẽpori ĩmediate seqñti ⁊ sic pꝫ ista lr̃a vsqꝫ ibi. Et lꝫ videaꝛ ꝗbusdã ꝙ necesse fuit angelũ ⁊c. Hic ponit duas opi. Quarũ pͥma est ꝙ angeli de necessitate peccauerũt in instanti corrñdẽti instãti tpis nr̄i. ⁊ ꝓbant ibi qꝛ inter ꝓuatiue opposita ⁊c. nã innocẽtia ⁊ pctm̃ opponũtur ꝓuatiue. qñ ꝫ subiectũ est indiuisibile circa qḋ sunt ista ꝓuatiue opposita ⁊ habitꝰ ẽ indiuisibilis tunc si subiectũ est dispositũ acqͥrit illũ in instanti ⁊ silr̃ deperdet illũ in instãti. cũ ꝫ angelꝰ sit oĩno ĩdiuisibilis ⁊ innocẽtia silr̃ indiuisibilis seqͥtur ꝙ ipe angelꝰ in instanti ꝑtransibit ab innocẽtia ad ꝓuationẽ illius ꝗ ꝓuatio est pctm̃. Scḋa opinio hꝫ ꝑ se ꝙ nulla virtꝰ creata agit i instanti qꝛ tunc maior ꝟtus ageret in minori ꝗ̃ in instãti. qḋ est ĩpossibile. ❡ Ibi. Neutre tñ rõnes ꝯcludunt. Hic doct. ostẽdit quõ iste due rõnes nõ ꝯcludunt: de pͥma pꝫ: qꝛ non ẽ necesse ꝙ subiectuz indiuisibile trãseat in instãti a forma indiuisibili ad ꝓuationẽ illiꝰ nec ecõtra: qꝛ aĩa virginis vt pꝫ in. 3. d. 3. potuit esse in peccato tm̃ ꝑ vnũ instãs ⁊ sic in illo instãti nõ fuit in gr̃a: et i tẽpore ĩmediato ad illḋ instãs potuit eẽ i gr̃a ẽ ⁊ tñ gr̃a ẽ ẽmĩnꝰ ĩdiuisibilis ⁊ silr̃ aĩa ꝟginis. Nec etiã scḋa cõcludit qꝛ etiã virtꝰ creata põt agere in instãti vt pꝫ. de sole illuminãte: ⁊ qḋ dicit ergo maior virtꝰ põt agere in minori mẽsura: nõ seqͥtur vt. s̃. patuit. di. 2. q. penul. in rñsione ad argumẽtuz in oppositũ vide ibi bonã glo. Dicit ꝫ doc. ꝙ vtroqꝫ mõ potuit esse vez ꝙ pͥma mora innocentie coexistat tẽpori ⁊ nõ vltimo eiꝰ instãti. ⁊ tunc secunda mora puta pctĩ habuit pͥmuz instans tpis coexistẽs sibi vel ꝙ prima mora coexistat tpi ⁊ vltimo instanti eius aut soli instanti vnius tẽporis ⁊ tunc secunda mora nõ habuit aliquod primum instans sibi correspondens vt. s̃. exposui. sicut nõ est dare: primã mutationẽ in motu cõtinuo ex. 6. physi. t. c. 52. ⁊ vide que exposui. s̃. dist. 2. q. 9. ❡ Ibi. Sed qualis erat secunda mora in se. Hec lr̃a clara est vsqꝫ ad argumẽta pͥncipalia nec indiget aliqua expositione.

Ad argumenta principalia. Nunc soluẽda sunt argumenta pͥncipalia ꝗbꝰ ꝓbaꝛ ꝙ in eodẽ instanti quo angeli fuerunt creati simul fuerunt beati. ⁊ pͥmum argumẽtum est tale angelꝰ in pͥmo instanti sue creatiõis habuit beatitudinẽ naturalẽ ꝫ et supnaturalẽ añs pꝫ: qꝛ potuit distincte cognoscere deitatẽ ⁊ in eodẽ istãti frui illa abstractiue cognita vt supra patuit. d. 3. huiꝰ q. 9. ꝯña ꝓbatur qꝛ si cã naturalis stati habuit effectũ suuz scꝫ beatitudinẽ naturalẽ ergo ⁊ deus habuit suũ. s. supnaturalẽ beatitudinẽ. ❡ Rñdet Doc. negãdo ꝯñam et ad ꝓbationẽ ꝯñe dicit ꝙ deꝰ potuisset dedisse beatitudinẽ in instãti creationis si voluisset ⁊c. ❡ Scḋo pͥncipalr̃ arguiꝛ auctoritate Aug. 12. de ciui. dei. c. 9. silr̃ cõdens naturaz ⁊ largiẽs gr̃am ꝫ statim habuit angelꝰ gratiã. sed simul habuit gr̃az ⁊ beatitudinez quia simul in malis fuit culpa ⁊ pena alioquin culpa eorũ esset remediabilis. ❡ Respondet ad hoc secundum. ⁊ primo adducit responsionem Tho. qui Tho. dixit ꝙ in prima mora omnes creati sunt in gratia et omnes meruerunt ⁊ in secunda mora mali peccauerunt ⁊ in illa mora secũda mali fuerũt in pena: boni ꝟo in pͥma mora fuerũt in gr̃a ⁊ merito: ⁊ tñ simul nõ fuerũt in gloria: quia fuerũt in gloria in scḋa mora. Ibi tñ dico hic poniꝛ rñsio doc. ꝗ stat in hoc ꝙ peccatũ est duplex: quoddã est demeritoriũ ⁊ est peccatũ factũ in via per qḋ peccans demereꝛ penam eternã. Et est peccatũ qḋ est offensio dei: ⁊ nullo mõ (*Peccatum duplex.*) demeritoriũ pene ⁊ tale pt̃ esse i dãnatꝫ. Nã ꝯtinue peccãt. ⁊ tñ illḋ pctm̃ nõ est demeritoriũ. ⁊ sic pꝫ rñsio ad argm̃.

Nota ꝙ quidã nouꝰ expositor pͥme ptis. s. Tho. i. q. 63. ar. 6. nitiꝛ soluere duas rõnes factas a Doc. ꝯtra Tho. quaꝝ pͥma est ꝯtra illḋ qḋ. d. in ar. 5. q. 63. ꝙ angeli boni i scḋo instãti scḋa mora meruerũt ⁊ ꝯtra hoc arguit doc. ꝑ scḋam ꝓpõnẽ: qꝛ meritũ ꝑcedit duratione pmiũ: cũ ergo in scḋa mora fuerint pmiati. (*Tho. gl. ꝯtra doc. arguit.*) seqͥtur ꝙ i scḋa mora nõ meruerũt. Scḋo arguit ꝯtra alid dictũ Tho. vbi. s̃. ꝗ dicit. ꝙ angeli mali in scḋa mora peccauerũt. ⁊ arguit ꝑ pͥmã ꝓpõnem. vt. s̃. patuit. Has tñ rõnes nitiꝛ soluere ille nouus expositor. Ad pͥmã sic dicit ꝙ meritũ duplr̃ ꝯtingit: vie pure: ⁊ vt termini: ⁊ ꝙ merituz pure vie ꝑcedit duratione pmiũ: sꝫ meritũ vt in termino pt̃ esse simul cũ pmio: nec seqͥtur ꝙ simul sit gr̃a ꝑfecta ⁊ imperfecta. sꝫ ꝙ simul sit terminus gr̃e impfecte: ⁊ gr̃a perfecta. Merito em̃ queãdmodũ duplr̃ contingit. s. vt in via ⁊ in termino. ita infert impfectionem gr̃e: vel vt in via vel in termino. Et ꝓpterea ex rõne termini rõnabiliter inferꝛ ꝙ merẽs ꝓus duratione meruit ꝗ̃ pmiatꝰ est vt hic intelligit Tho. non tñ infertur ꝙ nullũ instãs meriti sit instãs premij: ex eo em̃ ꝙ meritũ opꝫ esse in termino vie ⁊ in via necesse est duratiõe precedere. a. ⁊ gratiã esse imperfectã hm̃ statũ ex eo vero ꝙ post meritũ vie sequitur meritũ termini necesse est simul esse meritũ illiꝰ instãtis cũ pmio ⁊ esse terminũ gr̃e imperfecte. ❡ Ad scḋm Rñdet dicẽs ꝙ mereri vsqꝫ ad nũc pmiatiõis ꝯtigit duplr̃ exclusiue ⁊ inclusiue ⁊ ⁊ hoc quidẽ mõ verũ est ꝙ premianꝛ: sꝫ nõ pͥmo mõ. Et ad primã rõnem in oppositũ dꝛ ꝙ in nũc pmiationis sunt in termino vie ⁊ possunt ponere obicem tanqꝫ in termino vie existẽtis. Ad secũdam vero dicitur ꝙ in termino vie hoĩs consumatur meritũ cuiuscũqꝫ nec videtur verũ ꝙ tunc sit impeccabilis: sꝫ quilibet est liber vt in termino vie existẽs queãdmodum de angelo dictum est.

Respondeo ⁊ dico ꝙ iste rñsiones minime euacuãt rões Doc. ꝓ cuiꝰ intelligẽtia est aduertendũ ꝙ si tm̃ ponũtur due more: quaꝝ vna sit in via ⁊ al-

Rōnes Tho. gal. ꝯtra doct. soluuntur

tera p̄cise sit in termino ⁊ illa q̄ est in via ꝓprie est mora merendi vel demerēdi ⁊ illa q̄ est in termino ꝓprie est p̄miȷ̄ vel supplicȷ̄ statum seq̄tur ꝙ aliq̄s simul nō pōt mereri p̄miuȝ ⁊ simul p̄miari et pono casuȝ ꝙ q̄s in secūda mora fruatur deo videt̄ repugnātia ꝙ simul illa fruitione mereat̄ p̄miuȝ ⁊ simul p̄mietur: tunc em̄ eadē fruitio esset simul merituȝ ⁊ p̄mium qđ est oīno incōueniens. Si dicat̄ ꝙ alia fruitio ē meritū ⁊ alia est premiū. Cōtra qꝛ in scđa mora est in termino ergo fruitio elicita in termino erit p̄cise p̄miū. p̄terea si vt in termino simul p̄t mereri ⁊ p̄miari seq̄tur qđ voluntas simul possit velle premiū mobiliter ⁊ īmobiliter vt. s̄. deduxi. Nec vȝ distinguere de merito pure vie et demerito vt termini qꝛ ista distinctio videt̄ penitꝰ nulla. tū qꝛ accipiēdo viā pure est tm̄ statꝰ merendi vel demerendi. terminꝰ vero est tm̄ statꝰ premiȷ̄ vel supplicȷ̄. et iō non pōt dari aliqđ meritū ꝙ precise sit pure vie ⁊ aliud meritū ꝙ sit ipsiꝰ termini: cū terminꝰ sit tm̄ statꝰ premiȷ̄. Tū etiā qꝛ si hec distinctio valeret demerito posset pariformiter distingui de premio: vcȝ ꝙ sicut datur meritū pure vie ⁊ meritū termini ita pōt dari p̄miū puri termini et p̄miū vie qđ ē oīno dissonū. Tū ēt hec distinctio nō vr̄ ad mētē Tho. qꝛ ipse vult in prima pte sum. q. 62. ar. 5. ꝙ meritum precedat duratiōe premiū nec dicit expresse ꝙ in termino simul meruerūt ⁊ premiati sunt. Et si hoc dicit statim cōtradicit sibi. Nec valet illa fuga de gr̄a pfecta ⁊ impfecta: qꝛ certū est ꝙ gr̄a vt in termino est pfecta siue ƒm essentiā siue ƒm statū non curo: mō meritum ƒm Tho. vbi. s̄. q. 63. ar. 5. ē tm̄ a gr̄a ipfecta. Et si ponat̄: meritū termini: illud precise erit a gr̄a pfecta qꝛ existēs in termino hȝ gr̄am pfectā. ¶ Ad aliud cū dicit ꝙ mereri vsqȝ ad nunc premiatiōis pōt duplr̄ itelligi. s. inclusiue ⁊ exclusiue hec distinctio videt̄ oīno fuga qꝛ si dat̄ nunc premȷ̄ illđ nō pōt eē nūc meriti ꝓpter ea q̄. s̄. dixi. ⁊ sic falsum est dicere ꝙ aliq̄s mereatur vsqȝ ad nunc premȷ̄ includendo ipsum nūc premȷ̄: ita ꝙ in tali nunc ꝓpe mereatur. nā vt in tali nunc est simplr̄ extra statū merendi: vel demerendi. Patet etiā ꝙ merētes vsqȝ ad tale nunc in ipso nunc p̄miȷ̄ nō pōt peccare. Tū qꝛ volūtas illa simul possit velle p̄miū mobilr̄ ⁊ imobilr̄. mobilr̄ q̇dē qꝛ ꝯtigēter p̄t peccare ⁊ p ꝯn̄s pōt non velle premiū: īmobiliter ꝓo qꝛ in tali nunc de necessitate p̄miatꝰ ⁊ hec ex determinatiōe diuine voluntatis. Tū etiā qꝛ in nunc p̄miatiōis ex diuina volūtate oīno reddūtur ipeccabiles ⁊ si esset in facultate eorum posse peccare ⁊ demereri iā nō essent in nūc p̄miȷ̄ sed in mora vie.

Vide hic quō tho. Gaie. ꝯtra dicit scto tho.

Dinstinctio. v. Questio Unica.

VTrum angelꝰ priꝰ meruerit beatitudinē q̄ȝ accepit eaȝ. ¶ In ista. q. p̄mo ponitur opi. magr̄i q̇ dicit ꝙ p̄us angeli acceperunt beatitudinē ⁊ post meruerunt eā p obsequia hoībꝰ impēsa: que opi. a cōiter theologis nō tenet̄. ¶ Cōtra hāc opi. arguit doc. tribꝰ medȷ̄s que sunt satis clara in lr̄a. Et qđ. d. in p̄ma rōne ꝙ angeli dependerent ī sua beatitudine ab hoībꝰ: dȝ sane intelligi qꝛ posito ꝙ merentur. per obsequia hoībus exhibita: nō videtur ex hoc ꝙ angelus dependeat ab hoīe in merendo qꝛ hō nō esset cā totalis nec partialis talis meriti nec efficiēs nec finalis vt ptȝ. sed si est dependētia erit tm̄ terminatiue siue obiectiue ex hoc solo ꝙ talia obseq̄a ad hoīes terminent̄. Et hoc mō nō videt̄ incōueniens: qꝛ etiā vnꝰ hō sic pōt mereri p obsequia alteri hoī exhibita vt pȝ: ⁊ tn̄ in merēdo nō dicit̄ dependere ab alio hoīe. Similiter angelꝰ: supior āte beatitudinē potuit mereri p actū circa angelū inferiorē: ⁊ tunc nō esset incōueniēs ꝙ hoc mō in merendo depēderet: igitur nec est incōueniēs sic depēdere in merendo ab homīe.

Angelos depēdere in sua beatitudie ab hoībꝰ quō intelligit̄.

¶ Dico ꝙ rō Doc. ꝓpositū cōcludit si recte intelligat̄ vnde est aduertēdū illud qđ dicit Doc. in. 3. di. 18. vbi sic. d. radix inq̇t oīs meriti cōsistit ꝓprie loq̄ndo de merito in affectione iusticie voluntatis non autem in affectione cōmodi nec in affectione iusticie ordinat affectionem cōmodi. hoc patet/quia primū obiectū circa quod aliquis meretur primo est ipse deꝰ ƒm quā affectionē iusticie vult deo bonum vt esse ⁊ bn̄ esse. s. iustū ⁊ sapientē hec ibi. Ex ista lr̄a appet ꝙ p̄mus actꝰ meritoriꝰ primo est circa deū diligēdo ipm̄ dilectione amicitie: ⁊ hoc mō actus meritoriꝰ sic dependet a deo ꝙ ipso deo p ipossibile circūscripto nō posset esse primo actus meritoriꝰ lȝ postea possit mereri. volēdo alia obiecta in ordine ad deū. Si g̃ angelꝰ tantū mereretur p obsequia hoībꝰ exhibita tūc circūscriptis hoībus nullo mō

Declaratio litere doct.

Primus actꝰ meritorius q̇dē

posset mereri. ergo si hoīes req̄runtur de necessitate: vt obiecta circa q̄ est merituȝ: nullo mō possent mereri: ⁊ sic suo mō angelꝰ in merendo simplr̄ dependeret ab hoīe. Et hoc intēdit doc. vt pȝ p lr̄am sequentē. Ibi similiter actꝰ intrinsecus est meritoriꝰ circūscripto actu extrinseco: qꝛ actꝰ intrinsecus vt sit p̄mo meritoriꝰ ⁊ circa deū. ¶ Ibi. Preterea p hoc ꝙ aliq̄s p̄uidetur ⁊c. Hec est secūda rō cōtra opi. magr̄i. ⁊ vt clariꝰ intelligatur p̄mitto aliqua. p̄mū ꝙ aliud est predestinare ad beatitudinē: ⁊ aliđ est ipam actu cōferre: qꝛ p̄mo mō pōt q̄s predestinari: imo oēs predestinātur nullo merito actu p̄cedēte: cuȝ p̄destinatio sit ab eterno: sȝ scđo mō meritū actuale req̄ritur: qꝛ nulli cōfertur btitudo nisi ꝓpter meritū actu exhibitū: vt cōiter ab oībꝰ tenetur. Et lȝ sit magna altercatio de cā p̄destinationis: qꝛ aliq̄ dicūt ꝙ p̄destinat ꝓpter merita p̄uisa ⁊c. Nulla tn̄ videtur altercatio de merito respectu btitudinis collate: qꝛ talē beatitudinē p̄cedit meritū actualē. Scđo p̄mo ꝙ respectu gr̄e alicui cōferēde nullū meritū p̄cedit in ipso: qꝛ nullus pōt sibi mereri gr̄am: lȝ vnꝰ possit mereri gr̄am alteri ⁊ nō sibi vt ptȝ de xp̄o: q̇ nobis meruit p̄mā gratiā: vt cōiter tenent theologi: ⁊ vide Doc. in. 3. d. 29. ⁊ i. 4. d. 2. ⁊ nullo mō meruit sibi gratiā: vt pȝ a Doc. in. 3. ⁊ in. 4. His p̄missis patȝ rō Doc. qꝛ si meruerūt beatitudinē ex hoc solo ꝙ sunt preuisi ⁊c. Sic posset dici: ꝙ qꝛ preuidentur bn̄ vsuri gr̄a merentur ipsam gratiā: qđ est incōueniens. ¶ Itē tunc statꝰ beatitudinis. Hec est tertia rō cōtra Magr̄m. in ista rōne supponit̄ p̄mo ꝙ angelꝰ ꝓ illo instāti in q̇ est perfecte btūs debet esse certꝰ de tota sua btitudine essentiali. Scđo beatitudo maior vel minor tm̄ attēditur penes maiora vel minora merita. Tertio ad pfectā beatitudinē nō pertinet cognitio cōtingentiū: vt ptȝ a Doc. in. 4. d. 10. 45. ⁊ sic stat aliquē esse pfecte beatum: et esse certū de sua pfecta btitudine nō habēdo cognitionē futuroꝝ cōtingentiū. Ex his pȝ rō Doc. qꝛ si btitudo priꝰ daretur q̄ȝ merita essent exhibita ꝓ illo instāti nō esset certitudo de btitudine tali: quia nec certitudo de oībꝰ meritis futuris qꝛ cognitio taliū futuroꝝ nō pertinet ad beatitudinē: nec de cōi lege oīa futura cōtingentia ꝓ primo instāti in quo angeli beatificantur reuelātur: aliter cessarent reuelationes ⁊ illuminationes: que fiunt a superioribꝰ angelis inferioribꝰ: vt. j. patebit.

Siste hic gradu ⁊ vide de p̄destinatiōe.

Quidā nou⁹ expositor p̄me ꝑtis sum. S. Tho. q. 63. ar. 3. nititur saluare opi. Tho. de appetitu mali āgeli respectu equalitatis dei. vñ sic dicit ad lr̄am. Sciēdum est inq̄t ꝙ tā īpossibile q̄ appetibile aliq̄d dr̄ dupl'r. s. ꝑ se ⁊ ꝑ accñs: īpossibile ꝑ se vocat: non ꝙ hic aut nūc: aut ꝓpter talē hypostasim: est īpossibile: sed simpl'r ē īpossibile: ꝑ accñs ꝟo qd̄ redditū ē īpossibile ex aliqua suppositione appetibile aūt ꝑ se et ꝑ accñs q̄d dicatur manifestuꝫ est. ¶ His stātibus dico tria. p̄mo ꝙ īpossibile ꝑ se nō est ꝑ se appetibile. scd̄o ꝙ īpossibile ꝑ se p̄t appeti ꝑ accñs. tertio ꝙ īpossibile ꝑ accñs p̄t appeti ꝑ se: ⁊ ab hoc tertio inchoādo declaratur ex ꝯtinua in nobis experientiā: q̄lꝫ eñ seclusa fide de oīpotentia dei ⁊ de resurrectione mortuoꝝ ⁊ īmortalitate anīe mortuo filio desiderat ei⁹ vitā ⁊ total'r ꝑdito: ac absciſſo mēbro desiderat corpis integritatē: ⁊ alia hmōi q̄ supponūtur īpossibilia: ꝑ accñs tñ qm̄ hic aut nūc reddita sunt hec īpossibilia: queādmodū desiderās aliqd̄ pctm̄ nō fuisse. scd̄m vero ex dei odio manifestat: odiētes eñ eū non solū volūt hoc īpossibile ꝑ accñs. s. ip̄m vt punitorē nō eē: sꝫ volunt hoc īpossibile ꝑ se. s. ip̄m q̄ punit nō esse sꝫ hoc appetunt ꝑ accñs ꝓ q̄to illius non eē app̄hendit cōiunctū alicui appetibili appetēti ⁊ ꝯuenienti odiētibus eū. Primuꝫ autē est ꝑ se notū: qm̄ īpossibile ꝑ se fm seip̄m: nec hꝫ rōnē entis: nec nō entis: qꝛ īplicat cōtradictoria et consequēter non pōt sub ꝓpria rōne appeti. ⁊ sic cum hoc qd̄ est me esse equalē deo: sit īpossibile ꝑ se nō p̄t esse ꝑ se appetibile. Et si his addūtias ꝙ hoc est naturaliter cognitū ⁊ euidēs angelo in quo passio locuꝫ habere non potuit: ꝯñs est ꝙ non potuit hoc appetere: ⁊ ex dictis pꝫ respōsio ad obiecta p̄mi dubij. Nā prima obiectio de odio dei nihil aliud cōcludit: nisi ꝙ ꝑ accidens appetūt odiētes deuꝫ illum non esse: qd̄ non est inconueniēs. Scd̄a quoq̄: aut nihil infert: aut idē. s. ꝙ ꝑ accñs appetitur īpossibile: nihil q̄dem qꝛ ex frui se nō seq̄tur nisi velle se esse summū bonū sibi ⁊ nō summū bonū simpl'r: idē aūt qm̄ se esse sibi summū bonū nō nisi cōseq̄nter ⁊ ꝑ accñs appeteret. Tertia obiectio ēt assumit falsum: qꝛ amicitia nō est ad inaīata: vt dr̄. 8. ethi. ⁊ supponit falsum. s. ꝙ ens incōplexū vt sic sit ꝯcupiscibile: ⁊ subsumit falsum. s. ꝙ hoc. s. creaturā esse equalē deo sit ens qd̄dā cū īplicet ꝯtradictoria: ⁊ ꝯñter nec ens: nec nō ens. Solutionē aūt Sco. nō opꝫ al'r infringere: qꝛ ex dictis pꝫ ꝙ distinctio illa locū hꝫ respectu īpossibiliū ꝑ accñs tm̄ loq̄ndo de appetitu ꝑ se. ¶ Ad obiectiōes aūt Sco. ꝯtra scd̄m dubiū breuiter dr̄ ꝙ nec volūtas ordinata: nec deordinata potest velle añs ⁊ non ꝯñs si necessaria seq̄la ē cognita: ⁊ loq̄r de velle siue ex p̄ncipal'r: siue ex ꝯñti ꝑ se vl' ꝑ accñs: alioq̄n q̄libet excusaret a pctō: dū vellet añs. s. bonum delectabile ⁊ nō ꝯñs. s. deformitatē ānexā. Uñ īplicat ꝙ aliq̄s velit epātū: ⁊ sciat ipsi necessario annexū sacerdotiū: ⁊ saltē ex ꝯñti nō velit illd̄. ¶ Ad vltimā aūt obiectionē dr̄ ꝙ rō. s. Tho. nō supponit illd̄: sed supponit ꝙ sermo sit de p̄mo pctō angeli: qd̄ nec ignorātia: nec passione pōt excusari: ⁊ ad obiectū ad qd̄ natura appetētis incētiuū p̄bebat: oportuit terminari: ꝯstat eñ ꝙ natura seclusis ignorātia ⁊ passionib⁹: nō īpellit ēt ꝑ accñs ad ei⁹ ꝑ se p̄mo positū. s. nō esse eius.

Tho. ca.

Respondeo ⁊ dico p̄o ꝙ iste nou⁹ expositor nec rōes doc. q̄b⁹ ꝓbat īpossibile simpl'r posse appeti. soluit. et ꝑ ꝯñs nec positionē Tho. saluat: nec rñsiōes Doc. ad rōnes Tho. euacuat: vt satis pꝫ intuēti. Dico scd̄o ꝙ illa distinctio de īpossibili ꝑ se ⁊ ꝑ accñs nō videt multū ad ꝓpositū qꝛ si cōcedit īpossibile ꝑ accñs posse appeti eo mō quo ip̄e exposuit: ita facile ꝯcedi videt de īpossibili ꝑ se pꝫ/qꝛ non credēs oīpotentiā dei: nec resurrectionē: nec aīe īmortalitatē: ita ē ei īpossibile appetere vitaꝫ filij iā mortui sicut appetere equalitatē dei. ⁊ lꝫ vnū sit magis īpossibile in se q̄ aliud: ex quo tñ reperit vtrūq̄ oīno īpossibile ꝑ quācunq̄ potētiā non videt posse euadi: q̄n si concedat aliquē posse appetere aliq̄d qd̄ credit simpl'r eē impossibile: quin etiaꝫ possit appetere illud qd̄ est oīno īpossibile: lꝫ in se sit magis īpossibile: sicut est simpliciter magis īpossibile hominē posse eē deū q̄ hoiem posse esse angelū: tñ si q̄s pōt appetere esse angelū: ita pōt appetere esse deuꝫ: qꝛ ratio ꝙ nō sit appetibile est īpossibilitas: ꝙ modo sit maior vel mi

Solūtur rōnes et rñsiones Tho. garetani.

ñoꝛ nō refert: ⁊ sic iste expositoꝛ vñ credit saluare Tho. in de eum dānare videt̄. Tertio qđ dicit ꝙ impossibile per se ꝯm seipm̄: nec habet rōnem entis: nec non entis: qꝛ implicat cōtradictoꝛia: ⁊ ꝯn̄r nō pōt sub ꝓpria rōne appeti. Hec lr̄a reditur ꝯtra eū: qui fecit eā qꝛ si illud qđ nō hꝫ rōnem entis nullo mō esset appetibile: qꝛ repugnat. Seq̄tur ꝙ resurrectio nullo mō sit appetibilis non credenti: qꝛ ab ipso reputatur oīno repugnās. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō hr̄e rōnem entis: videtur etiā cōtra tho. vbi. s̄. q̄ vult ꝙ angeli mali potuerunt appetere qđ est ꝓpꝛiū soli deo: vt ptꝫ in lr̄a: ⁊ tm̄ notū erat ipsis hoc eē oīno repugnās: ⁊ īpossibile: ⁊ ꝑ ꝯn̄s nihil esse. Patet etiā hoc esse cōtra eū: qꝛ deū nō esse est simpl'r repugnans īpossibile. ⁊ tm̄ ip̄m nō esse pōt appeti: vt ipse dicit: nec refert qđ dicit ꝙ volūt ip̄m non esse ꝑ quāto illi⁹ nō eē apꝑhenditur cōiunctū alicui appetibili apparenti ⁊ cōuenienti odientib⁹ eum: qꝛ quōcunq; accipiat ipsum deū nō esse reputabit̄ oīno esse īpossibile. Et qđ dicit me esse equalem deo esse īpossibile ꝑ se: ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō esse ꝑ se appetibile: responsum est. s̄. qꝛ si talis īpossibilitas sit nō ens: ⁊ nō cadat sub obiecto intellect⁹ ⁊ volūtatis: tm̄ rōne partiū cōstituentiū illud īpossibile dicitur ens ⁊ de se cōtineri sub obiecto intellect⁹ ⁊ volūtatis: ⁊ esse vere appetibile: aliud est em̄ loqui de rōne foꝛmali īpossibilitatꝫ: siue de aliqua īpossibilitate foꝛmaliter: que tm̄ dicit repugnātiam. ⁊ aliud est loq̄ de īpossibilitate: ꝓut includit entia ꝟe appetibilia. primo mō nō est appetibilis. cū sit simpliciter nihil: sed bene scđo mō: qꝛ scđo mō appeto aliq̄d veꝝ ens: qđ est mere appetibile: lꝫ nō appetā illud absolute: sed in oꝛdīe ad aliud cui appeto illđ: ⁊ ꝑ ꝯn̄s magis appeto illđ cui appeto: ⁊ cū dicit ꝙ ens incōplexuꝫ nō sit cōcupiscibile. Dico ꝙ hoc hꝫ ꝓbare: pōt em̄ volūtas habere actū circa aliqđ incōplexū puta diligere deū in se est sub ꝓpria rōne deitatis non habendo respectū ad bonitatē ipsius: sed de hoc magis patebit in. 3. d. 27. Deinde cū dicit creaturā esse equalē deo nō esse aliqđ ens nec non ens: ptꝫ solutio ex supꝛadictis: qūo posset dici ens ⁊ nō ens: vt distinguit Doc. rñdendo ad secundā rōnem Tho. ⁊ si distinctio Doc. nō erat bona debebat eā infringere ⁊ nō negare simpl'r ꝓpositionē habentē duplicē sensum: cū ꝯm vnū sensum possit esse ꝟa. ⁊ ꝯm aliū esse falsa: ⁊ cū dicit solutionē Sco. nō opꝫ aliter infringere: qꝛ ex dictis pꝫ ⁊c. Dico ꝙ hec rñsio ⁊ sil'es faciliter possent euadere oēs difficultates: certū est em̄ ꝙ solutio doc. nec hic nec alibi infringit̄. ¶ Ad illđ qđ dicit: ꝙ voluntas siue oꝛdinata: siue deoꝛdinata nē pōt velle an̄s quin velit ꝯn̄s: si necessaria sequela est cognita. Dico vt. s̄. dixi rñdendo ad vltimā rōnē Tho. Et qđ dicit ꝙ tunc quelibet excusaretur a pctō dū vellet an̄s. s. bonū delectabile: ⁊ nō cōsequens. s. defoꝛmitateꝫ annexā. Dico p̄mo ꝙ aliud est velle delectabile absolute: ⁊ aliđ est velle delectabile: puta īmoderate: ⁊ sine debitis circūstantijs: p̄mo mō non est pctm̄ ⁊ sic stat ꝙ aliquis velit appetibile ⁊ nō defoꝛmitatē. ⁊ sic patet quō defoꝛmitas illa non cōcomitatur ad appetibile absolute. Scđo modo appetens delectabile īmoderate et excessiue: nō est ibi distinguere an̄s et ꝯn̄s: cū tale appetibile vt sic sit tm̄ vnū appetibile carent debitis circūstātijs si dicat̄ possum illud appetere excessiue: ⁊ nō appetere defoꝛmitatē. Dico ꝙ idem esset: acsi appeterē hoiem album. ⁊ non appeterē albedinē. Dico etiā ꝙ posito ꝙ quis appetat delectabile excessiue ⁊ nō appetat defoꝛmitatē cōsequētem: nō seq̄tur ꝙ ille nō peccet: qꝛ dū appetit excessiue statim peccat: qꝛ tale appetibile concomitatur defoꝛmitas: q̄ siue sit volita siue nolita nō min⁹ seq̄t̄ pctm̄: vt. ī. patebit in isto. 2. d. 37. imo cōiter oēs vellent appetibilia ⁊ īmoderate. ⁊ nollēt defoꝛmitatē ꝯcomitātē: ⁊ tn̄ ex hoc nō effugiūt pctm̄. Multa etiam possent dici ꝯtra istū expositoꝛē: sed bꝛeuitatis causa ista sufficiant.

Saie. credit saluare. s. Tho. ⁊ damnat eum.

Velle aliquod delectabile intelligi pōt dupl'r.

¶ Questio. Secūda.

VTrum p̄mum pctm̄ angeli fuerit supbia. In ista. q. sunt duo p̄ncipal'r vidēda. Primo est oñdēdū q̄ fuit malicia in āgelo peccāte. scđo ad qđ genus pctī ꝑtinebat ista malicia. Circa p̄mū lꝫ lr̄a sit satis clara succīcte tn̄ aliqua dicā. p̄mo dicit ꝙ duplex est act⁹ volūtatis. s. velle ⁊ nolle: q̄ sunt act⁹ positiui: ⁊ entitates absolute: vt ptꝫ ab ip̄o Doc. in quol. q. 23. Scđo declarat q̄d sit velle ⁊ nolle: qꝛ nolle est act⁹ quo volūtas fugit discōueniens. ⁊ velle est act⁹ quo volūtas acceptat cōueniens. ¶ Sed hic occurrit difficultas qꝛ nō videtur aliqđ obiectū volūtatis eē disconueniēs ip̄i volūtati: pꝫ/qꝛ sicut obiectū intellect⁹: ⁊ oē contētū sub tali obiecto est conueniens ip̄i intellectui: ita videt̄ ꝙ oē obiectū voluntatis sit conueniēs ip̄i volūtati: ⁊ hoc pꝫ exp̄sse a doc. in. 4. d. 44. q. 2. ¶ Rñdeo ꝙ hec difficultas req̄rit ꝓlixioꝛē tractatū vñ sit discōuenientia obiecti ex ꝑte volūtatis: q̄ difficultas ꝓ nūc differatur vsq; ad. 15. d. tertij. ⁊ aliqualiter vsq; ad. 44. d. quarti. Aliq̄ tn̄ Scotiste dicūt ꝙ nullū obiectū volūtatis absolute sumptū est discōueniēs: sed fit discōueniens ꝓ quāto repugnat obiecto conueniēti ip̄i volūtati. sicut exponūt de auaro: nūmo: ⁊ pane: ꝙ panis fit disconueniens auaro: qꝛ repugnat nūmo: q̄ est valde conueniens sibi: qꝛ si vult panē opꝫ amittere nūmuꝫ. Et lꝫ ista expositio sit satis conueniēs: qꝛ tn̄ nō tangit rōnem foꝛmalē obiecti cōuenientis ⁊ disconueniētis: ideo ꝓ nunc differatur ad loca supꝛadicta. ¶ Tertio dicit ꝙ velle ē duplex. s. velle amicitie: ⁊ velle ꝯcupiscētie: ⁊ velle amicitie ē obiecti cui volo bonū: ⁊ velle concupiscētie est obiecti: quod volo alicui aliq̄ amato. Exēplū p̄mi. Diligo Frā. i se. Exēplū scđi. Diligo pecūias Frācisco. Et cōiter amatū amoꝛe amicitie ē finis respectu amati amoꝛe cōcupiscētie. ¶ Quarto dicit ꝙ oē nolle sꝑ p̄supponit aliqđ velle ⁊ pꝫ exēplū de auaro: nūmo ⁊ pane vt. s̄. dixi. ¶ 5°. dicit: ꝙ velle ꝯcupiscētie sꝑ p̄supponit velle amicitie qꝛ ꝑꝑ amatū amoꝛē amicitie ꝯcupisco sibi bonū: qđ sibi volo. ¶ 6°. dic̄: ꝙ nullū nolle p̄t eē deoꝛdiatū: nisi p̄suppōat aliqđ velle deoꝛdiatū. Exēplū: qꝛ si ioꝛdinate amo ioꝛdiate odio nociua: q̄ ei ioꝛdiate diligit sibi vitā ioꝛdiate refugit nociua vite inoꝛdiate amate. Seq̄t̄ ēt ꝙ nō p̄t eē inoꝛdiatū nolle nisi in ꝟtute alicui⁹ inoꝛdiati velle. si ei oꝛdiate diligo mihi vitā: oꝛdinate declino oia nociua. ¶ Septio dicit doc. si velle amicitie ē oꝛdinatū: velle ꝯcupiscētie erit sil'r oꝛdiatū: si ei oꝛdiate amo Baptistā amoꝛe amicitie oꝛdiate ꝯcupisco sibi bonū. ⁊ si inoꝛdiate amo illū ioꝛdiate ꝯcupisco sibi bonū. Ex his pꝫ qūo velle amicitie ē p̄ma radix actus boni vel mali. ¶ Ibi. Seq̄t̄ igr̄ ꝙ simpl'r act⁹ p̄m⁹ inoꝛdinat⁹ volūtatis fuit p̄mū velle amicitie respectu ei⁹ cui voluit bonū. Hic doc. declarat qualis fuerit p̄m⁹ actus inoꝛdinat⁹ angeli: ⁊ circa qđ obiectū de p̄mo ptꝫ ex supꝛadictis ꝙ fuit p̄mū velle amicitie quo angel⁹ aliq̄d inoꝛdinate diligit ī se. De scđo dicit doc. duas ꝯcl'oes. Pria ꝙ talis amoꝛ amicitie inoꝛdinat⁹ nō fuit circa deum: qꝛ a nulla creatura quātūcūq; ꝑfecta p̄t inoꝛdinate amari de⁹ amoꝛe amicitie ēt si infinito amoꝛe amaret̄ cū sit simpl'r diligibilis amoꝛe infinito. imo ꝑfectissima rō obiecti diligibilis amoꝛe amicitie ē ip̄e de⁹ sub rōne deitatis: vt patebit i. 3. d. 27. Scđa ꝯcl'o ē affirmatiua: ⁊ ē talis ꝙ amoꝛ amicitie inoꝛdinat⁹ fuit circa seip̄m. Nā angel⁹ nimis intēse ⁊ imoderate se dilexit: ⁊ ꝙ talis amoꝛ primo fuerit circa seip̄m. Probat doc. duab⁹ rōnib⁹. Pria. qꝛ inclinatio naturalis magis inclinauit ad se q̄ʒ ad aliq̄d aliud creatū sic amādū. hoc em̄ est verisil'e: qꝛ ex q̄ inoꝛdinate dilexit creaturā: magis vr̄ diligere prio illđ ad qđ inclinatio naturalis īpellit. Scđa rō ē. qꝛ angel⁹ magis se intellexit q̄ʒ alias creaturas. Tū qꝛ ꝑfecte cognouit se ꝑ eēntiā suā: vt. s̄. patuit. d. 3. Tū qꝛ eēntia angeli fuit intellectui suo magis p̄n̄s ⁊ magis ꝓportionata ī rōne obiecti ꝑfecti intelligibilis intuitiue q̄ʒ aliq̄ alia creatura. vr̄ ḡ verisil'e ꝙ ꝓ illo tūc magis se dilexerit: q̄ʒ aliā creaturā. ¶ Ibi restat nūc videre đ oꝛdinatiōe ip̄i⁹ velle cōcupiscētie. Nā ex q̄ doc. s̄. ꝓbauit ꝙ inoꝛdinatū velle ꝯcupiscētie p̄supponit inoꝛdinatū velle amicitie: ⁊ qꝛ p̄m⁹ act⁹ inoꝛdinat⁹ in angelo fuit amoꝛ amicitie sui cū sibi amato multa inoꝛdinate ꝯcupiuit. Et dicit doc. ꝙ prio ꝯcupiuit sibi inoꝛdinate btītudinē. ⁊ hoc ꝓbat quattuoꝛ rōnib⁹. Pria est ibi. Nā p̄mū ꝯcupiscere inoꝛditatū ⁊c. vt clari⁹ intelligat̄ ista rō. Declaro aliq̄. prio ꝙ volūtas p̄t dupl'r ꝯsiderari. vcꝫ. ꝯm affectionē iusticie: vel ꝯm affectionē cōmodi. prio mō tm̄ seq̄tur rōnē rectā intellect⁹. qꝛ electio recta ꝯfoꝛmiter se hꝫ rōni recte. vt ptꝫ. 6. ethi. ⁊ diffuse expositū ē i. q. vl. ꝓlo. scđo mō tm̄ seq̄tur naturalē iclinatōeꝫ q̄ semꝑ est ad ꝓpꝛiū cōmodū ⁊ valde delectabile: ⁊ vt seq̄tur affectionē cōmodi declinat a r'ta recta: ⁊ a rōne recta vt. ī. patebit. prio etiā mō nūq; ꝯtingit volūtatē peccare. ⁊ scđo mō ꝯtiugit semꝑ volūtatē inoꝛdinate agere. scđo pꝛemittēdū ē ꝙ appetit⁹ naturalis: siue inclinatio naturalis volūtatis est simpl'r ad sūmā ꝑfectionē necessario. semꝑ ⁊ sūme vt declarat doc. ī. 4. d. 49. ⁊ talis appetit⁹ est ad sūmū cōmodū sibi. vt oñdit doc. ī. in isto scđo. d. 23. tertio pꝛemitto ꝙ de⁹ oꝛdinauit volūtatē debere eē moderatricē talis appetit⁹. i. ꝙ nō velit sic appetit⁹ icliat. exēpli gr̄a. De⁹ vl't dare btītudinē tm̄ ꝓ meritꝫ. ⁊ tātā btītudinē q̄ʒuis appetit⁹ nālis sit ad sūmā btītudinē ēt nullis meritꝫ exn̄tib⁹: si volūtas ī appetēdo btītudinē. seq̄t̄ nālē appetitū sui. statiꝫ

Declaratio lr̄e.

Aliq̄ notabilia de voluntate.

Inclinatio naturalis volūtatis est ad summā ꝑfectionē.

Decl'o. q.

Diffinit. notanda ī lr̄a doc.

Ex quo ois amicicia stricte sumpta in isto amore fun datur sequitur nul lam esse Xpi amici tiam nisi inter ho mines et ipm deum quod Xpus est de amici tia christiana que habet per charitatem nam et virtute perditi homines esse [illegible] tur recte di ligunt [illegible] virtutes que et spectabiles sunt in se [illegible] aut in [illegible] meis fac licitatem po [illegible] christi [illegible] qui [illegible] hoies non solum [illegible] naturaliter tamen perfectiu credunt [illegible] et certiora, immo ne cessariam eum [illegible] ad fe licitatem sit media iuxta illud ibunt de virtute in virtutem [illegible] et isto non e inconve niens [illegible] [illegible]

peccat. q̄rto p̄mitto ꝙ voluntas creata q̄ non est regula sui act⁹ vt. ī. patebit. d. 23. relicta reg̃la iustitie cōiter seq̄r appetitū n̄alē sui. Ex his formo rōnē appetit⁹ naturalis angeli fuit ad sūmā btitudinē tāꝙ̃ ad sūmū ꝯmodū sibi ⁊ summū delectabile: ꝫ volūtas āgeli relicta r̃a iustitie. p⁹ seq̄r talē appetitū ꝫ pctm̄ ipsi⁹ fuit inordinatū cōcupiscere respectu btitudis ꝙ̃ io:diate sibi ꝯcupiuit summū vt ꝯmotiuū ⁊ summū delectabile. ¶ Cōfirmaꝛ ista rō: qꝛ sic p̄mū velle amicitie inordiatū fuit circa se: ad qd̄ p̄mo erat iclinatio naturalis vt. s̄. exposui: ita p̄mū velle ꝯcupiscētie iordinatū fuit circa summū delectabile ad qd̄ p̄mo erat inclinatio n̄alis. ¶ Ibi. Scd̄o ꝓbatur Hec ē scd̄a rō p̄ncipalis: ad quā intelligēdā p̄mitto aliqua: p̄mo ꝙ triplex ē bonū: bonū ho-

Bonū triplex.

nestū: vtile: ⁊ delectabile: hōestū ē duplex. p̄mū qd̄ ē p̄mo ⁊ ꝑ se honestū: ꝯcomitaꝛ tn̄ ē bonū cōmodi ⁊ delectabile:

Bonū honestū qd:

vt sunt v̄tutes ⁊ act⁹ morales. Scd̄m ē bonū honesti ꝯcomitāter: p̄ncipaliꝛ tn̄ ē bonū delectabile. Vn̄ doc. i. 4. d. 46. q. 4. Sic dicit bonū inq̄t intellectuale ī gn̄e duplex ē: bonū. s. cōmodi: ⁊ bonū honesti. Bonū q̄dē vtile qd̄ ponitur tertiū ad alteꝝ illoꝝ reducitur ſm ꝙ ad ip̄ꝫ ordinatur. Et lꝫ q̄nq̃ in eodē ꝯcurrāt rōnes ꝯmodi ⁊ honesti: vt ī fruitione dei in p̄ria: īmo gn̄aliter oē honestū sit cōmoduꝫ: lꝫ non ecōtra tn̄ summū cōmodū est beatitudo: ⁊ esset cōmodum lꝫ ꝑ impossibile nō eēt honestū summū etiā honestū ē charitas. Et esset honestū: lꝫ ꝑ impossibile non esset cōmodū. hec ille. Accipio ꝫ bonum honestū p̄mo et ꝑ se: ꝙ si adhuc nō esset bonū cōmodū ⁊ delectabile adhuc esset bonū ho-

Bonū vtile quid:

nestum: ⁊ bonū honestū nō primo ⁊ ꝑ se: qd̄ ꝙ̃uis sit bonū honestū: si tn̄ ꝑ impossibile esset separata rō boni honesti: adhuc esset bonū cōmoduꝫ: siue delectabile. scd̄m bonū est bonū cōmodi: siue delectabilis: ⁊ tale bonuꝫ in pl⁹ se hꝫ ꝙ̃ bonū honestū: pꝫ/ qꝛ oē bonū honestū est etiā cōmodū ⁊ delectabile: nō tn̄ oē bonū delectabile ē bonuꝫ honestū: vt pꝫ a Doc. vbi. s̄. Tertiū bonū est bonū vtile: ⁊ dr̄ bonū vtile in relatione ad aliud cui est vtile: ⁊ oē bonū honestuꝫ ⁊ tā vtile ꝙ̃ delectabile pōt dici vtile vt pꝫ a Doc. vbi. s̄. ꝓut tn̄ dr̄ vtile ꝓp̄rie dr̄ ad aliq̄d vtile. Scd̄o p̄mitto: ꝙ triplex est amor. s. amor honesti: vtilis: et delectabilis. amor ho-

Amor tripliciter capitur.

nesti pōt accipi dupl̄r. Primo ꝙ ex hoc dicatur amor honesti: qꝛ terminatur ad bonū honestū. Scd̄o: ꝙ dicaꝛ amor honesti ex hoc ꝙ ꝯformiter elicitur rōni recte. Primo modo amor honesti nō est semꝑ ordinat⁹: pꝫ/qꝛ beatitudo est bonū honestū: quā tn̄ angeli inordinate dilexerūt. Secundus amor est semꝑ ordinatus. Et de tali hic loq̄tur Doc. Amor v̄o vtilis q̄ est respectu alicui⁹ rei vtilis: talis amor ꝓp̄rie nō est p̄m⁹ actus cōcupiscēdi: cū cōiter presupponat aliū: sicut amo panē: qꝛ vtilis est sustentationi nature: ideo pri⁹ concupisco nutritionē ipsi nature ꝙ̃ paneꝫ. Sed amor delectabilis est ille quo amo ⁊ ꝯcupisco delectabile. Tertio p̄mitto: ꝙ primū ꝯcupiscere simpl̄r est respectu summe delectabilis: pꝫ ꝑ primā rōnem supra factā: qꝛ voluntas relicta regula iusticie p̄mo seq̄tur quātum pōt naturalē iclinationē sui: q̄ naturalis inclinatio p̄mo est ad summū dele-

Siste hic gradū diligēs lector si vis itelligere literam sco.

ctabile: ⁊ ꝑ ꝯn̄s primū cōcupiscere inordinatum erit circa summū delectabile: qd̄ est beatitudo. Ex his ꝫ pꝫ rō Doctoris: qꝛ ex quo p̄mū pctm̄ in cōcupiscēdo fuit aliqd̄ velle sed tale velle cōcupiscētie inordinate: p̄mo fuit circa summū delectabile: ⁊ tale est beatitudo. ꝫ. et qd̄ dicit Doct. veꝫ delectabile summū ē bonū honestū: inq̄ꝫtū honestū: vt ip̄a btitudo. hoc dictū dꝫ sane itelligi qꝛ ip̄a beatitudo iquātū beatitudo formaliter loq̄ndo de btitudine q̄ ꝯsistit in fruitione dei clare visi. si ꝑ impossibile separetur a rōne boni honesti: adhuc esset summum delectabile: vt dicit Doc. d. 46. q. 4. dꝫ ergo sic intelligi ꝙ ip̄a beatitudo etiā inquantum est summū bonū honestū est summū bonū delectabile vel pōt exponi de obiecto beatifico: ꝙ inquātuꝫ est summū bonū honestū est simpl̄r summū bonū delectabile. Si dicatur. Quō angeli peccauerunt ꝯcupiscēdo summū bonū honestū. Dico ꝙ ideo peccauerūt: qꝛ inordinate cōcupierūt illud: vel qꝛ sine meritis p̄cedētib⁹: vel qꝛ ante tēpus p̄fixū vel alio mō: vt. ī. patebit. ¶ Ibi. Tertio hoc persuadeꝛ sic. Hec est tertia rō: q̄ est satis clara: ⁊ est alia a p̄cedentibus: ⁊ stat in hoc sicut se hꝫ appetitiua sensitiua ad sensitiuā apprehensiuā: sic se habet appetitiua intellectiua ad cognitiuā: sed appetitiua sensitiua p̄mo ⁊ p̄ncipaliter ⁊ maxie delectatur in obiecto summe cōuenieti sue cognitiue. pꝫ de appetitiua visiua: q̄ summe appetit pulcherrimū visibile: qd̄ est summe cōueniēs cognitiue visiue. ergo ⁊ appetitiua intellectiua p̄mo appetit ⁊ ꝯcupiscit obiectū cōuenietissimuꝫ ipsi cognitiue: illud autē est summa felicitas. ergo appetitiua intellectiua angeli p̄mo inordinate cōcupiuit summā felicitatē. ¶ Ibi. ¶ Quarto hoc persuadetur sic. Hec est q̄rta rō q̄ est clara: ⁊ stat in hoc: ꝙ si delectatio summa eēt separata a quocunq̃ alio p̄mo appeteretur a volūtate deferente regulā iusticie. pꝫ/qꝛ vt sic valde seq̄tur appetitū naturalē: qui summe est ad delectationē summā: ⁊ positis q̄buscunq̃ aliis: puta excellētia: dignitas: ⁊ hmōi: illa p̄mo nō appeterētur. Ex his ergo quatuor rōnibus patet quō primum cōcupiscere inordinatū angeli mali: fuit in cōcupiscēdo btitudinē. ¶ Ibi. Quātū igitur ad istuꝫ scd̄m gradū. s. ꝙ̃tū ad pctm̄ angeli: videꝛ p̄mo ꝙ ꝯcupiuit btitudinē. Hec l̄ra est satis clara vsq̃ ibi. Et si arguas ꝯtra istd̄ p̄mo.

Ibi. Et si arguas cōtra istud p̄mo. Hic Doct. facit tres rōnes: quib⁹ ꝓbat ꝙ angeli ī appetendo beatitudinē non potuerūt peccare. Et prima rō stat in hoc. Nulla volūtas in eliciendo actuꝫ cōformiter appetitui recto peccat: sed voluntas angeli in volendo beatitudinē vult illā cōformiter appetitui recto. ergo. Maior pꝫ/qꝛ act⁹ conformis regule recte nō pōt eē inordinatus. Minor etiā patet: qꝛ appetitus naturalis cuꝫ sit a deo est rect⁹: ⁊ talis est ad summā beatitudineꝫ: cuꝫ ab oībus vniformiter appetatur ſm Aug. 13. de ciui. dei capi. 5. ¶ Ibi. Nullus intellect⁹. Secundo ratio stat in hoc. sicut se habet intellect⁹ circa p̄ma principia. sic voluntas circa vltimum finē: patet ista ꝓpositio. 2. physico. tex. com̄. 89. Decl̄o l̄re. Sicut p̄ncipium in speculabilib⁹: ita finis in operabilib⁹. sed intellectus nō erat circa p̄ncipia: vt patet. 9. metaphy. tex. com̄. primi. ergo nec voluntas inordinate vult vltimuꝫ finē. q̄n est beatitudo. ¶ Ibi. Preterea boni. Hec ē tertia ratio Doc. ⁊ stat in hoc: si in volēdo bonum cōmodi cōtingit pctm̄. seq̄tur ꝙ ita boni peccāt sicut ⁊ mali. ꝯn̄a patꝫ: qꝛ boni habuerunt affectionē cōmodi: sicut ⁊ mali ſm Anselmum de cōcor. ¶ Ibi. Ad videndam ⁊c. Hic Doc. soluit has tres rōnes: ⁊ anteꝙ̃ soluat eas p̄mittit aliqua: q̄ vt clarius intelligātur reducenda sunt ꝑ propositiones. Prima affectio iustitie: de qua loq̄tur Ansel. de casu diaboli pōt intelligi vel de iustitia infusa: q̄ est gratia gratum faciens vel de acq̄sita: q̄ accipitur pro omni virtute morali: vel de innata: q̄ est libertas voluntatis. Et nota ꝙ libertas volū-

Libertas volūtatis quō p̄t dici innata.

tatis: ꝓ tāto pōt dici iustitia innata: qꝛ ex sua rōne formali: ⁊ ex sua innata libertate habet vn̄ possit cōformiter agere regule superiori: ⁊ si agit cōformiter: tunc agit ſm affectioneꝫ iustitie. Secunda ꝓpositio est ibi. Si esset angelus tātum habens affectionem cōmodi: ⁊ nō iustitie: hoc ē habens appetitum intellectiuū mere vt appetitū talem ⁊ nō liberum talis angel⁹ non posset nō velle cōmoda: nec etiā nō summe vellet talia: nec iputaretur sibi in pctm̄: quia iste appetitus se haberet ⁊c. Hic aliqui exponūt Doct. ꝙ talis appetitus ē appetit⁹ naturalis: sed hoc nō videtur ad mentem Doc. qꝛ ſm ip̄m actus appetit⁹ naturalis nō seq̄tur cognitionem: vt pꝫ in. 4. d. 49. q. 10. arti. 1. patet etiā in p̄hemio metaphysice sue: mō iste appetit⁹ qui ponitur hic affectio cōmodi: sequitur cognitiuaꝫ: patet per verba eius: vbi sic ait. Iste inquit appetitus se haberet ad suam cognitiuā sicut modo appetitus visiuus ad visum necessario cōseq̄ndo ostēsionem istius cognitiue: ⁊ inclinationē ad optimuꝫ ostēsum a tali potentia: qꝛ non haberet vnde se refrenaret hec ille. Patet ergo ex ista l̄ra ꝙ nō accipitur hic talis appetitus ꝓ appetitu mere naturali: qꝛ non diceretur appetitus consequens cognitiuam: sicut dicimus ꝙ in potētia visiua est duplex appetitus. s. naturalis. qui nullo mō seq̄ꝛ cognitionē ⁊ sensualis qui vt supponit cognitionē: ⁊ vterꝙ̃ diceretur appetit⁹ cōmodi: sed vnus seq̄retur cognitionem: alius v̄o nō: sic pariformiter posset dici de natura intellectuali āgeli ꝙ̃ ꝙ si ꝑ īpossibile eēt circūscripta libertate voluntatis: esset ibi distinguere duplicē appetitū: videlꝫ mere naturalem nullo modo sequētem cognitioneꝫ: ⁊ appetitum intellectualē sequētem cognitionē: ⁊ sicut appetitus naturalis successiue ⁊ necessario inclinaꝛ ad perfectionem ad quā est ita appetitus naturalis sequens cognitionem necessario ⁊ successiue appetit delectabile precognitū sicut ⁊ appetit⁹ sensitiu⁹ necessario appetit delectabile preostēsum a potētia sensitiua. ⁊ in tali appetitu non cōtingit nec ordinate nec inordiate agere. ¶ Tertia ꝓpositio. Affectio iustitie: que est primo moderatrix affectionis cōmodi ⁊ quantū ad hoc ꝙ non opꝫ voluntatē actu appetere illud ad qd̄ inclinat affectio cōmodi. nec etiā appetere successi-

Vide hic de duplici appetitu volūtatis.

ue est libertas innata volūtati: vt ista ꝓpositio clari⁹ intelligatur p̄mitto aliqua. p̄mo ꝙ in volūtate possum⁹ cōsiderare duplicē appetitū. s. naturalē mere nō sequentē cogni

tionem: ⁊ intellectiuū sequentē cognitionē: isti duo appeti tꝰ summe tendūt in obiecta: maxime delectabilia. Scđo premitto ꝙ in eadē volūtate est alius appetitus liber: quo ipsa volūtas pōt cōformiter velle aliis appetitibꝰ: ⁊ difformiter; ptꝫ/ qꝛ appetitꝰ naturalis volūtatis est ad summā btitudinē: semꝑ ⁊ summe: ⁊ tñ appetitꝰ liber nō semꝑ vult illā: sed pro illo tpe pro quo deꝰ vult sibi dare: ⁊ sic vult difformiter illis appetitibꝰ. Tertio p̄mitto ꝙ ista libertas dꝛ moderatrix affectiōis cōmodi: ⁊ hoc duplr̄. Primo nō volendo illud in qđ affectio cōmodi tendit. Scđo: nō volendo ita intense. De ista aūt moderatione dictuꝫ est in. 1. dist. 17. ⁊ sic pꝫ ista tertia ꝓpositio. ⁊ pꝫ lr̄a sequēs vsq; ibi. Ipsa eadem facta tā libera (qꝛ nihil aliud est nisi ꝙ vna res includat virtualr̄ plures rōnes ꝑfectionales: q̄ꝫ includeret si esset sine rōne libertatis) ꝑ rōneꝫ libertatis pōt se moderari in volendo ⁊c. Qđ dicit hic ꝙ eadē res includit ⁊c. clare patebit. i. di. 16. q. 2. quō eadeꝫ aīa intellectiua ꝟtualr̄ includit potentiā intellectiuā ⁊ volitiuā: q̄ sunt distincte ꝑfectiones ex natura rei in ipsa aīa: prout ergo ipsa aīa siue natura angeli cōsideraṫ vt includit libertatem volūtatis: plures rōnes ꝑfectiōales ꝟtualiter includit: qꝛ intellectū ⁊ volūtatem: q̄ꝫ si eā nō includeret. ¶ Quarta ꝓpositio est ibi. Pōt aūt volūtas seipsam potens moderari īmoderate beatitudinē velle: q̄ sibi cōgruit triplr̄: vel quantū ad intētionem: volēdo eā maiori conatu q̄ꝫ sibi cōueniat: vel quātum ad accelerationē volendo eam sibi citius q̄ꝫ sibi cōueniat: vel quantū ad causam volendo sibi eam aliter q̄ꝫ sibi cōgruat: puta sine meritis: vel forte modis aliis de quibꝰ nō opꝫ hic curare. Aliquo istoꝝ modoꝝ in appetendo beatitudinem potuerūt angeli mali peccare: ⁊ ptꝫ litera.

Volūtas pōt velle aliqd immoderate tripliciter

Ibi. Per hoc ad argumēta. Nunc doc. soluit illas tres rōnes superiꝰ factas. Ad primā dicit tria. Primo cōcedit ꝙ appetunt naturalr̄ beatitudinem: ⁊ tali appetitu nullo mō peccant: cū ille ⁊ eius inclinatio sit a deo: ⁊ tale appetere nō est actus elicitꝰ: sed solum inclinatio nature: vt ꝓbabit in. 4. dis. 49. q. 10. ar. 1. Et posito ꝙ esset actus elicitus: adhuc nō esset peccatū: qꝛ ille de necessitate eliceret. Scđo dicit ꝙ volūtas vt libera in appetendo beatitudinem pōt peccare: cū teneatur moderare naturalem appetitū: vt expositū est. s̄. Tertio dicit ꝙ q̄uis appetitus naturalis semꝑ sit rectus: tñ volūtas libera pōt peccare: volendo cōformiter tali appetitui: qꝛ tenetur se cōformare regule superiori. s. voluntati diuine: qđ magis patebit in. 4. di. 50. ¶ Ibi. Ad secūdū dico ꝑ ideꝫ. ¶ Ad secundā rōnem doc. dat duas rn̄siones quarū pria est ꝙ nō est silr̄ de voluntate ⁊ intellectu: qꝛ intellectus de necessitate nature assentit ꝟo: voluntas aūt libere ⁊ cōtingenter: ⁊ ideo pōt peccare: pōt em̄ auertere intellectū a cōsideratione obiecti: ⁊ si speculatio obiecti sit peccatū materialiter: tenetur auertere intellectum a tali speculatione. Quō aūt aliqua speculatio possit dici peccatū materialr̄: patebit in isto scđo di. 42. q. 1. Et silr̄ quō intelligatur ista ꝓpositio: sicut principiū in speculabilibus: ita finis ⁊c. aliqualiter ptꝫ a doc. in ꝓlo. q. vlti. ⁊ multo clarius ptꝫ in. 1. di. 1. q. 4. ¶ Scđa rn̄sio est tenendo silitudineꝫ intellectꝰ ⁊ volūtatis: intellectus circa verum: volūtas circa finem. Cōcedit doc. ꝙ sicut intellectus nō erat circa primū veruꝫ assentiendo illi primo vero in se. sic volūtas nō peccat volendo vltimū finem in se: qꝛ talis volitio est volitio amicitie: que circa vltimū finem nullo mō pōt esse inordinata: vt s̄. patuit. Et sicut intellectus pōt errare circa primū verū assentiendo illi ꝑpter aliud: sic voluntas pōt peccare circa vltimū finem volendo illū eo mō quo nō cōuenit: qui modis. s̄. patuit. ¶ Ad tertiū ɔcedit doc. ꝙ in bonis erat appetitus naturalis ad beatitudinē: ⁊ tanta inclinatio etiam maior inclinatio: si natura eoꝝ fuit ita ꝑfecta: tñ boni non peccauerūt: qꝛ libertate sue volūtatis moderabanṫ talem appetitū: actu em̄ elicito sic volebāt beatitudinem: sicut ex diuina determinatione eis cōgruebat. ¶ Ad auctoritateꝫ Anselmi. s. volūtas cōmodū nō velle nequit. Doct. dicit ꝙ boni nec potuerūt nec voluerūt nolle sibi btitudinem etiā sibi cōcupiscēdo. Hic esset bona difficultas: an volūtas possit nolle beatitudinem: ex quo libera est respectu vtriusq; actus. Dicerē tñ ꝙ ex quo in beatitudine nulla rō mali apparet: sed tm̄ rō boni ꝙ volūtas nō posset nolle nec odire eā. Sed quō hoc stat cū ꝑfecta libertate volūtatis inferiꝰ declarabiṫ in isto scđo. Sequiṫ in lr̄a. Sed illā nō voluerūt plus sibi q̄ꝫ deo bene esse in se: sꝫ minꝰ qꝛ illud velle ita potuerūt moderari ꝑ libertatē. Vult dicere doc. ꝙ boni priꝰ voluerūt de eo bene esse amando ipsum amore amicitie: ⁊

plus q̄ꝫ quodcūq; aliud: ⁊ ꝑ ɔñs si voluerūt beatitudinem actu elicito eam voluerūt eo mō quo eis cōgruebat ex determinatione diuine volūtatis: ⁊ sic angeli boni moderabantur affectionē cōmodi. ¶ Ibi. Et si obiicias. ergo nullo mō appetebant bene sibi beatitudinē: sꝫ tm̄ bene moderabantur appetere. Dicit doc. ꝙ appetere siue cōcupiscere actum ꝑfectū: vt per illū magis habeat obiectū in se est ex affectione iustitie. ⁊ sic boni potuerūt appetere beatitudinem: vt habentes illā ꝑfectius amarēt summū bonū: ⁊ iste actus cōcupiscendi beatitudinē esset meritoriꝰ: qꝛ nō vtiṫ fruendo: sed fruitur eo: qꝛ bonū qđ ɔcupisco mihi ad hoc cōcupisco: vt plus amem illud bonū in se. Et videṫ dicere doc. ꝙ si volūtas appeteret illā beatitudinē: vt tm̄ sisteret ī tali amore cōcupiscētie: nō recte appeteret. Si ꝟo appetat illā puta fruitionem essentie clare vise vt magis amet illā amore amicitie: tunc bene amat: ⁊ hoc si appetit sicut sibi cōgruit ex determinatione diuine volūtatis. ¶ Ibi. Viso igiṫ de primo inordinate cōcupito. Dicit doct. ꝙ vltra primū inordinate cōcupitū amore cōcupiscentie: qđ fuit ipsa beatitudo: vt. s̄. patuit: potuit inordinate cōcupiscere multa alia puta excellentiā respectu alioꝝ. Et vltra habuit inordinate nolle nolendo opposita eoꝝ q̄ cōcupiuit: qꝛ sicut immoderate cōcupiuit summā beatitudinē: ita īmoderate noluit oppositū eiꝰ ⁊ ptꝫ lr̄a. ¶ Ibi. Sed hic est vnū dubiū an. s. aliquis possit appetere deū nō esse. Hic doc. videṫ tenere sicut etiā alibi ꝙ deus in se odiri nō possit: nec silr̄ aliqua ꝑfectio attributa deo: cū ibi nulla rō mali reperiaṫ: sed tm̄ rō boni: effectꝰ tñ dei puta effectus iustitie vindicatiue pōt odiri: ⁊ ꝑ ɔñs cōcomitanter videṫ ꝙ deꝰ possit odiri.

In ista litera occurrit non parua difficultas: vꝫ quare volūtas nō possit deū odire in se ex quo hꝫ ens inquantū ens pro obiecto sibi adequato: vt. s̄. patuit p̄nti dis. q. 1. ⁊ in. 4. di. 49. ⁊ in. 1. dist. 3. q. 3. vbi vult ꝙ idem sub eadē rōne formali sit obiectū intellectꝰ et voluntatis. cū ꝉ ipsa volūtas sit libera respectu cuiuscūq; cōtenti sub eiꝰ obiecto adequato: quare nō pōt esse libera circa deū: ipm̄ libere vel volendo vel nolēdo: tū qꝛ ipsa est essentialr̄ libera ex hoc ꝙ pōt libere elicere actus suos: vt ptꝫ a doc. in. 1. dist. 1. 2. ⁊. 10. ⁊ in isto. 2. di. 25. ⁊ ꝑ Augu. 1. retract. Nihil est tā in ptāte volūtatꝭ q̄ꝫ ipsa volūtas. i. q̄ꝫ ipe actus volūtatis. sicut doc. exponit Aug. in. 1. di. 1. q. 2. ⁊ di. 7. ⁊ in. 4. dist. 49. ⁊ sic videṫ ꝙ sicut pōt velle deū in se: ꝙ ita possit nolle deū in se ⁊ odire: tum qꝛ isti duo actꝰ nolle et velle respectu eiusdem obiecti sunt contrarii: vt patet a doctore in tertio dist. 30. ⁊ alibi. ergo sicut volūtas potest habere velle circa vnū obiectū: ita ⁊ nolle circa illud idē.

Pulchra difficul. d odio dei.

¶ Dico sustinēdo ꝙ nō possit deū odiri in se: q̄uis doctor de hoc dubie loquaṫ in. 1. d. 1. ꝙ volūtas hꝫ ens inq̄ꝫtū ens ꝓ obiecto adequato: sic ꝙ pōt velle illud vel in ordine ad se: vel in ordine ad aliud: vt ptꝫ a Doc. in ista. q. Respectu aūt nolle nō hꝫ simpliciter ens inq̄ꝫtū ens: sed hꝫ ens creatum: in quo est defectus alicuiꝰ boni: ⁊ etiā aliqñ pōt esse rō alicuiꝰ mali: ⁊ qꝛ ipe deꝰ est summū bonū: in quo nulla est ratio alicuiꝰ mali: nec defectus alicuiꝰ boni: ideo non pōt illum odire. nec Doc. dicit: ꝙ respectu cuiuscūq; entis hēat velle ⁊ nolle: sꝫ bñ dicit ꝙ hꝫ velle. Et cū dꝛ ꝙ est eēntialr̄ libera ⁊c. Dico ꝙ libertas ꝓprie non attendiṫ penes actus cōtrarios: qꝛ tūc sol posset dici agens libere: qꝛ pōt hr̄e actꝰ ɔtrarios. puta ɔstringere ⁊ liq̄facere: sꝫ dꝛ libera ꝑpter actꝰ ɔtradictorios. puta qꝛ est in ptāte sua amare: ⁊ nō amare: ⁊ sic Doc. dicit i. 1. d. 1. ⁊ alibi: ꝙ volūtas respectu cuiuscūq; obiecti pōt velle ⁊ nō velle: q̄ sunt ɔtradictoria: ⁊ illđ nō velle est cōiter actus suspēsiuꝰ. agēs ꝟo naturale approximatū passo nō hꝫ in potestate sua agere ⁊ nō agere: ⁊ sic p̄ma libertas volūtatis est principalr̄ respectu velle ⁊ nō velle: ⁊ sic btitudinē sibi ostēsam pōt velle ⁊ nō velle: nō tñ p̄t nolle: sed de ista materia alibi ampliꝰ diceṫ.

Solutio notabilis.

Libertas penes qd attendit.

Quātū ad secūdum arti. restat videre de īmoderato amore amicitie quale peccatū fuit: ⁊ de īmoderata cōcupiscētia beatitudinis: ⁊ de īmoderato nolle consequēte. ¶ Ibi. Quātū ad p̄mū. Hic doc. recitat opi. Bonauē. in. 2. d. 5. ar. 1. q. 5. q̄ videṫ tenere ꝙ p̄mū peccatū mali angeli: quale fuit īmoderatꝰ amor respectu sui sit sꝑbia. ⁊ nitiṫ hoc ꝓbare auctoritate Aug. 14. de ciui. dei. c. 13. vbi vult ꝙ presumptio est nimis placere sibi. ⁊ ideo sꝑbi in scriptura dicūtur placētes sibi. ¶ Ibi. Sed hic videṫ dubiū. Hic Doc ꝓbat ꝙ īmoderata ɔplacentia sui siue īmoderatatus amor amicitie respectu sui nō pōt ꝓprie dici superbia. ⁊ hoc ꝑpter rōnes formales distinctas. s. sꝑbie. ⁊ amoris amicitie īmoderate respectu sui: qꝛ superbia pro

Opi. Bonauēture.

im moderata … placentia

prie est imoderat⁹ appetit⁹ ꝓꝑe excellentie.i.est imoderat⁹ amor ꝛ cupiscētie ꝓꝑe excellētie: imoderata ꝟo cōplacētia sui est imoderatus amor amicitie sui. ꝛ sic patet quō iste rationes sunt diuerse. ¶ Ibi. Itē secūdo presumptuosus ꝛc. Dicit Doc. ꝙ si imoderata cōplacētia sui esset supbia precipue penitere ad presumptionē: q̄ est species superbie: sꝫ hoc nō: q꞉ presumptuosus videt̃ preferre se alijs: vel in bonis q̄ habet vere: vel in his q̄ reputat habere de se: sꝫ imoderata cōplacentia sui nō est hmōi. patet: q꞉ eiusdē rōnis videt̃ esse in malitia. videlicet: imoderate se amare amore amicitie: ꝛ aliū vt primū. Sed amando alium imoderate nullus dicitur superb⁹ vel presumptuosus: sed magis luxuriosus. ergo nec sic amando se. ¶ Ibi. Item non peccauit primo in appetendo excellentiā respectu alioꝝ: q꞉ bonū sibi ꝛ ad se est precedens. ¶ Ibi. Ideo dico. Hic doc. determinat se loquendo de supbia ꝓprie dicta: ꝙ immoderatus amor sui nō pōt dici supbia: sed ꝓpter maximā delectationem in amando se imoderate: talis amor pōt reduci ad luxuriā. ¶ Ibi. Ad ista dico. Hic doc. soluit illa argumēta: quibus ꝓbat imoderatū amorem sui nō ꝑtinere ad supbiā: nec ad aliquā speciem eius. Aduerte tñ ꝙ doct. expresse tenet ꝙ imoderat⁹ amor respectu sui nō pōt dici supbia ꝓꝑe dicta: sꝫ magis luxuria. Et si pōt noīari supbia vel presumptio hoc erit improprie: ꝛ hoc mō soluit illa argumenta: q̄ vident̃ probare ꝙ talis amor nullo mō sit supbia. ꝛ sic respondet ad illa tenendo ꝙ saltem sit supbia improprie dicta ꝛ presertim ꝙ dicat̃ presumptio. Dicit ergo ꝙ amās aliqđ bonū immoderate vult illud imoderate esse magnū bonū immo maximū: ꝛ iō immoderate: q꞉ absq; eo ꝙ velit aliqd euenire ꝑ qđ crescat: vult illud maius esse q̄ȝ sit. Hic declarat doc. quare q̇s dicat̃ immoderate diligere. d. hoc cōtingit quando nō querit media debita: ꝑ que illud bonū crescat: ꝛ sic diligens se imoderate vult bonū suū esse summū: nō tñ querit vnde hoc sit: nec debita media: ꝛ q꞉ nō potest aliqđ bonū infinitū esse maius q̄ȝ sit: presumptuosi hoc nō potentes attingere volūt bonū suū esse maximū: ꝛ hoc vel in cōparatione vt presit bonis alioꝝ: ꝛ ita volūtas talium primo est circa bonū suū vt sit maximū. Scđo est circa illud bonū vt premineat ꝛ dominet̃ alijs: ꝛ sic volūtas dominandi sequit̃ velle quo quis vult suū bonū imoderate: ꝛ ideo in re presumptio precedit supbiā ꝓprie acceptā. vt videlꝫ est imoderatus appetitus ꝓprie excellentie: vt. s̄. exposui. Et nota ꝙ duplex est excellentia. s. excellentia q̄ est relatio in ordine ad alios quos q̇s excellit: ꝛ hoc est ꝓꝑe obiectum supbie. Alio mō accipit̃ excellentia vt est q̇d absolutum: ꝛ sic excellētia nō est aliud nisi magnitudo i se: ꝛ sic presumptuosus hꝫ immoderatū amorem respectu sue excellētie siue magnitudinis i se: ex qua magnitudine sequitur excellentia q̄ est relatio ad alios. ¶ Ibi. Ad secūdū dico ꝙ presumptio nō est peccatū intellectus vt quidā voluerūt dicere: quasi intellectus presumptuosi iudicaret vel ostenderet se esse tantū quātus nō est: q꞉ tunc in angelis fuisset ignorantia ante peccatū: qđ nō tenet̃: sed est peccatū volūtatis imoderate appetētis bonū suū esse tantū quantū nō est: ꝛ ex hoc sequit̃ excecatio intellect⁹. ¶ Ibi. Sed qñ additur ꝙ etiā illud velle sui imoderatū non videt̃ supbia sicut nec velle imoderatū alterius. Ptꝫ rñsio ex supradictis ꝙ tale velle fuit presumptio ꝛ supbia cōiter dicta qua q̇s vult bonū qđ amat esse excellēs in se ꝛ absolute: ꝛ si vltra hoc appetit illud bonuꝫ qđ sic amat precedere alia bona: ita ꝙ appetitus talis excellētie dicat relationem ad alios: tunc erit supbia magis ꝓprie. ¶ Ibi. Quantū ꝟo ad deordinationem velle cōcupiscentie. Hic doc. dicit duo. Primū ꝙ appetitus btītudinis nō fuit ꝓꝑe supbia: pꝫ/ q꞉ nō quantum ad eius primam speciem: q꞉ presumptio si ꝑtinebat ad primū velle inordinatū amicitie nō ꝑtinet ad aliqđ inordinatum velle concupiscentie: vt ptꝫ/ q꞉ distincte sunt rōnes respectu velle amicitie ꝛ velle cōcupiscentie. Secundū est ꝙ appetitus beatitudinis imoderatus magis cōsonat peccato luxurie pro quanto omne delectabile immoderate appetitū inquātū delectabile pōt dici luxuria: ꝛ hoc si nō sit excellentia appetita qualis nō fuit ista appetitio beatitudinis. ¶ Ibi. Quantū ad deordinationē tertij. s. nolle ptꝫ q꞉ quodlibet istorū nolle deordinatoꝝ fuit ira vel inuidia: q꞉ nolens aliquid vellet nolitū esse: sicut pꝫ de dānatis: q꞉ nolunt detineri a volūtate diuina in igne: ideo volūt tale nolitū nō esse: ꝛ ꝑ ꝯñs volunt velle diuinū quo detinentur ibi non esse: ꝛ hoc ex cōsequenti: quia nolunt talem punitionem: ꝛ ꝑ ꝯñs volūt ipsam non esse: ꝛ q꞉ talis punitio est auctoritate diuina: ex cōsequēti volūt illā nō esse: ꝛ ex hoc sequit̃ ꝓpositū: q꞉ esse dei erat malus esse āgeloꝝ: ꝛ silr̃ sua beatitudine: ꝛ q꞉ nō potuerūt habere beatitudinē vt volebant intm̄ creuit appetitus habendi ꝛ nō habuerunt: ꝛ in hoc nolebāt in habēdo subijci deo: ideo noluerūt deū esse: ꝛ tristabant̃ de ꝑfectione dei: saltem cōcomitant̃: ꝛ ita inuidia: q꞉ inuidia est tristitia de bono alteri⁹: q̄ tristitia sequit̃ ad nolitionem talis boni: ꝛ tñ positi: q꞉ tristitia est ex his rebus: q̄ nobis nolentib⁹ accidūt: vt pꝫ ꝑ Aug. 14. de ciui. dei. ad quā inuidiā cōiter sequit̃ ira. ¶ Et si obijciatur de ipso cōcupiscere ꝛ inordinato ꝙ non fuit luxuria: ergo fuit aliqđ septem peccatoꝝ: ꝛ nō videt̃ nisi peccatū supbie. Cōtra. Dicit doc. ꝙ diuisio peccatoꝝ vel accipit̃ ꝑ oppositū ad septem habitus. s. quatuor morales; ꝛ tres theologicos adhuc ista diuisio est insufficiens: q꞉ infidelitas ꝛ desperatio nō cōtinent̃ sub aliquo istoꝝ: lꝫ eñ temperantie opponatur gula ꝛ luxuria: ꝛ fortitudini accidia: iustitie auaritia: charitati ira: fidei aūt ꝛ spei nullū alioꝝ opponit̃: sꝫ possunt stare cum fide ꝛ spe: ꝛ ita infidelitas ꝛ desperatio non erūt de numero illoꝝ septem: ꝛ sic insufficiens diuisio. Aut ista diuisio sumit̃ ꝑ oppositū ad act⁹ bonos. 10. preceptoꝝ. ꝛ sic deberent esse. 10. peccata capitalia ſm transgressionē decalogi. ꝛ ita illa diuisio nō tenet̃ in oīb⁹ actib⁹ malis: q꞉ sunt multi actus mali: q̇ nec cōtinent̃ sub aliquo. 7. nec sub aliquo. 10. peccatoꝝ. Et addit ꝙ nec ista. 7. pctā sunt prime radices peccatoꝝ: sꝫ amor sui inordinat⁹: nec sunt ꝑ̇ncipalia peccata: sed ista odium dei si ponatur desperatio infidelitas: que opponuntur primis habitibus bonis theologicis: immo ista septeꝫ sunt radices valde cōmunes ꝛ magis occasiones peccatorum q̄ȝ cause peccandi.

Quō āgeli mali nolebant deū esse.

Declaratio lr̃e doctoris.

Excellentia duplex

Appetit⁹ btītudīs nō fuit ꝓprie superbia.

Ad argumenta ꝑ̇ncipalia. Primo arguit̃ ꝙ primū peccatuꝫ mali angeli fuerit supbia ꝑ Aug. 14. de ciui. dei. c. 13. Male inquit volūtatis initiū q̇d potuit esse nisi supbia. ¶ Rñdet doc. cōcedendo ꝙ tale pctm̄ est presumptio: ꝛ hoc mō ponit̃ supbia: sed nō fuit illa prima spēs supbie ſm qđ accipit̃ ꝓꝑe supbia. vt. s̄. expositū est: q̄. s. est appetit⁹ excellentie. ¶ Scđo arguit ab auctoritate Io. in canonica. Omē qđ est in mūdo ꝛc. sꝫ primū peccatū nō fuit cōcupiscentia carnis nec oculoꝝ: ergo fuit supbia vite. ¶ Doc. dat duas rñsiōes. Pria ꝙ auctas Ioan. intelligit̃ de hoīb⁹ existentib⁹ in hoc mundo. Scđa ꝙ si illud pctm̄ cōcupiscendi in scđo gradu deberet reduci ad aliqđ istoꝝ magis deberet reduci ad cōcupiscentiā oculorū: sicut in nobis ad cōcupiscentiā oculoꝝ spectant imoderati appetitus alicui⁹ visibilis pulchri: ita in eis ad concupiscentiā oculoꝝ dꝫ spectare imoderatus appetitus delectabilis: ꝛ sic peccatū mali angeli: qđ fuit respectu velle cōcupiscentie magis dꝫ reduci ad cōcupiscentiā oculoꝝ: et illud nō fuit simplr̃ ꝑ̇mū pctm̄. ¶ Ibi. Preterea ꝑ viā diuisiuā. Hec est rō facta in lr̃a: q꞉ ex quo pctā diuidunt̃ in 7. pctā capitalia: videt̃ ꝙ ꝑ̇mū peccatū fuit supbia. ¶ Rñdet doc. ꝙ illa diuisio nō est sufficiens cōparando ad actū cōcupiscentie nisi ꝑ quandā reductionē: ꝛ sic pōt ꝯcedi ꝙ velle cōcupiscentie inordinate respectu btītudinis reducit̃ ad luxuriā: sicut oīs inordinatus appetitus delectabilis: vt ē delectabile ad cōcupiscentiā oculoꝝ reducit̃. ¶ Ibi. Preterea ps. Supbia eoꝝ qui te oderunt ꝛc. argumentū stat in hoc. Mali angeli tm̄ vno pctō peccauerūt: ergo illud fuit supbia: añs ptꝫ/ q꞉ simul nō peccauerūt plurib⁹ peccatis: q꞉ volūtas nō pōt silr̃ hr̄e plures actus: nec peccauerunt post ꝑ̇mū peccatū: q꞉ tunc ꝑ̇mū peccatū fuisset remediabile: ptꝫ/ q꞉ in illo scđo instanti quo peccauerūt scđo peccato fuerūt in via: ꝛ sic in illo instāti sicut peccauerūt ita potuerunt penitere de ꝑ̇mo pctō: ꝛ sic ꝑ̇mū pctm̄ fuisset remediabile: qđ nō tenet̃. ¶ Rñdet doct. negando añs: q꞉ fuerunt multa pctā: vt. s̄. patuit dis. 5. q. 2. ar. 3. vbi sic dicit ꝙ in secūda mora in qua fuerūt difformes ī via fuerūt multe morule: q꞉ mali peccauerūt multꝫ spēb⁹ peccati. s. supbia/ odio/ ꝛ inuidia. ꝛ isti actus nō in eodē instanti fuerūt eliciti. hec ille. Et sic ptꝫ añs esse falsum: ꝛ cū ꝓbat̃ ꝑ hoc ꝙ ꝑ̇mū peccatū fuit irremediabile. Dicit doc. ꝙ si penituisset qñ peccauit scđo peccato inuenisset veniaꝫ: tñ ex quo in illo pctō deuenit ad terminū/ oīa pctā eius facta sunt irremediabilia. ¶ Ibi. Oppositū. Hic doc. ꝓbat quatuor rōnibus ꝙ pctm̄ eoꝝ nō fuerit supbia: qđ tñ dꝫ intelligi vt exposui in corpe. q. ꝙ si q̇s vellet sustinere ꝙ fuerit supbia eo mō quo expositū est poterit rñdere ad ista argumēta que ꝓbāt nō fuisse supbia. Primū argumentū stat in hoc. Supbia non est maximū pctm̄: sꝫ pctm̄ mali angeli fuit maximū. Maior ptꝫ/ q꞉ oppositū non est maximū bonū: qđ est hūilitas. ¶ Rñdet doc. negando minorem: q꞉ ꝑ̇mum pctm̄ eoꝝ nō

Quō itelligit̃ illud Io. oē qđ est in mundo ꝛc.

Mali āgeli multis spēb⁹ pcti peccauerūt.

fuit maximũ: ⁊ rõnem assignat: qꝛ sicut in bonis ꝓcedit a
magis bonis ad minus bona. s. ad dilectionẽ finis ad dile
ctionem eoꝝ q̃ sunt ad finem: ecõtra in malis a min⁹ malo
procedit ad maius malũ. s. ab ĩmoderato amore sui ad con
temptũ dei. ¶ Deinde facit duo argumenta. s. de passione
irascibilis respectu cõcupiscibilis: ⁊ de appetitu excellen-
tie loquendo de excellentia prout dicit cõparationẽ excel
lentis ad alios: q̃ duo argumenta patent in lr̃a. ¶ R̃ndet
doc. ꝙ posset cõcedi ꝙ quantũ ad actũ cõcupiscentie non
ꝑmo cõcupiuit excellentiã: q̃ est passio irascibilis vel cõcu
piscibilis sed ꝑfectissimã beatitudinem: tñ si loquamur de
ꝑmo velle ĩordinato amicitie: põt dici ꝙ iste nõ erat act⁹
nec passio irascilibilis: sed cõcupiscibilis. si ei cõcupiscibi-
lis est cõcupiscere bonũ amato ei⁹ est amare bonũ amatũ
cui cõcupiscit illud bonũ. Sed de istis passionib⁹ concupi
scibilis ⁊ irascibilis erit specialis sermo in tertio di. 34.

¶ Distin. septima. Questio unica.

V Trum malus ãgel⁹ velit neces-
sario male. ¶ Ibi. Hic
ponitur duplex rõ. Hic doc. recitat
duas opi. q̃ in eadẽ cõclusione sunt
Opi. scti Thō. cõcordes. Alia tñ ⁊ alia rõne ꝓbãt:
quaꝝ ꝑma est Tho. in. 1. pte sum. q.
64. ar. 2. q̃ dicit ꝙ angelus ex hoc
necessario cõtinuat maliciã: qꝛ ap-
prehendit obiectũ: qd̃ intelligit im
mobilr̃: ita ꝙ talis apprehensio ne
cessario mouet volũtatem ad cõtinuandũ actũ suũ circa
talem apꝑhensum. Exemplũ. Intellectus angeli apꝑhen
dit naturã suã vt diligibilem vt. 8. lꝫ in re sit tñ diligibilis
vt quatuor: ⁊ volũtas sequit̃ talem apprehensionem diligẽ
do illam naturã vt. 8. ⁊ sic peccat ĩmoderate diligendo: et
qꝛ talis apprehensio valde affirmat̃ post tale peccatum ⁊
immobiliter apprehẽdit: ⁊ talis apꝑhensio est cã necessa-
ria ipsius amoris ĩmoderati: ideo sẽp volũtas angeli ma
Opi. hen. li cõtinuat maliciã suã. Alia rõ ponit̃ ab Hen. quoli. 4. q.
11. qui vult ꝙ ex hoc angelus malus de necessitate ꝯtinuet
maliciã: qꝛ volũtas quanto ꝑfectior tanto ꝑfectius ĩmer-
git se inuolubili: sed volũtas separata a corpe est diuino ꝑfe
cte libera: ⁊ p ꝯñs sic ĩmergit se in obiecto ĩmoderate ama
to: qd̃ ab ipso resilire nõ põt. ¶ Ibi. Modus assignat̃ ex
illo ꝓuer. 18. ⁊ lr̃a stat in hoc ꝙ volũtas angeli sic ĩmodera
te vult: siue amat: puta se ꝙ in tali obiecto sic amato ĩmer
gitur ponendo sibi finem suũ: veniens aũt ad obstaculũ: sin
deresis nõ ibi sistit. i. ꝙ qñ arguit̃ a synderesi de tali amore
sic ĩmoderato nõ assentit synderesi. sed cõtemnendo synde
resim se impingit: ⁊ in illam etiã retondit̃. i. ꝙ cõtemnen-
do synderesim magis vult illud volitũ: ⁊ sic ibi retunditur
ꝙ ipsa volũtas nõ põt retrahere ab amore talis voliti: si-
cut virtus infigens clauũ in lignum: lꝫ quando infigit pos
sit retrahere illũ: tamen quando clauus retundit̃ in ligno
dum infigitur a tali virtute nõ potest retrahi.

Ibi. Contra cõclusionem quã tenent iste due opi.
Hic doc. ꝓbat multis rõnib⁹ ꝯclusio
nem Tho. ⁊ Hen. nõ esse verã: ⁊ presertim non esse verã p
rõnes quas ipsi faciũt. Et prima ratio tenet p argumentũ
a minori: qꝛ minus videt̃ ꝙ aĩa corpori cõiuncta posset re-
dire ad iustitiã post peccatũ q̃ꝫ angelus: vt ptꝫ p Aug. de
fide ad Petrũ. c. 5. Sed aĩa dum est in via post peccatũ ad
iustitiã redire põt: ergo ⁊ angelus post peccatũ: ergo ipsa
natura angelica nec ꝓpter ĩmobilitatẽ sue potentie cogni
tiue: qualis nõ est cognitiua volũtatis nostre: nec ꝓpter ple
nam libertatem eius ex hoc ꝙ est separata a corpe est im-
possibilis redire ad iustitiã postq̃ꝫ peccauit: imo s̃m Aug.
vbi. s̃. est magis possibile de volũtate angelica q̃ꝫ de nostra.
¶ Ibi. Preterea cõtra cõclusionẽ istã arguo. Hec rõ est
satis euidens: qꝛ opꝫ assignare cãm cõẽ tã in angelo q̃ꝫ in
aĩa separata respectu obstinationis: ptꝫ/qꝛ ex hoc solo po-
nitur dr̃ia inter angelũ ⁊ aĩaꝫ respectu obstinationis post
pctm̃: qꝛ aĩa vt cõiuncta nõ apprehẽdit ĩmobiliter. vt dicit
Tho. nec ĩmergit̃ in obiecto ⁊c. vt dicit Hen. Separata er
Exẽplum bonũ p cõ futatione opi. Hen. ⁊ Tho. go a corpe iste rõnes nõ verificant̃ de ipsa. Pono ergo ca-
sum ꝙ aĩa Iude sit actu separata ⁊ damnata: ⁊ p ꝯñs obsti
nata in pctõ: quero p quem actum est obstinata nõ p actũ
elicitũ ante separationem: ptꝫ p Tho. ⁊ Hen. aut ergo se-
parata ante oẽm actũ elicitũ est obstinata: aut p actũ elici
tum: nõ primo: qꝛ tam Tho. q̃ꝫ Hen. p rõnes prius factas
dicũt ꝙ angelus est obstinatus per actum elicitũ: videlꝫ p
actum elicitũ sequentem apprehensionem immobilr̃: vt di
cit Tho. vel p actum elicitũ sequentem ꝑfectã libertatem
quo ĩmergit̃ in obiectũ: vt dicit Hen. nõ secũdo: qꝛ vt sepa
rata sicut nõ põt elicere actum merendi: ita nõ põt elicere
actum demerendi: opꝫ ergo assignare aliã causam obstina
tionis cõem tam angelo q̃ꝫ aĩe separate. ¶ Ibi. Et posset
cõfirmari de Lazaro/quo mortuo eius intellectus habuit
apprehensionem aĩe separate ⁊ eius volũtas habuit plenã
libertatem: qꝛ tunc separata: ⁊ tñ ex neutro istoꝝ ĩmobilr̃
voluit: qꝛ resuscitat⁹ fuisset impeccabilis si bon⁹ vel obsti-
nat⁹ si mal⁹: qd̃ est falsum. ¶ Ibi. Preterea secũdo causa
totalis aliter nõ causat nisi ipsa s̃m ꝙ cã alr̃ se habeat ⁊c.
Hec ratio stat in hoc: qꝛ posito ꝙ voluntas angeli sit actu
sub aliquo actu: tñ vt elicit actum est prior actu: pono ergo
casum ꝙ aĩa siue cõiuncta siue separata habeat actũ pecca
ti sibi inherentem: puta dilectionem alicui⁹ obiecti inordi
natam: ⁊ ipsa aĩa cõiuncta põt elicere actum amandi ordi
natũ: ptꝫ/qꝛ lꝫ sit sub actu peccati: adhuc tñ est prior etiã vt
elicit ipso actu amãdi ordinato: nõ dico tñ ꝙ simul sit sub
actu amandi inordinate ⁊ ordinate: sed dico ꝙ actus amã
di inordinatus nõ sic impedit volũtatem quin in illo prio-
ri possit elicere actum amandi ordinatum: qꝛ in illo priori
attendit̃ libertas volũtatis: sicut ergo ipsa volãtas coniun
cta cõtingenter elicit actum amandi ordinatũ post actum
amandi inordinatũ: ergo ⁊ separata quãtũ est ex parte sua
post actũ peccati sibi inherentẽ: ꝯtingẽter põt elicere actũ
ordinatũ: ⁊ sic opꝫ assignare aliã cãm obstinationis q̃ꝫ assi-
gnet̃ a Tho. ⁊ Hen. Et hoc est qd̃ doc. ꝑncipalr̃ intẽdit in
ista rõne. Expono tñ aliqua dicta in ista lr̃a. primũ est ibi: Declaratio litere.
cã totalis nõ alr̃ cãt nisi ipa s̃m ꝙ cãt alr̃ se habeat: ⁊ hoc
qñ nõ ponit̃ aliq̃ diuersitas ex pte passi vel aliquoꝝ ĩpedi-
mentoꝝ extrinsecoꝝ ⁊c. Hic nota ꝙ cãm aliter causare põt
multipr̃ intelligi: primo ꝙ aliũ ⁊ aliũ effectũ causet: ⁊ sic
nõ requirit̃ ꝙ in se aliter se habeat: ptꝫ/qꝛ sol non aliter se
habendo in se põt ꝓducere plures effectus nõ tm̃ numero:
sed etiã specie distinctos. Scd̃o ꝙ alio ⁊ alio mõ causet: pu
ta maiori vel minori conatu vel intẽsius aut minus intense
⁊ hoc etiã mõ nõ opꝫ causam aliter se habere precipue lo-
quendo de causa libera: vt satis pꝫ a doc. in primo dist. 17.
Tertio ꝙ necessario causet vel ꝙ ꝯtingẽter: ⁊ hoc mõ intel
ligitur hec ꝓpositio. s. ꝙ causa totalis circa idem obiectũ
eque dispositũ non potest aliqñ cõtingenter causare ⁊ ali-
quando necessario nisi ipa causa aliter se habeat. patet: qꝛ
isti duo modi contingentes causare ⁊ necessario causare
sunt simpliciter oppositi: precipue circa idem obiectũ. Et
de hoc vide doc. in primo. d. 2. parte secunda. q. 4. ⁊. dist.
10. ⁊ hoc modo intendit doc. in ista ꝓpõne cum dicit cau- Obiectio pulchra.
sa totalis nõ aliter causat ⁊c. ¶ Et si dicat̃ ꝙ eadẽ volun
tas diuina est causa vl' quasi cã necessaria respectu amoris
essentie diuine. vt pꝫ a doc. in ꝑmo. d. 10. ⁊ est causa ꝯtingẽs Respõsio.
respectu creare. vt pꝫ ab ipo in ꝑmo. d. 2. 8. 10. ⁊ alibi. Dico
ꝙ nõ est simile. qꝛ volũtas diuina nõ cõparat̃ ad idẽ obie-
ctum. Sꝫ de hoc vide q̃ exposui in ꝑmo doc. di. 1. q. 4. ⁊. d.
10. ¶ Si etiã dicat̃: qd̃. s̃. dixit doc. d. 5. ꝙ eadẽ voluntas Obiectio.
vt est in via vult mutabiliter: ⁊ vt est in termino vult ĩmu
tabiliter: ⁊ tñ est eadẽ ⁊ prior vtroq̃ꝫ actu. Dico ꝙ hoc solu
tum est ibi: qꝛ ista necessitas volendi: nõ est simpliciter ab Respõsio.
ipa: ⁊ vide ibi q̃ diffuse exposui. Deinde seq̃tur in lr̃a ista:
sed volũtas vt prior naturalr̃ actu suo nõ vt existẽs actua
liter sub actu est causa actus sui. ex hoc: ꝙ est causa libera
actus sui: q̃ libertas nõ est eius nisi vt prior actu suo. Et
vult dicere vt. ĩ. ꝙ ex quo ipa volũtas vt causa est ꝑor actu
ergo p actũ sibi inherẽtem nõ aliter se habebit in causan-
do. quia ille actus sibi inherens nullo mõ est ei rõ causan
di actũ. sed sola volũtas vt sic prior est rõ formalis causan
di. Aduerte etiã ꝙ hec lr̃a non ꝯtradicit illi: qd̃ dixit doc.
s̃. d. 5. q. 2. ꝙ volũtas nõ elicit actũ libere anteq̃ꝫ eliciat: sic
ergo dr̃ libera quando actu elicicit actum: ergo vt sic non
erit prior: qꝛ quãdo elicit actum actus est. actus eñ tãdiu
est q̃ꝫdiu volũtas elicit actũ ⁊ qñ actum nõ elicit actus nõ
est: vt patet a doc. in ꝑmo. d. 3. q. vltima. respõdẽdo ad vlti
mũ argumentũ principale. Et sic videtur falsum dicere ꝙ
libertas competat volũtati vt est prior actu. Dico ꝙ nulla
est contradictio: qꝛ hic doc. intelligit ꝙ voluntas sit prior
actu elicito: ⁊ vt elicit est etiã prior ipo actu natura: vt. ĩ. pa
tebit dist. 35. ⁊. s̃. declaratum est distin. prima. q. 2. ⁊ distin.
5. q. 2. ꝙ causa vt causa est sẽp prior causato: ⁊ sic intelli-
git doc. ꝙ libertas nõ inest volũtati nisi vt prior actu. i. ꝙ
libere elicere nõ inest sibi nisi vt ipa eliciẽs sit prior natu-
ra actu elicito: ⁊ ꝙ sic intelligat. ptꝫ p verba sequentia ibi

qꝛ vt eſt ſub actu hꝫ actũ vt formã naturalem ⁊c. nam vo-
luntas vt eſt ſub actuali volitione ſicut ſubiectũ ſub forma
informante non dr̃ elicere illã: qꝛ tunc elicita eſt: ergo vt
elicit prior erit: imo vt eſt ſubiectũ talis actus videt̃ poſte-
rius ea ſicut cõpoſitũ eſt poſteriꝰ forma ſua. 7. meta. t. c. 7.
vbi ſic habet̃. Quare ſi ſpẽs materia eſt prior ⁊ magꝭ ens
⁊ ipſo qđ ex vtriſqꝫ p̄or erit. hec ille. i. ꝙ ſicut forma eſt p̄or
materia: ita eſt p̄or cõpoſito cõſtituto ex materia ⁊ forma
qꝛ lꝫ hõ abſolute ſit p̄or albedine: tñ hõ albꝰ eſt poſterior
albedine: ſic dico ꝙ volũtas vt eſt formalr̃ volẽs ẽ poſterior
ipſa volitione. lꝫ abſolute ſumpta ⁊ vt eliciẽs actũ ſit p̄or
Et qđ dicit ibi hꝫ actũ vt formã naturalem: vult dicere ꝙ
ipſa volũtas vt ponit̃ ſubiectũ ſui actꝰ hꝫ ipm̃ tanqꝫ ꝑfectio
nem ad quã inclinat̃: inclinatio aũt naturalis eſt reſpectu
receptiui vt. j. patebit diſ. 18. huiꝰ ſcđi: ⁊ aliqualr̃ patebit in
quarto di. 49. ¶ Sequit̃ in lr̃a ibi. Et cõfirmat̃ rõ: qꝛ nul
la cã ſcđa põt eſſe cã principali cauſe agendi oppoſito mõ
illi q̃ cõuenit p̄ncipali agenti ex ſua cauſalitate ⁊c. Hec rõ
ſtat in hoc ꝙ ex quo ille actus ſi poneret̃ cã obſtinationis
(qđ tñ falſum eſt) eſſet tñ cauſa ſcđa ⁊ minus p̄ncipalis ⁊
volũtas erit cauſa p̄ncipalis: mõ cauſa ſcđa nõ põt deter-
minare cauſam p̄mã ad agendũ oppoſito mõ qui cõpetit
p̄me: puta p̄ma agit libere ⁊ ſcđa neceſſario: illa ſcđa non
põt determinare primã vt agat neceſſario: ⁊ ſic ille actꝰ po
ſito ꝙ ſit cã obſtinationis minus p̄ncipalis nõ poterit de-
terminare volũtatẽ vt neceſſario ſit obſtinata. ¶ Sꝫ hic
Difficul. đ merito. videt̃ difficultas: qꝛ tunc meritũ nõ erit volũtariũ: nam di
cit doc. in p̄mo di. 17. ꝙ charitas eſt cã magis principalis
actus meritorij qꝫ volũtas: ⁊ tñ ipſa volũtas agit de neceſ
ſitate nature: vt ptꝫ a doc. Si ergo cã minus p̄ncipalis nõ
põt determinare cãm magis p̄ncipalẽ: ſequit̃ ꝙ actus me-
Reſpõſio ritorius erit neceſſario elicitus ⁊ ſic nõ libere. Dico ꝙ actꝰ
meritorius dr̃ meritorius p̄ncipalr̃ a charitate: ⁊ hoc non
eſt a rõne charitatis ꝙ ipſa ſit cã principalior talis actus:
ſed ex ſola acceptatione diuina q̃ magis acceptat illũ actũ
vt ꝓcedit a charitate qꝫ vt a volũtate: vt ptꝫ a doct. vbi. s̃.
¶ Dico etiã ꝙ qñ charitas ⁊ volũtas cõparant̃ ad actum
meritoriũ: puta ad acceptabilitatẽ paſſiuã ꝙ vltra ſubſtan
tiam actus ⁊ intẽſionẽ eius nihil cauſat: qꝛ acceptatio paſ-
ſiua eſt a ſola volũtate diuina ſic vel ſic acceptante: vt ptꝫ a
doc. in. 1. di. 17. reſpectu tñ ſubſtãtie actus ⁊ intentionis eiꝰ
voluntas eſt cã magis p̄ncipalis: vt ptꝫ a doc. vbi. s̃. Et de
hac materia vide q̃ ꝓlixe expoſui. s̃. 17. di. p̄mi doct. ¶ Si
Obiectio. etiã dicat̃ ꝙ eſſentia diuina ⁊ ipſa volũtas diuina reſpectu
ꝓductionis ſpũſſancti ſic ſe habẽt ꝙ eſſentia diuina eſt rõ
magis p̄ncipalis ꝓducẽdi ſpm̃ſanctũ qꝫ volũtas: ptꝫ/ qꝛ rõ
magis vlis: nã ipſa cõcurrit ad ꝓductionẽ filij ⁊ ſpũſſancti:
ergo videt̃ ſequi ex iſto dicto doct. ꝙ ꝓductio ſpũſſcti ma-
gis deberet dici neceſſaria ⁊ ꝑ modũ nature qꝫ libera: qđ
tñ eſt cõiter cõtra doc. ⁊ precipue cõtra doc. in p̄mo. di. 10.
¶ Rñdet Fran. de May. in p̄mo. d. 2. ꝙ effectus ſequit̃ de
Rñſio ꝓm Franci. de May. teriorem partem: ⁊ ſic qñ effectus eſt a duabꝰ cauſis ab vna
ꝑ modũ nature ⁊ ab alia ꝑ modũ libertatis talis effectꝰ dr̃
libere ꝓduci. Sed ego nõ intelligo hoc dictũ: ſalua tñ reue
rentia tanti viri. Nã volũtas diuina ⁊ ignis ꝯcurrũt: puta
ad aliquem effectũ: ⁊ tñ abſolute ille effectus dr̃ cõtingen-
ter ꝓductus: lꝫ ſit neceſſario ab ipſo igne: qꝛ cã p̄ncipalior
eſt volũtas diuina. ⁊ hoc ptꝫ a doc. in. 1. d. 2. ꝑte. 1. q. 1. ⁊ in. 2.
di. 1. imo cã ſuperior magis aſſimilat effectũ cauſe ſcđe qꝫ ipſa
cauſa ſcđa aſſimilat. vt pꝫ a doc. in. 1. d. 3. q. 8. Dicerem ergo
pro nunc ſaluo meliori iudicio ꝙ qꝫuis eſſentia diũa ſit vni
uerſalior rõ ꝓducendi: nõ tñ ꝑfectior: volũtas em̃ diuina ẽ
ita formalr̃ infinita: ſicut eſſentia diuina. Doc. aũt intelli-
git de cauſis quaꝝ vna ſit p̄ncipalior ⁊ ꝑfectior alia. Dico
ſcđo ꝙ ad habẽdũ effectũ liberũ ſufficit ꝙ vna cauſa libere
agat ⁊ tota cõtingentia ipſiꝰ effectus ſumit̃ a tali cã libera.
¶ Ibi. Preterea ſicut fuit dictũ di. 5. ⁊ 6. huiꝰ ſecũdi: tam
bonus qꝫ malus angelus habuit ⁊c. in iſta rõne ſupponit
ſꝫm primã viã ꝙ angelus in primo peccato habuit imobi-
lem apprehenſionem reſpectu obiecti circa qđ peccauit et
ſꝫm ſecũdã viã ꝙ volũtas angeli in p̄mo peccato fuerit ꝑfe
cte libera. Ex hoc infert doc. ꝙ tam ſꝫm p̄mã viam qꝫ ſꝫm ſe-
cundã viã nõ potuerit peccare ſecũdo pctõ: cuius oppoſi-
tum oſtenſum eſt. s̃. d. 5. ⁊ 6. Et ꝙ nõ potuerit peccare ſꝫm
iſtos ſcđo pctõ: ptꝫ/ qꝛ volũtas ſequẽs imobilem apprehẽ-
ſionem imobilr̃ adheret poſt illã apprehẽſionẽ ſꝫm primã
opi. ⁊ ſilr̃ volũtas ꝑfecte libera imobiliter ſe immergit in
obiecto: ita vt ab illo reſilire nõ poſſit ſꝫm ſcđam opi. Si di
catur ꝙ potuit peccare ſcđo peccato: cõtra: qꝛ tũc eſt in ſta
tu merendi ⁊ demerendi: ⁊ ꝑ ꝯñs poſt p̄mũ peccatũ angeli

nõ immobiliter inheret. Si dicat̃ ꝙ ſecundũ pctm̃ nõ fuit
aliud a p̄mo pctõ: ſed idem ꝯtinuat̃: cõtra: qꝛ oppoſitũ eſt
oſtenſum. s̃. d. 6. q. 2. vide ibi: ⁊ hoc eſt qđ dicit doc. in fine
huius rõnis. ſ. ⁊ nõ fuit idem pctm̃ cũ pctõ p̄cedenti. Pri- Prim
mũ em̃ pctm̃ angeli fuit ex immoderato amore amicitie re pctm̃
ſpectu ſui ⁊ ex illo actu amandi ſe imoderate eliciebat actũ li fuit
cõcupiſcendi ſibi ſummũ cõmodũ: ⁊ ex illo actu excellẽtie moder
quo voluit habere illud cõmodũ non ſub regula volũtatis amore
ſuperioris: ſed cõtra eã: vt. s̃. patuit. d. 6. q. 2. ¶ Ibi. Preter
ea cõtra p̄mã viã arguit̃ ſpecialr̃. Poſtqꝫ doc. ſimul impro-
bauit vtrãqꝫ viã nunc ſpãliter arguit p̄mo cõtra p̄mã viã:
⁊ ſecũdo cõtra ſecundã. Cõtra primã primo dicit ꝙ illa via
ſupponit falſum. ſ. ꝙ intellectus ſit ſufficiens cã mouendi
volũtatem ad operationem: vt patebit in iſto ſcđo. di. 25. vbi
doc. ꝓbabit ꝙ nihil aliud a volũtate eſt ſufficiens cã mouẽ
di ipſam ad operationẽ. Secũdo dicit ꝙ poſito ꝙ intellectꝰ
ſit ſufficiens cã mouendi volũtatem adhuc ſequunt̃ duo q̃
repugnãt dictis eoꝝ. primũ ꝙ angelus nunqꝫ potuerit pec
care: ptꝫ/ qꝛ intellectus angeli ante primũ pctm̃ fuit rectus
in apprehendẽdo: aliter pena preceſſiſſet culpã: puta ceci-
tas vel ignorantia: ergo mouit volũtatem angeli ad ali-
quid recte appetendũ ⁊ immobilr̃: ptꝫ/ qꝛ intellectus ẽ mo
uens mere naturale ⁊ ꝑ modũ mere nature. Sicut ergo im
mobilr̃ apprehendit recte: ita immobilr̃ mouet volũtatem
ad aliquid recte appetendũ. ⁊ ſic ſequitur ꝙ volũtas ange-
li nunqꝫ potuerit peccare. ¶ Ibi. Scđo contradicit illud
falſum poſitioni eoꝝ. Hic doc. adducit ſecundũ repugnãs
dictis opi. qđ ſequit̃ ex illo falſo: videlꝫ ꝙ intellectꝰ ſit ſuffi
ciens cã mouẽdi volũtatem. Dicit em̃ opinio ꝙ poſt primã
electionem intellectus mouet volũtatem imobilr̃ ſed nõ in
ipſa prima electione ſiue ante primã electionẽ: qꝛ tunc mo
uet mobiliter: ſed hoc videt̃ repugnare: qꝛ intellectꝰ angeli
ita eſt mouens ꝑ modũ nature ante primã electionẽ ſiue in
ipſa p̄ma electione ſicut poſt primã electionẽ: igit̃ ita imo
biliter mouet ante primã electionẽ ſicut poſt primã: patet
etiã: qꝛ ita imobilr̃ apprehendit ante primã electionẽ ſi-
cut poſt primã cũ in vtraqꝫ apprehendat ꝑ modũ nature:
igit̃ ita immobilr̃ mouet volũtatem ante primã electionem
ſiue in ipſa p̄ma electione ſicut ⁊ poſt p̄mam qđ cõtradicit
opi. eoꝝ. ¶ Ibi. Preterea ex illa via. Hic doc. deducit ad
aliud incõueniens qđ ſequit̃ ex dictis opi. vꝫ ꝙ in p̄ma ele
ctione fiat oĩno impeccabilis. Et ꝙ hoc ſequat̃ ex dictis eoꝝ
ptꝫ: qꝛ ipſi dicũt ꝙ volũtas ſequens apprehenſionẽ imo-
bilem vult immobilr̃: vt pꝫ ꝑ ipm̃ Tho. in p̄ma ꝑte ſumme
q. 63. ar. 2. Ex hoc dicto infert doc. ꝓpoſitum: qꝛ tenendo
opi. eorũ. ſ. ꝙ angelus fuerit creatus in gr̃a: tunc ſic in illo
inſtanti quo fuit creatus in gr̃a plene ⁊ ꝑfecte apprehẽde-
bat: ptꝫ/ qꝛ ſine diſcurſu. ipſi em̃ negãt oẽm diſcurſum in an Thomi
gelo: ergo immobilr̃ apprehendebat: ⁊ pro illo inſtanti vo ſte negãt
luntas fuit ꝑfecta in gr̃a ⁊ ſic immobilr̃ volebat. pꝫ etiã: qꝛ oẽꝫ diſcur
intellectus ſꝫm eos eſt ſufficiens cã mouendi voluntatem: ſum in an
ergo in illo inſtanti quo apprehendit immobilr̃ mouet vo gelo.
luntatem immobilr̃: ⁊ talis actus elicitus in gr̃a eſt actꝰ re
ctus ⁊ meritorius. nõ em̃ cũ gr̃a potuit eſſe actus peccati: ſi
ergo ille actus immobilr̃ fuit elicitus: ergo ſimplr̃ fuit im
peccabilis. ¶ Ibi. Preterea dr̃ia hoĩs ⁊ angeli nõ valet.
Hic doc. improbat aliud dictũ Tho. vbi. s̃. Dicit eĩ Tho. ꝙ
ideo intellectus angeli app̄hendit immobilr̃: qꝛ ſine diſcur
ſu: intellectus ṽo hoĩs mobilr̃: qꝛ cũ diſcurſu: vt. s̃. patuit.
Sed hec dr̃ia videt̃ nulla: qꝛ ita intellectus hoĩs imobilr̃
adheret cõcluſioni ad quã diſcurrit: ſicut ⁊ intellectus an-
geli ad quã nõ diſcurrit: ptꝫ/ qꝛ intellectus hoĩs: ita certi-
tudinalr̃ adheret cõcluſioni ad quã diſcurrit ⁊ immobilr̃:
qꝛ neceſſario ⁊ ꝑ modũ nature ſicut intellectꝰ angeli: ⁊ ſic
videt̃ ſequi: ꝙ ita volũtas hoĩs in eliciendo imobilr̃ ſe ha-
beat cũ ſequat̃ app̄henſionẽ imobilem: ſicut ⁊ volũtas ãge
li. ¶ Ibi. Qꝫ etiã negat̃ ab angelis oĩs diſcurſus nõ videt̃
ꝓbabile ſicut ꝓbat̃. s̃. in ꝓhemio p̄mi lib. q. illa. Utrũ theo
logia ſit ſcia. Dictũ eſt ei ibi ꝙ diſcurſus nõ req̃rit neceſ-
ſario ſucceſſionẽ ſiue ordinẽ tp̄is: ſed ſufficit ordo nature:
vide q̃ ibi expoſui. ¶ Ibi. Cõtra ſecũdã viã arguit̃ ſpãlr̃.
Hic doc. arguit cõtra opi. Hen. ⁊ p̄mo cõtra illud qđ dicit
ꝙ volũtas ꝑfecta cuiuſmodi eſt ſeparata vel exiſtens in cor
pore incorruptibili immobilr̃ ſe immergit in obiecto: ita vt
ab illa reſilire nõ poſſit ⁊c. Et doc. intendit ꝓbare oppoſi-
tum hic: qꝛ quãto volũtas eſt ꝑfectior tanto magis libere
agit etiã ponẽdo ꝙ agat omni conatu ⁊ arguit ſic: qꝛ ſicut
agens ꝑ modũ nature ſic de neceſſitate agit ꝙ nõ eſt in po
teſtate eiꝰ modus agẽdi: puta intenſe vel remiſſe cũ agat oĩ
conatu: ita agẽs liberũ ſic libere agit ꝙ nõ tm̃ in ꝑtãte eiꝰ

est actio libera:sed etiā modus agēdi: qꝛ pōt intense ⁊ remisse agere:ꝙ quātocūq̄ volūtas est ꝑfecta tanto eiꝰ actio est in ptāte eiꝰ:⁊ posito ꝙ velit aliqđ obiectum oī conatu: adhuc libere vult illud ⁊ nullo mō de necessitate. Et addit doc. ꝙ volūtas ex ꝑfecta ⁊ absoluta eiꝰ libertate posset nō sic ferri in illud obiectū: vt.s̄.patuit in.1.di.1.q.4. vide ibi multa bona. ¶ In ista lr̄a doc. occurrūt aliqua dubia. primo. Cōtra hoc qđ dicit ꝙ sicut actio est in ptāte volūtatis ita ⁊ modus agēdi. Hoc eī videt̄ cōtradicere sibiipsi: nā in 1.di.1.q.2. expresse dicit ꝙ lꝫ volūtas possit hr̄e actū absolute siue elicere siue nō elicere: nō tn̄ est in ptāte sua sic vel sic elicere circa qđcūq̄ obiectū. ¶ Scđo occurrit dubium in hoc ꝙ dicit ꝙ volūtas quanto est ꝑfectior magis sibiipi dn̄at̄ cū quātocūq̄ conatu tendat in obiectū. In hoc videt̄ sibi cōtradicere: qꝛ ipse ꝓbat in.1.di.10. ꝙ volūtas dina ex sua infinita ꝑfectiōe necessario vult essentiā diuinā. ¶ Rn̄deo ad p̄mū dubiū. Et dico ꝙ nō est ibi ꝯtradictio. Tū qꝛ hic accipit modū agendi pro intense vel remisse agere: ita ꝙ sicut est in ptāte volūtatis velle aliqđ: ita est in ptāte eiꝰ velle intense vel remisse: qđ nō cōuenit agenti naturali. in dist. aūt.1. primi nō negat qn̄ in ptāte volūtatis sit velle et modus volendi.s. intense vel remisse cōcurrēte semꝑ influētia gn̄ali p̄me cause: sed dicit ibi ꝙ non est in ptāte eiꝰ talis modus volendi: vt posset frui puta essentia clare visa non fruendo ꝑsonis vel frui vna ꝑsona clare visa non fruendo alia. Dico scđo ꝙ modus volendi est duplex: quidam est in ptāte volūtatis qui consequit̄ opationē eius. Alius nō est in ptāte eius: qꝛ talis modus ex se nō sequit̄ opationē talē nisi inquantū agens suꝑius sic vel sic refert actū illum. de prīo mō loquit̄ doc. nō aūt de secūdo. Et de hoc vide in.1.di.1.q.2.ar.vlt.⁊ vide q̄ ibi notaui. ¶ Ad scđm dico ꝙ voluntas dina respectu cuiuscūq̄ obiecti semꝑ libere agit et quanto ꝑfectior tanto magis libere agit: sed ꝙ velit essentiā diuinā necessario: lꝫ libere hoc est ex infinita ꝑfectione tam volūtatis diuine ꝙ̄ essentie: sꝫ respectu cuiuscūq̄ obiecti mere cōtingenter agit. Et de hoc vide doc. in.1.di.10.⁊ vide q̄ notaui in.1.di.1.q.2.ꝯtra opi. Ochā. ¶ Ibi. Preterea eodem p̄ncipio tēdit aliqđ vel mouet̄ in terminū ⁊ q̇escit in termino: ergo si volūtas ꝑfecte libera ex ꝑfecta libertate sua tendat in obiectū ex eadē libertate quiescet in obiecto: ergo ex tali plena libertate tendente in obiectū quali angeli mali peccauerunt nō necessario sequit̄ quietatio in illo: sed tm̄ volūtaria ⁊ cōtingens sicut cōtingenter tēdit in illud. Exemplū ponit̄ quō eodem p̄ncipio aliqđ mouet̄ in terminū ⁊ quiescit in termino: nā grauitas in lapide est ratio tendendi siue mouendi lapidē ad centrū: ⁊ etiā est rō quiescēdi in illo: qꝛ grauitas illa est cā motus ad centrū ⁊ quietis in illo: vt.s̄.patuit in isto.2.d.2.q.10.⁊ sicut grauitas est cā mouēdi ad centrū: ita est cā necessaria q̇escēdi in illo: sic volūtas ex quo est cā libere volendi obiectū: ita est cā libere quiescēdi in illo: ita ꝙ sicut libere vult obiectū sic libere quiescit ī illo. ¶ Sꝫ occurrit aliqualis difficultas: qꝛ videt̄ sequi ꝙ volūtas dānati libere ⁊ cōtingenter cōtinuet maliciā: ptꝫ/qꝛ ex quo in via libere vult maliciā: ita ⁊ in termino ꝑ te libere quiescit in illa: ⁊ si sic videt̄ sequi ꝙ possit resilire ab illa. ¶ Respōdeo ꝙ sicut ī via libere vult actū substractū in quo fundat̄ deformitas: ꝯcurrēte tn̄ influentia generali volūtatis diuine ita in termino sic libere quiesceret ꝙ posset resilire ab illa si influētia cause prime cōcurreret ad talē resilitionē: de hoc satis dixi in isto.2.d.5.⁊ clarius vide q̄ dicit doc. in.4.d.44.q.2. ¶ Ibi. Preterea sicut tactū fuit.s̄. cōtra ambas vias nō pōt dici ꝙ volūtas aīe separate ꝑ aliquē actū quē tunc eliciat reddat se obstinatā: qꝛ prius naturalr̄ ꝙ̄ ipsa separata aliquē actum eliciat est obstinata: qꝛ est in termino ptꝫ/qꝛ demerētes vsq̄ ad vltimū instans mortis de necessitate puniunt̄: ⁊ in illo vltimo instanti sunt in termino: vt.s̄.patuit.d.4. Tū etiā qꝛ in illo vltimo instanti in quo sunt in termino sicut non possunt elicere actū meritoriū: ita nec actum demeritoriū. Si ergo in illo vltimo instanti est obstinata hoc erit ꝑ aliquem actū quē eliciebat dū esset in via īpingendo se in sinderesim. Sed hoc est falsum. Tū qꝛ viator: ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō obstinatus. Tum qꝛ pōt aliqs ex minori conatu peccare alio pctō: ꝓpter qđ dānet̄ si nō sequat̄ pn̄ia ꝙ̄ quo alius peccat vel ipsemet alio peccato: qđ deletur ꝑ pn̄iam: ⁊ ꝑ ꝯn̄s ꝑ nullum actum quē eliciebat in via pōt se reddere obstinatam. ¶ Ibi. Preterea cōtra exēplū eius de ferro acuto impingendo in os ꝙ̄uis videt̄ exemplū illud ⁊ tota positio sil̄is poni Esiodi.3.meta.t.c.15. qꝛ immortales facti sunt qui gustauerūt nectar ⁊ māna: quos ibi deridet ph̄us: qꝛ despexerunt intellectum nostrū ⁊c. hec litera clara est.

Dubia cō tra dicta doc.

Primū.

Scđm.

Ad p̄mū.

Modus volēdi du plex.

Ad scđm.

Pulchra difficul.

Solutio difficul.

Demerentes vsq̄ ad vltimū instās mortꝫ de necessitate puniētur.

Ibi. ad solutionem istius.q. duo sunt videnda. Primo de gradibꝰ bonitatis ⁊ malicie. Scđo q̄ bonitas possit inesse volitioni angeli dānati: vel si aliqua malicia necessario insit. ¶ Ibi. De p̄mo dico ꝙ vltra bonitatē naturalē volitiōis q̄ cōpetit sibi inquantū est ens positiuū: q̄ etiā cōpetit cuicūq̄ enti positiuo s̄m gradū sue entitatis magis ⁊ minꝰ. preter illā est triplex bonitas moralis s̄m gradū se habēs: p̄ma dr̄ bonitas ex genere. scđa pōt dici bonitas ꝟtuosa siue ex circūstātia. tertia bonitas gratuita siue bonitas ex acceptatiōe diuina in ordine ad premiū. Pro clariori intelligentia prīo premitto vnū. Scđo exponā lr̄am doc. incipiendo ibi. prima cōpetit volitioni ⁊c. Quantū ad primū dico ꝙ doc. hic loquit̄ de bonitate actus q̄ cōpetit actui primo ⁊ ꝑ se ⁊ nō ex participatione tm̄: nā solus actus volūtatis elicitꝰ pōt dici prīo ⁊ ꝑ se bonꝰ moralr̄: actus ꝟo alterius potētie participatiue tm̄ pōt dici bonus moralr̄ pro quanto imꝑatur a volūtate cōformiter se habente dictamini recto: vt ptꝫ a doc. in.q.vlt. ꝓlo.⁊ di.17. primi.⁊ in isto secūdo di.42.⁊ ī tertio di.34.⁊ in quarto di.14.⁊ in quoli.q.17.18. Quantum ad secundū declarandū dicit doc. ꝙ pria bonitas moralis q̄ cōuenit actui elicito volūtatis q̄ est bonitas ex gn̄e: ex hoc dr̄ bonitas ex gn̄e: qꝛ transit suꝑ obiectū cōueniens s̄m rectū dictamen rōnis. Exemplū: volūtas pōt diligere bonū duplr̄. primo qꝛ diligit illud vt obiectū sibi ꝯueniēs ex natura rei: ⁊ ad qđ naturalr̄ inclinat̄ talis dilectio: vt sic nō pōt dici bona ex genere siue ex circūstantia generis: qꝛ sic visio que transit suꝑ obiectū visibile sibi cōueniens ex natura rei posset dici bonū moralr̄ ex circūstantia generis qđ tn̄ est falsum: cum nullus actus possit censeri bonus moraliter: loquendo etiā de circūstantiis ex genere nisi ꝯformiter eliciat̄ rōni recte dictanti de tali circūstantia ex gn̄e vt.s̄. ptꝫ in ꝓlo.q.vlt. secūdo volūtas pōt diligere bonū recta a rōne dictante.i. si intelligo aliqđ bonū qđ vere est diligibile. hec cognitio dictat voluntati vt diligat illud: tunc si voluntas ꝯformiter tali cognitioni siue rōni eliciat actū amandi talis actus erit bonus ex genere cū transeat super obiectū cōueniens s̄m dictamen rōnis: si ꝟo volūtas odiret illud obiectum: quod est vere diligibile s̄m dictamen rōnis. nūc talis actus odii diceret̄ malus ex genere ex hoc ꝙ̄ trāsit suꝑ obiectū discōueniens s̄m dictamen rōnis. si ꝟo actꝰ odii trāsiret suꝑ malū ⁊ hoc s̄m dictamen rōnis talis actus esset bonꝰ ex genere: qꝛ illud obiectū s̄m dictamen rōnis est vere odibile. Et hoc est qđ dicit doc. p̄ma cōuenit volitioni ex hoc ꝙ ipa transit suꝑ obiectum cōueniēs tali actui s̄m dictamen recte rōnis ⁊c. Et addit parum.ī.ꝙ hec bonitas p̄ma q̄ est ex genere solū ē q̄si materialis respectu omnis boni vlterioris in genere moris. nā actus volendi pōt ordinate habere plures rōnes bonitatis. ita ꝙ prima est quasi materialis respectu scđe.⁊ scđa respectu tertie. nā prima bonitas q̄ est bonitas entitatiua est ī potētia ad bonitatē ex genere: vt qn̄ actus volēdi habet illā circūstantiā q̄ est transire suꝑ obiectū cōueniens s̄m dictamē rōnis Scđo idē velle cū ista prima circunstantia est in potentia ⁊ quasi materia subiectiua respectu aliaꝝ circunstātiaꝝ inter quas prima erit circunstantia cause supple ꝙ ille actus volendi transeat super obiectū cōueniens mere libere.i. ꝙ volūtas velit illud obiectū libere. scđa est circūstātia finis ⁊ sic de aliis. de quibus.ī. patebit in isto secūdo. distin.40. ¶ Ibi secūda bonitas cōuenit volitioni ex hoc ꝙ ipa elicitur a voluntate cū oībus circūstantiis dictatis a recta rōne debere sibi cōpetere in eliciēdo ipam. bonum em̄ est ex causa integra s̄m Diony.4. de di.no. Et quō hoc intelligatur: vide q̄ ꝓlixe dicit doc. in p̄mo.d.17. de habitu morali.⁊ ea que ibi diffuse exposui. ¶ Ibi. Tertia bonitas conuenit actui ex hoc. ꝙ supposita duplici bonitate.s. ex genere ⁊ perfecte morali ipsa elicit̄ conformiter principio merēdi qđ est gr̄a ⁊ charitas siue s̄m inclinationē charitatis actus em̄ meritoriꝰ. loquēdo semꝑ de potētia dei ordinata ex hoc solo dr̄ meritoriꝰ. qꝛ elicit̄ a volūtate ⁊ charitate vl̄ vt causa partiali concurrente vel saltem inclināte voluntatē ad huiusmōi actū eliciendū. De quo actu meritorio. vide doc. in primo.d.17.⁊ multa q̄ ibi exposui. ¶ Ibi. Huic triplici bonitati opponit̄ triplex malicia. p̄ma quidē malicia ex genere qn̄.s. actus qui tm̄ hꝫ bonitatē nature ex quo deberet constitui in genere bonitatis hꝫ maliciā: qꝛ trāsit suꝑ obiectū discōueniens. puta si odire trāsit suꝑ deū. scđa est malicia ex aliqua circūstātia deordināte actū. lꝫ trāseat suꝑ obiectum cōueniens actui s̄m rectam rōnem. tertia est

Hic hēs multa bona de triplici bonitate actus volūtatis.

Bonitas ex genere

Bonitas virtuosa.

Bonitas gratuita.

De triplici malicia actus volūtatis.

malicia in demerito. ¶ Ibi. Quelibet istarũ maliciarum põt accipi contrarie vel priuatiue respectu sue bonitatis. Accipit eñ malicia priuatiue ex hoc ꝙ priuat tm̃ aliquam circũstãtiã. Exemplũ cum quis dat elemosinã pauperi nõ cõsiderando finem nec alias circũstãtias: tunc illa operatio est mala priuatiue.i.ꝙ nõ hꝫ actu oẽs circũstantias facientes illam operationem pfecte moralem. Malicia vero contrarie nõ tm̃ dicit priuationem alicuius circũstantie requisite ad actum pfecte moralem: sed etiã ponit circũstantiam repugnantem circũstantie requisite ad actum pfecte moralem: vt cum quis dat elemosinã pauperi ꝓpter libidinez seu ꝓpter inanem gloriam: talis eñ circũstantia repugnat circũstantie debiti finis. ¶ Ibi. Sꝫ malicia ex genere cõtrarie accepta ⁊ priuatiue cõuertunt: ⁊ ideo sicut inter priuationem ⁊ habitũ immediatũ nõ est mediũ: ita bonũ ex genere ⁊ malum ex genere sunt cõtraria immediata: ratio est qꝛ actus nõ põt esse quin transeat sup obiectuꝫ: ⁊ illud supple obiectum necessario est cõueniens vel discõueniens actui: ⁊ ita necessario actus bonus ex genere ex obiecto cõuenienti vel actus malus ex genere ex obiecto discõuenienti. vult dicere doc. ꝙ malicia ex genere priuatiue ⁊ contrarie ex hoc cõuertũtur: qꝛ nõ põt dari aliquis actus malus ex genere quin necessario transeat super obiectum discõueniens: ⁊ vt sic transit necessario priuat obiecto cõuenienti: ⁊ similiter nõ põt esse actus malus ex genere qui careat obiecto cõuenienti quin necessario transeat sup obiectum discõueniens. exemplũ. odire deum est actus malus ex genere qꝛ transit sup obiectum discõueniens: ⁊ vt sic transit priuatur obiecto cõuenienti: puta malo qđ est obiectũ cõueniens odij. Aduerte ꝙ cum dicit: ibi actus nõ potest esse quin transeat sup obiecto ⁊c. hoc nõ debet absolute intelligi: qꝛ tunc sibi cõtradiceret: vult eñ in quoli. q.14. ꝙ possit dari actus absolute sumptus sine relatione ad obiectũ. Sed debet sic intelligi ꝙ non põt dari actus volũtatis qn transeat sup obiectum loquendo tm̃ de potentia creature: vel ꝙ non possit dari actus malus ex genere vel bonus ex genere quin necessario transeat sup obiectũ cõueniens vel discõueniens actui. ¶ Ibi. Malicia priuatiue accepta secundo modo ⁊ contrarie non cõuertuntur: ptꝫ/ qꝛ aliquis actus potest carere circunstantia requisita ad pfectionem actus virtuosi: ⁊ tamen nõ elici cum circũstantia repugnãte q̃ redderet actũ illum vitiosum: puta si detur elemosina pauperi nõ ex circũstantia finis: qꝛ nõ cõsiderat: iste quidẽ actus nõ est bonus moral'r: qꝛ nõ est circũstantionatus circũstantia finis: nec tm̃ erit malus contrarie: qꝛ nõ ordinat ad finem indebitũ: sicut faceret qui daret elemosinã pauperi ꝓpter vanã gloriã: vt. s̃. exposui. ¶ Ibi. Malitia tertio modo cõtrarie ⁊ priuatiue accepta nõ cõuertunt: ptꝫ/ quia malitia hoc tertio modo contrarie accepta est actus demeritorius: vt cum quis dat elemosinã pauperi simpliciter ꝓpter libidinem uã hoc est demeritoriũ ⁊ est malitia q̃ contrarie opponit bonitati morali secundo modo accepte: et etiaꝫ bonitati tertio mõ accepte. s. bonitati meritorie. Malitia vero priuatiue accepta tertio mõ est illa q̃ nõ est meritoria nec demeritoria ⁊ est ibi sola priuatio vel gratie: que ẽ principiũ merendi vel inclinationis gratie ad talem actũ. Exemplũ. si Franciscus sit puris naturalibꝰ: ita ꝙ nec in gratia nec in peccato posset elicere aliquem actum pfecte circũstantionatũ omni circũstantia morali: ille actus nec esset meritorius vite eterne: ptꝫ/ qꝛ nõ esset gratia: nec demeritorius cuꝫ sit perfecte moralis: ergo erit actus neuter inter actum meritorium ⁊ demeritorium: qꝛ nec meritoriꝰ nec demeritorius. Similiter si aliquis esset in peccato mortali: hoc est obligatus ad penam eternam ⁊ daret elemosinam pauperi amore dei ⁊ cum alijs circũstantijs requisitis ad actum perfecte moralem ille actus nõ esset meritorius: cũ nõ sit a gratia: nec demeritorius cum nõ sit contra aliquod preceptũ: nec iuris diuini nec nature: ergo actꝰ neuter. Similiter si existens in gratia daret elemosinã pauperi cum omni circũstantia requisita ad actum moralem: esset tamen ibi priuatio inclinationis gratie. i. ꝙ si gratia nõ inclinaret ad hoc. ille actus nõ esset meritorius: cum actꝰ meritorius sit principaliter a gratia vel vt inclinante voluntatem ad hmõi actum vel vt a causa partiali concurrente principali: vt ptꝫ a doc. in primo. di. 17. nec etiã esset demeritorius: qꝛ actus demeritorius de potẽtia ordinata nõ potest stare cum gratia: ergo actus neuter: ⁊ sic põt dari aliquis actus pfecte circũstantionatus omni circũstantia morali: qui tñ nec esset meritoriꝰ nec demeritorius: sed simpl'r neuter. Et lꝫ aliqui nitant improbare doc. de actu neutro vt Greg. de Arimi. ⁊ quidam alij. Sed vide que notaui in primo di. 1. q. 3. cõtra Greg. de Arimi. ¶ Ibi. Forte tñ in statu isto nõ est aliquis actus neuter inter bonũ ⁊ malum sumptũ tertio modo nisi in vno casu quando. s. actus bonꝰ ex circũstantia ad quem non inclinat charitas: ⁊ rõ est: qꝛ modo quilibet vel est in gratia vel in peccato: si in gratia ⁊ habet actum bonum. scđo modo ergo gratia inclinat ad illum: ⁊ ita est meritorius ⁊c. Est eñ credendũ ꝙ quando volũtas informata charitate elicit aliquem actum cõformiter dictamini recto: ⁊ hoc naturali vel fidei ꝙ charitas in tali volũtate existens (q̃ est principalis ratio merendi) semp cõcurrat ad hmõi actũ: ⁊ sic oĩs actus pfecte moralis elicitus a volũtate charitate informata est meritoriꝰ vite eterne: ⁊ talis actus meritorius semp est ex deliberatione q̃ supponit in intellectu pfectũ dictamen cui cõformiter elicitur: nec credo vt aliqui predicatores minus q̃ docte qui asserũt ꝙ qñ aliq̃s est in charitate: ꝙ siue dormiat: siue comedat siue aliq̃d aliud faciat ꝙ semp mereat: actus eñ meritorius vt dicit doc. hic ⁊ in quoli. q. 18. presupponit actum pfecte moralẽ qui actus presupponit dictamen practicũ cui conformet: bene verũ est ꝙ qñ aliquis actus lꝫ nõ actu circũstantionatus oĩ circunstantia: vt puta cũ q̃s vadit ad officiũ ⁊ actu nõ dicit illđ ꝓpter deũ: ꝙ talis actꝰ erit meritorius si eliciat in virtute alteriꝰ actus pfecte circũstantionati: vt cum intrat ecclesiã ⁊ rõ dictat vt voluntas velit dicere officiũ amore dei simpl'r: ⁊ cũ oĩ alia circũstantia: tunc voluntas si determinat sic dicere vt rõ dictat talis determinatio est meritoria ⁊ officiũ actu celebratuꝫ: lꝫ tunc nõ sit in memoria finis ꝓpter quem celebret. de hoc vide in quarto. ¶ Ibi. Si aũt est in pctõ ⁊ hꝫ actum malum secũdo modo planũ est ꝙ ille actus est demeritorius: semper eñ malicia prior infert secundam nõ econtra.

Ibi. De secundo dico. Nunc doc. intendit declarare secundũ principale. s. que bonitas possit inesse volitiõi angeli damnati: vel si aliqua malicia necessario insit. Et prĩo dicit ꝙ nõ est dubiũ quin angelus malus possit habere ⁊ habeat multas volitiones transeuntes sup obiectũ cõueniens actui: puta amando se odiendo penã: ⁊ sic de alijs: ⁊ sic hꝫ multas volitiones bonas ex genere. ¶ Ibi. Sed de alijs duobꝰ modis bonitatis scꝫ virtuose ⁊ meritorie est difficultas. Et primo videndum est de bonitate meritoria ⁊ dicit duas conclusiones. Prima ꝙ nõ põt habere volitionez meritoriã in sensu cõpositionis: qꝛ ista nõ stant simul ꝙ sit malus ⁊ habeat volitionem meritoriã: qꝛ tunc simul esset in merito ⁊ demerito: vel simul esset in merito ⁊ in pena correspondente: que sunt absurda. Secunda cõclusio est de sensu diuisionis: an vcꝫ angelus malus possit habere volitionem meritoriã in sensu diuisionis: sicut dicimus: an albũ possit esse nigrũ: et dicit ꝙ in tali sensu diuisionis põt ibi negari: aut potẽtia logica aut realis. Et quid sit potẽtia logica vide in primo doc. dist. 2. parte. 2. q. 3. respondendo ad principalia argumenta: ⁊ clarius di. 7. In proposito cũ querit an angelus malus possit habere volitionem meritoriã sensus esset an angelo malo simpl'r repugnat posse habere volitionẽ meritoriã. Sequit in lr̃a. si est potentia realis: aut illa q̃ dicit rõnem principij aut illa q̃ est dñã entis q̃ dicit ordinem ad actum. De istis potentijs patebit. ĩ. dist. 16. ⁊ satis dictuꝫ est in primo dist. 7. ¶ Ibi. De potentia igitur reali videndũ est quomõ non habet potentiã ⁊c. Hic doc. dicit duo. Primo ꝙ loquendo de principio reali passiuo siue receptiuo angelus malus habet hmõi principiũ respectu actus meritorij: ptꝫ/ qꝛ semper manet eadem voluntas que ex se est receptiua non tm̃ actus meritorij: sed etiam premij correspondentis actui meritorio. Secundo dicit ꝙ loquendo de principio reali actiuo angelus malus habet principiuꝫ reale actiuũ actus meritorij: loquendo tm̃ de actiuo partiali. Actiuũ eñ totale actus meritorij est voluntas ⁊ gratia: vt. s̃. ptꝫ in primo dist. 17. modo angelus malus caret gratia. Et addit doc. ꝙ volũtas angeli mali que est partiale principiũ actus meritorij non habet in potestate sua aliud partiale principiũ. s. ipsam gratiã: nõ eñ voluntas creata potest ponere gratiam in esse cum tm̃ sit creabilis ab ipso deo. Addit etiam dicens ꝙ q̃uis gratia iam habita voluntas vtens sit principale agens respectu actus.

In ista litera occurrit aliqualis difficultas in hoc qđ dicit ꝙ gratia iam habita volũtas vtens supple ipsa gratia est principale actiuum actus meritorij: videtur eñ sibi contradicere: qꝛ in. 1. dis. 17. sic. d. accipiendo actũ ƀm rõnẽ meritorij potest dici ꝙ p̃ncipal'r illa accepta

Aduerte hunc passum.

Contra Grego. Arimi.

Appare ɔtradic doct.

tio cōuenit actui ab habitu ⁊ min⁹ pꝛicipaliter a volū
tate:magis.n.acceptatur actus vt dignus p̄mio: quia
est elicitus a charitate ꝙ̄ quia est a volūtate libere eli
citus.hec ille:vult.n.ibi doc.ꝙ gratia respectu act⁹me
ritorii sit principalis causa.hic vero oppositum dicit.

Declaratō ꝙ nō ē ꝯdi.

¶Respondeo.⁊ dico ꝙ nulla est hic ꝯtradictio si recte
doc.intelligatur.Nam vt loquit de pꝛicipio vere acti
uo actus meritorii voluntas est principale actiuum et
gratia min⁹ pꝛicipale:et effectū siue productū ab vtro=
ꝙ̄ est actus tātū quo ad substantiam et intentionē.nō
autem ſm illam rationem ſm quam dicitur meritori⁹:
ꝙ.n.actus sit meritorius siue acceptus formaliter siue
dignus vita eterna hoc non est effectiue neꝙ̄ a volun=
tate neꝙ̄ a charitate:sed solum a voluntate diuina sic
vel sic acceptante:vt patet a Doct.in primo disti.17.⁊
ideo doc.apte dicit ꝙ volūtas vtens ipsa gratia est p̄n
cipale agens:quia vtitur ipsa tantum quo ad substan=
tiā ⁊ intētionē act⁹:nō aūt quātum ad illam rationem

Obiectio.

ſm quam dr̄ meritorius.¶Si dicat:ꝙ etiam ipsa volū
tas est p̄ncipale agens non tm̄ respectu substantie ⁊ in
tentionis actus:sed etiam respectu acceptatiōis passi=
ue qua actus formaliter dicitur acceptus siue merito=
rius.Et ꝙ sic possit dici causa actiua:probatur.suppo=
nendo qđ dicit doc.in quarto.dist.1.q.4.vbi sic dt:pro
ducens dispositionem ad aliquē effectum licet in se nō
attingat illum effectum:tamē potest dici causa ipsius:
quia producit dispositionem ad quam sequitur talis ef
fectus:hoc idem potest patere in quarto.dist.14.⁊ ī se=
cundo.dist.18.et in tertio.dist.4.Cum ergo actus quo
ad substantiam et intensionem productus a voluntate
et gratia sit dispositio ad acceptationem passiuam(pa=
tet:quia deus ab eterno disposuit actū a volūtate et a
gratia ꝓductum acceptare vt dignū vita eterta: vt pa
tet a Doc.in primo.distin.17.)sequitur ꝙ cum volūtas
sit causa principalis respectu illi⁹ actus:quia est dispo=
sitio ⁊c.ꝙ etiā erit causa principalis respectu accepta
tionis passiue.Et si sic:falsum videtur quod dicit doc.
in primo distin.17.ꝙ talis acceptatio sit principali⁹ a

Solutio. dispositio ē duplex.

gratia ꝙ̄ a voluntate.¶Respondeo.Et dico ꝙ dispo
sitio est duplex quedam est ex natura rei qua posita effe
ctus ex natura rei et de necessitate sequitur:sicut calor
et siccitas in ligno erit dispositio ex natura rei:qua per
fecte posita necessario sequit forma substātialis ignis:
quia ignis agens in lignum introducto vltimo gradu
dispositionis de necessitate producit formam substan=
tialem ignis.Alia est dispositio que non est ex natura
rei:sed est ex sola voluntate sic vel sic acceptante.Pri=
mo modo verum est.ꝙ si aliquid est principalis causa
dispositionis ad quam sequitur effectus erit etiam p̄n=
cipalis causa illius effectus:sed secundo modo non est
verum:non.n.sequitur ꝙ si aliquid est causa principa=
lis alicuius actus:ꝙ etiam sit causa principalis effe=
ctus sequentis a voluntate alterius:quia et ꝙ talis ef
fectus ꝓducatur ⁊ ꝙ talis actus sit dispositio ad illum
effectū est simpliciter ex voluntate acceptantis. Dico

Nulla opatio nr̄a eēt intēsissima ex nā sua ē acceptabil' ad vitā eternam.

ergo:ꝙ nulla est operatio nostra etiam intēsissima q̄ ex
natura sua sit acceptabilis ad vitā eternā:nec etiā que
sit dispositio ad huiusmodi acceptationem passiuam:
sed hoc totum est a voluntate diuina:ꝙ enim operatio
elicita a voluntate acceptetur ad vitam eternam hoc
est a solo deo acceptante: et similiter ꝙ sit dispositio
ad huiusmodi aceptari est a solo deo:et tunc dico ꝙ ꝙ̄
uis operatio quantum ad substantiam et intensionem
ipsius sit principaliter a voluntate:tñ ꝙ ipsa sit dispo=
sitio ad acceptari ad vitam eternam est principaliter a
gratia :quia deus disposuit ab eterno ꝙ operatio que
procedit a voluntate principaliter quo ad substātiam
et intensionem ⁊ minus principaliter a gratia sit prin=
cipaliter ab ipsa gratia vt dispositio.¶Ibi.Tamen
gratia non habita ipsa non est sufficiens ad ponenduꝫ
gratiam in esse:et ita angelus non habet totale princi
pium actiuum ad agendum talem actū nec ē principa=
le partiale principium actiuum in cuius potestate sit ꝓ
ducere reliquum principium actiuū partiale in esse ⁊c.
Pro clariori intellectione est considerandum ꝙ aliqđ
est principium partiale alicuius effectus quod habet in
virtute sua posse producere aliud principium partiale:
et hoc vel totaliter vel partialiter:patet: quia intelle=
ctus agens est principium partiale intellectiōis: puta
lapidis:vt patet a Doc.in quolibe.q.15.et potest pone
re aliud p̄ncipiū ꝑtiale in esse ꝑtialr̄ tñ puta ꝑtialr̄ cān
do speciem intelligibilem lapidis(nam species intelli=
gibilis ꝓ statu isto causatur ab intellectu agēte ⁊ a fan
tasmate:licet principaliter ab intellectu agente:vt pa=
tet a Doc.in primo distin.3.q.8.)Que species intelli=
gibilis erit principium partiale intellectionis abstra=

An pctōr possit se disponere ad grāꝫ ex puris nālib⁹.

ctiue ipsius lapidis:vt patet a Doc.in primo. distin.3.
q.67 .et.8.et in. distin.17.et in secundo. distin.3.et in
quolibe.Et ꝙ aliquod agens partiale possit totaliter
ponere aliud principium partiale:patet:quia sustinen=
do ꝙ voluntas sit causa totalis volitionis sue potest ꝓ
ducere vnam volitionem ita intensam ad quam seque
tur habitus ꝑfectus cum habitus causetur ex frequen
tatis actibus vel saltem ex vno valde intenso: et si est
causa totalis talis actus ⁊ actus sit ꝓductiuus habit⁹
in virtute voluntatis:sequitur:ꝙ ip̄a voluntas sit cau=
sa totalis illius habitus:quia quicquid est causa cau=
se ⁊c.Et tamē ille habitus poterit postea esse causa par
tialis alterius actus producti a voluntate vt a causa
ꝑtiali et principali:vt patet a Doct.in primo.disti.17.
In ꝓposito autem voluntas creata nullo istorum mo=
dorum potest causare gratiam neꝙ̄ totaliter neꝙ̄ par=
tialiter.cum tantum immediate creetur a deo.¶Ibi.
Et amouere impedimentum vsus sui et sui comprinci=
pii ad eliciendum actum et effectum communē eorum.
Nam impedimentum ꝙ voluntas non eliciat actū me
ritorium est carentia ipsius gratie quā carentiam non
potest amouere a se:quia priuatio non ptest tolli ꝑ quā
cunꝙ̄ potentiam nisi per habitū cui opponitur. Si.n.
voluntas creata posset amouere carentiam gratie pos=
set causare gratiam quod est falsum: immo ip̄a volun=
tas non potest sup carentiam ipsius gratie prius habi=
te:vt clare patet a Doc.in quarto.distin.p̄ma.q.p̄ma.
Respondendo ad principalia argumēta.⁊ dist.16.q.se
cunda.¶Ibi.Sed hic est dubium:quia quod dictum
est de p̄ncipio actiuo et si verum sit comparādo ad effe
ctum principalem qui est meritorie agere ex gratia qua
meritorie velit:restat dubium de principio dispositiuo
siue actiuo ad dispositionem respectu p̄ncipalis agen=
tis :an.s.habens voluntatem tanꝙ̄ principale princi=
pium actiuum possit se disponere ad gratiam:⁊ si hoc
videtur ꝙ in potestate eius sit bene velle sicut in pote=
state peccatoris viatoris.non plus.n.pōt peccator via
tor malus nisi se disponere :et tunc dabitur sibi gratia
a deo qua bene postea agit.Utrum autem viator pos=
sit habere aliquem motum attritionis ex puris natura
libus existente influentia generali:vel requirit aliqua
opatio specialis.de hoc in quarto distin.14.q.secūda.
Licet hoc declarandum non sit presentis speculatiōis
nimia tamen discipulorum victus dilectione aliqua ea
quaꝫ potero breuitate dicam.Doct.n.14.distin.4.q.2.
arti.2.sic dicit. peccator in peccatis existens eo modo
quo dictum est in precedenti.q.ar.1.Peccatum mane=
re post actum potest ex naturalibus cum cōmuni influē
tia considerare peccatum commissum vt offensiuū dei
⁊c.vide ibi.vult.n.ꝙ homo peccator ex puris naturali
bus potest se disponere ad gratiam:quia potest cogno
scere illud vt offensiuum dei:quod videtur repugnare
dictis suis quia in ꝓlo.q.1.Probat ꝙ homo ex puris
naturalibus non potest cognoscere finem vltimum su=
um:et hic dicit ꝙ ex puris naturalib⁹ potest cognosce=
re peccatum vt est impeditiuum premii . Similiter est
contra illud quod dicit in ista.q.quarti:ꝙ in intellectu
peccatoris potest esse duplex regula.vna naturalis que
dictat peccatum esse detestandum vt est vicium quod=
dam.et alia supernaturalis que dictat peccatum esse de
testandum vt est offensiuum dei ⁊ impeditiuuꝫ premii.
multis etiam aliis dictis repugnat que breuitatis cau
sa omitto.¶Respōdeo.Et dico nullam esse repugnā=
tiam in dictis Doc.Nam doc.expresse vult ꝙ homo ex
puris naturalibus non possit cognoscere peccatū vt of
fensiuum dei:⁊ impeditiuum p̄mii :et inductiuum sup
plicii:vt patet in loco preallegato quarti de regula sup
naturali :hoc.n.est reuelatum in sacra scriptura:stante
ergo reuelatione scripture sacre:et ꝙ peccator cogno=
scat vel per scripturam ver per predicationem ꝙ pecca
tum est detestabile sub huiusmodi conditionibus : tūc
ex suis puris naturalibus potest considerare peccatuꝫ
cum illis conditionibus:ita ꝙ nō est necesse ꝙ talis cō
sideratio immediate sit a deo.licet prima reuelatio im

mediate fuerit a deo. Exemplū. q̄uis ex puris natura
libus non possem cognoscere deum esse trinum ⁊ vnū:
facta tamē reuelatione mihi a deo vel mihi immediate
vel alicui: cui firmiter credo possum postea bis: ter: qua
ter considerare deum esse trinum ⁊ vnū: ita ꝙ talis cō-
sideratio erit ex puris naturalib⁹ meis generali influē
tia cōcurrēte: sic dico de pctō: ⁊ sicut homo ex puris na
turalibus non potest se disponere: quia ex puris natu-
ralibus non potest cognoscere peccatū sub illis condi-
tiōibus: pōt tñ se disponere ex puris naturalibus: sic i-
telligēdo: ꝙ postq̄ credidit peccatū esse detestandum
sub illis conditionibus pōt ex puris naturalib⁹ non tā
tū considerare illud: sed etiam detestari: ⁊ hoc est qđ in
tēdit doc. ibi. Dico etiā ꝙ ex puris naturalibus non tā
tum pōt cōsiderare pctm̄ vt dixi: sed etiam ex puris na
turalibus pōt habere primā credulitatem credēdo scri
pture sacre vel alicui Doc. vt satis patet a Doc. in ter-
tio distin. 23. de fide acquisita: si tñ illud pctm̄ cū illis
circūstātiis non fuisset alicui reuelatū; nunq̄ firmit᷑ pos
set cognoscere illud sub illis circūstantiis. Sed de ista
materia ꝓlixe dicturus sum in. 4. dist. 14. q. 2. ¶ Ibi.
Sed supposito ꝙ sic negaret aliquis istam potentiā di
spositiuā ab angelo dānato ⁊ diceret eā cōuenire posse
pctōri viatori. Sꝫ huic videt᷑ obuiare auctoritas Au-
gust. supra allegata de fide ad Petrū. cap̄. 5. Que ma-
gis concedit potestatē angelo lapso redeūdi ad bonū
ex puris naturalib⁹ qui hoī lapso: ergo si hō viator po
test ex naturalibus suis habere istam potentiā disposi-
tiuā multo magis angelus. Quātū ad hoc posset pari-
formiter concedi de angelo lapso et hoīe lapso: q2 si ho
mo pctōr dum est in via pōt se disponere ex puris natu
ralibus ad gratiam multo magis angelus pōt se dispo
nere dum est in via. Et si vterq̄ esset ī termino: si hō ex
puris naturalibus posset se disponere multo magis an
gelus. Sed quare: nec homo: nec angelus vt sunt in ter
mino possunt se disponere hoc non est quia simpl᷑r repu
gnat eis. Sed q2 volūtas diuina determinauit nunq̄
cōcurrere ad actum attritiōis sufficienter disponētem
ad gratiam respectu eoꝝ qui sunt dānati: vt hic pate-
bit: ⁊ ī quarto aliqual᷑r di. 44. q. secūda. ⁊. 49. ¶ Ibi.
Secūdū hoc ergo. quantum. ad omnia membra de po-
tentia vt est principiū: nō videt᷑ negandum ab angelis
posse meritorie velle: nisi q2 non habet principiū merē-
di totale nec principale partiale respectu volitionis bo
ne: nec respectu gratie specialis q̄ requirit᷑ ad bonā vo-
litionē: nec tñ eodē modo pōtest ipse bñ velle quo via
tor pctōr sicut postea dicet᷑. Si aūt intelligat᷑ de potē-

De potētia vt est differētia entis.

tia que est differentia entis ⁊c. Pro intellectiōe huius
littere est notandū: ꝙ hec potentia que est differētia en
tis accipit᷑ ꝓ possibili: sicut dicimus ꝙ ens diuidit᷑ per
ens in actu et per ens possibile: siue in potentia: et tale
ens possibile potest comparari ad causam que pōt ꝓ-
ducere illud in actu: ⁊ dr possibile potētia ꝓpinqua qñ
comparat᷑ ad cām totalē dispositā: et dr possibile poten
tia remota qñ compatur ad causam partialē q̄ non pōt
producere illud nisi sit vnita alteri partiali exemplum:
intellectio lapidis anq̄ ꝓducatur in esse dr possibilis
potentia propinqua si comparat᷑ ad intellectū habētē
speciē intelligibilē lapidis: ex quibus integrat᷑ vna cā
totalis: dr vero possibilis potētia remota vt compara
tur ad intellectū non habentē spēm intelligibilē lapi-
dis qui intellectus est altera cā ꝑtialis. Sic dico in ꝓ-
posito de actu meritorio: qui actus meritorius dr pos-
sibilis potentia propinqua vt compat᷑ ad voluntatem
gr̄a informatam que integrāt vnam cām totalem respe
ctu actus meritorii: ⁊ dr possibilis potentia remota vt
comparatur ad voluntatem carentē gr̄a. Silr̄ aliquid
potest dici possibile vt comparatur ad potētiam passi-
uā receptiuā: ⁊ dr possibile potentia ꝓpinqua qñ rece-
ptiuū est dispositū ad recipiēdū illud: possibile ꝟo po
tentia remota dicitur qñ receptiuum est indispositū.
et sic actus meritorius dicitur possibilis potētia ꝓpin
qua vt comparatur ad receptiuū dispositum quale est
volūtas informata charitate: non ꝙ charitas sit ratio
formalis recipiendi talem actum sicut quantitas ē ra-
tio formalis recipiēdi colorem: sed quia deus determi-
nauit nunq̄ actum meritorium in esse alicui volunta-
ti nisi vt informate charitate: sed dr possibilis potētia
remota qñ comparat᷑ ad receptiuum īdispositū: cuius-
modi est volūtas sine charitate: et sic patet ista littera
doc. ¶ Ibi. Si intelligatur de potentia logica: que di
cit modum ꝯpositionis formate ab intellectu. hoc mo-
do impossibilitas potest esse in cōpositiōe vel ex repu-
gnantia intrinseca extremorū inter se: sicut hic. hō est
irrationalis: vel pōt esse repugnantia ex aliquo extrin-
seco: sicut si oculus esset in tenebris ⁊ īpossibile esset il-
lud opacum cāns tenebrā amoueri: impossibile esset ta
lē oculū videre non ex repugnantia intrinseca termio-
rum que est oculi ad videre: sed ex repugnātia alicuius
extrinseci ad alteꝝ extremoꝝ. s. illius opaci ad videre.
¶ Ibi. Ad ꝓpositū ergo applicādo dico ꝙ non ē īpos-
sibilitas ex repugnātia intrinseca terminoꝝ: immo in
subiecto non est repugnātia intrinseca ad p̄dicatum: si
qua ergo sit īpossibilitas erit ex repugnātia alicui⁹ ex-
trinseci ad vnionem istorum extremoꝝ illud extrinsecū
non pōt esse nisi cā cuius actio requirit᷑ ad hoc vt extre
ma vniantur: talis cā respectu vnionis gr̄e ad aliquod
subiectū non est nata esse alia nisi solus de⁹: tm̄ igitur
erit impossibile angelum bñ velle: vel gratiam habere
q2 impossibile est deum sibi gratiam dare: ⁊ hoc poten-
tia ordinata. Et quod dicit hic de potētia dei ordiata
et absoluta: vide q̄ diffuse exposui in. 1. di. 44. et tota
ista lr̄a vsq̄ ibi. (Aliud dubium ē. si illa obstinatio ⁊c.
erit clara. ¶ Ibi. Aliud dubiū ē. Hic doc. mouet aliā
difficultatē: vz: an obstinatio volūtatis male sit a deo
vel ab ipsa volūtate mala: hec littera est satis clara vs
q̄ ibi: tamē q2 actus dum manet habet quasi continue
cām: q2 ei⁹ esse est quasi in cōtinuo causari: sicut deus
non posset esse cā mali inquantum malum in prima ele-
ctione sui: ita nec in esse suo cōtinuato ꝙ est cōtinue elī
ci ⁊c. Doc. in ista littera cū dicit: ꝙ sicut actus malus
non potest esse a deo: ita nec continuatio illius. hoc sic
debet intelligi. ꝙ lꝫ deus sit prima cā: puta amoris quo
malus angelus amat se cum talis amor sit ens absolu-
tū: ⁊ etiā sit cā quātum ad substantiam ⁊ intētionē illi⁹
amoris quātūcūq̄ intēdat᷑: ⁊ sit cā ꝯtinuatiōis ꝯtinue
causando volūtati angeli mali: non tamē est cā nec effe
ctiua nec defectiua deformitatis fundate in tali amo-
re: puta ꝙ dilectio sic intēsa ordinet᷑ ad angelū simpl᷑r
propter seipsum: nam tunc est ibi carentia debiti finis:
quantum ergo ad hoc non est cā nec effectiua nec defe-
ctiua: nec quo ad esse: nec quo ad cōtinuationē. vt ifra
patebit a Doc. distin. 37. ⁊. 44. vel vltima. Et quod di

Declaratō littere.

cit doc. hic ꝙ deus est cā effectiua pene ignis: de ista pe
na hꝫ diffuse videri ī. 4. di. 44. q. 2. ⁊. d. 46. Qđ etiam
dicit doc. ꝙ deus potest dici cā obstinationis deserēdo
non dādo. s. sibi gr̄am: hoc est: q2 deus ordinauit nun-
quam dimittere peccatum nisi dando gratiā: ⁊ hoc lo-
quendo de peccato. s. de obligatione illa ad penā et'nā:
que post peccatum remanet in aīa: vt patebit in quar-

Quid ꝓprie sit obstinatio.

to di. 14. q. 1. Sꝫ hec obligatio nō vocat᷑ ꝓprie obstina
tio: nā ꝓprie obstiatio respicit cōtinuationē act⁹ mali:
⁊ ꝙ possit resilire a tali cōtinuatiōe nō pōt eē nisi ex spe
ciali gratia dei: q2 voluntas diuina determinauit: non
concurrere ad actum bonū respectu existētis in termi-
no dānationis: et sic deserit. Sed de ista obstinatione:
vide clarius in quarto. distin. 44. q. secunda. ⁊ distin.
46. q. quarta. arti: secundo. ¶ Ibi. Cum ergo arguit᷑
ꝙ si ista. s. obstinatio est a voluntate sola: ergo volūtas
sola potest ī oppositum resilire. s. ab illo obiecto ī quod
inordinate se inclinauit. Respondeo: ꝙ ad resiliendum
meritorie requirit᷑ aliud principium a voluntate: puta
gr̄a quam angelus malus nō pōt ex se habere: ⁊ de⁹ se-
cūdū ꝙ deseruit ipsum disposuit sibi eā non dare. Hic
Doc. adhuc negat ꝙ malus angelus ex se possit resilire
a pctō obstinatiōis: ⁊ hoc meritorie: posito ꝙ talis ob
stinatio sit a volūtate mali angeli. Est aduertendū: ꝙ
quādo quis resilit a pctō cōiter meritorie resilit actus
enim quo quis de congruo meretur liberari a peccato
est actus meritorius vt patebit in quarto disti. 22. Est
etiam aduertendum: ꝙ ex determinatione diuine volū
tatis: dānatus et per consequens obstinatus ī peccato
nec meritorie nec non meritorie pōt resilire a peccato:
vt patet in quarto. disti. 46. q. vltima. articu. scđo. Vl-
tra est notandum ꝙ obstinatio in pctō ī dānatis est ꝑn
cipaliter a voluntate diuina sic deserēte voluntatē ī ta
li peccato vt habet videri in quarto. vbi supra.

Secūd⁹ articulus.

Ibi. restat nunc vidēdū de bonitate morali
⁊ malitia sibi opposita. hic
doc. p̄mo recitat opi. Bonauēture libro. 2. di. 7. ar. 1.

q.secunda.⁊ tertia.qui dicit ꝙ angelus malus non potest habere volitionē moralē bonam:quia omnē deformat ex aliqua circunstantia inordinata referēdo illud inordinate ad amorē sui:similiter habitus in eis est ꝑfecte malus in eo:ideo perfectissime inclinat in maluꝫ. nūꝗ̄ ergo bene volūt ꝓpter primū:sed semper male volunt propter secūdū:vcꝫ propter vehementē inclinationem in malum. ¶ Contra primum. Habēt naturalia ītegra ſm Diony.de diui.nomi.ergo est ī eis naturalis inclinatio ad bonū:ergo ſm illā inclinationem pn̄t aliqui conformiter velle:qꝛ potentia vt in natura sua mere consideratur potest aliquē actū elicere consonum īclinationi naturali:ꝗ pn̄t habere actū nō malū:qꝛ non est ꝯtrarium nature eoꝝ. ¶ In ista littera Doct.occurrit aliqualis difficultas:spāliter circa hoc:qꝺ dicit:qꝛ inclinatio naturalis est ad bonū:ideo volūtas eliciens actum conformiter tali īclinationi habet volitionē illā non malā:nā in hoc videꝭ sibi contradicere:qꝛ in.4.distin.49.dicit ꝙ inclinatio naturalis est ad ꝑfectioneꝫ ad quam ordinatur summe intensa:⁊ per ꝯn̄s si natura aliqua summe inclinaꝭ ad bonū sibi cōmodum voluntas eliciens conformiter tali inclinationi videꝭ mala et similiter volitio elicita. Preterea dist.50.quarti dicit doc.ꝙ appetitus naturalis est ad summam btitudinē:et tn̄ volitio elicita conformiter erit mala.vt patet a doc.ibi. Preterea in hoc secundo.di.23.probat doc. ꝙ ideo deus non pōt facere voluntatem creatam īpeccabilem ex natura:qꝛ appetitus naturalis potest eē ad summum cōmodum ordinando illud ad se:et volūtas potest ꝯformiter agere illi appetitui ⁊ sic peccare. Preterea in isto secundo.dist.6.q.secūda. dicit ꝙ volūtas vt conformiter agit regule naturali hoc est inclinatiōi naturali non recte agit:⁊ tamē hic dicit ꝙ actus elicitus conformiter inclinationi naturali non erit malus.

Difficultas mirabilis.

¶ Respondeo ꝙ si doc.recte intelligatur nulla apparebit contradictio. Nam doc.in hoc loco intendit ꝓbare ꝙ voluntas eliciēs actū conformiter inclinationi naturali non peccat:sic tamē intelligēdo ꝙ inclinatio naturalis potest esse ad bonum ⁊ voluntas absolute amans bonū non peccat:stando ergo in tali amore absolute:ille actꝰ non est malus contrarie:cū vero volūtas refert bonū illud ad qꝺ non dꝫ referre:puta amando illud tm̄ in ordine ad se:tunc peccat:vel si sit bonū infinitū amādo illud non ꝓpter se.amando ergo bonū absolute nō peccat:immo ille actus est bonus ex gn̄e:vt supra ptꝫ ī pn̄ti questio.⁊ sic intendit Doc.hic ꝙ si volūtas volēs bonū absolute ad quod naturalis appetitus valde īclinatur:actus conformiter elicitus nō erit malus. Si dicatur naturalis appetitus inclinatur ad bonū tāquam ad summe bonū sibi:ergo actus voluntatis conformiꝭ elicitus tali appetitui erit malus. Dico ꝙ si voluntas vellet illud bonū eo modo quo appetitꝰ appetit: tunc peccaret.quia tunc referret illud positiue:ad qꝺ referre non dꝫ:sed volēdo bonū absolute sistendo ibi: illa volitio non erit mala. Et ꝙ doc.sic intelligat .s. de actu nō malo contrarie:patet in simili per tertiam rōnem ꝯtra Bonauen.in qua sic dicit. Si nolunt inquit penam inquantum est lesiua nature sistendo tantum in hoc absꝗ̄ alia circūstantia non videtur actus malus moraliꭲ: qꝛ sicut potest amare naturam suam non male moraliꭲ:ita potest odire contrarium sibi:hoc idem patet per secundam rationem in qua dicit.habent inquit vermē q̄ est remorsus de peccato eorum:remorsus iste est aliqua displicentia:hec displicentia non est actus malus moraliter:qꝛ lꝫ posset deformari per circūstātiā inordinataꝫ tn̄ sistendo in hoc qꝺ est nolle se peccasse non videtur esse formaliter malitia moralis:immo talis displicētia est saltem bona ex gn̄e cū transeat super obiectū conueniens actui secūdū dictamen rōnis. Uult ergo Doc.ꝙ actus elicitus a volūtate conformiter appetitui naturali ꝙ non sit malus moraliter:imo vt sic semꝑ erit bonus ex gn̄e.lꝫ postea possit deformari circūstātiis oppositis circūstātiis requisitis ad actū ꝑfecte moralem. Et vult doc.hic ꝙ voluntas mali angeli possit absolute elicere actum circa bonum: ad quod inclinaꭲ eiꝰ naturalis appetitꝰ volēdo illud absolute: ⁊ sic pꝫ quō ī dictis doc.nulla sit cōtradictio. ¶ Ibi. Cōtra scꝺꝫ. Hic doc.improbat aliud dictū Bonauētu.vcꝫ ꝙ angeli mali semꝑ male volunt propꭲ habitum malū in termino. Et primo improbat hanc conclusionē:ꝙ semꝑ male velint:⁊ rō clara est ⁊ stat in hoc:angelus malus pōt non velle aliquid:quia potest suspendere actum volendi:ergo non semper male vult:cōsequētia patet:an̄s ꝓbaꭲ ꝑ Augu.primo retrac.ca.secundo. Nichil est tam in potestate voluntatis ꝗ̄ ipsa voluntas.i.ꝗ̄ actus eius:qꝛ in potestate voluntatis est velle et non velle:vt patet intuenti. Et addit ꝙ si voluntas pōt suspendere potētiā inferiorē ab omni actu suo multofortius pōt suspendere se ab actu suo. Et hec rō fuit declarata supra in p̄mo dist.prima.q.4. ¶ Ibi. Preterea:quod etiam adducitur de habitu. Hic doc.ꝓbat duplici rōne ꝙ habitꝰ malus in angelis malis non facit eos de necessitate semꝑ male agere:⁊ iste rōnes sunt satis clare:aliqualiꭲ tn̄ ꝓ iunioribus expono litteram:cum dicit primo ꝙ omnis habitus inclinat ad aliquē actū in eadeꝫ specie:hoc debet intelligi de habitu acquisito ex frequētatis actibꝰ: vel ex vno valde intēso:habitus em̄ acquisitus semper inclinat ad similes actus:ex quibus gn̄atur. Aduerte etiam ꝙ vnus habitus non potest generari ex actibus specie distinctis:quia actus specie distīcti nati sunt tā tum gn̄are habitus specie distīctos. Nota etiā ꝙ doc. intendit hic de inclinatione positiue q̄ inclinat ad aliquid ꝓsequenduꝫ:non autem de inclinatione que īclinat ad oppositum fugiēdum:semꝑ enim habitus qui īclinat ad aliquid prosequendū.inclinat etiam ad oppositum fugiendū:vt patet a doc.in quarto.distin.14.q. secunda. Sequitur:ille ergo habitus qui ponitur causa peccandi:aut inclinat tantum ad actum superbiendi:aut tantum ad actum audiendi.patet:quia non potest inclinare ad actus specie distinctos cuiusmodi sunt actus odiendi ⁊ actus superbiendi.videꭲ ergo ꝓbabile ꝙ angelus malus possit aliquando illū actū nō habere:puta actum odiendi:patet.quia potest habere alium actum distincte:⁊ ex toto conatu:puta actū suꝑbiendi.⁊ nō pōt simul habere duos actus perfectos vt supra exposui in p̄mo.distin.2.parte prima. Sequitur: ergo nullus vnus actus est:qui necessario sit ꝑpetuꝰ ex vehemēti inclinatione ad ipsum:⁊ ꝑ cōsequēs nec in cōmuni necessario inest actus malus ex habitu. Hec consequētia ptꝫ:quia si ponantur duo tantum habitꝰ in angelo malo:quorum vnus summe inclinat ad actū superbiendi ⁊ alius ad actum odiēdi:si angelꝰ malꝰ habeat actum superbiēdi ꝑfectum:tunc non habebit actū odiēdi:⁊ ꝑ ꝯn̄s non vult semꝑ male ex habitu qui inclinat ad actum odiēdi. Et similiter si habet actum odiēdi ꝑfectum:tunc non habet actum suꝑbiendi:nec ꝑ consequens semꝑ vult male ex habitu suꝑbiendi:ergo nec ex habitu simpl'r semper vult male:quia da oppositū:si necessario vult male ex habitu in communi:ergo necessario vult male ex habitu in speciali:patet consequentia quia qꝺ necessario determinat sibi aliqꝺ genus necessario determinat sibi aliquam speciem:⁊ vltimo aliqꝺ indiuiduum. Hec ꝓpositio patet a doc.infra dist.12. Ergo si angelus malus necessario:vult male ex habitu in cōi:ergo necessario vult male ex isto habitu:cuiꝰ oppositū supra patuit. ¶ Ibi. Preterea secūdo habitus nō est ratio agendi potentie modo opposito ꝓprio modo ipsius potentie:ptꝫ ista propositio:quia modꝰ agēdi naturalis potētie non potest variari per quēcūꝗ̄ habitū: nullus enim habitus in intellectu posset facere intellectū agere non modo naturali:modus enim agēdi intellectus est naturalis. Similiter modus agendi voluntatis est libere agere:ergo nullus habitus in volūtate quātūcunꝗ̄ intensus posset facere volūtatem velle aliquid necessario. Sequitur:qꝛ cā scꝺa non determinat modum agendi cāe prime:sed ecōtra:hec ꝓpositio ptꝫ. Sequitur:ergo si voluntas non habituata possit non necessario velle hoc:et hoc est libertatis in ea ergo voluntas habituata non necessario volet hoc.

Actꝰ elicitꝰ a volūtate ꝯformiꭲ appetitui nāli nō est moraliꭲ malus.

Ibi. Quantum ergo ad istuꝫ articulū. Hic doc.respondet secūdū intentionem propriam ad illum articulum:in quo querebatur de bonitate morali et malicia opposita ī angelo malo:et dicit aliquas conclusiones. Prima est ista:ꝙ angelꝰ malus non necessario habet aliquem actum malū loquēdo de actu determinato:puta de actu superbiēdi determinate:vel de actu odiendi determinate:⁊ ꝓbat: quia si tantum habeat actum determinatum ille inclinat ad certū actū vnū ī specie: ⁊ patet:ꝙ potest habere aliquem alium actum:puta actum odiendi: ⁊ pro tunc

Pria ꝯclo Doc.

non habere actum superbiendi: et per consequens pōt
nō habere quēcunq; aliū actum: ad quem habitus sup
biendi non inclinat, puta non habere actū amoris ami
citie circa se immoderatum: vel amoris cōcupiscentie
inordinatum: ⁊ sic patet quomodo non necessario vult
aliquem actum malum determinatum: ponendo tantū
vnū habitū malum in angelo malo. ¶ Secūda conclu
Secunda. sio ē: ꝙ etiam ponendo plures habitus malos inclinā
tes ad diuersos actus malos in specie: adhuc non seq-
tur ꝙ angelus malus necessario velit actum malum de
terminate: patet: quia certum est: ꝙ illi plures habitus
non vehementissime inclināt: patet: quia tunc angelus
mal⁹ vel nullum actum malum haberet: vel simul habe
ret tot actus malos specie distinctos: quot essent habi
tus in eo specie distincti: patet: quia si eque inclināt nō
est maior ratio de vno ꝙ̄ de alio. Sequitur ergo: ꝙ ali
quis habitus in eo non vehementissime inclinat: si sic
ergo angel⁹ malus poterit non habere actum illi⁹ ha-
bitus non vehementissime inclinantis: ergo potest non
habere actum cuiuscunq; alterius habitus. ¶ Tertia
Tertia. conclusio. est de actu indeterminato siue vago: et ē ta-
lis. Angelus malus non necessario habet actum malū
moraliter quam conclusionem probat: qꝛ aliquādo po-
test habere volitionem non malam malicia contraria
bonitati morali: licet non habeat bonam bonitate mo
rali completa que est ex omnibus circūstātiis: videtur
enim probabile ꝙ actum bonum ex genere possit habe
re hoc est sistendo ibi non deformando per circūstātias
Quarta. contrarias circūstātiis bone volitionis. ¶ Quarta cō
clusio: nulla apparet impossibilitas: quin angelus ma-
lus possit habere complete bonū moraliter: hanc con-
clusionē aliter non probat posset tamen probari ex su-
pra habitis: quia ī angelo malo sunt naturalia lucidis-
sima: et per consequens in intellectu eius potest esse ve
rissimum ⁊ certissimum dictamen: et non repugnat vo-
luntati eius posse elicere aliquem actū conformem tali
dictamini. Et addit Doct. mirum inquit videt̄ negare
potentiam naturalem in natura illa excellente: vbi non
apparet aliquid: propter quod sit neganda. ¶ Quinta
Quinta. conclusio: probabile est inqt ꝙ angeli mali secundū hāc
potētiam secūdū quam possunt velle bonum moraliter
non exeant in actum ꝓpter vehemētem maliciam: tm̄
quam magis probabile est ꝙ agūt ꝙ̄ secūdum partem
naturalem secundum quam possent in actus aliquomo
do oppositos.

Ad argumēta pricipalia . Primo ar guit Doct.
probando ꝙ mali angeli non velint necessario male: et
arguit auctoritate Jacobi. Scđo Demones credunt
et contremiscūt. ¶ Rn̄detur pmo a Bonauentura vbi
supra: ꝙ ille actus credendi in eis est mal⁹: quia odiūt
illud creditum. ¶ Contra hanc respōsionē arguit doc.
di. ꝙ actus intellectus vt precedit actum voluntatis
non deformat̄ ab actu voluntatis sequente: patet: qꝛ
talis actus vt precedit non subest imperio volūtatis:
nam nullus actus intellectus potest dici malus forma
liter nisi pro quanto imperatur a voluntate inordina-
te se habente vt infra patebit in isto secūdo distinctiōe
quadragesimasecūda. Angelus vero malus in illo prio
ri potest aliquod verum concipere tam speculabile ꝙ̄
agibile. Dat ergo Doct. aliam responsionem concedē-
do ꝙ habent aliquem actum bonum bonitate morali
diminute tamen: quia nō malum malitia contrarie: vt
supra patuit. ¶ Secundo arguit Doc. ibi. Preterea ī
eis manet imago: ⁊ ex hoc arguit sic: isti actus qui sunt
capere deum et participare ipsum vident̄ actus boni:
sed anima ideo imago dei est quo capax et ꝑticeps ei⁹
esse potest per Augu. 14. de trinita. cap. octauo. ¶ Re
spondet Doctor: ꝙ angelum esse capacem ⁊c. sonat ī po
tentiam remotam loquendo de potentia ad actum eo
modo quo supra exposui: vel loquendo de potētia: que
est principium sonat in principium passiuum vel acti-
uum partiale diminutum vt supra exposui. Sed hec re
sponsio: licet euadat argumentum quātum ad actū bo-
num meritorium: quia in angelis malis non est aliud
principium partiale actus meritorii. s. gratia: vt supra
patet: nō tamen euadit de actu bono morali: quia ima
Imago du go secundum doc. in primo. dist. tertia. questio. vltima
plicit̄ acci- non tantum sonat potētiā siue principium: sed etiā in-
pitur. cludit actum: et tunc in malis angelis erit imago trini
tatis cum actu intelligunt deum et actu diligunt. Rn̄-
deo. ꝙ imago secūdum Aug. aliquando accipitur ꝓ ip
sa anima includente tantum intellectum ⁊ volūtatem
que sunt principia actuum secūdorū: ⁊ talis imago est
in demonibus: aliquando accipitur imago vt includit
tam actus primos ꝙ̄ secundos vt exposui in primo di.
tertia. q. vltima: et talis imago imperfecte potest esse ī
demonibus. quia possunt cognoscere deum et diminu-
te amare: puta amando vt bonum commodum sibi: nō
possunt ergo exire in actum perfecte moralem. ¶ Ter-
tio arguit doc. auctoritate Diony. de diui. nomi. in de
monibus manēt naturalia ītegra: ergo ⁊ liberum arbi
trium ītegrum: sed posse peccare nec est libertas: nec ps
libertatis secūdum Ansel. de libero arbitrio. c. decimo
liberum. n. arbitrium est potestas seruādi rectitudinē
propter se: ergo habent libertatem liberi arbitrii. quā-
tum ad illud qđ est per se: quod est benevelle. ¶ Respō
det doc. ad hoc argumētum ⁊ ratio stat in hoc: ꝙ aliud
est loqui de potentia peccandi que nominat pricipium
productiuum ⁊ aliud est loqui de posse peccare: qđ di-
cit ordinem ad peccatum. Primo modo nominat itel-
lectum ⁊ volūtatem que sunt partes liberi arbitrii ⁊ ta
le liberum arbitrium est principium effectiuum respe-
ctu actus substrati ⁊ defectiuū respectu deformitatis:
vt ifra patebit. di. 37. secūdo mō nō est liberū arbitriū
nec pars liberi arbitrii: quia talis ordo ad actū dt tātū
respectum siue relationem: que nullo mō pertinet ad li
berum arbitrium: ⁊ sic concedo ꝙ mali angeli hn̄t libe
rum arbitriū: et tn̄ pn̄t peccare deficiendo a rectitudi-
ne danda actui. ¶ Hāc litteram declaro: cuꝫ. di. aliud
est loqui de posse peccare: aliud de potentia ad peccan Ordo ad
dum: primum dicit ordinem ad actum difformem: ⁊ ta pctm̄ multi
lis ordo potest multiplr̄ considerari: quia vel termina- plr̄ capitur
tur ad actum substratū deformitati et fundatur ī libe-
ro arbitrio: et tunc talis ordo dicit relationem realē:
aut terminat̄ ad ipsam deformitatem ⁊ fundat̄ ī libero
arbitrio: ⁊ tūc tm̄ dicit relationem rationis: patet: qꝛ
omnis relatio q̄ terminatur ad non ens: est relatio rō-
nis: vt infra patebit. dist. 44. Sed deformitas est tan
tum priuatio rectitudinis que deberet inesse actui: vt
infra patet distinctiōe trigesimaquarta. trigesimasex-
ta ⁊ trigesimaseptima. Sequitur. Secūdū dicit rōnem
pricipii quo pōt elici actus deformis: patet: qꝛ dicit ip
sum liberum arbitriuꝫ quod est principium quo potest
elici actus deformis: sic intelligendo ꝙ est principium
quo vt productiuo respectu act⁹ substrati: ⁊ quo vt de-
fectiuo respectu deformitatis inherētis actui. Sequi-
tur. primus ordo nō est lib. arbitrii. nec aliquid ei⁹: pa
tet: qꝛ talis ordo tm̄ dicit relationem vel realem: vel ra
tionis. Sequit̄: nec absolute aliqs ordo ad actū est ali
quod pricipiū actiuum vel pars eius: pꝫ: qꝛ omne pnci
pium actiuum semper dicit entitatem absolutam: nul-
la enim relatio potest poni de genere actiuorum: vt pꝫ
quinto Phisi. tex. com. decimi. Sequitur: secūdo mo-
do dico ꝙ illud quo potest peccare includit duo: quoꝝ
alterum est posse: aliud deficere: patet: qꝛ potentia pec-
candi: vt est principiuꝫ quo est productiua alicui⁹ act⁹
substrati: et vt sic includit posse: et est defectiua deficiē
do a rectitudie dāda: et vt sic includit deficere. Sequi
tur: ⁊ illud quo potest in illud est ei⁹ posse. i. illud prin
cipiū formale productiuum quo potest in substractuꝫ
peccati vocat̄ posse. Seqtur: qđ posse: ē per se libertatis
arbitrii ⁊ potentie: patet: quia voluntas est principiuꝫ
productiuum quo homo vel angelus vere potest ꝓdu
cere substratū peccati: et talis voluntas vel est liberuꝫ
arbitrium: vel saltem pars liberi arbitrii: dicitur etiaꝫ
potentia productiua. Sequitur: reliquum vero nō est
eius vnde liberū arbitrium: sed vnde tale scilicet defe-
ctiuum. i. ꝙ ipsum deficere a rectitudine danda actui.
nec est liberum arbitrium: nec pars liberi arbitrii īquā
tum liberum arbitrium: vel inquantum pars: quia vt
sic dicitur potentia productiua: sed bene deficere perti
net ad liberum arbitrium non inquantum liberum ar-
bitriū est effectiuum: sed inquantum est defectiuuꝫ sup
ple inquātuꝫ deficit a rectitudine danda actui. Seqt̄:
ita ꝙ sicut in cōi liberꝝ arbitriū est quo quis potest vel-
le: ⁊ hoc accipiendo ita in communi: sicut Ansel. acci-
pit scilicet vt conuenit deo ⁊ beatis: ita liberum arbi-
triū hoc. s. viatoris ē quo quis potest velle de fectibilit̄
Dicit doc. ꝙ accipiēdo lib. arbi. vt tm̄ est cōmune deo

Liberū arbitriū qd.

et beatis:tūc est principiū ꝓductiuū quo tam deus et beati possunt absolute velle:acipiendo vero liberū arbitriū in pticulari pro vt conuenit viatoribus: tūc est id quo viator:non tantū potest absolute velle :sed etiā potest defectibiliter velle:quia est id quo viator potest deficere a rectitudine danda. Sequiꝛ:tamen quantum ad aliqd potest poni dissiꝛe:qꝛ ad absolute velle tota entitas positiua liberi arbitrii et sola est principiū supple productiuū:ad illam autem deformitatē in actu nichil positiuū in libero arbitrio est principiū:patet:qꝛ respectu non entis:nichil potest esse principiū productiuuꝫ: qꝛ principiū ꝓductiuū tantū respicit ens positiuū pro producto:sed illa deformitas que inest actui est simpliciꝛ non ens:ergo. Sequiꝛ:et tūc ad formam dico ꝙ dato ꝙ ibi sit libertas arbitrii non seqtur nisi ꝙ est potentia q̄ potest in actū positiuū:qui actꝰ est a potentia positiua:vnde positiuus:et per consequens:vñ ad ipm est liberū arbi.non est peccatū:vult dicere ꝙ inquantū libe.arbi.est potentia productiua actꝰ positiui:vt sic ad liberum arbitriū non pertinet peccatū quia peccatum proprie respicit potentiam defectiuam :et non vt positiue productiuam. Seqtur:tamen ex defectu concomitāte illū actū potest esse peccatū:hoc clarū est ex supradictis. Sequitur:potest tamen concedi totū argumentū scilicet ꝙ ipsi habent potentiam non peccandi:quia habent potentiam que non est formaliter peccatū. Hic Doc.dat aliam responsionem:et concedit ꝙ angeli mali habent potentiam non peccandi:qꝛ habent libe.arbitrium:qd non est formaliter peccatū:vt patet:siue etiā accipiaꝛ potentia vt dicit ordinem ad actū talis potentia non est formaliter peccatū:siue accipiaꝛ potētia vt nominat principiū:siue actiuū:siue passiuū:talis potentia non est formaliter peccatū:patet:qꝛ peccatū formaliter est sola carentia rectitudinis debite que deberet ī esse actui:vt infra patebit in isto secūdo.distin.34. Sequiꝛ:licet non habeant potentiam non peccandi:hoc ē non esse in peccato:quomodo peccator diciꝛ esse in peccato postq̄ transiuit actꝰ quem commisit.i.ꝙ loquendo de peccato siue de obligatione ad penam eternam: que manet in anima post actū peccati:vt patet in quarto. distin.14.q.prima. Nulla volūtas creata est potēs se liberare a tali obligatione:solus enī deꝰ potest liberare ab hmōi obligatiōe.vt patet a Doc.in quarto.distin.14.⁊.22. ¶ Ibi. Et si arguas secūdū Ansel.libe.arbitriū est potestas seruandi rectitudinem ꝓpter se.i.liberū arbitriū ex se ipo potest seruare rectitudinē: ergo ex se ipo habens rectitudinem potest seruare eam:⁊ sic non esse in peccato. ¶ Rñdet Doc.ꝙ liberū arbitrium est potestas que ex se potest seruare rectitudinem:q̄ supple actui inest:⁊ sic debet exponi Ansel. ¶ Quarto arguit doc.ibi. Preterea nullꝰ ītellectꝰ ē ita auersus :qn possit intelligere aliqd verū:qꝛ prima pncipia omni intellectui sunt nota:ergo nulla volūtas est ita auersa ab vltimo fine quin possit velle vltimū finē:pꝫ ꝯña p illud Phi secūdo phisico.tex.Com.89.et septimo ethicoꝝ. Sicut principiū in speculabilibꝰ sic finis in moralibꝰ. Probaꝛ etiaꝫ aliter ꝯsequētia:qꝛ omnis malꝰ ē ignorans tertio ethicoꝝ:ergo vbi non pōt intellectꝰ excecari circa obiectū vt intelligibile.ibi nec volūtas poterit obliquari circa idē obiectū vt appetibile vel amabile. ¶ Ad hoc argumētū rñdet doc.ibi.ad aliud de simili: dicit primo. Doc.ꝙ illud argumentū ꝯcluderet ꝯtra eos q̄ dicūt intellectū esse sufficiens motiuū volūtatis qꝛ ex quo talis intellectꝰ per modum nature ⁊ de necessitate intelligit obiectū presens. Tūc de necessitate mouebit volūtatem ad volendū illud obiectū:si enim ītellectꝰ angeli mali recte intelligeret aliqd principiū practicū vel conclusionem practicam:puta ꝙ summū bonū est summe diligibile:et per ꝯsequēs :deꝰ est summe diligibilis:tunc de necessitate moueret volūtatem ad sic diligendū. Et si isti volūt euadere argumentū hoc:opꝫ eos dicere intellectū primi angeli nullum principium practicum recte concipere:quod tamen est falsum:pꝫ: quia sicut principia speculabilia sunt vera ex terminis: ita principia operabilia.vt patet in questio.vltima.ꝓlog. Ad illam similitudinem Phi secūdo phisi. Quomodo intelligaꝛ responsum est supra a Doc.in pmo.distin.prima.q.quarta.⁊ in quarto.distinc.49.vide ibi. ¶ Ibi. Quomodo autem hoc sit verum:quod diciꝛ tertio ethicoꝝ.ꝙ omnis malꝰ est ignorans. Dicit Doc.ꝙ hoc habet pertractari in alio loco scꝫ in isto secūdo distin.22.⁊ in tertio ⁊ in quarto. Sequiꝛ ibi:potest tamē dici ad argumētū scꝫ principale:ꝙ illud simile de intellectu et volūtate:nihil valet:quia intellectus pōt cogi ad assentiendū:ita ꝙ nō potest esse ita cecus apprehendēs aliquos terminos:quin ex euidentia eorum possit concipere eorū veritatem complexionis composite ex eis. Et quomodo hoc:diffuse expositū est super primo Doc.distin.tertia.q.quarta. Volūtas aūt non cogitur ex bonitate obiecti:ideo potest eē ita auersa ꝙ qdcūq̄ bonū sibi osñsum non mouet ipam ad amandū ipm saltem ordinate. Similis rñsio de intellectu et volūtate data est a Doc.in primo.di.prima.q.quarta.vbi doct. dicit:ꝙ non est simile.de pmo vero respectu itellectꝰ.⁊ de primo bono respectu volūtatis. Et quod dicit hic doc.ꝙ maximū bonū non mouet volūtatem ad amādū saltem ordinate:videtur quasi innuere :ꝙ saltē moueat volūtatē ad amandū absolute:sed hoc alias pertractabiꝛ in materia de beatitudine. ¶ Quinto arguit doct. ibi. Item si necessario male volūt et semper sunt ī actu volendi:ergo in infinitum augent malitiam suam:et sic in infinitum cresceret pena eorum:quia augmento culpe ex lege iusticie diuine correspondet augmentū pene. Sequiꝛ etiam aliud inconueniens:ꝙ pari rōne posset augeri charitas in infinitū in bonis si ī istis posset augeri malitia:et sic boni nunquā essent in termino beatitudinis:sicut nec mali ī termino malitie. ¶ Respōdet doc.ibi. Ad aliud dico:ꝙ habitus existente pfecto vel in summo.⁊c. Ista littera est satis clara:in qua tñ nota aliquas singulares propositiōes:quarū prima est:ꝙ habitu existente in summo actus sequentes non augēt ipsum habitū sed tantū procedunt ex habitu iam generato :ꝓcedunt enim ex summa perfectione habitꝰ. Secūda:actus angeli boni non augent habitum charitatis eius:nec effectiue:nec meritorie:qꝛ est in termino. Tertia:premium substātiale in primo instanti:in quo aliqs est beatus est determinatū:nec ex tūc crescit :quia actꝰ boni sequentes non sunt meritorii.lꝫ sint boni. Quarta ꝓpositio est. Angelo dānato in primo instāti sue dānationis determinaꝛ pena:que non crescit intēsiue cuꝫ sit in termino. Quinta ꝓpō. Mali actꝰ dānati quos ꝯtinue elicit non sunt impuniti:qꝛ includunꝛ in pma pena sibi determinata:⁊ quilibet sicut posset habere penā accidentalem:habet seipsum pro pena iuxta illud Augu. Iussisti dñe:⁊ ita est vt pena sit sibi omnis peccator. Sexta ꝓpō:potissima et maxima pena est puatio maximi boni qualis est formaliter in actu malo malitia culpe peccatorē auertente a deo. Septima:in dānato crescet eius pena ī infinitum extēsiue sicut ⁊ malitia:neutrū tñ crescet ītensiue. Octaua. Nō oīs culpa est ꝓprie demeritoria:qꝛ sola illa est demeritoria q̄ a viatore eliciꝛ:illa vero q̄ eliciꝛ a dānato :magis ꝓprie dr damnatoria. Decima ꝓpositio est de btō :boni actꝰ beati includuntur in primo actu beatitudinis cū ꝓcedant ex perfectione actus beatifici:⁊ quantum ad accidentale premiū quilibet actꝰ est sibi premiū. Undecima:pmiū accidentale beati crescet in ifinitū: sicut ⁊ actꝰ boni crescēt in infinitū extensiue:neutrum tñ crescet intēsiue. Duodecima :actus beati non ꝓprie dicunꝛ meritorii:sꝫ magis actus beatifici ex beatitudine ꝓcedentes. ¶ Ultimo arguit doc.ibi. Preterea nullū violentū est ppetuū primo celi.tex.Cō.decimiquinti.⁊ secūdo celi.tex.Commen.octaui.quia est ꝯtra inclinationem eius:cui iest: sed malitia est contra naturam secūdū Damascenum. ¶ Respondet Doc.ibi. Ad aliud dico:ꝙ in agentibus mere naturalibus cessantibus impedimētis reditur ad dispositionē naturalē:vt pꝫ de aqua calefacta q̄ redit ad priorē frigiditatē cessante īpedimēto:qꝛ pncipium frigiditatis ē necessariū ⁊ est actiuū per modū nature ī ipsa aqua:sed non sic est de agente libero:vt patet ī littera. ¶ Ibi.potest dici:ꝙ pctm̄ est ꝯtra naturā:hoc ē ꝯtra illum actum qui natus est elici concorditer ⁊ conformiter inclinationi naturali:sed ex hoc non opꝫ ꝙ ꝯtrarietur volūtati secūdū se. ¶ Sed in isto dicto doct. occurrit non parua difficultas. Si enim doctor intelligat.ꝙ quando voluntas elicit actum carentem ista ꝯformitate scilicet ꝙ non est elicitus ꝯformiter inclinationi naturali illud est peccatum. Cōtra:et pono casuꝫ volūtas mea secūdū inclinationē naturalē summe iclinatur ad summam beatitudinem possibilem creari.

Solꝰ deꝰ pt liberare animā a peccato.

Nota istas propōnes Doc.

vt patet a doc. in quarto. distinctione quinquagesima: et tamē volūtas vult beatitudinem actu elicito secundum merita ⁊ non vult tantam beatitudinē quanta ab appetitu naturali appetitur. vt patet a docto. in quarto. vbi supra. Dico ergo ꝙ peccatum dicitur contra naturam: quia est cōtra actum natum elici conformiť naturali inclinationi accipiendo naturalem inclinationē pro dictamine naturali: ⁊ sic omnis peccans elicit actū contra rectum dictamen naturale ratiōis: vel si volumus dicere ꝙ sit contra inclinationē naturalē pōt dici sic: ꝙ natura magis inclinať ad actum perfectum ꝙ̄ imperfectum. actus autem perfecte circunstantionatꝰ est perfectior actu carente debitis circunstantiis. Vel tertio potest dici: ꝙ ideo peccatum est contra naturam: qꝛ dicit tantum carentiam ⁊ priuationem: natura autem inclinatur ad bonum absolute ⁊ ad actum quo attingit illud bonū: ⁊ sic finis est ⁊c.

Distinctionis Octaue. Questio Vnica.

De articulatione ꝯclonis.

Queritur circa distinctionē octauam a Doct. Vtrū angelꝰ possit assumere corpus: in quo exerceat opera vite. Ibi. In ista qstiōe tria sunt videnda. Primo: quid sit angelum assumere corpus. Secūdo: quale corpus assumit. s. an celeste: an elemētare: an mixtū. Tertio: quas operationes pōt exercere in corpore. De primo dicit Doc. ꝙ angelum assumere corpus non est informare corpus: nec etiā ypostatice sibi vnire sed tantum esse intrinsecus motor corporis. De primo ptꝫ quia si angelus informaret corpꝰ: tunc ex angelo et corpore fieret compositꝫ per se: quia ex per se actu: et per se potentia: vt patet octauo Metha. tex. com. 15. 16. Hoc autem repugnat angelo posse informare corpus. vt probat Doc. q. 9. quoli. sequereť etiam compositū illud esse perfectius ipso angelo. vt pꝫ a Doc. in simili in quarto. distin. 43. De secundo patet: ꝙ quando assumit corpus nō vnit illud sibi ypostatice nam vnire sibi aliquid ypostatice est terminare dependentiam illius nature et suppositare illam in seipso vt ptꝫ a Doc. in tertio. distin. prima. q. prima. ⁊. q. 19. quolibe. est enim impossibile angelum propria virtute posse assumere aliquod corpus in vnitate suppositi: vt pꝫ a doct. in tertio distin. prima. De tertio patet: quia ex hoc angelus assumit corpus: quia intrīsece mouet illud applicando se illi. Ideo dicitur assum. i. ad se sumi: quia ad operationes proprias sibi exercendas vtitur illo: sicut instrumento. De secundo principali dicit doc. duas conclusiones: vnam negatiuam: aliam affirmatiuā. Negatiua est ista angelus non assumit corpꝰ celeste nec elementare: in quibus appareat de celesti apparet: qꝛ quādo apparet nobis non assumit: nec solem: nec lunam: immo in tali corpore non posset exercere opationes quas exercet dum apparet nobis. De elementari patet. Tū: quia corpus elementare non est visibile: vt patet sꝫ apparet ī corpore visibili. Tuꝫ etiam: quia apparet nobis in aliquibus accidentibus que non sunt nata suscipi in corpore mere elementari: vt cum apparet nobis in corpore albo vel rubeo vel aliquo alio colore coloratio.

Angelꝰ nō assumit corpus celeste nec elemētare.

Secunda conclusio affirmatiua est ista: ꝙ angelꝰ potest assumere corpus mixtum a natura generatum: ⁊ similiter potest assumere corpus non a natura prius genitum sed statim generandum. prima pars conclusiōis patet: quia potest assumere cadauer mortui vel lapis vel aliqd tale. Secūda pars patet de corpore imperfecte mixto quod completa operatione statim disparet. vt patet de Raphaele ⁊ Samuele/ Thobie. 5. et. 11. Et dicit Doc. ꝙ quando assumit tale corpus quod subito disparet completa operatione: ꝙ tale corpus videť mixtum propter accidentia que apparent in corpe: puta colores vel aliqua alia que non possunt inesse nisi corporibus mixtis. illud tamen non erit mixtum plena mixtione. patet: quia corpus tale subito videtur formari: perfectum autem mixtum non ita subito formatur: patet de homine qui non est natus generari nisi secūdum determinatū processum nature: et hoc in matrice. Nec potest dici ꝙ angelus subito inducat illam formam in materia: puta formam corporis hūani: qꝛ nullus angelus potest inducere formam naturalem. vt est opi. communis tam philosophorū ꝙ̄ theologorū: tantum enim elementa actiua et passiua potest cōuenienter simul adhibere et corporibus celestibus in situ cōueniēti approximare: vt inducať forma particularis qualis nata est a talibus agentibus particularibus induci. Itaqꝫ corpus: quod ita quasi subito formať ⁊ resoluitur est mixtum imꝑfecta mixtione qualis potest induci ab agētibus naturalibus quasi subito facta approximatiōe elementorū. Ita ꝙ magis tale corpus assimilať inpressioni q̄ est imꝑfecte mixta: ⁊ signū huius est ꝙ sit imperfecte mixtuꝫ: qꝛ qñ disparet tale corpus non remanet aliquid talis corporis in quod naturaľr esset immediate resolubile: corpus vero hūanum si est ꝑfecte mixtū nō esset natum redire nisi ad cadauer: sed imꝑfecte mixtū statim resoluitur in elementa: sicut ex eis stati pñt gñari propter eorum imperfectam mixtioneꝫ. De tertio principali. di. aliquas conclusiones. quarū aliq̄ sunt affirmatiue alique negatiue: ꝑma affirmatiua ē hec. Angelus pōt causare motū localē in corpore assumpto: pꝫ quia pōt mouere totū illud corpus non mouēdo partē post partem: pōt etiam mouere illud corpus motu qui videtur ꝓgressiuus. sed nō erit ꝓprie ꝓgressiuꝰ: qꝛ corpus moueri ꝓgressiue est ꝓprie moueri organice: ibi enī in tali motu vna pars moueť mota alia: et ideo angelꝰ non proprie mouebit illud motu ꝓgressiuo: sed alio motu qui apparet ꝓgressiuꝰ. Secunda conclusio affirmatiua est ꝙ angelus pōt mouere corpus assumptum motu inspiratiōis ⁊ respiratiōis: ⁊ mouere palpebras: et manꝰ: ⁊ similia. nā oēs isti motꝰ sunt motus locales. et doc. assignat rōnem horū motuū per argumētū a minori: qꝛ non ē aliqd corpꝰ ita imꝑfectum in vniuerso: qui habeat in virtute sua aliquod vbi: vt pꝫ de graui respectu centri qd hꝫ ꝟtutem mouendi se: vt supra ptꝫ ī isto secūdo di. 2. q. vlti. ergo a fortiori angelꝰ poterit causare motū localē in corpore assumpto. Prima conclusio negatiua est ista. Angelꝰ in corꝑe assumpto non pōt causare aliquā opationē sensualē: puta nec visionē: nec auditionem: et hmōi. patet: qꝛ tales operationes non sunt nate recipi nisi in composito ex organo saltem ꝑfecte mixto: et ex aīa inquātū hꝫ potētiā perfectiuā illiꝰ organi: vt patuit in primo. distin. tertia. q. sexta. sed in corpore sumpto ab angelo non est talis mixtio organi nec aīa ꝑficiens ipsum organū. ⁊ ideo simpľr in tali corpore composito quod assumit nulla est sensatio. Secunda conclusio negatiua. Opationes que vere consistūt in vere agēdo: cuiusmodi sunt opatiōes vegetatiue: vt gñare: ⁊ hmōi: nō cōpetūt illi ꝯposito assumpto. qꝛ ille opationes nate sunt esse cōpositi animati: quale non est ibi: vel nate sunt esse corporis mixti: puta si caro gñaret carnē neutrū aūt est ibi. De hoc hꝫ videri in quarto. di. 13. ⁊ multo clariꝰ. di. 44. q. 1. Tertia conclusio negatiua. Cognitio quā videť hēre de ꝑticularibus factis audiendo vel vidēdo non est vera auditio: neqꝫ visio: sed tm̄ intellectio. ⁊ illam intellectionē suaꝫ pōt exprimere formando verba et mouendo linguā localiter: vt infra patebit. dist. 11. Quarta cōclusio negatiua. Angelus in corꝑe assumpto nō pōt causare verā nutritionē: cū tale corpus nullo mō sit nutribile: vt ptꝫ: qꝛ tm̄ corpus animatū potest nutriri: pōt tñ causare in tali corꝑe comestionem: que non est nisi diuiso cibi ꝑ motū localē maxillarū ⁊ traiectio eius in ventrem ꝑ motū localē: ⁊ tūc pōt fieri exalatio ⁊ resolutio in humores ⁊ elementa. Quita cōclusio negatiua. Angelus nō potest augmētare corpus qd assumit loquendo de augmentatione ꝓprie dicta: de qua doc. in. 4. dist. 44. q. 1. q̄ augmētatio fit per adgñationē: vt infra patebit: ꝟtute tñ angeli in tali corpore pōt esse ꝟa iuxtapositio si ipse velit subito alia elementa q̄ pñt imperfecte misceri ad talē imperfectā mixtionē apponere corpori suo. vt videať crescere. Ibi. Et si dicas si cōmestio nō sit opatio vitalis: ergo non valet argumētū ad ꝓbandū verā Christi resurrectionē de comestiōe eius cū discipulis. Rñdet Doc. dupľr. Primo ꝙ ad ꝓbādū resurrectionē xp̄i sunt multa alia argumēta in euangelio efficaciora. ⁊ ita talis comestio cū aliis bñ ꝓbat xp̄i resurrectionē: ⁊ si nō ꝑ se tm̄. Scdo dt ꝙ talis cōestio erat ordiata ad verā nutritionē ⁊ nō hꝫ ꝑ icōueniē ti corpꝰ gl'iosuꝫ posse cōuertere corpꝰ nō gl'iosuꝫ ī ipꝫ: si

Angelꝰ pōt cāre motū localē ī corpore assumpto.

cut posse esse simul cū corpore nō glīoso:nec ꝓpter hoc est corruptibile:qꝛ potest aliud ꝯuertere in se:pꝫ:qꝛ posset deus facere corpus gloriosum in minima quantitate ⁊ illud augere ꝑ comestionē:nec tamē aliquid corrūperet de nutrito ⁊ aucto.in corporibus autē talibus assumptis non est nutritio sꝫ tantum additio vel appositio. ¶ Ibi. Sꝫ quantuꝫ ad generationē. Hic Doc. ostēdit quomodo angelus possit generare ⁊ pꝫ littera quō dicunt̄ succubi ⁊ incubi. Argumēta principalia cū suis responsionibus patent in littera.

¶ Distinctionis none. Questio scđa.

CIrca distinctionē nonam. Doc. querit duo principaliter. Primo q̄rit. Utrū angelus superior possit illuminare inferiorē. Scđo q̄rit de loquutione angelorꝫ:qꝛ similis est precedenti quesito. Utrum vnus angelus possit intellectualiter loqui alteri angelo.

De articu. q̄stionis. Circa istas.q. Primo videndum est de loqutione angelorum:vbi principaliter quattuor sunt videnda. Primo.quomodo loquēs cognoscat illud:de quo loquit̄. Scđo quomodo illđ ab vno cognitum possit aliuꝫ latere. Tertio:quomodo fit ei patēs quando loquēdo ei exprimit illud. Et quarto de illuminatione. ¶ Ibi. Quantum ad primum. Hic

Hē.q̄li.2. q.8.⁊ q̄li.5. q.15. Doc.primo recitat opi. Henri.quoli.2.q.8.⁊ quolib.5. q.15.qui Hen.dicit:ꝙ angelus cognoscit singulare non primo nec ꝑ aliquam rationeꝫ ꝓpriam:sꝫ ꝑ vniuersale concreatuꝫ suo intellectui qđ ꝓbat quadrupliciter que

Primꝰ art. ꝓbationes exponent̄ soluendo illas. ¶ Ibi. Quantū ad istum articulum. Hic Doc.ponit modum cognoscēdi singulare ab angelo loquēte ſm opi. Hē.vbi supra. Et qꝛ hec littera est aliqualiter difficilis:ideo expono eam ſm opi. Hen.sic dicētis:intellectus inquit angeli apprehēdit formam ꝑ rationē vniuersalis a suo habitu i.ꝙ intellectus angeli apprehēdit ipsam quiditatem vniuersalē ꝑ rationē vniuersalis.i.ꝙ apprehēdit illam ſm rationē communē ⁊ indifferētē siue indeterminatā a suo habitu.i.ꝙ habitus concreatus angelo est ratio formalis cognoscēdi omnē quiditatē creatam aliaꝫ ab angelo:vt supra pꝫ dist.3.q.10.vbi recitat̄ opinio Hē. quoli.5.q.14. Sequit̄ in littera:sꝫ postq̄ꝫ supposituꝫ hꝫ esse in re vel in imaginatione statim apprehēdit formā in illo sub ratione vniuersalis ⁊c. Uult dicere ꝙ quando angelus apprehendit aliqđ singulare:puta Franciscum. Primo apprehēdit humanitatē in se ⁊ indifferētem:⁊ si Franciscus habet esse in re extra:puta ꝙ actu existat vel tm̄ in imaginatione:puta in nobis:vel vt habet esse:puta reuelatū:vel vt hꝫ esse tm̄ ſm quid in alio representatiuo:tūc intellectus angeli cognoscit ipsam humanitatē in Francisco:sub ratione tamē indeterminata ⁊ vniuersali:⁊ tertio apprehēdit ipsam designationē siue singularitatē que tm̄ includit duplicem negationem additam nature:qꝛ ipse vult ꝙ singularitas dicat tm̄ duplicē negationē scilicet negationeꝫ diuisionis in se ⁊ negationē identitatis cum alio:vt ptꝫ ab ipso Hē. quoli.5.q.8.⁊.15.⁊ sic angelꝰ apprehēdit humanitateꝫ: vt est sub ista duplici negatione ꝙ est distingui a quolibet alio qđ nō est Franciscus ⁊ nō diuidi in plura:⁊ cognoscēdo sic humanitatem sub tali designatione:vel vt includit talē designationē tūc cognoscit singulare sub ratione singularitatis. Et addit ꝙ est simpliciter eadē cognitio qua cognoscit humanitatē in se:⁊ qua cognoscit humanitatē in Francisco ī vniuersali:⁊ qua cognoscit ipsam humanitatē sub tali vltimata designatione: sic ꝙ tm̄ in se est vna cognitio licet diuersimode determinata:qꝛ primo determinat̄ ad quiditatē in se. Scđo ad quiditatē in suppositis:sub ratiōe tamē vniuersali.

Accidit intellectui angelico vt q̄ditatē apphēdat ī singulari. ita ꝙ tunc cognoscit̄ Franciscus vt tm̄ est homo ⁊ non vt in se. Tertio terminat̄ ad ipsam vt vltimate includit determinationē siue designationē:⁊ sic terminat̄ ad singulare sub rōne singularitatis. Et dicit ꝙ accidit intellectui angelico ꝙ ipsam quiditatē apprehēdat in singulari: sicut etiam accidit ipsi quiditati vt sit in illo qđ est inferius. ¶ Ibi. Et ex hoc apparet quomodo intellectus angelicus quasi ſm lineam ꝓtēsam intellligit singulare. Nos eīm dicimus ꝙ in cognitione abstractiua intellectus. Primo terminat̄ ad naturam vt in singulari vago. Scđo ad naturā in se. Tertio ad naturā ī singulari signato:puta humanitateꝫ in Francisco:⁊ sic cognoscit ipsam in Francisco ſm lineā reflexā:si enim cognosceret ſm lineā rectā siue protēsam. Primo cognosceret naturā in se. Secundo in singulari vago. Tertio in singulari signato. Sed Henri.dicit hic ꝙ intellectꝰ angeli cognoscit ipsaꝫ naturā in singulari signato ſꝫ lineam rectā siue ꝓtēsam:vt pꝫ in littera que sic exponit̄. cum dicit. Primo quidem essentia in habitu mouet nō sub ratione obiecti:sꝫ sub ratione alicuius inherētis.s. ꝙ ipsa humanitas gratia exēpli mouet intellectum angelicum supple causando cognitionē sui in tali intellectu nō sub ratione obiecti sꝫ sub ratione alicuius inherētis.i.ꝙ ratio formalis causandi huiusmodi cognitionem in intellectu angelico est habitus concreatus angelo:in quo habitu relucet quiditas puta humanitas: qui habitꝰ formaliter inheret intellectui angelico. Sequit̄:terminat autē actuꝫ cognoscēdi sub ratiōe cogniti:⁊ nō alicuius inherētis.i.ꝙ ratio formalis terminādi:huiusmodi cognitionē est quiditas cognita ⁊ nō est aliquod inherēs intellectui:puta habitꝰ qui inheret: qꝛ talis habitus nō est ratio formalis terminādi cognitionē qua cognoscit̄ quiditas:sꝫ ipsa quiditas cognita est ratio formalis terminādi. Sequit̄:⁊ ita ab obiecto in habitum nō est circunflexio ꝓprie:sꝫ quasi linea ꝓtēsa a puncto in punctum:deinde ab obiecto in vniuersali cognito ꝓcedit intellectus ad vniuersale in supposito sub rōne singularis:⁊ tādem ab eodem cognito ī supposito sub rōne vniuersalis ꝓcedit ad cognoscēdū ideꝫ sub rōne vniuersalis:vult dicere ꝙ ipse intellectus angeli hꝫ habituꝫ qui habitus est primo rō formalis causandi cognitionē quiditatis. Scđo illa cognitio terminat̄ ad quiditatē sub rōne vniuersali. Tertio a quiditate vniuersali terminat̄ ad humanitatem in singulari sub rōne vniuersali. Et quarto a quiditate in singulari sub rōne vniuersali terminat̄ ad quiditatem in singulari sub rōne ꝓpria.i.vt includit vltimam determinationē siue designationē:⁊ sic pꝫ quomodo cognoscit singulare ſm lineam ꝓtēsam. Sequit̄:ita ꝙ est quasi linea recta ab obiecto in habitum a primo pūcto ad singulare quasi ad vltimum pūctum ꝑ duo pūcta media:vult dicere ꝙ primus pūctus est motio ipsius obiecti in habitum:qđ sic dꝫ intelligi:ꝙ primꝰ pūctus est motio ipsiꝰ habitus in quo relucet obiectum:ita ꝙ talis habitus. Primo causat intellectionē. Scđo talis ītellectio terminat̄ ad naturam sub ratione vniuersali:⁊ tandem ad naturam sub ratione singulari.

Ibi. Et ex hoc etiaꝫ apparet scđm. Hic Hen. declarat scđm articulū quomodo intellectio alicuius singularis cogniti ab vno angelo possit latere alium angelum. Et tota ista lr̄a cōsistit in hoc:qꝛ Rapha.eadem cognitiōe simpliciter:qua cognoscit naturam humanam absolute cognoscit ipsaꝫ vt in antichristo ⁊ sic cognoscit antichristum:ita ꝙ est eadem cognitio respectu nature humane ⁊ respectu antixp̄i:sꝫ in tali cognitiōe potest esse alius ⁊ aliꝰ respectꝰ: qꝛ alia ⁊ alia determinatio vt supra ptꝫ.lꝫ ergo angelꝰ Gabri.videat in angelo Raph.huiusmodi cognitionē antixp̄i.nō tm̄ sequit̄ ꝙ videat illā sub illo respectu qua terminat̄ ad antichristum:⁊ ideo huiusmodi cognitio sub tali respectu potest latere angelum Gabri.⁊ ꝑ cōsequēs ipse antixp̄s latere potest. Si dicat̄ ꝙ si Gab.videt huiusmodi cognitionē:ergo videt ipsam vt terminatur ad antixp̄m:⁊ sic antixp̄s nō posset latere Gabri.et hoc est qđ intēdit Hē.⁊ qꝛ difficultas est ꝑcipere quomodo eadem cognitio nō variata in se possit esse alterius ⁊ alterius obiecti:puta nature humane ⁊ antixp̄i: tm̄ sub alio ⁊ alio respectu Hēri.hoc intēdit ostendere exēplo. Si in omnibus esset vnus intellectus numero a cuiuscūqꝫ fantasmate abstraheret vniuersale postquā haberet abstractū illud ⁊ in illo a quo abstraxit illđ intellexerit:si stante illo intellectu in alio incipit illđ intelligere nō nouo intellectu nouuꝫ vniuersale ꝑciperet sꝫ solum antiquum qđ prius ꝑceperat sub antiquo respectu modo ꝑciperet sub nouo respectu vt in hoc fantasmate:sic est de intellectu angelico ꝙ nō innouando Scđs arti.

aliquid sub ꝯceptu vniuersali sꝫ renouãdo ꝯceptũ multotiẽs ꝯcipiẽdo vniuersale in diuersis particularibꝰ cõcipit hoc singulare:⁊ illud:vult dicere ꝙ talis cognitio qua ꝯcipit ipsum vniuersale nullo modo variat in se sꝫ renouat ſm alium ⁊ aliuꝫ respectum multotiẽs ꝯcipiẽdo vniuersale.i.ꝙ ꝯcipiẽdo ipsam humanitatẽ in se habet vnum respectum ⁊ ꝯcipiẽdo eãdẽ in Frãcisco habet alium respectum ⁊ eãdẽ in Johã.habet alium:⁊ sic de aliis.Sequit:⁊ qꝛ iste videt singulare:qd prius nõ vidit sine omni innouatiõe ꝯceptus:cum dicit sine omni innouatiõe ꝯceptus.i.quiditatis ĩ se:qꝛ ipsa quiditas vt comparat ad qdcunq̃ singulare nullo modo variat: cum nihil reale sibi adueniat:qꝛ singulare ſm istam nihil addit nature supple positiuum sꝫ tm̃ duplicẽ negationẽ:vt dixi supra.Sequit:ideo lꝫ alius videat in isto formas vniuersales que sunt ratiões cognoscẽdi particularia:ꝑ illas tamẽ nõ videt particularia q̃ ille videt siue existẽtia siue reuelata:aut saltẽ si existẽtia posset videre ꝑ habitum suum ⁊ ꝑ vniuersalia relucẽtia in illo: nõ tamẽ reuelata:vult dicere ꝙ lꝫ Gabriel videat istas quiditates in Rapha.q̃ sunt ratiões cognoscẽdi particularia:ꝑ illas tamẽ nõ videt particularia q̃ ipse Rapha.videt ⁊c̃.i.ꝙ lꝫ Gab.videat ĩ Rapha. cognitionẽ: puta humanitatis:nõ tamẽ videt ipsaꝫ cognitionẽ sub illo respectu quo terminat ad humanitatẽ vt in Frãcisco cuꝫ illa cognitio nõ sit variata in se:nec humanitas in quocũq̃ sit variata:nõ sequit ꝙ cognoscat ipsam vt in Frãcisco.Sequit:nec etiaꝫ posset videre ꝙ ille videt singularia illa:qꝛ videt ea sine omni innouatiõe conceptus.i.ꝙ Gab.vidẽdo huiusmodi cognitionẽ in se non sequit ꝙ videat Frãciscum ad quẽ terminat:nec etiam sequit ꝙ videat Rapha.videre Frãciscum ſm talẽ cognitionem:qꝛ nõ videret Rapha.sub illo respectu quo vteret huiusmodi cognitiõe vt terminata ad Frãciscũ. Sequit:breuiter igit quãtum ad istum articulum ideo ponit singulare intelligi ab illo ⁊ latere alium ⁊c̃.vult dicere in sententia:ꝙ ideo est necessaria loqutio:vel qꝛ singulare cognitum a Rapha.potest latere Gab.vel qꝛ actus quo Rapha.videt ipsum singulare potest latere ipsum Gab.loquẽdo de actu sub illo respectu quo terminat ad singulare vt dixi supra.Expono tamen istam litteram aliqualiter:cum dicit:lꝫ intellectio huiꝰ vniuersale qd est ratio intelligẽdi huic pateat illi:nõ tñ pꝫ ei ꝯceptus huiꝰ vt est de illo singulari.i.lꝫ cognitio singularis ⁊ ipsum vniuersale pateat Gab.non tamẽ pꝫ ei ꝯceptꝰ siue cognitio vt est de illo singulari.i.sub illo respectu quo terminat ad tale singulare. Sequit:qꝛ per hoc ꝙ iste vtit forma vniuersali ad ꝯcipiẽdum singulare nihil innouat in intellectu istius.i.q̃uis Gab.vtat puta humanitate ad ꝯcipiẽduꝫ singulare nihil innouatur in intellectu Gab.vt supra expositum est:⁊ ideo qꝛ nihil innouat nõ sequit ꝙ si videat in Raph.cognitionẽ singularis:ꝙ ex hoc videat ipsum singulare.Sequitur:⁊ si singulare nõ sit existẽs non potest alius videre: etiam ipsum cognitum ꝑ habitum suum:nec ꝑ habituꝫ alterius.i.ꝙ si singulare cognitum a Raph.nõ sit actu exñs tale singulare nõ pot videri a Gab.neq̃ ꝑ habitũ inherẽtẽ Gab.neq̃ ꝑ habitum inherẽtẽ Raph.Sequitur:si autẽ sit existẽs ⁊ possit illud videre ꝑ habituꝫ suũ ꝓprium:nõ tamẽ potest videre actus illius ꝓpter singulare cognitum vel nõ cognituꝫ.i.posito ꝙ Gab.videat singulare existẽs cognitum a Raph.⁊ hoc ꝑ habitum suum ꝓprium:nõ tamẽ ꝓpter singulare cognituꝫ vel nõ cognitum potest videre actus Raph.quibus sic vel sic cognoscit tale singulare:qꝛ vt dixi supra nõ potest videre actum cognoscẽdi in Raph.sub illo respectu quo terminat ad singulare.Sequit:⁊ ideo vel est necessaria loqutio ꝓpter singulare cognitum qd latet.sicut quãdo est singulare reuelatum nõ existẽs:vt cum reuelat alicui angelo aliquod singulare hominis fore nascituruꝫ tale singulare latet alterum angelum ⁊ nõ potest illud cognoscere nisi vel sit sibi reuelatum a deo vel ꝙ audiat hoc ab alio angelo.Sequit:vel ꝓpter ipm̃ actuꝫ cognoscẽdi latẽtẽ alterum angelum:⁊ hoc siue de singulari reuelato siue naturaliter cognito.i.ꝙ ideo loqutio est necessaria: quia licet Rapha. cognoscat singulare : siue quia actu existit:siue quia sibi reuelatum:non tamẽ cognoscit actuꝫ cognoscendi in Rapha.sub illo respectu quo Raph.cognoscit ipsuꝫ singulare siue actu existẽs: siue reuelatum.

Expõ lr̃e.

Tertiꝰ ar

Ibi.De tertio articulo. Hẽri. vbi supra exponit tertium articulum:videlicet quomodo obiectũ particulare ab vno angelo cognitum fiat notum alteri angelo ꝑ loqutionẽ:⁊ dicit ꝙ sicut signata singularia a nobis cognita nos alteri loquẽdo exprimere nõ possumꝰ nisi exprimẽdo singularia vaga cum quibuscũq̃ ꝓprietatibus ⁊ accidẽtibus designant:hoc pꝫ:qꝛ si cognosco aliqd singulare sub ratiõe ꝓpria loquẽdo nõ exprimo illud sub ratiõe ꝓpria ipsi audiẽti:sꝫ loquẽdo vtor singularibus vagis cum multis accidẽtibus vt cuꝫ dico pontifex est talis stature talis accidẽtis ⁊ huiusmodi.Sequit:sic nec potest vnus angelus sub eadẽ significatiõe sub qua ei reuelatum est alteri loquẽdo manifestare:pꝫ:qꝛ talis reuelatio fit causando in angelo cognitionẽ sub tali respectu quo terminat ad tale singulare sub ratiõe ꝓpria Sequit:sꝫ format alteri cõceptum nouuꝫ realiter aliũ de singulari vago:pꝫ ſm istum:qꝛ nõ potest formare eũdem cõceptum quem habet de singulari signato:sꝫ tm̃ nouum cõceptum de singulari vago.Sequit:quẽ conceptum alius intellectus angelicus videt in intellectu angeli loquẽtis quasi legẽs in libro:quo supple conceptu immutat intellectus angeli vidẽtis ad ꝑcipiẽdum illud:nõ tamẽ vt est aliquid in se:sꝫ vt est aliquid latẽs sicut est in sermone nostro:vult dicere ꝙ intellectus angeli audiẽtis immutatur a cõceptu illo nouo ad percipiẽdum illud.s.obiectum.de quo loquit nõ vt est aliqd in se.i.ꝙ nõ ꝑcipit illud:de quo loquit ſm rationem ꝓpriam ⁊ ſm se sꝫ vt est aliquid latẽs.Sequit.vnde ⁊ angelus format similẽ cõceptum vagum in suo intellectu de illo particulari sub ratiõe vniuersalis.i.ꝙ postq̃ angelus loquẽs formauit nouum cõceptum de singulari vago in intellectu suo intellectus angeli audiẽtis ⁊ vidẽtis illum conceptum vagum format similẽ cõceptũ vagum in suo intellectu de illo singulari vago.i.de illo singulari sub ratiõe vniuersalis.Sequit:⁊ ꝑ hoc ille dicitur audire:qꝛ in angelo audire ⁊ videre nõ differunt i.ꝙ angelus dum dicit audire cum format in se similez conceptuꝫ vagum de illo singulari ⁊c̃.vidẽdo eñ in angelo loquẽte cõceptum vagum de illo singulari ⁊c.per alium conceptum vagum in se formatuꝫ illud videre dicit audire.Sequit:⁊ qꝛ ille secundus conceptus scilicꝫ nouus ab angelo loquẽte causatus nõ ordinat nisi ad videndum cõceptum occultum mentis:ideo nõ dicit ꝓprie intelligere:sꝫ loqui.i.ꝙ quãdo angelus loquens format cõceptum vagum de singulari vago:q̃uis ꝑ illum conceptum vagum dicat vere intelligere singulare vagum:quia tamẽ ille cõceptus vagus ordinat ad vidẽdum conceptum occultum mẽtis(qui cõceptus occultus mẽtis est de singulari sub ratione ꝓpria)ideo ꝓprie dicit loqui a non ꝓprie intelligere.

Quartꝰ articulꝰ q̃druplex illuminatio.

Ibi.De quarto articulo.Hic Hẽ.declarat quomodo vnus angelus potest alium illuminare de aliqua re:⁊ dicit ꝙ illuminare cõtingit quadrupliciter primo lumẽ infundendo sicut sol illuminat medium.Scd̃o luminosuꝫ deferẽdo sicut deferẽs candelam illuminat domum de nocte.Tertio obstaculum amouẽdo sicut aperiens fenestram de die. Quarto aliquid faciẽdo quo facto lumẽ recipiatur in receptiuo sicut sanans oculum prius infirmum ⁊ nõ capacem luminis.Primo modo illuminat deus.Secundo modo vnꝰ angelus illuminat aliũ.Et tertio ⁊ quarto modo:⁊ lr̃a clara est:nec indiget aliq̃ expositiõe.

Improbatio pmi articu.

Contra ista Hic Doc.arguit cõtra opi.Hẽri. Et primo cõtra primum articulũ expositum ab Hẽ.⁊ primo cõtra hoc quod dicit Hen. ꝙ vniuersale cognitum est ꝑfecta ratio cognoscẽdi singulare sub ratiõe ꝓpria:⁊ arguit sic doc.supponẽdo qd ꝓbauit supra.d.3.ĩ.q.de indiuiduatiõe ꝙ singularitas dicit entitatẽ positiuam additam nature:⁊ ꝑ cõsequẽs natura singularizata nobilior est seipsa vt prescindit a singularitate:pꝫ:qꝛ singularitas est actus ꝑficiẽs naturam vt innuit Doc.in primo.d.5.q.2.hoc supposito arguit sic.Imperfectius nõ potest esse ratio cognoscẽdi ꝑfectius:pꝫ ista:qꝛ qd est ratio formalis cognoscendi aliud cõtinet illud virtualiter vt supra exposui.d.3. q.10.huius scd̃i.⁊ d.3.q. prima.⁊ di.8.q.prima primi. sꝫ natura vt prescindit a singularitate est imꝑfectior se ipsa vt singularizata:ergo.Preterea ex isto medio arguit sic:singulare habet ꝓpriam cognoscibilitatẽ aliaꝫ

Impfectiꝰ nõ põt esse rõ cognoscendi pfectius.

a ꝓpria cognoscibilitate nature g̃ vniuersale cognituz
nō est ꝑfecta ratio cognoscēdi ipsum singulare. antece-
dens ꝓbaꝛ sic: singulare hꝫ aliam entitatē ꝛ ꝓpriam ab
entitate nature vt supra pꝫ. d. 3. g̃ ꝛ ꝓpriam cognoscibi-
litatē: pꝫ ꝯsequētia auctoritate philosophi scd̄o meta.
t. c. quarti. Sicut vnūqd̄qꝫ se hꝫ ad esse. s. ad entitatē sic
ad cognoscibilitatē. ¶ Ibi. Preterea: vbi pluralitas
numeralis ꝯcludit maiorē ꝑfectionē infinitas numera
lis ꝯcludit infinitam ꝑfectionē. Hic Doc. deducit Hē.
ad hoc incōueniēs: ꝙ si vniuersale siue habitꝰ ipsiꝰ vni-
uersalis esset ꝑfecta ratio cognoscēdi vel representādi
omnia singularia tale vniuersale vel talis habitus esset
actu infinitus: qd̄ est incōueniēs. Et deduco sic rōnem
supponēdo dictum Hē. ꝙ intellectꝰ angeli ꝑ habitū si-
bi ꝯcreatum cognoscit nō tm̄ vniuersale: sꝫ etiam qd̄li-
bet singulare: vt supra pꝫ. d. 3. q. 11. siue vlt. vult eñ ipse
Hē. ꝙ talis habitus ꝯcreatus sit representatiuus ipsiꝰ
singularis: ꝛ ꝑ ꝯsequēs oīm singularium cum singulare
nihil addat nature vniuersali positiuūz: ꝛ ꝙ sic sit repre
sentatiuus: pꝫ ab Hē. quoli. 5. q. 14. ꝛ vide q̄ exposui hꝫ
Hē. supra in isto scd̄o. d. 3. q. 10. Hoc supposito arguit
sic Doc. ꝯtra Hē. ꝙ si tale vniuersale vel habitus posset
representare infinita esset actu infinitus: pꝫ: illud quod
est ratio formalis representādi plura eque ꝑfecte simul
sicut qd̄libet seorsum: quoꝝ qd̄libet requirit specialem
rationē representādi erit maioris ꝑfectionis: ꝛ si sit rō
representādi infinita erit infinite ꝑfectiōis. Hec ꝓposi
tio supra pꝫ in isto scd̄o di. 3. q. 10. ꝛ in primo. d. 2. parte
prima. q. 1. vbi ꝓbatum est essentiā diuinam esse formali
ter infinitam ex hoc ꝙ est ratio formalis representādi
obiecta infinita ꝛc̄. Sꝫ habitus vel vniuersale est rō for
malis representādi infinita singularia: quoꝝ qd̄libꝫ ꝛc̄.
qꝛ qd̄libet singulare dicit ꝓpriam entitatē ꝛ ꝑfectionē
additam nature: ꝛ ꝑ ꝯsequēs hꝫ ꝓpriam rōnē represen-
tādi: g̃ talis habitus vel vniuersale erit formalr̄ infini-
tus. ¶ Sꝫ forte ista rō ꝯtra Hē. nō ꝯcludit nisi suppo-
nēdo ꝙ singulare dicat aliquā entitatē positiuā additā
nature: ꝛ ꝙ talis entitas positiua dicat ꝑfectionē ꝓpāz
nature additā. Si eñ singulare tm̄ diceret duplicē ne-
gationē nature additā: vt vult Hēri. rō Doc. nihil ꝯclu
deret ꝯtra ipsum. Et ideo doc. in ista rōne supponit qd̄
iam ꝓbatum est supra. d. 3. q. 6. ꝙ singularitas dicat en-
titatē positiuam ꝛc̄. ¶ Ibi. Preterea rō representans
vniformis in se ꝛ in intellectu nō repn̄tat difformiter
aliq̄d. Hic Doc. q̄rit quō intellectus angeli cognoscit
Franciscuz actu existere ꝑ. a. ꝛ actu nō existere ꝑ. b. si ꝑ
rationē ꝓpriā ipsius singularis habeꝛ intētuz: qꝛ singu
lare dicit ꝓpriā rationē cognoscēdi se vt actu existēs. si
ꝑ rationē habitꝰ vel ipsiꝰ vniuersalis: cōtra: qꝛ talis ha
bitꝰ vel vniuersale est tm̄ repn̄tatiuus ꝑ moduz nature:
vt pꝫ: ꝛ ꝑ ꝯsequēs est rō formalis repn̄tādi semꝑ vnifor
mis: pꝫ: qꝛ agēs naturale ꝛ ꝑ modum nature semꝑ vni-
formiter agit nisi sit impedimētum: ꝛ sic rō repn̄tādi: ꝑ
modum nature semꝑ vniformiter repn̄tat: tūc sic. Fran
ciscus existit ꝑ tēpore. a. Franciscus nō existit ꝑ tēpore
b. vel sic Franciscus potest existere ꝑ tēpore. a. ꝛ potest
nō existere ꝑ tēpore. a. vt deductum est supra in primo
d. 39. quero tūc aut ista rō repn̄tādi repn̄tat vtrūqꝫ op-
positū. s. Frāciscū existere ꝛ Frācisců nō existere: sꝫ hoc
nihil est: qꝛ cognoscere opposita simul est nihil cogno- *Cognoscere opposita simr̄ ē nō cognoscere.*
scere: aut repn̄tat alterū oppositum tm̄: g̃ nō erit rō co-
gnoscēdi alterū oppositū: pꝫ: sequiꝛ g̃ ꝙ ipse habitꝰ vel
vniuersale nō erit rō repn̄tādi vel cognoscēdi oīa singu
laria: saltē ꝺm omnē ꝯditionē existētie vel nō existētie.
Et qd̄ dicit hic de ideis ꝙ sunt rōnes vniformes repn̄-
tādi: hic dicit: qꝛ repn̄tāt ꝑ modum nature: ꝛ ꝑ ꝯsequēs
idee tm̄ ponunꝛ respectu necessarioꝝ: ꝛ nullo mō respe-
ctu contingētium vt ꝓbat Doc. in primo di. 39. contra
opin̄. Bonauentuꝛ.

¶ Ibi. Preterea quarto. Hic Doc. arguit contra po-
sitionē Hē. specialiter de singulari reuelato: posito eñ
ꝛ nō ecōuerso ꝙ talis habitꝰ repn̄taret naturā ꝛ oīa sin
gularia existētia: ꝛ ꝙ sit rō cognoscēdi illa oīa singula-
ria tñ de singulari reuelato: puta ꝙ antixp̄s ꝑsequetur
xp̄ianos: hmōi habitꝰ vel vniuersale non erit rō cogno-
scēdi tale singulare sic reuelatū ꝛ rō Doc. stat in hoc pū
cto: qꝛ Hē. vult ꝙ habitus nō est rō cognoscēdi singu-
lare nisi inq̄ꝫtū vniuersale sit participatū a tali singula-
ri: g̃ priꝰ erit singulare ꝛ scd̄o in isto singulari participa
tur ipsuz vniuersaliter. Si g̃ prius est singulare existēs:
ꝛ scd̄o vniuersale est participatū in illo: sequiꝛ ꝙ singu-
lare nō participat ipsum vniuersale nisi ip̄m singulare
sit priꝰ in se vel in reuelatiōe: g̃ priꝰ reuelatur antixp̄ꝫ ꝑ-
sequuturū xp̄ianos q̄ꝫ vniuersale participeꝛ in illo. Sꝫ
reuelari alicui est ip̄ꝫ reuelatū cognoscere: g̃ priꝰ cogno
sciꝛ singulare reuelatum q̄ꝫ vniuersale participeꝛ i illo:
g̃ tale singulare reuelatū nō cognosciꝛ ꝑ habitū: qꝛ ha-
bitꝰ nō est rō cognoscēdi singulare nisi inq̄ꝫtū vniuersa-
le est participatū ab illo: priꝰ g̃ vniuersale participaꝛ in
singulari q̄ꝫ habitꝰ sit rō cognoscēdi illud singulare. De *Declaratō littere doc.*
claro tñ hāc lr̄am: ibi: priꝰ naturalr̄ singulare est in reue
latiōe q̄ꝫ habitꝰ sit rō cognoscēdi illd̄: ꝓbat hanc ꝓposi-
tionē parū infra. ibi: qꝛ vniuersale relucēs i habitu sup
ple sicut repn̄tatū i repn̄tatiuo nō est rō cognoscēdi sin
gulare: nisi ꝑ hoc ꝙ vniuersale est in singulari vel existē-
te in se vel in reuelatiōe: cū accipit ꝙ vniuersale relucēs
in habitu est rō cognoscēdi ꝛc̄. dꝫ sic intelligi ꝺm Hē. ꝙ
habitꝰ in quo relucet vniuersale est rō cognoscendi: vel
si etiā intelligaꝛ ꝙ ip̄m vniuersale relucēs in habitu sit
rō cognoscēdi: tūc habitꝰ erit solū rō repn̄tādi ꝛ vniuer
sale rō cognoscēdi: sꝫ meliꝰ videꝛ dicēdū ꝙ sicut habitꝰ
ꝺm Hē. est rō repn̄tādi: sic etiā sit rō cognoscendi: vt. s.
pꝫ. d. 3. q. 11. Sequiꝛ: priꝰ g̃ naturalr̄ singulare hꝫ esse ta
le vel tale: puta esse existēs vel reuelatū: pꝫ: qꝛ ꝺm Hēri.
nō daꝛ natura habēs minorē vnitatē vnitate numerali
priorē ipso singulari: immo ipsum vniuersale est poste-
riꝰ ipso singulari siue existente siue reuelato: qꝛ tale vni-
uersale est tm̄ abstractū a singlr̄ari. Sequiꝛ: ꝛ ita vniuer
sale in eo supple singulari abstractū ab eo supple singu-
lari q̄ꝫ habitꝰ sit rō cognoscēdi illd̄ singlr̄are. i. ꝙ priꝰ sin-
gulare hꝫ esse reuelatū vel esse existēs q̄ꝫ habitꝰ sit rō co
gnoscēdi illd̄: qꝛ habitꝰ non est rō cognoscēdi singulare
nisi priꝰ vniuersale sit participatū in illo: g̃ i illo pori in
quo vniuersale nō intelligiꝛ participatū in singulari ha
bitꝰ nō erit rō cognoscēdi ip̄m singulare. Sequiꝛ: ꝓba-
tio prime ꝯsequētie: ꝯsequētia fuit ista: priꝰ naturalr̄ sin
gulare est in reuelatiōe q̄ꝫ habitꝰ sit rō cognoscēdi illd̄:
ergo priꝰ naturalr̄ singulare cognosciꝛ distincte q̄ꝫ habi-
tus sit rō cognoscēdi illd̄: ꝓbat hāc ꝯsequentiā sic: tale
singulare hꝫ priꝰ esse reuelatū q̄ꝫ habitꝰ sit rō cognoscen
di ꝛc̄. ergo singulare priꝰ cognosciꝛ: pꝫ ista ꝯsequētia: qꝛ
singulare esse reuelatū alicui est ip̄m esse actu cognituz
ab eo cui sit reuelatio: ꝓbat diuisiue: qꝛ esse reuelatū nō
est esse in intellectu reuelātis: qꝛ hoc mō hꝫ esse eternū:
pꝫ: qꝛ singulare nobis reuelatū ab eterno fuit in deo si-
cut cognitū i cognoscēte q̄ deꝰ reuelat illd̄ i tēpore: silr̄
esse reuelatū nō est esse aliqua exn̄tia alia a cognitione
illiꝰ cui fit reuelatio: vult dicere ꝙ reuelatū alicui vt in
illo hꝫ tm̄ esse cognitū: si eñ vt in illo sic reuelatū dice-
ret actualē exn̄tiā: tūc tale reuelatū fieret naturalr̄ co-
gnitū cuilibet alii sicut ponit ista opi. ꝙ de quolibꝫ exn̄
te pōt q̄libet ꝑ habitū suū habere distinctā notitiā: ꝛ sic
pꝫ ista rō. ¶ Ibi. Preterea ex ista positiōe. Hic Doc.
deducit Hē. ad vnū notabile incōueniēs. s. ꝙ angelus
tūc posset cognoscere qd̄libet singulare quantūcūqꝫ di
stās etiā si in infinitū distaret qd̄ est valde incōueniēs:
loquēdo de cognitiōe intuitiua: de qua etiā Hē. inten-
dit: ꝛ ꝙ tale incōueniēs sequaꝛ: pꝫ: qꝛ habitꝰ ꝑ Hē. est
ratio formalis cognoscēdi qd̄cūqꝫ singulare actu exn̄s:
ergo si tale singulare in infinitū distaret actu cognosce
reꝛ: pꝫ ꝯn̄a: qꝛ in quo est principiū formale ꝓductiuū nō
impeditū ꝑfecte approximatū passo optime disposito:
ꝛ est ꝓductiuum ꝑ modum nature de necessitate sequi-
tur actio sꝫ habitus ꝑ Hē. est tale principium ꝛ est for-
maliter i intellectu angeli ꝑfecte disposito ad recipiē-
dum quācunqꝫ intellectionē: ergo necessario in illo in-
tellectu causaꝛ cognitio singularis existētis quātūcūqꝫ
distantis. ¶ Ibi. Preterea rationes sue: quibus ꝓbat
singulare non posse intelligi ab angelo videꝛ procedere
ex hoc: ꝙ imꝑfectionis est in intellectu cognoscere sin-
gulare: sꝫ hoc est falsum: qꝛ tunc intellectus diuinus nō
intelligeret singularia: iste rōnes Hē. patēt supra i isto
scd̄o di. 3. q. 11. siue vltima.

Ibi Contra secundum articulū *Improbatio scd̄i ar.*

Hic Doct. arguit contra Henri. quantum ad secundū
articulum expositum ab Henri. ꝛ primo arguit ad ra-
tionem improbando ex dictis eius conclusionem quam
tenet. Tenet. n. ipse Henricus. supra patet ꝙ singulare
cognitum ab vno angelo potest latere aliū angelū qꝛ li-

cet Gab. videat cognitionẽ illiꝰ singularis ĩ Raph. nõ tñ ex hoc sequit꞉ ꝙ videat illd singulare: qꝛ nõ videt illã cognitionẽ sub illo respectu quo terminat꞉ ad tale singulare vt supra pꝫ. Nũc Doc. ꝓbat ex dictis Hẽ. ꝙ vidẽdo talẽ cognitionẽ vel habitũ in Rapha. ꝙ etiã videat singulare ⁊c. pꝫ: qꝛ Hẽri. ideo negat spẽm in beato: qꝛ tũc vnꝰ beatꝰ videret eã naturalr̃ in intellectu alteriꝰ beati: ⁊ ꝑ ꝯsequẽs videret naturaliter obiectũ illud qd representat illa spẽs: qꝛ illa spẽs esset ratio nõ tm̃ representãdi: sꝫ etiã intelligẽdi tale obiectũ: g̃ ita erit in ꝓposito si habitꝰ sm̃ Hẽri. est ratio naturalr̃ cognoscẽdi singularia cum vnꝰ angelus videat illum habituꝫ naturalr̃ in alio nõ poterit eũ latere obiectũ: qd ꝑ istũ habitum cognoscit ille angelus. ¶ Ibi. Preterea quãdo duo intelligibilia cõparant꞉ ad eundẽ intellectum nõ alligatum virtuti fantastice. Hic Doc. arguit ꝑ argumẽtum a fortiori ex dictis Hẽ. qꝛ Hẽ. d. vt supra pꝫ exponẽdo tertium articulum ꝙ angelꝰ puta Gab. potest videre cõceptum cõfusum siue vagum in angelo Raph. ordinatuꝫ ad cõceptum distinctum: puta alicuiꝰ reuelati: ⁊ tamen Gab. nõ põt videre in Raph. huiusmodi cõceptũ distinctum. Ex hoc arguit Doc. Minꝰ videt꞉ ꝙ intellectꝰ nõ alligatꝰ virtuti fantastice possit videre cõceptum cõfusum singularis q̃ꝫ distinctum: pꝫ: qꝛ ens q̃ꝫto ꝑfectiꝰ tãto est intelligibiliꝰ ab intellectu soluto: cum g̃ cõceptꝰ distinctus sit ꝑfectior cõceptu cõfuso: ⁊ angelꝰ ꝑ Hen. potest cognoscere cõfusum: g̃ a fortiori poterit cognoscere distinctuꝫ q̃ distinctus exprimitur a tali confuso. ¶ Ibi. Preterea tertio. Aut est vnus actus intelligendi omniũ singularium: aut alius ⁊ alius. ⁊c. Hic Doc. improbat cõclusionẽ Hẽri. ex dictis ipsius Hẽri. dicit em̃ Hẽ. vt pꝫ in primo arti. ꝙ angelꝰ eadem cognitione cognoscit vniuersale: ⁊ quodlibet singulare cõtẽtũ sub eo hoc stãte arguit sic doc. qꝛ si sic esset tũc de necessitate ille actus esset simul omnium singularium: pꝫ: qꝛ non magis vnius q̃ꝫ alteriꝰ: ⁊ ille actꝰ naturaliter precedit actum volũtatis: ⁊ ꝑ ꝯsequẽs vt sic ꝓcedit erit necessario omnium singularium: g̃ si ille actꝰ est omnium singularium simul sequit꞉ ꝙ nullum singulare poterit latere alium angelum vidẽtẽ illũ actum in alio angelo. Si dicat꞉ ꝙ alio ⁊ alio actu videt aliud ⁊ aliud singulare: q̃ꝫuis hoc sit ꝯtra Hẽ. q̃ vult ꝙ tm̃ vno actu: tñ adhuc hoc stãte sequit꞉ ꝓpositum: qꝛ vnus angelꝰ vidẽs istuꝫ ⁊ illũ actũ esse alium ⁊ aliũ in intellectu alteriꝰ angeli potest distincte videre: cuiꝰ obiecti est iste actꝰ ⁊ ille: pꝫ: qꝛ actꝰ intelligẽdi: necessario est alicuiꝰ obiecti: ⁊ sic nõ latebit eum singulare: cuiꝰ est talis vel talis actus.

Improbatio tertii articu.

Ibi. Contra

tertium articulum. Nũc Doc. improbat Hẽ. quo ad tertiũ articulum: qꝛ ipse Hẽ. d. exponẽdo tertium articulum ꝙ ĩ angelo loquẽte sunt duo cõceptus de eodem obiecto. s. distinctus ⁊ vagus qd videt꞉ omnino impossibile. s. ꝙ ego cognoscam simul hominem distincte ⁊ confuse. ¶ Ibi. Preterea supfluum videt꞉ ponere illum conceptum vagum in intellectu angeli: pꝫ: nos em̃ exprimimus singulare determinatuꝫ nobis notum ꝑ singulare vagum: qꝛ scimus nos nõ posse causare cõceptum distinctum in intellectu illius cui loquimur ⁊ scimus ei notas esse conditiões vniuersales particularis vagi. ⁊c. non sic est de angelo q̃ põt facere ꝯceptũ distinctũ ⁊c. ¶ Ibi. Cõtra quartum articulum. Hic Doc. precipue arguit contra vnũ dictũ Hẽ. in quarto articulo. dicit em̃ Hẽ. ꝙ angelus supior potest causare aliquã dispositionẽ in angelo inferiori ad quam sequet꞉ reuelatio alicuiꝰ mere supnaturalis. Doc. arguit cõtra hoc distinguẽdo de supnaturali: nã quoddam est supnaturale ad qd potest esse aliq̃ dispositio sm̃ cursum naturalẽ: sicut creatio aie intellectiue dicit꞉ supnaturalis: ⁊ tñ ad ipsam corpꝰ organicũ ordinat꞉ vt q̃dam dispositio qua posita statim creat꞉ ipã anima: ⁊ talis dispositio causat꞉ ab agẽte naturali. Similiter gr̃a gratum faciẽs est q̃d supnaturale ad qd potest esse aliq̃ dispositio sm̃ cursum nature: vt pꝫ: qꝛ ablutio cũ ꝟbis exprimẽtibꝰ ꝑsonas diuinas ⁊ cũ debita intẽtiõe ẽ dispositio ad gratiã gratũ faciẽtẽ: vt pꝫ a doc. in quarto. d. 1. q. 4. hoc igit꞉ supnaturale nõ dꝛ mere supernaturale. Alid ẽ mere supnaturale: ⁊ ẽ illd ad qd nõ est dispositio preuia sm̃ cursuꝫ naturalẽ vt est reuelatio alicuiꝰ futuri mere cõtingẽtis: qꝛ nõ dant꞉ cõiter dispositiões sm̃ cursum nature ad q̃s sequat꞉ talis reuelatio.

Supnaturale duplex

Aduerte hic.

Aduerte tñ ꝙ respectu alicuiꝰ mere creabilis nõ datur aliq̃ dispositio ex natura rei ad quã positam necessitate absoluta sequit꞉ tale supnaturale: sꝫ hoc tm̃ erit ex beneplacito volũtatis diuine: qꝛ volũtas diuina determinauit animã creare ⁊ infundere in eodẽ instãti quo corpꝰ fuerit ꝑfecte organizatũ: ad multa g̃ supnaturalia volũtas diuina ordinauit multas dispositiões: q̃bꝰ sm̃ cursum nature positis sequant꞉ hmõi supnaturalia: ⁊ q̃daꝫ sunt supnaturalia ad q̃ nullã dispositionẽ preuiã ordinauit vt qua posita ponant꞉ hmõi supnaturalia cuiusmodi est reuelatio mere ꝯtigẽtis. ¶ Ibi. Preterea rõ adducta ad illũ articulũ ⁊c. q̃ rõ est talis: angelus inferior ꝑ naturalẽ influẽtiã angeli supioris ĩ ipm̃ reducibilis est in statu sue vltime ꝑfectiõis naturalis: vltima autẽ ꝑfectio eiꝰ est opꝰ vltimũ: vltimũ aũt ⁊ ꝑfectissimum opus angeli est intelligere aliq̃d vt opꝰ diuinũ supra oẽꝫ cursum intelligẽdi lumine intellectus naturalis. Dicit Doc. ꝙ hec rõ ꝯcluderet ꝙ angelꝰ supior posset facere angelũ inferiorẽ aliq̃d videre in ꝟbo reuelatũ: hec em̃ ẽ ꝑfectio vltimata intellectꝰ itelligere ꝟbũ multomagis q̃ꝫ intelligere aliq̃d alid reuelatũ vltra cõmunẽ cursum intellectiõis naturalis. Nõ em̃ aliq̃s angelꝰ supior põt illuminare angelũ inferiorẽ nec ad vidẽdũ ꝟbũ in se nec ad vidẽdũ reuelata in ipso ꝟbo: qꝛ tũc vltimata ꝑfectio angeli inferioris depẽderet ab aliquo alio q̃ꝫ a volũtate diuina: vt ab angelo sic vidẽte: qd non tenet꞉. ¶ Ibi. Preterea contra totã illã opi. sunt duo difficilia. Hic Doc. specialr̃ mouet duas difficultates ꝯtra opi. Hen.

Due difficultates circa opi. Heri.

Prima est: qꝛ si loqui sit tm̃ exprimere ꝯceptũ q̃ ab ipo vidẽte in ipso loquẽte videt꞉ vt in libro: quõ loquit꞉ vni angelo quin simul loquat꞉ aliis angelis si ponant꞉ ꝑsentes: cũ hoc expressum ab angelo loquẽte a quolibet angelo videri possit si fiat presens: ⁊ tñ cõiter supponit꞉ ꝙ vni possit loq̃ ⁊ non alii. ¶ Scd̃a difficultas est quõ sit possibile angelũ loq̃ alii angelo: si loquẽdo nihil causat in audiẽte sꝫ tm̃ in seipso causet: tũc em̃ nõ videt꞉ rõ q̃re aliꝰ nũc magis intelligat q̃ꝫ priꝰ si nihil alid fiet ĩ eo. Et specialr̃ videt꞉ hoc absurdũ in illuminatiõe: ꝯstat em̃ primũ angelũ ĩmediate illuminari a deo: ⁊ deꝰ illuminans nihil facit in se sꝫ ꝓmũ qd facit est in angelo illumiato: g̃ ita ꝟisimile est in aliis illuminatis ꝙ illuminãs non causat aliq̃d in se ꝑ hoc ꝙ est illuminãs: sꝫ primũ causatũ est in illuminato. Ex his pꝫ clara ĩprobatio Hẽ.

Quid sit angelũ loq̃ alii ãgelo.

Ad questionem istam

de loqutiõe. Primo rñdeo ꝙ angelus loquit꞉ angelo causando ĩ eo ꝯceptũ ĩmediate illius obiecti de quo loquit꞉: ⁊ quõ causet infra magis patebit. Hic tñ ꝓbat duabꝰ rõnibꝰ quõ vnꝰ angelꝰ possit ĩ intellectu alteriꝰ angeli causare notitiã obiecti: de quo loquit꞉: ita ꝙ causans illã ĩ audiẽte dicit꞉ loq̃ ⁊ aliꝰ angelus vt recipiẽs illã dꝛ audire. Prima g̃ rõ est talis: oĩs loquẽs intellectualr̃ causaret ĩmediate in eo cui loquit꞉ cõceptum siue cognitionẽ illiꝰ obiecti de quo loquit꞉ si posset: sꝫ angelꝰ hoc põt respectu alteriꝰ: g̃: maior pꝫ: qꝛ loquẽs ꝓncipalr̃ intẽdit exprimere cõceptũ intellectui illi cui loquit꞉: modo agẽs naturale statim induceret si posset illd qd pꝛĩcipalr̃ intẽdit: minor ꝓbat꞉: illd qd sufficiẽter est in actu ꝓmo respectu alicuius effectus: videlicet qd habet in se principium formale ꝓductiuum non impeditum respectu alicuius effectus potest illum causare in receptiuo ꝓportionato approximato. sꝫ angelꝰ habẽs notitiaꝫ habitualẽ alicuius obiecti. i. habẽs obiectum ꝑfecte ꝑsens vel in se vel in specie intelligibili: vel ꝑ aliquã reuelationẽ: intellectus em̃ habẽs obiectũ sic ꝑsens in ratione intelligibilis nõ vt actu intellectuꝫ dicit꞉ habere memoriam de tali obiecto: vt in primo expositum est. d. 2. parte. 2. q. vltima. ⁊ d. 6. habẽs ergo talẽ memoriam sufficiẽter est in actu primo ad causandũ intellectionẽ actualẽ illius obiecti: ergo potest illuꝫ effectum causare in quocũqꝫ receptiuo illius effectus: sꝫ intellectus alterius angeli non actu concipientis talẽ actum distincte est receptiuus talis intellectionis causate ab angelo loquente: ⁊ dicit non concipientis priꝰ: quia si actu conciperet: tunc eiusdem obiecti non posset recipere aliam intellectionem. Sequitur in littera ibi. probatio maioris scilicet huius: illud quod sufficiẽter est in actu primo ⁊c. quia prima extrema proportionis actiui ⁊ passiui sunt vniuersalissima abstracta a quocunqꝫ actiuo ⁊ a quocunqꝫ passiuo: et ista ꝓportio inest particularibus sub vtroqꝫ extremo per rationẽ cõmunẽ: ⁊ ꝑ consequẽs extremis. Hec etiam ꝓpositio tacta

est supra a Doc.in plo.in.q.de subiecto theo.ar.prio.⁊
hec ꝑpositio aliqualiter declarat̃:q꞉ si aliquod actiuuʒ
respiciat passiuum:ita ꝙ inter illa duo sit ꝑportio acti-
ui ad passiuum ⁊ passiui ad actiuum.s.ꝙ sicut actiuum
potest ꝑducere effectum in passiuo tali ita ⁊ passiuum
tale sit receptiuum illius effectus a tali actiuo:sequit̃
ꝙ q̄libet actiuum eiusdem rationis cuʒ primo actiuo
possit vere agere in vere passiuum ⁊ in q̄libet passiuuʒ
eiusdem rationis cum non sit maior ratio de vno ꝙ̄ de
alio:⁊ sic similiter:sicut aliq̄d passiuum natum est pati
ab aliquo actiuo:ita ⁊ q̄libet eiusdem rationis natuʒ
est pati ab eodem actiuo:⁊ similiter natum est pati a q̄-
libet actiuo eiusdem rationis:ab actiuis ergo eiusdem
rationis abstrahit̃ actiuum in cōmuni ⁊ a passiuis eius
dem rationis abstrahit̃ passiuum in communi:⁊ sic ꝑ-
portio actiui in communi ad passiuum in communi est
inter extrema cōmunia ⁊ vniuersalissima:ꝓbat̃ minor:
vʒ ista sʒ angelus habēs notitiam habitualē ⁊c̃.ex quo
eñ angelus hʒ actum primum cognoscēdi.a.sequit̃ ꝙ
ꝑ illud potest facere intellectum suum in actu sc̄do cau
sando in se intellectionē obiecti:⁊ ꝑ cōsequēs sequit̃ ꝙ
similē intellectionē possit causare ī intellectu alterius
angeli passiuo cum sit eiusdem rationis cum intellectu
Difficul. notanda. suo passiuo:⁊ sic pʒ.s.ista ratio prima.¶ In ista lr̃a oc-
currūt alique difficultates.Primo.Circa hoc q̄d dicit
intellect⁹ angeli.a.pōt causare cognitionē.b.in intelle
ctu alteri⁹ angeli puta.c.hoc eñ videt̃ dubium:quia si
intellectus.a.causat cognitionē.b.in intellectu.c.aut
causat in ratiōe obiecti aut in ratiōe potētie:nō p̄mo.
q꞉ tūc nō loqueret̃ alteri angelo:q꞉ intellect⁹ ille in ra-
tiōe obiecti tm̄ causaret cognitionē sui ⁊ nō cognitio-
nem.b.Tum etiam:q꞉ de necessitate nature ⁊ absolute
causaret cognitionē sui ⁊ sic nō esset in potestate ei⁹ lo-
qui vni angelo ⁊ nō alteri:nō sc̄do:q꞉ Doc.in.q.penul.
ꝑlo.articulo primo expresse comparat obiectum in ra-
tione actiui ad potētiam in ratiōe passiui.¶ Dico bre
Rn̄sio. uiter ꝙ verum est ꝙ quādo obiectum in cōmuni in rōne
actiui respicit potētiam in cōmuni in ratiōe passiui q̄d
libet ꝑ se cōtētum q̄d est eiusdē ratiōis in ratiōe actiui
respicit quālibet potētiam ꝑ se ꝯtētam sub potētia ī ra
tione passiui:loquēdo semꝑ de causalitate competente
obiecto q꞉ obiectum cōcurrit tm̄ partialr̃:vt pʒ a doc.
in primo.d.3.q.7.⁊ lʒ potētia cōcurrat actiue partialr̃
vt ꝓbat Doc.vbi supra.⁊.5.q.quoli.tn̄ obiectum respi-
cit illam in ratiōe receptiui:q꞉ cognitio talis tm̄ est na
ta recipi in potētia.Hec autē ꝑpositio nō tm̄ verificat̃
de causa partiali:sʒ etiaʒ de causa totali:immo magis:
nam memoria fecūda in ratione actiui respicit intelle-
ctuʒ possibilē in ratiōe passiui:ergo quelibet memoria
fecūda respicit quēlibet intellectum.s.ꝑportionatum
in rōne passiui:sicut ergo intellectus angeli cum specie
intelligibili obiecti.b.(que duo integrāt memoriam fe
cundam respectu intellectionis abstractiue ipsius.b.)
potest causare cognitionem.b.in se:ita ⁊ ī quolibet in-
tellectu eiusdem rationis.

Sc̄d a diffi. **Secundo occurrit** dubium.circa illaʒ ꝑpo
sitionē ꝙ prima extrema
Primū in- ꝑportiōis actiui ⁊ passiui ⁊c̃.q꞉ ex ista ꝑpositiōe multa
cōueniēs. vident̃ sequi incōueniētia.Primo:q꞉ volūtas in ratio-
ne actiui respicit se ipsam in rōne passiui:pʒ:q꞉ in se po
test causare actum volēdi vel nolēdi vt ꝓbat Doc.in.d.
25.sicut ḡ pōt causare in se actuʒ volēdi:ita similē actū
potest causare in qualibet volūtate eiusdē ratiōis:⁊ sic
sicut in seipsa potest causare actum amoris erga deum:
ita poterit causare similē actum in volūtate alterius:⁊
sic poterit facere voluntatē illam diligere deum:ptʒ:q꞉
illa voluntas actu diligit deum q̄ actu hʒ amorē dei in
Sc̄dm. se:q̄d videt̃ valde inconueniēs.¶ Sc̄do:sequit̃:ꝙ ante
beatitudinē angeloꝝ dum essent in gr̄a vn⁹ potuit face-
re alium mereri:pʒ:q꞉ volūtas vnius angeli informata
charitate potuit in se causare actum meritorium:ḡ ⁊ si
milē potuit causare ī volūtate alteri⁹ angeli cum sit eius
dem ratiōis in rōne receptiui:⁊ ꝑ cōsequēs potuit face
re alium angelum mereri beatitudinē q̄d non videtur.
¶ Tertio:sequit̃ ꝙ vna volūtas poterit facere peccare
Tertium. aliā volūtatē:ꝓbat̃:q꞉ in se potuit elicere actū pc̄ti:pu-
ta actū deformē:ḡ ⁊ similē potuit causare ī volūtate al
teri⁹ angeli:⁊ sic vn⁹ angel⁹ potuit facere peccare alium
angelū.¶ Quarto:sequit̃ ꝙ eadē volūtas poterit simul
Quartum. ⁊ semel diligere.a.⁊ odire.a.q̄ sunt repugnātia:ꝓbat̃:
ponēdo talē casum ꝙ voluntas vni⁹ angeli actu diligat
aliū angelū dilectiōe vt octo ⁊ vn⁹ ali⁹ āgel⁹ eliciat actū
odii vt octo circa illū angelum:tūc arguo sic:angel⁹ pōt
causare in se actū odii circa illū aliū angelū:ḡ ⁊ similē
actū poterit causare ī volūtate alteri⁹ angeli pri⁹ dili-
gētis illū aliū angelū:⁊ sic ī eadē volūtate simul ⁊ semel
erūt act⁹ odii vt octo ⁊ act⁹ amoris vt octo respectu eius
dē obiecti q̄d est impossibile.¶ Quinto:sequit̃ ꝙ intel Quintum.
lect⁹ vni⁹ angeli ⁊ sit.a.possit causare visionē dei ī intel
lectu alteri⁹ angeli ⁊ sit.b.ponēdo ꝙ.b.actu nō videat
deū:⁊ silr̃ volūtas.a.poterit causare fruitionē ꝑfectā in
volūtate.b.pri⁹ nō fruēte:vel si volūtas.b.fruat̃ vt quat
tuor ⁊ sit imꝑfectior volūtate.a.tūc volūtas.a.poterit
causare fruitionē vt octo ī volūtate alteri⁹ si ipsa fruat̃
vt octo patēt ista oīa:q꞉ Doc.vult ꝙ intellect⁹ beati sit
causa actiua visionis saltē partialis:⁊ silr̃ volūtas eius
sit cā actiua partialis respectu fruitionis:ḡ sicut illam
pōt causare in se ipsa partialr̃:ita ⁊ in qualibet volūta-
te eiusdē rōnis.Et multa alia incōueniētia possunt ad-
duci q̄ ne sim tedio legēti omitto.¶ Rn̄deo ꝙ ꝑpositio Rn̄sio ad
Doc.est manifeste vera nec incōueniētia adducta valēt primum.
cōtra illā ꝑpositionē cū facillime solui possint stante ꝑ-
positiōe illa.Ad primū ḡ incōueniēs:dico ꝙ nulluʒ est
incōueniēs:cōcedo eñ voluntatē posse recipere ab alia
volūtate actū amoris dei quo voluntas illa formaliter
amat deū sʒ act⁹ ille nō dicet̃ in potestate amātis cū tm̄
se hebeat ī potētia receptiua:vt pʒ a Doc.ī p̄mo.d.17.
¶ Ad sc̄dm ꝯcedo:ꝙ act⁹ q̄ dicit̃ meritori⁹ pōt causari Ad sc̄dm.
in alia volūtate:⁊ silr̃ act⁹ deformis:⁊ tn̄ volūtas reci-
piēs hm̄ōi act⁹ nec meret̃:nec peccat:q꞉ act⁹ meritori⁹
quo aliq̄ volūtas meret̃ est in potestate ei⁹ sic ꝙ ab ipsa
libere eliciat̃:vt pʒ a Doc.in p̄mo.d.17.non eñ aliqua
volūtas meret̃ ī eo q̄d euitare nō pōt:q꞉ si volūtas vni⁹
angeli causet actū in volūtate imꝑfectiore alteri⁹ ange
li:sic se hʒ ī potētia receptiua:ꝙ nō pōt nō recipere illū
actū:silr̃ dico ad aliđ incōueniēs de pc̄tō:ꝙ q̄uis reci-
piat actū deformē:nō tn̄ ex hoc dicit̃ peccare:q꞉ pecca
re semꝑ est in potestate peccantis:sic ꝙ est in facultate
sua elicere actū deformē vel nō deformē vt ꝑ Aug.pʒ ⁊
cōiter Doc.¶ Ad aliđ inconueniēs de actu amoris ⁊ Ad tertiū.
actu odii:dico ꝙ nihil ꝯcludit ꝯtra ꝑpositionē Doc.cū
ipse dicat ꝙ talis potētia actiua possit agere in passiuʒ
sibi ꝑportionatū ⁊ dispositū:modo si volūtas aliq̄ actu
habeat actū amoris vt octo stāte illo actu amoris a nul
la volūtate poterit recipere actū odii ꝓpter incōpassibi
litatē actuū:sicut etiā suꝑficies aliq̄ q̄uis sit receptiua
caliditatis vt octo:⁊ etiā frigiditatis vt octo ab agēte
naturali:tn̄ vt ē actu sub frigiditate vt octo a nullo pōt
recipere caliditatē vt octo ꝓpter incōpossibilitatē for-
marū:q̄ ⁊ si nō repugnēt suꝑficiei:sunt tn̄ adinuicē repu
gnātes ⁊ incōpossibiles ex suis rōnib⁹ formalib⁹ ⁊ non
ex rōne subiecti:q꞉ q̄cūq꞉ repugnāt suis rōnib⁹ formali
bus repugnāt:vt pʒ a Doc.ī p̄mo.d.2.pte.1.q.1.⁊ ī.3.d.
1.q.1.⁊ alibi sepe.¶ Ad vltimū incōueniēs de visione ⁊ Ad quartū
fruitiōe.Dico breuiter ꝙ si intellect⁹ angeli vt hn̄s p̄n̄s Nota bene
obiectū btificū:ita ꝙ tale obiectū ꝯcurreret de necessi- hāc solu.
tate ī rōne obiecti visibili:ꝙ posset cāre visionē ipsi⁹ ob-
iecti ī q̄cūq꞉ ītellectu eiusdē rōnis sibi ꝑportiōato ⁊ di
sposito.Et forte esset difficile eis soluere hāc rōnē q̄ di
cūt ꝙ essētia diuia ī rōne obiecti visibilis causat visionē
si itelligāt ꝙ tm̄ ꝑtialr̃:nobis aūt nō ē difficultas:q꞉ te
nem⁹ ꝙ talis visio lʒ ꝑtialr̃ causet̃ ab ītellectu bti:p̄nci-
palr̃ tn̄ causat̃ a volūtate dei:⁊ ideo ip̄a nō ꝯcurrēte in
tellect⁹ āgeli n̄ posset cāre illā visionē ī itellectu alteri⁹
āgeli.si tn̄ ip̄a ꝯcurreret nō apparet īcōpossibilitas:q̄n
ꝑtialr̃ lʒ min⁹ p̄ncipalr̃ posset illā causare:sicut ī seipso
ita ⁊ ī ītellectu alteri⁹:ꝑ idē dico ad illđ de fruitiōe q꞉
fruitio p̄ncipalr̃ causat̃ a volūtate diuina ⁊ min⁹ p̄ncipa
liter a volūtate angeli:⁊ ideo volūtate diuina nō cōcur
rēte nō posset causare fruitionē ī volūtate alteri⁹ āgeli:
q꞉ q̄n aliq̄s effect⁹ depēdet a duab⁹ causis ꝑtialib⁹ vnaʒ
totalē integrātib⁹ ab vna sola esse nō pōt:⁊ p̄cipue a mi
n⁹ p̄ncipali:vt pʒ a Doc.q.14.q̄li.⁊ alibi sepe.si ꝑo volū
tas diuia ꝯcurreret:tūc sicut pōt cāre fruitionē ī seip̄o
ita ⁊ ī volūtate alteri⁹:⁊ sic pʒ rn̄sio ad oēs istas instan
tias.¶ Ibi instat̃ ꝯtra rōnē.Hic Doc.nō instat ꝯ ma-
iorē p̄me rōnis nec ꝯtra ꝓbationē ei⁹:q꞉ tā maior ꝙ̄ ꝓ-
batio ei⁹ intelligit̃ de actiuo ⁊ passiuo amoto oī īpedi-
mēto:q̄d tūc dr̄ in potētia ꝓpinqua:vt pʒ ꝑ ph̄m.9.me
ta.t.c.10.q̄n inq̄t possibile aliq̄d possibile:⁊ q̄n ⁊ quo-

modo ⁊ quecũq₃ alia necesse ad esse ĩ diffinitiõe: supple
potẽtie actiue ⁊ passiue: ⁊ subdit. Tales potẽtias. s. irra
tionales necesse est vt possint quãdo passiuum ⁊ actiuũ
appropinquãt. hoc q̃dem facere: illõ vero pati: ⁊ soluit
difficultatẽ q̃ posset occurrere. s. ꝙ iste potẽtie rationa
les posse impediri hoc excludit dicẽs. Nullo namq₃ ex
teriorum ꝓhibẽte adiũgere ⁊c. vide textum. t. c. 2. ⁊. t.
Un⁹ ãgel⁹ absolute põt intellectualr̃ loq̃ alteri angelo.
cõ. 10. requirit̃ ergo remotio om̃is impedimẽti. Et sic
Doc. ꝯcedit absolute ꝙ vnus angelus absolute possit ĩ=
tellectualiter loqui alii angelo. s₃ nõ sequit̃ ꝙ possit lo
qui angelo distãti: nõ em̃ põt distãs agere in distãs nisi
prius agat in medium s₃ medium nõ est receptiuum lo
cutiõis angeli nec auditiuum angeli loquẽtis. ¶ Ibi.
Cõfirmat̃ istud ꝑ Aristo. scdo de anima. t. cõ. 74. vbi
vult ꝙ si esset vacuum nihil videret̃ q₂ spẽs visibilis nõ
posset ꝑtingere ad oculum. Nõ inquit bene hoc Demo
critus opinatus: ꝙ si esset vacuum ꝙ medium supple si
esset vacuum ꝓspici vtiq₃ certe ⁊ si formica esset in celo:
hoc em̃ impossibile. patiẽte em̃ aliquid sensitiuo fit ipsi
videre. i. s̃m aliaz trãslationẽ visus nõ fit nisi quãdo sen
sus patit̃ aliqua passiõe: sequit̃. ab ipso igit̃ q̃ videt̃ co=
lore impossibile: relinquit̃ autẽ ꝙ a medio. i. s̃m aliam
trãslationẽ: s₃ impossibile est vt visus patiat̃ a colore: re
manet igit̃ vt patiat̃ a medio: sequit̃: quare necesse est
esse medium: vacuo autẽ facto nõ aliquid certe: l₃ oĩno
nihil videbit̃. i. s̃m aliam litteram: vñ necesse est vt ali=
quid sit in medio: si autẽ fuerit vacuum nõ tm̃ visio non
erit vera s₃ nihil ommno videbit̃: hec ibi: oporteret er=
go angelum loquẽtẽ alteri angelo distãti prius habe=
re actionẽ in medium q̃₃ in angeluz cui loquit̃. ¶ Ibi.
Itẽ vult philosophus septimo phi. t. c. 8. ⁊. 9. ꝙ mouẽs
⁊ motum sint simul: ⁊ hoc loquẽdo de moto immediato
qõ op₃ prius moueri a mouẽte q̃₃ moueat̃ motum me=
dium. S₃ si inquit Ari. qõ mouet̃ primum s̃m locum ⁊
corporalẽ motum est/ necesse est tãgi ⁊ ꝯtinuum esse mo
uẽti sicut videmus in oĩbus hoc ꝯtingere: hec ille in te=
xtu. 8. cum ergo angelus loquẽs nõ sit simul cum ange=
lo audiẽte ⁊ distãte: op₃ ꝙ prius agat in mediuz cui sit
simul: ⁊ postea in angelum s₃ medium nõ est capax ta=
lis locutõis: ergo. ¶ Ibi. Ad ista excludẽda. Hic doc.
Expõ lr̃e.
in ista lr̃a intẽdit ꝓbare ꝙ angelus vere possit loqui al=
teri angelo etiam distãti causando in eo aliquam intel
lectionẽ. Expono tñ istam litteram ꝓpter iuniores q̃₃=
uis in se sit satis facilis: cum dicit si non esset prioritas
nature actiõis in medium ad actionẽ in termino actio
in terminum nõ depẽderet ab actione in medium: p₃ ꝑ
exẽplum: si ponat̃ ignis distãs a ligno ꝑ spacium decez
cubitorum ille ignis nõ posset immediate calefacere il
lud lignum nisi prius calefaciat partẽ ꝓpinquaz mediĩ
puta aeris q̃ calefacta calefacit aliam ⁊ si illa calefacta
sit tãte virtutis quãta est prima pars calefacta: ita ꝑfe
cte calefacit aliam partẽ: ⁊ sic de aliis: vt pat₃ a Doc. in
scdo. d. 2. q. 12. tamẽ dẽdo ad scdm argumẽtũ pricipale:
⁊ sic p₃ quomodo ignis nõ potest immediate calefac=
re lignum: q₂ necessario ⁊ prius natura calefacit mediũ
vt sic calefactio ligni vt posteri⁹ natura dẽpẽdet neces=
sario a calefactiõe medii vt priore natura: si ergo calefa
ctio ligni nõ esset posterior natura calefactiõe medii:
tũc ignis eque immediate posset calefacere lignum: si=
cut ⁊ ipsum medium: q₂ causa efficiẽs duorum effectuũ
quorum neutrum est prius altero potest vtrũq₃ sine al=
tero causare. S₃ in ꝑposito nõ est talis prioritas. s. ꝙ in
tellectio angeli causata ab alio angelo depẽdeat vt po=
sterior natura ab alia intellectiõe prius causata ⁊ rece
pta in medio: ⁊ ꝙ sic nõ depẽdeat ꝓbat ibi: actio in me=
dium nõ precedit naturaliter actionẽ in terminum nisi
duplici de causa: aut q₂ est eiusdem rationis medium ⁊
terminus: vt cum aer bicubitalis calefit: extrema pars
illius aeris nõ immediate calefit: sed posterius natura
calefit: q₂ prius naturaliter pars ꝓpinqua igni calefit:
q₂ ergo terminus ⁊ medium sunt eiusdem rationis ter=
minus aeris nõ potest calefieri nisi prius medium inter
ipsum ⁊ agẽs calefiat: similiter lignũ est eiusdẽ ratiõis
cum aere: ⁊ hoc in ratiõe receptiui: q₂ ita aer est recepti
uus caloris sicut ⁊ ligmuz: ⁊ ideo ignis nõ potest imme
diate calefacere lignum inter qõ ⁊ ipsum ignẽ cadit aer
nisi prius calefacit aerẽ. Sequit̃: aut si est alteri⁹ ratio=
nis. s. ipsum medium a termino: ita ꝙ terminus in rõne
receptiui sit alterius rationis a medio receptiuo: sicut
p₃ de materia prima que est immediate receptina for=
me substãtialis: ⁊ de medio inter ipsam ⁊ agẽs puta ali
quod quãtum qõ tm̃ est receptiuum accidẽtis: puta ca=
loris ⁊c. tũc agẽs h₃ duas formas actiuas: quaruz vna
est prior naturaliter reliqua ⁊ s̃m illam formam que est
prior actiua natum est agere in medium ⁊ s̃m aliam in
terminum: vt p₃ de igne corrumpẽte lignum frigidum:
prius em̃ s̃m formam caloris disponit lignum ⁊ poste=
rius s̃m suam formam substãtialẽ inducit formam sub=
stãtialem ignis in materiam ligni. Dat etiam Doc. alia
exempla de medio: qõ est eiusdem ratiõis cum termino
vt cu₃ sol illuminat partes medii: q₂ pars posterior nõ
potest immediate illuminari nisi pars ꝓpinquiori pri⁹
natura illumin[e]t̃. Et exẽplum quãdo medium est alte=
rius ratiõis a termino est quãdo sol generat mineram
in visceribus terre vel vermẽ in terra ⁊ illuminat mediũ
interpositum: nam s̃m formam suam substãtialem gene
rat mineram ĩ visceribus terre: ita ꝙ substãtia solis est
ratio generãdi: ⁊ s̃m aliaz formam puta lucẽ illuminat
medium: ⁊ sic generatio vermis est posterior illumina=
tione medii: q₂ sol nõ posset generare vermẽ nisi medio
prius illuminato. Et si dicat̃ ꝙ substãtia solis est ratio
formalis generãdi vermẽ ⁊ illuminãdi medium: dico ꝙ
q̃₃uis hoc nõ sit forte verum adhuc substãtia solis erit
ratio generãdi prius vnum q̃₃ aliud: tñ quicquid sit de
hoc alias. Sequit̃ ibi: exclusa vtraq₃ earum causaruz. s.
ꝙ nec medium sit receptiuum eiusdem ratiõis cum ter=
mino nec agẽs habeat aliam formam actiuam realiter
vel virtualiter (dicit virtualiter ꝓpter substãtiã aliquaz
que potest esse ratio formalis ꝓducẽdi plura alteri⁹ ra=
tiõis: sic tñ ꝙ sit ratio formalis prius ꝓducẽdi vnuz q̃₃
aliud) ꝑ quam sit natum agere in medium actione alte=
rius ratiõis ab actiõe in terminum nullo modo p̃cedit
actio in medium actionẽ naturalẽ in terminum. Et ita
est in ꝓposito: medium em̃ corporale qõ est inter ange=
los distãtes neq₃ est natum recipere actionẽ eiusdẽ ra=
tiõis cum angelo distãte audiẽte: vt p₃: q₂ angelum au
dire est recipere intellectionem de obiecto reuelato ab
angelo loquẽte: q̃ intellectio ĩ nullo corpore immedia=
te recipi potest. nec similiter aliam alterius ratiõis p̃o
rẽ illa: q₂ angelus loquẽs nec habet formaz virtualiter
nec formaliter actiuam actiõis prioris ad illam que est
locutio. i. ꝙ talis opatio siue causatio noue intellectio
nis in alio angelo nõ necessario p̃supponit causationẽ
alicuius alterius rationis: p₃: q₂ cum angelus habeat
obiectum p̃sens in se vel in specie intelligibili vel ali=
quo alio modo. sicut immediate potest causare notitiã
illius obiecti in se: ita ⁊ in quolibet intellectu potest si=
milẽ causare qui sit eiusdẽ rationis: ⁊ sic poterit causa=
re illam in intellectu angeli distãtis. ¶ Ibi. Cõfirmat̃
istud vltimuz tripliciter. s. ꝙ angelus loquẽs possit cau
sare nouam intellectionẽ de aliquo obiecto sibi reuela
to ĩ intellectu alterius angeli distãtis. Et primo ꝓbat
ponẽdo vnum impossibile. s. ꝙ deus nõ esset vbiq₃ s̃m
essentiam esset tñ omnipotẽs sicut dictum est in primo
d. 37. ⁊ tũc posset imediate causare aliquid alicubi vbi
tñ nõ esset presens ꝑ essentiam nec tñ ageret in medium
actione eiusdẽ rationis nec alterius q₂ causatum esset
immediate ab eo. ¶ Ibi. Scdo si nõ admittat̃ ista posi
tio inpossibilis remota impossibili positione satis ha=
bebit̃ ꝓpositum q₂ sol immediate causat vermẽ vel aliã
substãtiam generabilẽ ⁊ corruptibilẽ: ⁊ tñ actiõe illius
ratiõis. s. generatiõis nõ agit in medium nec actiõe al=
terius ratiõis supple agit in medium nisi q₂ sol h₃ aliã
formam actiuam. s. qualitatem ꝑ quam natus est agere
prius aliquo modo in medium q̃₃ ꝑ suam formam sub=
stãtialẽ sicut alteratio p̃cedit generationẽ. ¶ Ibi Pre
terea tertio. Hic Doc. adducit aliõ exẽplum quo mani
feste ꝓbat ꝙ nõ est necesse virtutẽ actiuam esse presentẽ
passo nec ꝑ essentiam nec ꝑ contactum corporalẽ ⁊ sic si
virtus corporalis potest sic agere indistans: multo for
tius virtus angelica poterit causare intellectionẽ obie
cti in intellectu alterius angeli distãtis: ⁊ ꝙ virtus cor
poralis sic possit: p₃: q₂ corpus generãs: puta ignis ge=
nerat corpus naturale. s. compositum ex materia forma
qõ est subiectum supficiei: ⁊ tñ nõ est immediate p̃sens
receptiuo forme substãtialis nisi tm̃ s̃m supficiẽ: vt cuz
ignis agit in ligno tam ignis q̃₃ lignum sunt similiter
tm̃ quo ad supficiẽ vel se tãgũt tm̃ quo ad supficiẽ ⁊ ꝙ
agat prius in medium inter ipsum ⁊ illud cui est sic pre=
sens nõ requirit̃ absolute ad hoc ꝙ agat in illud s₃ hoc

est qꝛ medium est capax actionis eiusdē rationis cū ter
mino.vt patet de aere calefacto.nā calefactio q̄ est ter=
minus calefactionis actiue est simpliciter eiusdē ratio=
nis cum calefactione recepta in aliis partibus aeris.
¶ Ibi. Post hec tria apti⁹ exemplū ad ꝓpositū est de
actu cognoscendi:qꝛ cognitio intuitiua visionis q̄ est
actio īmanēs nō est eiusdem rationis in medio cū illa q̄
est in organo:patet:qꝛ actio q̄ recipitur in medio est tā
tū species ipsius visibilis:receptū āt in organo tāq̄ in
receptiuo remoto est visio:lꝫ prius causetur species vi
sibilis ī medio q̄ꝫ causetur visio in organo:hoc est qꝛ vi
sibile natū est gignere.⁊ speciē ⁊ visionem sicut duos ef
fectus ordinatos nec receptū in medio est cause recepti
in termino sed est sicut effectus prior illo cōparādo illā
ad eādem causam.Et qd di.de organo ꝙ est receptiuū
remotū patet:qꝛ potentia visiua q̄ est quid cōstitutum
ex aīa ⁊ tali organo sic mixto vt patet in p̄mo di.3.q.6.
est immediatū receptiuū visionis:organū vero remotū
receptiuū sicut etiā dicimus in nobis ꝙ intellectio īme
diate recipitur in intellectu ⁊ remote in ipso operante.
Quod etiā dicit ꝙ species sensibilis in medio non est
causa visionis recepte in organo hoc forte dicit qꝛ sensi
bile extra est causa vtriusq̄ꝫ.Si tamē teneatur ꝙ adhuc
species sensibilis sit causa visionis vt etiā videtur te=
nere Doc.in p̄mo.d.3.q.4.debet intelligi de specie exi
stente in organo q̄ vna cū sensitiua integrant visionem
illa tamē visio absente visibili esset valde imperfecta vt
tenet Doc.vbi supra melius est igitur dicere ꝙ tā visio
q̄ꝫ species sensibilis immediate causetur a visibili:dif=
ferenter tamē qꝛ visio tm̄ partialiter causatur a visibi=
li:vt videt̄ tenere doc.in primo.d.3.q.7.species autē
sensibiles immediate causatur a sensibili potētia sensi=
tiua nō cōcurrente vt doc.videt̄ tenere in quoli.q.15.
¶ Ibi. Per hoc patet ad instantiā de secundo de aīa.
Hic doc.soluit instantias prius factas exponēdo p̄us
auctoritates philosophi:dicēs ad p̄mā ꝙ nō est de rōne
visibilis adhuc vt causet aliq̄d in termino ꝙ aliq̄d cau
set in medio eiusdē rōis vel alteri⁹ rationis cū causato
in termino:sed qꝛ species sensibilis est effect⁹ prior visio
ne q̄ prius recipit̄ in medio q̄ꝫ recipiat̄ in organo:ideo
ponitur prius causari in medio ipsa species q̄ꝫ ī orga=
no.¶ Et per idem:ad illud.7.phisi.ꝙ verū est ꝙ agēs
est immediatū passo ⁊ hoc īmediatione correspōdente
tactui mathematico qn̄ mediū est receptiuū actionis
eiusdē rationis vel alteri⁹ rōnis respectu cuius agens
hꝫ formā vel immediatione correspōdente tactui virtu
ali:qꝛ ita est agens pn̄s distāti mathematice ad effectū
causandū in eo sicut si esset p̄sens sibi ſm suā essentiam
⁊ hoc modo esse p̄sens per potētiā suam ⁊ sic nō ꝙ potē
tia sua sit ibi sed ꝙ potentia sua possit causare ibi effe=
ctum ac si esset ibi licet nec ip̄m nec potētia sua sit ibi.
¶ Ibi. Sed cōtra hoc obiicit̄. Hic doct.facit vnā in=
stantiam cōtra illud qd dixit:prius.s.ꝙ distantia loca
lis nō impediat locutionē qꝛ si sic tunc sequeret̄:ꝙ vn⁹
angelus posset loq̄ alteri angelo quātūcunq̄ꝫ distāti qd
non vr̄. Rn̄det doc.in reportatis ꝙ nimia distātia īpe=
dit angeli locutionē:sed in quāta distantia determina
te loq̄ possit via naturali nescitur:sicut ēt supra patuit.
d.2.q.5.de loco angeli:videlicet quātū locū simul occu
pare possit.¶ Ibi. Scđo principalr̄ ad solutionem ar=
guo sic. Hec est secunda ratio quā facit doc.ꝓbādo ꝙ
vnus angel⁹ possit intellectualiter loqui alteri angelo
⁊ in ista ratione p̄supponit vnū supra declaratū.d.3.q.
9.quō angelus cognoscit se per essētiā.i.ꝙ essentia sua
est ratio formalis causandi cognitionē intuitiuā ī ra=
tione obiecti intelligibilis:vt ibi exposui.Ex hoc īfert
ꝓpositū:qꝛ si angelus inferior possit cognoscere se ītui
tiue ꝑ essentiā suā:a fortiori angel⁹ superior cognosce=
re poterit illū inferiorē intuitiue ꝑ essentiā illi⁹ inferio
ris:cū superior sit maioris virtutis:⁊ pꝫ:qꝛ omne obie=
ctū intuitiue cognoscibile ab inferiori:est etiā ītuitiue
cognoscibile a superiori:cū ergo angel⁹ inferior possit
cāre cognitionē suā intuitiuā in se per essentiā suā:seq̄t̄
ꝙ idē poterit cāre in quēcūq̄ꝫ intellectū eiusdē intelle=
ctionis receptiuū:dato ꝙ angel⁹ inferior distet a supe=
riori:⁊ tn̄ non est necesse ꝙ illa cognitio recipiat̄ ī me=
dio.Ergo a simili:si ī angelo ponat̄ aliq̄d actu intelli=
gibile natū gignere aliquā cognitionē lꝫ nō intuitiuā ī
quolibet intellectu passiuo ⁊ receptiuo pōt illud actu ī
telligibile gignere suā notitiā:sed intellect⁹ angeli di=
stantis est receptiu⁹ talis notitie.igit̄ illud ītelligibile
actu ī intellectu angeli exn̄s pōt cāre ī itellectu angeli
distantis notitiā actualē sui:nihil tn̄ causādo ī medio.

Ibi. Ad vlteriorē aūt declarationē ꝓpositi
restāt duo intelligenda.
Primo:q̄d gignat̄ in intellectu audientis ab angelo
loquēte.scđo qualiter angel⁹ pōt loqui vni ⁊ nō alteri:
si sint eque presētes.¶ De primo dico ꝙ potest causare
actū tm̄:ita ꝙ nō speciē.Scđo potest simul cāre actū ⁊
spēm.Tertio pōt cāre spēm tm̄.¶ Ibi. Probatio p̄mi

Nota de locatione angeli alteri.

Hic doc.intēdit ꝓbare ꝙ angel⁹ puta.a.pōt cāre ī an=
gelo puta.b.actū cognoscēdi respectu alicuius obiecti
nō cāndo speciē:pꝫ:qꝛ si angel⁹.b.prius nouerit obie=
ctū.c.habitualr̄:puta ꝙ habeat speciē intelligibilē illi⁹
per quā vr̄.c.habitualr̄ notū:qꝛ sicut habēs habitū ꝓm
ꝑte agit:ita hn̄s spēm intelligibilē obiecti:statim pōt
intelligere illud cū vult:si igit̄.c.sit habitualiter notū
a.b.⁊ similr̄ sit habitualiter ⁊ actualr̄ notū ab.a.tūc.a.
poterit cāre in intellectu.b.actualē notitiā.c.pri⁹ habi
tualr̄ noti a.b.⁊ tūc nō cābit spēm intelligibilē in.b.qꝛ
tunc in ip̄o.b.essent due species intelligibiles respectu
eiusdē obiecti:qd nō vr̄.¶ Ibi. Similr̄ locutiones vt
plurimū sunt de cōplexis pertinētib⁹ ad actualē exn̄tiā
rerū. Hic doc.ꝓbat ꝙ etiā posito ꝙ angelus.b.habeat
spēs ītelligibiles oīm simpliciū:et actu cognoscat illa
⁊ similiter ꝓpositiones necessarias cōstitutas ex simpli
cibus:siue ille ꝓpositiones sint mediate vel immediate:
adhuc angel⁹.a.poterit loq̄ angelo.b.⁊ ip̄m illumina=
re de multis ignotis.pꝫ qꝛ cōplexiōes:q̄ īcludūt actua
lem exn̄tiā extremorū:⁊ eorū vnionē cū sint mere ꝯtingē
tes nō cognoscunt̄ per spēs intelligibiles extremorū:
pꝫ:nō.n.habēs speciē intelligibilē albedinis:⁊ spēm ī=
telligibilē hoīs.ex hoc sequit̄ ꝙ possit actu cognosce=
re hoīeꝫ eē albū ⁊ per cōsequēs vn⁹ angel⁹ pōt loq̄ alte=
ri angelo illuminādo ip̄m de multis cōclusionib⁹ cōtin
gētib⁹:loquēdo.n.cōiter fit tm̄ de cōplexionib⁹ cōtin=
gentib⁹ ⁊ nō de terminis simplicibus cū respectu illorū
habeat spēs intelligibiles cōcreatas:ꝑ quas actu pōt
cognoscere oēs cōplexiōes necessarias. De illis cōtin
gētib⁹ pꝫ:ꝙ vn⁹ angel⁹ pōt causare ī alio angelo cogni
tionē alicui⁹ talis ꝯplexi sine cātiōe alicui⁹ spēi.¶ Ibi.
Scđm ꝓbo. Hic doc.ꝓbat quō angelus loquēs possit
cāre spēm intelligibilē in intellectu alteri⁹ angeli audi=
entis:⁊ simul actū intelligēdi respectu obiecti cui⁹ est
spēs ītelligibil̄:q̄ ꝓbatio ē satis clara ī lr̄a:quā tn̄ lr̄am
aliqualr̄ declaro. Supponit.n.p̄mo ꝙ angelus audi=
ens nō hēat cognitionē obiecti.c.nec hēt spēm ītelligi
bilē illi⁹:⁊ sic carēs vtroq̄ꝫ est vtriusq̄ꝫ receptiu⁹:⁊ si il=
lis nō careret nō eēt audiēs:qꝛ audire ē actu recipere
notitiā obiecti ignoti ab alio loquēte. Probat mō ꝙ
possit gignere ī audiēte speciē intelligibilē.c.⁊ actū in=
telligendi de specie intelligibili pꝫ qꝛ ipsa pōt gignere

Declaratio littere.

speciē intelligibilē eiusdē rōnis sicut species rei sensibi
lis ī medio pōt gignere speciē sēsibilē eiusdē rōnis pu=
ta ī alia parte medii.Et hoc sic dꝫ intelligi qꝛ si sensibi=
le existens in medio illuminato puta aliquis color pōt
īmediate gignere in medio illuminato speciem sensibi
lē que recipitur in parte propinquiore ipsi colori:tūc
illa species immediate gignet aliam in parte propin=
quiore sibi.et illa alia si sit eque perfecta sicut prima
immediate gignet aliā eque ꝑfectā:si ꝟo sit īperfectior
p̄ma gignet aliā īperfectiorē ⁊ in hoc pari formiter est
dicēdū sicut di.doc.ī isto.2.d.2.q.vlt.rn̄dēdo ad scđm
argumentū p̄ncipale:⁊ sic tādē illa species sensibilis:q̄
est ꝓpinquissima organo gignet aliā eiusdē rōnis ī ip̄o
organo.Et sic pꝫ quō ille species sensibiles nō se habēt
sicut effect⁹ ordinati eiusdē cause.sed sicut effect⁹ ordi=
nati alteri⁹ ⁊ alteri⁹ cause.Et ex hoc infert doc.ꝙ si vna
species sensibilis existēs ī medio pōt aliā eiusdē rōnis
causare in parte ꝓpinquiori eiusdē medii:a fortiori spe
cies intelligibilis existēs in intellectu angeli.a.pote=
rit aliā eiusdē rōnis cāre ī intellectu angeli.b.cū sit ca
pax illi⁹. De actu pꝫ qꝛ illa spēs q̄ est ī loquēte p̄ncipiū
cognoscēdi illi⁹ cui⁹ est pōt ēt eē rō ꝓducēdi actualem
intellectionē illi⁹ obiecti ī ītellectu alio capace.i.ꝙ an
gel⁹.a.habēs spēm intelligibilē.c.sicut illa spēs intelli
gibilis ē rō formal̄ ꝓducēdi (ꝑtialr̄ tn̄) actualē notitiā
ipsi⁹.c.ī intellectu āgeli.a.ꝯcurrēte ip̄o ītellectu vt alia
cā ꝑtiali ⁊ p̄ncipali ita eadē spēs vt exn̄s ī ītellectu an=
geli.a.erit rō formalis ꝑtialr̄ cāndi ꝯcurrēte intellectu
angeli.a.vt cā p̄ncipali notitiā actualē.c.ī ītellectu an
geli.b.cū sit receptiu⁹ eiusdē rōnis cū ītellectu āgeli.a.

Una spēs sensibilis cāt aliam.

Difficul. pulcher.

In ista littera insurgūt aliqua dubia. Primum in hoc qḋ dicit ꝙ voluntas angeli: siue ꝙ in potestate angeli est q̄tuʒ ad primā intellectionem vti hac specie in memoria. vel illa ad illā intellectionem intellectualem istius vel illiꝰ: qꝛ si hoc esset verū tunc voluntas angeli posset imperare primā intellectionē: quod est cōtra Doctorem in primo distinctione. 3. q. 6. Et vltra sequere᷑ ꝙ volūtas posset imperare aliquē actum circa aliquod obiectum non precognitum: quod est contra Doc. in primo vbi supra. ⁊ dist. 6. ⁊. 27. eiusdē primi. ¶ Respondeo ꝙ Doc. hic non loquit᷑ absolute de prima intellectione obiecti: qꝛ volūtas ante omnem cognitionem obiecti posset illā imperare: sed bene prima intellectio est in potestate voluntatis quo ad eiꝰ continuationem: vt supra dixi: vel etiam potest dici ꝙ si intellectus fiat presens voluntati vt cognitus habens plures species intelligibiles presentes illi voluntati. ꝙ potest imperare intelllectui vt vna vtatur non vtendo alia sed hoc non est ita ad mentem doctoris quia volūtas nō posset imperare intellectui intelligibili: nisi illa sit presens voluntati vt cognita et sic oporteret obiectum esse prius cognitum: quia species intelligibilis posterius cognoscitur q̄ꝫ obiectum. Sed an voluntas posset sic imperare vt intellectus vtat᷑ sic vel sic aliqua specie quo ad primā intellectionē obiecti. Hec difficultas vsqꝫ ad. 42. distin huius. ¶ Secundum dubiuʒ est ibi. quia dicit doctor ꝙ angelus potest simul pluribus loqui quod est valde difficille tam ex parte intellectus loquētis q̄ꝫ ex parte obiecti cogniti. Ex parte intellectus loquentis sic dubitatur: qꝛ si intellectus loquentis loquēdo de obiecto reuelato ad cuius cognitionē non concurrit obiectuʒ reuelatū: sed tantū ipse intellectus: et tunc si simul potest loqui etiam angelis: tunc simul poterit causare decē intellectiones eiusdē rationis: ⁊ tunc aut causabit illas simul eque perfecte. sicut quālibet seorsum: aut non eque ꝑfecte. Si primo ergo simul poterit causare infinitas vt deduxi in primo distinctione. 2. q. prima. Si secundo ergo non poterit: ita ꝑfecte loq̄ vni sicut alteri qḋ vr̄ inconueniēs: si etiā nō loquat᷑ de obō nō reuelato: qḋ partialit᷑ ꝯcurrit ad intellectionē: adhuc isto de ītellectu vt est alia causa ꝑtialis. si enī ītellectꝰ loquentis partialr̄ simul potest producere decem intellectiones eiusdem rationis: eque perfecte has simul decem sicut quamlibet seorsuʒ sumptam ex hoc videtur ꝙ infinitas posset simul producere licet partialiter: ⁊ sic infinitis āgelis posset simul loq̄: si essent presentes: ⁊ ꝙ hoc sequatur patet in simili de duobus corporibꝰ: que si simul possent esse in eodem loco propter penetrationem dimentionum ergo et infinita corpora simul possunt esse in eodem loco: vt patet per Aristo. 4. physicorum. Similiter si idem corpus simul posset esse in duobus locis quantum est ex se posset esse ⁊ in infinitis locis. vt concedit Doctor in quarto distictione. 10. questione. 2. Tum etiam quia si angelus posset causare plures intellectiones adequatas in pluribus angelis: eadem ratione plures poterit causare in intellectu suo adequatas. maxime si ille plures sint diuersarum rationuʒ: patet consequentia: quia intellectus loquens non potest causare cognitionem alicuius obiecti in intellectu alterius. nisi prius causet cognitionem eiusdem in se: vt supra patet. ergo si pōt causare plures intellectiones diuersarum rōnum ī pluribus angelis: a fortiori poterit causare in intellectu suo. et sic poterit simul habere distinctas cognitiones adequatas quod videtur inconueniens. vt etiam contra Docto. s. ꝙ intellectus creatus eque perfecte intelligat plura sicut quolibet seorsum. ¶ Preterea quero quid Doc. intelligat quando dicit ꝙ potest simul causare distinctas cognitiones adequatas indistinctis angelis. aut intelligit de adequatiōe ītēsiua. aut extēsiua: non secūdo mō vt pʒ in littera sua non etiā primo mō. qꝛ cū intellectu ⁊ obiectū presens sit causa naturalis ⁊ agat scd̄m vltimū virtutis sue. et producat effectum perfectiorem: quem potest ꝓducere. vt pʒ ī primo di. 3. questione secunda: tunc quando causat vnam intellectionem ī vno angelo. causat scd̄m totam virtutem suaʒ. ergo producit illam perfectam quantum potest. ergo si simul potest producere aliam equalis perfectionis. oportet ꝙ sit scdʒ maiorē virtutē. vt patet a Docto. in primo distinctione secūda questiōe prima. ⁊ in isto secūdo distictione. 3. q̄stione 10. Si vero causat aliā intellectionē secundū maiorem virtutē sequūtur duo īcōueniētia. Primū ꝙ nō causabit primā secundū totā virtutē suam. Secundū. ꝙ secūda ītellectio erit ꝑfectior primā. quia maiori virtute ꝓducta. ⁊ sic iste ītellectiōes nō erūt adequate. cuʒ vna sit ꝑfectior alia. Similiter cū ad huiusmodi ītellectiōes si sint abstractiue ꝯcurrat species ītelligibilis obiecti. de q̄ loq̄tur. ⁊ illa species ītelligibilis ē cā partialis ītellectiōis. ⁊ tu dicis ꝙ ipē ītellectꝰ cū specie ītelligibili ꝓducit ītellectionē obiecti: de q̄ loq̄tur ī ītellectu alteriꝰ angeli. vt. s̄. pʒ. Et tūc q̄ro. an species ītelligibilis agat ad ītellectionē primā respectu āgeli. ⁊ scd̄m totam virtutē suā: quod veruʒ est remoto omni īpedimento. ergo ꝓducit ītellectioneʒ ꝑfectā quantum potest. ⁊ si simul

Nota diligens lector has rōnes.

potest producere aliam eque perfectam. tunc augmētabitur ꝟtus illiꝰ: quod vr̄ inconueniens. Si tu dicis ꝙ respectu vniꝰ intellectionis simul concurrit cum intellectu loquentis sm totam virtutem suā: sed quando angelus loquens loquitur alteri angelo. ipse solus causat cognitionem obiecti: de quo loquitur. Sed hoc est falsum quia vt alias exposui. s. in primo dist. 3. q. 1. et in isto scđo distinc. 3. q. 10. nichil potest causare cognitionē alicuius obiecti. nisi contineat illud secundū totā suam entitatē virtualiter vel eminēter. Preterea. Ista memoria ī angelo loquente que est perfecta et non impedita: que agit sm totā suam virtutem: si simul potest producere duas intellectiones eque perfectas in duobus angelis: tunc due intellectiones erunt vna. patet ꝑ Doctorem in prīo per argumentū distin. 8. q. vlt. vbi dicit. si deꝰ ageret de necessitate ad extra cum sit virtutis infinite simul ꝓduceret infinitos effectus. Et addit dicens. Immo infiniti effectꝰ essent tm̄ vnꝰ effectus infinitꝰ. Sic arguo in ꝓꝑ.

Tertiū dubium.

¶ Tertium est in hoc qđ dicit ꝙ vnus angelus potest simul loqui pluribus angelis. Queritur modo an plures angeli qui sint eiusdē speciei specialissime possint simul loqui vni angelo: et hoc de eodem obiecto: vel de diuersis. ita ꝙ vnus loquatur de eodē obiecto: et alius de alio et non de eodē obiecto: qꝛ tunc angelus audiens simul posset recipere plures intellectiones eiusdē obiecti: qđ videtur inconueniens et contra doctorem supra. qui probat ꝙ angelus loquens potest causare actum tantum in angelo audiente: nisi angelus audiens prehabeat cognitionem illiꝰ obiecti. Nō de diuersis obiectis: quia pono casum ꝙ sint decem angeli eiusdē speciei: et loquātur de decem obiectis solum numero distinctis: tunc causabūt simul decem intellectiones eque perfectas in eodem intellectu audiente: quod videtur inconueniens. Tum qꝛ si potest simul hr̄e decē. sequitur ꝙ decem intellectionibus cognoscat idem obiectum: quod videtur incōueniēs. Tum etiam qꝛ si simul potest recipere decem eiusdē rationis. sequitur ꝙ etiam infinitas.

Rn̄sio ad dubia cum aliqb ꝑābulis.

¶ Respondeo ad illa dubia. Et pro maiori intelligentia suppono aliqua. Primo ꝙ duplex est repugnantia quedam simpliciter et tale repugnans per nullam potētiam est possibile. Secunda est tantum respectu agētis naturalis: et respectu talis agentis: quod est sic repugnans fieri: est īpossibile fieri. ¶ Secundo suppono ꝙ virtus que potest producere plures effectus simul eiusdē rationis quorum vnus natus est esse pars alterius: vt patet in intēsione formarū potest producere vnum effectum intēsum tante ꝑfectionis quante sunt ibi plures: dūmō passum sit receptiuum: et vnus non repugnat alteri: quod dico: quia q̄uis deus in distinctis passis in infinitū possit produci infinitas albedines: non tamen sequitur ꝙ possit producere vnum indiuiduū album intensiue infinitum: quia aliquis gradꝰ intēsionis repugnat albdini sic intēse: vt patebit in tertio distinctione. 13. Ubi ergo vnus effectus nō repugnat alteri intendendo illum simul poterit ꝓducere effectum intēsum ex oībus illis: et sic si vnꝰ angelus respectu eiusdem obiecti potest simul producere mille intellectiones quarum quelibet circa perfectionem sit vt quatuor: et eq̄ perfecte possit producere mille sicut vnam: sequitur ꝙ poterit producere vnam intellectionem perfectionis includentis perfectionem mille albedinum. ¶ Tertio suppono q̄ si aliqua virtus requirat ꝙ sit tante perfectiōis ad hoc vt possit producere vnum effectum. de necessitate requirit maiorem perfectionem adhoc vt possit producere alium effectum eiusdem ratiōis eque perfecte. hoc patet: quia si virtus vt quattuor respectu ponderis vt quattuor. ad hoc vt talis virtus possit simul portare aliud pondus vt quattuor eiusdem rationis requirit maiorē perfectionem: et maiorem virtutem: sic ergo in proposito: et sic sequit̄ ꝙ si aliqua causa simul potest ꝓducere duos effectus eiusdem ratiōis eque perfecte: sicut quemlibet seorsum. erit de necessitate maioris perfectionis. Et ex hoc concludo ꝙ nulla virtus creata eque perfecte potest ꝓducere duos effectus eiusdē ratiōis simul sicut quemlibet seorsum: quin de necessitate sit maioris virtutis: imo sic dico ꝙ nulla est cā creata q̄tūcūqȝ ꝑfecta: que simul possit ꝓducere duos effectꝰ eiusdē rōnis sicut quēlꝫ seorsum: et sic nullꝰ ītellectꝰ creatꝰ simul pōt ꝓducere duas ītellectiōes eiusdē obi eque ꝑfecte simul sicut quēlꝫ seorsum dico ergo ad mentē Docto. ꝙ nō est ꝟtus creata: q̄ simul possit producere duos effectus eque intensos et eq̄ ꝑfecte sicut quemlibet seorsum: quod patet quia quando producit vnum si est virtus naturalis producit illum secundum totam virtutem suam. ergo si simul producit aliū: eque intensum requiritur virtus dupla: aliter primꝰ nō fuisset productꝰ secundū totam virtutē suā et hoc est quod dicit doctor in primo distinctione. 8. questiōe vltima. ꝙ si virtus formaliter infinita ageret de necessitate nature. tūc produceret vnum effectū. qui esset formaliter infinitus. Et quādo dicit hic in littera ꝙ potest simul loqui pluribus angelis. ita ꝙ simul potest habere plures effectus adequatos. puta simul causando plures intellectiones adequatas eiusdem obiecti: sic debet intelligi q̄ sint adequate intensiue. ita ꝙ intensiores non potest producere et extensiue. ita tot ꝙ non plures. Et cū dicitur. Si producit primū scđm totam virtutem suam. ergo nō potest producere secundum eque perfectum. Dico ꝙ si passa: puta decem angeli sint eque disposita simul sicut quodlibet seorsum respectu angeli loquētis. talis casus positus vel erit impossibilis. quod magis credo. et si nō sunt eque disposita: sed vnum passum sit magis dispositum alio tunc in magis disposito causabit perfectiorem intellectionem. et in minus disposito imperfectiorē. Si dicatur ꝙ saltem vnus illorum erit dispositus ad recipiendum cognitionem intensiuam: sicut angelus loquens potest causare. et alius non ita sit dispositus: et sic de aliis. ergo simul poterit producere vnam intellectionem perfectissimam in angelo perfectissime disposito. quia secundum totam virtutem suam. et aliam in angelo minꝰ disposito et sic requiritur maior virtus in angelo loquente. quod patet. Si enim aliqua virtus sit adequata ad portandum onus centum librarum. simul non poterit portare aliud onus duarum librarum. aliter non portaret pondus centum librarum secundum totam virtutem suā.

Nulla virtus creata pōt simul producere duos effectus eq̄ intensos et eq̄ ꝑfecte sicut quemlibet seorsum.

Euacuatio

Rn̄sio.

Dico ꝙ hic casus vel est impossibilis. vel si est possibilis dico ꝙ tantum producit intellectionem intensissime ī angelo disposito perfecte. et in angelo minus disposito nullam simul producit: vel si casus primus. puta ꝙ decem angeli sint simul eque dispositi. sicut quilibet seorsum sit possibilitis. dico q̄ tantum vnam intellectionem intensissime producet que tantum in vno illorum recipietur vel nullam producet. et si tantum producet vnam stante equali dispositione omnium non est maior ratio ꝙ in vno recipiatur q̄ in alio. dico ꝙ q̄uis non sit maior ratio in vno q̄ in alio tamen si aliquam intellectionem producet tantum in vno illorum vnam producet: et quis sit ille deꝰ nouit. Si dicatur ꝙ virtus creata quanto nobilior: tanto simul potest producere plura. Dico ꝙ virtus creata nobilior non est ad impossibile sed tantum ad possibile. si ergo virtus maior comparetur ad minorem respectu effectus eiusdem rōnis. Dico ꝙ maior intensiorem effectū producet q̄ minor. si comparatur ad effectus diuersarū rationum dico ꝙ maior ad plura potest se extendere q̄ virtus inferior vt patet de sole et de igne. Quando igit̄ Doc. dicit ꝙ potest simul habere plures effectus adeq̄tus. debet si intelligi ꝙ si producat tantum. 10. effectus extensiue et non plures simul illi effectus vel erunt eq̄les in se posito ꝙ. x. angeli sint dispositi tantum vt duo ita ꝙ quilibet sit eque dispositus vt duo non loquendo de vltima dispositione et perfectissima tunc dico ꝙ simul causabit decem intellectiones eque perfectas. ¶ Si dicatur producit primā sm totam virtutem suam. ¶ Dico q̄ tantum producit quantum passum natum est recipere. Et si dicatur ꝙ talis virtus agit sm vltimum potentie sue. ¶ Dico ꝙ respectu vnius intellectionis non agit sm totam virtutem suam immo virtus illa vt simul est ad plures effectus sic est sm totam virtutem suam ad illos ꝙ sm totam virtutem suam vnum illorum non producet: si vero non sunt equales in perfectione sed vna intellectio perfectior et alia minus perfecta. sic debet intelligi ꝙ simul producit illos effectus sibi adequatos ꝙ perfectiores non posset ꝓducere. ita ꝙ ista adequatio respicit potentiam producentem et non perfectionem equalem effectuum. ¶ Et ex his patet responsio ad primam dubitationem: quia si posset producere duas intellectiones eiusdem rationis secundum totam virtutem suam ita perfecte, simul sicut quamlibet seorsum non repu=

gnaret producere infinitas quod ptꝫ ex isto: qꝛ ad ꝓdu
ctionē duarū perfectionuꝫ requirit maioꝛ ꝑfectio ita ꝙ
illa ꝑfectio maioꝛ sit vt octo:et possit ꝓducere duas eq̄
ꝑfecte sicut quālibet seoꝛsum sumptā:et vnā ꝓducit se=
cundū totā virtutē suā:⁊ ita ꝑfecte sicut duas:hoc idem
potest sequi de tertia:⁊ sic vsqꝫ in infinitū:vt pꝫ intuēti.
Sed qꝛ doctoꝛ dicit ꝙ pōt hr̄e plures effectus adequa=
tos mō ꝑexposito: ergo ⁊ īfinitos: ita ꝙ vnꝯ sit ꝑfectioꝛ
⁊ alius īperfectioꝛ vel sint equales īperfectiōe:⁊ sic sta
ret argumentū de duobꝯ coꝛpoꝛibus. Et hoc ꝓbat̄ qꝛ si
conceditꝛ ꝙ habens in virtute sua īfinitas species potest
illas simul producere:⁊ hoc quantū est ex ꝑte habentis
talē virtutē:vt clare ptꝫ a doc. in p̄rio. d. 2. q. 1. ꝑtis p̄rie.
Et licet sit simplr̄ repugnantia ⁊ manifesta incōpossibi
litas ex parte specierū:vt. s. simul possint esse īfinite spe
cies actu:vt subtiliter ꝓbatur a doc. in scđo methaphi.
sue. in q̄ōnibus de infinito:nō tn̄ esset talis repugnantia
ex parte cōtinētis virtualiter infinitas species. vt ptꝫ de
duobus contrarijs q̄ lꝫ adinuicē repugnent posse esse si=
mul in eodē subiecto: tn̄ non est repugnātia ex ꝑte dei.
Sic dico in proposito de continente virtualr̄ plures effe
ctus eiusdē rōnis. Dico ꝙ lꝫ possit habere simul plures
adequatos virtuti sue non tn̄ infinitos vt pꝫ ī exēplo: nā
si sit aliqua virtus vt centū potens ferre centū pondera.
illa virtus si numeraliter pōt ferre cētum pondera ꝙ nō
plura simul:ita ꝙ tanta virtꝯ coꝛrespōdet tanto pōderi
et maioꝛ maioꝛi ⁊c. Et sic dico ꝙ nulla virtus naturalis
est que possit facere duo coꝛpoꝛa esse simul in eodem lo=
co. Sed sola virtus diuina q̄ sicut potest facere duo coꝛ=
poꝛa esse simul in eodē loco:ita ⁊ infinita:⁊ sicut pōt fa=
Euacuatio ſm Francisci de mayro.
cere idē coꝛpꝯ esse in pluribꝯ locis:ita ⁊ in īfinitis:vt pꝫ
a docto. i. 4. distin. 10. q. 3. ¶ Si dicatur ꝙ licet virtus
creata non possit simul producere plures effectus diuer=
sarū perfectionū siue infinitos saltem potest producere
effectꝯ eiusdē rōnis īfinitos:⁊ hoc simul:⁊ hoc est qđ di=
cit Franciscꝯ de mayro. in primo distin. secūda: ꝙ argu=
mentū Scoti non concludit de effectibus eiusdē rōnis:
quia virtus creata. puta hō vel ignis: licet adhuc simul
non producat infinitos effectus eiusdē rōnis tamen pōt
producere quantum est ex ꝑte sua. et tamen talis causa
non est formaliter infinita:quia vnus effectus eiusdem
rationis ad sui productionem non requirit minoꝛem vir
tutem in causa producente q̄ꝫ alius:effectꝯ vero alteriꝯ
rationis requirit maioꝛem perfectionē in causa q̄ꝫ alius
alterius rationis:ptꝫ:quia vna species est ꝑfectioꝛ alia:
⁊ sic quolibet indiuiduū vnius speciei est essentia perfe=
ctioꝛ quolibet indiuiduo alterius speciei perfectioꝛis. si
igitur aliqua causa haberet in ꝟtute sua posse produce=
re infinitas species:illa esset formaliter infinita. ¶ Dico
Solutio.
ꝙ causa que potest producere infinitas species:dicit̄ foꝛ
maliter infinita duplici ratione:quia ex quo habet ī vir=
tute sua posse producere infinitas etiā successiue erit foꝛ
maliter infinita:patet. quia si. a. requirit perfectioneꝫ vt
vnum ad producendum vnam speciem maioꝛem perfe=
ctionem requirit ad producendum aliā. igitur cum spe=
cies sint sicut numeri. 8. methaphy. Sequitur ꝙ habēs
in virtute sua posse successiue ꝓducere īfinitas species
sequitur ꝙ illud sit formaliter infinitū:esset etiā infinitū
ex hoc si simul posset producere infinitas :quia vt supꝛa
dixi posse producere infinitos effectus eque ꝑfectos. ita
perfecte simul sicut quemlibet seoꝛsum est maioꝛis per=
fectionis:a foꝛtioꝛi si simul potest producere effectus di=
uersarum specierum eque perfecte simul sicut quēlibet
seoꝛsum. Dico igitur ꝙ causa que simul potest produce
re infinitos effectus eiusdem speciei eque perfecte: si=
cut quemlibet seoꝛsum est formaliter infinita. quia licet
vnus effectus seoꝛsum sumptus non requirat maioꝛem
perfecionem in causa q̄ꝫ alius eiusdem rationis tamen
simul sumpti requirunt maioꝛem perfectionem cum nō
possint eque perfecte produci:sicut quilibet seoꝛsum:nisi
Pudica obiectio.
maioꝛ perfectio requiratur in causa:et si infiniti possent
simul ꝓduci. infinita perfectio arguit̄ in cā. ¶ Si dicat̄.
Nonne sol cōcurrit vt causa cū causis secundis in istis
inferioꝛibꝯ:dico ꝙ sic:nonne in eodē instāti plures cau=
se secunde producunt plures effectꝯ eiusdē ratiōis: siue
speciei. Dico ꝙ sic. igit̄ sol cōcurrit ad oīs istos effectꝯ
eiusdē speciei amittit̄. Sed dico ꝙ nō cōcurrit eque per
fecte ad duos ⁊ secundū totā virtutem suā sicut ad quā
libet seoꝛsum sumptam. sicut dico de effectibus eiusdem
rationis: ita dico de effectibus diuersarum rationum.
¶ Si dicatur. Videtur ꝙ si intellectus noster non possit
habere duas intellectiones eque perfectas modo preex=
posito. igitur tunc intellectus beati perfecte intelligit es=
sentiam diuinam et sēperꝙ nunquaꝫ posset perfecte in
telligere alium angelum quantum est intelligibilis. Di=
co ꝙ posito ꝙ vnus angelus intensissime cognosceret es
sentiam diuinā. ita ꝙ toto cōatu:⁊ tota virtute sua:vt cau
sa tamen partialis causaret huiusmodi cognitioneꝫ. tūc
non eque perfecte. ⁊ eque intense cognosceret alium an
gelum causando cognitionem illius. licet tamen perfecte
cognosceret illum quantum est cognoscibilis. ita ꝙ talis
cognitio attingeret totam essentiam angeli non tamen il
la cognitio esset elicita ſm totam virtutem et totum co=
natuꝫ:ita ꝙ ipsa cognitio sit eque perfecte elicita ab āge
lo simul cum cognitione essentie diuine. sicut elici posset
vt seoꝛsum sumpta. et sine cognitione essētie diuine. Se
cundo dico ꝙ talis cognitio essentie diuine eliciatur in=
tēsissime. hoc tamen esset principaliter a voluntate diuīa
et non a cognatu angeli. patet. quia quilibet intellectus
beati loquendo de intellectu eiusdeꝫ speciei toto suo co
natu videt essentiaꝫ diuinam. tamen visio vnius est per
fectioꝛ et intensioꝛ:q̄ꝫ visio alterius:et hoc erit ratione vo
luntatis diuine efficatius concurrētis cū intellectu vniꝯ
q̄ꝫ cum intellectu alterius. ¶ Sed est difficultas loquen
Bōa diffi.
do tantum de conatu angeli. an. s. toto conatu suo eque ꝑ
fecte possit intelligere deum et aliuꝫ angeluꝫ simul sicut
quēlibet seoꝛsum. Dico ꝙ non:quod patet per superius
dicta. ¶ Si dicatur. Si intelligendo deum ſm totum suū
cognatum. siue secundum totam suam virtutē:an possit
causare intellectioneꝫ alterius angeli. licet non secundū
totum suum conatum. videtur ꝙ non. quia si secundum
totam suam virtutem causat ītellectionem dei partiali=
ter tamen. Si causat partialiter intellectionem alterius
angeli. tunc videtur ꝙ secundum maioꝛem virtutem. Di
co ꝙ sic. ⁊ non sequitur inconueniens:sicut in precedenti
quia perfectio visionis diuine erit principaliter a volun=
tate diuina. et sic non sequitur ꝙ requirat̄ maioꝛ virtus
¶ Ex his ergo patet responsio ad primam difficultatem.
Rnsio ad. 1.
et concedo primo ꝙ non posset causare duas intellectio=
nes sic adequatas. ita ꝙ non eque perfecte simul. sicut
quamlibet seoꝛsum. Deinde concedo ꝙ quando causat
vnam intellectionem simul cum alia:non causat illam se
cundū totā suam. virtutem absolute:quia tunc foꝛte nō
posset cāre aliaꝫ:et idē dico de specie ītelligibili. siue de
obđo sicut dixi de intellcu:sequētia ex his clara sūt. ¶ Ad
Ad scđam et tertiam.
scđam difficultatē:an plure angeli possent simul loq̄ vni
angelo causādo cognitionē. puta lapidis. Dico vt supꝛa
ꝙ si angelus audiēs esset eq̄ ꝓpoꝛtionatus ⁊ eque dis=
positꝯ respectu decē angeloꝝ loquētiū . sic simul respectu
oīm. sicut respectu cuiuslibet seoꝛsū sūpti. Dico ꝙ vel nul
lam intellectionē causabūt. vel si aliquā erit tn̄ ab vno an
gelo quem deus nouit. causare autē plures posse non vi=
detur:qꝛ tunc intellectus audiens simul haberet plures ī
tellectiones eiusdē obiecti:quod non est dicēduꝫ:et etiaꝫ
hoc Doct. negat supꝛa: ꝙ quando angelus loquens loq̄
tur alteri angelo habenti cognitionem obiecti de quo lo
quitur. tunc non causat cognitionem. sed tantum speciē
intelligibilem si non prehabeat. Si vero decem angeli lo
quentes loquuntur vni angelo de decē obiectis diuersis
an simul possint causare cognitionem illoꝛum dico ꝙ sic.
ergo angelus audiens simul intellegit decem obiecta?
Dico ꝙ non habeo hoc pꝛo inconuenienti. non tamen in
telliget quelibet simul sumpta. sicut quodlibet seoꝛsum
posset intelligere ⁊ hoc ꝙ licet decem angeli cuꝫ decē spe
ciebus intelligibilibus:sic se haberēt ꝙ vnus quisqꝫ pos
set causare cognitionem sui obiecti perfectissime: tamē
non posset illam causare. nisi in subiecto apto nato recipe
re:sed angelus audiens non potest sic disponi vt simul re
cipiat decem intellectiones decem obiectoꝛum eque per
fectas simul. sicut quālibet seoꝛsū sūptā:⁊ sic pꝫ difficultas

Cōtra aliqua

dicta Doc. instat Greg. de Ari=
Argumēta Gre. de Arimi. 2 sco.
mi. in scđo di. 9. q. 2. Et primo
instat contra illud quod dicit Doctoꝛ. s. ꝙ vnus angelus
pōt videre intuitiue. a. in ītellectu alteriꝯ āgeli cognoscē
tis. a. sed vt clarius ītelligat̄ cōtra q̄d arguit. Grego. sub
breuitate ipse Gre. recitat opinionē doc. quā vt clariꝯ ītel

ligantur rationes sue:recito:ꝛ incipit ibi alius modꝰ di=
cēdi est ꝙ vnus angelus loquitur alteri causando in eo
intellectionem eiusdem obiecti:quod ipse ītelligit. Ubi
aduertendum ꝙ secundum istum:verbum preter visio=
nem qua angelus videt in verbo aliquod obiectum:ad=
huc potest quadrupliciter cognoscere illud:verbi gratia.
a.quattuor modis alijs potest videre.s. intuitiue.s.in se
ipso.a.ꝛ iterum intuitiue vt in intellectu alterius ange
li cognoscentis:etiam abstractiue per speciem habituali
ter concreatam vel acqsitam:ꝛ nulla istarū intellectio=
num est auditio:quia nulla est per se expressa ab intelli
gente inꝙtum intelligens est.imo accidit ei ꝙ obiectuʒ
sit intelligens:eque enī moueret si non esset intelligens
ꝛ in omnibus istis si aliquis intellectus causet est intel=
lectus ipsius intelligentis non alterius ꝛ ipsum obiectū
concurrit ibi cum intellectu vt causa partialis. ¶ Quar
to modo potest iste cognoscere.a.ita ꝙ intellectio fiat in
eo per intellectum aliū exprimentem:ꝛ intellectus istiꝰ
nullam causalitatem habeat respectu actus:sed tantuʒ
erit passiuꝰ.ꝛ illa sola cognitio est auditio ꝛ est expressa
ab intelligente inꝙtum est intelligens: ita ꝙ solummo=
do intellectus loquentis: vel que sunt in ipso vt in ipso:
vel presentia sibi vt sibi:sunt actiua respectu auditionis
ꝛ hoc non vt proximi effectus.nam ista presentia loquē=
ti prius causant intellectionem actualem in loquente ꝙ̃
causent istā auditionē in loquēte:ipsa tñ intellectio lo=
quētis non est in loquēte ratio agēdi inꝙtū loquitur: sʒ
aliquid ptinet ad memoriā loquētis:ꝙ autē angelꝰ pos
sit causare intellectionē ipsius.a.in alio angelo: probaꝛ
quia quod est sufficienter in actu primo respectu alicu=
ius effectus potest illū causare in quocunqȝ receptiuo il
lius effectus:sed angelus habēs noticiā actualē alicuiꝰ
obi:vbi grā.a.est sufficienter in actu prīo ad causandū
intellectionē actualē ipsiꝰ.a.igiꝛ potest illam causare in
quocunqȝ receptiuo:illiꝰ:sed intellectꝰ alteriꝰ angeli est
receptiuꝰ eiꝰ:cū sit eiusdē rōnis cū illo intellectu.igiꝛ
ꝛc. Probatio maioris:qꝛ prima extrema pportionis acti
ui et passiui sunt vniuersalissīa abstracta a quocūqȝ acti=
uo et passiuo:quia ista proportio inest particularibꝰ per
rationē cōmunē:ꝛ ideo extremis. Minor probatur quia
angelus habens in se actum primū cognoscendi a.ꝛ spe
ciem et quecunqȝ ponunꝛ necessaria ad cognitionem. p
id qđ habet potest facere ītellectum suum in actu scđo
cāndo in se intellectionē a.a.sicut effectū. ¶ Contra hec
quia continent aliqua falsa. Primum est ꝙ vnus ange=
lus potest videre intuitiue.a.in intellectu alterius ange
li cognoscentis.a.si enim hoc esset verum:hoc esset:quia
videndo cognitionem alterius angeli cognoscētis.a.per
illam intuitiuā videret.a.patet: quia non potest videre
a.in intellectu alterius angeli nisi vel videndo per spe=
ciem quam alter angelus habet de.a.vel vidēdo forma=
liter per cognitionem eandem:qua alter angelus videt
a. vel videndo ipsam cognitionem qua alter videt.a.et
per illam sic visam videndo.a. primum non potest di=
ci:quia cognitio per speciem secundū eum est abstracti=
ua:nec minus ea que esset per speciem existentē in alio
intellectu:ꝙ̃ que est per existentem in suo:nec secundum
dici potest:quia non est possibile naturaliter ꝙ duo eadē
cognitione numero formaliter intelligant.sicut impossi=
bile est naturaliter ꝙ vna cognitio numero simul infor=
met duos intellectus:relinquitur ergo tertium:et sic pa
tet consequentia. Sed ꝙ consequens sit falsum probo.
Tum quia sequitur ꝙ angelus videns visionem suam:q̃
videt deum intuitiue:videret etiam illa visione reflexa
deum intuitiue:et per consequens illa visio de creatura
siue habens creaturā pro obiecto esset beatifica. Tum qꝛ
tunc due visiones beatifice essent ī eo. Tum tertio quia
secundum dicta sua angelus posset causare in diabolo
visionem predicte sue visionis prime cum sit sufficiēter
in actu primo ad causandum in seipso visionem predicte
visionis. Tum etiam ipsamet visio dei simul cum intelle
ctu videntis in dicto intellectu causaret visionem sui re
flexam:igitur illud poterit cum intellectu diaboli in ipō
intellectu diaboli. Et vtraqȝ consequentia patet per ra=
tionē suam:eo autem posito:diabolus videbit deū intui
tiue:ꝛ hec oīa sunt falsa.igitur ꝛc. ¶ Preterea pbatuʒ
fuit in prīo.d.3.ꝙ nulla noticia habita de re per aliqđ
mediū cognitū est intuitiua. ¶ Scđo cōtra illud qđ po=
nit angelū sic in alio posse causare notitiā.qꝛ seqꝛ fʒ hoc
ꝙ ēt in se ipso causare poterit talē auditionē de.a.cū eiꝰ
intellectꝰ sit per eū eiusdē rōnis cū ītellectu alterius. in
qua pōt auditionē de.a.cāre.ꝛ sic simul ꝛ semel haberet
duas notitias de.a.vnā q̄ non est auditio p quā ipse ītel
ligit.a.qñ causat auditionē ī alio.q̄ fm eū ibidē est effe=
ctus prior.sine quo auditio causari nō pōt:ꝛ aliā q̄ est au
ditio. Sed hoc est ꝯ eū. Primo qꝛ fm ipm intellꝰs audiē
tis se hʒ mere passiue respectu auditiōis igiꝛ iste se habe
ret mere passiue ad illā.ꝛ cū auditio fm eū efficiaꝛ ꝯ lo=
quēte non se haberet mere passiue ad ipam qđ cōtradi=
cit iā dicto. Tū qꝛ vt pʒ ī quarta rōne ipsiꝰ recitata ī p̄sen
ti.q.ꝯ aliā opinionē.ipossibile ē fm eū in ītellu esse duos
actꝰ pfectos simul:sed ponaꝛ ꝙ illa auditio si taʒ pfecta
quātū posset ī alio causare:qđ oportet dicere esse possibi=
le p rōnem suā.sequitur propositum. ¶ Tertio sequiꝛ ꝙ
aliquis poterit habere distinctam notitiaʒ in particulari
et determinate de aliquo non existente: esto ꝙ nullam
habeat propriam speciem illius:aut nunꝙ̃ nouerit illum
intuitiue:quod non videtur possibile. ¶ Preterea. Qua
lis notitia esset illa non abstractiua: qꝛ talis est mediāte
specie.etiam fm eum.non intuitiua: quia illa non est exi
stentis.cōsequētia pbatur.ponaꝛ enī ꝙ aliquod singula=
re preteritū quidā āgelus non nouerit.quod tamē alius
nouit.ꝛ hʒ speciē eiꝰ.ꝛ pōt determinate ꝛ distincte recor
dari de ipso.iste q̄ sic pōt recordari.ꝛ est sufficiēter in a=
ctu primo ad faciēdū se ī actu scđo recordationis.poterit
in illo alio causare.etiā similē recordationē fm dicta ista
ꝛ sic etiā aliqs recordabiꝛ eiꝰ qđ nunꝙ̃ nouit.qđ vr̄ repu
gnātiā includere. ¶ Preterea. Si vnꝰ angelus haberet
scientiaʒ vnius conclusionis. et non pōt cognosci nisi per
alias cognitiones priores.sicut possibile est in vna questio
ne supra ostensum est.et esset sufficienꝛ ī actu p̄mo respe
ctu actualis considerationis et scientie predicte conclu=
sionis .poterit huiusmodi notitiam causare in alio. qui
nunꝙ̃ conclusiones priores nouit.posito ꝙ ita fuerit. si=
cut ita possibile est.vt potest patere ex dictis in eadem q̄
stione.et sic aliquis cognosceret scientifice aliquam con
clusionem. qui tamen non cognosceret nec actu.nec ha=
bitu principia illius.quod etiam non est possibile.
¶ Preterea fm istam viam videtur ꝙ vna creatura pos
sit habere primam infusionem ab alia creatura et natu=
raliter:quod non libenter ego concederem. ¶ Tertio cō
tra modum dicendi in se:nam per istum modum locutio
nis.si in cetu multorum angelorum vnus vni specialiter
loqueretur.nescire posset audiens quis esset qui loque=
retur.supposito ꝙ illa locutio esset de re alijs actualiter
nota. Istud declaratur fm dicta istorum. Volūt enim ꝙ
in potestate ꝛ sponte angeli actualiter aliquid cognoscen
tis sit causare cognitionem illius obiecti in alio.vnde po
test ita loqui vni ꝙ non alteri.ꝛ loqui et non loq̄.sicut pla
cet sibi.igitur angelus recipiens in se auditionem vidēs
alios angelos:et notitias:et species et alia per q̄ sunt in
actu primo respectu auditionis. si aliqua alia sunt quorꝫ
quilibet potest eiusdeʒ auditionē causare non pōt deter
minate scire quis illā causauerit.ac p hoc nec q̄s sibi lo=
cutus sit. ¶ Preterea. Ista via dat modum quo vnus an
gelus possit loqui angelo alterius speciei.ac etiam ani=
me humane separate. Constat autem ꝙ angeli loquūꝛ
angelis alterius speciei:et demonibus. et animabꝰ. Ra
tio in oppositum non est efficax:nam maior sic absolute
sumpta est falsa.et multas habet instantias.sicut ex di=
ctis potest videri et preterea in nobis habet instantias.
nam vnus homo est sufficienter in actu primo ad causan
dum in suo intellectu intellectionem fm aliquem habi=
tum quem habet:nec tamen potest similem causare ī in
tellectu alterius hominis. ¶ Itē potest in voluntate sua
causare volitionem et non in voluntate alterius. quod e=
tiam de angelis verum est.ita potest instari de alijs inte
rioribus hominis potentijs oporteret igitur ꝙ intellige=
retur maior illa de illis receptiuis.q̄ sic se habent ꝙ sūt
eiusdem rationis.et etiam eodem modo comparantur.
seu se habent ad illud quod est in actu primo respectu il
lius effectus.ꝛ fm illum intellectum minor patenter erit
falsa.nā ad angelū habentē notitiā actualem ꝛ speciem
alicuius obi non eodē modo se habet intellectus alteriꝰ
angeli.sicut ītellectus proprius.patet.nec eodeʒ modo se
hʒ ad notitiā ꝛ speciē huius.nā hic informatur per istas

ille non. ¶ Preterea sicut tactum est nō omnes angeli
sunt eiusdem speciei: ⁊ iō minor cum debeat esse vniuer
salis: etiā esset defectuosa. ¶ Dico igitur ꝙ cum ange-
lus nō videat cogitationes alteri⁹: nec appareat bene
dici posse: ꝙ nō per modum obiecti sed per modū agen
tis extrinseci cause libere effectiue causet imediate co-
gnitionem in mente alteri⁹: cum tam primū ꝙ̄ scdm vi-
deatur esse ꝓprium deo: nec ideo iuxta primā opinionē
nec iusta secundā loquūtur adinuicem: loquūtur tamē
ſm ꝙ per scripturā certi sumus. Sed qualiter est nobis
ignotū. Potest tamē dici ꝙ sicut q̄ homo alterius ho
minis cogitationē videre nō potest immediate. i seipis
formāt exteri⁹ voces: vel intuitus: aut scripturas: et si
aliqua signa sint q̄bus quod corde quis cogitat in alte
rius deducit notitiam. Sic ipsi angeli volentes adinui
cem manifestare q̄ secretis cogitationibus cōcipiunt:
formant in seipsis quedam intellectualia signa: ⁊ spiri-
tuales vt ita dicam sermones ⁊ loquelas: per q̄ spiritua
liter audita ab aliis cognoscitur quid cogitāt: ita ꝙ si-
cut in nobis est duplex locutio. Una que est primum si
gnū rei immediate: ⁊ hoc nullius est lingue earum. que
distinguuntur secundū diuersitatem gentiū humanaꝝ
iuxta sententiam Aug. supra tactā: ⁊ hanc locutionem
solus deus audit. Alia que est secūdariū signū ⁊ priori
in idem significandum sub ordinatum: ⁊ ex hoc quodā.
modo priori signum: ⁊ hanc etiā alii audiunt. Sic i mē
tibus angelorum est duplex locutio. Prima q̄ est signū
primum ⁊ immediatū rei: ⁊ hec est cogitatio deo et sibi
tantū nota. Alia est signum secundariū ⁊ sub ordinatū
illi in significando quā alie spirituales creature intelli
gibiliter audiunt: ⁊ per ea quid per primā dicatur con-
cipiunt: ⁊ hanc puto apostolū vocasse linguā eorū an-
gelorum prime ad cor. 13. Ad hoc facit glo. supra allega
ta: que dicit ꝙ angeli p̄positi significāt minoribus q̄busdam nutibus aut signis: ſm hunc modū potest angel⁹
vni determinate dirigere sermonē suum: ⁊ omni modo
quo nos ⁊ lōge plus atq̄ perfecti⁹ distincte ⁊ varie loq̄
vt sibi placet: ⁊ alius pōt determinate scire quis loquit
hic. s. in quo intuet hmōi signa. in eis. n. audire intelli-
gere est. ¶ Si queratur. Utrū vni possit aliquis sic lo-
qui: ꝙ alius cui non loquitur nō audiat. dicendū ꝙ non
si alius sit in debita ꝓpinquitate ad audiendum: ⁊ ad
hoc sit attentus: nisi deus tunc eum ꝓhibeat audire nō
coagendo ad audiendū: ⁊ est simile sicut cū aliquis no-
strū inter multos cōstitutus nō potest localiter loq̄ vni
quin audiat ab aliis. Sed cōtra modū istū diceret ꝙ
qua ratione vnus angelus pōt videre hmōi signa i mē
te alterius angeli: eadē ratione vr ꝙ possit videre cogi
tationes eiusdē in eadē mēte exntes: et sibi ꝓpinquas
equalr: ⁊ per cōsequens superfluūt hmōi signa. ¶ Re-
spōdeo ꝙ ꝓpinquitas equalis ⁊ vnitas obiecti nichil
facit ad hoc. nā istis nō obstantibus vnū est ab aliis in
tuitiue intelligibile: ⁊ nō aliud. Exemplū constat ꝙ in
eadem materia est forma substātialis colorati: ⁊ color
eiusdem: ⁊ vtrūq̄ eque ꝓpinquū est videnti. nō eīm ē ibi
aliquis ordo: aut aliqua mediatio situalis: et bene sic
sentimus colorem: ⁊ per intellectū ipm intuitiue intel-
ligimus: ꝙ nec formā substantialē: nec etiā materiā sen
timus: aut intelligimus ītuitiue: q̄uis alio modo illas
intelligere possumus: in mente etiā simul habet quis ha
bitū infusum ⁊ intellectionē actualem: ⁊ hanc intelligi
git intuitiue: illam non. Sic igitur dico de modo locu-
tionis angelice: vtrū aūt ita sit ignoro. Apparet tamē
mihi sic esse possibibile: cū ⁊ nos etiā inde taliter tales
locutiones possumus formare similes locutionib⁹ for-
malibus localibus: sicut potest quilibet in seipso aduer
tere. ¶ Ad argumentū ipsius respondeo negando añs
ad ꝓbationē dicendū ꝙ cogitationes nō immediate in
seipsis audiuntur intellectualiter: seu vnr: sed median-
tibus intellectualibus signis immediate visis: sicut di
ctum est: hec Grego.

Solutio Argumentorū Greg. de Ari.

Respondeo ad omnes obiect. Grego. Et pri-
mo ad illam de intuitiua cogniti-
one. et concedo ꝙ vnus angel⁹ non cognoscit intuiti-
ue aliquod obiectū i itellectu alteri⁹ angeli per aliquā
spēz intelligibilem: q̄ talis cognitio esset tm̄ abstracti
ua. Et concedo ꝙ quando angelus. b. videt intuitiue
obiectū. c. in intelllectu angeli. a. ꝙ videt formalr ꝑ eā
dem cognitionē qua. a. videt. c. sic intelligēdo ꝙ. b. vi-
det cognitionē intuitiuā i. a. ⁊ sic per illā intuitiuā visā
in. a. b. ex cōsequenti videt intuitiue. c. intelligendo tñ
sicut exposui prius r̄ndēdo ad difficultatē quā fecit cō
tra hoc dcm̄ doc. Et cū dicit hoc esse falsū: q̄ tūc ange
l⁹ videns visionē suā: qua videt deū intuitiue: videret
ēt illa visiōe reflexa deū ītuitiue: ⁊ per ꝯsequēs alia visio
de creatura: siue hñs creaturā ꝓ obiecto esset beatifi-
ca. Dico p̄mo ꝙ hoc nō vr esse incōueniens: ⁊ cōcedo ꝙ
ꝑ visionē reflexē pōt cōsequēter videre deū i se: intelli-
gendo sicut supra exposui: ⁊ nō sequit ꝙ tunc eēt visio
beatifica respectu creature: q̄ illa visio reflexa: q̄ imme
diate terminat ad p̄mā intuitiuā: non igitur beatifica:
nec cōcedo ꝙ ꝑ visionē illā reflexā possit videri de⁹ i se:
sed per illā reflexā pōt videri p̄ma visio: per quā p̄mā vr
deus in se: ⁊ sic sola illa p̄ma dr beatifica. Dico scdo lz
nō ita ad ꝓpositū ꝙ visio reflexa pōt dici beatifica ex-
hoc solo ꝙ terminat ad visionē beatificā: nō ex hoc ꝙ i
mediate terminet ad obiectū beatificū: ⁊ sic cōcedo ꝙ
isto mō possent esse due visiones beatifice in eodē intel
lectu: quarū vna immediate terminetur ad obiectū bea
tificū: q̄ ꝓprie dr beatifica: ⁊ alia terminet ad visionem
illā beatificā ꝓprie dictaz: q̄ tñ dr beatifica improprie:
esset bñ incōueniēs si darent due beatifice ⁊ eque ime-
diate terminate ad obiectū beatificū. Et cum vltra in
fert ꝙ ſm dicta doc. iste angelus possit cāre in diabolo
visionē p̄dicte visionis p̄me. Dico ꝙ licet prima facie
videat inconueniens intellectui nō multū eleuato: nul
lum tñ vr sequi incōueniens: vt supra exposui: non eīm
repugnat angelo nō posse cāre similē visionē quā habz
in intellectu cuiuslibet alterius sibi ꝓportionato. cum
sint passiua eiusdē rōis. De facō tñ nō cāret q̄ volūtas
diuina disposuit nullomodo cōcurrere ad hoc. Et posi-
to ēt ꝙ de facto cāret. adhuc nō sequeretur diabolū vi-
dere deū in se: q̄ licet per visionē cātam in ipso videret
illam in angelo: nō tñ sequit ꝙ videret illā sub illa rōne
qua terminat ad deū in se: vt supra dixi: ⁊ sic nō sequit
ꝙ visione illa videret deū in se. Et sic pz ad istā primā
instātiā q̄ cōtra dctm̄ doc. nō tāgit difficultatē q̄ tangi
posset: vt ptz supra. ¶ Ad secundā instantiam contra
aliud dictū doc. de angelo cānte notitiā obiecti in in-
tellectu alterius angeli: cū dicit ꝙ tunc angel⁹ loquēs
alteri angelo posset cāre auditionē in seipso de obiecto
prius cognitio: negatur absolute: ⁊ cum ꝓbatur: quia
intellecus angeli loquentis est eiusdem rationis cū in-
tellectu angeli audientis. conceditur: sed postea negat
ꝙ sicut loquens potest causare auditionē i alio intelle
ctu de alio obiecto non actu cognito ab illo intellectu
ita eandem pōt causare in seipso: negatur similitudo:
quia intellect⁹ vt habens cognitionem huius obiecti
non potest simul habere aliam de eodē subiecto stante
illa prima ꝓpter causam supra assignatam: ⁊ ex hoc pa
tet ad illa que sequuntur: ꝓcedunt eīm ex falso intelle-
ctu dicti doc. ¶ Ad aliud quod dicit contra eandem
cōclusionē: ꝙ aliquis poterit habere distinctā notitiā
in particulari ⁊ determinate de aliquo non exñte: esto
ꝙ nullā habeat spēm ꝓpriam illius: aut nunq̄ nouerit
illum intuitiue: qd non videt possibile naturaliter. Di-
co absolute ꝙ hoc est simplr possibile: spēs eīm intelligi
bilis tm̄ partialr cōcurrit ad notitiā abstractiuā: vt pz
a doc. i p̄ma. d. 3. q. 6, 7. ⁊. 8. ⁊. d. 17. ⁊ alibi sepe: lz ergo
in intellectu audientis nō sit aliqua spēs intelligibilis
respectu illi⁹ obiecti: de quo hz notitiā abstractiuā ab
angelo loquēte: sufficit tñ spēs intelligibilis eiusdē ob
iecti i intellectu loquētis: q̄ vna cū intellectu loquētis
integrat vnā cām totalē respectu notitie abstractiue: q̄
totalis cā est rō cāndi notitiam abstractiuā i quocūq̄
passo receptiuo eiusdē rōnis: vt. s. patuit. Et qd hz ꝓ in
cōuenientiꝙ nō det i aliquo notitia abstractiua obiecti
de quo non p̄us hūerit notitiā intuitiuā. Dico p̄mo ꝙ
nō est necesse i cognoscēte aliq̄d abstractiue: ꝙ p̄us co
gnouerit illd ītuitiue: vt. s. exposui i. q. 3. ꝓlo. iproban
do opi. Gre. de obiecto sciētie. Dico scdo ꝙ ēt posito ꝙ
nō possit hr̄e notitiā abstractiuā de aliquo obiecto nō
p̄ habita notitia ītuitiua eiusdē: tūc ꝯcedo ꝙ angel⁹ lo-
quēs nñ posset cāre i audiēte notitiā abstractiuā: nisi an
gel⁹ loquēs pri⁹ hūerit ītuitiuā eiusdē obiecti: nō. n. pos-
set cāre aliā abstractiuā d obiecta: nisi p̄us cognouerit illd
abstractiue posito ḡ ꝙ ītuitiua reqrat r̄spectu p̄me ab-
stractiue: nō tñ seqt ꝙ reqrat respectu scde cāte i audiēte
sicut nec ēt ſm eū i cogtiōe abstractiua reflexa reqrit i-
mediate ītuitiua: sz si reqrit: p̄cise reqrit respectu p̄me.

¶Ad aliud cõtra candẽ conclusionem: pz vt supra: ꝙ
tali notitia cãta in audiente de obiecto partialiter re-
uelato esset abstractiua: ⁊ cum dicit ꝙ illa est per spẽm
intelligibilẽ ſm doc. Dico pͥmo ꝙ sufficit ꝙ sit per spẽz
intelligibilẽ exñtẽ in loquẽte. Dico secundo ꝙ non be-
ne ꝑcipit d oc. Non enĩ doc. dicit ꝙ cognitio abstrati
ua sit ꝑcise per spẽm intelligibilẽ: imo ipe vocat notitiã
abstractiuã quãcunqꝫ q̃ non est de obiecto exñte ⁊ pñte
in se. Et quod dicit ꝙ tunc angelus loquẽs q̃ recordaᵗ
de aliquo obiecto preterito vt p̃terito possit in aliquo
alio angelo causare similẽ recordationẽ: ⁊ sic poterit re
cordari de aliquo quod nũq̃ nouit. Dico ꝙ aliud est di
cere angelum posse cãre distinctã notitiam in alio an-
gelo de obiecto nõ prius noto: ⁊ aliud est de actu recor
dationis: qꝛ recordatio semper est de obiecto vt prius
cognito: posset enĩ ꝓus causare in audiẽte notitiam de
tali obiecto p̃terito vt p̃terito: sed tunc per talem noti
tiam nõ recordaretur: qꝛ recordari est per actum ꝓpriũ
ipsius recordãtis: vt clarius patebit in quarto. d. 45.
¶Ad aliud cõtra eandem cõclusionẽ: cum dicit ꝙ tũc
vnus angelꝰ posset causare notitiã cõclusionis scienti-
ficã in angelo audiẽte: qui prius non cognouerit illam
cõclusionẽ scientifice: nec per principia illius cõclusio
nis. Dico ꝙ aliud est causare notitiã alicuius cõclusio
nis absolute: puta huius. homo est risibilis: qua actu
cognoscit hominẽ esse risibilẽ: ⁊ aliud est causare noti-
tiã euidentẽ ex euidentia principiorũ. Hoc p̃misso di-
co ꝙ potest causare notitiã p̃mo modo: sed talis noti
tia nõ dicitur scientifica: sicut si deus immediate causa
ret in me notitiam huius. homo est risibilis. nõ dicere
tur scientifica: sed tm̃ reuelata. Secũdo modo nõ posset
causare non p̃habita in ipso audiẽte notitia ipsorũ p̃n-
cipiorũ: posset tamẽ causare notitiã terminorũ ꝓpõnis
immediate: ⁊ ex consequenti posset causare notitiã p̃n-
cipiorum ad quã sequeretur euidens notitia que dice-
retur notitia sciẽtifica. ¶Ad illa que obicit cõtra mo
dum dicendi doc. de locutione angelorũ: cum dicit pri
mo ꝙ per istũ modum locutionis: si in cetu multorũ an
gelorum vnus vni spãliter loqueretur non posset scire
audẽs quis esset qui loqueretur: supposito ꝙ illa locu-
tio esset de re aliis actualiter nota ⁊c. Dico ꝙ oporte-
ret eum subtilius vidisse doct. positionem: quia ista nõ
diceret. Dixit enĩ doc. supra ꝙ vltima perfectio in audi
ente est ꝙ habita prima notitia de obiecto: de quo lo-
quens loquitur: que ꝓprie dicitur auditio: tunc audiẽs
ꝯuertit: se ad intellectũ loquentẽ ⁊ ad notitiam quã hꝫ
loquens de obiecto: ⁊ tandẽ ad obiectũ de quo loquẽs
loquitur: ⁊ sic tandẽ cognoscit angelum loquentẽ: non
enĩ diceret doc. ꝙ ex sola auditione angelus audiẽs co
gnosceret angelum loquentẽ. Dico scḋo ꝙ semper au-
diens cognoscit ipm̃ loquẽtẽ: qꝛ angelus qui loquitur
sponte vni ⁊ non alteri: vult etiã ꝙ non solum audiens
cognoscat obiectũ de quo loquitur: sed etiã cognoscat
angelũ loquentem. ¶Ad illud quod dicit: ꝙ doct. non
dat modũ quo vnꝰ angelus possit loqui angelo alteriꝰ
speciei: ac etiam anime separate. Dico absolute ꝙ non
est necesse assignare alium ⁊ aliũ modum: qꝛ cũ omnes
intellectus creati sint receptiui eiusdẽ ratiõis: erit idẽ
simpliciter modus loquẽdi respectu omniũ. Et quãtũ
ad hoc non assignatur alius ⁊ alius modus loquendi:
licet inter angelũ superiorẽ ⁊ inferiorẽ possint esse alie
differentie: puta ꝙ superior non possit impediri ab infe
riori quando loquitur ei: vt supra dixi. ¶Ad illas in-
stantias contra illam ꝓposititonem doc. s. quod est suf
ficienter in actu primo respectu alicuius effectꝰ potest
illum causare in quocunqꝫ receptiuo illius effectus: cũ
dicit ꝙ vnus. homo est sufficienter in actu primo ad
causandum in suo intellectu intellectionem ſm aliquẽ
habitum quẽ habet: nec tamen potest similẽ causare in
intellectu alterius hominis. Respõdeo ꝙ alius intelle
ctus ⁊ si ex natura sua sit receptiuus intellectionis cau
sate ab alio intellectu: tamen ꝓ statu isto non est in de-
bita approximatione ⁊ dispositione: nec similiᵗ intelle
ctus est ꝓ statu isto sic ꝓximus et debite dispositus vt
possit immediate causare aliquã intellectionem in alio
intellectu: nã intellectus ꝓ statu isto est tm̃ natus mo-
ueri a sensibilibus: immo nec angelꝰ posset immediate
mouere intellectũ nostrũ ꝓ statu isto causando in eo co
gnitionem alicuius intelligibilis: vt infra patet. d. 11.
¶Et cũ dicit etiã ꝙ tũc posset causare volitionem in
voluntate alterius: quod videtur inconueniens. Dico
ꝙ nullũ apparet incõueniens ex his que dixi supra mo
uendo instãtias cõtra illam ꝓpositionem doct. quando
extrema alicuius ꝓpositionis ⁊c. ¶Et cũ dicit ꝙ ꝓpo
sitio doc. debet intelligi de illis receptiuis q̃ sint e us-
dem rationis: q̃ codẽ modo se habeant ad illud q i od
est in actu primo respectu illius effectus: tunc mi. est
falsa. Dico ꝙ ꝓpositio doc. nõ plene intelligitur: nõ. n.
ad hoc vt intellectus ꝑcipiat intellectionẽ: aliqd aliđ
requiritur q̃ ipsa potentia receptiua: cum ipsa sola sit
simpliciter ratio recipiendi tam spẽm intelligibilem q̃
actũ intelligendi: nõ enĩ requiriᵗ spẽs intelligibilis cũ
intellectu possibili inq̃tũ receptiuus est. Tũ qꝛ ex se est
perfecte dispositus ad recipiendum. Tũ qꝛ si necessario
requireretᵗ ex hoc solo reqreretᵗ vt esset ratio recipien-
di: ⁊ si sic: tunc voluntas diuina nõ posset imediate cau
sare cognitionẽ abstractiuã lapidis in aliquo itellectu
nõ habẽte spẽm intelligibilẽ lapidis: quod est inconue
niens. Tũ etiã qꝛ si poneretur vt ratio recipiẽdi actum
intelligẽdi: talis actus immediate reciperetᵗ in spẽ: ⁊ sic
talis species eque formaliter intelligeret: quod est fal-
sum. Cetera sequentia ipsius Grego. ex his que dixi. s.
patet nichil concludere contra doc.

Ocham in secundo. q. 2. multa contra Doctor. p õnẽ dicit. Et primo contra illud qđ di Ochã cõtra scõ.
cit doc. ꝙ vnus angelus potest loqui vni angelo ⁊ non
alteri. Et respõdet ad vnã obiectionẽ quã facit Ochã
contra seipm̃. s. ꝙ illud quod dicit ꝙ vnus angelus ni-
chil causat in alio angelo: nisi ꝑ modũ obiecti cãet: siue
loquendo de actibus intellectus: siue voluntatis. Di
cit ergo sic. Si vnus agat in aliũ tm̃ per modũ obiectiᵗ
ergo vnus angelus nõ potest aliquid ab alio occulta-
re: ⁊ per cõsequẽs quicquid superior potest intelligere
⁊ inferior: quod est falsum. Rñdeo non est in potestate
angeli aliquid occultare ⁊ aliquid ostendere: cum tãtũ
agat per modũ obiecti non tm̃ q̃tũ ad suam essentiam
sed etiã q̃tũ ad omnẽ actum tã intellectus q̃ volunta
tis: sed dicitur vnũ occultare ⁊ aliud nõ quando deus
coagit secũ ad vnũ actum ⁊ nõ ad aliũ: puta: deus vult
coagere ⁊c oagit in intellectu vnius angeli ad vidẽdũ
actum vnius angeli ⁊ non alterius angeli: ⁊ aliter non
potest occultare. ¶Sed tunc est dubiũ quid angelus
bonꝰ facit custodiendo: ⁊ malus exercẽdo. ¶Rñdeo.
angelus bonus instigat ad bonũ homines offerendo: ⁊
approximando sensibilia interiora ad exteriora: mouẽ
do etiã malũ: ⁊ hoc tã sensibilia interiora ꝙ exteriora.

Tertio videndum est quomodo vnus angelꝰ loqͥ tur alteri. Et hec est opi. Johã. ꝙ vnꝰ an
gelus potest causare in alio cõceptũ suum: vel spẽm: vl
actum: ⁊ probat per multas rationes. Quere in Joh.
¶Sed contra dicta sua. p̃mo contra primam ratio-
nem: quod non videtur cõcludere: qꝛ accipio maiorem
suam. Et arguo sic. Quãdo aliquid sufficienter est in
actu p̃mo põt causare sufficienter actum secundum: ce-
teris paribus: sed voluntas angeli superioris volens
causare volitionẽ i voluntate angeli inferioris est suffi
cienter in actu primo respectu illius volitionis: ⁊ volũ-
tas angeli inferiori: est sufficiens receptiuũ ⁊ approxi-
matũ. ergo p̃t causare volitionẽ in voluntate angeli i-
ferioris: quod est falsum. ergo ⁊c. Si dicas ꝙ volun-
tas est libera: ⁊ ideo in sua potestate est ꝙ in ea causetᵗ
vel non saltẽ a quocũqꝫ agente creato: sed sic non ẽ de
intellectu. Contra. Angelus inferior non põt impedi-
re volitionem superioris: quin angelus superior velit
causare in alio: qꝛ virtus minor nõ impedit maiorẽ ab
actione sua naturali vel libera. ergo similiter angelus
superior potest causare talem in omni passiuo recepti-
uo: sed hmõi est voluntas angeli inferioris: item si sic:
sequitur ꝙ voluntas posset amare incognituꝫ: qꝛ voli-
tio angeli superioris sufficit ad causandũ cognitionẽ
in inferiori: qꝛ illud quod est in actu primo ⁊c. Cũ igiᵗ
intellectus et voluntas angeli superioris possint suffi-
cienter causare volitionem in angelo inferiori: ⁊ per cõ
sequens possent etiam sufficiente facere in actu primo
absqꝫ hoc ꝙ angelus inferior cognoscat superiorem:
vel aliquid in eo: ⁊ talis voluntas angeli superioris po
test causare volitionem in voluntate angeli inferioris:
q̃ forte respectu angeli superioris ignota: tunc sequitur
ꝙ angelus inferior amat incognitum: qꝛ amat: vel vult
angelum superiorem quẽ non cognoscit. ¶Item tunc

angelus in quo causaꝛ intellectio: posset tūc intellige-
re sine spē: ex quo intellectio est sufficiens ad ꝓducēdū
intellectionē in angelo inferiori: qꝛ per eā est angelꝰ su
perior sufficiēter in actu p̄mo ꝺm eū: et per ꝯn̄s pōt suf
ficienꝛ cāre itellectionē in angelo iferiori absq hoc ꝙ
in angelo inferiori p̄cedat spēs: qꝺ est contra eū: qꝛ co-
gnitio saltem abstractiua est ꝑ spēm. ¶ Si dicas ꝙ spe
cies ꝛ actus intelligendi sunt effectus ordinati: ita ꝙ
primo causatur spēs in intellectu: ꝛ post actus intelli-
gēdi. ¶ Contra. Spēs si ponaꝛ est cā cognitiōis: ergo
actꝰ intelligendi non est cā spēi. aliꝛ esset ꝓcessꝰ in infi-
nitū: qꝛ vna cognitio cāret vnā spēm: ꝛ illa spēs aliā co
gnitionē: ꝛ sic in infinitū. ¶ Itē si angelꝰ posset sic cau
sare intellectionē in angelo ꝛc. tūc sequiꝛ ꝙ aliqs q̄ pōt
discurrere: pōt cognoscere conclusionē ignotā sine ex-
periētia vel discursu: qui ꝓcedit ex p̄ncipiis ꝑ se notis:
ꝯn̄s est falsum: ergo ꝛ an̄s: ꝯn̄a pꝫ: qꝛ angelꝰ loquēs po
test cognoscere totū discursum ꝑ quē deduciꝛ ꝯclusio:
et potest facere statim angelum audiētē in eodē actu i
quo ipse erat in fine discursus cāndo in angelo inferio-
ri cognitionē cōclusiōis quā hꝫ in fine discursus nō dā
do cognitionē p̄ncipiorū: qꝛ ꝑ cognitionē respectu con
clusionis est sufficienꝛ in actu p̄mo per eū. ergo ꝛc. Sic
ergo videꝛ ꝙ rō prima nō ꝓbat saltē ꝙ angelꝰ totalꝛ ꝓ
ducat itellectionē talē in alio angelo. ¶ Itē cōtra qꝺ
ponit angelū audiētem nihil agere i itellectiōe sibi im
pressa ab alio: qꝛ intellectꝰ est cā actiua: vel esse pōt re-
spectu cognitionis alterīꝰ angeli. ergo eodē mō respe-
ctu intellectionis sui ipsiꝰ ¶ Itē qn̄ aliquid pōt eē cā
ꝑtialis ꝛ totalis respectu alicuiꝰ effectꝰ si in eius ꝑtāte
non est qn̄ est cā ꝑtialis: nisi alia cā ꝑtialis secū cōcur-
rat nō erit in eiꝰ ꝑtāte qn̄ est cā totalis: nec pōt īpedire
aliā cām secū cāre. Exēplū. ignis ꝛ sol sunt cāe ꝑtialis
caloris ꝛ nō est in ꝑtāte ignis ꝙ sol cāret vel non: qn̄ est
causa ꝑtialis caloris: ꝛ si eēt cā totalis caloris: adhuc
non esset in ꝑtāte sua solē impedire a cātiōe: si essent eq̄
approximata. Sed angelꝰ loquens alteri pōt eē cā ꝑtia
lis respectu intellectiōis in alio angelo: qꝛ pōt eē obie
ctū intellectus alterius angeli cōcurrētis ad cāndū in
tellectionē: ꝛ pōt esse cā totalis ꝑ te. Sꝫ qn̄ est cā ꝑtia
lis in rōne obiecti non est in eiꝰ ꝑtāte ꝙ alius angelꝰ se
cū cāet vel nō: nec pōt īpedire ergo eodē mō qn̄ est cā
totalis in actu locutiōis nō est in eiꝰ ꝑtāte ꝙ aliꝰ ange-
lus secū locutionē causet ꝛ ꝑ ꝯn̄s angelꝰ cui loquiꝛ nō
tm̄ audit passiue: sed ēt actiue. Ideo dico ꝙ vnꝰ angelꝰ
nihil pōt cāre in alio nisi ꝑ modū obiecti. ꝛ isto mō pōt
vnꝰ angelꝰ cui aliqua sunt nota illa alteri manifestare.

Quantum ad dubiū de solutiōe Io. qꝫtuꝫ ad
locutionē angelorū supposito ꝙ vnꝰ
angelus non possit cāre noticiā actualē in alio angelo
de aliquo obiecto sibi habitualꝛ noto: nisi priꝰ cāret no
ticiā actualē eiusdē obiecti i seipso: ꝛ hoc vꝛ rōnabile:
qꝛ angelus vnꝰ nihil pōt cāre in alio angelo: nisi ꝑ mo-
dū obiecti si ergo vnus angelꝰ cāret notitiā actualē de
aliquo obiecto cōplexo vel incōplexo non curo in itel
lectu alterius angeli. vel aliquid in vno angelo cāret: si
cāret i alio sicut cā totalis: sicut ponit Io. aut illꝺ cau
sans effectiue esset sola essentia angeli: vel essentia siue
intellectꝰ vniꝰ angeli cum habitu informante: vel obie
ctū aliud habitualꝛ notū vni ꝛ nō alteri cāret cognitio
nē actualē in angelo nō habēte talē noticiā habitualē
nec primū nec scꝺm pōt dari: qꝛ siue essentia vniꝰ angeli
ꝑfecte causet cognitionem in alio angelo. seu essentia
cōcurrens cū habitu. cū vtrūq causet solū effectū suuꝫ
in alio angelo ꝑ modū obiecti nunq̄ pōt causare i alio
nisi notitiā illiꝰ rei: que est obiectū: et non alteriꝰ rei q̄
non est obiectum alterius cognitionis: et ideo tam
intellectus vnius angeli q̄ habitus informans eum
potest causare noticiam actualē intuitiuā ipsius i alio
angelo absq hoc ꝙ causet aliquā noticiā actualē in se-
ipso intuitiuam vel abstractiuam: vel annihilatiuā: si-
cut potest esse obiectū cognitionis alteriꝰ angeli absq
hoc ꝙ sit obiectū cognitiōis sue: sed per hoc nūq̄ cau-
sabit cognitionē actualē in alio de aliquo obiecto sibi
habitualiꝛ noto. Si ponatur tertiū ꝙ obiectū habitua
liter notum vni ꝛ non alteri causet actualē cognitionē
in angelo illo cui non est habitualiꝛ notum non causan
do notitiam in illo cui est habitualiter notum hoc est
mere possibile: sed tunc angelus vnus non causet illam
notitiam in alio: immo nihilominus causaretur: si de-
strueretur alius angelus: quere rōnē pro ista cōclusiōe
vt prius. ¶ Ad rōnem Io. de locatione angelorū qn̄ di
cit ꝙ agēs sufficiēter approxiatū passo ꝛc. Dico ꝙ hic
deficit vna causa partialis requisita ad hoc ꝙ vnꝰ cau-
set notitiam actualē de aliquo obiecto sic habitualiter
noto in intellectu alteriꝰ angeli: ꝛ hec est notitia actua
lis: que necessario requiritur naturaliter. loquendo in
angelo loquēte de obiecto sibi habitualiter noto: siue
illud obiectū sit quoddam complexuꝫ. siue incomplexū
ad hoc vt causet notitiā actualē in alio āgelo de eodeꝫ
obiecto habitualiter noto: qꝛ nec essentia primi angeli
per se: ꝛ hoc sufficit: nec essentia cū habitu angelū iför-
mante: quia ista ex quo sunt incōplexa intuitiue cogni-
ta nunq̄ p̄nt ducere in cognitionē saltē incomplexā al
terius rei: sed posito ꝙ angelꝰ habitualiter cognoscēs
aliquod obiectū: cōsideret illud obiectū ꝺm inclinatio
nē habitus posita tali intellectiōe: qua cōsiderat obie-
ctū illud habitualiter cognitū pōt angelus approxima
tus videre illam intellectionem: siue illa itellectio que
est obiectū sit ituitiua vel abstractiua nō curo. ꝛ postq̄
angelus videt illā intellectionē: pōt aliquo mō deueni
re in cognitionē obiecti illiꝰ intellectiōis: qꝺ obiectum
est mō actualꝛ cognitū ꝛ prius habitualꝛ: ꝛ sic pꝫ ꝙ qn̄
primus angelus cognoscit aliqꝺ obiectū solū hitualiꝛ
non pōt cāre cognitionē illiꝰ obiecti in seipso: qꝛ cogni
tio illius obiecti qꝺ est in seipso est cā ꝑtialis mediata
vel imediata cognitiōis in alio de eodem obiecto.

Respondeo ad obiectiones Ochā cū primo di
cit ꝙ non est in ꝑtāte angeli aliqꝺ occultare et aliqꝺ ostendere cū tm̄ agat ꝑ modū obie-
cti. Dico ꝙ hoc esset imperfectiōis in angelo si nō esset
in ꝑtāte eius reuelare vnū obiectū alteri angelo non re
uelando aliud: ꝛ sic loqui de vno ꝛ nō de alio. Sequere
tur etiā ꝙ si plures angeli p̄ntes essent angelo loquen-
ti ꝙ non esset in ꝑtāte eius loqui vni a nō alteri: si tm̄ lo
quereꝛ per modū obiecti. Possent etiā adduci multe
alie rōnes ex dictis Doc. quibus euidenter ꝓbari pos-
set: ꝙ si tm̄ angelꝰ loquereꝛ per modū obiecti. s. causan-
do actum in intellectu audiētis p̄cise ꝑ modū obiecti.
ꝙ tūc ꝓprie nō esset locutio: quas tn̄ rones breuitatis
cā omitto: nec sunt multū necessarie ad ꝓpositū princi-
pale. ¶ Ad aliud qꝺ videꝛ sibi inconueniens. s. ꝙ tunc
voluntas supioris posset cāre volitionē in volūtate an
geli inferioris. Dico absolute ꝙ hoc nō reputo esse icō
ueniēs: vt prolixe supra exposui quō vna voluntas pōt
causare actū volendi et nolendi in alia volūtate: ꝛ con
cedo ꝙ angelus inferior non pōt impedire volitioneꝫ
superioris: quin āgelus supior velit causare volitionē
in alio: ꝛ quō possit sic impedire supra exposui. Et cum
vltra inferꝛ ꝙ si volitio posset causari in aliqua volūta
te ab alia volūtate: ꝙ tunc talis volūtas posset amare i
cognitū: dictuꝫ est supra quō intelligitur amare cogni
tū et amare incognitum: nec opꝫ hic multū insistere: qꝛ
circa hanc materiam de volūtate efficaciores difficul-
tates adduxi: ex quarū solutione non tm̄ iste instantie:
sed quecūq alie circa illā materiā facillime solui p̄nt.
¶ Ad illud cū dicit ꝙ tūc angelꝰ possit aliquid cogno-
scere abstractiue nulla spē intelligibili existe in eo: pꝫ
r̄nsio ex his que dixi r̄ndendo ad similē rōnē: quam fa-
cit Grego. et cū adducit illā instantiā ꝙ spēs ꝛ actꝰ in-
telligendi sunt effectus ordinati: ita ꝙ p̄mo causaꝛ spe
cies in intellectu: et post actus intelligendi hoc est sim
pliciter verū loquendo de simpliciter prima cognitiōe
abstractiua: qualis est i angelo loquēte: ꝛ cū arguit cō-
tra hoc: si spēs ponatur esse cā cognitionis. ergo actus
intelligendi nō est cā spēi: verū dicit quātū ad cē p̄muꝫ
speciei: sed quantum ad intēsionē eius: dico ꝙ ꝑ plures
actus intelligēdi pōt intendi talis spēs: vt pꝫ a doct.
in primo dist. 3. q. 6. sic cōcedo ꝙ an̄ spēm intelligibilē i
intellectu angeli loquentis non hꝛ intellectio abstra-
ctiua: sed habita illa supple notitia abstractiua spēs i-
telligibilis intēdi pōt: vt no. Doct. in p̄mo. di. 3. ¶ Ad
aliud quod dicit de discursu: cōcedo ꝙ angelus loq̄ns
potest imediate cāre noticiā huius cōclusiōis. hō est ri
sibilis: et cum inferꝛ ꝙ tunc angelus audiens haberet
noticiā talis ꝯclusiōis non p̄habita notitia p̄ncipiorū:
dico ꝙ aliud est cāre cognitionē conclusiōis absolute:
ꝛ aliud est ipsam cāre: vt euidentē ex p̄ncipiis: primo
mō pōt eā cāre nō prehabita cognitiōe p̄ncipiorū i au-
diēte: sed nō scꝺo mō: ꝛ concedo ꝙ angelus loquēs pōt

Soluūtur obiectiões Ocham.

cognoscere istam. hõ est risibilis per discursum. Ita ꝙ talis noticia erit sibi scientifica ⁊ euidẽs ꝑ applicatione p̃ncipioꝝ: qua habita põt illã cãre in audiẽte. ⁊ hoc dupl'r. Primo cãndo notitiã principioꝝ: ⁊ deinde notitiam conclusionis. Scd̃o p̃cise põt cãre notitiã cõclusionis non cãndo notitiã principioꝝ. primo mõ angelo audiẽti erit notitia scientifica et euidẽs ꝑ discursuz syllogisticum. scd̃o mõ erit tm̃ notitia cõclusionis absolute: ⁊ nõ dicet̃ sciẽtifica. ¶ Ad aliud cũ d̃r ꝙ intellectus angeli audiẽtis ĩ recipiẽdo notitiã ab angelo loquẽte: ꝙ actiue se hz respectu illius: ptz supra quõ tãtũ passiue se hz: ⁊ ex his q̃ dixi supra: ptz facillissima solutio ad oẽs instãtias Ochã: nec opz hic multũ imorari.

¶ Distin. None. Qõ Prima.

D aliaz qõnem de illuminatiõe. hic Doctor rñdet ad primã questionẽ huius dist. q̃ erat. An angelꝰ supior possit illũiare inferiorẽ: ⁊ d̃t ꝙ illuĩatio ĩ angelo est q̃dã locutio de vero ꝑfectiua in esse scd̃o. i. ꝙ talis illuminatio est notitia de aliquo vero causata ab angelo illuminãte siue loquente: q̃ ꝑficit intellectũ audiẽtem in actu secũdo: cuz sit q̃dã opatio ꝑfectiua adueniens intellectui audiẽti. Sequit̃: sicut. n. non omis intellectio est simpl'r ꝑfectio angelici intellectus: sz visio verbi: ⁊ nõ visio quidditatũ: siue ꝑ spẽs hituales: siue ĩtuitiue. Vult dicere doct. ꝙ aliqua cognitio est simpl'r perfectio ãgelici ĩtellectꝰ: et talis cognitio est cognitio qua cognoscit essentiã diuinã intuitiue: q2 in tali obiecto ꝑfecte q̇etatur intellectꝰ obiectiue: ⁊ sil'r formal'r in tali cognitiõe ꝑfecte quietat̃: vt ptz in. 1. di. 1. q. 1. ⁊ in. 4. di. 49. cognitio vero quiditatũ: siue abstractiua: siue intuitiua non est perfectio simpl'r intellectꝰ: q2 talia obiecta sic cognita p̃nt dici entia ſm quid. et perfectiões in esse ſm quid. et similiter coꝝ cognito respectu essentie diuine: et cognitionis eiusdẽ. Sequit̃. Sic nec oĩs cognitio singularium alia a visione verbi: ⁊ a cognitione quiditatũ eque ꝑficit intellectũ angelicũ quasi secũdario: sed visio veri reuelati ꝑficit in esse scd̃o: nõ aũt sic cognitio singularis in gñe ꝓprio. vult dicere ꝙ cognitio alicuius singularis in ꝓprio genere non d̃r simpl'r ꝑfectiua intellectus cognoscentis: cũ natural'r possit cognoscere illud: sz cognitio ꝑfectiua intellectus est cognitio alicuiꝰ reuelati ad qd̃ intellectꝰ virtute sua attingere non põt. Sequitur. Dico tũc ꝙ angelꝰ supior. cui ſm cõez cursum reuelat̃ primo aliqd̃ ꝑticulare cãt in inferiori cõceptũ quẽdã de illo reuelato: q̃ d̃r auditio: ⁊ hoc cãre qd̃ est quoddam spãle loqui est illuminare. i. ꝙ angelꝰ supior põt cãre in inferiori aliq̃z cognitionẽ alicuiꝰ sibi reuelati: puta mysteriũ incarnatiõis fuit reuelatũ angelo supiori: et tale potuit reuelare angelo inferiori: ⁊ talis locutio est spãlis: q2 est p̃cise de ꝟo reuelato: angelus. n. põt loqui alteri angelo: non tm̃ de vero reuelato, sz etiam de obiectis q̃ nouit vel intuitiue: vel abstractiue ꝑ speciez

Difficultas.

hitualem. vt supra patuit. illumiatio ꝟo est p̃cise locutio de aliquo ꝟo singulari simpl'r reuelato. ¶ Sz occurrit aliqualis difficultas in hoc qd̃ d̃t: ꝙ angelus superior põt illumiare inferiorẽ: de aliquo ꝟo illumiato: puta de isto: ꝙ filiꝰ dei erat incarnãdꝰ cũ talis illumiatio sit spãlis locutio: ⁊ sic loqui de tali ꝟo est cãre notitiaz talis veri in intellectu angeli inferioris: quõ talẽ notitiã possit cãre: cũ oĩs notitia cãtur ab obiecto ⁊ potentia: vt ptz a doc. in primo dist. 3. q. 7. et. 8. et hoc formaliter: vel virtual'r: vel essential'r. i. ꝙ oĩs cognitio alicuius obiecti. vel formal'r cãtur a tali obiecto: vel ab aliq̊ includẽte ꝟtual'r tale obiectũ. vl' ab aliquo includente ipsum essential'r: vt supra exposui in primo disti. 3. q. 3. modo tale reuelatum cũ non habeat esse in intellectu angeli superioris: nec per se existens: nec per spẽm itelligibilem: quia tunc nõ videretur reuelatũ: nec ꝟtual'r: nec essential'r includit̃ in alio quod cõcurrat actu cũ intellectu angeli supioris ad cãnduz ꝑtial'r notitiã talis reuelati: ⁊ hoc in ratione obiecti intelligibilis videtur dubiũ quõ [illegible]lis illuminatio fieri possit. Si dicat̃ ꝙ angelus supi[illegible]it cã sufficiens respectu talis cognitiõis.

Contra: q2 cõtinẽs ꝟtual'r notitiã alicuius obiecti virtual'r continet tale obiectũ ſm totam entitatẽ. vt ptz a doc. in p̃mo di. 3. q. 1. et di. 8. q. 1. ⁊ in. 2. di. 3. q. 10. ⁊ ĩ quolib. q. 14. ar. 2. ⁊ vide q̃ exposui in isto. 2. d. 3. q. 10. Sz angelus superior non cõtinet virtual'r tale obiectũ reuelatũ: vt pz. Si dicat̃ ꝙ habita cognitione incarnationis potest postea ex se cãre similem cognitionẽ ĩ alio angelo. Cõtra: q2 pono casum ꝙ intellectus angeli supioris nunc intelligat lapidem per spẽm intelligibilẽ: certum est ꝙ cras non poterit causare cognitionẽ lapidis ex se: nisi habeat aliqd̃ supplẽs vicẽ obiecti: qd̃ ꝑtial'r concurrat cũ tali intellectu: sic videt̃ dicendũ in ꝓposito. Dico p̃mo ꝙ solꝰ intellectꝰ angeli superioris nõ potest cãre ex se cognitionẽ talis reuelati ita ꝙ nihil aliud ab ipso concurrat effectiue. Sed quõ causabit̃ Rñdeo

Solutio diffi.

dupl'r. Primo ꝙ qñ deus reuelat angelo superiori causat cognitionẽ illius reuelati in tali intellectu: tũc stante tali cognitione põt ipse angelꝰ cum cognitione illa vt cã partiali cãre cognitionẽ in intellectu inferioris: et hoc in rõne obiecti intelligibilis: ita ꝙ talis cognitio causata in intellectu ĩferioris. Primo terminatur ad cognitionẽ exñtem in intellectu superioris: ⁊ sic poterit perfecte cognoscere illaz et tandem ꝑ illã poterit cognoscere tale reuelatum: et sic videt̃ sequi ꝙ angelus inferior non possit cog̃scere illud reuelatũ: nisi priꝰ conuertat se ad ĩtellectũ angeli loquẽtis: ⁊ ad notitiã quã habet de ipso reuelato. Scd̃o põt dici ꝙ si cognitio illius reuelati non maneat in intellectu supioris: q2 cognitio tãdiu est q̃zdiu causat̃ siue cõtinuat̃: vt patet a doc. in. 1. di. 3. q. vl. ⁊ in isto. 2. di. 2. q. 4. ⁊. q. 13. quol. tũc ꝟtute intellectus ⁊ talis cognitiõis poterit cãri vel derelinqui aliqua spẽs intelligibilis ꝑfecte repñtans huiusmodi cognitionẽ: ⁊ hoc ꝓlixe patebit in. 4. di. 45. et tunc intellectꝰ angeli superioris cũ tali specie intelligibili supplente vicem obiecti poterit causare cognitionẽ in intellectu angeli inferioris: que cognitio terminabitur ad cognitionem obiecti reuelati existentẽ in intellectu angeli supioris: q2 non posset loqui de tali reuelatione: nisi vt actu cog̃scens: vt supra patet: ⁊ sic poterit cognoscere illã: et ꝑ illã poterit tandẽ cognoscere ipm̃ reuelatũ. Sed tũc videt̃ difficile: q2 nõ v̄r necesse ꝙ intellectus cui ĩmediate reuelat̃ aliquod verum ꝙ se cõuertat prius ad intellectũ reuelãtẽ ad hoc vt possit cog̃scere tale reuelatũ. Rñdeo primo ꝙ forte nõ esset inconueniẽs ponere talẽ intellectionẽ: que est in angelo reuelãte posset ꝑtial'r cãre notitiã talis reuelati: vt p̃cise hz esse reuelatum: q2 lz prima cognitio illiꝰ reuelati: que h̄r in intellectu reuelante: non possit haberi nisi ꝟtute cõtinentis tale reuelatũ: tñ habita illa non v̄r forte incõueniens ꝙ possit alia causari similis ille prime: ꝑ quam immediate cog̃scat tale reuelatũ: et sic posset cõcedi ꝙ talis cognitio ꝑtial'r cãns virtual'r cõtineat obiectum reuelatũ sub illa rõne qua ẽ reuelatũ: lz nõ absolute cõtineat. Dico scd̃o ꝙ ex quo secunda cognitio in intellectu audiente est eiusdẽ rõnis: cũ illa alia ⁊ p̃cise causata ꝑtial'r a notitia eiusdẽ reuelati: qd̃ poterit imediate terminari ad ipm̃ reuelatũ. Scd̃o p̃ncipal'r potest scd̃m aliquos dici ꝙ angelꝰ superior sufficiẽter possit illuminare angelũ inferiorẽ de vero reuelato nullo alio concurrente in rõne obiecti intelligibilis. Rñsio tñ prima videtur magis ad ꝓpositũ. ¶ Ibi. Sed est dubiũ. vtrũ superior illuminans possit facere inferiorẽ aliq̃d videre in ꝟbo. Et an inferior possit illuminare superiorem.

Seqr expo littere.

Ad primũ v̄r ꝙ sicut cognitio verbi est mere supnaturalis: ita ꝙ nõ subest cãlitati alicuiꝰ cãe causate. Sic nec etiam visio alicuius in ꝟbo: tñ supior mõ p̃dicto illuminando inferiorẽ põt dispositiue agere vt videat aliq̃d in verbo: nã illa auditio disponit vt audiẽs conuertat se ad intellectũ loquẽtis ⁊ ibi videat illd̃ de quo loq̄ns loquit̃: ⁊ ista visio est aliquo mõ ꝑfectior illa auditiõe: et vlterius disponit ad hoc vt angelus videns prius ĩ angelo videat idem in ꝟbo: q2 si desideret: illud qd̃ ibi videt sicut in speculo imperfecto videre in speculo perfecto videbit gaudens: ⁊ tunc perfecte illuminat̃ ꝑfectiꝰ quidem a verbo dispositiue tñ ab ãgelo supiore. ¶ Ad secundum dubium dico: ꝙ deus de potentia sua absoluta potest aliquid reuelare angelo inferiori: quod non esset reuelatum vel notum superiori: ⁊ tũc ille inferior posset loqui aliquo mõ supiori de hoc qd̃ supior ignoraret: et illa locutio esset aliquo mõ illuminatio: tñ non

pōt habere tātam efficaciam sup intellectū sup̄ioris:si
cut super intellectum inferioris:ꝛ ideo nō posset iste ne
cessario facere superiorē audire sicut ecōtra:q2 si supe-
rior ꝯsideret aliquid in gñe ꝓprio .iste inferior nō face
ret ip̄m audire simpl'r:superior aūt pōt simpl'r facere in
feriorē audire:ꝛ pōt impedire intellectionē eius de ali
quo ītelligibili de facto tamē verisimile est:ꝙ deus or
dinate distribuat suas illūiatiōes :sicut distribuit āge
los ī ordib⁹ suis.p̄mo q̄dē sup̄iorib⁹:deīde īferiorib⁹.

Difficul.cū suis solut. **In ista littera** occurrunt aliq̄ difficultates.
Prima ī hoc:ꝙ cognitio v̄bi
est mere sup̄naturalis:ita ꝙ nō subest cāītati alicuius
cause create:q2 quero aut Doc.in ista l'ra absolute ītel-
ligit ꝙ visio ipsi⁹ verbi in se a nulla cā creata pōt causa
ri vt a causa totali:aut intelligit ꝙ intellectus hñs vi-
sionē v̄bi in se non possit similē causare in intellectu al-
terius.Primo mō non est ad ꝓpositum l're :vt ptȝ. Si
scđo mō intelligit.Contra:q2 intellect⁹ hñs hmōi visio
nē:pōt causare similem visionē in intellectu alteri⁹ an-
geli:ꝛ talis visio cāta videt' posse terminari ad v̄bū ī se.
sicut ꝛ prima.Et p̄terea intellectus hñs visionē causa
tam ab illa prima pōt se conuertere ad illam primam:ꝛ
tandem videre obiectum visionis prime:sicut ꝛ Doct.
dixit supra:ꝙ vltima perfectio intellect⁹ audientis est:
ꝙ habita cognitione q̄ d2 auditio potest se conuertere
ad intellectum loquētis vt ad notitiam obiecti:de quo
loquēs loquitur ꝛ tandē per illam ad obiectum de quo
loquitur sic erit in proposito.Preterea hoc videtur es
se contra illud quod supra dixi:videlicet ꝙ intellectus
angeli pōt videre ī ītellectu alterius aliquid intuitiue.
ergo sil'r videtur sequi ꝙ si vnus angelus videt v̄bum
Responsio. intuitiue ꝙ illud idē poterit videre intellect⁹ alterius
angeli in intellectu ipsius vidētis.¶ R̄ñdeo ꝙ intelli
gēdo l'ram primo modo adhuc stat ꝓpositum l're: q2 si-
cut nullus intellect⁹ creatus pōt causare visionē verbi
ita nec visionē lapidis vt ī v̄bo.Loquēdo tamē de alio
sensu qui magis videtur ad propositum l're.Dico p̄mo
ꝙ cōcesso vnum angelū posse causare similē visionē:quā
in se hȝ de v̄bo:illa tamē visio causata nō erit visio v̄bi:
sed erit visio alicuius creature.s.illius visionis prime.
vt supra patuit:ꝛ sic non sequitur ꝙ per illā videat ver
bum in se.Et cum dicitur:ꝙ habita illa visione pōt se
conuertere ad visionē primam cōcedit'.Et cū infertur:
ꝙ visa illa prima potest videre v̄bum in se :negatur :q2
videndo illam videt in ratione obiecti visibilis:si enim
debeat videre v̄bum in se:opȝ habere visionē:que īme
diate t'minetur ad v̄bum in se .ꝛ ptȝ:quia nec angel⁹ re
flectens se super visionē quam habet de v̄bo ex tali vi-
sione reflexa precise cognoscit primam visionem.Et cū
dicit doc.ꝙ audiēs vt conuertit se ꝛc. videt obiectum
ꝛc.non dicit Doct.ꝙ cognoscēdo cognitionē: que īme
diate terminatur ad obiectuȝ cognoscat illud obiectū:
sed bñ per illam cognitionem habitam poterit postea
īnuestigare obiectum:cuius est talis cognitio:ꝛ tandē
ꝑ aliquā aliam cognitionem cognoscit illud.Dico etiā
ꝙ aliud est cognoscere cognitionē aliquam absolute: ꝛ
aliud cognoscere ipsam sub illa ratione qua terminat'
ad obiectum vt sic dicat relationeȝ realem ad obiectū:
et sic terminat inquātū existens:vt dicit Doc.in quoli.
q.14.arti.3.Concedo igit' ꝙ angelus vidēs verbū ī se
pōt causare in intellectu alterius angeli similē visionē:
que terminetur ad visionē quam hȝ :vt talem entitatē
absolutam :sed non pōt causare illaȝ vt terminetur ad
visionem :quā habet sub illa ratione qua terminat' ad
verbum in se:quia cognitio talis relationis precise de-
pēdet ab illa prima notitia:ꝛ ab ipso verbo in se tan-
quam a fundamento et termino:ꝛ sic visio verbi nō po
terit cāri ī aliq̊ intellectu ab alio angelo:etiā vidēte in
se v̄buȝ.Dico tertio ꝙ posito ꝙ similis visio posset cau
sari in angelo:non tamen sequitur ꝙ ille alius angelus
per illam visionē causatam:nec ꝑ aliam :cuius est talis
visio causata possit cognoscere verbum in se:quia vltra
hec omnia requiritur p̄sentia verbi in se:que presentia
nulli creature quātumcūq3 perfecte subest: ꝛ vltra etiā
posita tali p̄sentia in ratiōe obiecti intelligilis:adhuc
requiritur ꝙ voluntas diuina velit cōcurrere ad visio-
nem verbi in se supplendo vicem talis obiecti in se:que
omnia a sola voluntate dependēt:ꝛ ex his ptȝ ꝙ etiam
loquendo s̄m illum sensum:qui magis videtur ad ꝓpo
situm littere:ꝙ visio v̄bi nullo mō subest causalitati cu
iuscunq3 cause secūde.¶ Secūda difficultas est ibi :ꝙ Difficul.
nulla visio alicui⁹ creature in verbo subest causalitati
create .Pono.n.ꝙ vnus angelus videat in verbo lapi
dē:tunc videtur ꝙ possit causare cognitionē lapidis vt
in verbo:patet:quia angelus hñs lapidē ꝑfecte presen
tem in v̄bo pōt īmediate causare visionē ipsius lapidis
concurrente ipso lapide vt alia cā partiali :q̄ visio īme
diate terminabitur ad lapidē vt in v̄bo.¶ Dico ꝙ hr̄e
lapidē p̄ñtem vt in verbo ē ipsum habere p̄ñtē p̄cise vir Solutio.
tute ipsius v̄bi:vel virtute ꝑfecte supplētis vicē ipsius
verbi:ꝛ sic ip̄e lapis p̄cise fit p̄ñs illi intellectui vt ī ver
bo a voluntate diuina:ꝛ sic talis p̄sentia per nullū crea
tum haberi pōt.Sil'r dico ꝙ videre lapidē vt in verbo:
talis visio mere depēdet saltē vt a mera cā partiali ab
ipso verbo:vel ab aliquo ꝑfecte supplēte vicē v̄bi cuius
modi est voluntas diuina.lȝ ergo vnus angelus posset
causare notitiam intuitiuam lapidis in se existētis :et
in proprio gñe sic ꝙ concurrat partial'r ad huiusmodi
notitiam:est tñ simpl'r impossibile:ꝙ possit causare no-
titiam intuitiuam lapidis vt in verbo:sic ꝙ per illā vi-
deatur lapis in v̄bo :p̄ñtia.n.lapidis vt in verbo obie
cti intelligibilis respectu intellectus creati principal'r
depēdet a voluntate diuina:ꝛ sic patet solutio difficul
tatis.Possent adduci alique alie difficultates : quas
breuitatis causa:ꝛ ne legentibus tedio sim omitto.

Ad argumenta principalia p̄me questionis
nunc soluēda sunt argumen Ad rōnes
ta principalia questionis prime.Primo arguit Doct. p̄ncipales
ꝓbando ꝙ angelus superior non posset illuminare infe p̄me quest.
riorē:quia illuminare vel ē lumē causare:vel lumē cau
satum intēdere :sȝ angelus superior non pōt causare lu
mē in alio angelo:quia illud non ē causabile.nisi per il
luminationē :nec etiā pōt intēdere:quia ab eodem cau
satur habitus.ꝛ intēditur s̄m Phm̄ .2.ethi.¶ R̄ñdet
doc.ꝙ pōt causare illam auditionē.i.visionē ꝑfectiuā
in esse secundo:ꝛ tamē non sequitur ꝙ creet eam :quia
creatio est actio non concurrēte alia causa ali[illegible]ius ge
neris:nisi tm̄ primo efficiēte ꝛ primo fine licet.[illegible]illius
auditionis nihil prefuerit:non tñ d2 creari:q2 aliquam
cām posse creare vltra hoc qđ ꝓducit effectū de nihilo
sui:excludit etiam oēm aliam causalitatem:mō angel⁹
superior non potest excludere cām primam:nec etiā po
test excludere cām materialē:quia non immediate pōt
causare nisi p̄supposita materia:siue receptiuo:ꝛ ꝙ tale
sic p̄supponēs non dicatur creare :patebit infra.di.18.
et in.4.di.1.q.1.¶ Secūdo principal'r arguit sic. Ois
mutatio est inter opposita.ergo omne illud quod illu-
minatur p̄us fuit tenebrosum:in angelis aūt beatis nō
est aliqua tenebra. ¶ Ad scđm dico ꝙ visio in v̄bo est
ꝑfectissima illuminatio:ꝛ ideo intellectus hñs illā di-
citur ꝑfecte luminosus:vel illuminatus quantūcunq3
non habeat illam cognitionē:q̄ respectu istius d2 se ha
bere ad lumē sicut tenebra :ꝛ ideo nec carentia cuiusli-
bet alterius intellectionis in habente istam dicitur fa-
cere intellectum tenebrosum.pōt tñ concedi:ꝙ sicut in
potētia sunt ad aliquid:qđ est lumē:ita sunt in potētia
ad aliquid quod est tenebrosum.i.ꝙ sicut angeli sunt ī
potētia ad notitiam lapidis:q̄ d2 lumē:ita sunt in potē
tia ad carētiam ipsius q̄ carētia d2 tenebra:ꝛ hoc nō est
inconueniens.¶ Vltimo arguit sic.Angelus superior
est lumē sup̄ius respectu inferioris:sȝ in corporib⁹ ma-
ius lumē offuscat minus lumē:vel saltē impedit effectū
illius.ergo a simili angelus superior impedit inferiorē
ab operatione .ergo nō ꝑficit eum ipsum illuminando.
¶ R̄ñdet Doc.qđ loquēdo de lumine corporali quan-
tum ad aliquid est falsum:quia sol non impedit stellas
multiplicare radios suos ad superficiē terre:quod ptȝ:
quia existens in profundo putei in meridie videret stel
las:non.n.ad oculos eius pertingerent radii nisi prius
attingerent ad superficiem medii illuminati:ipse tamē
sol luminantia minora impedit ab aliqua actione.s.ab
illa quam haberēt in visum:quia non possunt videri in
p̄ñtia solis:ꝛ ratio est:quia excellēs sensibile pri⁹ agit
in visum excellēter:ita ꝙ actuat ipsum s̄m totam capa
citatem:ꝛ forte aliquo mō īmutat cū dolere s̄m Alacē
p̄mo ꝑspectiue:sȝ ad hoc non est sil'e de lumine intelligi
bili:sicut patet ꝑ Ar.3.de aia.t.c.7.nam post excellen
tia intelligibilia non minus ītelligim⁹ alia sed magis:
sed post excellētia sensibilia minus percipim⁹ alia sensi
bilia :q2 potētia vel organum debilitatur.

Nunc soluenda sunt argumēta principalia questiōis secūde: q̄ est de locutione angelorum. Primo .n. arguit sic doc. ꝓbando ꝙ vnus angel⁹ non loquaꝛ alteri. Et prima rō stat in hoc: qꝛ si angelus .a. possit videre intuitiue essentiā angeli .b. a fortiori ꝛ oēm intellectionē existētē in eo ꝛ per ꝯn̄s non est necessaria locutio. ¶ Doc. an̄q̄ rn̄deat premittit rn̄sionē aliquorum: qui dicunt ꝙ lꝫ angelus audiens videat essentiā angeli loquētis: non tn̄ sequiꝛ ꝙ videat intellectionē illius obiecti: de quo loquēs vult loqui: qꝛ ipse loquēs pōt occultare per voluntatē suaꝫ ipsam intellectionē. vel non occultare: ꝛ istud nō occultare est loqui. ¶ Tūc doc. iprobat hanc rn̄sionē tripl'r. Primo quia si eēntia angeli loquentis est ꝑfecte pn̄s intellectui audiētis: ꝛ per ꝯn̄s etiam erit ꝑfecte pn̄s intellectio obiecti. de quo loquens vult loqui: ꝛ sic de necessitate in intellectu audientis causatur vel intellectio intuitiua obiecti: si obiectū est in se pn̄s: vel si est pn̄s per spēm intelligibilē: necessario causatur cognitio abstractiua talis obiecti: vel neutro mō sit pn̄s sed tm̄ intellectio loquētis sit ꝑfecte pn̄s intellectui audiētis: tunc a tali intellectu audiētis ꝛ a tali notitia pn̄te: vel causaꝛ notitia obiecti: vel saltem causaꝛ notitia illius notitie prime: sicut dixi supra: sicut etiam si obiectū est pn̄s: vl' spēs intelligibilis: quia actiuo naturali ꝛ passiuo debite approximatis ꝛ non impeditis de necessitate sequiꝛ actio: vt supra ptꝫ. q. 1. ꝓlo. ergo si essentia vnius angeli erit ꝑfecte pn̄s in rōne obiecti intellectui alteri⁹ angeli: qui dicaꝛ .a. sequitur ꝙ etiā intellectio obiecti fundata in alio angelo: qui dicaꝛ. b. erit ꝑfecte p̄sens ipsi a. in rōne motiui: cum sit verū ens reale ꝛ absolutuꝫ. vt ptꝫ a doc. q. 23. quoli. ꝛ p ꝯn̄s ipsa intellectio vt cā partialis causabit in intellectu .a. intellectionē sui: vel obiecti cōcurrēte intellectu .a. vt alia cā magis p̄ncipalis nā stāte tali pn̄tia vtriusq̄: non pōt impediri quin causetur talis intellectio in intellectu .a. qꝛ stāte approximatiōe agētis naturalis ꝛ passi: ꝛ debita approximatiōe a nullo agēte creato pōt impediri actio: vt Doct. on̄dit in. 4. di. 49. ꝛ sic non erit in ptāte āgeli loquētis stāte pn̄tia talis itellectiōis: ꝙ angelus .a. nō videat talē intellectionē. ¶ Scōo improbatur illa rō ibi: nec vꝛ maior rō quare p volūtatē suā ꝛc. Dicit doc. ꝙ si essentia .b. p actū volūtatis pōt occultare talē itellectionē: quare ēt nō possit occultare essentiā ppriā cū illa sit intimior nō vꝛ rō: si .n. aliq̄d corpus sit ꝑfecte pn̄s potētie visiue nullo mō ipedite: ita ꝙ ꝭm se totū sit ꝑfecte pn̄s: ꝛ in tali corpe sit aliquis color ꝑfectissim⁹: si voluntas exn̄s in tali corpe vt ē ꝑfecte pn̄s potētie visiue: nō pōt ipm occultare. seq̄tur ꝙ nec etiā poterit occultare colorē exn̄tē in corpe. ¶ Tertia rō est ibi. Quare etiā ali⁹ angel⁹ cui vult occultare intellectionē suā: nō pōt videre illam volitionē: si ponaꝛ illa occultari. ḡ p aliā volitionē: ꝛ sic in infinitū d't Doc. posito ꝙ .a. non videat cognitionē obiecti: de quo .b. vult loqui: qꝛ .b. pōt ipm occultare p aliquā volitionē q̄ dicatur .c. Quero an .a. videndo .b. videat ꝑfecte .c. si sic hꝛ intētum: qꝛ videndo talē volitionē terminatā ad intellectionē: videbit etiā ipam intellectionē: si non: igiꝛ ipsa volitio occultabiꝛ p aliā volitionē: ꝛ sic vel erit ꝓcessus in infinitū in volitionibus: vel standū est ad vnā: qua visa occultatiua: videbiꝛ etiā cognitio occultata. Si dicaꝛ: vt dicit quidam doc. ꝙ non seq̄tur ꝙ si videā occultatiuum ꝙ videā etiā occultatū: ꝛ ponit exēpluꝫ qꝛ videꝛ: sequitur ꝙ si video capsam ꝙ videā contēta in illa. Sꝫ hoc exēplū nō est ad ꝓpositum qꝛ nulli dubium est ꝙ si videam tm̄ in superficie: ꝙ non videam contenta: si tn̄ viderem ipsam perfecte intus ꝛ extra: viderem etiam contenta in illa. hic autem in ꝓposito cum essentia angeli sit oīno indiuisibilis quia est p̄sens alicui et ꝭm se totam perfecte p̄sens et sic videns ipsam videt perfecte intus et extra. lꝫ non sit ibi intus ꝛ extra cum sit omnino indiuisibilis et sic ipsa visa poterit videri omne cōtentum in illa. ¶ Ibi. Et ideo si concedatur ꝙ cognitio huius angeli est pn̄s alii sicut essentia sua tamē locutio potest esse qua exprimitur ista cognitio ꝛc. In ista littera di. Doc. tria. primum posito ꝙ .a. possit videre .b. ꝛ cognitionē exn̄tē in illo: tamē locutio est adhuc nec̄ia qꝛ si .a. videret ipam cognitionem in se: tūc haberet cognitionē de illa ꝑtialiter causata ab illa i intellectu .a. et talis cognitio nō est auditio: quia sine expressione non cognosceretur cognitio illa que est auditio: ꝛ requiritur ergo ꝙ talis notitia que est auditio exprimatur .a. loquetem inquantū intelligēs vt supra ptꝫ. ¶ Ibi. Et si dicas ꝙ tunc saltē pōt frustra loqui ex quo posset illud esse manifestum de quo vult loqui sine locutione. Dicit Doc. ꝛ hoc erit secundū notandū in illa littera posito ꝙ .a. prius cognouerit antexp̄m fore ꝛ postea hoc verū reuelaꝛ .b. adhuc b. pōt loqui ipsi .a. de tali xo sibi reuelato: nec tn̄ sequiꝛ ꝙ talis locutio sit frustra: qꝛ locutio est principaliꝛ ad hoc vt loquens liberal'r exprimat audienti: ꝛ tūc talis notitia esset ꝑfectio cōicata .a. a .b. liberal'r. adhuc eniꝫ potissime est locutio in intelligentibus vt liberal'r et libere cōicant sibi inuicem conceptus suos. Si .n. cogitatio huius videreꝛ in .b. tunc .b. non cōicat liberal'r cōceptum suū alteri. Si .n. se haberet .b. in ista visiōe sicut non intelligēs ꝛ non volēs cum illa cogitatio sit naturaliter visibilis: mō naturaliter actiuum ꝛ motiuū ad sui visionē simili mō agerent si non esset in intelligēte ꝛ volente. Tertiū dictū est ibi. Sil'r etiam auditio q̄n p̄cedit excitat ad intellectionē visiōis angeli loquentis ita ꝙ lꝫ illa visio posset esse sine excitatione. non tn̄ cōiter est sine ea: vt supra patuit: qꝛ habita noticia que dꝛ auditio excitaꝛ intellectu audientis vt conuertat se ad intellectum loquētis ꝛ ad visionē exn̄tē in eo: vt supra dictum est. ¶ Si dicaꝛ. Si .b. vult loqui .a. puta de obiecto .c. ꝛ .a. habeat notitiā actualē obiecti .c. tunc q̄ro aut .b. scit hoc aut nō. si p̄mo ad quid ḡ .b. vult loqui .a. cū ipm .a. non possit audire: qꝛ stante cognitiōe de obiecto .c. aliam non potest recipere: vt supra patuit: quid ergo cābitur in .a. Si nihil. ergo .b. non loquitur ipi .a. qꝛ .b. loqui .a. est cāre in .a. cognitionē obiecti de quo loquitur: vt supra ptꝫ. Si secūdo non videꝛ ꝙ angel⁹ loquens ignoret: et posito etiā ꝙ ignoret adhuc nō poterit loqui: qꝛ stante cognitiōe de .c. nullam aliā recipere pōt de ipso .c. Dico ꝙ loq̄ cōtingit dupl'r. vno mō proprie qd̄ est causare cognitionē i audiēte illi⁹ obiecti de quo loquiꝛ ꝛ hoc mō .b. non loq̄reꝛ ipsi .a. si .a. haberet actualē cognitionē de tali obiecto. Alio mō pōt ex pte sua facere se pn̄tē audiēti ꝛ ex pte sua velle on̄dere oē sibi reuelatū: q̄uis nihil causet in audiente cum nō possit recipe stante perfecta notitia obiecti in ipo audiente: et hoc mō sancti loquūtur deo: ꝛ tn̄ non pn̄t aliquid sibi facere manifestius q̄ꝫ prius nec etiam aliud vl' alio modo manifestum q̄ꝫ prius. Sed tm̄ ex liberalitate velle hoc esse patēs deo beati appetūt oīno quātū pn̄t: ita ꝙ si possent in eo causare conceptum illum causarent: ꝛ hoc est loqui deo.

Explanatio littere.

Loqui contigit dupl'r.

Secundo principaliter arguit Doct. ibi secundo si angelus posset loqui: ita posset loqui alicui distanti sicut pn̄ti: ꝛ tunc sequerentur duo inconueniētia. primū ꝙ si loqueretur distanti ꝙ prius immutaretur medium ꝛc. Scōm ꝙ oporteret eū loqui oībus angelis eque p̄sentibus. Ista rō cum sua rn̄sione ptꝫ ex supra dictis. ¶ Tertio principal'r arguit quia videreꝛ talis locutio sup̄flua: ptꝫ: qꝛ habent spēs concreatas omniū reꝝ igitur per illas pn̄t intelligere oīa. Et qd̄ nō habeāt spēs acquisitas probatur multipl'r. primo quia si possent intelligere p spēs acquisitas. ergo haberēt intellectū agētē per quē potētia intelligibile fieret in eis actu intelligibile qd̄ vꝛ falsum. Sil'r non vꝛ in eis esse itellect⁹ possibilis qꝛ intellect⁹ eoꝝ non est aliq̄n in actu ꝛ aliq̄n in potentia ad actum primū: igiꝛ nō videꝛ i eis itellectus agens: qꝛ agens poniꝛ respectu possibilis. ¶ Scōo qꝛ si acciperent spēm intelligibilē puta a corpe. ḡ depēderēt a corpe in operādo. Cōfirmaꝛ: ppꝛ hoc .n. aīa itelligēdo depēdet a corpe qꝛ vniꝛ corpi: ꝛ hoc ē rōne eius vniōis cū corpe qꝛ recipit ꝑfectionē suā a corpe. Tertio qꝛ ab extremo ad extremū nō trāsiꝛ nisi p mediū sed esse imaginabile ē mediū inꝛ esse sensibile ꝛ esse actu itelligibile: cū ḡ angel⁹ non habeat fantasiā. igiꝛ. ¶ Quarto qꝛ corpa celestia hn̄t suā ꝑfectionē sibi ꝯcreatā: ḡ et angeli ꝛ sic nihil recipiunt a rebus. ¶ Quinto qꝛ si pn̄t hr̄e spēs acquisitas. ḡ obiectū extra ad gignitionē illi⁹ spēi ꝛ intellect⁹ angeli coageret illi sed hoc est falsuꝫ qꝛ agētia diuersa gn̄e non pn̄t ꝓducere eūdē effectū ꝓbatur: qꝛ aut ꝓducūt inquātū diuersa gn̄a: aut nō: si primo igiꝛ corrn̄det eis in effectu aliq̄ diuersitas ꝓportionabilis: ꝛ sic effect⁹ non esset simplex ꝛ homo es. Si secūdo. igiꝛ sine tali distīctiōe posset eē ꝟt⁹ ita intēsa ꝙ

alterum coagentium sufficeret ad talem actionē produ cēdam. ptz qz vbi accidit distinctio in duobus mouēti bus potest virtus in vno ita itendi φ potest supplere vi cem vtriusqz: ergo obiectū corporale posset ita inten di in actione sua φ ipsum solū posset gignere illam spe ciem in intellectu angeli: sed hoc est falsuz. Tū qz agēs est prestanti⁹ patiēte ſm Aug. 12. super genesim. Quia nullū corp⁹ agit in spm. ¶ Sexto. simile cognoscit per suū simile: si igitur singulare gineret spēm suā in intelle ctū angeli. ergo intellect⁹ assimilatus per illam spēz co gnosceret singulare p rōnē ꝓpriā: qđ ē absurdū. ¶ Re spondet Doc. ad tertium argumētū principale. Et pri mo rñdet ad argumentū in sc. Et secūdo respondet ad omnes instantias de specie intelligibili. Quātū ad pri mū. Dicit pmo i ista lr̄a φ si species quiditatū nō eēnt concreate angelo posset eas acquirere. ⁊ ex hoc nullus esset incōueniens: imo hoc esset perfectiōis supplentis imperfectionē: pfectionis. n. est in potētia ordinata ad cognoscēdū plura obiecta abstractiue: φ in se possit ha bere principiū productiuum talis notitie: et perfectio nis est φ habeat ꝟtutem actiuam acquirendi tale prin cipiū productiuū cuiusmodi est species intelligibilis: vt supra patuit in primo. dist. 3. q. 7. et. 8. ⁊ di. 17. Secū do dicit φ etiam dato φ habuerint species concreatas omniū quiditatum non opz tū dicere: φ habuerint spe cies concreatas omniū singularium: sed illas possunt acquirere: vt supra prolixe expositum est. d. 3. q. vlt. Nō eñ est verisimile φ possibile esset aliquod singulare fie ri cuius non posset angel⁹ habere notitiam distinctaz: et tū si mūdus duraret in infinitū essent infinita singu lari a: quoꝝ qđlibet posset angelus distincte cognosce re: ⁊ tū non haberet simul infinitas species cōcreatas: quia tūc daretur infinitū in actu: ergo posset speciē ali quam de nouo acqrere. Tertio dicit φ etiā posito φ ha beret species concreatas tam quiditatū ꝙ oim singula rium: adhuc posset acquirere notitiam intuitiuā singu lariū in proprio gñe: qz non habetur de ipso singulari: nisi vt actu exñte ⁊ pñte. Quarto dt φ vltra oia ista ad huc esset necessaria locutio de cōplexis contingentib⁹: qz licet extrema possint cognosci per species innatas: vel etiā intuitiue: adhuc requiritur cognitio de cōple xione extremoꝝ: siue de vnione eorum: que vnio nō est ex ratione formali terminoꝝ: sed a causa extra vniente talia extrema. vt supra pz in prolo. q. 3. ⁊ in pmo. d. 39.

Responsio Sco. ad argumēta.

Quantum ad scđm principale rñdendum ē ad illas rōnes: que pbant φ āgeli non possunt acquirere speciem intelligibilem de nouo. Ad primam concedit φ habet intellectum agendi et possi bilem: et obiectum suū primū: siue adequatum non est essentia angeli: sed totū ens ꝯprehendens sub se spēs in telligibiles ⁊ sensibiles: ⁊ hoc loquendo de obiecto: nō terminatiue: sz de obiecto motiuo quia quodcunqz ens natum causare cognitionem sui in aliquo intellectu tum est mouere intellectū angelicuz ad sui cognitionē: Similiter si talē obiectum non sit sufficiens ad causan dum cognitionem sui sed potest causari ab aliquo con tinente ipsum ꝟtualr̄ vel essentialiter: tale continēs po terit mouere intellectū angelicū ad cognitionē tamvir tualr̄ ꝙ essentialr̄ contentoꝝ in eo. Et addit Doc. φ lz essentia sua sit actu intelligibilis: non tū singulare sen sibile loquēdo de intelligibili intellectiōe abstractiua tali quali cognoscitur vniuersale. Uult dicere φ lz es sentia angeli sit perfecte presens intellectui suo in rōne obiecti intelligibilis: ⁊ hoc est esse actu intelligibile lo quendo de intellectione intuitiua: qz vt est sic perfecte presens in se pōt mouere intellectū ad sui noticiā intui tiuam: pōt etiaz esse actu intelligibilis abstractiue: qz pōt esse perfecte pñs intellectui suo in aliqua specie in telligibili: vt ēt pz. d. 3. q. vl. ⁊ vt sic pñs hz rōnē obiecti ītelligibilis abstractiue: Quis ergo sic sit actu intelligi bilis: nō tū singulare sensibile: ⁊ supple sic actu intelligi bile: singulare. n. sensibile vt est in se pñs ītellectui an gelico in rōne obiecti intelligibilis: tūc est actu intelli gibile intuitiue qz statim pōt seq̄ cognitio ītuitiua: cū vt sic sit principiū pductiuū notitie intuitiue vna cum intellectu angeli. Si ꝟo non sit in se pñs nō erit actu in telligibile abstractiue: nisi p spēm intelligibilē. qua ha bita statim pōt cāri cognitio abstractiua: qz ipsa cū in tellectu sunt pfectū pncipiū pductiuū talis notitie. Et cū dicit tali quali cognoscit vniuersale. Nō vult dice

Declaratō lr̄e per pulchra

re φ mediāte illa specie intelligibili cognoscat pcise sin gulare sub rōne vniuersali: imo per illam cognoscit ip sum disticte sub rōne ꝓpria: vt ōnsum est supra. dist. 3. q. vl. Sed vult dicere φ talis noticia abstractiua est si milis illi que hr̄ de vniuersali: qz sicut illa q̄ ē de vniuer sali non requirit pñtiam obiecti in se: sz tū in specie in telligibili: ita ista non requirit pñtiam singularis in se: sed tū in specie ītelligibili. ¶ Ibi. Cū etiā pbat de in tellectu possibili qđ non est in potentia ad actū primū: puta ad speciē ītelligibilē: que dicit actus prim⁹ respe ctu notitie abstractiue ptialr̄ cāte ab illa. Dicit φ posi to φ intellectus angeli haberet omnes spēs cōcreatas adhuc talis intellectus esset vere receptiuus illarū: qz non est de rōne receptiui: φ sit pri⁹ de rōne recepto: suf ficit. n. φ sit pri⁹ natura: ē tū de rōne receptiui loquēdo ꝓprie de receptiuo: φ sit recepto pfectibile: siue actua bile: ⁊ semp inter recipiens ꝓprie ⁊ receptū est realis di stinctio: ideo non concedim⁹ ꝓprie subiectū recipe pas sionē: cū sit eadē realiter: sed quasi recipe. Ibi sequitur eodē etiam mō ex alia pte: dato φ angelus non indige ret abstrahere aliquas species: sz haberet omnes tales concreatas: nō min⁹ haberet potētiā abstrahēdi: qz po tētia actiua que est pfectionis in natura inferiori: non dz negari a natura supiori: lz cā supior puenerit actio nem inferioris illius potentie actiue: sicut non negare tur in nobis intellectus agēs: dato φ agens noster nō posset haberi actuz aliquē abstrahendi nō ratione sui: sed qz pueniret ab aliquo agēte superiori pducēte effe ctum qui posset p eam pduci. ¶ Ad scđam pbationē de specie. Dicit doc. φ aliud est depēdere a corpe vt ab obiectio i operādo: ⁊ aliud ē depēdere a corpe puta ab organo in operando primo mō non est incōueniēs āge lum depēdere a corpe: qz angelus non hz in se eminen ter: ⁊ per ꝟtualem continentiam totam pfectionē obie ctoꝝ corpalium: imo nec alicuius corpis: et ideo ex se solo non pōt cāre notitiam nec ītuitiuam: nec abstracti uam alicui⁹ rei corporalis: nec silr̄ spēm intelligibilē: qz si aliquis istoꝝ posset causare: tunc pfecte ꝟtualr̄ ꝯtine ret totam entitatem talis rei corpalis: vt supra expo sui. dist. 3. q. 10. et silr̄ in. 1. dist. 3. q. 1. Et ideo non est mi rum si in intelligendo rem corporalem: cui⁹ non hz spēz ꝯcreatā depēdeat a tali re corpali ⁊ obiecto: esset bñ in cōueniēs si depēderet ab aliqua potētia organica: sic φ nō possit cognoscere aliquod corpale: nisi prius tale corporale fuerit fantasiatū siue imaginatū a ꝟtute fan tastica. Et cum dz de vnione aīe ad corpus. Dicit doc. φ anima non tantum vnitur corpi vt operetur circa cor pus vt obiectū: sed vnitur vt totum compositū sit cui⁹ ipsa est ps: ita φ totū operans hz corpus non tū p ob iecto: sed p parte opationis: non sic aūt angel⁹ ⁊ rō est: qz operatio attribuitur toti cōposito: et nō solum ipsi aīe: cōpositum. n. per se intelligit: vt patet a Doc. in. 4. dist. 44. q. 2. ⁊ in. 1. dist. 3. q. 6. ¶ Ad tertiā. Hic soluit tertiam rōnē ⁊ solutio stat in hoc: φ si singulare sub rō ne singularitatis non possit intelligi: concluderet φ de us non posset singulare ītelligere: qz nō posset hr̄e obie ctū in esse imagiabili. Dico ḡ φ illud qđ est mediū agē ti inferiori: non erit mediū agenti supiori: vt patuit. d. 2. q. vl. huius. et sic erit in ꝓposito: qz intellect⁹ agēs p fectior pōt statim vna cū obiecto sensibili cāre specie3 intelligibilē. in qua res habeat esse vt actu intelligibi lis: lz ꝟtus impfectior requirat esse imagiabile: sicut di spositionē mediam ad esse intelligibile: ⁊ hoc non cōue nit tali ꝟtuti: ⁊ impfectiori ex natura potētie nec etiaz ex hoc φ est in corpe: qz sepata pōt intelligere imedia te rem corpalem: ⁊ silr̄ vt vnita corpi glioso: sz hoc con uenit ei pcise vt est in corpe p statu isto: qz deus sic sta tuit: vt nihil imediate ītelligat: nisi prius fuerit imagi natū: siue fantasiatū: ⁊ hoc loquēdo de obiecto: φ pmo mouet potētiā: vt pz a Doc. in. 1. di. 3. q. 3. ¶ Ibi. Alit posset rñderi dicēdo φ esse imaginabile non est mediū in ꝓposito: sz duo extrema sunt hic intelli gibile in actu ⁊ non intelligibile i actu. Doc. dt φ respe ctu cuiuscūqz obiecti tā sensibilis ꝙ imaginabilis dan tur simplr̄ duo extrema. s. aut ē intelligibile i actu sup ple in potētia ꝓpiqua: q̄ tūc est respectu notitie ītuiti ue qñ est in se pñs: ⁊ respectu abstractiue qñ est in aliq̄ specie intelligibili pñs: aut non est intelligibile ī actu: φ tunc est qñ nullo istoꝝ modoꝝ est pñs ītellectui: idē igit sensibile vt est pña intellectui aliquo istoꝝ modoꝝ

Depēdere a corpore dupliciter.

dicitur actu intelligibile vt vero nullo istoꝝ modoꝝ ē
pn̄s:dr non actu itelligibile:⁊ sic ista dicunt̄ extrema:
ꝙ modo idem sensibile prius sit imaginabile: siue priꝰ
sit ī imaginatione q̄ȝ sit actu itelligibile:accidit sibi:nō
est eñ hoc ex natura sua:sed tunc accidit quādo cōpa-
ratur intellectui existenti in corpore pro statu isto:qui
intellectus non potest īmediate moueri ab aliquo sen-
sibili:nisi prius tale sensibile fuerit sine aliquo sensu ex
teriori:⁊ prius in ꝟtute fantastica:⁊ si intellectus est se
paratus:idem sensibile immediate moueret talem ītel
lectū. Sic dico in ꝓposito de quacūq; re q̄ nata est per
cipi ab aliquo sensu exteriori:⁊ a virtute fantastica po
test immediate mouere intellectū angeli:⁊ nō est neces
se:ꝙ prius ꝑcipiatur ab aliquo sensu nec exteriori:nec ī
teriori:quia hoc sibi precise cōuenit:vt cōparat̄ ad po
tentiā exn̄tem in corpore corruptibili:et hoc est qđ ītē-
dit Doc. in illa littera:⁊ similis rn̄sio data ē supra. di.3.
q.vi. ¶ Ad quartum dico:ꝙ ille cōgruentia de corpo-
ribus celestibus non concludit:nam si qualitates: ille
non essent concreate corpori celesti:cum nihil sit datuȝ
ei vñ posset illas qualitates acquirere semper esset non
ꝑfectuum comparando ad se ⁊ ad oēm cām naturaleȝ:
quia nulla causa naturalis pōt illas qualitates ꝓduce
re in corpe illo:vniuersal̄r aūt oēm ꝑfectionem quā nō
pōt natura supplere:supplet deꝰ imediāte:non sic autē
est in ꝓposito:qꝛ angelus hȝ vñ cū aliis causis natura-
libus cooperantibus possint talem ꝑfectionē acquire-
re.s.oīm rerum cognitione:dato ꝙ sibi non essent con-
create species:posset.n.cuiuscunq; obiecti ex naturali
ꝟtute intellectꝰ ⁊ obiecti habere intellectionē.nā actio
ne intellectus ⁊ obiecti vt cārum partialiū pōt habere
spēm q̄ditatis cuiuscunq; obiecti. ⁊ post ea vti illa spe
cie ad itellectionē abstractiuā. ¶ Ibi. Et cū postea ac-
cipit̄ ꝙ tūc obiectū ageret ad intellectionē angeli. Cō-
cedo ꝙ agit partial̄r ⁊ eodē mō sicut dictū est in.1.di.q.
7.de sensibili respectu intellectus cōiuncti. ¶ Ibi. Et
cum accipit̄ vt duo diuersa gn̄a non pn̄t esse cā vnius
effectus:dicit hoc eē vniuersal̄r falsum:naȝ essentialis
ordo cārum non est indiuiduoꝝ eiusdem speciei.vt ptȝ
per Auiceñ.6.methaphy.non eñ vnū indiuiduū agit ī
virtute alterius indiuidui alterius speciei: sic ꝙ in a-
gendo dependeat ab illo:qꝛ tunc vnū esset essentialit̄
prius alio quod etiam est contra Aristo.3. Metaphy.
tex.Cō.11. Non est inquit hoc prius illud posteriꝰ:⁊ vi
de expositionē quam feci supra dist.3.q.1. Et no.ꝙ doc.
Int̄ indiui dua non est priꝰ ⁊ posteriꝰ. non negat ꝙ duo indiuidua eiusdē spēi possint cōueni-
re ad eūdē effectum:vt pȝ in.1.d.3.q.8. Negat tñ ꝙ duo
indiuidua eiusdem spēi possint ꝓducere eūdem effectū
sic ꝙ essential̄r depēdeat ab alio in ꝓducēdo:vel si sunt
due cause ꝑtiales negat ꝙ sic se habeant ꝙ vna cōcur-
rat de necessitate vt ꝑfectior essential̄r cū alia sic ꝙ vna
per quācūq; intensionē posset supplere cālitatē alteriꝰ:
vt ptȝ de obiecto ⁊ potētia:sed qn̄ vna partialis ꝑ intē
siorem virtutem potest supplere causalitatē alteriꝰ par
tialis concedit ꝙ tunc duo indiuidua eiusdem speciei
quoꝝ neutrū sit sufficiens ad ꝓducendū effectū:sed vt
sunt simul pn̄t ꝓducere eūdē effectū:vt patet de duobꝰ
trahentibꝰ nauē. Sequitur.neq; ordo essentialis cau-
saꝝ est diuersoꝝ speciei.talia.n.sunt contraria vel me-
dia que non ordinantur essential̄r ad causandum ideȝ.
vult dicere doc.ꝙ spēs diuerse sub eodeȝ gn̄e immedia
te contente non ponuntur cause respectu eiusdem effe
ctus:vt ptȝ de contrariis et de speciebus intermediis
que nunq; vniuntur adinuicem ad ꝓducendum aliquē
vnum effectum:⁊ non intelligit hic Doct.de diuersis
speciebus sub diuersis generibus contentis subalter-
nis:patet:quia sol ꝑcise continet̄ sub corpe:⁊ hō imme
diate continet̄ sub aiali:⁊ tñ sol ⁊ hō cōcurrūt ad eūdē
effectum vt cāe essential̄r ordinate:⁊ hoc est qđ.d.doc.
ibi.ergo omnes cāe efficientes diuerse essential̄r ordi-
nate sunt diuerse genere. ¶ Ibi. Et cum probatur vl-
terius quia aut requiruntur inquantum altera gn̄e aut
inquantū eadē gn̄e. Dicit ꝙ vtrūq; mēbrū pōt dari:⁊ si
detur ꝙ requirant̄ inquantū diuersa gn̄e nō sequit̄ quī
effectꝰ sit simplex:vt pȝ de eodē effectu causato a causis
essential̄r ordinatis que semꝑ differūt gn̄e.nā idē calor
Genꝰ phisicum quid. pōt gigni a corpe celesti ⁊ igne que differūt gn̄e physi.
licet forte nō differāt gn̄e logico cū vtrūq; sit spēs cor
poris ⁊ eiusdē ꝑdicamēti:genꝰ aūt phisicū est materia
trāsmutabilis:illa.n.dn̄r eadē gn̄e phisico.que cōicāt
in eadē materia transmutabili cuiusmodi sunt genera
bilia et corruptibilia:quia ergo corpus celeste nō cōi-
cat cum aliquo gn̄abili in materia transmutabili: ideo
ab omni gn̄abili differt gn̄e Physico.posito etiā ꝙ in
corpe celesti sit materia eiusdem rōnis cum materia ge
nerabiliū:⁊ tali materia quātum est ex se est ꝟe trāsmu
tabilis ab vna forma in aliā vt infra patebit di.14.et
in.8.metha.sue:qꝛ tñ a nullo agente naturali talis ma
teria est transmutabilis:cū corpa celestia nō pn̄t corrū
pi ab agēte naturali:ideo ponimꝰ corpus celeste nō cōi
care in materiā cū gn̄abilibus:vt talis materia precise
cōparatur ad agēs naturale:qꝛ tñ ph̄us negat materiā
in corporibus celestibus:vt ptȝ.8.metha.ideo negaret
expresse corpꝰ celeste posse quouismodo cōicare cū ma-
teria gn̄abiliū:pȝ etiā de diuersis genere logico.nā ca-
lor pōt gn̄ari a subiecto ⁊ a q̄litate que differt̄ gn̄e gn̄a
lissimo.⁊ ꝙ possit gn̄ari a substātia supra pȝ a doc.i.1.d.
istens est in aliqua certa specie per se vel reductiue.ma=
teria sola neq̄ per se.neq̄ reductiue est in aliqua specie
ergo materia sola non potest esse indiuiduum quocunq̄
in reꝝ natura:mi.est ex se clara:non enim facille esset fin
gere in qua determinata specie esset materia sola.maior
probatur ex eo ꝙ indiuiduum omne tam completū q̄ im
completum si per se existit in rerum natura separatum
(quod dico propter indiuiduū generis vt hec substantia
hoc animal.⁊c.) non continetur sub genere per se vel rē
ductiue immediāte sed mediante specie. inter genera
enim et indiuidua mediat species.et inter principia ge=
neris ⁊ principia īdiuini mediant principia speciei pari=
formiter.in super hec maior potest probari ad hominem
assumēdo dicta Scō.in quinto argumēto. Ibi.n.expres=
se assumit ꝙ quicquid determinat sibi genꝰ aliquod de=
terminat sibi aliquā certā speciē illius generis:⁊ potest
etiā ex dictis Sco.ibi arguere ad hominē ⁊ probare op=
positū intenti sui:sic.quicquid determinat aliquod genꝰ
determinat sibi aliquā speciem illiꝰ generis:materia so
la determinat sibi aliquid generis substātie:ergo deter=
minat sibi aliquā speciē certā substātie saltē reductiue:
ergo matia sola esset ī aliq̄ spē substātie:hoc ē falsū:minor
est oīm ⁊ processus est bonus:ergo hāc veritatē approbat
Aristo.vt ipse Sco.ꝯfitet̄ loco allegato. Sed q̄a.d.ex fal
so fūdamēto Aristo.hāc ꝯclusionē tenuisse.s.ex hoc ꝙ deꝰ
non potest agere sine causis secūdis. Ostēdo ī hoc Sco.
errare ex dictis com.secundo phi.ca.12. Auerro.ex eodē
precise fundamento qđ sanctus Tho.adduxit in prima
ratione tenet istam conclusionem.vbi nullam fieri men
tioneꝫ de connexione causalitatis prime cause apparet:
sꝫ tātuꝫ de actu ⁊ potētia:ita ꝙ ex natura actꝰ ⁊ natura
prime matie: q̄ est pura potētia ꝯcludit Auerro.q̄ duo
ꝯdictoria essent simul vera vt deductum est ⁊c. Auicen.
quoq̄ in secundo methaphi.sue.ca.30. tenet conclusio=
nem Sco.esse impossibilem:⁊tamen posuit expresse ma
teriam esse creatam. Unde hec tanq̄ destructiua metha
phisicalium principiorum vitanda est:hoc de secudo.
¶ Quo ad tertiū respōdeo ad primū negatur antecedēs
plus enī dependet potentia pura ab actu q̄ actꝰ iperfe=
ctꝰ ab actu pfecto. ¶ Sed cōtra. Hoc istat Antoniꝰ trō
beta sic. Magis depedet posteriꝰ a priori q̄ prius a poste
riori:sed accidēs est posterius substātia: materia auteꝫ
est prior forma ergo magis depēdet accidēs a subiecto
q̄ materia a forma. Forte diceret̄ ait: ꝙ materia nō est
prior sed posterior forma. Cōtra. Nā licet materia sit po
sterior forma ordine perfectionis:est tñ prior ordine gña
tionis:⁊ ꝯsequenter prior simpl'r:vt arguat̄ sic: qñcunq̄
sunt aliqui duo ordines:quorū vnus simpl'r est prior al=
tero:quicquid est in ordine priore est simpl'r priꝰ quocū
q̄ existēte in ordine posteriore:sed ordo originis ⁊ ordo
pfectionis:ita se habēt:ꝙ ordo originis est simpl'r prior
ordine perfectionis:⁊ hoc in natura limitata:ergo quic=
quid est prius origine est priꝰ simpliciter quocūq̄ priore
ordine perfectionis:sed ita est ꝙ materia est prior origie
forma:licet forma sit prior perfectiōe:g̊ materia est sim=
pliciter prior forma. ꝓcessus bonus: ⁊ maior ꝓbat̄:ꝙ.s.
ordo originis est simpl'r prior ordine pfectionis.nā prio
ra generatione sunt posteriora perfectiōe: natura enim
semp ꝓcedit de iperfecto ad pfectū. ergo quicquid est
imperfectius est simpliciter prius quocunq̄ perfectiori
sed materia pria est iperfectior forma:ergo materia pri=
ma est simpliciter prior forma. Tunc vltra est simpliciter
prior forma: ⁊ omne prius in suo priori pōt esse sine po=
steriori:ergo ⁊c. ¶ Ad hoc respondet̄ triplici respōsio

ne ad insinuandū argumenti multiplicem defectū. Primo dicit ꝙ forma licet sit posterior materia ordine gñationis est tñ prior etiā ordine gñationis materia exñte. magni enī refert dicere materiam ⁊ materiā existentē. sicut supficies est prior albedine: albedo tamen est prior superficie habente esse album: ita in proposito cū sermo sit de materia existente: si enī poneret materia sola ī rerum natura oporteret ipsam existere: patet falsum assumi. Secundo dicitur ꝙ aliud falsum ibi assumitur. s. ꝙ ordo gñationis sit simpliciter prior ordine pfectiōis stando infra limites nature finite: cum enim act⁹ sit prior potentia simpliciter tam si ponatur deus finitus ꝙ̄ infinit⁹ vt ptȝ ex. 9. metha. tex. Com̄. 15. ⁊. 12. tex. com. 30. ⁊ prioritas actus sit prioritas perfectionis: consequens est ꝙ fm Aristo. et veritatem ordo perfectionis sit simplr pōr ordine generationis: amplius id quod est prius natura ratione ⁊ tēpore est simplr pri⁹ ⁊ ordo pfectiōis est pōr natura rōne ⁊ tpe ordine īperfectionis: qualis est gñationis qui se tenet ex parte cause materialis: ordo igit pfectiōis est prior simpliciter: mediaqȝ propositio est Arist. 8. phi. tex. Com̄. 75. expresse loquitur in natura finita ad probandū. s. motum circularem esse primū. vnde ad probationem: concesso ꝙ priora generatione sunt īperfectiora: ⁊ ꝙ natura ꝓcedit de imperfecto ad perfectuȝ: negatur ꝯsequentia: ergo ordo gñationis est simpliciter prior licet enim agens naturale prius attingat imperfectuȝ ꝙ̄ perfectum: oportet tamen prius agens in se perfectum esse: vt dicitur ī. 12. metha. tex. Com̄. 40. Hic aduerte tu ꝙ oportet mendacem esse memorem in. q. de primo cognito. Anto. trom. quas īpugnat ꝓpositiones has assumit ⁊c. Tertio dicit ꝙ dato toto processu: vltima consequētia nichil valet. falsum est enī ꝙ om̄e prius possit fm eē absolui a posteriori quolibet: vt ad fm dicet. ¶ Sed cōtra primā responsionē: que ponit materiam nō habere ꝓpriā existentiam: sed eā mendicare a forma instatur sic. Cuicunqȝ cōuenit actu causare pro aliquo signo cōuenit et existere pro eodem signo: sed materie prime ī primo signo quo recipit formā conuenit causare: ergo pro tunc sibi conuenit existere: sed pro illo signo non habet existentiam forme: ergo propriā. Et confirmatur: qr materia aut causat cōpositum: et recipit formā quando existit aut quando non existit. non quādo nō existit: ergo qñ existit: ergo pro tunc conuenit sibi propria existentia qr ex natura forme: sequitur totum cōpositum. Et cōfirmatur secundo: quia causa non mendicat a suo effectu: materia autem causat existentiā compositi et forme: ergo nō mendicat existentiā ab eis ⁊c. ¶ Ad hoc dicitur ꝙ sufficit cause ꝓ quolibet instanti tēporis quo actu causat habere existentiā: nec apparet necessariū ꝙ pro quolibet signo nature insit existentia sibi quo inest causalitas: ordo enī nature talis est in eodem instanti tēporis: ꝙ s'ma teria recipit formam: ex quibus resultat ꝯpositum cui iā esse actualis existentie aduenit: quo ipsum ꝯpositum primo forma secundo et materia tertio existunt. Ad formā autē prime instantie: negatur maior. ¶ Ad primā confirmationē dicit ꝙ materia causat quādo existit: qr ꝓ om̄i instanti quo causat existit: qñ enī est termin⁹ tēporalis. Ad secundam confirmationem dicitur ꝙ licet causa vt causa non mendicat a suo effectu: tamen causa materialis mendicat a suo effectu: qui est eius causa in altero genere cause: eo ꝙ sunt sibi inuicem cause. 5. methaphisice tex. Com̄. secundi. Oportet autē has respōsiones a Sco. Admitti. qr cum Sco. ponat secundo senten. disti. tertia. q. tertia: existentiā esse vltimū actum posterioreȝ tota coordinatione predicamentali: licet non distinctum realiter a re: cuius est: oportet essentiam materie ex natura rei habere habitudinem ad suam existentiā: vt potentiam ad actum: ⁊ tunc potest argui sic: essentia materie vt distincta contra suam existentiam causat ex natura rei in genere cause materialis suam existentiam recipiendo eam: ergo sibi pro illo signo conuenit existentia: et sic habet existentiā anteꝙ̄ recipiat eam: similiter stādo in illo signo aut essentia materie recipit ex natura rei suam existentiā quando est aut quādo non est ⁊c. ¶ Ad secundum principale: negatur maior: ad eius ꝓbationē dicitur ꝙ non sola dependentia sed necessaria connexio aliquoꝝ potest esse causa īseparabilitatis coꝝ. Ad id qđ adducitur ex quinto metha. dicit ꝙ vniuersalis affirmativa non conuertitur simpliciter. ista enim est vera quecunqȝ possunt esse sine aliis ⁊ alia non sine ipsis sūt priora: sed non cōuertitur. quecunqȝ sunt priora possunt esse sine aliis ⁊ alia sine ipsis. Et nota ꝙ maxima illa Sco. omne prius absolutū ⁊c. non potest saluari sequendo viā Sco. qđ pro nunc ex duobus manifestatur. Primo ex eo ꝙ ptes essentiales simul sumpte sunt priores toto. ⁊ tamem apud Sco. non possūt esse sine toto. Secundo ex eo ꝙ predicamentum quantitatis est absolutum prius predicamento qualitatis. presertim quo ad quartā speciem eius. ⁊ tñ non potest fieri quantitas continua nisi figura fieri dicatur. aut finita aut infinita. non infinita. quia illa ratio dabilis: ⁊ si forte imaginetur dari: adhuc cuȝ oporteat esse lineam. aut ergo linea recta. aut curua: et sic eēt figurata: si finita: ergo figurata: figura aūt est q̄ t'mīo vel terminis clauditur: et similiter aut habet lineas rectas. aut curuas aut circulares. ¶ Ad tertiuȝ. quicquid sit de maiori: negatur minor. forma enim ⁊ si nō sit de essentia materie. et tamen de essentia materie existētis. ¶ Ad quartum dicitur ꝙ cum medium sit duplex effectiuum ⁊ formale. quicquid immediate deus causat effectiue potest absqȝ materia causa effectiua ꝯseruare: non auteȝ absqȝ media causa formali quale mediū et forma respectu materie. ¶ Ad quintum negatur: ꝙ inter materiā ⁊ formā non sit necessaria connexio: ad cuius probationem negatur consequentia. cuius probationis falsa est maior p id autem ꝙ addit. s. secundum ꝙ necessario est homo necessario est hic vel ille homo: nihil aliud habet: nisi qr ꝙ materia necessario determinat sibi genus forme: iō materia non pōt esse sine hac vel illa forma qđ est intentum necessariuȝ non enim valet consequentia. a. necessario est hō. ergo. a. necessario est hic vel ille determinate sed vage: ⁊ sic cōceditur materia necessario determinat sibi formaȝ ergo necessario determinat sibi hanc vel illam formam: nō determinate. sed vage. Ad cōfirmationē. cum dicitur quicq̄d cōtingenter se hȝ ad quodlibet generis absoluti contingēter se hȝ ad genus ipm eodem modo respondet distinguendo contingenter se habere ad quolibet determinate vel vage. Primo enim modo falsa est maior. Secundo vero falsa est minor. materia enim nō cōtingēter. sed necessario se habet ad quamlibet formā indeterminate ⁊ vage. ¶ Ad aliam probationem dr. ꝙ vnum essentialiter vnum et singulare negatiue sicut est materia prima potest essentialiter dependere in esse a pluribus eiusdem generis indeterminate ⁊ vage secundum ꝙ illa plura habent vnam rationem communem. sicut in proposito omnes forme conueniunt in hoc. ꝙ dant esse actuale. Reflecte hoc argumentum contra Sco. de quantitate ⁊ figura: et forte persuadet sibi infirmitatem eius. quantitas enim continua determinat sibi generis figuram. nulluȝ tamen sibi figuram vendicat. hoc de quarto.

Nunc respondendum est dictis huius noui expositoris. Soluti gumen 75.

Primo respondeo ad argumenta facta contra positionē doc. Secundo ostendo responsiones factas ad rationes Doc. minime soluere illas. Quantum ad primum. patet responsio ad primam rationem ex dictis supra quomodo materia separata esset vere actus entitatiuus includens propriam exñtiam vt gradum sibi intrinsecum. et talis actus nullo modo est a forma ⁊ sic non: non est contradictio ipsam esse in actu: et non in actu. accipiendo actum diuersimode: esset quidem in actu entitatiuo ⁊ propria existentia: ⁊ non esse in actu formali ⁊ formaliter distinctiuo. Et cmu dicit ꝙ effect⁹ formalis nō pōt esse sine causa formali cōcedit. sed postea negatur ꝙ actualis existētia sit effect⁹ formalis forme. īmo actualis existētia est grad⁹ ītrīsecus rei cuius est. non enī effectus formalis aie est esse existētie. sed ē esse aīatū. Et vltra: si esse existētie materie est effectus formalis forme. per hoc eris. qr forma recipit in subiecto: mō videt repugnātia. ꝙ ens reale actu existens vere recipiatur ī aliquo. nullū esse reale habente. ¶ Ad secūdā rōnem q̄ est de īdiuiduo: cū dicit ꝙ indiuiduū determinatū ad genus ꝯpletū vel icōpletū in rerū natura p se existēs: est in aliqua certa specie p se vel reductiue. Dico ꝙ si intelligatur esse in actu in aliqua specie negatur: certum est enim ꝙ anima intellectiua separata: nec per se nec reductiue est actu in aliqua specie substantie: immo vt sic in nullo genere est per se. cum om

nia genera abstrahant ab actuali existentia: si tamẽ cõsiderentur etiam genera quo ad actualem existentiam: adhuc dico ꝙ nõ est in actu ĩ aliqua specie: qꝛ esse actu in aliqua specie per se est actu esse in recta linea p̄dicamentali: hoc aũt non competit parti: esse vero actu reductiue in aliqua specie specialissima est ipsum eẽ actu partem singularis compositi actu existẽtis sub aliqua specie specialissima in recta linea p̄dicamẽtali: hoc idẽ dico de materia separata ab omni forma: ꝙ ipsa nõ est actu in aliqua specie: ꝛ tamen est singularis. Si ṽo accipiatur aliquid esse in genere vel ĩ specie reductiue tãtum potentialiter: dico ꝙ partes sunt precise in illa specie in qua per se ponitur compositum ex illis partibꝰ: patet: quia dicuntur esse in genere tantum per compositum cuius sunt partes: est tamen differentia inter materiam et formã: quia forma est precise nata reduci ad talẽ vel talem spẽm: nam anima intellectiua nata est tãtum esse reductiue in aliqua specie animalis vt ps speciei animalis: materia vero nata est eẽ diuersimode ps alterius et alterius speciei secundum ꝙ ponitur alterius et alterius forme: vt patet. Dico etiam ꝙ si materia prima esset separata: ꝙ actu nec per se nec reductiue esset in aliquo genere: sed si tũc queraꝛ quid erit tũc illa materia separata: dico ꝙ erit ens: ꝛ si vltra queratur qđ ens erit: dico ꝙ erit ens qđ est materia: ꝛ si vltra q̄ritur aut est substantia aut est accidens: vel per se vel reductiue: dico ꝙ actu nec est substantia que est genꝰ nec accidẽs qđ est genus: quia nulla pars substãtie recipit predicationem substantie que est genus nisi actu sit in tali genere. In re tamẽ dico ꝙ materia est ens realiter distinctũ a quolibet accidẽte: ꝛ est vera substãtia: licet vt ponitur separata a forma nõ recipiat p̄dicationem substantie put substãtia ponitur predicamentum. Alia vero q̄ dicit quodãmõ in derisionẽ docto. subtilis vt indigna responsione omittanꝛ. ¶ Et qđ dicit ſm Doct. hanc conclusionẽ tenuisse. s. ꝙ Aristo. ex hoc tenet materiam non posse separari a forma: qꝛ est ipossibile deũ agere sine causis secundis. hoc patet esse verum: ꝛ cum dicit doc. subti. in hoc errare ex dictis Cõmenta. secũdo phi. c. 12. vbi Cõm. tenet materiã non posse separari a forma. et tamen nullam mentionem facit de ꝯnexiõe secundarum cãrum. Dico ꝙ opꝫ melius intelligere Cõmentatorem. Cõmẽtator em̄ presupponit ordinem essentialiuꝫ causarum: ita ꝙ ſm eum impossibile est p̄mũ aliquid producere de nouo non concurrente causa secũda. Et quia omne agens naturale agit tantum ĩ supposita materia. Ideo sequitur ꝙ in eodem instanti quo forma substantialis corrũpitur ab aliquo agente naturali de necessitate nature causaꝛ alia forma substantialis in illa materia: non em̄ agens naturale per se intendit corruptionem forme: sed tantum per accidẽs quia producit formam incompossibilem forme corrũpende: ꝛ quia agẽs naturale dum agit in passum sic ĩ vltimo instanti dispositionis passi induci formam in materiam ꝙ est impossibile ipsaꝫ formã nõ inducit stante perfecta dispositione passi propter ordinem essentialẽ causarum: sed si talis ordo non esset: ita ꝙ prima causa posset attingere ꝛ separatim producere quẽcũqꝫ effectũ essentialiter non dependentem ab alio: haberet dicere ꝙ prima causa posset producere primam materiã actu existentem: ꝛ ab omni forma separataꝫ. Nec habetur a Cõmentatore ꝙ repugnat materie ex sua rõne formali posse existere sine forma: sed ista repugnantia est ab extrinseco: quia agens naturale corrumpendo formaꝫ in materia: necessario in eodem instanti inducit aliam. Et cum dicit Commentator: ꝙ si esset separata ab omni forma esset in actu et non in actu: loquiꝛ ibi de actu formaliꝛ specifico. i. ꝙ si separaretur materia a forma: que dat esse specificuꝫ: ꝛ ex alia parte diceretur habere verum esse completum: ꝙ tunc esset in actu specifico: qꝛ ĩ esse completo: ꝛ nõ esset in actu specifico: quin ponitur separata ab illo: non tamen negat quia separata haberet aliquem actum lꝫ non formalem: vnde ipse secundo phisicorum. capitulo duodecimo sic dicit. Materia autem differt a forma: sed nũq̄ꝫ denudata a forma: immo cum separatur a forma induit aliam: quoniam si denudaretur ab omnibus formis. s. p̄ma materia: tũc quod non est in actu esset in actu: et cum notificat ꝙ natura dicitur de forma: incepit etiam declarare formã esse digniorem q̄ꝫ materia: deinde induxit rõnem super hoc ꝛ dixit. Omne enim dicitur esse illud quod est cum fuerit in sua perfectione. i. omne enim non diciꝛ esse simpliciter nisi cum fuerit in sua vltima perfectione: quod ẽ habere formam. Hec ille. Et per hoc etiam patet ad oĩs alias auctoritates tam philosophi q̄ꝫ Commentatori: q̄ꝫ etiam Auicen. ꝙ licet non faciant mẽtioneꝫ de cõnexione essentialium causaruꝫ quando dicunt materiã non posse separari a forma: tamen vt dixi si concederẽt primum posse agere sine causis secundis. haberent etiã cõcedere ipsum posse producere materiam per se existẽtem ꝛ actu separatam ab omni forma.

Si mã eẽt sepata non esset actu nec p se nec reductiue ĩ aliq̊ gñe.

Quantum ad secundum principale ostendendum est responsiones huius expositoris non euacuare rationes doc. Cum dicit ad p̄mũ argumentum factum pro opi. Doc. quod est tale. Magis dependet accidens a substantia q̄ꝫ materia a forma: sed accidens potest esse sine substantia: vt patet de sacramẽto altaris: ergo ꝛ materia sine forma: dicit iste maiorẽ esse falsam: quia plus dependet potentia pura ab actu q̄ꝫ actꝰ perfectꝰ ab actu ĩpfecto. Dico p̄mo ꝙ supponit vnum falsum. s. ꝙ materia prima sit tantũ potentia puta vt supra ostensum est. Dico secundo ꝙ hoc posito: quero tunc quid aduenit tali potentie p formã: si tu dicis ꝙ esse existẽtie: tunc quero in quo fundaꝛ tale esse existẽtie: certum est ꝙ ĩ nihilo non fundaꝛ: ergo ĩ aliquo prius existente. Dico etiam ꝙ si materia ponaꝛ pura potẽtia: ꝛ prior omni actu: ergo vt talis puta potẽtia non dependet aliquomõ a forma: qꝛ lꝫ esse secũdũ ipsum dependeat quo ad esse existẽtie a forma: tñ vt pura potentia non dependet a forma: et sic stat propositio: ꝙ materia prima vt est pura potentia inquantũ huiusmodi: ꝛ minus depẽdet a forma q̄ꝫ accidẽs a substãtia: et si dicaꝛ ꝙ depẽdet quãtum ad esse existẽtie qđ ẽ effectus formalis ipsius forme: tunc quero a te de accidẽte in substantia aut includit propriã existẽtiam aut precise existẽtie substãtiã. Si primo adhuc magis depẽdet a substãtia q̄ꝫ materia in suo esse absoluto a forma cum sit prior tali forma. Si secundo erit equalis dependentia quãtũ ad esse existẽtie: qꝛ vtrobiqꝫ ponitur effectus formalis ipsius forme. Et concedo argumẽtum magistri Anto. Trombet. nec iste nouus expositor soluit illud: ꝛ quia difficile est soluere illud: ideo plures ĩducit responsiones. Cuꝫ primo dicit ꝙ aliud est loqui de materia vt maꝛia ꝛ aliud de materia vt exñte. Primo modo est prior forma. Sꝫ secũdo modo est posterior: qꝛ vt sic est effectus formalis eius. Dico ꝙ oporteret istũ expositorẽ soluere omnes rationes factas a doc. in p̄senti dist. q. 1. quibus probat materiam dicere veram entitatẽ aliã ab entitate forme aliter compositum naturale non esset cõpositum ex partibus: sed esset simplex vt prius patuit: quas tñ rõnes non soluit. ¶ Cum secũdo dicit ꝙ ordo gñatiõis in natura limitata nõ est simplr prior ordine pfectionis: qꝛ actꝰ ẽ prior potẽtia simplr: vt ptꝫ nono Metha. tex. Com. 15. et prioritas actꝰ est prioritas perfectionis: ꝛ sic ordo perfectionis est simpliciter prior. Dico ꝙ hec rñsio est quedaꝫ fuga. Aliud est enim loqui de priori simplr ꝛ aliud est loqui de priori duratione: concesso enim ꝙ ordo perfectiõis sit simpliciter prior in natura limitata: quia perfectior: nõ tñ sequitur ꝙ sit simplr prior duratione ordine originis. Patet enim expresse ꝙ in natura limitata prior duratione ẽ ordo originis q̄ꝫ ordo pfectiõis: prius em̄ hõ ẽ viuens vita vegetatiua ꝛ post sensitiua ꝛ vltimo intellectiua: in primo vero ente est simplr idem ordo origĩs et ordo perfectionis: quia simpliciter primum origine est deitas: que etiam est simpliciter prima perfectiõe: vt supra patuit. distinctione prima. q. prima. huius secundi. modo argumetum Magistri Antonii procedit de priori origine: certum est enim ꝙ prius origine minus dependet a posteriori origine q̄ꝫ posterius origine depẽdeat a priori origine: sic enim arguit Philosophꝰ septimo Metha. tex. com. quarti. Ubi arguit substantiam esse priorem naturaliter omni accidente: ꝛ sic patet hanc solutionem minime valere. Et quod adducit ꝙ licet priora generatione sint imperfectiora: ꝛ ꝙ natura procedit de imperfecto ad perfectum: negatur tamẽ ꝙ ordo generationis sit simpliciter prior: qꝛ licet agẽs naturale prius attingat imperfectuꝫ q̄ꝫ perfectũ: oportet tamen prius agẽs in se perfectum esse: vt dicitur in 12. Meta. tex. Com. 40. Dico ꝙ est conterere tempus:

Hic oñdit rñsiones vage nec valꝫ

quia argumentum Trombette non percipitur ab isto: quia non loquitur simpliciter de ordine originis respectu cuiuscunqȝ: sed tantum respectu eiusdem: sic ꝙ in eodem ente limitato est simpliciter prior ordo originis ordine perfectionis: quia tale ens prius est sub esse imperfecto q̄ȝ sub esse perfecto: vt patet de homine ḡnato. Cum ergo materia prima sit simplr̄ primum in generatione: sequitur ꝙ materia prima erit simpliciť prior forma ordie originis: licet sit posterior ordine pfectiōis: et hoc est quod intendit magister Ant. cum a magistro suo doc. subtili nō deuiat: vult .n. doc. subti. vt supra dixi ꝙ in primo ente sit simplr̄ idem ordo originis ⁊ ordo perfectionis: sic ꝙ illud quod est prius simplr̄ origine: est etiam simplr̄ prius perfectione: in eodem vero ente naturaliter genito vt seruetur processus naturalis nō sunt simpliciter idem ordo originis et ordo nature: qȝ ordo originis est simplr̄ prior. Et cum dicit de tanto viro: cuius forte iste nouus expositor non esset bonus discipulus: ꝙ opȝ mendacem esse memorē: ꝙ magister Antonius hic assumit ꝓpositiones: quas impugnat ī. q. de p̄mo cognito. Dico ꝙ ad pauca respiciētes faciliter nūciant: patet enim intuenti magistruȝ Anto. nec in hoc: nec in aliis sibi contradicere: si enim hic non intelligit rationem quam adducit magister Anto. quō audebit iudicare virum ita excellentem in doctrina in vno loco asserere vnam propositionem et eandem in alio loco negare. ¶ Cum tertio dicit ꝙ dato toto processu vltima consequentia non valet: vcȝ: ꝙ omne prius possit secundum rem absolui a posteriori quolibet. Dico ꝙ si cōcedit omnia consequentia in illa ratione ꝙ necessario habet concedere vltimam consequentiā: quam negat: qȝ si a. est simplr̄ prius origine .b. et est realiter distinctuȝ .a. b. statim sequitur ꝙ possit existere sine .b. querat ḡ alias responsiones si vult soluere rationem magistri Anto.

Uide hic quō argumētū vage ꝓcedit ex affectata ignorātia.

¶ Ad illud quod dicit respondendo ad vnam rationē quam facit Doc. presenti distin. q. 1. qua probat ꝙ materia prima habet ꝓpriam existentiam: quia ponitur ipsam causare cōpositū: ⁊ in quocūqȝ signo cause causat: i eodem etiā vere existit: cum dicit ꝙ sufficit cause ꝓ quolibet instanti temporis quo actu causat habere existentiam: licet non pro quolibet signo nature insit existētie quo materie causalitas. Hec eñ responsio minime valet: est enim impossibile effectiuum in aliquo instāti aliquid causare et in eodē instanti actu non existere. Si eñ sanctus Tho. ponit possibile mūdū fuisse ab eterno: vt patet in prima parte sum. q. 46. et ex alia pte habet ponere causam primam esse saltem prius natura effectu in eodē priori quo causaret in eodem etiam actu existere: nulla eñ causa causat nisi inquantum actu existit: ergo si materia prima in aliquo priori nature priꝰ causat cōpositum q̄ȝ ipsa forma: sequitur ꝙ in tali priori actu existit: ⁊ cum dicit iste ꝙ ordo nature talis est ꝙ in eodem instanti temporis materia recipit formam: ex quibꝰ resultat compositum: cui iā esse actualis existentie aduenit: quo ipsum compositum. primo forma. secundo ⁊ materia: tertio existunt. Contra: qȝ quero si forma vt causat et prior composito actu existat vel ne: si nō ergo intrinsece ⁊ realiter non causat: si sic: ergo prius existit ipso composito: hoc idē dico de materia: que si realiter intrinsece: ⁊ vt pars compositi causat compositum in illo priori quo causat ipsum erit existens existentia ꝓpria. ¶ Ad illud quod dicit ad confirmationem doc. factaȝ q. prima. qua probat doc. ꝙ si materia existeret per formam: tunc mēdicaret a forma tale esse: cuȝ dt̄ iste ꝙ nō est inconueniens: materiam mendicare esse a forma: qȝ si materia non haberet propriam existentiam et ꝓpriaȝ entitatem nullo penitus modo causaret realiter et intrinsece compositum: non enim est imaginabile aliquid realiter componi in actuali existentia ex pluribus partibus: et ꝙ quelibet pars realiter constituēs non dicat propriam entitatem et propriam existentiam: ⁊ p̄cipue loquendo de materia: que non tantum ponitur pars cōpositi: sed ponitur realiter receptiua forme. Et cum dicit per Philosophum quinto Metha. tex. Com. secundi. ꝙ cause sunt sibi inuicem cause miror ꝙ non percipiat tertum Ari. non enim dicit ibi nec alibi: ꝙ materia sit causa forme dando sibi esse: nec ꝙ forma sit causa materie: licet causa finalis et efficiens aliquando sint sibi inuicem cause: et similiter formalis: non tamen reperitur ꝙ causa materialis et formalis sint sibiinuicē cause quo ad esse primum illorum: vnde sic dicit quinto metha. tex. Com. scdi. Et adinuicē cāe sunt vt laborare causa est euechie ⁊ hec laborandi: sed non eodem modo: verum hoc quidem vt finis: illud vero vt principiuȝ motus. hec ibi. Et secundum aliam translationē: quia igitur cause dicūtur multis modis: accidit vt plures cause sint eiusdem: sed modo accidentali: ars enim ydolorum est causa et cuprum etiam: ⁊ non est aliud nisi per hoc quod est ydolum: sed non eodem modo: sȝ alterum est ad illud ex quo fit motus ⁊ exercitium ⁊ sanitas suiipsius adinuicem: exercitium enim est causa sanitatis et sanitas est causa exercitii: sed non eodem modo: sed hoc tanq̄ȝ complementū. ⁊ hoc tanq̄ȝ principiū motus. Et Commentator ibi dicit ꝙ ars ydolificandi est causa ydoli: ⁊ similiter cuprum est causa ydoli: sed duobus modis: cuprum enim est causa materialis. ars autem ydolificandi est causa mouens ⁊ generās. Et infra. Et cause que sunt in eadem re sunt cause suiipsius adinuicem: ambulatio enim causa sanitatis tanq̄ȝ agens. Sanitas autem est causa ambulationis tanq̄ȝ finis: hec ille. Querat ergo iste nouus expositor aliquaȝ tertum Aristo. vel Commen. qui expresse dicat ꝙ causa materialis formalis sint sibiinuicem cause: modo preexposito: quia in textu quem allegauit nihil horum reperitur. ¶ Et cum dicit: ꝙ oportet has responsiōes a Scotistis admitti: quia cum Sco. ponat secundo senten. distin. 3. q. tertia. Existentiam esse vltimum actum posteriorem tota coordinatione predicamentali: licet non distinctum realiter a re: cuius est opȝ essentiam materie ex natura rei habere habitudinem ad suam existētiam vt potentia ad actum: et sic in genere cause materialis causat suam existentiam recipiendo eam: ergo sibi ꝓ illo signo conuenit existentia: ⁊ sic habet existētiā añq̄ȝ recipiat eam. ¶ Dico ꝙ si iste adduceret aliquod dictum Thom̄. forte crederetur ei: ꝙ et dictum et mentem San. Thom̄. percipiat: sed cum adducit dicta Doctor subti. non creditur ipsum percipere nec dicta nec intentionem eius: vt patet in multis dictis que adducit que notaui in primo. et in isto secundo: sic non est mirum ꝙ nunc adducat dictum Doct. non recte intellectum. Non enim dicit Doct. ꝙ essentia rei sit causa materialis existentie. nec etiam dicit ꝙ sit in potentia receptiua eiusdem. cum talis potētia realiter distinguitur ab actu recepto: nec etiam dicit ꝙ causa materialis eo mō quo ponimus subiectum respectu passionis a qua realiter non distinguitur: cū existētia rei nec ponatur passio nec q̄si passio. est ḡ existentia rei tantuȝ gradus intrinsecus: cuius est: quia data quacūqȝ essentia in esse reali actuali et circūscripta passione vel quasi passione adhuc talis essentia vere existit. Et de hoc vide diffuse que exposui in isto secundo. distin. tertia. q. 1. in corpore. q. Dico secundo: ꝙ etiā posito ꝙ essentia sit quasi receptiua existentie: non tamen sequitur ꝓpositū sui: quia aliud est loqui de causa vere reali: per quam causatur aliud realiter distinctum: et aliud est loqui de causa: per quam quasi causatur aliquid quod est idem realiter. Primo eñ modo talis causa necessario existit ꝓpria existentia. Sed secūdo modo non est verum.

¶ Ad illud quod dicit respondendo ad primum argumentū doc. q. 2. p̄sentis dist. de separabilitate materie a forma. Cum dicit ꝙ maior est falsa. Hic nō opȝ multum instare cum ꝓpositio Doct. sit ita euidens ꝙ nulli percipienti terminos debet esse dubia. Et cum dicit ꝙ non sola dependentia: sed necessaria connexio aliquorum potest esse causa inseparabilitatis coꝝ hoc dictuȝ videtur implicare maxime in absolutis. ꝙ dentur aliqua duo absoluta inter que sit necessaria talis connexio: ꝙ vnum non possit esse sine altero: et ꝙ vnū sit simpliciter independens ab altero: sint .a. et .b. et .a. ponitur prius .b. et realiter distinctum .a. b. et nullo modo dependens .a. b. et ꝙ habeat necessariam connexionem ad .b. videtur simpliciter impossibile. ¶ Et cum dicit ad illud de quinto Metha. videlicet prius enim eo ꝙ prius non dependet a posteriori tex. Commen. 16. cum dicit ꝙ vniuersalis affirmatiua non cōuertitur simpliciter: quia ista est vera quecunqȝ possunt esse sine aliis ⁊ alia non sine ipsis sunt priora: sed non conuertitur: quecunqȝ sunt priora pn̄t esse sine aliis et alia sine ipsis. Dico ꝙ quanto plus nititur improbare solidissimam doctrinam docto. subtilis tanto plus se ostēdit ipsam mi-

Nota istã solutionẽ.

nime percipere. Nec enim Doct. loquitur hic de priori a quo non conuertitur subsistendi consequentia. immo vult hic expresse: ꝙ sicut materia potest existere sine forma per diuinam potentiam: ita forma potest existere sine materia: sed accipit tamen hanc ꝓpositionẽ: ꝙ absolutum prius alio realiter distinctum ab ipso a quo essentialiter non dependet per diuinã potentiam potest existere sine illo alio: siue modo illud aliud posset existere sine priori siue non: non est ad propositum Doct. communiter enim non potens euidenter soluere aliquam rationem transfert se ad alia impertinẽtia: vt rationem illam declinet. Et cum adducit instãtias contra illam propositionem primo de partibus essentialibus simul sumptis respectu totius: que sunt priores toto: et tamen non possunt existere sine toto. Dico ꝙ ex quo totum essentiale realiter distinguitur a suis partibus: vt vult Doc. in tertio. distin. secunda questi. secunda. Ubi vult ꝙ totum essentiale sit ens aliud ab omnibus partibus coniunctim et diuisim: videt etiã non esse inconueniens ꝙ dentur partes simul sumpte sine illa tertia entitate causata ab illis: et hoc secundũ aliquos. Dico tamen: ꝙ hoc non est contra propositionem Doct. quia loquitur de absoluto simpliciter prius alio: et sic concedo: ꝙ partes cõpositi vt absolute sumpte possunt existere sine tali composito: sed partes vt actu vnite non videntur posse existere: et tunc non fit comparatio absoluti simpliciter sed absoluti sub relatione illa: que est vnio partium: sicut etiam licet franciscus absolute possit esse sine filio: tamen vt sub paternitate non potest existere sine filio quamuis realiter distinguitur ab illo: sic in proposito. Dico etiam ꝙ hec instantia non est multum ad propositum contra propositionem Doct. quia aliud est loqui de absoluto priori realiter distincto quo posito non sequitur necessario necessitate absoluta illud aliud a quo realiter distiguitur: et aliud est loqui de absoluto priori ꝛc. ad quod posito de necessitate absoluta sequitur aliud in esse ꝛ cõseruari. Primo modo propositio Doct. est vera ꝛ minor subsumpta est similiter vera: quia materia est ens absolutum prius forma realiter distinctum non dependens a forma nec forma ad ipsum positum necessitate absoluta dependet in esse et conseruari. Secundo modo forte ꝓpositio nõ est vera: et sic est in proposito de partibus simul sumptis respectu compositi: quia ipsis positis simul vnitis sic necessario: sequitur entitas compositi: ꝙ est impossibile ipsum non sequi. Debet ergo itelligi propositio Doct. de absoluto priori non dependens a posteriori: nec in esse nec in conseruari quod nõ est causa simpliciter necessaria posterioris in esse ꝛ conseruari. Dico etiam ꝙ aliud est considerare absolutum prius ĩ se respectu posterioris absolute sumpti: ꝛ aliud etiam ipsum considerare vt causam simpliciter necessariam in esse et conseruari respectu alicuius effectus.

Nota bene istã distinctionẽ de absoluto.

Et si primo modo non repugnat posse existere sine posteriori. Secundo tamen modo repugnat esse sine posteriori: quia vt sic ponitur causa simpliciter necessaria respectu posterioris: sicut etiam dicit Doc. supra distin. prima quest. quinta ꝙ non repugnat celo absolute sumpto posse existere sine motu: tamen vt celum comparatur ad intelligentiam mouentem repugnat sibi posse esse sine motu: et hoc non ex ratione sua propria: sed quia intelligentia secundum viam philosophi de necessitate mouet celum: sic in proposito partes compositi ex sua ratione intrinseca non repugnat posse existere sine entitate compositi. et si eis repugnat ex hoc repugnat quia simpliciter de necessitate ꝛ simul vnita causant cõpositum: et sic patet intellectus propositionis Doct. quem iste ignorauit: per hoc etiam patet ad aliam instantiam de quantitate respectu figure. Si enim daretur quantitas actu existens propria existentia prior figura realiter distincta ab illa a qua non dependeret que non esset causa necessaria absolute talis figurati illa quantitas per diuinam potentiam posset existere sine figura. Sed vtrum possit dari aliqua quantitas sic realiter distincta a qualibet figura hoc non est presentis speculationis. ¶ Ad aliud cum dicit ꝙ et si forma non sit de essentia materie: est tamẽ de essentia materie vt existentis: patet ex supra dictis hoc non esse verum vbi ostendimus materiam dicere propriam existentiã. Et cum dicit: ꝙ et si deus possit supplere causalitatem cause efficientis: non tamen causalitatem cause formalis in hoc bene dicit: sed cum infert ꝙ esse existentie materie est effectus forme: hoc patet esse falsum: vt supra diximus. Si enim esse existentie materie esset causatum a forma certum est ꝙ non esset causatum a tali forma in ratione cause formalis: sed simpliciter in ratione cause efficientis: et ideo ratio Doct. optime concludit. Et per ea que diximus supra in exponendo rationes Doct. pꝫ ad illa alia que dt iste Doct. illa enim distinctio de determinato et vago in ꝓposito nichil valet: quia certuꝫ est: ꝙ si. a. necessario determinat sibi aliquod genus forme: et cum non simul possit esse sub toto illo genere: sequitur ꝙ necessario determinauit sibi aliquam vnam formam: et sic illam precise ꝙ non posset esse sub alia aliter non determinaret illam necessario: dicere enim ꝙ determinat sibi vage hoc est fugere rationem Doct. Si enim signata quacunqꝫ non determinat sibi necessario nec istam nec istam: statim sequit ꝙ nec etiam necessario determinat sibi genus forme: et sic patet improbatio huius noui expositoris.

Ad argumẽta principalia.

Prio arguit Doc. probando ꝙ materia non potest existere sine forma: quia materia est magis vnum cum forma ꝙ̃ passio propria cum subiecto. patet: quia ex materia et forma fit vnum per se: ex subiecto vero et passione vnũ per accidens: sed obiectum non potest existere sine passione: ergo nec materia sine forma. ¶ Secundo arguit sic omni eo quod potest per se esse potest aliquid fieri inferius: quia illud quod nõ potest per se esse ẽ inferius eo quod potest ꝑ se esse: sed nihil potest esse inferius materia cum sit ens in potentia: ergo materia non potest per se esse. ¶ Tertio arguit Doct. et ratio stat in hoc: quia si materia potest esse sine omni forma: tunc in eo essent simul priuationes opposite: quod est impossibile: quia sicut forme opposite non possunt esse in eodem simul ita nec priuationes opposite illarum formarum possunt simul esse in eodẽ. ¶ Respondet Doct. ad ista argumenta. Ad primum dicit ꝙ duplex est vnitas: scilicet idemptitatis et vnionis aliquorum in tertio. Secundo mõ materia et forma sunt magis vnũ: quia cõstituunt vnum compositum magis per se vnum ꝙ̃ subiectũ et ꝓpria passio: et que sunt sic magis vnum vnitate vnionis: sequitur ꝙ sint minus separabilia. Sed bene sequitur de illis: que sunt magis vnum vnitate idẽtitatis realis: quia quanto aliqua sunt magis vnum et idem realiter tanto sunt minus separabilia: et probat Doct. ꝙ illa que sunt vnum vnitate vnionis: que etiã sunt valde adinuicem separabilia possunt habere ordinem ad aliquod vnum constituendum ꝙ̃ aliqua min⁹ adinuicem separabilia: patet: quia in maxime dependẽtibus potest esse ordo ad aliquod vnũ: nam forma maxime dependet a materia cũ non possit existere sine materia virtute naturali et econtra. Et tamen ex his fit ꝑ se vnũ ꝥtiũ: et si maxie depẽdẽt adiuicẽ: sequit ꝙ int illa est ꝟa distictio ꝛ sepatio: et aliq̃ sunt int q̃ est minima depẽdẽtia: q̃ tñ non pñt ordinari ad aliqḋ vnum: q2 due albedines nũero mĩme depẽdent adiuicẽ ꝛ tñ nõ pñt ordinari ad aliquod vnum constituendum.

Rñ. ad argumẽta ꝑncipalia.

Sed in littera docto. accidit dif

ficultas: quia dicit ꝙ vnitas vnionis per se aliquorum communiter requirit maiorem distinctionem illorum: et quanto magis vnum per se tanto videtur maior distinctio: sed contra: quia ipse Doct. in primo distin. 5. questio. secũda. Uult ꝙ persona diuina sit maxime vna constituta ex essentia et proprietate: et ibi non loquitur de vnitate idemptitatis realis: vt patet ibi. et di. 26. Et tamen constituentia sunt magis vnum per se ꝙ̃ constituentia aliquod compositum creatum.

¶ Dico ꝙ hec est parua difficul-

tas. Primo: quia hic loquitur de vnitate vnionis in aliquo tertio que vnio semper requirit distinctionem realem partium vnibilium: in diuinis autem ad intra non est aliqua vnio aliquorum respectu tertii: quia nulla constituentia tertium in diuinis distinguntur realiter adinuicem. Tũ etiã: q2 doc. hic loquit de cõposito ꝑ se ex ꝑtib⁹ essentialib⁹: quarũ vna est ꝑ se potentia ꝛ alia per se act⁹: vt pꝫ in. q. precedẽti: ꝛ octauo

Metha. in diuinis autem ad intra nulla est cōpositio vel quasi cōpositio: nec potentia vel quasi potentia: vt patet in primo distinctiōe quinta. questione secunda. ⁊ distin. 16. Dicitur ergo in diuinis persona maxime per se vna: quia essentia diuina constituens est infinita. Tum quia termin⁹ formalis productionis vnius persone est formaliter infinitus qui est ipsa essentia diuina: v patet a Doc. in primo distinctione secunda. et distinctione quinta. questione secunda. ⁊ distinctione vigesimasexta. Tum etiam: quia persona constituta nullam imperfectionem presupponit in constituentib⁹: cuius compositum sit: quia presupponit potentialitateʒ.
⁋ Ad secundum respondet Doc. concedendo maioreʒ dicens quia non video quin esse in alio ente: sit inferi⁹ ꝗ̃ esse in se: et quin sit magis imperfectionis depēdere ꝗ̃ non dependere: et ideo dico ꝙ ome esse cuiuscūqꝫ alterius generis a substantia. s. accidentis est imperfectius quocunqꝫ quod est pars substantie sicut est materia: ⁊ tūc ad August. qui communiter hic allegat. Duo fecisti domine vnum prope te ⁊c. vt materiam. Dico ꝙ loquitur de ordine entium in genere substantie: et ibi est angelus ens supremum: et materia ens infimum.
⁋ Ibi. Sed dices. Hic arguit Doctor probādo ꝙ materia sit minimuʒ ens inter omnia entia sicut ex quo angelus est ens supremum substantiale creatum: et materia infima substantia creata: videtur sequi ꝙ sicut nichil alterius generis a substantia potest fieri superius ipso angelo: ergo nihil alterius generis a substātia potest fieri inferius ipsa materia: ergo ipsa materia est minimum ens simpliciter. Respondet Doctor ꝙ non est simile: quia nullum est genus: quod sit superius substātia etiam minima: sed omnia genera sunt simpliciter īferiora etiam ad minimam substantiam. ⁋ Ad tertiuʒ respondet Doctor ⁊ dicit ꝙ nulle priuationes sunt opposite in eodem nisi sint priuationes formarum oppositarum immediatarum circa idem de necessitate sequētium: et si sic sit: tunc dico ꝙ priuationes sic sunt incompossibiles. Sic enim se habent forme opposite ꝙ si susceptiuum habet vnam caret alia: et econtra: alias esset contradictio si forme consequerentur susceptiuum de necessitate: et tamen posset esse sine eis. ⁋ Ibi. Sed circa materiam. Dicit Doctor ꝙ non sunt alique priuationes opposite in materia: nisi sint priuatiōes formarum oppositarum immediatarum. exemplum de sanitate et infirmitate: que sunt opposita immediata circa idem: necesse est enim corpus humanum esse subalterā illarum formarum: nam dum est sub sanitate est ibi priuatio egritudinis: ⁊ econtra: modo circa materiam absolute loquendo nulle sunt forme opposite immediate: ita ꝙ de necessitate altera illarum insit: que dicatur a. cum priuatione alterius que dicatur. b. sic ꝙ ipsum a. non possit expelli a materia nisi immediate introducatur ipsum. b. Patet enim ꝙ stante materia sub quacunqꝫ forma immediate fieri potest sub alia quecūqꝫ sit illa: vt puta si est sub forma ignis absolute potest priuari illa forma et fieri sub quacunqꝫ alia: nam deus pōt expellere illam formam et introducere quācunqꝫ aliā: sicut sibi placuerit: quod non posset fieri si ille forme essent opposite immediate circa idem. Addit tamē doc. ꝙ alique forme sunt immediate circa materiaʒ comparando ipsam ad agens naturale quia agens naturale agit tantum in quanto exemplum: ignis agit in aereʒ: sic agit in aerem ꝙ de necessitate expellit formam aeris et tantum introducit formam ignis: et non aliam potest introducere: et sic forma ignis et forma aeris possunt dici forme opposite immediate circa materiam vt materia aeris comparatur igni qui est causa naturalis.

Apparens ꝯdictio.

Cum vero dicit Doctor: ꝙ agens naturale immediate non potest attingere ad nudam essentiaʒ materie videtur sibi ꝯtradicere: quia in quarto. distinctione duodecima. vult ꝙ agens naturale producat formam suaʒ substantialem in materia immediate expellēdo formā priorem: ergo immediate attingit illam: maxime ī composito: vbi non sunt plures forme: sicut forte in simplicibus: puta in elementis. ⁋ Dico ꝙ non est contradictio: quia hic intelligitur ꝙ agens naturale immediate non attingit materiam. i. ꝙ non potest imediate agere circa illam nisi prius expellat dispositiones contrarias: puta in aere facientes pro conseruatione aeris: et non potest illas expellere nisi introducat dispositiones facientes pro forma introducēda: ⁊ sic debet intelligi: sed in vltimo instanti dispositionis immediate attingit materiā producendo formam substantialem in materiam expellendo aliam sibi contrariam.

Solutio.

Sequitur in textu ibi: nec etiam deus ⁊c. ⁋ Dicit Doctor ꝙ sequendo viam Aristo. deus non posset facere materiam sine forma: quia ipse vult ꝙ sit necessarius ordo inter causas primas ⁊ secundas: quia impossibile est apud ipm primam causam posse producere aliquod materiale vel corrumpere sine causa secunda: et quia causa secunda nunquam potest expellere vnam formam a materia nisi necessario introducat aliam: ideo deus qui non potest aliquid causare in istis inferioribus nisi mediantibus causis secūdis: non potest facere materiaʒ sine forma: sed si Aristoteles negasset talem ordinem causarū: et posuisset deum immediate posse agere sine secunda causa haberet concedere ꝙ posset facere materiam primam sine forma.

Mā d[...] actus.

Ad primam rationem alterius

opinionis. S. Thom. angelici que talis est. Alii hn̄t aliam imaginationem: quia omnis actus est a forma: si materia esset separata a forma: tunc esset in actu ⁊ nō a forma: et sic esset in actu: et non in actu: in actu quidem: quia existens separata a forma: et non in actu: quia non habet formam. ⁋ Respondet Doctor ibi. Ad primam rationem: ꝙ si accipiatur actus prout distinguitur contra potētiam secūdū que scilicet actum ⁊ potentiam totum ens diuiditur: sic actus nō conuertitur cū forma: secūdum hoc enim omne quod est extra causam suam est in actu: et secunduʒ hoc etiam priuationes dicuntur esse actu ⁊c. Dicit Doctor ꝙ materia separata a forma non est potentia accipiendo potentiam: sicut dicimus ꝙ ens diuiditur in actum et potentiam: quia illa potentia est tantum potentia obiectiua: sed materia est in potentia subiectiua. quia habens esse extra suam causam. Addit Doctor ꝙ ipsa non est actus receptus vel actuans et distinguens: quia hoc competit forme: sed materia est bene actus receptiuus. Sed quia dicit ꝙ distinguere tantum competit forme debet intelligi de distinctione specifica et formali: patet: quia certum est: ꝙ ipsa materia etiam distinguit compositum materiale a non materiali: etiam certum est ꝙ ipsa materia distinguitur a forma et non per formam. Dico ergo ꝙ ipsa materia potest distinguere materialiter compositum materiale a non materiali: distinguitur etiam a forma per suam propriam entitatem ⁊ non per formā. Si ergo comparatur compositum et materia et forma ad aliud. Dico ꝙ forma est ratio distinguendi ipsum formaliter et specifice et non materia. Si vero forma comparatur ad materiam. Dico ꝙ non est ratio ipsam distinguēdi: sed ipsa forma entitatiua distinguitur ab entitate materie.

Secundo principaliter arguit.

Quod non habet ideam non potest fieri sine alio: materia est huiusmodi: ergo ⁊c. ⁋ Respondet Doctor: ꝙ siue idea accipitur pro obiecto cognito: siue pro ratione cognoscendi: falsum est ꝙ materia non habeat ideā quocunque modo idea accipiatur: dico ꝙ materia ipsa habet ideam: sicut enim materia est quid creabile distinctum a forma: sic est quoddam ideatum quod habet ideam distinctam: siue etiam idea ponatur ratio imitādi essentiam diuinam in tali gradu adhuc habet ideaʒ: quia alium gradum imitandi habet materia essentiam diuinam ꝗ̃ forma vel aliud quodcunque. Dicit Doctor ꝙ si idea accipitur ꝓ obiecto cognito: puta ꝙ homo cognitus ab intellectu diuino dicatur idea hominis: vt ipse intendit. in primo distinctione tertia. questione quarta: et distinctione trigesimaquinta. et trigesimasexta. et trigesimanona. Ipsa materia habet ideaʒ in mēte diuina. Si ꝓo accipiatur pro ratione cognoscēdi: quia alii dicunt ꝙ in essentia diuina sunt rationes alie et alie cognoscendi obiecta: et ille rationes dicuntur idee ⁊ non ipsa obiecta cognita: cuius oppositum probatum fuit supra in primo distinctione trigesimaquinta. Si tamen sic accipiunt idee. Dico ꝙ materia prima habet ideam in mente diuina. quia sic potest habere rationem cognoscendi in mente diuina: sicut forma ⁊ cōpositum cum ipsa materia prima sit vere creabilis.

Mā pri[...] hʒ idea[...] mēte di[...]

¶ Tertio arguitur. Illud in quod deꝰ nō habet actionem nō potest fieri per se: sed secundū docto. peritissimos. Deus non habet actionem in materia: ergo ⁊c. ¶ Respondet doctor dicit ꝙ ipsi qui dicunt ꝙ deus nō habet actionē in eā: dicunt quod falsum est: ⁊ si dicunt hoc doc. periti, nō tamen in hoc sunt periti: immo secūdum eos habet eā pro termino actiōis sue: ergo potest aliquid circa eam agere: ⁊ hoc concedūt alii ꝙ nullum agens naturale potest attingere essentiā materie: deus tamen potest vt illi dicunt in quarto sentētiarū. et hoc necessario habēt dicere sui sequaces. ¶ Quarto arguitur. Que analogātur in aliquo primo illud est realiter in vno primo ⁊ in aliis nō nisi per attributionē ad illud patet de sanitate que est realiter in animali et in vrina non nisi per attributionem ad illud aliud: sed esse est a forma: ergo materia nō est nisi i analogia ad formā: cui primo attribuitur. ¶ Respōdet doctor ad illud qđ ⁊c. recipitur tantū in vno realiter ⁊ in aliis per attributionem ꝙ hoc est falsum. quia si ita est in vno exemplo in centū est contrarium: nulla eñ maior est analogia q̄ȝ sit creature ad deū in ratione essendi: ⁊ tamen sic esse p̄mo ⁊ principaliter cōuenit deo: quod tamē realiter conuenit creature simile est de bonitate ⁊ sapiētia: ⁊ huiusmodi: ⁊ gradus sunt imperfectionibꝰ specierum ⁊ ꝑ attributionem se habent ad aliquā perfectionem: et tamen nō est tota perfectio i vna. nec etiam tota entitas i substantia: ita ꝙ accidens nō sit ens nec habeat formalem entitatē: quāuis per attributionem se habeat ad substātiam. Nec etiam exemplū ⁊c. quia arguit illa opi. analogantur in aliquo primo: illud est realiter in vno primo: ⁊ in aliis nō nisi per attributionem ad illud: vult eñ dicere ꝙ si substantia ⁊ accidēs analogantur. puta i ente: ꝙ ipsum ens est tātū realiter in primo analogato: quod est substātia: ⁊ in accidēte nō sit realiter: sed tātum per attributionē ad substantiā: ⁊ exemplificat hic: qꝛ vrina ⁊ corpus sanabile analogātur in sanitate: ita ꝙ primū analogatū est corpus sanabile: ideo sanitas est tantum realiter in corpore sanabili ⁊ in vrina tātū per attributionē: ⁊ sic arguit in ꝓposito de esse respectu forme ⁊ materie: qꝛ forma ⁊ materia analogātur in ipso esse: et primum analogatū est ipsa forma: ergo ipm esse est tātum realiter in ipa forma ⁊ in materia tātum per attributionem ipsius ad formā. ⁊ patet ꝙ illa propositio est manifeste falsa. Dicit ergo doc. ꝙ exemplū non est ad ꝓpositum qꝛ sanitas illa est analogum equiuocū: ⁊ illud tale realiter recipitur in vno primo analogato qꝛ sanitas in cōmuni dicit tantū nomen: si ergo accipiatur ꝓpriori significato: ⁊ pro vera sanitate illa tantum reperitur in adequatione humorū: quando autē analogū est vniuocum: quod nō tantū dicit nomē cōmune: sȝ etiam cōceptum vt animal respectu hominis ⁊ asini: non sequiꝛ ꝙ animal tātum reperiatur in homine. Loquēdo de vero animali: et nullo modo realiter reperiatur in asino: sic in ꝓposito esse respectu materie ⁊ forme est analogū vniuocum. Dicit eñ vnū nomen ⁊ cādē rationem secūdū illud nomen cōmunem materie ⁊ forme: ideo non sequitur esse principaliter est in forma ⁊ realiter: ergo realiter non est in materia: ⁊ sic patet ꝙ exemplum non est ad ꝓpositū: ⁊ ꝙ sanitas sit analogū ⁊ equiuoce ostendit doc. ibi: qꝛ illud est equiuocum pluribus quod est vnū secundū nomē: sed sunt diuerse rationes secundū illud nomen sumpte: vt patet de cane respectu canis latrabilis ⁊ piscis marini: nā vterqꝫ est canis: ita ꝙ nomē canis est cōmune illis: sed est alia ratio canis latrabilis sumpta secundū nomen canis: ⁊ alia piscis marini. ¶ Quinto arguitur. Si materia haberet esse per se sine forma tunc compositū non esset vere vnum: quia haberet in se plura esse. ¶ Ad hoc respondet vnus docto. ꝙ materia potest intelligi habere triplex esse. Primo esse suum qđ debetur sibi scđm ꝙ est aliqua essentia distincta a quacunqꝫ alia. Aliud esse ꝙ cōmunicatur sibi a forma. Tertium esse quod communicatur sibi supernaturaliter a deo: et illud esse communicatum sibi a deo non habet quando est in composito: quia repugnaret per se vnitati suppositi: sed illud haberet: si deus faceret ipsam sine forma. Arguit modo doct. contra hoc quod dicit ille doc. ꝙ quādo materia separatur a forma deus communicat sibi esse. Dicit doc. ꝙ hoc est falsum: quia tunc materia prima separata non posset habere esse nisi per aliquod sibi additū: quod videtur inconueniens: videtur enim ꝙ illud proprium esse: quod habet i cōposito illud idem habeat separata ab ipō: quia nec a composito nec a forma habet suum ꝓprium esse: quia si separetur a forma: non oportet dare sibi nouū esse quo existat ⁊c. Littera sequens est clara.

Esse respectu materie ⁊ forme est analogū vniuocū

¶ Distin. Quartedecime. Questio Unica.

Circa distin. 14. querit Doc. tria per ordinem. p̄mo. An corpꝰ celeste sit essentia simplex. Secūdo vtrum aliquod sit celum mobile aliud a celo stellato. Tertio: vtrum stelle agāt in hec inferiora. ¶ Circa primam q. que est an in celo sit materia que sit pars intrinseca celi. Dicit doc. ꝙ in hoc philosophi discordant a theologis. Loquendo enim secundū intentionem philosophi: oportet negare omnem materiam in celo: ⁊ ratio philosophi stat in hoc: omne sempiternum est simpliciter necessariū: sed corpora celestia sunt sempiterna: ergo sunt simpliciter necessaria: maior patet: primo celi et mundi: tex. commē. 38. ⁊ com. 39. hoc idem patet. 9. metha. tex. cōmen. 17. Et vltra si celum est necessarium: ergo non habet materiam: consequentia patet: quia materia est potentia contradictionis: ⁊ per consequens est id quo res potest esse ⁊ nō esse ⁊ hoc totum patet nono metha. tex. com. 17. est inquit nichil potentia sempiternum ratio vero hec omnis potentia simul contradictionis est: hec ille. Si ergo celum haberet materiā: tunc talis materia esset in potentia ad formam celi et ad priuationem eius: ⁊ per consequens celum esset corruptibile: sicut ignis dato enim ꝙ nō esset aliquod agēs extra extrinsecum: quod posset ipsum celum corrumpere: qꝛ celum non haberet contrarium et omne corruptibile corrūpitur a ꝯtrario hoc nō tolleret quin intra haberet principiuȝ corruptionis. s. materiā qua res potest esse ⁊ nō esse sicut ignis. Et in hoc videꝛ ille Auerro. in tractatu de substātia orbis: melius habere intentionē philosophi q̄ȝ alii ponentes in celo materiā: nam ipse Auerro: ꝓbat ꝙ celū non sit cōpositum ex materia ⁊ forma. Vide cap. secūdo dicamus igitur inquit quomodo illud corpꝰ nō componiꝛ ex materia ⁊ forma sicut generabilia ⁊ coruptibilia cōponunꝛ: nulla eñ potētia est in ea omnino: nō eñ in quo est potentia nisi ad duo contradictoria: hec ille. Et hoc probat in illo capi. hoc idē cap. vltimo. ¶ Ibi ad ostendendū tamen incorruptibilitatē celi ex se que hic supponitur oportet ꝓcedere ſm viā Ari. primo celi et mundi. t. c. 20. t. c. primo. ⁊ in hoc ostendere ꝙ celū nō sit alicuius nature elementaris: ⁊ hoc ꝓbat ibi philosophꝰ: ex hoc ꝙ elementū habet contrariū ⁊ celo nihil contrariat: et omne qđ corrūpitur a suo cōtrario corrūpiꝛ qua incorruptibilitate ostēsa ostēdetur carētia materia in celo: nisi dicereꝛ ꝙ forma incorruptibilis posset necessario actuare materiā possibilē de se carere illa forma: ita ꝙ habitudo nō esset vtriusqꝫ necessaria. i. ꝙ materia non haberet necessariā habitudinē ad illā formā quātū est ex parte materie: qꝛ tūc materia quātū ē ex se nō posset carere tali forma sed bene eēt necessaria habitudo illiꝰ forme ad materiā: si eñ talis forma necessario actuat materiā: tūc habet necessariā habitudinē ad ipam: quātū ergo est ex parte materie celū esset contingens cum materia talis quātū est ex parte sua nata sit carere tali forma. Sequitur: quare nō est simile de necessaria inherētia alicuius accidētis suo subiecto vbi necessitas est ex parte vtriusqꝫ extremi: qꝛ si cōpositū ex subiecto et accidente est simpliciter necessariū: qꝛ si accidēs habet necessariā habitudinē ad subiectū necessario: actuādo illud: etiam subiectū habebit necessariā habitudinē ad tale accidēs: qꝛ accidēs nō potest habere eē necessariū quin subiectū eius habeat esse necessariū: cū subiectum sit necessariū magis in actu. Sed hoc sic nō sequeretur de forma ⁊ materia: qꝛ posito ꝙ aliqua forma haberet necessariā habitudinē ad materiā illā necessario actuādo: nō tamen sequitur ecōtra: cum materia ſm multos non sit in actu nisi per formam: et posito etiam ꝙ sit in actu et non per formam: adhuc tamen non videtur sequi ꝙ haberet necessariam habitudinem ad formam.

Hic discordāt philosophi a theologis.

Opi. gotti. et Hen.

¶ Ibi. ꝙ si dicatur. Hic recitat vnam opinionem. que
est Gottifre. quolib. quinto. questi. scđa. ⁊ Henri. quo
libe. quarto. q. 16. ⁊ etiam Tho. que dicit ꝙ materia ce
li nõ esset eiusdem rationis cũ materiis receptiuis di-
uersarum formarũ quales sunt materie generabilium
⁊ corruptibilium: ⁊ sic talis materia celi quãtum est ex
se eẽt simpliciter ĩtrãsmutabilis ab vna forma ad aliã.
¶ Contra istam opi. instat doc. primo ꝙ nõ detur ma-
teria in celo alterius ratiõis a materia generabiliũ: qꝛ
si sic: ergo essẽt due materie p̃ie alteriꝰ ⁊ alteriꝰ ratiõis:
cõsequens est falum: ergo ⁊ antecedens ꝓbatio falsita
tis cõsequẽtis: qꝛ sicut nõ sunt duo fines primi nec duo
efficientes primi alterius ⁊ alterius rationis: ergo nec
similiter due materie prime alterius ⁊ alterius ratiõis
nam philosophus. 12. metha. tex. com. 52 concludit vni
tatem vniuersi ex vnitate finis: vbi sic ait. Ad vnũ q̃dẽ
eñ oĩa coordinata sunt. Et in alia translatione sic ha
betur. Omnia eñ ordinata sunt adinuicẽ ĩ respectu ali
cuius. Et ibi commen. i. apparet eñ ꝙ hoc cõmune est
omnibus entibus. s. ꝙ omnia sunt ꝓpter vnũ: ⁊ ꝙ actio
nes eorum sunt erga illũ vnũ: ⁊ est prima causa. i. ꝙ illud
vnum est prima causa queadmodum omnia que sũt in
domo ꝓpter dominum domus sunt: hec ille. Apparet
ergo ꝙ in vniuerso est tm̃ vnus finis vltimus: ⁊ si essent
plures fines vltimi essent necessario plura vniuersa. Et
si tantum est vnus finis vltimus: erit etiã tãtum vnum
primũ efficiens: qꝛ cuius est causa finalis eius etiam est
causa efficiẽs: si ergo respectu totiꝰ vniuersi est tantũ
vna causa finalis prima: sequitur ꝙ respectu eiusdẽ vni
uersi erit tantũ vnum efficiens primũ: sed ista ꝓlixius
patent in primo. d. scđa parte prima. Sic similiter vide
tur ꝙ ad vnitatẽ vniuersi sit vnitas materie prime eius
dem rationis respectu cuiuscunq̃ compositi. ¶ Ibi.
Item videtur difficile assignare: vnde sit ista alteritas
rationis in hac materia ⁊ illa. Si dicatur ꝙ sit ratiõe
forme: qꝛ materia celi ordinatur ad formã incorrupti-
bilem per se ⁊ per accidens: ⁊ materia istorũ inferiorum
ordinatur ad formã corruptibilem. Sed hoc nõ videt̃:
qꝛ ipsi ponunt animã intellectiuam immortalẽ ⁊ incor
ruptibilem: ⁊ tamẽ ipsa recipitur in materia eiusdẽ ra-
tionis cũ materia istorum inferiorũ. ¶ Ibi secundo.
Hic doc. adhuc instat cõtra opi. concedendo eis istam
alteritatẽ: ⁊ dicit ꝙ adhuc posita tali alteritate: adhuc
nõ sequitur celũ esse incorruptibile: ⁊ ꝓbat sic illud est
simpliciter corruptibile: cuiꝰ materia est in potentia cõ
tradictionis. s. ad formã ⁊ ad priuationem eius hoc su
pra patet: sed materia celi quãuis sit alterius rationis
a materia generabilium est in potentia cõtradictionis
ad formã celi ⁊ ad oppositũ eiꝰ. s. ad priuationem: patꝫ
ista: qꝛ omne receptiuũ inquãtum huiusmodi est simpli
citer in potentia contradictionis. s. ad receptũ ⁊ ad op
positum eius. Si dicatur ꝙ subiectum est receptiuũ ꝓ-
prie passionis: ⁊ tamẽ nõ est in potentia contradictiõis
ad illam et ad priuationẽ eius cum sit impossibile esse
sine illa: vt patet a docto. Dico ꝙ subiectum passionis
necessario includit illam nõ ex hoc ꝙ recipit eam: sed ex
hoc ꝙ necessario efficit illam in se: ⁊ ideo inquãtum re-
ceptiuum passionis est in potentia contradictionis ad
illam sed inquantũ effectiuum illius necessario in se nõ
est ĩ potẽtia cõtradictiõis. Sed in ꝓposito materia ce
li esset tantum receptiua forme celi: ⁊ nullo modo effe-
ctiua eiusdem: ⁊ per cõsequens esset in potentia cõtra-
dictionis ad illam: ⁊ sic celum est causa intrinseca non
esset simpliciter incorruptibile quod est cõtra philoso-
phum in locis p̃allegatis. Si dicatur: ꝙ ideo materia
est causa corruptibilitatis compositi qꝛ est in potentia
ad aliam formã hoc non est verũ sed est causa corrupti
bilitatis inquãtum est in potentia ad priuationem for
me quã habet: ⁊ hoc expresse patet a philosopho nono
metha. tex. com. 17. vt supra patuit. Vide ibi com. Et
hoc etiam expresse patet septimo metha. tex. cõmẽ. 22.
vbi reddit causam: quare generabilia possunt esse. ⁊ nõ
esse: qꝛ scꝫ habent materiam: omnia inquit q̃ fiunt aut
natura aut arte habẽt materiam: possibile eñ ⁊ esse et
nõ esse eorum quodlibet: hec autẽ est que in vnoquoq̃
materia: hec ille. Et clarius sm̃ aliam trãslationẽ: vbi
sic habetur: ⁊ omnia que sũt aut a natura aut artificio
habent materiã: quodlibet enim habet potentiam ad
esse ⁊ nõ esse: ⁊ hoc in quolibet est materia: hec ibi. Ex
hoc ergo ꝙ materia est ĩ potẽtia ad formã: per quã cõ-
positum habet esse ⁊ ad priuationem eiusdẽ forme per
quã compositum nõ habet esse dicitur cõpositum possi
bile esse ⁊ non esse: ergo ex hoc solo ꝙ materia est in po-
tentia cõtradictionis ad formã: ⁊ ad priuationem eiꝰ
dicitur causa corruptibilitatis: ⁊ nõ per hoc ꝙ est ĩ po-
tentia ad aliam formã: ⁊ ꝙ sic philosophus intelligat:
patet per Com. ibi cõmento. 22. vbi sic ait: in quolibet
eñ eorum inuenitur aliquid quod potest recipere for-
mam naturalem aut artificialẽ aut non recipere: et qđ
est tale dicitur materia: ⁊ est illud ex quo ex natura to
tius: hec ibi. ¶ Ibi. Similiter philosophus non ponit
materiam nisi ꝓpter potentialitatẽ ad mutationẽ: sed
in celo non est potentialitas mutationis nisi ad vbi: et
hec satis patet supra ⁊ primo celi: et per Auerro. in de
substantia orbis. ¶ Si dicatur ꝙ materia in celo non
est in potẽtia contradictionis: videlicet ꝙ materia ce-
li possit esse sub alia forma: patet: qꝛ forma celi cõplet
totum suum appetitum: ideo eñ materia est in potẽtia
ad aliam formã: qꝛ appetit esse sub illa sed si eius appe
titꝰ est total̃r saciatus vt est sub aliqua forma nũq̃ ap-
petit esse sub alia forma. ¶ Cõtra. Nulla forma cõplet
totum appetitum materie sue respectu alterius forme
nisi det actũ oppositũ priuationi illiꝰ forme: sed forma
celi non dat actũ oppositũ priuatiõis cuiuscũq̃ forme
alteriꝰ a se puta forme ignis q̃ priuatio forme ignis ma
net ibi: ꝓbatio minoris: nulla forma dat actũ oppositũ
priuationi cuiuscunq̃ forme nisi in se contineat omnes
formas saltẽ virtualiter: sed forma celi non sic cõtinet
omnes formas: qꝛ nõ animã intellectiuam. ¶ Sed hic
oritur aliqualis difficultas in hoc quod dicit ꝙ si for-
ma cõtineret virtualiter aliam formã: tunc daret actũ
oppositum priuationi illius forme: nam anima intelle
ctiua virtualiter cõtinet sensitiuã ⁊ vegetatiuam: ⁊ ta
men non videtur saciare appetitum materie quin ipsa
appeta esse sub vegetatiua vel sensitiua formaliter: et
similiter videtur ꝙ contineat etiam alias formas cor-
porales ꝓpter sui perfectionẽ: ⁊ tamen nõ videtur sic sa
ciare appetitũ materie quin ipsa appetat esse formal̃r
sub alia forma etiam imperfectiore: sic enim sic sacia-
ret appetitum materie nũq̃ materia appeteret esse sub
alia forma: ⁊ per cõsequens nõ esset causa corruptibili-
tatis. ¶ Preterea. Forma mixti virtualiter continet
formas elementares: patet: qꝛ virtualiter cõtinet qua-
litates elementorũ: ergo ⁊ formas illorũ: patet cõsequẽ
tia: qꝛ continens virtualiter ꝓprietatem alicuius for-
me: cõtinet etiam virtualiter illam formã. Et tamẽ for
ma mixti nõ sic saciat appetitum materie quin ipsa ap-
petat esse puta sub forma ignis. ¶ Tertio instatur: qꝛ
doc. videtur innuere ꝙ forma celi cõtineat virtualiter
alias formas ab anima intellectiua: ⁊ per consequens:
ꝙ sic saciat appetitũ materie ꝙ nõ appetat esse sub alia
forma puta sub anima sensitiua. Sed hoc non videtur.
Tum: qꝛ ipse infra. d. 18. expresse tenet ꝙ nec anima sen
sitiua nec vegetatiua depẽdet a celo ĩ essendo: ergo nec
virtualiter continentur in eo. Tum: qꝛ posito ꝙ conti-
nerentur virtualiter adhuc non videtur sequi ꝙ mate-
ria celi non appetat esse sub tali forma. ¶ Et confirma
tur: qꝛ q̃uis intellectus noster habeat perfectissimam
intellectionem quã naturaliter appetit adhuc stante ta
li intellectione perfectissima naturaliter appetit aliã: ⁊
sic intrinsece et formaliter: non ita perfecte quietat̃ in
illa quin etiam appetat aliam. Sic videtur dicendum
de materia celi: qꝛ ex quo habet naturalem inclinatio-
nem ad omnem formã q̃uis sit sub forma perfectissima:
adhuc tamen aliam appetere potest. ¶ Responsionem
quere alibi. ¶ Ibi. Ex hoc sequitur vlterius. Hic doc.
infert vnum. s. ꝙ ex quo sm̃ philosophos in celo nõ est
materia: sequitur celum nõ posse esse formaliter anima
tum: ⁊ hoc ꝓbat: quia si celum non habet materiã ⁊ eẽt
formaliter animatum: ⁊ tunc ipsum celũ esset essentiali
ter tantũ anima ⁊ nõ nisi intellectiua: qꝛ philosophi nõ
posuerunt ibi nisi animã intelllectiuam: ⁊ ita solus in-
tellectus erit quãtus qđ non est intelligibile: patet: qꝛ
celum est quãtum formaliter: ⁊ sic quãtitas esset forma
liter in anima intellectiua: ⁊ ꝑ cõsequẽs anima intelle-
ctiua esset realiter diuisibilis in infinitas partes ad di-
uisibilitatem quãtitatis: sicut ⁊ caro habens quãtitatẽ
formal̃r est diuisibilis in infinitas partes carnis vt su
pra patuit. d. 2. q. 9. Vel in celo preter animã que est de
essentia celi erit aliquid aliud ꝑ se perfectibile per ani-

Hic oritur diffi. sꝫ alibi soluẽda.

Sequitur declaratio regule.

mam: ⁊ ita erit ibi potentia passiua ⁊ potẽtia contradi-
ctionis: patet: qꝛ omne perfectibile ab aliquo realiter
distincto est in potẽtia receptiua siue passiua ad illud
⁊ in potentia contradictionis respectu illius: ⁊ ita ce-
lum nõ erit sempiternum ⁊ necessarium: vt patet per di
ctuꝫ philosophi nono metha. tex. cõ. 17. Unde siue phi
losophus siue Cõmen. ponat celum animatum formali
ter anima que sit per se de essentia celi videtur statim re
cedere a prima positione p̃habita que positio est ꝙ ĩ ce-
lo non est materia. ¶ Quicquid sit de Auer. qui videt̃
velle celum esse animatũ formaliter: vt patet de substan
tia orbis no ndicamus nos Aristo. recessisse a positiõe
prima que est ꝙ in celo nõ est materia nec verba eius co
gunt hoc sibi imponere: qꝛ vbicũqꝫ philosophus vocat
animam celi exponatur quãtuꝫ ad cõditionẽ qua ani-
ma est motrix nõ qua est forma informãs: et illa anima
est intelligentia ꝓpria motiua huius orbis coniuncta
huic vt motrix ꝓpria: ⁊ talis nõ est nisi vnica vnius or
bis. Et ꝑ hoc est hilosophus. 8. phi. tex. c. 40. qui mo-
tũ ex se distinguit in duo: quorũ vnum est motum tantũ
⁊ reliquũ mouẽs tãtum illud distinguibile est cõpositũ
ex duobus vnitis. s. mouẽte ⁊ mobili: ⁊ hoc vere mouet
⁊ illud vere mouetur: sed in nobis anima nõ mouet sed
est ratio mouẽdi tãtum: vt patet per philosophũ tertio
de anima: qꝛ est forma moti sed in celo mouẽs: nec per
se nec ꝑ accidens mouet̃: ⁊ tamẽ si esset forma celi: tunc
per accidens moueretur ad motũ celi. ¶ Ibi scd̃m the-
ologos. Hic doc. respõdet s̃m opi. Theologorũ ꝙ ma- *Opi. theologorum ꝙ materia est in celo.*
teria est ĩ celo: qꝛ illud chaos quod ponitur ab eis atti
gisse vsqꝫ ad ceum empireum erat materia omnium cor
poralium cõtẽtorum a celo empireo: et etiam ponitur
materia secundũ se ⁊ quãtum est ex se eiusdẽ rationis in
quocũqꝫ licet aliqui Theologi ponãt ipsam materiam
esse alterius rationis vt supra patuit: ⁊ ita habent ipsi
discordare a philosopho in hac positione: celum est ne-
cessarium ⁊ incorruptibile: quãtum enim est ex natura
sua esset simpliciter incorruptibile: qꝛ sibi inesset illa po
tentia ad cõtrarium: qꝛ tamen forma celi non habet cõ
tratrium potẽs vincere istam formã: ideo nõ potest cor
rumpi ab agẽte naturali a quo recipit istam formã vel
etiam corrumpi in ignem vel aquã. ¶ Sed tunc videt̃
ꝙ saltem celum posset corrumpere ⁊ cõuertere ignẽ in
celum: qꝛ virtus actiua celi excedit formã ignis ⁊ est a
forma celi: est etiam capax forma celi: ergo potest trãs-
mutari ad esse tale ab agente naturali. ¶ Forte celum
non potest alterare elementũ ad qualitates cõueniẽtes
tali corpori celesti: ⁊ tamen forma illa intãtum domina
tur illi materie vt nõ possit ab aliquo alterari recipien-
do peregrinas impressiones: ⁊ per cõsequens neqꝫ cor-
rumpi. ¶ Quãtum ad animationem videtur esse dubiũ
qꝛ Augu. in enchiri. c. 42. vel. 43. loquitur dubitatiue:
nec illud certum habeo vtrũ ad ciuitatem: si natura pti
neant sol ⁊ luna ⁊ alia sidera q̃uis nõnulla corpora lu
centia: non tamen intelligentia videãtur. ¶ Similiter
secundo super gene. ⁊ in primo retracta. c. 18. quere ibi
facit mentionem de eo quod dicitur capi. quinto vide
tur dicere celum habere animã. quod c a. 10. dicit non
retractat tãqꝫ falsum vbi dicit animal esse mundũ istuꝫ
nec auctori: nec ratione indagare potui: nõ tamen pro-
pter hoc negat: vnde videt̃ manifeste ꝙ nullo libro scri
pto ante librum retractationum asseruit quod in libro
retractationũ retractet: ergo illa aucto. que adducitur
de libro Augu. de agnitione vere vite nihil valet. Qui *Qui dicũt celos eẽ rõnales merito sunt irrationales*
autẽ dicit celos esse rationales ipsi merito sunt irratio
nales: ostendit etiã illum librũ nõ esse Aug. vel ꝙ illum
fecerit post librum retractationũ: qꝛ nunqꝫ videt̃ Aug.
asseruisse quod in libro retractationum est negatum.

¶ Distin. Decimequinte. Questio Unica.

CIrca disti. quintã decimã. in qua magister agit de
opere. Queritur. Utrum in cor
pore talis vel in quocunqꝫ mix
to remaneãt elemẽta s̃m substã
tiam in actu. ¶ Hic est vna opi. *Opi. Aui.*
Auicen. que vult ꝙ in mixto pu
ta in lapide remaneant elemen-
ta: puta ignis s̃m substantiam
suam nullo modo remissam: sed
non remanet s̃m qualitates: ita intensas: sicut in igne
quando nõ est pars mixti: sed qualitas ignis puta cali
ditas vt in mixto habet esse remissum. ¶ Ibi. Contra *Opi. Commen. con. Aui.*
illud ⁊c. ⁊ sententia sua stat in hoc ꝙ si qualitas ignis:
puta caliditas possit remitti secunduꝫ aliquẽ gradum:
sequitur etiam ꝙ s̃m se totum: ⁊ sic poterit esse ignis et
non calidus quod est falsum. Sed ipse Commen. ponit
ipsam substãtiam elementi remitti sicut ⁊ qualitatem.
¶ Ibi: probat autem. Cõmẽtator ꝓbat ꝙ elementum
aliqualiter maneat s̃m substantiã remissam. Et primo
auctorita. philosophi primo metha. tex. com. quarti q̃
vult ꝙ elementũ est ex quo componitur res: ⁊ in ea ma-
net. Elemẽtum inquit s̃m aliam translationem dicitur
illud ex quo cõponitur res primo ⁊ est in ea: ergo elemẽ
tum manet in mixto. Et vide ibi Com. quomodo elemẽ
tum multipliciter accipiat̃. ¶ Secundo ꝓbat hoc idẽ
ratione: si elementa nõ manerent in mixto: sed omnino
corrumperentur adueniente forma mixti sequeretur ꝙ
materia prima immediate susciperet omnem formã sine
ordine. quod est incõueniẽs. Sed hec ratio magis de-
clarabitur infra parũ ante respõsionem illius ratiõis.
¶ Ibi sed ipse arguit cõtra se tripliciter ꝓbãdo ꝙ ele *Cõmen. arguit cõtra se q̃bus rationibus.*
menta nõ maneant in mixto: vt patet tertio celi com.
67. vbi arguit sic: primo si elemẽtum manet in mixto:
ergo forma mixti adueniret enti in actu composito ex
materia ⁊ forma elemẽtari: ⁊ sic forma mixti eẽt forma
accidẽtalis. Et ratio Com. est ibi. Dicamus igitur ꝙ si
esset. s. ꝙ elemẽtum maneret in mixto necesse esset vt nul
lum ens generaretur ab eis diuersum in forma substan
tiali sed tãtum in accidentibus: qꝛ forma que aduenit
enti in actu. s. composito ex materia et forma est forma
accidentalis. ¶ Ad hanc rationem. Respõdet Cõmẽ.
ꝙ bene verum est de forma que aduenit enti in actu cõ
pleto hoc est enti composito ex materia et forma per-
fecta: ⁊ sic forma ignis in esse perfecto nõ manet in mix
to. Sed non est verũ de forma imperfecta: ⁊ sic in ꝓposi
to elementa manẽt in mixto tãtum s̃m formas imperfe
ctas ⁊ remissas. Unde sic dicit: et ideo necesse est cũ ex
eis generaretur vna forma vt corrumpantur forme eo-
rum s̃m medietatem: quoniã si corrumperentur s̃m to-
tum: tũc prima materia reciperet primo et essentialiter
omnes formas ⁊ nõ reciperet formas compositorum. i.
mixtorũ mediãtibus istis corporibus: quod est incõue-
niens apud Com. ¶ Secũda ratio Com. est cõtra hoc:
quod dixit supra. s. ꝙ forma substantialis elementaris
potest remitti: qꝛ hoc tãtum cõuenit formis accidenta
libus: vnde sic dicit in littera. Si igitur aliquis dixerit
ꝙ sequitur ex hoc. s. quod supra dixit: videlicet ꝙ for-
me elementares sunt in mixto s̃m esse remissum ex hoc
sequitur ꝙ forme substantiales recipiant magis et mi-
nus ⁊ hec est expositio accidẽtiuꝫ nõ formarum substã
tialium: dictum est eñ in multis locis ꝙ forme substan
tiales nõ recipiunt magis ⁊ minus: hec ille. ¶ Respon
det Com. ꝙ forme substantiales perfecte nõ suscipiunt
magis ⁊ minus tamẽ forme substantiales que se habẽt
medio modo quales sunt forme elementares in mixto
possunt suscipere magis ⁊ minus: vnde sic dicit in litte
ra. Dicemus inquit ꝙ forme istorũ elementorum substã
tiales sunt diminute a formis substantialibus perfe-
ctis: ⁊ ꝙ suum esse est medium inter formas supple sub-
stantiales ⁊ perfectas ⁊ accidẽtia: ⁊ ideo nõ fuit impos
sibile vt forme earum substantiales admiscerẽtur ⁊ ꝓue
niret ex collectione earum alia forma. s. forma mixti: si-
cut cum albedo ⁊ nigredo admiscẽntur fiunt ex eis mul
ti colores: ⁊ cum hoc latuit Auicen. ⁊c. hec ibi. ¶ Ter
tia ratio qua ꝓbat Com. ꝙ forma elemẽtaris nõ mane
at in mixto est: qꝛ oportet receptiuũ denudari a natura
recepti: ergo oportet materiam carere omni forma sub
stantiali ad hoc ꝙ possit aliam recipere vt formã mixti.
¶ Respondet Com. circa medium cõmenti: ꝙ nõ opor
tet receptiuũ denudari a toto genere recepti: sed opor-
tet denudari a natura specifica recepti. dicit eñ sic. Et
dissolutio inquit est: qꝛ non est necessarium in receptibi
li nisi vt nõ habeat formã quã recipit nõ vt nõ habeat
formã omnino. Si eñ materia ignis hꝫ formã ignis stã
te illa forma nõ potest aliam formã ignis recipere: loq̃
tur ergo de eadem forma specifica ⁊ non p̃cise de eadẽ
numero. Sequitur: quia igitur prima materia est rece-
ptibilis omnium formarũ non debet habere aliam for
mã omnino: elementa vero q̃ non sunt receptibilia om-

nium formarū cum nō recipiāt se (patet: qꝛ ignis: vt sic nō recipit formam aque) nō debent denudari a suis formis apud receptiones sed est necessarium tantū vt denudētur a formis quas recipiunt. i. a formis mixti: et ideo omnis materia habēs formā est receptibilis quarūdam formarum tātū. hec ille. ¶ Ibi. Cōtra: tunc materia sub forma aq̄ existēs posset recipere formā ignis: materia em̄ existens sub vna forma pōt recipere aliam: sequitur ꝙ ipsa existens sub forma ignis posset recipere formā aque. ¶ Ad hoc respondet Commē. generaliter nō assignando rationem. Ibi cum dicit: elementa inquit que nō sunt receptibilia omniū formarū cum nō recipiāt se ⁊c. Sed specialiter rationem huius assignat in fine cōmēti: quare. s. vnum elementum nō possit recipere formā alterius elementi: quia forme inquit elementorum nō recipiūt seipsas cū sint eiusdem generis: contingit ꝙ nō generātur adinuicem nisi cū recipiēs exuit formā ⁊ recipit formā receptā: ⁊ ideo nō sunt elemēta adiuicē. s. receptibilia. s. ꝙ vnū recipiat formā alteri⁹ vł ecōtra: sꝫ hoc nō ꝯtingit in receptiōe formarū ꝯpositorū. i. mixtorū. s. vt elemēta supple denudētur a suis formis. s. elemētarib⁹ apud receptionē formarū ꝯpositorꝫ id est cum recipiunt formas mixtorū: ⁊ ratio huius seq̄tur: forme em̄ compositorū. s. mixtorū sunt alie. i. alteri⁹ generis a formis eorū. s. elementorū: forme quidē eorū: supple elementorum. licet sint diuerse: vt patet de forma ignis ⁊ forma aque: tamen eodē ordine sunt in substātialitate. s. ꝙ possibile est vt quedā sint materie formarū quarūdam. i. ꝙ possibile est: ꝙ forme elemētares sint materie receptiue formarū mixtorum. Et dicūtur forme elemētares eiusdē ordinis: licet sint specie diuerse: qꝛ ille sūt nate immediate informare materā nulla alia forma p̄cedente in materia: sed forme mixtorū sunt tātum nate informare materiā mediantibus formis elemētaribus: ⁊ ideo dicuntur alterius ordinis a formis elementaribus: ⁊ hoc ſm intentionem Com. Sed quomodo forme mixtorum dicuntur alterius ordinis a formis elemētarib⁹ patebit infra. Respondendo ad rationem Commē. ¶ Ibi. ꝙ autē necesse sit ipsas intēdi supple formas substātiales elementorū ad intēsionem qualitatum: nō concludit ratio Com. ⁊ dicendo ꝙ eadē est ratio totius ⁊ partis quod verū est vt pars ⁊ totū comparantur adinuicē: qꝛ sicut pars caliditatis potest remitti: ita ⁊ absolute tota: sed vt cōparantur ad subiectum dicit ꝙ non valet: qꝛ subiectū nō determinat sibi forte aliquā partem: puta forma substantialis ignis aliquē gradum caliditatis sine quo ipsa non potest esse: vt declarat doc. d. 12. quarti: nō valet ergo: ꝙ si forma substantialis ignis sit calida vt octo ꝙ si aliquis grad⁹ potest auferri aut remitti: ꝙ tota caliditas remittat᷑: possunt bene comparari ad aliquod subiectū: quod nō habet causam intrinsecā ⁊ necessariam alicuius determinate qualitatis: sicut forma substantialis aque: q̄ si fiat calida vt sex sicut illa caliditas pōt remitti ſm vnum gradū: ita etiam ſm totū: in igne vero nō: qꝛ forma substātialis ignis est causa necessaria alicuius determinate caliditatis: ideo nō potest esse sine illa: vt patet a docto. in quarto. ⁊ dicit doc. ꝙ elementū puta ignis habꝫ talem qualitatē: puta caliditatem in quadā latitudine sed nō precise sub tali gradu: qꝛ potest habere maiorē vel minorē. Et addit in tex. nō sequitur hoc corp⁹ ⁊c.

Contradictio apparens.

¶ Sed in hoc videtur sibi contradicere: qꝛ expresse in d. 12. huius s. d. ꝙ determinans sibi aliquid secundum genus: determinat esse secundum speciem ⁊c. ergo si nō determinat sibi hoc vel hoc de necessitate: ergo nec ſm genus nec ſm speciem. ¶ Similiter dicit ibi: quod cōtingenter se habet ad plura vel ad omnia alicui⁹ generis: contingēter se habet ad totū genus: ergo cū hoc corpus contingēter se habeat ad hunc locum vel illū: ⁊ sic de aliis: cōtingenter se habeat ad omnē locum ⁊ sic poterit esse sine omni loco quod est contradictio in dictis suis.

Rn̄sio.

¶ Dico ꝙ nulla est contradictio: qꝛ ibi in. d. 12. concludit de potentia dei absoluta ꝙ ipse posset facere materiam sine forma: ex quo contingenter se habet ad omnem: sed non concludit de potētia creata: qꝛ licet materia cōtingenter se habeat ad omnes formas tamen quando agens naturale expellit vnā formā de materia: de necessitate causatur alia: licet materia prima contingēter se habeat ad illam: patet: qꝛ illā potest deperdere: ⁊ quando deperdit illam statim fit sub alia vt comparatur ad agēs naturale. Sic dico in ꝓposito ꝙ hoc corpus ꝯtingenter se habet ad omnē locum: ⁊ vt cōparatur ad potētiam supernaturalē potest fieri sine omni loco vt exposui contra dominū Aug. si tamen cōparetur ad potētiā creatā. Dico ꝙ corpus q̄libet cōtingenter se habeat ad omnē locū: tamen quando deserit vnū locū statim fit in alio: nō em̄ potest deserere vnū locum quin formaliter expellat aliud corpus: ⁊ sic subintrat illum locū: vt patet in quarto. Sic dico de qualitate respectu ignis vt cōparat᷑ ad agēs sup naturale tota potest simpliciter remitti: vt vero ad agens naturale est de necessitate sub alio gradu illo vel illo.

Dico ergo ad. q. Sententia doc. stat in hoc. ꝙ si esset necesse elementum existere in mixto ſm suā subantiam etiā in esse remisso vel ſm qualitates: hoc posset argui esse necessariū vel ex ratione operationis mixti vel ratione transmutationis que maxime arguunt formā aliquā: sed nullum istorum arguit. Si dicatur ꝙ in tali mixto est caliditas: et per hāc caliditatē volumus arguere substātiā ignis eē ibi. Sed hoc non: qꝛ caliditas mixti est alterius speciei a caliditate ignis: quod patet ꝓpter diuersos effectus: nam caliditas mixti hominis: puta cordis habet aliū effectū quē nō hꝫ caliditas ignis: qꝛ ipsa caliditas cordis vel corporis humani hꝫ cōuertere elementū in nutrimentū ⁊ in carnē vel saltē causare dispositionem ad substantiā carnis qua posita: sequitur substātia carnis hoc nō posset caliditas ignis: patet: ⁊ multos alios effectus habet quos nō habet caliditas ignis: ideo per huiusmodi operationem nō possumus argure necessariam in mixto esse elementū. Non arguimus etiā in ipso mixto duas caliditates alterius ⁊ alterius speciei: ita ꝙ vna sit ignis ⁊ alia mixti. Dico etiā ꝙ trāsmutatio nō est ratio arguēdi ibi elementa esse subiectū generationis: si em̄ diceretur ꝙ elementa sunt necessaria in mixto ex hoc ꝙ forma mixti recipitur illis tanq̄ in subiecto: hoc nō videtur: qꝛ forma mixti habet sufficientē entitatem: vt sit termin⁹ generatiōis: ⁊ sic talis terminus pōt recipi imediate in materia: sicut dicimus ꝙ forma substantialis ignis est sufficiēs termin⁹ generatiōis ignis ⁊ recipitur inmediate in materia: sicut ergo forma substantialis ignis est sufficiēs termin⁹ generatiōis ignis ⁊ sufficiens terminus a quo corruptionis ipsius: ⁊ sicut nō potest eē simul sub forma aeris ⁊ ignis sic forma substantialis mixti est sufficiēs terminus a quo corruptionis mixti ⁊ terminus ad quē generationis eiusdē: et sic materia mixti nō potest esse simul sub forma mixti ⁊ sub formis elemētaribus. ¶ Ibi. Itē forma elementaris: ratio stat in hoc ꝙ in mixto essent quattuor suposita qd̄ est omnino falsum. Sed ista ratio nō videtur multū concludere: qꝛ si sic sequeretur ꝙ in eodē composito essent plura per se singularia: nam materia prima habet propriam singularitatem: vt patet ab ipso: ⁊ etiam forma. ¶ Similiter videtur contra ipsum in quarto. d. 12. vbi tractat de pluralitate formarū: nam forma substantialis cū materia nata est facere vnū suppositū: ergo si in cōposito essent plures forme substantiales vt ipse vult. puta in boue vel in homine tūc essent ibi plura supposita. ¶ Dico ꝙ hec ratio concludit: qꝛ est incōueniens ꝙ plura supposita in actu cōstituāt vnum tertiū suppositum. ⁊ nō est simile de singulari qꝛ singulare est cōmunicabile saltem vt quo vel vt pars in primo. d. 2. ⁊ sic non est incōueniens ꝙ duo singularia efficiant vnū singulare totale seruata tamen eorū ꝓpria singularitate: nam habet homo constitutus ex anima ⁊ corpore etiā singularitatē aliam a singularitate anime ⁊ corporis. Suppositū autem est simpliciter incōmunicabile ⁊ vt quo ⁊ vt quod: ⁊ nō potest aliquomodo esse pars alicuius: qꝛ tunc esset cōmunicabile saltem vt quo: vt subtiliter ꝓbat doc. in primo. d. 2. ⁊ in quoli. ⁊ sic nō est simile. Cum vero infertur: igitur hoc cōpositū esset duo singularia: negatur cōsequentia: qꝛ etiam nō sequitur due albedines singulariter distincte sunt in francisco: ergo francisc⁹ est duo alba singularia. ¶ Ad aliud ꝙ forma substātialis nata ē ꝯstituere suppositū: dico ꝙ nō q̄libꝫ forma substātialis cōstituit ꝓprie suppositum maxime q̄n ordinatur ad aliam sicut patet in generatiōe hominis. Dico vltra ꝙ ad suppositum requiritur ꝙ forma materialis habeat distinctam materiā ex qua ⁊ ipsa fiat vnū suppositum. Sed in ꝓposito si plures forme substantia-

Opi. Doc. quo elementa sunt in mixto.

les essent in eadē materia tātum vnum suppositum cō-
stituerent: modo elementa ⁊ forma elementaris est na-
ta facere ꝓprium suppositum per se existens perfecte:
vt patet de elemento ignis: ⁊ illa forma elemētaris nō
est proprie ordinata ad vlteriorem formā perfectiorē
sicut sunt multe forme in homine ꝑcedentes animam
intellectiuam ⁊c. ¶ Ibi. Item omnē substantiā. Hic
doc. ex hac ratione intēdit reducere ipsum ad aliquod
istorū inconuenientium: vel ꝙ. s. duo corpora essent si-
declaratio littere. mul in eodē loco: vel ꝙ nō esset vera mixtio: ⁊ declaro
sic: nam certum est ꝙ formā mixti consequitur propria
quātitas: et etiam formā ignis in mixto consequitur
ꝓpria quātitas: non eñ ignis in mixto est quāt⁹ quan
titate mixti nec mixtum est quātū quantitate ignis: er
go si mixtum est perfecte mixtum ex elementis: ita ꝙ
quelibet pars mixti sit mixta hoc nō poterit esse nisi ꝑ
penetrationem dimēsionū: ⁊ sic due dimēsiones essent
in eodem loco: ⁊ similiter ita aqua ⁊ terra habent pro-
priam quātitatem in mixto: nō eñ aqua est quāta quā
titate ignis: nec econtra: ergo si aqua ⁊ ignis et terra
sunt perfecte mixta: cum mixtio sit miscibiliū vnio: ita
ꝙ in qualibet parte mixti sit ignis aqua ⁊ terra: sequitur
ꝙ dimensio terre aque ⁊ ignis erunt in eodem loco per
penetrationē dimensionū adinuicem: quod est inconue
niens ⁊ contra Aristo. quarto phi. etiam sibi non sit pe
netratio dimensionū: sequitur ꝙ non erit ibi perfecta
mixtio: sed magis iuxta pō. et sic nichil ad. b. ¶ Ibi.
Item mixtū generatur. Intendit hic doc. ꝙ ex quo ele
menta. (Ex quibus generatur mixtū tanq̃ a termino
a quo) non manēt: vltra qꝛ in ipsa tanq̃ in terminū ad
quē corrumpitur mixtum: sicut ex igne generatur aer
tanq̃ a termino a quo. sequitur ꝙ aduenīēte forma ae
ris in materia ignis: ꝙ corrūpitur ipse ignis: cum ergo
mixtum generetur ex elemētis tanq̃ ex termino a quo
sequitur ꝙ generata forma mixti in materia elemento
rū ꝙ forme elementorū corrumpātur: patet: qꝛ termin⁹
a quo generationis ⁊ terminus ad quē sunt incompos-
sibiles. Nec valet dicere ꝙ ly ex notat habitudinē cau
se materialis ⁊ nō habitudinem termini a quo ⁊ sic cū
dicim⁹ mixtū generari ex elemētis debet intelligi tāq̃
ex subiecto generationis: sicut dicimus ꝙ ignis gene-
ratur ex materia aeris tanq̃ ex subiecto generatiōis.
Sed contra: qꝛ eo modo quo aliquid generatur ex alio
vt ex subiecto eo modo corrūpitur in illud tanq̃ ī sub
iectum generationis: sicut dicimus ꝙ compositu gene
ratur ex materia tanq̃ ex subiecto generatiōis: sic cor
rumpitur in materiam tanq̃ in subiectū generatiōis:
sed in ꝓposito: hoc non est verū: qꝛ si mixtū generetur
ex elementis tanq̃ ex subiecto generationis: tunc cor-
rumperetur in illa tanq̃ in subiectum corruptionis:
quod est manifeste falsum: nam quādo mixtum corrum
pitur nō corrumpitur in elemēta sibi inexistentia tāq̃
in subiectum corruptionis. patet: quia de nouo gene-
rantur vel vnum vel duo: non sic quando ignis corrū-
pitur in materiam inexistentē sibi: qꝛ separata forma
ignis remanet simpliciter eadē materia licet sub alia
forma: non sic corrupta forma mixti remanēt simplici-
ter eadē elementa ex quibus generabatur: patet eñ ad
sensum ꝙ quando vnum mixtū corrumpitur: puta ge-
neratum ex quattuor elementis: non statim videm⁹ ꝙ
sint ibi quattuor elementa: ⁊ si hoc videremus illa de
nouo generarentur: ordo eñ nature talis est: ꝙ eadem
materia non potest esse simul sub duabus formis speci
ficis ⁊ vltimatis: qꝛ certum est: ꝙ forma substantialis
ignis est talis forma ꝙ constituit ipsum in suo esse spe-
cifico ⁊ vltimato: ꝙ modo fiat sub forma mixti: puta
forma lapidis: que forma habet constituere ipsum in
vltimo esse specifico: hoc non videtur: quia sicut forma
aeris constituit ipsum in esse vltimato specifico ⁊ for-
ma ignis similiter ipm̄ ignem non est possibile mate-
riā ignis esse simul sub forma ignis ⁊ sub forma aeris:
sic in ꝓposito. ¶ Si dicatur nonne eadē materia pōt
esse sub pluribus formis substantialibus: ſm tenentes
plures formas substantiales esse possibiles in eodē cō
posito. ¶ Dico ꝙ nulla formarū precedētiū constituet
aliquid in suo esse vltimato ⁊ specifico cum omnes ta-
les ordinentur ad vlteriorem formā: licet eñ homo sit
substantia: deinde corpus: deinde viuens: deinde sensi
tiuū: tamen nūq̃ habet esse perfectū ⁊ vltimatū: nisi ꝑ
formā vltimatā: q̄ est anima intellectiua: non sic est de
forma ignis ⁊ aque: quia constituunt in esse vltimato.
Nec valet dicere vt nonnulli dicūt ꝙ forma ignis ſm
esse intensum cōstituit ipsum in esse vltimato ⁊ specifi-
co: ⁊ ſm tale esse nō est in mixto: sed ſm esse remissum et
ſm tale esse remissum nō cōstituit ipsum in tali esse vlti
mato ⁊ specifico. Sed hoc non intelligo: ita eñ albedo
vt duo est specifice albedo sicut albedo vt quattuor: i-
mo forma specifica ꝓpria prescindit a gradibus intrin
secis intēsionis ⁊ remissionis: ergo forma ignis quātū
cunq̃ remissa erit forma substantialis ⁊ specifica nata
cōstituere cōpositum in esse vltimato ⁊ specifico: si mo
do intēdatur illa forma nō magis cōstituit ipm̄ quātū
ad esse specificū: licet forte quātū ad perfectionē gradu
alem: que cōsequitur naturā indiuiduorū. Si ergo per
possibile ipsa anima bouis posset intendi nō magis cō
stitueret bouē in esse specifico q̃ si non intenderetur: ⁊
certum est: ꝙ ipse bos nō potest esse pars alicuius cum
habeat suū esse vltimatū ⁊ specificū per formam sensiti
uam etiā quātūcunq̃ remissam: nō vult ergo dicere ꝙ
sint in mixto ſm formas substantiales in esse remisso:
cū sit eadem difficultas de remisso sicut de intenso pro
pter rationem formalem constituendi in esse specifico.
¶ Ibi. Sed tñ ꝓpter verba Ari. Vult hic dicere doc.
ꝙ ipsa elemēta nō manent in mixto ſm aliquid forme
substantialis: neq̃ ſm qualitates suas. puta ꝙ forma
substātialis ignis nō est ibi: ergo quādo mixtū genera
tur ex igne forma substātialis ignis totaliter desinit eē
nec etiā sunt ibi qualitates ignis: qꝛ ille corrumpuntur
ad corruptionē forme substantialis ignis: est ergo ibi
ignis ſm quandā conuenientiā (non dico tamen specifi
cam) qꝛ sicut aliquod mixtū potest habere operatiōes
similes saltē in genere operationibus ipsius ignis ita
dicimus ꝙ ignis est ibi ꝓpter talem cōuenientiā: ptz:
qꝛ dicimus ꝙ homo vel corpus hominis sic mixtū ha
bet qualitatē istam. puta calefacere et forte exsiccare:
nam cor hominis est valde calidū ⁊ valde calefacit: nō
dico tamē ꝙ ille calor sit eiusdē speciei cū calore ignis:
ꝓpter ergo istam conuenientiā operationū cū elemen-
tis dicimus elementa manere in mixto: sicut etiam di-
cimus ꝙ anima sensitiua est in intellectiua: sicut in ho
mine habente animā intellectiuā: non ꝙ ibi sit realiter
nec aliquid ipsius: nec qualitas ꝓpria anime sensitiue:
sed est ibi ſm cōuenientiā ⁊ in virtute: qꝛ anima intel-
lectiua vnita corpori potest in similes operationes in
quas ⁊ anima sensitiua: si esset vere vnita corpori: sunt
ergo elemēta ī mixto tantū virtualiter ⁊ ſm conueniē
tiam. ¶ Ibi. Quādo etiam cōcurrunt elementa: patet
littera. i. ꝙ ipm̄ mixtum quādo generatur ex pluribus
elemētis nō generatur ex actione mutua. Hic doc. sup
ponit vnuʒ dictū iam supra: ꝙ quādo mixtum generat̃
ex vno elemēto vel ex pluribus: ꝙ in eodē instanti quo
generatur forma mixti desinit esse totaliter forma ele-
mēti. Dicit ergo si mixtū generatur ex actione mutua
aliquorū elementorū: puta ex actione mutua ignis et
aeris: ita ꝙ mutuo se corrūpant. Quero tūc aut ī eodē
instanti in quo generat̃ forma mixti sunt corrupta ista
elementa: ergo nō generant ipm̄: qꝛ quod non est gene
rare non pōt: nam certū est: ꝙ semper generans etiā in
instāti quo generat est prius natura ipō genito vt ali-
as exposui in hoc secundo: cuʒ ergo in instanti. a. vere
generetur mixtum: ⁊ in eodē instanti elemēta sunt cor
rupta ⁊ generans debet esse prius genito in instanti
quo generat: sequitur ꝙ non sunt ibi corrupta. Si vis
dicere ꝙ in instanti in quo generatur forma mixti sunt
ibi elementa: ergo in generatione mixti nō corrūpunt̃
et sic simul ī eadē materia erit forma mixti ⁊ forma ele
mentaris: quod supra improbatū est. Si dicas ꝙ bene
mixtū generatur ex actione mutua ignis ⁊ aeris: sic ꝙ
in instanti generationis mixti corrumpitur aer ⁊ rema
net ignis. Cōtra: qꝛ tunc non generatur mixtū ex acti
one corruptiua mutua adinuicē. Tū etiaʒ. qꝛ tunc non
generaret̃ ex aere et igne. si ignis remaneret sed tantū
ex aere. et sic nō esset genitū ex pluribus elementis qd
est contra suppositū. A quo ergo generat̃ mixtū: Dico
ꝙ ab agēte naturali alterāte huiusmodi elemēta q̄bus
alteratis in vltima dispositiōe corrūpit formas elemē
torū ⁊ ꝑducit formā mixti: nam si mixtū generatur ex
quattuor elemētis: tūc aliquod agēs naturale sic al te-
rat illa quattuor elementa adinuicē: ꝙ tandē corrūpit
illa ⁊ in materia eorū ꝑducit formā mixti: sic dico cum

generat ex tribus vel duob⁹ elemētis. Sed difficultas est si agēs naturale possit generare mixtum ex vno elemento: sicut i Genesi. Producāt aque ꝛc. de hoc alias. ¶ Ibi. Secundo sic. Si elementa ꝛc. Deducit eñ ad hoc inconueniens ꝙ materia prima immediate posset suscipere omnē formā successiue tamē: quod tamen est manifeste inconueniens: nō eñ videtur ꝙ materia prima immediate possit trāsmutari ad omnē formā: quia materia prima existens sub forma aque nō immediate potest trāsmutari ad formā vini: sed oportet fieri prius sub alia ꝛ alia forma: ad hoc vt possit fieri sub forma vini: ergo si elementum: puta ignis ex quo generatur puta lapis nō remanet in ipso lapide mixto: sequit ꝙ materia ipsius ignis immediate transmutatur ad formā lapidis: ꝛ sicut dico de forma vnius mixti: ita de forma cuiuslibet alteri⁹: quod est vald e inconueniens. ¶ Respondet ibi. Ad aliud cū. d. Et rūsio stat in hoc ꝙ immediate perficere materiā contingit dupliciter aut immediatione perfectionis aut immediatione trāsmutationis illa forma immediate perficit materiā immediatione perfectionis: q̄ perficit illā nulla alia forma mediante: ꝛ sic dicim⁹ forma mixti pōt immediate īformare materiā: ita ꝙ forma pexistens in materia totaliter desinit esse: ꝛ illa immediate pficit: ꝛ hoc nullū est incōueniens siue fiat modo per trāsmutationes: itaꝙ semp forma prior corrūpatur per aduētū forme posterioris. Si vero loquamur de immediatiōe trāsmutationis eo modo quo dicim⁹ ꝙ forma aque immediate trāsmutatur ad formā ignis: ita ꝙ est ibi tantū vna trāsmutatio qua deperditur forma aeris ꝛ generatur forma ignis. ꝛ hoc modo nō omnis forma perficit materiā sic immediate sed mediātib⁹ multis trāsmutationib⁹: sicut forma corporis organici nō perficit materiā seminis īmediate: ita ꝙ materia ipsius seminis vna tantū trāsmutatione trāsmutetur ad formā corporis organici: sed prius trāsmutatur ad formā lactis ꝛc.

Nunc soluenda sunt argumēta principalia quib⁹ doc. ꝓbat ꝙ elemēta manēt in mixto: ꝛ hoc ꝓbat Aucto. philosophi primo de gene. ca. de mixtione. t. com. nonagesimi siue vltimi in fine illius tex. vbi habetur ꝙ mixtio est miscibilium alteratorū vnio. Ex hoc textu arguit Doct. dupliciter primo. si mixtio est alteratorū: ergo nō est corruptorū: vnde phūs in illo textu sic habet: manifestū igit ex his q̄ dicta sunt ꝙ est mixtio ꝛ quid est mixtio: ꝛ quare est: ꝛ que sunt miscibilia entiū tm̄: quoniā sūt quedā quasi passiua adinuicē ꝛ bene determinabilia ꝛ bene diuisibilia: hec eñ neꝙ corrupta esse necessarium quādo mixta neꝙ adhuc simpliciter eadē esse que prius: hec ille. Ex quo patet: ꝙ ipsa elemēta manēt in mixto licet nō ßm suum esse perfectum. ¶ Secūdo sic ex eadē Aucto. arguit: si mixtio est vnio miscibiliū ꝛ vnio nō est corruptorum sed entiū: patet q꞉ vnio aliquorū est relatio necessario pexigens extrema vnita: ergo elementa que dicūtur vniri in mixto manēt in mixto. ¶ Respondet doc. ad Aucto. philosophi: ꝙ alteratorū est pteritū passiuū ꝛ verū est ꝙ mixtio est eorū que fuerunt alterata: sed cū dicitur ꝙ est vnio debet sic ītelligi: ꝙ omnis mixtio est quedam generatio: ꝛ per consequēs corruptio alteri⁹: q꞉ generatio vni⁹ est corruptio alterius. In generatiōe autē illius forme mixti dicuntur elemēta vniri ßm virtutem nō ßm substantiā: ita ꝙ aliqua forma ꝓducatur ex illis q̄ contineat vnitiue qualitates illoꝝ in virtute ꝛ nō substātiā in actu: manent ergo in mixto sicut si diceretur ꝙ sensitiua ꝛ vegetatiua manent in intellectiua. Et sic pōt exponi alia littera cū dicit: hec eñ neꝙ corrupta esse necessariū quādo mixta supple sunt: q꞉ in mixto manēt virtualiter: ꝛ cum infert neꝙ adhuc simpliciter eadem esse q̄ prius: q꞉ supple elementa ßm suuz esse formale non manēt in mixto: ꝛ hoc modo Auicēna dicit in cōmento suo ꝙ elemēta tm̄ manēt in mixto virtute. Vide ibi cōmentum nonagesimū. ¶ Secūdo principaliter arguit: in mixto sunt qualitates elementorū: ergo ī mixto sunt formaliter elemēta. Antecedens pꝫ. Aucto. phi secūdo de aīa tex. com. primi. ꝛ. 13. qui vult ꝙ corpora nō possunt se tāgere in aere vel aqua nisi intercipiat aer vel aqua medi⁹ qd̄ ꝓbat: q꞉ talia corpora sūt hūida ī superficieb⁹ cōtingentib⁹ sed hūiditas est qualitas elemēti aq̄ ꝛ aeris: ꝯña pꝫ ꝑ philosophū: vbi supra q̄ vult ꝙ humiditas nō sit sine aqua: Quoꝝ inqt corporū mediū est aliqd̄ corp⁹ nō cōtingit ipsa supple corpora adinuicē se tāgere: humidū aūt nō est sine corpore nec humectatū: sed necesse est aquā esse aut habere aquā. Et vide ibi Com̄. ¶ Respōdet doct. concedo ꝙ qualitas elemēti nō est sine elemēto: sꝫ postea negat ꝙ qualitas mixti puta humiditas vel caliditas sit qualitas elemēti: sed bene ꝯcedit ꝙ est similis qualitati elementi. ¶ Tertio principaliter arguit: q꞉ effect⁹ alicui⁹ cause nunꝙ est causa non existente sed moueri deorsuz loquendo de motu naturali est effectus grauis: ꝛ grauitas primo ꝛ per se est a terra: ergo si mixtum naturalr mouet deorsum: sequit ꝙ in eo sit actualiter terra: mixtū eñ mouet ßm naturā elemēti p̄dominātis: vt patet primo celi tex. cō. septimi ꝛ octaui. ßm aliā trāslationē in fine textus. 8. sic habet: ꝛ motus inquit corpoꝝ simpliciū simplices ꝛ motus corporū cōpositorū erunt diuersi: sed tamē mouent ßm motū corporis simplicis in eis dominātis. i. ßm Com. ꝙ mot⁹ corporū cōpositorū erunt ßm naturam corporis simplicis dominātis. Impossibile est eñ in corporib⁹ cōpositis. s. mixtis aliqua supple corpora cōponi equaliter. Et si eēt aliquod ꝯpositū equaliter ꝯtingeret ꝙ aliqd̄ corp⁹ nō moueret omnino ꝛc. Apparet ergo quod in vnoquoꝙ mixto est aliquod elemētū p̄dominās. ¶ Respōdet doc. ꝙ p̄dominiū elemēti in mixto attēdit ßm cōuenientiā in qualitate naturali q̄ qualitas est pncipiū mot⁹ et grauitas respectu moueri deorsum: nō ꝙ elemētū sit ßm substātiā: vn̄ ßm diuersā mixtionē elementorū cōcurrētiū ī generatiōe illa aliqñ mixtū magis cōuenit ī forma cū vno elemēto ꝙ̄ cū alio: ꝛ sic in qualitate simili q̄ ē qualitas mixti ꝛ nō elemēti: ꝛ iō hꝫ similē modū consequētē ꝛ similem actionē. Vltimū argumentū clarū est cū sua responsione: ꝛ hoc etiā magis patebit infra. d. 19.

¶ Distin. 16. Questio Unica.

QUero circa di. 16. Utrū imago trinitatis consistat in trib⁹ potentiis aīe rationalis realit̄ distictis. Intētio pncipalis huius dist. est. an potētie aīe realr̄ distinguāt ab ipā anima ꝛ a seipsis inuicem.

Ad argumenta ad illud quod dicit: quod plus adimit de bono est grauius: quod concedo. Si illud bonū adimit formali ter per peccatum oppositum illi bono: sicut patet supra de blaffemante deū: qui adimit formaliter plus de bo no ꝙ blaffemans ꝓrem. Et dico ꝙ peccatum Ade for malr non adimit iusticiam originalē: q: nō opponeba tur illi formalr: sed tñ ademit demeritorie: sed peccatū non dicitur grauius: q: adimit plus de bono demerito rie: patet: q: habens decem gradus glorie ⁊ totidē gra tie: et centum gradus meritorios: peccans peccato car nis perdit omnia demeritorie: et tamen formaliter pa rum perdit. Blasfemans aūt deum multum perdit for maliter de bono: et in casu parū demeritorie q: vbi nō meruerit nisi duos gradus glorie ⁊ gratie: ⁊ decē meri ta ista demeritorie perdit et minus alio: et tamē multo plus formaliter alio perdit de bono: vt patet si deū ho norasset qñ blasphemauit: et si alius continens fuisset cū peccauit: iste min⁹ de bono habuisset: et ali⁹ plus de bono. ¶ Ad secūdum dicendum ꝙ debet esse correspō dentia culpe ad penam: si pena magna ⁊ peccatū simili ter: ⁊ sic a posteriori cognoscimus grauitatem peccati. Dicit doc. ꝙ verum est: si illa pena sit formaliter puni tio illius culpe. ¶ Exēplū. Hic blaffemat deū hic blaf femat ꝓrem: punitio formalr correspondens blasphe mie ꝓris: ē mino: punitiōe q̄ corrñdet blasfemie dei: ⁊ loqndo de tali pena non debebat pctō Ade maxia pe na. imo modo adulterans si damnaret: ⁊ sil cū eo Adā pro illo peccato graui⁹ puniretur iste ꝙ adā. Et cū ꝓ bat: quia sibi inflicta fuit pena mortis pro suo pctō: et hec est maxima pena. Dupliciter rñdet. Primo sic: ne gando ꝙ mors fuerit ei inflicta ꝑ suo pctō. ⁊ p3 q: adā si erat immortalis in illo statu non erat immortalis ex natura vel ex cā intrinseca nāli. Sed si erat imortalis erat tñ ex dei dono nolentis concurrere cū causis na turalibus terminatis ad mortem: ⁊ hoc q̄diu obediēs fuisset: vel supasset primam tentationē. Dico igitur q: peccauit ⁊ inobediens fuit deus subtraxit illa bñficia sibi collata: et sic ex cōsequēti secuta est mors: non ē er go mors pena formaliter punitiua peccati Ade: sed il la est modica. Uidem⁹. n. q̄nqꝫ ꝑ vno pctō subtrahi ab aliquo maxima bñficia: non tamen infligit magna pe na punitiua correspondens illi pctō: ⁊ patet in exēplo. Si fortes sit bñficiat⁹ ab aliquo ꝓncipe: puta a serenis simo Imperatore et plato non: peccēt in serenissimum Imperatorē ambo: priuabit fortes omnib⁹ beneficiis sibi collatis a serenissimo Imperatore: ⁊ alius punie in decem: que erit pena f̄m iusticiā punitiuā correspō dens pctō platonis: et in totidē for. punire: et non in plus nisi fuisset bñficiatus: et sic Adam fuit priuatus multis donis donatis a deo: ⁊ tñ modica pena fuisset punitus in inferno ꝙ alt⁹ adulter loquendo de pena pu nitiua culpe. Alia rñsio est: ꝙ mors non est maio: pena ꝙ illa que debet pctō mortali: q: illa est dānatio eter na: que est ꝑpetua separatio a deo mors aūt corpalis ē solum sepatio corpis ab aia vsqꝫ ad futur iudiciū quā etiam mortē multi appetunt: null⁹ tñ appetit damna tionē: ⁊ ideo l3 sit generalio: pena et ad plures se extē dat mors ꝙ damnatio: non est tñ maio: nec intēsio: pe na: ⁊ ponitur exēplū de exhereditato: que est pena vni uersalio: ꝑñs totam posterioritatē de hereditate: ⁊ de decapitatiōe. ¶ Ad vltimū. An adā appetierit equali tatē dei: q: illud. vr dicere glosa super illud que non ra pui ⁊c. Sco. cōcessit ꝙ Eua appetiit equalitatem dei Adā nō: nūc soluendo dicit: ꝙ Adā: ⁊ eua: ⁊ angeli tñ interpretatiue appetierunt equalitatem dei. De eua di co ꝙ cum fuerit seducta ipa credidit diabolo: ⁊ si credi dit posse consequi illam equalitatem dei ⁊ sic forte ap petiit: et non tñ interpretatiue. Adam non fuit sedu ctus: ⁊ non credidit illā posse ꝯsequi: q: tñ peccauit vo luit voluntatē suam ꝑponere volūtati diuine: ⁊ sic int pretatiue appetiit equalitatē: imo maio:itatē. An āge li in. 6. dist. huius dicit ꝙ appetierunt illam ⁊ nō tñ ꝙ illa potuerunt appetere. ante. n. scōm articulum princi palem. q. 2. ibi viso igitur de primo in ordinate concu pito parum infra: vel habuit angelus ino:dinatū nol le nolendo. s. opposita eo: que concupiuit. s. nolendo si bi btitudinem minus inesse ꝙ deo: ⁊ ita voluit suā bea titudinē esse diuine equalem. et sequitur: vel ꝙ deū es se. i. noluit suū esse minus esse diuino: ⁊ ita voluit suum esse fore equale esse diuino. vide lr̄am: et etiā expositio nē littere. Quod ergo hic dicit ꝙ tñ angeli appetierit equalitatē dei interpretatiue. Dic ꝙ lr̄a est corrupta: sic. n. iacet in reportatis: ⁊ sic tñ interptatiue ⁊ non for maliter appetiit Adam equalitatē dei: ⁊ nihil dicit de angelis: vel dico ꝙ ꝑ tanto eam voluerūt interpretati ue: q: non voluerunt eam volitione efficaci et impera tiua ad cōsequēdū eā: vt dicit in repo:tatis. d. 6. l3 cre do ꝙ Eua volitiōe efficaci voluit eā quantū fuit ex se: pt3: q: ipa quesiuit media sibi ostēsa a demone: si. s. adā consentiret in opinionē suā: ⁊ comederet de ligno veti to haberent ambo equalitatem dei: ⁊ hoc mediū quesi uit ⁊ suggessit viro vt comederet: quia igitur nec Adā nec angeli mali sic appetierunt: ideo dicunt interpreta tiue appetiisse: tñ Adā nec volitione simplici illud vo luit sicut angeli mali voluerunt: sic igitur sume differē tiam. Eua voluit volitiōe efficaci equalitatem dei an geli mali q: sciebant eam non posse consequi voluerūt eam tñ volitiōe simplici. Sed Adam nec vna volitio ne: nec alia voluit dei equalitatem: sed simplr interpre tatiue. Si dicas. Igit Eua grauius peccauit āgelo: ne go ꝯñam: q: seducta fuit ⁊ decepta: ⁊ credens illud fo re possibile appetiit impossibile tanq̄ possibile ⁊ i hoc aliqualiter excusatur Sꝫ diabolus sciuit hoc fore im possibile: ⁊ tñ illud voluit vt dictum est: ⁊ sic appetiit i possibile vt impossibile: nec erat deceptus: ⁊ ideo ma iorē ostendit iniquitatem ꝙ eua. Nota ꝙ hec questio de grauitate peccati Ade ponitur in quibusdam texti bus in. 21. dist. tamen pertinet ad. 22.

¶ Distinctionis. 22. Qō Unica.

Circa distin. 22. queritur. Utrum pctm̄ primi hominis fuerit ex ignorātia. ¶ Ibi Rñdeo ⁊c. dr Doct. ꝙ pctm̄ ex ignorantia pōt tri pliciter contingere vt homi cidium: aut. n. ignorantia ꝑ cedit. i. ꝙ homicida ignoret tale homicidiū eē pctm̄: ⁊ ta lis ignorantia est cā pcti: ac cipiēdo cām ꝑ occasione siue pro dispositione: ad quam sequitur tale homicidiū: pu ta quia ignorat esse peccatū: ideo cōmittit homicidiū: et si non ignoraret nō cōmitteret: talis ignorantia que est iuris diuini: vel iuris nature nunq̄ excusat. Uel se cūdo d: peccare ex ignorantia concomitante. i. ꝙ pec catū cōcomitatur ignorantia: q: l3 non ignoret homi cidium esse pctm̄: multa tñ ignorat: puta ꝙ tanta pena debebatur. tanto premio vel dono priuatur: vel ꝙ tam vituperabilis reddatur: ⁊ hmōi. et sic dicitur cōiter: oīs peccans ignorat. Tertio ipsa ignorantia potest se qui ex peccato quasi pena peccati: sicut dicitur sapiētie secūdo. ca. ꝙ malicia excecauit eos: certum est. n. ꝙ genus humanum ꝑpter pctā in magnam cecitatem icurrit tā ꝙ in penam peccati. ¶ Ibi. Item distinguitur ꝙ pōt accipi ꝑ simplici ne scientia ⁊c. Hic. no. ꝙ ignorantia accipitur duplr. Uno mō negatiue: siue ꝑuatiue: sicut Franciscus ignorat hoiem esse risibilem: q: ponit tñ negatio scientie. Alio mō cōtrarie: ⁊ talis ignorantia nō tñ ponit negationē hui⁹ cogniti ōis: qua cognosci tur hoiem esse risibilē: sed etiā ponit habitū vel actum ꝯtrariū: sicut quis firmiter credit hoiem nō esse risibilē id est ꝙ habeat notitiā de ista: ꝙ hō nō est risibilis: que pōt causari in aliquo per syllogismum falsigraphū: et

Expō lr̄e.

Ignorātia duplr sumi tur.

talis ignorātia opponit̄ contrarie scientie: vt pꝫ p̄mo posteriorū. ⁊ sic hoc mō pōt accipi i iusticia negatiue scꝫ et cōtrarie: vt pꝫ a doc. supra di. 7. et in. 3. d. 30. Secūdo mō pōt esse ipsius facti ⁊c. Dicit doc. ꝙ aliquando ignorantia est ipsius facti: ꝙ est qñ ignorat̄ tale factū esse pctm̄. Exēplū. Aliquis sit homicidiū esse pctm̄ mortale: et cōmittit illud dādo venenū: si ignorat hoc factum esse verꝝ homicidium ⁊c. Dicit̄ ignoratia facti vel potest esse ignorantia quo ad aliquas circūstātias vt qñ aliquis scit homicidium esse peccatū mortale et cōmissum in ecclesia est maius peccatum. ignorat tamē aliquā circūstātiā forte magis aggrauantē vel pōt esse ignorantia quo ad aliquod ꝯñs puta ignorantie ꝙ tali peccato tanta vel tanta pena debeatur. vel ꝙ tanto bono priuetur. Sequitur in textu loquendo igitur ⁊c.

Ignorātia facti, quid.

Doc. dicit ꝙ talis error non fuit i adā: sciuit. n. magis fore obediēdū deo q̄ȝ consentire delitiis vxoris et sciuit ꝙ comedēdo de pomo ne contristaret delitias vxoris erat malū ⁊ cōtra diuiū p̄ceptū: ⁊ ideo nō peccauit ex ignorantia accipiendo ignorantiā: puta que p̄cedit pctm̄: ⁊ est dispositio ad peccatū vt dixi supra. Seq̄tur et ideo qꝛ prius peccauit: qꝛ si tu dicis ꝙ prius errauit accipiendo errorē. primo modo ꝓ ignorantia añ peccatū: sequitur ꝙ aliqd̄ bonū apparuit Ade: qd̄ tñ in veritate non erat bonū: sed tm̄ i apparēdo vt puta si ꝯplaceret magis vxori q̄ȝ deo esset bonū tm̄ apparēter: si tale bonū vt apparēs priꝰ sibi apparuit: ignorauit esse bonū apparēs: sequit̄ ꝙ añ peccatū puta añ electionē qua peccauit cōsentiendo vxori potuit esse error circa p̄mū quod est ipossibile: ⁊ declarat doc. quō talis error fuit circa principium sicut. n. principium de se verum est notum ex notitia terminorum ita ꝙ ibi non accidit error terminis tñ p̄cognitis: ita illud pōt dici principium apparēs verꝝ qd̄ apparet verꝝ ex sola notitia terminorū: sicut hoc maius bonū est assentire vxori q̄ȝ deo. Si dicatur ꝙ talis error non fuit circa principiū. ergo si hoc falsum. puta magis complacere vxori q̄ȝ deo est maius bonum non est principiū apparens verꝝ sequitur ꝙ erit conclusio falsa apparēs vera: ⁊ tūc aut talis ꝯclusio apparet v̄a ex sillogismo falso in forma aut ex sillogismo peccāte in materia. Si p̄mo mō sequit̄ ꝙ nō cōclusit sibi necessario quia ipse Adā vt creditur fuit ꝑfectissimꝰ logicus: cū oīꝫ creaturaꝝ habuisset sciam et si non ꝯclusit sibi non opꝫ voluntatem Adherere huic. s. ꝙ meliꝰ esset cōplacere vxori ⁊c. Si scd̄o mō. aliqua p̄missa fuit falsa ⁊ queritur vltra si premissa falsa fuit aut de se apparebat falsa aut ex alia. Si p̄mo mō ergo illa erat oppositum p̄mi principii. qꝛ sicut p̄mū principiū veruꝫ est de se apparens verꝝ ⁊ nemo decipit̄ in eius veritate. ita silr̄ oppositū p̄mi p̄ncipii est de se apparēs falsum ⁊ sic neminem decipit. Si scd̄o mō. s. si dicas ꝙ illa p̄missa falsa ex alia apparet vera et sic itelligit illud: si ex alio apparet falsum. i. si id qd̄ est falsuꝫ ex alio appꝫet supple qd̄ est verꝝ: q̄ro de illa alia p̄missa ex qua ista appꝫet aut ex se apparet falsa aut ex alia: si ex se. procedo vt prius: qꝛ erit oppositum primi principii: si ex alia. tūc erit processus in infinitum. si ergo fuit error in Adam añ peccatum ⁊ ille error non potuit esse ex sillogismo falso in forma aut i materia ꝗ̄ ille error erat in principiis qd̄ ē impossibile qꝛ nullus circa principia errat. ¶ Ibi. Similiter aūt ⁊c. Dicit doc. ꝙ tale peccatum potuit sequi talis ignorantia ꝙ ex immoderato amore complacēdi vxori sue credidit illud peccatum esse veniale qd̄ tamē erat mortale non credo tñ ꝙ añ peccatum fuerit talis ignorantia ꝙ crediderit illud peccatum tm̄ esse veniale: sed sic appetitus eius fuit imoderatus complacēdo vxori ꝙ fuit excecatus credendo illud pctm̄ esse veniale. Vñ dicit Doc. ꝙ talis ignorantia concomitabatur vel sequebatur ip̄m pctm̄. ¶ Ibi. Itē oīs peccans vel peccat ex electione vel ex passione vel ex ignorātia ⁊c. ¶ Ibi. Ad scd̄m dico ⁊c. Nota in ista lr̄a ꝙ electio ꝓpriissime sumpta sequitur cōclusionē sillogismi practici. i. ꝙ sequit̄ cognitionem cōclusionis practice deducta ex sillogismo practico sicut aliquis eligit sibi potionē vt sanet̄ intellectꝰ. n. sic concludit: oīs sanitas est acquirenda ꝑ mediū ordinatū ad illā: sed potio amara est mediū cōueniēs ad sanitatē acquirendā. ꝗ̄ ⁊c. Electio enim voluntatis que sequitur talē volitionē dꝛ electio ꝓpriissime sumpta: pōt etiā esse electio circa aliqd̄ p̄ncipiū sibi simplr̄ ostēsum: vt bonū est diligēdū: nā ostenso hoc principio voluntati volūtas potest diligere illud: et talis dilectio dicitur electio licet nō ita propria ⁊c.

Adā fuit ꝑfectissimus logicus.

Dist. Vigesimetertie. Qō Unica.

Circa dist. 23. q̄ritur. Utrum deus possit facere volūtatem creature rationalis ipeccabilem per naturam.

Ad questionem dicitur ꝙ deꝰ nō pōt facere hoc ⁊c. Hec est opi. Alexan. de ales. 22. ꝙ deus non posset facere creaturam rationalem impeccabilē ex natura in qua conclusione concordat cum Doc. sed rōnes Alexan. non videntur concludere: ideo doc. rñdet ad illas: ⁊ p̄ma rō clara est ad quā rñdet Doct. ¶ Ibi. Dico ꝙ iste rōnes nō ꝯcludūt. dicit doc. ꝙ oporteret ꝓbare ꝙ lꝫ voluntas creata nō sit sua regula quod tñ necessario non cōformetur regule supiori. Sed alex. diceret attenta libertate volūtatis ꝙ non necessario conformatur. Sed qꝛ multi voluerūt tenere volūtatē creataꝫ velle necessario vltimum finē: et per ꝯñs necessario conformare se vltimo fini in amando illum: ⁊ ex vno dicto in. d. 5. huius secundi volens efficaciter finē necessario vult ordinata ad finē. ergo a fortiori volens necessario finē: necessario vult ea q̄ sunt ad finē: cum necessitas ordinatoꝝ ad finē sumatur a fine. et sic talis voluntas necessario haberet conformari prime regule: ideo doc. dꝛ ꝙ oporteret ꝓbare illā supple ꝙ non de necessitate conformetur prime regule. ¶ Ibi. Preterea volūtas creata ⁊c. Rō stat in hoc: qꝛ et si voluntas creata non peccet in appetendo bonum verum potest peccare in appetendo bonū apparens: ⁊ pōt illud appetere: cū oē bonū tā verꝝ q̄ȝ apparēs sit obiectū volūtatis create. ¶ Ibi. Cōtra secūdā rōnē quicquid sit obiectū ⁊c. Et dꝛ doc. primo. Quicquid sit obiectū volūtatis diuīe. hic nō determinat de obiecto volūtatis diuine: ⁊ loquitur hic de obiecto motiuo ⁊ non determinatiuo. nam loquendo de obiecto motiuo oportet dicere ꝙ essentia diuina est obiectum adequatū motiuū volūtatis diuine: vt ptꝫ a Doc. in. 1. dist. 41. et di. 10. et sic vult doc. multotiens: ꝙ est idē obiectū tā intellectus q̄ȝ volūtatis: ⁊ sub eadem rōne vt patet in primo di. 3. in secundo. ⁊ in. 4. di. 49. et certum est ꝙ essentia sub rōne qua hec essentia ē obiectum adequatū intellectus diuini quasi motiuū: vt patet a Doc. in ꝓlo. q. de subiecto theologie: ⁊. q. sequēti: ⁊ sic sequitur ꝙ eadeꝫ essentia sub eadē rōne est adequatū obiectū diuine volūtatis. Si v̄o loquamur de obiecto terminatiuo. Dico ꝙ sicut intellectus diuinus habet ens inquātū ens: vt ptꝫ a Sco. in. 1. dist. 39. ac pōt elici ab ipso in. q. de subiecto theologie. ⁊. q. sequēti. et ex. d. 3. q. 4. primi. et. di. 43. in. 2. q. 1. di. primi. Sic volūtas dici pōt hr̄e oē ens ꝓ obiecto terminatiuo. Dicit ergo doc. ꝙ sicut volūtas creata per Alexā. hꝫ oē bonū apparens ꝓ obiecto. ita dicit Doc. ꝙ volūtas diuina habet bonum apparens ꝓ obiecto: et tñ ex hoc non sequit̄ ꝙ voluntas diuina possit deficere. hoc idem dicit de beato. ¶ Ibi. Dico igitur: ꝙ bonū apparens. Doc. dꝛ ꝙ bonū appꝫens nō pōt esse obiectū volūtatis diuine quantū ad velle: qꝛ ip̄a non pōt velle bonū apparens: vt patet: nec silr̄ voluntas beati: sed bñ pōt habere actum nolitionis puta nolendo illud: non credas tñ ꝙ in volūtate diuīa sit duplex actꝰ volūtatis. s. velle ⁊ nolle: qꝛ tunc illi actus nō idētificarent̄ cū volūtate diuīa: vt posset ꝓbari in simili in. 1. d. 2. ꝙ non pōt esse duplex actꝰ in itellectu diuino. ⁊ ēt ꝓbari posset. d. 39. primi. Dico ꝗ̄ ꝙ in voluntate diuina est tm̄ vnꝰ actꝰ positiuus: qui est ip̄m velle: qui actꝰ pōt diuersificari nō in se: sed ꝑ aliū ⁊ aliū respectū: siue ꝑ aliā et aliā tēdentiā in aliud et aliud obiectū: nā vt terminat̄ ad Petrū volendo sibi grām dꝛ ille actus affirmatiuus et in se et quātū ad respectū: vt vero terminat̄ ad Iudā volēdo sibi beatitudinē: ille actus q̄ȝuis in se sit positiuꝰ et affirmatiuus: tñ vt includit respectū ad nolēdum btītudinē pōt dici negatiuꝰ: et sic iste actus pōt diuersimode variari ſm diuersos respectꝰ: sicut ēt est idē actꝰ intellectꝰ diuini in se. ⁊ tñ pōt dici alius et aliꝰ ſm aliū ⁊ aliuꝫ respectum. vt ptꝫ a Doct. in p̄mo. dist. 39. Dico ergo ꝙ

Opi. Ale. de ales.

In volūtate diuina ē tm̄ vnꝰ actꝰ

voluntas diuina põt habere bonũ apparẽs ꝓ obiecto: ſed non reſpectu actꝰ affirmatiui: ſʒ tm̃ negatiui mõ p̃ expoſito: in beato vero eſt duplex actus poſitiuꝰ. ſ. velle ⁊ nolle ⁊ ipſa beatus habet etiam bonum apparẽs ꝓ obiecto: ſed non reſpectu actus volẽdi q̃ꝛ non põt velle bonum apparens ⁊ hoc non ex repugnantia nature ſue; ſed ex hoc ꝙ volũtas diuina determinauit nunq̃ coopari volũtati beati ad hmõi actũ: vt patet in ſimili in. 4. di. 49. ipſum tamen bonũ apparens põt eſſe obiectum voluntatis beati reſpectu volitionis.

Ibi. Dico igitur ad. q. ⁊c. Hic doc. intendit ꝓbare intentum principalem ⁊ vt clariꝰ intelligatur ſupponit Doc. aliqua. Primo ꝙ voluntas noſtra tenetur ſequi regulam ſuperiorem que eſt voluntas diuina: ita ꝙ deuiando ab illa peccat: vt patet infra diſt. 35. et in primo di. 44. et in. 4. di. vltima. Scdo ſupponit ꝙ voluntas creata eſt tãte libertatis ꝙ nullo mõ neceſſitatur reſpectu cuiuſcũq̃ obiecti etiã formalr infiniti vt ſatis ꝓbauit in primo di. 1. Tertio ſupponit ꝙ voluntas dr̃ ex hoc peccare vel quia omittit ꝙ tenetur facere. puta omittit diligere deum in aliquo tp̃e ⁊ tamẽ pro aliquo tp̃e tenet̃ diligere ipm̃ ſuper oĩa: vt probat Doc. in. 3. di. 9. ⁊. 27. vel q̃ꝛ ꝯmittit aliq̃d q̃d obligatione diuina tenet̃ euitare. ſtante ergo obligatione diuina reſpectu multoꝝ preceptoꝝ. an potuerit fieri natura rõnalis impeccabilis. Et ſic dʒ intelligi titulꝰ. q. q̃ꝛ ſicut deus dedit p̃cepta ſecunde tabule obligãdo nõ ad obſeruantiã illoꝝ etiam potuit nos nõ obligare: vt ptʒ in tertio. ſed de p̃ceptis p̃me tabule eſt magis dubiũ. Nõ eñ credo ꝙ deus de potentia abſoluta poſſit diſpenſare cõtra hoc p̃ceptum: vt creatura non teneat̃ diligere deum ſuper oĩa. De hoc vide in. 3. di. 27. Sed quicquid ſit nõ curo ꝓ p̃nti. Titulꝰ tñ. q. ſic dʒ intelligi. ꝙ ſtante obligatione diuina vel naturali ad aliquid agẽdũ vel nõ agẽdũ: an potuit creari natura rõnalis ex natura impeccabilis et ꝓbat doc. ꝙ nõ. ¶ Ibi. Ad q̃d ꝓbabilit̃ declarãdũ. hic doc. ſupponit ꝙ oĩs volũtas põt appetere cõmodũ ⁊ per ꝯñs ꝓpriũ cõmoduʒ ⁊ ſic peccare. hic tñ nota ꝙ ſi voluntas ſm̃ appetitũ naturalẽ appetat cõmodũ quãtũcũq̃ appetat nõ peccat cũ talis appetitus naturalis ſit ſemper rectus: vt ptʒ ſupra in hoc. 2. diſt. 6. q. 2. et in. 4. diſt. 49. et. 50. Dico vltra ꝙ abſolute loquendo ſi voluntas ſm̃ affectionem iuſticie ſiue vt libera appetat conformiter tali appetitui ex hoc etiam nõ dr̃ peccare: ſed quia deus obligauit nos non ſequi immoderate appetitũ naturalem: vt ptʒ q̃ꝛ appetitꝰ naturalis non eſt ad mori q̃ꝛ nolumus expoliari: ſed veſtiri: et tñ deus obligauit nos: vt velimus actꝰ elicito mori ſm̃ ꝙ placet voluntati ſue. Debet ergo intelligi ratio doc. ſic ex quo omnis voluntas creata poteſt velle conformiter appetitui ſuo naturali commodum ⁊ propriũ cõmodum cõtra ordinationẽ diuinã: ideo põt peccare. Et merito. d. Doc. ꝙ oĩs voluntas in qua non neceſſario coniungunt̃ appetere cõmoduʒ ſupple actu elicito. et recte appetere: põt appetere recte ⁊ nõ recte. ¶ Ibi. Dices ꝙ voluntas ⁊c. Si diceretur ꝙ ſicut deus creat volũtatem ſm̃ appetitũ naturalẽ. ita ꝙ ſicut ille appetitus ſemp̃ eſt rectus ⁊ inclinatio. eius ſemp̃ recta. Uidetur ꝙ poſſit creare volũtatẽ vt liberã. ꝙ ſicut ipſa eſt in ſe recta ⁊ a deo creata: ita appetere ſuũ ſupple actu elicito ſit rectus. ⁊ ſic ex hoc ꝙ appetit actu elicito ſemp̃ dicat̃ recta: ita ꝙ tali actu nõ poſſit appetere nõ recta. ¶ Ibi. Contra omnis volũtas ⁊c. Nota bñ hanc lr̃aʒ quia hic nõ ꝓbatur ꝙ dr̃ abſolute non poſſit creare aliquã voluntatẽ que ex hoc ꝙ appetit actu elicito recte appetat. Nam ſicut voluntas actu elicito põt appetere ſibi cõmodũ ita ſimiliter actu elicito poteſt appetere maius cõmodũ et ſummũ ſibi cõmodũ: et ſic ꝙ põt ſequi ſuũ appetitũ naturalem. Appetitus. n. naturalis eſt tm̃ ad perfectionẽ ſibi poſſibilẽ et tm̃ ad poſſibile. vt ꝓbat Doc. in. 4. di. 43. pono modo ꝙ appetitus naturalis poſſit eſſe abſolute ad ſummã beatitudinem creari: quod verum eſt: vt ptʒ a Doc. in. 4. di. 50. ⁊ ſic ad illã tanq̃ ad cõmodũ ſibi ⁊ ad maiorẽʒ tanq̃ ad maius et ad ſummam tanq̃ ad ſummũ cõmodũ: ſed voluntas libera que eſt eadem realiter cum ſeipſa vt appetitꝰ naturalis: vt patet ſupra di. 6. q. 2. et in. 4. di. 49. maxĩe ĩ appetendo actu elicito conformat̃ ſm̃ appetitũ naturalẽ: q̃ꝛ ergo deus non poſſet creare talem volũtatem que actu elicito tm̃ appeteret ad q̃d eius appetitus naturaliter inclinatur. Dicit ergo doc. ſupponendo vnũ quod dicit in lr̃a. ſ. ꝙ appetere cõmodum eo mõ quo eſſet ſibi maius cõmodum. Hic modꝰ appetẽdi non eſt ordinatꝰ ad deũ: vt ſupra patuit. ⁊ ꝙ hic modus non ſit ordinatus a deo: imo oppoſitũ magis patet: q̃ꝛ eſt mihi maiꝰ cõmodum abſolute beatificari ſimul in anima ⁊ corpore morte non intercedente. eſt etiam michi maius ꝯmodũ ſumma beatitudine btĩficari q̃ minori: ſed hic modus non eſt a deo cũ ordinauerit dare btĩtudinẽ corrñdentem meritis: et ſic de aliis dici põt. ¶ Ibi. Itẽ ſecũdo arguo ſic ⁊c. Iſta rõ doc. dicit ꝙ non põt ex ſe quietari niſi in ente ĩfinito q̃d nõ hʒ p̃ñs. Ex hoc vr̃ ꝙ ſi haberet perfecte p̃ñs ꝙ ex natura nõ poſſet peccare: ⁊ ſic oriunt̃ multa dubia q̃ꝛ ſm̃ eũ in hoc. 2. di. q. 9. Oẽs angeli habuerunt deũ ſub rõne deitatis p̃ñtem in ſpẽ intelligibili creata ab ipſo ⁊ perfecte cog̃ſcebãt ipm̃ eẽ ens formalr̃ infinitũ ⁊ p̃fecte quietatiuũ: ⁊ tñ multi eorum peccauerũt. Scdo: q̃ꝛ non video q̃n deus poſſit facere creaturã rõnalẽ: cui ip̃e deus eſſet p̃ñs in rõne infiniti: ita ꝙ talis creatura intuitiue videret illũ: ⁊ ſic tũc non poſſet peccare ex dictis eius: cuiꝰ tñ oppoſitum ptʒ ſupponendo ꝙ teneatur ipſum diligere ſuper omnia. Naʒ tunc nõ repugnaret ſibi poſſe deficere a tali dilectione: vt ptʒ ab ip̃o in. 1. diſt. 1. ꝙ voluntas reſpectu dei clare viſi non neceſſitat̃ ad diligendũ ipm̃: ſed poteſt non diligere. Dico ꝙ hic doc. loquitur de creatura vt derelicta in puris naturalibus: q̃ vt ſic non hʒ bonum infinitum ſub rõne ꝓpria ſibi p̃ſens nec in ſe: nec in ſpecie intelligibili: vt patet a Doct. in pluribus locis. Si g̃ nõ hʒ bonum infinitum ſibi p̃ñs: in quo poſſit quietari: ſequitur ꝙ poſſit deficere et peccare: ⁊ nõ dicit Doc. ꝙ ſi haberet: quia tunc non poſſet peccare: imo eſſet magis argumẽtũ a fortiori: ꝙ ſi angelus habuit deum ſibi p̃ñtẽ: et tñ potuit peccare: quanto magis creditur ꝙ relicta in ſuis puris naturalibus non põt habere deũ ſibi p̃ñtẽ ſub rõne ꝓpria: nec reſpectu cognitiõis intuitiue nec etiã abſtractiue poſſit ex natura ſua deficere ⁊ peccare.

Pondera bñ ꝓpꝫ iſtã tiã.

Nunc doc. ſoluit argumenta principalia. Et p̃mo arguit ſic. Deus põt facere aliquod corpus quod non poteſt deordinari a motu ſuo: vt eſt corpus celi. ergo ſimiliter põt facere aliquem ſpm̃ qui non poterit deordinari a motu ſuo. g̃ erit impeccabilis. ¶ Ibi. Ad primum patet quõ deus poſſet facere aliquod corpus moueri difformiter: cum non repugnet nature ſue intrinſece: ſicut eñ nunc. p̃mũ mobile mouetur ab oriente in occidẽs: poſſet facere ꝙ moueret̃ ecõtra: ⁊ ſicut tale corpus p̃ficit curſum ſuum vno die naturali poſſet facere ipm̃ moueri in maiori tẽpore ⁊ in minori. Sed hic eſſet difficultas: q̃ꝛ graue motu ſuo tendit tm̃ ad centrum terre. An mõ deus poſſet facere ip̃m graue q̃d tenderet ſurſum: ita ꝙ ſicut ſua natura tendit deorſum: ꝙ etiã poſſit tẽdere ſurſum. Dico breuiter ꝙ ſi loquamur de p̃ncipio ĩtrinſeco ipſiꝰ motꝰ quod eſt grauitas. ip̃a eſt ſicut rõ formalis mouẽdi graue deorſum: q̃d repugnat ſibi ꝙ ſit rõ formalis mouendi illud ſurſum: q̃ꝛ tunc aliquid q̃d ſm̃ ſuã rõnẽ formalem eſt determinate actionis non poſſet fieri actiõis oppoſite nõ mutata tali rõne formali. Si etiã loquamur de principio ĩtrinſeco paſſiuo. Dico ꝙ graue ſic hʒ naturalem inclinationẽ ad motũ deorſum: q̃d nõ põt moueri ſurſum ſm̃ inclinationẽ ſuam naturalem: niſi mutaret̃ natura grauis: patet: quia inclinatio naturalis ⁊ natura cuius eſt ſunt ſimpliciter eadem res vt dicit doct. in 4. di. 49. mõ inclinatio naturalis ſic neceſſario et ſemp̃ eſt ad aliq̃d in particulari: q̃d non põt eſſe ad oppoſituʒ illius: vt patet a doc. vbi ſupra. Si vero loquamur vt graue comparatur ad potentiam ſup̃iorem. Dico ꝙ nõ repugnat ſibi poſſe moueri ſurſum: et moueri difformiter. ¶ Ibi. Itẽ deꝰ põt facere volũtatẽ aliquã: q̃ neceſſario tendit in aliquod bonũ: puta in finem: ergo facere poterit ꝙ neceſſario illa volũtas tẽdat in oẽ ordinatuʒ ad illũ finẽ. igit̃ ⁊c. Añs pʒ p̃ Aug. 13. de trini. qui dr̃ ꝙ oĩs volunt neceſſario beatitudinem. ꝯñã ꝓbatur. eadem. n. neceſſitate qua aliquis tendit in finem: tẽdit ⁊ ĩ ea que ſunt ad finem. ¶ Ibi. Ad aliud dico. Hic Doc. dat duplicẽ r̃ñſionẽ. Unã ſequẽdo ad viã ꝓpriã: ꝙ nulla volũtas creata neceſſario tẽdit ĩ finẽ vltimũ vt ſatis ꝓbauit ĩ primo. diſt. 1. Aliã q̃ꝛ poſito ſm̃ cõeʒ opi. ꝙ voluntas creata neceſſario velit vltimuʒ finem. non tamẽ ſequitur. ꝙ neceſſario velit ordinata ad finẽ: ⁊ vltra po

Declaratõ tituli queſtionis.

Declaratõ lr̃e.

Diffi.

Solutio.

sito ꝙ velit necessario ordinata ad finē non tñ sequitur ꝙ necessario velit modo debito. Ista lr̄a habet aliqualē difficultatem. Si .n. voluntas creata vult necessario vltimum finem tanq̄ȝ summe commodum sibi ordinādo illū finem ad cōmodū suū: certum est ꝙ nō seqtur ꝙ necessario velit oīa alia entia que sunt ad deū quia in ratiōe talis volitionis finis non includit̄ volitio aliorum a deo ⁊ si via cōis sic intelligeret ꝙ volūtas creata sic necio vult vltimū finem illa voluntas non recte vellet q2 non vellet eo modo quo esset volibile: q2 tm̄ ē volibile ꝓpter se vt dicit Doc. in .4. di .49. Si vo cōis opi. dicat ꝙ voluntas creata vult vltimū finem clare visum ꝓpter se ita ꝙ diligat illum tm̄ ꝓpter se adhuc nō sequit̄ ꝙ velit alias creaturas: quia in ratione talis volitionis finis non simplr̄ includitur ratio aliarū creaturaꝝ: q2 tunc esset īpossibile illū diligere sine alioꝝ dilectione. Si vero sic intelligatur ꝙ ex ordinatione diuina voluntas creata tenetur diligere finem ꝓpter se ⁊ ea q̄ sunt ad finem ꝓpter illum: ita ꝙ nisi volūtas creata diligat creaturas in ordine ad deū non pōt recte diligere vltimum finem ꝓpter se sic veꝝ est. ꝙ hoc mō dn̄s ordinauit vt diligamꝰ eum propter se ⁊ proximū ꝓpter deum. ita ꝙ ista non stant simul dilectio dei ꝓpt̄ se ⁊ odiū ꝓximi: si etiam loquamur simplr̄ ⁊ absolute possumꝰ dicere ꝙ volūtas creata necessario diligat deū ꝓpt̄ se: nō tñ seqtur ꝙ diligat creaturam in ordine ad deum quia pōt ipam non diligere in ordine ad deum ⁊ sic peccare.

Distinctio. Uigesimequarte. Qō Unica.

Circa dist. 24. querit doc. Utrū portio supior sit potentia distincta a portione iferiori. Ubi. Dico ꝙ potest ⁊c. Hic. d. doc. ꝙ iste intellectus est falsus. s. ꝙ portio superior est tantum vna potētia anime ⁊ portio inferior tantū alia q2 certum est ꝙ portio superior potest esse in intellectu voluntate et memoria: quia portio superior est respectu eternorum sic intelligēdo ꝙ tunc memoria dr̄ portio superior qñ intellectu creato est pn̄s obiectum eternū vel in se vel in specie intelligibili vel ꝑ habitū fidei: ita ꝙ memoria talis includit intellectum et obiectum et̄nuȝ et sic talis memoria potest dici portio superior: et non est memoria aliqua potentia distincta ab intellectu: vt sepius dictum est: in intelligētia siue in intellectu pōt dici portio superior pro vt intellectus habet actualem intelligentiam siue intellectionē eternorum: silr̄ in voluntate est portio superior pro vt ipsa diligit eterna: et sic patet. quō portio superior non est tm̄ vna potentia. Sequitur in littera ibi: ꝙ etiaȝ huiusmodi potētie ⁊c.

Nota hāc litteram. Nota hanc litteram q2 multa hic. d. primo ꝙ hmōi potentie siue portio superior sunt respectu eternoꝝ: patet quia voluntas diuina et intellectus diuinus que ponūtur principia ꝓductiua in diuinū sunt tm̄ respectu essentie diuine. hoc vide supra in p̄mo di .26.7.⁊.26.⁊ ī hoc. 2. di. 1. q. 1. dicuntur .n. iste potentie principia ꝓductionum diuinarum: prout respiciunt essentiaȝ diuinā. Sic tamen intelligendo: vt alias exposui: ꝙ intellectꝰ diuinus necessario prius operatur circa essentiam ītelligendo ipsaȝ. que intellectio dicitur operatio: qua habita: tunc ipse intellectus vna cū essentia est principiū formaliter productiuum filii: ita ꝙ talis operatio preexigitur productiōi filii: non vt ratio formalis producendi nec vt aliquid pertinens ad rationem formalem producendi filium: vt satis patet in primo disti. 2. q. 2. parte. 2. dist. 5. q. 2. di. 6. et. 7. et. 27. Sed ex hoc preexigitur: quia intellectus diuinꝰ prius est operatiuus q̄ȝ productiuꝰ. Dicit ergo hic doc. ꝙ intellectus diuinꝰ intelligendo essentiam diuinam producit filium .i. ꝙ prius intelligit illam q̄ȝ sit productiuus. Hoc idem dico de voluntate. Secundo dicit Doc. ꝙ iste due potentie dicuntur productiue intelligendo et volendo essentiam diuinam que est eterna non intelligendo nec volendo obiectum temporale: quia tunc dependerent persone iste a tꝑali: et littera sic debet intelligi. s. ꝙ intellectus diuinus prius intelligendo essentiam est ꝓductiuus filii. et sic filius suo mō: lȝ improprie dependet ab essentia: non tñ inq̄ȝtū intelligentia: sed inquātū essentia. Nam sepius declaratū est ꝙ memoria fecunda semper includit potētiam ⁊ obiectū: et sic memoria fecunda in diuinis includit intellectū diuinū ⁊ essentiam diuinā. ⁊ hoc totū est rō formalis integralis productiua filii non tamē ꝓxima nisi prius intellectꝰ diuinꝰ ītelligat ipsam: non ꝙ essentia diuina: ⁊ intellectꝰ ex sua rōne formali nō sit rō ꝑfectissima ꝓducēdi filiū et dispositissima: sed q2 talis memoria priꝰ est oꝑatiua q̄ȝ productiua: ideo dicimus ꝙ talis memoria ad hoc vt sit ꝓxima rō ꝓducendi opȝ prius esse operatiuā: et q2 ipsa memoria est rō formalis ꝓducendi filiū: ipe filius suo mō dependet a tali memoria fecūda: lȝ principalr̄ ab essentia. Si ergo intellectus diuinꝰ produceret filiuȝ de lapide cognito: ita ꝙ lapis cognitus ꝑtineret ad memoriā: tūc ipse filiꝰ depēderet suo mō a lapide: ⁊ sic eternū a tꝑali. Sed declaratū est supra in hoc. 2. di. 1. q. 1. ꝙ nulla creatura est ī essentia diuina ex natura rei: que sit ibi in rōne obiecti ītelligibilis ex natura rei: sed est ibi tātum per actum intellectus diuini ita ꝙ ꝑ illū actū ꝓducuntur in tali esse: ⁊ talis ꝓductio cū sit cōi toti trinitati necessario p̄supponit perfectaȝ productionē ad itra et sic patet quō filius nō ꝓducitur in diuinis de lapide: loquēdo tñ de ꝓductione simplr̄ filii: quia loquēdo de ꝓductione ſm quid pōt ꝓduci de lapide cognito: ⁊ etiam de seipso cognito: sed ipsa ꝓductio ſm quid presupponit verā ꝓductionē: et simplr̄ ipsius: et sic pȝ ꝙ sicut potentie diuine ꝓducūt filiū et spm̄ sanctū intelligendo: ⁊ amando diuinam essentiam: que est eterna: sic intellectus noster: ⁊ volūtas: ⁊ memoria dr̄ portio superior vt respiciunt eterna. Sequit̄ in lr̄a. Portio etiā superior et inferior ⁊c. doc. dicit ꝙ portio supior nō distingunt̄ ab inferiori ex hoc ꝙ inferior est practica ⁊c. immo tā speculatiua q̄ȝ practica pertinēt ad portioneȝ superiorem. Et vt ista lr̄a intelligatur notanda sūt verba.

Mēoria fecūda i diuinis icludit ītellectū diuinū ⁊ essentiam.

Cognitio speculatia duplex. Primo ꝙ cognitio speculatiua est duplex: quedaȝ est tm̄ ꝓpter se cognitio entis inq̄ȝtū ens ⁊ eiꝰ passionū in suis rōnibus gn̄alibus: ⁊ talis cognitio non proprie ordinatur ad praxiȝ: de qua in. q. vl. ꝓlogi. Sed est difficultas. an possit esse cognitio de deo: vel de aliqua ꝑsona diuina simplr̄ et tm̄ speculatiua: dictum est supra in. q. vl. ꝓlo. ꝙ non: q2 talis cognitio ordinat̄ ad praxi: vide ibi. posset forte esse cognitio de deo mere speculatiua: vt puta cognoscendo deum non sub rōne ꝓpria: nec sub rōne summi boni: vel īfiniti: sed sub rōne entis: vel absoluti ⁊ hmōi. Scd̄o notandū est ꝙ cognitio propriissime practica ē cognitio ꝯclusiōis deducte ex syllogismo practico: vt pȝ a doc. vbi supra: ⁊ talis cognitio pōt adhuc dici verior practica si actu dirigat ī praxi: ⁊ verissime practica: si volūtas elicit actū cōformit̄ tali cognitiōi: vt pȝ īfra a doc. d. 39. huiꝰ cognitio vo p̄ncipioꝝ est bñ cognitio practica: sȝ non ita practica: sicut cognitio cōclusiōis: vt patet in. q. vl. ꝓlogi. Et q2 p̄ncipia practica sumunt̄ a fine: cognitio finis in se adhuc erit minꝰ practica: q2 magis recedit a cognitiōe cōclusiōis. Tertio notādū est ꝙ ab vltimo fine pn̄t sumi p̄ncipia mlr̄a: ⁊ ab illis deducūtur mlr̄e ꝯclusiōes. Exēplū: nā summo bono ē summe obediēdū. Deꝰ ē summe bonꝰ ergo ⁊c. ex ista cōclusiōe deduco alias sic. Deo ē summe obediēdū: sed deus p̄cipit ꝓximū etiā diligendū: g̃ ⁊c. Ex ista teneor diligere ꝓximū ꝓpter deū: ergo teneor subuenire illi tꝑe necessitatis: et sic deinceps: ista .n. vltima conclusio: vel cognitio vltime cōclusionis nō tm̄ dirigit ad praxim: que est actus voluntatis quo velit subuenire proximo: sed ēt sic dirigit volūtatē vt nō tm̄ eligat subuenire ꝓximo: sed ēt vt impet potētiis sensitiuis ad subueniendū ei corporaliter. hec vltima ꝯclusio est vere practica: loquēdo tñ de cognitiōe directiua: q2 non tm̄ dirigit in actū elicitū voluntatis: sed etiā in actū imperatū vltra cognitionē: vȝ ꝙ est subueniēdū ꝓximo ēt corꝑalr̄: tūc talis ītellectꝰ īperio volūtatis pōt discurrere ꝑ omīa media quousq̄ȝ ꝑueniat ad aliqd̄ mediū magis oportunū q̊ subueniat̄ ꝓximo loco: tꝑe: mō ⁊c. hec cognitio talis medii: q̄ ē directiua in actū elicitū volūtatis ⁊ ī actū īperatū in aliis potentiis sensitiuis: adhuc ē verior practica: ⁊ si volūtas ꝯformit̄ elicit ⁊ īperat: tūc hec cognitio ē ꝑfectissime practica ⁊ obtiet vltimū g̃dū cognitiōis practice. et nota ꝙ ī hoc discursu quē feci vltimꝰ finis est principalis: et ipe deꝰ vl̄ sum

Cognitio vltimi finis pōt dici cō tēplatiua.

mum bonū sub quo sunt multi fines ordinati adinuicē: ⁊ patet intuenti. cognitio ergo vltimi finis potest dici quodāmodo contēplatiua siue speculatiua: nō ꝙ nō sit vera practica: sed ꝓ eo potest dici speculatiua quia inter cognitiones practicas: hec maxime recedit a proprijssime practica: vt satis patet a Doc. vbi supra. Cognitio vero ordinatorū ad finē est magis practica ⁊ perfecte practica: vt deduxi: quādo ergo dicit Aug. ꝙ nō est nisi actus respiciēs eternū ⁊ praxis eiusdē portiōis superioris est actus respiciēs tēporale respectu eterni: sic debet intelligi ꝙ cognitio vltimi finis potest dici contemplatio: includēdo tamen amorem vltimi finis q2 ꝓprie cōtemplatio de qua Aug. loquitur est cognitio eternorū cū amore: ita ꝙ talis cognitio est directiua in amorē ⁊ tunc est perfecte contēplatio quando voluntas illud cognitū amat. Et quādo. d. ꝙ praxis eiusdem portionis superioris est actus eius respiciens tēporale: sic debet intelligi (ꝙ intellectus intelligens vltimū finem tanquā summū bonum ⁊ voluntas amans illud intelligit ꝙ temporalia sunt diligenda ꝓpter illuz finem) ꝙ talis dilectio que sequitur talē cognitionem potest dici praxis portionis superioris. i. ꝙ potest dici operatio sequēs ad cognitionē ⁊ amorē eternorū: ⁊ sic quādo aliquis intellectus cognoscit vltimū finē potest dici portio superior ꝓprie sumpta: ⁊ quādo cognoscit creaturas vt diligendas ꝓpter vltimum finem: adhuc pōt dici portio superior large tamē sumpta: vt patet a doc. in. 3. di. 15. ⁊ sic quādo voluntas diligit vltimū finē in se ⁊ ꝓpter se potest dici portio superior: ⁊ quando diligit alia propter vltimū finem potest dici portior superior large tamen sumpta.

Ibi. Est igitur alius intellectus. q. ⁊c. Dicit doc. ꝙ si intelligatur portio superior ⁊ inferior in eadē parte intellectiua: ita ꝙ portio superior dicatur vna potētia intellectiua: ⁊ alia inferior dicatur alia potētia intellectiua: vel similiter ꝙ portio superior in voluntate dicatur vna potētia volitiua ⁊ inferior alia potentia volitiua: ita ꝙ sint ibi distincte potētie vel volitiue vel intellectiue: eo mō quo dicimus ꝙ intellectus ⁊ voluntas sunt distincte potētie ꝙ hic sensus est manifeste falsus: ⁊ probat Doctor multis rationibus ꝙ inferior ⁊ superior portio ī intellectu est tantū vna potentia intellectiua realiter ⁊ formaliter: hoc idē de volūtate: ⁊ anteꝗ̄ deducā argumēta Doc. declaro mētem ipsius. Uult enī ipse doc. ꝙ idē intellectus realiter ⁊ formaliter ⁊ nulla facta distinctione in illo preter opus intellectus dicatur portio superior ⁊ inferior: ⁊ dicitur portio superior inquātum ipse intellectus habet cognitionē eternorū: inferior inquātū habet cognitionē temporalium: sicut alias diximus in. q. vltima ꝓlogi: ꝙ idē intellectus simpliciter vt denut⁹ ab oī cognitione nō ē practicus nec speculatiu⁹: sed vt recipit cognitionē mere speculatiuā: per illā dicitur speculatiuus: ⁊ vt recipit cognitionē practicam per illam dicitur practi⁹. Sic in proposito idē intellectus omnino indistinctus ex parte rei: vt recipit cognitionē terminatā ad eterna dicitur portio superior: vt vero recipit cognitionē terminatā ad temporalia dicitur inferior. Si consideret etiā intellectus vt actiu⁹ ⁊ non tm̄ receptiuus. Dico ꝙ partialiter producit cognitionem eternorū dicitur portio superior actiua: vt vero partialiter ꝓducit cognitionē temporalium dicit portio inferior actiua. Addo tamē vnum ꝙ portio superior potest accipi proprijssime: ⁊ sic est cognitio eternorū in se: potest etiam accipi large vt dixi supra: ⁊ sic est cognitio temporaliū eterna portio vero inferior improprie est cognitio tēporaliū sm̄ regulas prudentie: ita ꝙ talis cognitio regulat voluntatē circa temporalia: potest etiam dici portio inferior vt est cognitio tēporalium que regulat voluntatem circa temporalia ordinando illa ad deum vt ad vltimum finem: ⁊ sicut dixi de intellectu quātū ad portionē superiorem ⁊ inferiorem: idem simpliciter dico de voluntate. Uerū est ꝙ extra litteram posset hoc addi ꝙ portio superior ī intellectu est quādo intellectus cognoscit eterna saltē in cōceptibus generalibus suo modo trāsumptis vt cognoscendo summū bonū summū ens: ⁊ hoc cōtingit via naturali vt pz. 1. q. 1. ꝓlogi. d. 3. primi. ⁊. d. 3. secūdi. Si vero cognoscit ipm̄ deum sub ratione ꝓpria: hoc contingit per reuelationē vt patet a Doc. talis portio adhuc

declaratio mētis doc.

Portio superior pōt capi dupliciter.

est perfectior: q2 terminatur ad obiectum sub ratione perfectiori: vt vero cognoscit ipsum sub ratione propria: et inquātum talis cognitio est imperata a voluntate caritate informata: ⁊ ad cognitionez inclinātem: tunc talis portio adhuc est valde perfectior: quia per talem cognitionē perfectiori modo intellectus vnitur deo: q2 gratuita ⁊ meritoria: vt vero intellect⁹ cognoscit essentiā diuinā: nude ⁊ intuitiue (quod cōtingit in beatis) tunc talis portio est perfectissima ⁊ perfectior haberi nō potest. De portiōe vero inferiori possunt dari gradus sm̄ perfectionem: nā si intellectus cognoscit tantū aliquod temporale in se potest dici inferior portio: vt vero dirigēdo voluntatē in praxim: circa tale tēporale erit portio perfectior: vt vero cognoscit dirigēdo voluntatem vt eligat illud simpliciter ꝓpter deum talis portio adhuc est perfectior: vt vero cognoscit dirigendo voluntatē vt eligat illud ꝓpter deum: ita ꝙ talis cognitio sit imperata a voluntate caritate cōcurrēte talis portio in se adhuc est valde perfectior. Si vero talis intellectus cognoscit tēporale dirigendo voluntatē vt eligat illud ꝓpter deū iam clare visum a tali intellectu vt est in beatis: tunc talis portio est perfectissima: ⁊ sicut dixi de portione intellectus: similiter dico de voluntate. ¶ Sequitur in littera ibi. Hoc ꝓbo primo ex actu ⁊ operatione ⁊c. In ista ratione doc. supponit primo ꝙ simpliciter est eadem potētia: que cognoscit principiū ⁊ conclusionē: ⁊ hoc patet. nā cōclusio cognoscitur per cognitionem principij: si ergo. a. potētia cognoscit hominem esse risibilē ꝓpter cognitionē principij huius animal rationale est risibile: oportet ipsuz a. cognoscere illud: q2 aliter nō cognosceret vnū ꝓpter aliud. Et similiter si intellectus. a. cognoscit illud principiū inquātū est principium alicuius conclusionis: ille idē potest cognoscere conclusionē. Secundo supponit ꝙ cognitio alicuius temporalis ī ordine tamē ad eterna potest esse respectu cōclusionis que deducitur ab aliquo principio eterno: sicut cognosco hoc pricipiū eternum. s. ꝙ deo est summe obediendū: ⁊ cognosco etiam hoc ꝙ deus precepit ꝓximū esse diligendum. ergo cognosco Fran. qui est ꝓximus meus esse diligendū propter deum: sed cognitio huius conclusionis dicit portio inferior: ⁊ cognitio principiorū dicitur portio superior cum sit respectu eternorū. Cum ergo idem intellectus cognoscat conclusionē ⁊ principia. sequitur ꝙ portio superior ⁊ inferior sunt tantū vna potentia intellectiua: id est ꝙ idē intellectus penitus indistinct⁹ scd̄m rem potest dici portio superior ⁊ inferior sm̄ aliam et aliam cognitionem. ¶ Ibi. Secundo ꝓbatur idem ex actu beatifico speciali. Nā beatitudo non consistit in pluribus potētijs eiusdē rationis ⁊c. In ista ratione supponit primo ꝙ beatitudo est tātum in vna potētia eiusdem rationis. ita ꝙ nō potest esse in duab⁹ potētijs intellectiuis vel in duabus volitiuis: pz: q2 beatitudo est optimū hominis q2 perfectissime coniungit optimo obiecto: vt patet a Doc. in. 4. d. 49. igitur potētia intellectiua optima est illa que perfectissime vnit optimo obiecto: ⁊ si daretur in duabus potētijs intellectiuis: sequeretur ꝙ ipsa beatitudo nō esset optimū partis intellectiue: cū ipsa esset diuisa in duabus potētijs eiusdem rationis. Secundo supponit ꝙ illa potentia ē maxime premiāda sm̄ illam rationē sm̄ quā magis meruit q2 p̄miū correspondet merito: ⁊ dicendo ꝙ meritum est a portione inferiori. Nota bene hāc litteram. Nō enim sic debemus intelligere ꝙ portio inferior p̄mietur: ⁊ similiter superior: sed debet sic intelligi ꝙ eadē volūtas est premiāda sm̄ portionē inferiorem. i. ꝙ ex quo maxime voluntas meruit sm̄ portionem inferiorē. hoc est diligendo temporalia ex caritate ꝓpter deum vel fugiendo illa que deo displicēt ex caritate ꝓpter deum: et sic volūtas dicitur p̄miari sm̄ portionē inferiorē: q2 opera illa meritoria elicita a volūtate p̄miantur: ⁊ sm̄ illa opera circa temporalia dicitur portio īferior. Potuit etiā mereri sm̄ portionē superiorē: puta diligendo deū in se ⁊ ꝓpter se: ⁊ sic dicitur p̄miari sm̄ portionē superiorem. q2 illa dilectio sm̄ quā voluntas dicitur portio superior p̄miatur a deo: q2 ex quo beatitudo tantū est in vna potētia eiusdē ratiōis: sequit ꝙ portio superior et inferior in voluntate: q̄ beatificantur modo supradicto nō sint due potētie volitiue. ¶ Ibi. Tertio ex ratione habitus idē ostenditur. Idē habitus simplex nō

Danť gradus ī portione inferiori.

Nota hāc litteram.

perficit duas potētias ⁊c. Hic doc. supponit principaliter vnum .s. ꝙ maior vnitas semper requiritur in priori essentialiter ꝙ̄ i posteriori: patet in omnibus essentialiter ordinatis posterioris ⁊ prioris: nā in causis effectiuis ab vnitate cause potest esse pluralitas effectuū: ⁊ idēptitas effectus nō pōt esse a pluribus causis eque totalibus ⁊ alterius rationis: vt patet a doc. in primo dist. 2. tamē ab vna causa totali affectiua possunt esse plures effectus diuersi specie: hoc quidē patet in causis finalibus: nā maior vnitas requiritur simpliciter in fine qui est prior ꝙ̄ i ordinatis ad finē: patet de facto quia plura absolute possunt ordinari ad eundē finem: nō autem pluralitas ordinatorū requirit pluralitatem finiū nec vnum ⁊ idem potest ordinari ad duos fines eq̄ primos: vt patet supra di. 2. primi: hoc etiā patet: in causis subiectiuis siue receptiuis: nā receptiuū est prius essentialiter ipso recepto ⁊ receptū dependet essentialiter ad ipsum receptiuū: ⁊ simpliciter maior vnitas requiritur in receptiuis ꝙ̄ in recepto: patet de facto: q̄ eadē substātia numero plura accidētia recipit. idem em̄ intellectus numero plures intellectiones ⁊ plures habitꝰ recipit. pluralitas quoqꝫ posterioris recepti stat cū vnitate prioris receptiui: licet nō econtra: nō em̄ idētitas vel vnitas recepti stat cū pluralitate recipiētis prioris. q̄ vnum ⁊ idē numero ⁊ penitus indiuisum nō pōt eque immediate recipi in pluribus. Et si dicatur hic ꝙ aliqua vnitas posterioris necessario requirit pluralitatē receptiui prioris: vna em̄ albedo numero nō potest recipi nisi in corpore ꝙ̄titatiuo: ita ꝙ in tali corpore est materia ⁊ forma: que distinguūtur realiter ⁊ quātitas.

Sola ꝙ̄titas ē rō recipiēdi colorem.

Dico ꝙ sola quātitas est ratio recipiendi ⁊ si per possibile esset separata a corpore: adhuc reciperet albedinē cū sit ꝓpria ratio recipiendi: ⁊ hoc ptꝫ in quātitate separata in sacramento altaris: haberes ergo ꝓbare ꝙ eadē albedo posset recipi in duabꝰ ꝙ̄titatibus: stat ergo istud ꝙ doc. supponit. Addit etiā doc. ꝙ simpliciter est eadē charitas numero q̄ recipitur in portione superiori ⁊ inferiori. ergo portio superior ⁊ inferior hic sic debet intelligi ꝙ eadē charitas numero recipit̄ in voluntate immediate ⁊ vt inclinat voluntatē ad dilectionē dei dicitur ꝙ est in voluntate vt in portione superiori ⁊ vt eadem charitas inclinat voluntatē ad dilectionē proximi dr̄ ꝙ est in voluntate vt in portione inferiori: ⁊ sic patet: quomodo portio superior ⁊ inferior in voluntate non sunt due potentie.

Nunc ad argumenta principalia ibi. ¶ Itē potētie distinguūtur per obiecta. Secundo de anima. t. c. 33. sed obiectū portionis superioris est eternum et inferioris tēporale q̄ sunt obiecta valde distincta ergo ⁊c. ¶ Ibi. Ad aliud ⁊c. Anteqꝫ deueniā ad responsionē doc. pmo rn̄deo formaliter ad argumentū q̄ cum dicit ꝙ eternū est obiectum portionis superioris ⁊ temporale inferioris: ita ꝙ superior nō respicit tēporale nec inferior eternum: ⁊ sic videtur ꝙ omnino sint due potētie. Nam ex hoc arguimus ꝙ potētia visiua est alia ab auditiua q̄ obiectum vnius nullo modo pōt esse obiectum alterius.

Nota istā soluti.

Dico ꝙ si portio superior eēt quedā vis i intellectu vel voluntate q̄ tm̄ respiceret eterna ⁊ inferior quedā alia vis qui tantū respiceret temporalia argumentū haberet difficultatē: sꝫ nō sic ponimus: sed dicimus ꝙ ⁊ si intellectus omnino indiuisus ex parte rei respicit omne ens ꝓ obiecto sibi adequato tamē idem intellectus vt habet respectū ad eterna dicitur portio superior: vt vero habet respectum ad ens temporale dicitur portio inferior: ⁊ sic bene cōcedo ꝙ isti duo respectus habēt aliū ⁊ alium terminū: nā vnus habet eternum ꝓ termino et alius temporale. Respondet ergo doc. Hec opi. dist. ꝙ est duplex obiectum. s. formale ⁊ materiale et vt elicio ex dictis doc. accipitur hic obiectum formale pro illo quod est ratio formalis vel mouendi potētiam vel terminādi actum illius: ita ꝙ nihil potest mouere potentiam talē nisi sub ratione tali: nec terminare nisi sub ratione tali. Exemplū: sonus inquātū sonus est obiectuꝫ formale potētie auditiue. Et similiter color et lux. ⁊c. Dicunt ergo ꝙ ratio formalis est ratio mouendi potētiam visiuā vel terminādi actū illius: ita ꝙ nihil pōt mouere illam: nec terminare actū eius per aliquā rōnē eius formalē: sed tm̄ per rationē coloris. Color ergo vt est cōe abstractū ab omnibus coloribus dicit̄ obiectū formale. Sed quecūqꝫ cōtinētur sub colore: puta albedo ⁊c. dicūtur obiecta solū materialia: non em̄ albedo sub ratione albedinis pōt mouere potētiam visiuā vel terminare actū eius: sed tātū sub ratione coloris sic cōmunis ⁊ abstracti. Dicit ergo ista opi. ꝙ potētie distinguunt̄ per obiecta: quod verū est de obiectis formalibꝰ q̄ quot sunt obiecta formalia: tot oportet esse potentias: sed nō est verum de obiectis naturalibus: q̄ plura obiecta materialia vt plures colores possunt eē eiusdē potentie. Sequitur in littera. Sed non video ⁊c. Hic doc. improbat illā opi. ⁊ intendit ꝓbare ꝙ eiusdē potētie possunt eē plura obiecta formalia mō p̄expositō: nā albedo sub ratione albedinis pōt mouere potētiā visiuā et terminare actū eius: et patet de boue et capra q̄ non pn̄t extrahere colorē in cōmuni: ⁊ tn̄ certū est ꝙ vident albedinē: ergo signū est ꝙ albedo mouet potentiā visiuā bouis sub ratione albedinis: et similiter terminat actū eiꝰ: pꝫ: q̄ albedo videt̄: immo plus dico quod hec albedo est obiectū formale: q̄ hec albedo sub ratione ꝓpria potest mouere ⁊ terminare: patet: q̄ ꝓprie videt hoc albū: et sic patet qūo eiusdem potentie pn̄t esse plura obiecta formalia.

Nota de obiecto formali s[ecundum] Doc.

Nota tn̄ pro doc. q̄ obiectum formale: quod dr̄ ꝓprie formalis mouendi potentiam: vel terminādi actum eius: aliquādo accipitur in sua ratiōe generali. vt color sub ratione coloris. aliquando sub ratione spāli: vt albedo sub ratione albedinis pōt mouere: et etiā sub ratiōe coloris: q̄ est ratio magis cōmunis: ⁊ similiter hec albedo pōt mouere sub ratione huiꝰ albedinis: et simil̄r terminare et etiā sub ratiōe albedinis in cōi: et sub ratione coloris: nam cōmuniter quodlibet obiectū potentie si est motiuū habet ꝓpriaꝫ rationē mouēdi. vel si terminatiuū habet ꝓpriā rationem terminādi: de hoc satis dcm̄ est supra. d. 3. q. vlti. Secundo nota: ꝙ si albedo mouet ꝙ mouet perfectiori modo ꝙ̄ color: q̄ obiectū quāto est perfectius i entitate tanto ratio mouēdi vel terminandi est perfectior: vt ptꝫ a doc. in pluribus locis. Dico tertio ꝙ doct. hic dicit ꝙ vr̄ color singularis: vide glo. super. d. 3. huius. Nota q̄rto ꝙ dicēdo ꝙ nulla potētia hꝫ obiectū adequatū nō abstractū: nisi diuinus intellectꝰ. Hoc sic debet intelligi ꝙ loquendo de obiecto motiuo sola essentia diuina est obiectū adequatū intellectus diuini: sed loquendo de terminatiuo nō pōt esse sola essentia diuina: sed simpliciter ens inquātū ens. ¶ Ibi. Dico ergo ad argumentū ⁊c.

Potentie sēsitiue q̄re requirunt obā distincta.

bilem hoīs.Tum quia est valde imperfectior.Tū etiā
quia vna species intelligibilis:⁊ si possit cāre aliā par
tialiter:tn̄ eiusdē rōnis et eiusdem obiecti:vt supra pa
tuit in isto.2.di.9.non tn̄ videtur ꝙ possit cāre aliā al
terius rationis ⁊ alterius obiecti. Nec etiā voluntas
potest cāre spēm intelligibilem alterius obiecti :cū ta
lis nō sit causabilis a volūtate :sed spēs intelligibilis:
puta bouis cātur ab obiecto singulari ⁊ obiecto agēte:
quod tamen dʒ sane intelligi:q2 species intelligibilis:
puta albedinis non īmediate causatur ab albedine sin
gulari extra:sed tm̄ mediate:sic ꝙ ab albedine singula
ri extra prius causatur in potentia visiua spēs sensibi
lis eiusdem:⁊ similiter visio:⁊ post causatur ī ꝟtute fan
tastica spēs eiusdem albedinis:que dr̄ fantansma quod
fantasma est singulare et in essendo ⁊ ī rep̄ntādo:a quo
fantasmate et intellectu immediate causatur species ī
telligibilis albedinis:⁊ de hm̄ōi materia vide que ex
posui super p̄mo doc.d.3.q.1.2.6.7.et.8.Et alibi etiā.
Si ergo non potest haberi intellectio bouis nisi ꝑ spe
ciem ꝓpriam ipsius:⁊ talis intellectio est necessaria ad
hoc vt voluntas possit habere actū elicitū circa bouē.
Sequit̄ ꝙ per solā cognitionē alicuiꝰ vniuersalis siue
cōis boui non poterit velle ip̄m bouē .Aduerte etiā ꝙ
cum dicit ꝙ voluntas non potest velle bouem nisi per
speciem ꝓpriā bouis:hoc non dicit s̄m intentionē pro

Aduerte hic si vis euitare ꝯdictionem.

priā:q2 tunc sibi contradiceret.Nā oppositum expresse
vult vt patet in.1.di.3.q.3.vbi ꝓbat ꝙ ꝑ statu isto non
potest cognosci aliqua substātia per spēm ꝓpriam.Di
cit ergo hoc vel s̄m opi.eoꝝ qui tenēt ꝙ substātia ꝓ sta
tu isto potest distincte cognosci ꝑ ꝓpriā spēm : vel hoc
dixit tm̄ exemplariter:sicut ph̄us p̄mo prioꝝ.exēpla po
nimus nō vt ita sint:sed vt magis adiscentes assentiāt
Vel tertio hoc dicit:q2 voluntas non posset velle bo
uē sub rōne distincta et perfecta ipsiꝰ:nisi distincte fue
rit precognitus:q̄ cognitio distincta non posset habe
ri nisi ꝑ ꝓpriā speciē.❡Tertius modus ponendi est ꝙ
sufficit cognitio illius obiecti remissa:siue ꝙ voluntas
remittat intellectū ad illam cognitionē obiecti sibi in
existētē.⁊ tūc illa cognitione remissa occurrit aliud co
gitabile:et sic voluntas potest velle illud.Vult dicere
ista opi.ꝙ qn̄ intellectus multū intēse intelligit : puta
lapidem tūc volūtas nō potest velle:puta ouē : q2 stāte
tali intellectiōe lapidis sic intēsa:tūc ouis nō occurrit
vt obiectū actu cogitabile:sed qn̄ volūtas remittit co
gnitionē lapidis.tūc illa remissa pōt occurrere ouis vt
obiectū cogitabile:⁊ tunc itellectꝰ cōuertit se ad ouē ī
telligendo illā:⁊ sic voluntas pōt velle ouē.⁊ ꝑ ꝯn̄s co
gitatio ouis est in potestate volūtatis.❡Cōtra hunc
modū ponendi arguit Doc.q2 tunc sequeret̄ ꝙ cogita
tio ipsius ouis non esset per se causata a volūtate:sʒ tm̄
occasionalr̄:q2 ex hoc solo ꝙ remittit cognitionē lapi
dis:lʒ.n.per se remittat illā cognitionē:accidit tamē ꝙ
aliud obiectū :puta ouis occurrat intellectui.❡Pre
terea iste modꝰ non saluat ꝓpositū:q2 q̄ꝫtūcūqꝫ volun
tas moueat intellectū ad aliud obiectum remittendo
priorem cogitationem puta lapidis:hoc tn̄ non est per
se ad aliquod determinatum obiectum:quia hoc soluʒ
est ad fantasma fortius:qd̄ fortius mouet:⁊ hoc per ac
cidens inq̄ꝫtū.s.remittit illam cogitationē.Et tn̄ cōit̄
conceditur ꝙ voluntas pōt mouere intellectum ad de
terminatum obiectuʒ:puta imperando ꝙ actu cogitet
hoc vel illud .et hoc non est ex sola remissione intelle
ctionis alterius obiecti:quia ex sola illa remissione : si
aliquod obiectum occurrit intellectui illud precise oc
currit:cuius fantasma fortius mouet :⁊ fantasma for
tius mouet.i.fortius excitat speciem intelligibilē: cu
ius singulare extra fortius mouet sensum:⁊ de hoc pro
lixe exposui super p̄mo Doct.di.3.q.2.❡Quartus mo
dus ponendi est ꝙ intellectus habet actum collatiuū :
ita ꝙ inq̄ꝫtum cognoscit vnum correlatiuum comparā
do ipsum ad aliud voluntas mouet ad standū in cogni
tione illius.❡Contra hoc arguit Doct.quia hic mo
dus non est sufficiens :quia non semper ad hoc ꝙ volū
tas auertit intellectum ab vno et conuertit ad aliud:
oportet ꝙ cognitio sit comparatiua: quia vnum obie
ctum potest cognosci per se sine comparatiōe ad aliud:
vt patet de obiecto absoluto et ab intellectione illiꝰ po
test voluntas auertere intellectum.❡Quintus et vl
timus modus est:ꝙ in potestate voluntatis non est co
gnitio simplex:vel discursiua:sed ex simplici mouet ad
discursiuam:ita ꝙ intellectui apprehendenti cognitio
ni:simplici aliqua duo obiecta voluntas imperat col
lationem vnius ad aliud.Dicit Doc.ꝙ hic modus nō
valet:quia si non est in potestate illud sine quo non po
test haberi discursus:nec etiaʒ ille discursus erit ī pote
state nostra:discursus auteʒ necessario presupponit co
gnitionē apprehensiuam obiecti:⁊ illa simplex intelle
ctio obiecti:ad quam debet intellectus discurrere non
est in potestate voluntatis:q2 ipsa est naturaliter prior
volitione:vt supra patuit .ergo nec discursus erit ī po
testate voluntatis.

Ibi respondeo ergo. Nūc respōdet doc.
ad hanc difficulta

Prima ꝓpō Doct.

tem que est.An intellectio possit subesse imperio volun
tatis:et quomodo hoc sit possibile. Et primo premit
tit tres ꝓpositiones satis singulares:quaruʒ prima ē:
ꝙ vna intellectione perfecta ⁊ distincta existente ī itel
lectu multe intellectiones indistincte ⁊ imperfecte pos
sunt inesse:et probat per exemplum de visu:qui ꝑfecte
in figura pyramidali:in cono.s.ipsius figure videt vnū
punctum distincte:et tamen in eadem pyramide:⁊ ifra
basim vide plura puncta indistincte et si hoc cōceditur
de sensu: de quo minus videtur:multo magis concedi
tur de intellectu:de quo magis videtur .Ex ista propo
sitione vult postea inferre Doc.ꝙ voluntas potest im
perare aliquam intellectionem non de nouo eliciendā
circa obiectum:sed preexistentē intendere et firmare:⁊
similiter aliam remittere:ita ꝙ quando intellectꝰ itelli
git vnū obiectum perfecte distincte :⁊ simul plura alia
obiecta intelligit imperfecte et indistincte:tūc volun
tas potest imperare intellectui:vt auertat se ab illo ob
iecto perfecte et distincte cognito conuertendo illum
ad aliud obiectum actu cogniū:sed imperfecte et indi
stincte : et sic conuertendo intellectum et firmando il
lum in tali intellectione:illam intellectionem imperfe
ctam intendit :non.n.potest intellectum cōuertere ad
obiectum nullo mō actu prius cognitum:quia nūq̄ꝫ vo
luntas potest imperare aliquem actū circa obiectū om
nino ignotuʒ.❡Sed est dubiū.An intellectꝰ possit sil̄

Dubiū curiosum.

cognoscere plura obiecta ꝑfecte ⁊ distīcte :ita ꝙ sil̄ ꝑfe
cte ⁊ distīcte cog̃scat albedinē ⁊ nigredinē.Dico breui
ter ꝙ pōt plura sil̄ distīcte cog̃scere: nō tn̄ eque ꝑfecte
et eque intense:⁊ hoc pro statu isto:quia forte non pn̄t
esse duo obiecta eque perferte presentia ip̄i intellectui.
Et posito etiā ꝙ eque perfecte essent presentia :tūc for
te intellectus vel nullum intelligeret:vel vtrūqꝫ remis
se intelligeret:vel vnum intense: ⁊ aliud remisse: q2 ad
intellectionem non tm̄ concurrūt obiecta:sed etiā con
currit intellectus vt causa partialis vt patet a doct.in
primo di.3.q.7.et in quol.q.15.immo cōcurrit vt causa
magis principalis:vt ptʒ a Doc.in.1.di.3.q.8.Sed mō
intellectus saltem pro statu isto nō petest habere cona
tum circa duo obiecta :ita perfectum et intensum sicut
potest circa vnū seorsum sumptum . Sed an intellectꝰ
creatus separatus tamen possit eque perfecte:⁊ eque ī
tense simul plura obiecta intelligere. De hoc dicit spe

Nota istā r̄n̄sionē.

ciales difficultates in q̄libetis.Et breuiter teneo etiā
partem negatiuaʒ de intellectu separato:et hoc loquē
do de naturali potentia ipsius intellectus. Sed quic
quid sit ad hoc vt voluntas possit imperare aliquam
intellectionem.s.vel auertendo intellectum ab vno ob
iecto et conuertendo ad aliud:sufficit ꝙ intellectus co
gnoscat illa plura:licet vnū distincte et perfecte:⁊ alia
indistincte et imperfecte.Sed non sufficit ꝙ intellectꝰ
simul plura cognoscat indistincte et imperfecte ad hoc
vt voluntas possit imperare intellectionem auertendo
intellectuʒ ab vno obiecto et conuertendo ad aliud .et
si sic:ad quid ergo ponit Doc.ꝙ cum vna intellectione
perfecta et distincta vniꝰ obiecti possunt simul esse plu
res imperfecte et indistincte. Dico ꝙ hoc specialiter
dicit.Tum quia communiter quando intellectus plu
ra obiecta simul cognoscit illa obiecta non sunt intelle
ctui eque presentia :sed vnum communiter est magis ꝑ
sens alio:illud.s.cuiꝰ fantasma fortius mouet : de quo
dictum est supra.Tum etiam quia voluntas conuertē
do intellectum ad aliquod obiectum prius notum:tūc
illam intellectionem magis ac magis firmando inten
dit:et stante illa sic intensa:adhuc volūtas potest auer

tere intellectum ab illa: ⁊ cõuertere ad aliud obiectuꝫ
actu cognitum: licet imperfecte: que intellectio imper-
fecta: si simul non posset stare in eodem intellectu cum
alia intensa ⁊ perfecta: tunc voluntas non posset con-
Scda ꝓpõ uertere intellectũ ad tale obiectum. Et sic ptꝫ pma ꝓ-
positio. ¶ Secunda ꝓpositio est ꝙ intellectiõe ĩ existẽ-
te: licet non cognita vt obiectum potest voluntas vel-
le ⁊ cõplacere sibi in obiecto illiꝰ intellectiõis: ⁊ in illa
intellectione et non complacere sibi. Aliter enim volũ-
tas non posset copulare parentem cum prole: quod est
contra Aug. quasi vbiqꝫ in toto libro de trinitate. Ex
ista littera habeẽ primo ꝙ voluntas potest sibi cõpla-
cere in aliqua re: puta volendo eam si tamen illa res sit
precognita. et similiter potest sibi complacere ĩ alia re:
licet talis res non sit ꝑcognita: ⁊ simul in eadẽ re vt ꝑ-
cognita potest sibi complacere. Exemplum primi. Qñ
lapis cognoscitur ab intellectu: tunc voluntas vult la-
pidem prius cognitum: quia nunqꝫ lapis est ꝑsens vo-
luntati in rõne obiecti volibilis nisi prius natura sit co-
gnitus. Exemplum secũdi. qñ volũtas complacet sibi ĩ
ipsa intellectione lapidis volẽdo eã: ⁊ tũc cõtingit qñ
firmat intellectum in tali intellectione: et tamen talis
Dubiũ bo- intellectio non est prius cognita. Sed tunc est dubiuꝫ
nũ. quomodo volũtas potest velle aliquid et non precogni-
tum: cũ voluntas non feratur nisi in precognitum. Di-
co ꝙ complacere sibi ĩ aliquo siue velle: illud potest du-
pliciter intelligi. s. vel ꝙ cõplaceat sibi vt in obiecto:
vel ꝙ complaceat sibi nõ vt in obiecto: sed vt in eo quo
attingit primmm obiectum. Primo modo non potest
sibi complacere nisi in precognito: quia nunqꝫ volun-
tas elicit actum volendi circa aliquod vt obiectum ni-
si illud sit actu cognitum: sed secundo mõ põt sibi com-
placere nõ in ꝑcognito: qꝛ nõ respicit illud vt obiectũ.
Et cuꝫ dicitur ꝙ voluntas non fertur nisi precognitũ.
Hoc verum est de primo obiecto: quia non potest im-
mediate velle lapidem nisi sit precognitus: et similiter
hoc est verum de omni eo qꝺ respicit vt obiectũ. Nam
voluntas in multis potest sibi complacere: et velle ea
que tñ non sunt ꝑcognita: vt patet. qꝛ vult actu volun-
tas diuina multa ꝯtingẽtia: ⁊ complacet sibi ĩ illis: que
tamen non sunt precognita ab intellectu diuino: vt pa-
tet a Doc. in pmo dist. 39. ⁊ in quoli. q. 14. Sic similiter
potest sibi complacere in intellectione alicuius obiecti
actu non precognita. Et similiter potest sibi complace-
re in obiecto cognito: et non complacere sibi in intelle-
ctiõe obiecti: etiam potest cõplacere in intellectiõe ob-
iecti et nõ complacere sibi in obiecto: vt infra patebit.
Exemplum tertii est quando voluntas respicit eãdem
intellectionem non vt precise hic quo intellectus atti-
git primum obiectũ sed vt est quoddam obiectũ volibi-
le: ⁊ tunc voluntas non põt sibi cõplacere in tali intel-
lectione: nisi fuerit prius cognita ab intellectu actu re-
flexo. Secundo dicit doc. ꝙ voluntas potest sibi com-
placere in obiecto: ⁊ non complacere: patet: qꝛ si nõ po-
test sibi complacere in obiecto: tunc voluntas non pos-
set conuertere intellectum ad tale obiectum vel cõuer-
sum tenere. Et similiter si nõ posset sibi nõ complacere
in tali obiecto tunc non posset auertere intellectum a
tali obiecto. Et similiter si non posset sibi complacere ĩ
obiecto: ⁊ in intellectiõe illius obiecti: tunc non posset
coniungere parentem cum prole. Nam in proposito pa-
rens est memoria fecunda: que includit intellectum et
obiectum: et proles est intellectio perfecta obiecti: que
dicitur verbum: que si est ꝑfecta dꝛ verbum perfectum
si impfecta dꝛ ꝟbum impfectũ vt satis: pꝫ. in primo di.
27. et tunc dꝛ coniungere parentẽ cum ꝓle qñ conuer-
sit intellectum ad obiectum vel tenet ipsum ĩtellectum
in consideratione talis obiecti et similiter põt sibi non
cõplacere in tali obiecto et in tali intellectione: ptꝫ: qꝛ
si non posset sibi non complacere: tunc non posset ipm
intellectum auertere a tali intellectione ⁊ cõuertere ad
aliud obiectum. ⁊ sic nõ posset ꝯiungere alium parẽteꝫ
cum alio prole. ¶ Tertia propositio est ꝙ volũtate cõ-
Tertia ꝓ- placente intellectioni. intellectio firmatur ⁊ intendiẽ.
positio. ipsa autem non complacente vel nolente infirmatur et
remittitur: ⁊ hoc ꝓbat: quia agens quod est diuersarũ
operationum quale est agens per intellectum ⁊ sensum
si circa vnum ⁊ idem agit fortius et perfectius agit qꝫ
si simul agat circa dispata quia virtus vnita fortior est
et perfectior igitur si anima ꝫm omnes suas potentias
agit circa idem obiectum fortius et perfectius agit qꝫ
si circa diuersa ꝫm diuersas potentias ageret: ⁊ ideo si
voluntas operatur circa idem circa quod intellectus:
tunc ꝯfirmatur intellectꝰ in sua actione. Et hec ẽ rõ ꝓ-
pter quid ꝙ vero ita sit: patet per experiẽtiã certã. vcꝫ
ꝙ intellectus ⁊ voluntas possint simul agere circa idẽ
obiectum respectu vnius ⁊ eiusdem actionis quilibet
in se põt experiri. Nam experimur ꝙ tunc visio est intẽ-
sior quando voluntas ad eandẽ concurrit tenẽdo ⁊ fir-
mando potentiam visiuã in tali visione: ⁊ ꝙ sic firmet ⁊
teneat. hoc pꝫ experimẽto. stante ergo hoc vero. s. ꝙ vo-
luntas et intellectꝰ possint simul agere circa idem obie-
ctum respectu eiusdem actionis ratio concludit ꝓpter
quid que est ꝙ plures potentie nate agere circa idẽ si si-
mul agunt: fortius agunt: qꝫ si vna sola ageret. ¶ Se-
cundo ꝓbat hoc idem: qꝛ agens inferiꝰ ꝑfectiꝰ agit cõ-
currente agente supiori: lꝫ non necessario requisito: sed
voluntas est agens superius respectu intellectus: lꝫ nõ
necessario requiratur ad actionẽ intellectus.
¶ Sed occurrit aliqꝺ ꝑuum dubium: qꝛ dictum est ꝙ
voluntas non causat intellectionẽ in se: sed causaẽ ab
intellectu ⁊ obiecto qua causata tunc volũtas firmat ĩ-
tellectũ in tali intellectione ⁊ tunc intellectio illa fit ĩ-
tensior. Quero tunc a quo causatur intẽsio talis intel-
lectionis. si a voluntate. ergo ⁊ intellectio illa causaẽ a
volũtate. probaẽ ꝯña qꝛ causans intensionem alicuius
actus causat etiã substãtiã actus vt ꝓbat doct. in. 1. di.
17. contra opi. Gottifre. qui volebat ꝙ substãtia actꝰ es-
set a potẽtia ⁊ intẽsio actꝰ ab habitu: ⁊ Doc. ibi arguit
ꝓbando ꝙ ab eodẽ est intensio actus et substãtia eius-
dẽ. Sꝫ in ꝓposito ĩtellectio obiecti quo ad eius substã-
tiã non est a voluntate qꝛ illa est prior natura actu eli-
cito voluntatis: ergo nec intensio eius erit a volunta-
te. Si dicatur ꝙ talis intensio ẽ ab intellectu ⁊ ab ob-
iecto. Cõtra qꝛ ĩ illo priori natura quo cãtur ĩtellectio
ab intellectu ⁊ obiecto cãtur ꝑfecte qꝫtum causari põt
ab eisdem: quia intellectus et obiectum sunt cause na-
turales causantes intellectionem ꝑ modũ nature: ideo
ꝑfecte cãnt qꝫtũ pñt. Si dicatur ꝙ intellectꝰ ⁊ obiectũ
ꝑ ĩperiũ volũtatis sunt magis disposita ad causandũ:
Contra qꝛ per tale imperium nihil recipiẽ nec in intel-
lectu nec in voluntate quo dicantur magis disposita.
¶ Propterea in cuius potestate non est actio: in eius
etiã potestate nõ est ĩtẽsio vel remissio. Hoc pꝫ a doct.
in quarto. d. 49. q. 9. ⁊ similiter in primo. d. 1. q. 4. vbi
vult ꝙ in cuius potestate nõ est actio nec in eius pote-
state est modus actionis puta intẽsio vel remissio actio-
nis. Sed intellectio ꝫm eius substãtiã nõ est ĩ potesta-
te voluntatis: pꝫ: qꝛ illa est prior natura actu elicito vo-
luntatis. ergo nec est in potestate volũtatis intẽsio vel
remissio intellectionis. ¶ Preterea habetur a doc. in Nulla na-
quarto in. q. de corporũ impassibilitate: ⁊ in. q. de clari- tura crea-
tate corporũ. d. 49. ꝙ nulla natura creata põt impedi- ta põt ipe-
re naturales actiones. Stãte debita approximatione dire actio-
agentis ⁊ passi. Nã stante igne approximato ligno per- nes.
fecte disposito a tota natura creata nõ põt ĩpediri cõ-
bustio ligni nec intensio cõbustionis: ⁊ similiter stante
potentia visiua debite approximata colori a nullo po-
test impediri quin visio ⁊ intẽsio visiõis sequatur. ergo
stante ꝑsentia obiecti ipsi intellectui que sunt cause na-
turales intellectionis a nullo agẽte creato pñt impedi-
ri quin sequatur intellectio quo ad substãtiã ⁊ quo ad
intẽsionẽ eius: ergo talis intellectio nõ põt ex solo ĩpe-
rio volũtatis intẽdi vel remitti. ¶ Rñdeo breuiter cõ- Rñsio ve-
cedẽdo ꝙ nec intẽsio nec remissio intellectiõis sunt ꝑ se randa.
a volũtate: vt a cã cãnte: sed ideo dẽ intellectio intẽdi a
volũtate ꝓ qꝫto hẽt in ptãte sua firmare intellectũ ĩ ta-
li obieto: ita ꝙ quãto magis firmaẽ tãto perfectiꝰ agit
circa obiectũ qꝛ tũc minus distrahiẽ circa alia obiecta
qꝺ etiã pꝫ de potẽtia visiua: que qꝫto magis firmaẽ in
visione coloris tãto illa visio intendiẽ: qꝛ ergo volun-
tas habet in ptãte sua firmare ĩtellectũ circa obiectũ:
⁊ auertere illũ ab obiecto: quãto magis firmatur a vo-
luntate: tanto ab intellectu illa intellectio intenditur.
⁊ quanto magis auertitur a tali intellectione: tanto in-
tellectio remittitur: quia tũc intellectus minꝰ perfecte
agit. Cõcedo ergo ꝙ stante ꝑfecta approximatione in-
tellectꝰ ad obiectũ: volũtas nõ potest impedire intelle-
ctionẽ ⁊ intẽsionẽ eius: sed est in potestate volũtatis:
ꝙ vnũ obiectum prius cognitũ magis fiat pñs intelle-

ctui:videlicet conuertendo intellectũ circa tale obiectum ꝗ̃ aliud. ¶ Posset etiam forte sustineri ꝙ intensio intellectionis sit a voluntate:nõ sic intelligendo vt opinio recitata in pͥmo.d.17.intelligit.s.ꝙ ab vno sit intẽsio actus:⁊ ab alio sit substantia actus: qꝛ hoc est simpliciter impossibile cũ ab eodẽ sit substantia ⁊ intẽsio actus:sed ꝙ actus sit perfectior quando simul est a potẽtia ⁊ habitu:vt pʒ a doc.in primo vbi supra.⁊ in tertio.d.27.Potest eñ esse ꝙ voluntas nõ habituata diligat franciscum:⁊ ꝙ stante tali dilectione infundat ab eo habitus charitatis:tũc ille idem actus erit perfectior si simul eliciatur a charitate ⁊ voluntate agẽte equali conatu cũ illo habitu:sicut prius agebat sine illo.Sic dico in ꝓposito:ꝙ ꝗ̃uis prima intellectio obiecti accipiẽdo primã intellectionẽ ꝓ illo primo instãti nature quo elicitur vt prior actu elicito voluntatis nõ sit in potestate voluntatis:vt supra patuit: tamẽ eadẽ intellectio vt continuata per aliquod tp̃s potest eẽ in potestate voluntatis: sic ꝙ voluntas potest imperare intellectui vt stet in tali intellectione:⁊ tunc talis intellectio vt sic continuata simul potest esse ab intellectu ⁊ voluntate:⁊ quo ad eius substantiam ⁊ eius intẽsionem:que si esset a solo intellectu ⁊ ab obiecto agentibus toto conatu non esset ita perfecta:sicut esset cõcurrente voluntate.⁊ sic forte posset concedi.ꝙ eadem intellectio quo ad substantiam ⁊ intensionem eius sit ab intellectu ⁊ a voluntate:sed perfectior quãdo simul est ab vtroqȝ.Si dicatur:quomodo intellectio ƀm substãtiam potest esse a volũtate cum ipsa sit causata ĩ aliquo priori nature ante actũ voluntatis elicitũ. Dico ꝙ talis intellectio ꝗ̃diu cõtinuatur tãdiu etiã causatur:lʒ ergo in illo primo instãti nature nõ possit a voluntate causari.potest tamen causari in omni alio instãti: siue nature siue tẽporis:et hoc partialiter:⁊ bene nota que

Responsio doc.ad difficultatem dixi. ¶ Istis tribus ꝓpositionibus p̃missis:respõdet doc.ad difficultatem dicens ꝙ vna intellectione intellectus existẽte perfecta:possunt esse ibi multe confuse ⁊ imp̃fecte:nisi illa intellectio esset ita perfecta ⁊ actualis:ꝙ non pateretur secũ aliam:licet forte casus nõ sit possibilis.Illis ergo confusis ⁊ imperfectis ibi existentibus potest voluntas ƀm ꝓpositionem secundã cõplacere in qualibet earum etiam si illa intellectio non fuerit cognita vt obiectum actualiter:⁊ ex tertia ꝓpositione voluntate complacẽte in aliqua intellectione cõfirmat illam ⁊ intendit.Illa ergo que est remissa ⁊ imperfecta fit per istam complacentiã perfecta ⁊ intensa: et sic potest imperare cogitationi:⁊ cõuertere intellectũ ad illam.s.intendendo illam per talem complacẽtiam voluntate vero nolente aliam intellectionẽ ⁊ non cõplacente sibi in ea:talis intellectio vel remittitur: vel desinit esse:⁊ sic dicitur voluntas auertere intellectum ab intellectione illius:⁊ est simile vt dictũ est de oculo qui stans in ꝓportione eadẽ ad aliquod corpus visum sine motu aliquo ⁊ manifeste eadem pyramide põt virtus visiua in aliud punctum quod prius videbat licet imperfecte:⁊ sic intẽderetur illa visio circa illud aliud punctum.

Declaratio littere. **Ad illa** tria argumenta superius facta respõdet doc.⁊ primo ad primũ cõcedendo ꝙ volitio requirit intellectionem priorẽ natura:et sufficit ꝙ illa intellectio sit imperfecta ad hoc ꝙ volũtas illi cõplaceat. Vult dicere in ista littera ꝙ ex quo ĩtellectio dicit̃ intẽdi ex hoc ꝙ voluntas cõplacet sibi in illa: vt supra patet:⁊ sufficit ꝙ talis intellectio sit imperfecta: qꝛ vt sic conuertendo intellectũ ad illam: siue firmãdo intellectũ in illa:tunc talis intellectio intenditur:⁊ ꝓ quanto intẽditur dicitur sub esse imperio voluntatis. Nõ requiritur ergo ꝙ ad hoc vt complacet sibi ꝙ illa sit p̃intellecta:sed sufficit ꝙ obiectũ talis intellectiõis illa intellectione sit p̃intellectum.nam vt talis intellectio est precise id quo intellectus immediate tendit in obiectũ nõ põt voluntas sibi cõplacere in illo vt precognita:sed vt est id in quod intellectus mediate tendit mediante alia intellectione qua reflectitur super illã: tunc volũtas põt sibi cõplacere in illa vt prius cognita illa cognitione reflexa:immo nullomodo vt sic põt sibi cõplacere in illa nisi vt p̃cognita: sed in illa intellectione reflexa cõplacet sibi vt nõ p̃cognita:qꝛ talis intellectio est p̃cise id quo intellect⁹ immediate tẽdit in primã ĩtellectionẽ:⁊ sic pariformiter põt dici de omni intellectione reflexa in infinitũ. ¶ Ad scḋm dicit doc. duo.Primo ꝙ in causis essentialiter ordinatis vbi superior est libera in agendo põt esse circul⁹:⁊ sic cũ volũtas sit causa superior ⁊ libera ⁊ intellectus causa inferior per modũ nature siue cogitatio obiecti ⁊ sic cogitatio obiecti põt esse causa act⁹ volendi:⁊ actus volendi põt esse causa talis cogitationis ⁊ sic circulus.Sed hoc dictũ debet sane intelligi.põt eñ habere multiplicẽ sensum. Primo sic potest intelligi ꝙ ipsa cogitatio obiecti siue intellectus mediãte cogitatione sit causa actus volẽdi ꝗ̃tũ ad suũ esse ⁊ ꝙ actus volendi siue voluntas mediante actu suo volẽdi sit causa talis cogitationis ⁊ sic cogitatio in essendo depẽderet a volitione: ⁊ volitio similiter in essendo depẽderet a cogitatione: et hic sensus videtur manifeste impossibilis nisi sic limitando sensum:vʒ:ꝙ intellectus mediante cogitatione vt prius natura partialiter causat volitionẽ eiusdẽ obiecti:tenendo illam tertiã opi.recitatã supra in isto secundo.d.25.⁊ ꝙ volitio ipsa in isto priori nõ ĩtelligat̃ esse causa cogitationis qꝛ in illo priori nature quo ponitur agitatio nõ intelligitur habere esse:sed in tẽpore sequẽti voluntas mediãte tali actu prius causato a voluntate ⁊ ab intellectu põt intendere eandẽ intellectionem firmãdo intellectũ in illa intellectione: ⁊ sic talis intellectio vt intensa ⁊ firmata põt esse causata a volũtate mediante actu volendi:⁊ hoc tm̃ partialiter.Sed

post est difficultas ꝙ si intellectus mediãte cogitatiõe obiecti imperfecta est causa partialis volitionis ĩperfecte:ergo iste intellectus mediante tali cogitatione ĩtensa ⁊ perfecta erit cã volitionis perfecte:⁊ intense:⁊ sic eadem volitio intensa dependebit a cogitatione intensa ⁊ econtra. Dico adhuc ꝙ nõ est ꝓprie circul⁹ qꝛ voluntas mediante volitione imperfecta firmando intellectũ in cogitatione partialiter intẽdit illam cogitationem ⁊ post illa cogitatione sic intensa eadẽ volitio prius imperfecta põt vlterius intendi vt a cã partiali ⁊ maxime nõ apparet incõueniens ꝙ vna cã partialis partialiter intẽdat aliquẽ effectum ⁊ ꝙ eadẽ causa partialiter intẽdatur ab eodẽ effectu:sed esset incõueniẽs in causis totalibus. ¶ Secundo põt sic intelligi ꝙ intellectus mediãte actu suo dicatur cã inferior respectu volitionis nõ causando illã:sed pro ꝗ̃to voluntas nõ potest elicere illam nisi talis intellectio p̃exigat̃:⁊ ꝙ voluntas mediante actu suo sit cã talis intellectiõis.s.ꝙ sit causa ꝙ intellectus immediate eliciat illam ⁊ hic sẽsus est simpliciter falsus:qꝛ tunc idem respectu eiusdẽ esset simpliciter prius ⁊ posterius:pʒ: qꝛ intellectio vt p̃exigitur volitioni necessario est prior volitiõe:⁊ si voluntas mediante tali volitione est causa ꝙ intellectus eliciat illam tunc volitio erit simpliciter prior tali intellectione ⁊ sic idẽ respectu eiusdẽ erit simpliciter p̃us ⁊ posterius quod non est intelligibile. ¶ Dico ergo ꝙ

sic debet intelligi ꝙ illa intellectio vt imperfecta in aliquo instãti priori nature est simpliciter prior volitione ⁊ p̃exigitur ipsi volitioni:⁊ quo ad hoc dicitur suo modo cã volitionis:sed quo ad intẽsionẽ ⁊ continuationẽ eiusdẽ cogitationis ipsa cogitatio põt eẽ posterior volitione:qꝛ volũtas firmãdo intellectũ mediãte suo velle in tali cogitatiõe intẽdit illã ⁊ sic eadẽ cogitatio vt ĩperfecta est prior volitione ⁊ vt perfecta est posterior. ¶ Secundũ dictũ ẽ ꝙ loquẽdo de causis essentialiter ordinatis naturalibus ⁊ per modũ nature agentibus ⁊ p̃cipue de causis totalibus tũc ibi nullo mõ põt eẽ circulus ⁊ hoc satis pʒ. ¶ Ad tertiũ dicit doc. ꝙ intellectiões habẽt cãm sufficientẽ.s.memoriã quo ad perfectionẽ quã illa põt cãre:ipsa tñ eadẽ cã cõcurrente cũ superiori vel hñte ordinẽ essentialẽ circa illud circa qḋ agit ipa ꝓpter quẽ ordinẽ nate sunt iste potẽtie se inuicẽ impedire cũ circa diuersa operãtur:ideo circa idem se intẽdunt:⁊ tunc sequit̃ operatio itẽsior ⁊ perfectior vñ qñ intellect⁹ intelligit aliquid:si esset operatio voluntatis circa idẽ:⁊ imaginatio circa idem imaginabile:⁊ sensus exterior circa idẽ:⁊ particulare puta ꝙ esset sibi p̃sens:tunc perfectior esset intellectio: qꝛ potentie distincte circa diuersa remittunt̃ in actionib⁹ suis: vt experimento patet.Aliter posset dici ꝙ voluntas habeat immediatã actionẽ super intellectũ. Sed est hoc difficilius qꝛ nõ apparet ꝙ voluntas vt causa superior sit causa intellectionis:⁊ similiter intellectus:videtur eñ ꝙ intellectus vna cum obiecto sit causa sufficiens

Difficul.

Rñsio.

Solutio.

intellectionis voluntate nullo mõ concurrente.

Ibi. Sequitur secundum. Hic est secundus articulus principalis huius q. qui est quõ cogitatio possit esse mala. Ad hoc dicit doc. ꝙ ipsius voluntatis sunt duo actus. s. ꝯplacentie ⁊ cõcupiscentie: ⁊ actus complacẽtie prior est qꝛ pri⁹ cõplacet volũtati ex dilectiõe in illo cui cõcupiscit ꝙ̃ ꝯcupiscat aliquid sibi. Exẽplũ. Nã auarus q̃ vult sibi pecunias prius sibi cõplacet. i. prius amat se ꝙ̃ pecunias sibi cõcupiscat: semp. n. amor cõcupiscẽtie est posterior amore amicitie: siue ꝯplacẽtie: vt clare patuit supra. di. 6. q. 2. Hoc p̃supposito dt Doc. ꝙ volũtas põt aliq̃d sibi inordinate cõcupiscere: puta actũ fornicãdi ꝯplacere in illo. i. ꝯplacere sibi in illo actu. ⁊ cũ dico cõplacet sibi i tali actu dico duo. s. amorẽ cõcupiscẽtie quo ꝯcupiscit sibi actũ fornicandi: ⁊ amorẽ cõplacẽtie quo cõplacet sibi in illo actu. Et non tm̃ põt sibi complacere in aliquo: puta voluntas non tm̃ põt sibi complacere in aliquo ordinate vel inordinate concupito: sed etiam potest complacere potẽtiis inferioribus in aliquo ordinate vel inordinate illis concupito: vt cum volũtas cõcupiscit aliquod visibile potentie visiue et complacet potentie visiue in tali visione: ita ꝙ hic sunt duo amores in voluntate. vnus quo concupiscit visionem obiecti delectabilis potentie visiue: ⁊ alius quo complacet illi potẽtie visiue in tali visione: ⁊ non tm̃ hoc sed etiã alii: puta alicui proximo. põt aliquid concupiscere: et hoc ordinate vel inordinate et cõplacere ꝓximo in tali concupito: et eodem modo potest voluntas quo ad actum intellectus. Põt. n. voluntas complacere intellectui in aliqua cogitatione. ¶ Nunc applicando ad ꝓpositum dicit Doc. ꝙ quando voluntas imperat cogitationem alicuius illiciti qua vult ꝙ obiectum sit sibi p̃ns ad cõtinuandũ delectationẽ ⁊ cõplacẽtiã in illo: si illud cogitatum sit illicitum in complacẽtia plena illo mõ predicto est pctm̃ mortale: ⁊ hoc non solum de carnalibus vt cogitare luxuriam: sed etiam in actibus intellect⁹ respectu aliorũ obiectoꝝ vt rimari ⁊ morari cũ delectatiõe in cogitatiõe mortis iimicoꝝ: ⁊ sic pꝫ ꝙ cogitatio de obiecto illicito ꝓcedẽs ex cõplacẽtia volũtatis in illo post deliberationẽ est pctm̃ mortale. ⁊ nota bñ q̃ dicit doc. de cõplacẽtia plena. i. ꝙ qñ volũtas plene ⁊ determinate deliberat cõplacere sibi in cogitatione illiciti vt ibi delectet̃: ⁊ tũc dr̃ deliberatio plena qñ ꝑ verum syllogismum practicũ sibi oñditur fornicationẽ esse illicitã ⁊ lege diuina ꝓhibitam: ⁊ per ꝯñs nullo mõ volendam: ⁊ hꝫ tp̃s quo põt assentire tali dictamini ⁊ conformiter elicere actum nolẽdi: si tunc determinate cõtra illud dictamen rõnis elicit actum quo vult luxuriã: ita ⁊ taliter ꝙ non eliciat actũ ex quadã surreptione: vel ex quodã impetu: qꝛ tunc nõ cederẽ illũ esse pctm̃ mortale: sed qñ ꝑfecte ostendit̃ sibi esse malũ: ita ꝙ in ratione nulla est surreptio: nec ĩpedimentũ: si post tale dictamen determinat velle fornicari etiã si op⁹ nõ sequatur mortalr̃ peccat. Sic pariformiter dico ꝙ si syllogismo practico cõcludat̃ esse pctm̃ mortale delectari in cogitatiõe illiciti ⁊ legi diuine simplr̃ prohibiti: et hoc dictetur expresse voluntati: si tunc volũtas determinat cõtra tale dictamen cõplacet sibi in tali cogitatione illiciti imperando intellectui vt firmiter stet ĩ tali cogitatione: tunc nulli dubiũ ꝙ illa cogitatio post talẽ deliberationẽ est pctm̃ mortale: quod ꝓbat: quia sicut est pctm̃ mortale concupiscere sibi delectationẽ de obiecto illicito: et illam etiam vel aliam ꝯcupiscere potentie inferiori: sic etiam est pctm̃ ad hoc velle cogitationem de ipso obiecto: vt. s. delectetur in illo. Et hec est sentẽtia Aug. 12. de ciui. c. 12. vide ibi. Et ꝙ aug. ibi intellgat ꝙ delectatio sine consensu in opus sit peccatũ mortale: patet per illud quod dicit. Si sola mulier cogitat de re illicita totus homo damnabitur: nisi mediatoris gratia interueniente liberetur: ꝙ si esset veniale posset sine grã apposita liberari: et auctoritas Aug. dꝫ intelligi de pleno consensu modo preexposito: qui videlicet sequatur dictamẽ recte rationis ⁊c. Nota etiã ꝙ quando voluntas pleno consensu imperat cogitationẽ de obiecto illicito vt delectetur in tali illicito ꝙ si delectatio actu non sequitur: adhuc talis cogitatio ẽ peccatum mortale: quia si talis delectatio non seq̃tur non est ex defectu voluntatis: cum ipsa pleno consensu velit delectari in tali cogitatione. ¶ Addit etiam Doc. ꝙ ĩ eadẽ cogitatione potest esse pctm̃ ⁊ non esse: quia quantumcũqꝫ cogitatio sit delectabilis: cum tamẽ obiectum non est sibi delectabile non est peccatum. Unde vir sanctus potest delectari in cogitatione alicui⁹ peccati quod detestatur: ⁊ sic in tali delectatione erit meritum ⁊ non peccatum. Delectari vero in cogitatiõe alicuius peccati quatenus obiectum illicitum sit sibi presens vt delectetur in illo vt in obiecto est peccatũ: etiã hoc pꝫ per Aug. 9. de trini. c. 10. Diffinire intemperãtiam verbumqꝫ eius dicere pertinet ad artem moralem id ẽ causare cognitionẽ intẽperantie que cognitio dicitur verbũ. hoc pertinet ad artẽ moralẽ qua cognoscũtur mala vt fugiẽda ⁊ bona vt prosequẽda: sed esse intẽperatum pertinet ad illud qd̃ in illa arte culpatur: sicut cognoscere ⁊ diffinire quid sit solecismus ꝑtinet ad artẽ loquendi. facere aũt illud est vitiũ in quod in eadem arte rep̃henditur. Sic ergo si cogitatio placet ⁊ continuatur non ꝓpter cogitatum: sꝫ vt ꝑ eam quis ad finem debitum deducatur non est pctm̃. Sed si propter obiectum illicitum vt in ipso delectet̃ sic est pctm̃ ⁊ isto modo sancti viri detestãtur cogitationes illicitas.

Ad argumenta principalia. primo arguit Doc. ꝓbando ꝙ pctm̃ non sit in cogitatione. quia s̃m Aug. de duabus animabus pctm̃ nunqꝫ est nisi in voluntate. ¶ Rñdet Doc. concedendo ꝙ peccatũ formalr̃ non est nisi in voluntate. Sꝫ tamen materialiter potest esse in aliis actibus vt inordinate imperantur a voluntate: vñ prima cogitatio: vt patet supra non inducit peccatum qꝛ illa est prior actu elicito voluntatis. eadẽ tamẽ vt cõtinuata ⁊ firmata: vt supra dixi potest esse pctm̃ mortale. non. n. aliqua noua cogitatio vt simplr̃ noua potest esse bona vel mala moraliter cum omnis talis sit prior voluntate: sed põt dici noua quo ad nouam intẽsionem: nam voluntas nõ põt imperare nouam intellectionẽ. sed bñ primam potest intendere. Pono ergo ꝙ intellectus meus añ omnem actum voluntatis cogitet obiectum illicitum ⁊ ꝙ voluntas in eodem instanti temporis conuertat intellectum ad illam cogitationem complacendo sibi in illa ⁊ in obiecto illius cogitationis. adhuc non credo ꝓ statu isto ꝙ voluntas peccet in tali cogitatione: qꝛ opꝫ ꝙ prius sibi ostẽdatur per verum sillogismum practicũ ꝙ delectari in tali cogitatione sit pctm̃ ⁊ hoc ꝓ statu isto non fit in instanti. Sed si post verum dictamẽ pleno consensu imperat talem cogitationẽ tunc erit pctm̃ mortale. Deinde declarat Doc. que sit secunda cogitatio siue noua ⁊ dicit ꝙ illa est noua vel prima: quotiẽs obiectum sibi occurrit si. n. nunc non intelligo lapidem et immediate post intelligo illum talis intellectio dicitur noua siue prima ⁊ si post horam non intelligo eundem lapidem ⁊ post alia horam intelligo illum eundẽ: adhuc illa dicitur noua siue prima et hoc etiam patet: quando homo surgit a sumno tunc omnis intellectio quam habet dicitur noua qꝛ in somno nullam habebat.

Cogitatio noua quid

¶ Secundo arguit sic quia s̃m Aug. de religione christiana: pctm̃ ideo peccatum quia volũtarium: sꝫ non est volũtariũ nisi qꝛ est in potestate voluntatis: sed cogitatio non est in potestate voluntatis: qꝛ non est in potestate nostra: quin visis tangamur: vt pꝫ per Augu. de libero arbitrio. c. 15. ¶ Rñdet Doc. concedẽdo ꝙ prima cogitatio nõ ẽ ĩ ptãte volũtatis sꝫ sic ꝯplacere cogitatiõi: ⁊ sic acceptare et tenere ĩtellectũ ibi bñ ẽ ĩ ptãte volũtatis vt supra patuit. ¶ Tertio arguit sic: qꝛ nihil est pctm̃ nisi sit cognitum: patet quia non est pctm̃ nisi volitum. et nichil est volitum nisi cognitum: sed cogitatio non est cognita patet quia si sic. aut igitur est cognita quando est. ⁊ hoc non quia tunc due cogitationes simul essent in intellenctu: quod non est necesse ad hoc ꝙ aliquis peccet. Aut ẽ cognita anteqꝫ insit ⁊ hoc non: quia tunc de ista intellectione qua prima cognoscitur quando non est: quererẽ vtrũ esset cognita vel nõ et si sic iterum q̃rerem de illa et sic in infinitum: aut illa est cognita postqꝫ infuit: et hoc non quia tunc in illa non esset peccatum actualiter cum illa actu non insit quod est ꝓpositum. ¶ Respondet Doc. ꝙ non sequit̃. cogitatio nõ est pri⁹ cognita: ergo nec volita qꝛ sufficit ꝙ actus cogitatiõis sit p̃ns non in rõne obiecti: vt supra patuit nec recte nec reflexe ꝯsiderati ad hoc ꝙ volũtas velit illam ⁊ cõplacet sibi in illa. vñ ad hoc ꝙ aliq̃d sit volitum sufficit ei⁹ cogitationẽ actualiter inherere in

Volũtatis sunt duo act⁹ cõplacẽtie ⁊ cõcupiscẽtie.

tellectui.i.ꝙ ad hoc ꝙ obiectuȝ sit volitū sufficit ꝙ intellectio illius actu inhereat intellectui ⁊ talis cogitatio actu inherens ītellectui pōt esse volita:lȝ actu non sit precognita:et de hoc satis dictum est supra. ¶Ultimo arguit sic Doc. in cogitatione non est malum.ergo non est pctm̄.ꝓbatio an̄tis:qꝛ si cogitatio esset maluȝ: ex hoc esset malum quia esset cogitatio alicuius mali: sed intellectio mali non est mala:patet quia ēt deus habet cogitationem mali, in quo tamen non est malū:nec peccatū. ¶Rn̄sio patet ex dictis supra.

Ad scđam questionē. **Ad secundam** questionē soluendam: q̄ est. an in sermone possit esse peccatū:⁊ duo sunt principaliter videnda. Primo quō sermo est in potestate voluntatis. Secūdo quō in sermone ē malicia. ¶Quātū ad primū dicit doc.ꝙ potētia motiua in hoīe est in obediētia seruili respectu voluntatis:que primo poli.vocatur potentia dispotica:sic ꝙ talis potentia nullo modo pōt rebellari voluntati sic disposite: sed in virib⁹ sensitiuis:q̄bus volūtas dn̄at principatu politico pn̄t aliqn̄ rebellare impio volūtatis: ⁊ de hoc vide p̄mo politico. Sic i ꝓposito formare voces articulatas est actus potentie motiue quo mouetur lingua ⁊ alia instrumēta ad vocē articulatā requisita.ipsa tamē vox articulata non pōt immediate elici nisi mediante actu imaginationis:vel intellectu: īmo pri⁹ formatur vox in mente q̄ȝ extra formetur:vt ptȝ per Doc.primo perhier.qui vult ꝙ sit vox in mente:et vox in voce:⁊ vīde que ibi exposui. Patet ergo quō sermo sensibilis est in ptāte volūtatis:si lingua non sit impedita ad motū: et similiter alia instrumēta. ¶Quātum ad scđm dicit ꝙ malicia vel pctm̄ est in sermone materialiter:formaliter vero in voluntate. Nam recta ratio iudicat om̄s actus humanos debere esse recte circūstantionatos rectitudine sibi debita.s.participata loquendo de actibus potentiarum inferioꝝ ⁊ dicunṫ actus humani:qui eliciuntur ex imperio volūtatis:vel liberi arbitrii. Nō em̄ omnes actus dicunṫ humani ex hoc solo ꝙ subsunt imperio voluntatis:qꝛ possunt imperari a volutate: qꝛ sic mouere barbam vel leuare festucaȝ ex sola imagina-

Actus hūani quid. tione essent actus humani:cum hmōi actus subsint ēt imperio voluntatis. Dicuntur ergo actus humani ex hoc ꝙ actu eliciūtur imperio liberi arbitrii: cum ergo voluntas teneatur imperare actibus qui sub sunt iperio eius conformiter rationi recte:sequitur ꝙ teneṫ dare illis rectitudinem eis conuenientem.et per ꝯn̄s si tales actus imperat contra dictamen recte rōnis priuat eos rectitudine nata eis cōuenire:⁊ sic in talibus actibus erit peccatuȝ materialiter:qꝛ in eis est priuatio rectitudinis nate inesse. Sed in ꝓposito actus potentie motiue subest imperio voluntatis.loquendo tamen de illis actibus qui subsunt volūtatis:nā multi sunt act⁹ qui non subsunt vt motus:pulsus et actus vegetatiue: et hmōi. Debet ergo talis actus esse circunstantionat⁹ et rectus rectitudine sibi debita vt pote ꝙ transeat sup materiam debitam vt ordinetur ad debitum finem: vt scȝ sermo edificet proximum:et ꝙ notificet illud quod est in conceptu mentis. Aliter.n.esset mēdacium:ex defectu igitur alicuius circunstantie quam oportet imperare voluntas est peccatum et malicia formaliter in voluntate.et materialiter in sermone.

Ad argumenta principalia. Arguit primo Doc.ꝓbando ꝙ peccatum non sit in sermone:quia vtens instrumento ad illū finē ad quem est ordinatum non peccat sed sermo inuentus est ad exprimendum mutue voluntatis inditia secūdū Pla.in thimeo. Secūdo arguit sic. Si peccatum est in sermone.aut est inq̄ȝtū est vox:vel inq̄ȝtū significatiua: non primo:quia tunc in brutis esset pctm̄.non secūdo: quia impositus est ad significandum: ⁊ eius impositio non est peccatum. Tum etiam quia ex hoc ꝙ est significatiua non imprimitur sibi aliqua qualitas propter quam vox illa dicatur mala. ¶Ad primum dicit doct. ꝙ ex quo vsus sermonis est in potestate voluntatis. et tenetur vti sermone ꝺm dictamē recte rōnis:⁊ qꝛ recta rō dictat ꝙ vtaṫ sermone cū oībus circūstantiis dictatis a rōne.vcȝ vt sit super debitā materiā edificet primū ⁊c.et ideo nō vtēdo sic sermone pctm̄ est formalr̄ in volūtate:et materialr̄ in sermone. ¶Ad secūdū dicit doc.ꝙ in voce vt significatiua est peccatum materialiter qꝛ voci vt significatiue cum subsit imperio voluntatis tenetur voluntas dare rectitudinem sibi debitam que rectitudo est vt voluntas actu suo elicito imperet talem vocem cōformiter dictamini recto:que vox si sic conformiter ex imperio voluntatis elicitur a potentia motiua est bona materialiter bonitate morali. Si vero difformiter est mala materialiter malicia opposita bonitati morali:et hoc quo ad argumentū.

¶Et cum dꝛ ꝙ impositio ad significādū nullā qualitatem voci tribuit. Hoc cōcedit doc.ꝙ sola īpositio non tribuit voci:nec qualitatē aliquā.nec intētionē:nec cōceptū:vn̄ nihil valet qđ dicunt aliqui vt Tho.q̄ dt ꝙ vox significatiua cōtinet ī se cōceptū rei:quē causat in aīo audiētis:⁊ qꝛ cōceptus aliqn̄ accipiṫ ꝓ obiecto cōceptibili:aliqn̄ ꝓ obiecto actu cognito:aliqn̄ pro actu cognoscēdi:aliqn̄ ꝓ spē intelligibili:vt ptȝ a doc.ī suis theorematibus:aliqn̄ accipiṫ ꝓ quodā ydolo fabricato ab ītellectu:de quo Ochā in primo. Sȝ quōcūqȝ accipiaṫ ꝯceptus ꝺm distinctionem Doc.talis cōceptus non contineṫ in voce significatiua. Si.n.hoc esset verum tunc vox significatiua audita posset mouere intellectū audientis ꝺm illā intētionē inquātū.s.est significatiua et tunc vox latina significatiua:puta hec vox lapis moueret intellectū greci audientis eam causando in eo cōceptum lapidis:quem in se continet:et per ꝯn̄s grecus per hanc vocem auditam statim cōcipet quiditatē lapidis:pȝ:quia cōceptus significat idem apud oēs qđ tamen est absurdū:vn̄ ꝑ hoc ꝙ est significatiua nulla qualitas sibi imprimiṫ:nec aliquem ꝯceptū in se continet: sicut nec in circulo causatur aliqua qualitas de nouo ꝑ hoc quod imponitur ad significandū vinū. Ideo dico ꝙ vox significatiua solū est signum ad significandū ad placitū:vn̄ vox tm̄ immutat sensum audit⁹:nec hȝ cāre in sensu:vel in fantasia:vel in intellectu nisi cōceptum vocis ex se:per quē.s.illa vox tm̄ concipitur:auditu tn̄ immutato a voce significatiua īmutaṫ fantasia ⁊ mēoria.⁊ rememoraṫ res cui tale nomē fuit impositū. Nisi em̄ fantasia haberet spēm rei:⁊ silr̄ vocis:mēoria sensitiua non cōseruaret illas spēs:nō rememoraret rei cui tale nomen fuit īpositū:qua rememoratiōe habita excitatur intellectus ad considerationem illius rei cui⁹ prius habuit notitiam. Aliter.n.nihil moueret intellectum:nisi vox cui imponitur prius fuerit sibi nota:que ad rem illam significandam imponebaṫ:⁊ sic talis vox reducit intellectū ad actualem intellectionē rei prius note habitualr̄:⁊ isto mō pōt esse materialr̄ malicia in voce:vt ē istrumētū volūtatis:ꝓ quāto.s. illa volūtas teneṫ imperare talē vocē ꝺm rectū dictamen rationis.

Ad tertiam qōnem soluēdā que est:an in opere sit pctm̄. Duo sunt p̄ncipalr̄ videnda. Ad tertiaȝ questionē. Primo.quō opationes aliaꝝ potentiaꝝ sunt in ptāte voluntatis. Scđo quō in eis est malicia. ¶Quantum ad primū dicit ꝙ opus in ꝓposito accipiṫ ꝓ opatione aliaꝝ potētiaꝝ inferioꝝ a potentia motiua ligue:⁊ lȝ sermo sit quoddā op⁹:distiguitur tn̄ cōtra alia opa:qꝛ ꝺm illud op⁹ sermonis maxime se hȝ hō ciuilr̄ ⁊ politice. Dicit ḡ doc.ꝙ potētia motiua ē in ptāte volūtatis: et silr̄ potētia sensitiua:⁊ ēt vegetatiue quaten⁹ dependēt a motiua:sicut potentia vegetatiua q̄ȝtū ad nutrimētū requirit appositionē nutribilis:⁊ iō null⁹ se nutrire pōt nisi cib⁹ appliceṫ ori:⁊ nisi fiat masticatio ⁊ deglutitio:q̄ actus sunt potētie motiue:q̄ subest imperio voluntatis: ⁊ quo ad hoc pōt dici vegetatiua subesse impio volūtatis:⁊ silr̄ req̄rit approximationē actiui ad passiuū.⁊ ꝺm hoc vegetatiua gn̄atiua est in ptāte nr̄a:⁊ in ea pōt esse pctm̄ materialr̄ inq̄ȝtū ad actū īordinatū p̄cedit potētia motiua:q̄ est in ptāte volūtatis:nā si potētia motiua īperio volūtatis:applicat actiuū passiuo debito mō:⁊ ad finē debitū:vt cū q̄s cognoscit suā mō debito.⁊ ad finē debitū:⁊ ꝺm dictamē pfecte rōnis. Similiṫ etiā q̄ȝtū ad potētias sensitiuas:puta visus:audit⁹:odorat⁹:olfatus:⁊ tact⁹:quaten⁹ opatiōes eaꝝ dependēt a potētia motiua pōt in eis esse pctm̄ mar̄ialr̄:lȝ n.actus vidēdi nō sit īmediate ī ptāte volūtatis stanti b⁹ oculis apertis circa visibile approximatū:tn̄ illa visio est in ptāte volūtatis ꝓ quāto pōt impare potētie motiue:vel vt auertat oculos:vel vt eos claudat.vn̄ aug. 11.de tri.ca.8.dt ꝙ qꝛ opatio palpebraꝝ necio req̄ritur ad visionem:⁊ motus localis palpebraꝝ obedit aīe:eatenus hacten⁹ visio est ī ptāte volūtatis. ¶Sȝ sunt ne hmōi potētie motiue aliṫ in ptāte voluntatis q̄ȝ ꝑ principiū

motiuum. Dicit ꝙ sic inq̃ztum .s. perfectius pñt i actũ suum ex hoc ꝙ voluntas habet actum suum circa idem obiectum: patet in visu: nam stante eadem dispositiõe obiecti ⁊ oculi potest visus imperari a volũtate vt abs ꝗ motu locali intueatur nunc aliquem punctum perfectius q̃ꝫ prius. et hoc in eadẽ pyramide: ⁊ infra eandẽ basim ꝓpter copulationem voluntatis. ¶ De secundo principali patet ꝙ malicia est in eis materialr: qñ .s. tales operationes non sunt elicite imperio volũtatis cũ debitis circunstantiis a ratione recta dictatis. ¶ Cõtra hoc arguitur: q2 opus non est voluntarium: vt patet ad Roma. 8. Non ꝙ volo bonum hoc facio. Secũdo: q2 talia opera sunt communia brutis ⁊ hoĩbus. ergo in illis non est pctm̃: sicut etiam bruta per illa non peccant. ¶ Rñdet doc. ad primũ ꝙ dictũ apl'i intelligitur quo ad primos motus: qui precedũt omnem actum volũtatis: et per ꝯñs nulla culpa potest esse in eis: q2 vt sic non subsunt imperio voluntatis: sed delectationes que sunt in voluntate tanq̃ꝫ primi motus sunt pctm̃ qñ sunt de obiecto illicito: vt qñ volũtas delectaᷣ appetitui sensitiuo: quia ille delectatiões nõ sunt sine actu rõnis et voluntate precedente. Hoc tamen debet sane intelligi: quia non est pctm̃ mortale talis delectatiõis: nisi sequatur plenum consensum: vel plenam deliberationem. precedente vero dictamine rationis quod est cõmuniter cognitio cõclusionis syllogismi practici plene ⁊ actualiter dictans esse illicitum: ⁊ lege diuina ꝓhibitum voluntatem velle condelectari sensui de re illicita: vt supra dixi. ¶ Ibi. Si dicas ꝙ primi mot⁹ nõ sunt peccata ex eo ꝙ voluntas non preuenit. Hic mouet vnam difficultatem quia delectatio immoderata ĩ parte sensitiua: que nata est subesse imperio volũtatis: siue operatio ad quaꝫ sequitur talis delectatio licet sit prior actu voluntatis elicito: quia voluntas non tãtũ tenetur non imperare hm̃õi actus: sed etiam teneᷣ preuenire potentias sensitiuas: ne tales actus eliciãt. Dicit Doc. ꝙ tunc si erit peccatuꝫ ꝙ tm̃ erit pctm̃ omissionis in volũtate: q2 omittit qꝺ teneᷣ nõ omittere: omittit .n. talem preuẽtionem quam tenetur non omittere. In illis ergo oꝑationibus sensitiuis elicitis non ex imperio voluntatis non est peccatum etiaꝫ materialiter: sed tm̃ est peccatum omissionis in voluntate. Sed quomodo voluntas teneᷣ preuenire potentias ne eliciant tales actus. hoc non pertinet ad p̃sentem materiam.

¶ Ad secundum patet rñsio ex supradictis q2 appetitus noster cum subsit imꝑio voluntatis per participationem. ideo põt esse in eo peccatũ materiale.

Ad q̄rtam q̄stionem. **Ad questionem** quartaꝫ que est. An diuisio Hiero. de peccato sit sufficiens. Dicit doc. primo ꝙ Hiero. non diuidit hic pctm̃ formaliter: quia peccatum formaliter est tm̃ in actu voluntatis elicito: cum sit carentia rectitudinis q̃ deberet inesse tali actu ex recto dictamine rationis: vt superius patuit. Secundo dicit ꝙ Hiero. non diuidit hic subiectum peccati formalis: quia tale subiectum est tm̃ actus volũtatis elicitus: pctm̃ .n. siue formale: siue materiale immediate fundaᷣ in actu: vt supra patuit ĩ isto 2. di. 34. et sic subiectum peccati formalis vt distinguitur cõtra subiectum peccati materialis est actus volũtatis elicitus. Tertio dicit ꝙ Hiero. non diuidit pctm̃ originale: q2 illud est tm̃ in volũtate. vt supra patuit ĩ isto .2. distin. 29. ⁊ 31. Quarto dt: ꝙ Hiero. hic tm̃ diuidit subiectũ pcti materialis: q̃le subiectũ est cogitatio: sermo ⁊ operatio. Et addit doc. ꝙ illa diuisio posset cõtineri sub duplici mẽbro. s. ꝙ quoddam est pctm̃ ĩ actu interiori vt cogitatio: ⁊ quoddam in actu exteriori: et hoc secundum mẽbrum subdiuiditur: q2 cõtinet sermonem ⁊ oꝑationẽ: q2 locutio maxime cõuenit homini vt est rationalis: ⁊ vt est homo: q2 vt sic est cõicatiu⁹: ⁊ sic circũloquimur actũ exteriorem ꝑ duo membra ⁊ dꝫ intelligi diuisio positiue quo ad pctm̃ cõmissionis: puta quando actu dicitur sermo vel opus sine debitis circũstãtiis a rõne dictatis: ⁊ simil'r cogitatio negatiue q̃ad pctm̃ omissiõis ĩ cogitatiõe: locutiõe: ⁊ oꝑe: vt cũ volũtas teneᷣ ĩꝑare cogitationẽ: locutionẽ: ⁊ op⁹: ⁊ nõ ĩꝑat

Ad quintã questionẽ. **Circa vltimam** questionẽ q̃ est. An diuisio septẽ pctõrum capitaliũ sit sufficiens. Dicit Doc. ꝙ solutio huius .q. patet. dist. 6. huius .q. 2. vbi q̃situ est de peccato angeli. Volũtas .n. coniuncta appetitui sensitiuo nata est tẽdere ĩ delectabilia talis appetitus et condelectari illis: vt satis patet in tertio di. 15. et maximo in maxima delectabili ⁊ appetibili appetitui sensitiuo excellentiori nata est cõdelectari. sicut intellectus coniunctus natus est intelligere sensibilia: ⁊ pri⁹ ea que sunt prius sensibilia: volũtas igitur nostra propter ꝯiũctionẽ sui appetitui sensitiuo nata est tendere in delectabilia tali appetitui: et ẜm ista delectabilia pñt assignari pctã capitalia carnalia: qualia sunt luxuria ⁊ gula. Sed pctã spũalia pñt assignari ẜm illud qꝺ est delectabile voluntati in se nõ ꝓpter appetitũ sensitiuũ: sicut honor ⁊c. quẽadmodũ est suꝑbia: vt cum quis vilipendiᷣ statim sequitur ira ⁊ cũ quis magis honoratur statim sequitur inuidia ⁊ negligẽtia: sed pctm̃ auaricie non videᷣ esse nisi circa appetibile vtile: quod ordinaᷣ ad appetibile ẜm se altero dictoꝝ modoꝝ .s. vel ad voluptatẽ. vel ad honorem. ẜm tñ formalẽ rationẽ pctõꝝ ista diuisio septimembris nõ est sufficiens immo diuisio peccatorum esset ꝑ se accipienda vel ex carentia: vel ex obliq̃tate preceptorũ: ita ꝙ sicut sunt decẽ precepta: ita sunt decem pctã capitalia: ⁊ ex oppositione ad virtutes .i. ꝙ peccata capitalia pñt accipi ex oppositione ad septeꝫ virtutes: siue ex carentia talium virtutum. et ad hoc satis dictum est supra in isto secundo. di. 6. et sic patet solutio ad quinꝗ questiones huius. di. 42.

¶ Dist. 43. Questio Prima.

Circa di. 43. duo queruntᷣ a Doc. primo. Utrũ voluntas possit peccare ĩ spiritum sanctũ. Secundo vtrũ voluntas creata possit peccare ex malicia volendo aliquid non ostensum sibi sub ratione boni veri .i. boni simpliciter vel boni apparentis et boni secũdum quid. ¶ Respondeo ad primam .q. dicit Doc. duo primo ꝙ oportet videre quomodo potest esse peccatum aliquod precise in spiritum sanctum. Secundo quomodo põt cõmittere tale pctm̃. ¶ Quo ad primum recitatur vna opi. s. ꝙ peccatum in spiritũ sanctum dicitur inq̃ztum precise cedit in irreuerentiam ꝑsone spiritussct̃i. Et Doc. rñdendo infra dicit ꝙ ꝓprie non dicitur peccatum in spiritum sanctum quod precise committiᷣ in vnam personam et non in aliam vt infra patebit. Sed prius premittit. an voluntas creata possit actu auerti ab vna persona quĩ virtualiter auertatur ab alia. Secundo. An actu possit auerti ab vna quin actu auertatur ab alia. et quid sit auersio actualis et virtualis patuit supra in isto secundo distin. 35. De primo dicit ꝙ non est possibile ꝙ aliqua voluntas actu auertatur ab vna persona quin virtualiter auertatur ab alia. et hoc patet: quia quelibet persona eque perfecte est volibilis ⁊ amabilis cum in qualibet sit ꝑfectissima ratio obiecti amabilis quod est essentia diuina: et ideo sicut quis nõ potest actu conuerti ad vnã personam immediate puta diligendo illam ex charitate quin saltem habitualiter vel virtualiter conuertatur ad aliam ex charitate cum ratio obiecti amabilis ex charitate sit eque perfecte in ista sicut alia. Sic pariformiter dico de auersione formali qualis dicatur pro nunc odium dei licet forte non sit possibile habere illud: non potest aliqua voluntas creata actu odire siue actu nolle esse vnam personam vel nolle perfectionem vnius persone quin virtualiter odiat aliam ⁊ nolit eam. ¶ Sed hic est dubium quia licet deitas sit obiectum summe diligibile: tamen non videtur sequi ꝙ si diligo deitatẽ puta michi ꝙ etiam virtual'r diligam illam Francisco que nata est diligi a Francisco. Et hoc satis patet. in tertio distin. 28. et. 29. Et ibi ostensum est ꝙ de potentia dei absoluta bene quis potest ex charitate diligere deum in se et diligere deum sibi et tamẽ non diligere deum alteri. Sic similiter videtur dicendum ꝙ aliqua voluntas creata possit ex charitate diligere deum in se et vt in aliqua persona et non in alia ꝑsona. Tum etiam quia tenendo ꝙ persone constituanᷣ per relationes siue per absoluta. cũ tñ illa constituen- Dubiũ nũ.

tia siue relatiua siue absoluta non dicāt formaliter ali=
quā perfectionenm: vt patet a Doc. in primo dist. 26.
ideo nō videtur sequi ꝙ si actꝰ amoris ex charitate po
testate alicuius voluntatis create immediate termine
tur ad vnam personam. ꝙ etiam virtualiter terminet
Rn̄sio. ad aliam. ¶ Dico breuiter ꝙ et si personalitas: siue ꝓ=
prietas constitutiua persone non sit obiectum: nec ha=
beat rationem obiecti diligibilis: cum nullam perfe=
ctionem formaliter includat: tamen est conditio obie=
cti diligibilis: ⁊ ideo non potest recte diligi ratio for=
malis obiecti diligibilis quin etiam diligatur condi=
tio illius obiecti. i. quin diligatur vt includit suo mo=
do talem ꝓprietatem: ⁊ ideo bene sequitur ꝙ quis non
potest ex charitate actu diligere vnam personam quin
virtualiter diligat aliam: cum in illa alia sit ratio for=
malis obiecti diligibilis: ⁊ conditio talis obiecti: ⁊ de
hoc aliqua dicta sunt in tertio. d. 27. Et sic similiter si
essentia diuina esset cōmunicata alicui creature: puta
Francisco ⁊ Baptiste non posset quis ex charitate di=
ligere eam in Francisco quin saltem virtualiter dilige
ret eam in Baptista. ¶ De secundo. s. an quis actu pos
sit auerti ab vna persona quin etiam actu auertatur ab
alia: licet multi teneant ꝙ sit impossibile actu diligere
vnam personam non diligendo aliā actu: et per conse=
quens etiam non sit possibile actu auerti ab vna quin
actu auertatur ab alia: vt patuit in primo. d. 1. q. 2. vbi
adduxi multas opi. quas etiā ibi ip̄robaui. Doc. tamē
expresse tenet in loco supra allegato ꝙ quis potest frui
vna ꝑsona nō fruendo alia: ⁊ sic quis actu potest auer=
ti ab vna persona licet actu non auertatur ab alia: et
ꝓbatio in littera est satis clara: cum eñ sint tres articu
li distincti respicientes tres personas: possibile est ali=
quē errare in vno articulo: ⁊ non ī alio: ⁊ per cōsequēs
peccare actualiter in vnam personam ⁊ nō in aliam qꝛ
habita actuali consideratione de vna: non oportet ꝙ
habeatur actualis consideratio de alia. Sed in quali=
bet persoua inuenitur ratio vltimi finis: qꝛ ratio om=
nis boni igit̄ illi vt sic potest fieri reuerētia: vt diligen
do eam ꝓpter se: ⁊ irreuerentia: puta nolēdo eam in se
vel aliquā eius perfectionem sibi esse nō habita actua
li cōsideratione ad alias personas: ⁊ hoc videt̄ facere
Ecclesia: vt ptꝫ in collectis in quibus includit̄ in fine:
per. d. n. i. xp̄m ⁊c. Primo eñ premittitur pater ad quē
oratio cōmuniter porrigitur ⁊ in fine subnectitur me=
diator: in cuius nomie petit: ⁊ orat ecclesia: vnde si q̄s
orando per. d. n. i. xp̄m ⁊c. intenderet petere in nomine
trinitatis nihil peteret: qꝛ petitur in nomine mediato=
ris qui est xp̄s. Videtur ergo ecclesia in orando orare
vnam personam ⁊ non aliam actualiter. Hoc etiam pa
tet in illo hymno. Veni creator spiritus. vbi multa po=
nuntur que nō conueniunt nisi spiritusancto: vt puta
ꝙ sit donum ⁊ talia huiusmodi. Secundo hoc idem ꝓ=
batur arguendo a minori: qꝛ minꝰ videtur ꝙ quis actu
posset cogitare essentiam: nec cogitando actu personā
q̄ꝫ possit cogitare vnam personam nō cogitando aliā.
hoc pꝫ: qꝛ essentia minus distinguitur ab vna persona
q̄ꝫ vna persona ab alia. Nam essentia s̄m cōmunē opi.
Si aliquo modo distinguitur a persona tm̄ ratione di=
stinguit̄: licet doc. teneat ꝙ distinguatur ex natura rei:
vt patet in primo. d. 2. par. 2. q. 1. immo ꝙ distinguatur
formaliter: vt patet in primo. d. 8. q. pe. Sed vna perso
na realiter distinguitur ab alia: ergo a fortiori potest
quis actu considerare vnam personam non consideran
do aliam: et sic auerti actu ab vna persona: ⁊ actu non
auerti ab alia. ¶ Ibi. Dices ꝙ non est simile de perso=
nis adinuicē ⁊ de persona ⁊ de essentia: qꝛ persone sunt
correlatiue: sed essentia nullo modo refertur ad perso=
nam: nec persona ad essentiam: vt ostensum est in primo
di. 5. q. 1. Modo intellectus non potest habere actum
circa vnum correlatiuum quin habeat circa aliud: ⁊ sic
non potest fieri irreuerentia vni persone quin actu fiat
omnibus. ¶ Dicit doc. ꝙ hoc non valet: quia quātun=
cunq̄ꝫ sint correlatiua: tamen circa extrema sunt duo
actus intellectus: sicut patet de accidente ⁊ subiecto:
quin eñ intelligit accidens non ꝓpter hoc intelligit
subiectum eadem intellectione: licet actus comparādi
Declara= sit idem. Vult dicere doct. ꝙ si esset tantum vnus actus
tio littere. intelligendi respectu patris ⁊ filii: tunc non posset esse
actualis consideratio vnius quin et alterius: et sic for
te non posset esse actualis auersio ab vno quin esset ab
alio. Sed hoc non videtur soluere rationem: quia etiā
posito ꝙ sint duo actus intelligēdi: illi duo actus erūt
simul: quia correlatiua sunt simul naturali intelligen=
tia: ⁊ sic non potest esse actualis consideratio vnius q̄n
et alterius. Nisi dicatur ꝙ vnus actus intelligendi de
necessitate est prior alio: ita ꝙ quis potest actu intelli=
gere patrem non simul in eodem instanti intelligendo
filium: ⁊ sic oportebit dicere ꝙ licet correlatiua sint si=
mul natura quātū ad esse eorum: quia in quocūq̄ꝫ instā
ti ponitur vnum: in eodē ponitur aliud: ⁊ similiter quo
ad eorum cognoscibilitatem: quia sunt nata simul co=
gnosci: licet non sit necesse ea esse simul quo ad actualē
eorum cognitionem: quia forte vnum prius potest co=
gnosci alio: sed de hoc alias erit prolixior sermo. Po=
sito ergo ꝙ etiam simul intelligantur distinctis actibꝰ
non tamen ex hoc sequitur ꝙ si voluntas creata actu
auertiur ab vno: ꝙ etiam actu auetatur ab alio.

¶ Preterea pater sub ratiōe patris nō dicitur correla
tiue ad spiritūsanctum: patet. igitur patri potest fieri
reuerentia vel irreuerentia: licet actualiter nō fiat spi
rituisācto: ⁊ sic possibile est ꝙ actualiter quis peccet in
vnam personam non peccando in aliam actualiter: sed
tamen virtualiter necesse est ipsum cogitari de omni cū
facit reuerentiam vel irreuerentiam vni: ⁊ ita virtuali
ter facere idē omni: ⁊ si eliciat aliquā opi. erroneam cir
ca vnam personam actualiter: virtualiter elicit circa
omnes: quia earum est vna bonitas ⁊ vna sapientia: nō
tamen est necesse ꝙ si actualiter peccet in vnā ꝙ peccet
actualiter in aliam. ¶ Sed isto modo non accipitur
peccatum in spiritūsanctum: vt. s. aliquis peccet in ip̄m
⁊ non in aliam personam. Sed secundū aliquos alios
dicitur peccatū in spiritūsanctum: non ꝓprie. s. immedi
ate auertendo a persona spiritussancti: sed appropriat̄
scꝫ immediate auertendo ab aliquo appropriato per
sone spiritussancti. Nam secundū ꝙ dicimus ꝙ boni=
tas est appropriata spirituisancto: ideo peccatum ex
certa malitia dicitur esse peccatum in spiritūsanctum:
⁊ qꝛ patri appropriatur potentia ideo peccatum ex in=
firmitate dicitur appropriate contra patrem: qꝛ etiam
sapientia appropriatur filio: ideo peccatum ex ignorā
tia dicitur esse contra filium. ¶ Ibi. Dico tamen bre=
uiter. Hic doc. instat contra opi. immediate preceden=
tem probando ꝙ peccatum ex malitia non sit peccatuꝫ
in spiritūsanctum: ⁊ hoc patet: quia illud est peccatum
ex malitia: quod est in voluntate non precedente per=
turbatione vel passione: nec ex ignorantia in ratione: si
cut forte peccauit. Adam in quo non fuit perturbatio:
nec ignorantia: vt satis patuit supra ex. d. 21. ⁊. 22. ⁊ ta
men non omne peccatum ex malitia est in spiritumsan=
ctum: qꝛ quis contra precepta secunde tabule ex certa
malitia potest peccare. Et ꝙ tale peccatum ex certa ma
litia contra precepta secunde tabule non sit peccatum
in spiritūsanctum: patet: quia cōmuniter ponitur pec=
catum in spiritūsanctum esse maximū peccatum: sꝫ pec
catum quod formaliter ⁊ immediate auertit a deo qua
le est peccatum contra precepta prime tabule est sim=
pliciter magis peccatum peccato commisso contra pre
cepta scd̄e tabule: cū illud tātum auertat virtualiter
ab ipso deo: vt clare patuit supra dist. 35. Ponit ergo
doc. ꝙ solum peccatum ex certa malitia commissum cō
tra precepta prime tabule est peccatum in spiritūsan=
ctum: non tamen omne peccatuꝫ cōmissum contra pre=
cepta prime tabule: sed solum illud quod inter illa pec=
cata ē maximū: ⁊ est illud quod magis formaliter auer
tit a deo: ⁊ ille actus dicitur magis auertere: cuiꝰ actꝰ
oppositus magis conuertit. Amor dei in se: ⁊ ꝓpter se
elicitus ex charitate ꝓ statu isto perfectissime conuer=
tit ad deum. Tum qꝛ procedit a perfectiori habitu. s. a
charitate. Tum quia amor amicitie est simpliciter per
fectior quocunq̄ꝫ amore cōcupiscentie. Tum quia ille
actus immediate terminatur ad deum sub ratione dei
tatis: vt est summum bonum in se. Amor vero concu=
piscentie terminatur ad deum: vt est summum bonum
mihi: ⁊ ista omnia satis patere possunt ex dictis a doc.
supra. d. 6. q. 2. ⁊ in tertio. di. 26. ⁊. 27. cum ergo amor
dei in se ⁊ ꝓpter se sit actus perfectissimus: quē volun=
tas potest elicere pro statu isto: qui immediate termi=
natur ad deum sub ratione deitatis: ⁊ per consequens

perfectissime coniungens voluntatem ipsi deo sit actus perfectissimus inter omnes actus humanos: sequitur ꝙ actus oppositus: qualis est odium dei sit maxim⁹ in malitia: qꝛ talis actus immediate auertit voluntatem a deo: ita ꝙ talis auersio est formaliter maior quacũq̃ alia auersione ⁊ odiũ dei nihil aliud est nisi actus nolendi deum in se. ¶ Sed oritur aliqualis difficultas.

Optima difficultas

An negatio amoris dei in se que contradictorie opponitur actui amoris sit peccatum in spiritũsanctum: ⁊ si sic: an sit maius peccatum q̄ odium dei: videtur prima facie ꝙ sic qꝛ malitia opposita actui immediate conuersiuo in deum: ⁊ hoc loquendo de actu perfectissimo videtur ꝙ sit peccatũ in spiritũsanctum. ergo cuꝫ quis diligendo deum in se: ⁊ propter se habeat actuꝫ perfecte conuersiuum in deum. sequitur ꝙ nõ diligendo deum nec in se nec ꝑpter se: ꝙ talis negatio dilectionis immediate auersiua a deo sit opposita tali dilectioni: et per cõsequẽs si quis ex certa malitia non actu diligat deũ in se ⁊ ꝑpter se: ꝙ tunc peccet in spiritũsanctum. Videt̃ etiam ꝙ tale peccatum sit maius odio dei. hoc ꝓbatur qꝛ illud est maius peccatũ quod magis auertit a deo. hoc patet per doc. hic ⁊ supra. d. 25. Sed negatio dilectionis dei in se ⁊ ꝑpter se magis auerit a deo q̄ odiuꝫ dei: pꝫ ista: qꝛ illud peccatum magis auertit a deo qđ magis opponitur actui perfectiuo conuersiuo in deum hec patent per doc. hic ⁊ supra. d. 35. Sed negatio talis dilectionis magis opponit̃: qꝛ opponit̃ sibi contradictorie: ⁊ odium dei tãtum contrarie: ⁊ oppositio contradictoria est maior oppositione contraria ergo ⁊c.

R̄ñsio.

¶ Respõdeo ꝙ aliud est loqui de peccato cõmissionis: ⁊ aliud de peccato omissionis: peccatum eñ cõmissiõis si sit simpliciter sine passione in voluntate: ⁊ sine ignorãtia in ratione procedit ex maiori malitia q̄ peccatum omissiõis. Exemplum. Pono eñ ꝙ quis teneatur lege diuina diligere ꝓximũ in deum. hoc est velle ꝓximum diligere deum ꝑpter se: tunc est maior malitia: vt cum odit ꝓximũ. i. vt cum actu nollet ꝓximũ diligere deum ꝑpter se q̄ cum habet solam negationẽ dilectionis ꝓximi: qꝛ in primo non tantũ est negatio dilectionis ꝓximi: sed vltra hoc est etiam actualis nolitio: ⁊ sic odiũ ꝓximi vltra negationem amoris quã includit addit etiam actualem nolitionem: sic ĩ proposito non actu diligere deum propter se est tantum peccatum omissionis: ⁊ hoc quando tenetur actu diligere deum si actu omittit talem dilectionem. Sed odire deuꝫ in se est peccatum commissionis: qꝛ tunc elicit actum nolendi quo nollet deum esse in se: cum ergo odium dei nõ tantum includat negationẽ amoris dei: sed etiam addat nolle actuale ipsius dei. sequitur ꝙ ipsum odiũ dei sit grauissimum peccatũ: quod maxime opponit̃ actui perfectissimo conuersiuo: patet: quia non tãtum destruit illum actum per negationem inclusam: sed vltra hoc ponit actũ omnino incompossibilem. Et ex his pꝫ responsio ad difficultatẽ. Potest etiam breuius dici ꝙ loquit̃ de maiori auersione: que est illa que opponitur maiori cõuersione siue actu magis conuersiuo: ⁊ sic odiũ dei magis auertit q̄ negatio amoris dei: patet: qꝛ odium dei non tm̃ dicit non diligere dei: sed dicit nolitionẽ ipsi⁹ dei: ⁊ sic magis auertit: licet ergo: negatio amoris dei magis repugnet amori dei: quia cõtradicit: tamen ĩ ratione auertendi nõ magis opponitur. nam amor dei est actus maxime conuersiuus in deum: ⁊ odium est actus maxime auersiuus: ⁊ sic in ratione malitie maxime opponitur actui amoris dei: sicut eñ amor dei in ratione bonitatis tam moralis q̄ meritorie est actus perfectissimus: ita odiũ dei in ratiõe malitie tam moralis q̄ de meritorie est actus maxime malus. ¶ Dicit ergo doc. ꝙ si odium esset possibile illud ꝓpriissime esset grauissimũ peccatum: ac per consequẽs peccatũ in spiritũsanctum: sed tale odiũ dei in se non videtur esse possibile: vt ꝓbatum est a doct. aliqualiter in quarto. d. 50. que est vltima in ordine. Et licet doc. alibi dicat vt ĩ primo d. 1. q. 4. ꝙ adhuc non est probatum odium dei non esse possibile. tamen doc. hic ⁊ in quarto asserit esse simpliciter impossibile. Et ratio singularis potest assignari: qꝛ impossibile est potentiam aliquã elicere aliquẽ actũ circa aliquod obiectum: quod impossibile est esse obiectũ talis actus non eñ potentia visiua potest elicere actũ visionis circa sonum: qꝛ est simpliciter impossibile sonũ esse obiectum terminatiuũ talis actus: ⁊ nulla alia ratio videtur posse assignari: nisi quia actus visionis est talis entitas: que tãtum nata est terminari ad colorem vel lucem. Sed in proposito obiectum nolitionis est sola miseria: siue sola carentia boni: ideo talis actus non est natus terminari nisi ad illud quod habet rationem mali: ⁊ hoc vel exñtis vel apparentis: ⁊ per hoc nõ est natus terminari ad obiectum in quo nulla est ratio mali: nec in exñtia: nec in apparentia. quale est summũ bonum: ⁊ ideo voluntas non potest nolle deum in se: cum in illo non sit aliqua ratio mali nec exñtis: nec apparentis: immo in illo est ratio summi boni. nam vt sic ostenditur ab intellectu: quia intellect⁹ bene percipit quod illud ens quod nominamus deum est tale bonum ꝙ in illo non potest esse ratio alicuius mali. Sic similiter voluntas non posset immediate velle aliquid quod tãtũ habet rationem mali: siue existentis: siue apparentis: quia obiectum volitionis est tãtum bonum vel existẽs vel apparens. Et de hoc aliqua dixi supra super. d. 6. q. 1. ⁊ multo clarius vide que exposui super. q. 16. quoli. et sic patet quomodo odium dei sit simpliciter impossibile: ⁊ ideo non ponitur odium dei cum sit impossibile: esse peccatum in spiritũsanctum.

Ratio quare odiũ dei nõ est possibile.

¶ Ibi. Cum igitur post dilectionem dei actus perfectissimus quo voluntas tẽdit in deum sit actus spei oppositũ eius erit peccatum grauissimum. Hic doc. vltimate determinat qđ sit peccatum in spiritũsanctum: ⁊ qui lesit. quid sit: patet: qꝛ peccatum grauissimum ex malitia illud dicitur peccatum in spiritumsanctũ: sed quale sit ꝓbat per actũ conuersiuum oppositum: ⁊ breuiter dicit ꝙ desperatio siue finalis in penitentia que procedit ex desperatione est peccatum in spiritũsanctum: patet: qꝛ tale peccatuꝫ immediate opponitur actui spei. nam act⁹ spei est act⁹ conuersiuus in deum: quo voluntas vult sibi deum vt summum bonum: ⁊ licet talis actus habeat deum sub ratione deitatis vt obiectum: tamen respicit ipsum vt summũ bonum alteri. Et de hoc vide doc. in tertio di. 26. ⁊ que ibi ꝓlixe exposui. actus ergo spei qui ꝓprie est amor siue concupiscentie quo volũtas appetit sibi summum bonũ. ⁊ quo modo: hoc vide in tertio vbi supra: ⁊ talis actus excepto amore amicitie est perfectior omni alio actu tam sensus q̄ intellectus: ⁊ ideo perfecti⁹ cõuertit in deum: qꝛ mediante illo voluntas vult sibi immediate deum vt summum bonũ: ergo actus opposit⁹ erit grauissimum peccatum: qꝛ maxime auertit a summo bono: vt summe commodo: ⁊ talis est actus desperationis: patet: quia desperans diffidit. nam sicut sperans appetit summum bonũ vt summe sibi cõmodum ⁊ credit se posse habere illud ex meritis: sꝫ desperãs de illo summo bono diffidit se posse habere illud: qꝛ diffidit de misericordia siue bonitate dei: et sic desperatio siue obstinatio in malo cum desperatione ⁊ ꝓposito nõ penitẽdi est peccatum in spiritumsanctum. Et secundũ hoc ad peccatum ĩ spiritumsanctũ requiruntur tria. i. ꝙ sit ex certa malitia: quod sit contra p̄ceptũ prime tabule: ⁊ ꝙ sit actus oppositus perfectissimo actui cõuersiuo: ⁊ hoc modo est peccatum in spiritũsanctũ: ⁊ est finalis impenitẽtia non qꝛ homo decedit sine penitẽtia: sed qꝛ habet ꝓpositũ de nũq̄ penitendo: ⁊ oritur ex desperatione: ⁊ sic dicit Aug. de fide ad Petrũ. ꝙ pessimi homines incidũt in hoc peccatũ: vt pꝫ de Caim qui dixit geñ. quarto. maior est iniquitas mea q̄ vt veniã merear. Credidit eñ misericordiam dei esse minorem suo delicto: ⁊ misericordia est bonitas que appropriat̃ spirituisancto: ⁊ ideo dicitur peccatũ in spiritũsanctũ: vt pꝫ in littera. Eodẽ modo iudas Matth. 26. et ponitur in littera cap̄. primo est autem peccati huius assignatio: de quo dicit Aug. lib. primo de sermone domini in mõte: ꝙ Iudas desperans facilius cucurrit ad laqueũ q̄ humiliat⁹ veniã peteret: ⁊ de numero illo fuit Achitophel ille. Dicitur autem peccatum hoc irremissibile: non simpliciter. vnde secundum Magistrũ in littera. Hoc peccatũ nõ remittetur hic nec ĩ futuro quãdo nõ habet penitentiam comitẽ: sed hoc conuenit cuilibet peccato mortali: verũtamen hoc peccatum dicitur irremissibile (eo modo quo nullum aliud peccatum dicitur irremissibile) dupliciter. Primo modo: quia nullũ aliud peccatum opponitur directe principio remissiõis in remittente: nisi istud: qꝛ hoc solũ directe affert a deo misericordiã: q̄ est principiũ remittendi peccata: ⁊ nõ dat sibi nisi iustitiã: ⁊ hoc hꝫ inq̄tũ est cum desperatio

Peccatum in spiritũsanctum dem.

Ad peccatum ĩ spiritũsanctum tria requiruntur.

onc. talis enim diffidit. i. desperat dē misericordia dei. ¶Secundo: qꝛ corrumpit dispositionem ad remissionem: in eo cui debet remitti: qꝛ sicut dictum est in quarto. Principium dispositiuum ad remissionem peccati in peccatore est aliqualis displicentia de peccato cum conuersione ad deum: hoc autem peccatum inquātum habet ꝓpositum de non penitēdo in tali obstinato tollit omne tale dispositiuum. ¶Ad argumenta principalia patet in littera.

Questio Secunda.

SEcundo principaliter querit doc. An volūtas creata possit peccare ex malitia volendo aliquid non ostensum sibi sub ratione boni veri. i. boni simpliciter: vel sub ratione apparentis. i. boni tātum scdm quid. Doct. in ista. q. videtur dubie loqui: nec eñ firmiter asserit ꝙ aliqua voluntas possit velle malū in quo non apparet aliqua ratio boni: nec similr oppositum videt asserere. Primo ergo in hac questione exstat opi. Bona. lib. 2. dist. 34. ar. 1. q. 3. qui dicit: ꝙ voluntas creata non potest velle aliquid sub ratione mali. i. ꝙ si aliquid ostendatur a ratione sub sola ratiōe mali: ita ꝙ nullo modo ostendatur sub aliqua ratione boni siue exñtis: siue apparentis nō potest velle illud: ⁊ hoc ꝓbat auctoritas Diony. s. quarto de diui. no. qui dicit ꝙ nullus operatur ad malum aspiciens. ¶Sed contra hoc hic doc. instat ꝓbando contra Bona. ꝙ qs potest velle aliquod tātum sub ratione mali: et ratio stat in hoc: qꝛ si voluntas creata non possit velle aliqd sub ratione mali tunc nos posset tendere in aliquod obiectum sub aliqua ratione sub qua non posset tendere volūtas diuina quod videtur inconueniens: qꝛ tunc sequeretur ꝙ voluntas creata non posset peccare: patet quia ex quo voluntas diuina volendo aliquid sub quacunqꝫ ratione velit nō peccat: sed voluntas diuina potest tendere in omne bonum substratum illi deformitati: ergo si voluntas creata in illud idem potest tendere non peccat. Sed volūtas diuina non potest tendere in illam rationem malitie concomitantē. qꝛ si posset peccare. ergo si voluntas creata nō posset tendere in illā rationem malitie nullo modo posset peccare. Et si concedatur ꝙ omne volibile ab vna voluntate est volibile ab alia: qꝛ omnis voluntas habet obiectum eque cōmune: nō tamen illud quod est ordinate volitū ab vna voluntate est ordinate volitum ab alia: qꝛ ordinatum velle non est ex solo obiecto volito: sed ex conuenientia actus ⁊ obiecti circa illam potentiam: potest enim conuenire vni voluntati aliquis actus circa aliquod obiectum qui non cōuenit alteri: patet exemplo: licet eñ mors Christi fuerit volibilis tam a volūtate increata q̃ꝫ creata: tamen volitio mortis christi fuit peccatum iudeis: ⁊ non fuit peccatum voluntati diuine: qꝛ talis volitio transiens super mortem christi non est cōueniens voluntati create: ⁊ tamen fuit cōueniens voluntati diuine: ⁊ hoc forte: qꝛ licet volūtas diuina absolute voluerit mortem christi: tamen noluit me velle talem mortem. immo voluit me nolle mortem illā acerbissimam. ⁊ sic volitio diuina est ordinata: qꝛ voluntas diuina non habet regulam superiorem cui teneat conformiter agere: ⁊ volitio creata circa idem obiectū potest esse inordinata: qꝛ habet regulam superiorem: cui tenetur conformiter agere. ¶Ibi. Aliter arguitur cōtra illam opi. Hic doc. specialiter instat contra illam opi. ꝓbando ꝙ volūtas creata possit velle aliquid sub sola ratione mali: qꝛ apprehendatur odium dei ab aliqua potentia intellectiua creata nō errante: nec per cōsequens ostendente odium dei sub ratione boni: sed tātum mali: si voluntas creata potest velle odium dei: patet propositum: qꝛ nulla est bonitas in isto actu: scꝫ in odio dei prior ipso actu volendi. nam odium dei ꝓprie est actus nolendi deum esse. an modo voluntas creata possit velle talem nolitionem qua nolit deum esse patet supra. Si eñ assignatur aliqua bonitas ꝓpter actū volendi. i. ꝙ si dicatur ꝙ q̃ꝫuis i odio dei absolute sumpto non sit aliqua ratio bonitatis: ⁊ tamen in odio dei vt actu volito a voluntate creata habet aliquam rationem boni: que ratio boni est esse volitum. Dicit doc: ꝙ hoc non est ad propositum: quia odium dei esse volituꝫ vt sic est posterius actu volendi: nam volitio prius terminatur ad odium dei q̃ꝫ intelligatur habere esse volitum: sed in isto priori in quo odium dei non intelligit esse volitum habet tātum rationem mali: ⁊ sic volūtas creata volendo illud vult simpliciter sub ratione mali. ¶Ibi. Si autem nō potest in illud malum ostensum: nisi sub aliqua ratione boni ⁊ non mali. ergo simpliciter non potest in illud: vt. s. habet rationem mali: quia odium dei vt huiusmodi habet tātum ratione mali. Si dicatur ꝙ q̃ꝫuis habeat rationem mali: tamen volūtas creata non potest tendere in illud nisi sub aliqua ratione boni. Contra: qꝛ tunc oporteret prius natura rationem esse excecatam. non eñ voluntas creata pōt velle aliquid sub aliqua ratione non sibi preostensa a ratione: ⁊ sic si vult odium dei sub ratione boni. ergo ratio prius ostendit odium dei esse bonū: vel habere rationē boni q̃ꝫ voluntas velit illud. ⁊ sic talis ratio erit excecata cum odium dei nullam rationem boni includat: sed hoc videtur inconueniens. s. ꝙ ratio vt prius natura actu volendi sit excecata ostendendo aliquā rationem boni ibi esse: vbi impossibile est ipsam esse: ⁊ est contra illud. s. ꝙ stante ratione vniuersali ⁊ particulari: ratio errare non potest ⁊ hoc habetur. 7. ethico. ⁊ est articulus condemnatus Parisius. Ratio vniuersalis in ꝓposito est principium practicū notum ex terminis: siue noticia talis principii: ⁊ ratio particularis est conclusio deducta ex tali principio virtualiter contēta i illo: siue cognitio talis conclusionis sic deducte. Stante enim hoc principio ꝙ summum bonum in quo nullꝰ est defectus boni: nec aliqua ratio mali est obiectum summe volibile ⁊ summe appetibile. Sequitur: si deus est huiusmodi. ergo deus est summe volibilis. Stante ergo cognitione talis principii ⁊ cognitione conclusionis deducte ex tali principio: tunc in ratione non contingit error: ⁊ sic sequitur ꝙ noticia talis conclusionis que potest dici ratio: vt alias exposui non potest actu dictare ꝙ deus non sit summe appetibilis ⁊ volibilis. In proposito ergo hoc est vnum principium: summum bonum nullo modo est odibile: sed deus est summe bonus: ergo deꝰ nullo modo est odibilis. Et similiter hoc est vnum principium: ꝙ sicut actus volendi summum bonum in se: siue volendo summum bonum esse habet tantum rationem boni: et nullo modo rationem mali: ita actus nolendi summum bonum esse habet tantum rationem mali: sed actus volendi deū esse est actus volendi summum bonum esse: et actꝰ nolendi deum esse est actus nolendi summum bonum esse. ergo sicut actꝰ volendi deum esse habet tantum rationem boni: ita et actus nolendi deum esse habet tantum rationem mali. ¶Si tenetur in ista questio. ꝙ sic. Doct. dicit quod si teneatur quod voluntas creata possit velle aliquid tātum sub ratione mali: quod tunc facile est distinguere peccatum in spiritum sanctum a peccato in patrem et in filium: nam voluntas creata qꝛ coniuncta est appetitui sensitiuo nata est condelectari sibi. et ideo peccans occasionaliter ex inclinatione appetitus sensitiui ad suum delectabile peccat ex passione: quod dicitur peccatum ex infirmitate: siue ex impotentia: et tale peccatum appropriate est in patrem: cui attribuitur potentia: ipsa etiam voluntas agit per cognitionem intellectualē: et ideo ratiōe errante ipsa recte nō vult et peccatum eius ex errore eius dicitur peccatum ex ignorantia: et est contra filium cui attribuitur sapientia. quando autem voluntas agit secundum se ex libertate sua non ex condelectando appetitui sensitiuo: neqꝫ ex errore rationis: et istud est recte ex malitia et appropriate contra spiritumsanctum cui appropriatur bonitas.

¶Aduerte tamen ꝙ si peccatum in spiritumsanctum dicatur illud quod est ex sola malitia modo p̄exposito tunc omne peccatum ex sola malitia tam contra primā q̃ꝫ ꝯtra secundā tabulā erit peccatum in spiritūsanctū. Si vero teneatur ꝙ non quodlibet peccatum ex malicia est peccatum in spiritūsanctum: sed tm̄ peccatum grauissimum ⁊ tale est odium dei: si odium dei est possi

Margin notes: opi. bona. — Aduerte hic.

bile: vel si non sit possibile erit tãtum desperatio vel obstinatio: siue finalis impenitentia: vt supra patuit. Dicendum est ergo ꝙ in presenti. q. accipit peccatum in spiritũsanctũ satis large ⁊ improprie: sed in p̃cedẽti. q. accipit pctm̃ in spiritũsanctũ ꝓpriissime ⁊ strictissime. ❡Ibi. Si tamen nõ potest voluntas creata posse velle malum sub ratione mali: sed tantum sub ratione boni vel existentis: vel apparentis: adhuc potest assignari peccatum ex certa malitia quando. s. voluntas ex libertate sua absq̃ passione in appetitu sensitiuo ⁊ errore in ratione peccat. ibi enim est plenissima ratio peccati: q2 nihil aliud est a voluntate alliciens eam ad malum: sed ex pura libertate sine alia occasione extrinseca eligit sibi malum velle: non tamen ex malicia: ita ꝙ voluntas sic peccans tendat in malum inquantum malum: et sic forte blasfemans deum in quo non est error in ratione nec aliqua passio extra peccat ex sola malitia: ⁊ licet nõ velit blasfemiam sub ratione mali absolute: sed sub aliqua ratione boni apparentis: tamen quia vult eam ex sola libertate voluntatis nullo errore precedente: nec aliqua passione in appetitu sensitiuo. ❡Nota etiam ꝙ hic doc. non asserit ꝙ aliqua voluntas creata possit velle odium dei: quia vt supra ostensum est odium dei est simpliciter impossibile. Posset vltra dubitari: an posset dari aliquis actus voluntatis: qui ex sua ratiõe esset formaliter malus: sed hoc supra expositum est.

❡Distin. xliiii. Questio Unica.

Circa distin. 44. que est vltima huius secũdi. Querit doc. Utrum potentia peccãdi sit a deo siue an volũtas creata habeat a deo potentiam peccandi: siue ꝙ possit peccare.

❡Respondet doc. premittendo vnũ: scilicet ꝙ potentia peccãdi aut dicit immediatum ordinem ad actum peccati: siue ad ipsam deformitatem: aut dicit ipsum fundamentum huius ordinis: ratione cuius habẽs illud dicitur potens peccare. Et vult dicere ꝙ potentia peccandi potest dupliciter accipi. s. vel formaliter: vel fundamẽtaliter: formaliter talis potentia dicit tãtum ordinem fundatum in aliquo: et terminatum ad aliud. Et fundamentaliter accipitur pro fundamento talis ordinis: sicut dicimus ꝙ potentia calefaciẽdi: si accipitur formaliter dicit ordinem fundatum in calore: et terminatum ad calefactibile: et fundamentaliter accipitur pro ipso calore.

Potentia peccãdi dupliciter.

❡Sic in proposito. Cum potentia peccandi formaliter sumpta dicat ordinem. Tunc querit Doc. aut precise dicit ordinem ad actum peccandi: siue ad ipsam deformitatem: aut dicit ordinem ad substratum illius deformitatis. Exẽplum. Uelle dare elemosynam pauperi propter vanã gloriam: tale velle dicitur peccatum et sic aut potest accipi pro volitione absolute transiens super debitum obiectuz: et talis volitio est ens positiuum et absolutum: vt patet a Doc. q. 13. quoli. et dicitur peccatum fundamentaliter. Sed carentia rectitudinis que deberet inesse tali volitioni dicitur peccatum formaliter: siue deformitas: ⁊ sic potentia peccãdi aut dicit ordinem ad illam deformitatem: aut dicit ordinem ad substratum: seu fundamentum talis deformitatis. ❡His premissis ponit doct. aliquas conclusiones. quarum prima est ista. Si potentia peccandi formaliter accepta dicit ordinem ad substratum: seu fundamentum deformitatis: talis potentia est a deo: patet: quia vt sic est ens positiuum. est enim quedam relatio ordinis et vtrumq̃ extremum est positiuum et reale: nam talis relatio ordinis immediate fundatur in voluntate creata: ⁊ terminatur ad fundamentum de deformitatis quod est semper ens positiuum: vt patet. An modo talis relatio sit ens rationis an ens reale. videtur em̃ absolute ꝙ est ens reale cuz sit inter extrema realia realiter distincta: ⁊ oriat̃ ex natura extremoꝝ: sz de hoc alias erit sermo. Cũ ergo de⁹ ꝯcurrat ad omne positiuũ vt causa prima: tenendo quod ipse doc. tenet supra. d. 37. ꝙ prima causa concurrat ad omnẽ effectũ: et non tenendo illam aliam opinionem que tenet ꝙ bene deus causat voluntatem: sed non concurrit postea ad actum voluntatis. Potentia ergo peccandi formaliter accepta cum sit ens positiuum est a deo: ⁊ similiter potentia peccandi fundamentaliter: que est ipsa volũtas creata est a deo. ❡Secunda conclusio est. Si potẽtia peccandi formaliter accepta dicit tantum ordinez ad ipsam deformitatem: talis potentia in se nichil est: patet: quia relatio fundata in nichil: nihil est: et lz habeat fundamentum reale: si tamen ad nichil terminet̃: adhuc nihil est. Cum ergo talis deformitas sit simpliciter nihil: cum sit tantuz negatio rectitudinis que deberet inesse actui: vt supra patuit di. 34. 35. et. 37. Sequit̃ ꝙ potentia peccandi hoc modo accepta sit simpliciter nihil: et vt sic nullo modo est a deo. Loquendo tamen de fundamento proximo huius potentie formalit̃ accepte dicentis ordinem ad deformitatem: tale fundamẽtum est a deo: quia illud est voluntas creata: que est immediatum fundamentum potentie peccãdi formaliter accepte: et vt dicit ordinem ad fundamentum deformitatis: et vt dicit ordinem ad ipsam deformitatem. Et ꝙ sit fundamentum proximum ordinis vtroq̃ mõ sumpti probat in simili: q2 sicut in potentiis passiuis siue receptiuis idem est proximum fundamentum habitus et priuatiõis habitus: patet: quia priuatiue opposita nata sunt fieri circa idem: ita in potentiis actiuis eadem est potentia actiua actus recti et actus non recti: sic pz quomodo potentia actiua libera defectibilis: siue creata est immediatum subiectum agendo et deficiendo oppositorum agendo quidem rectitudinis: deficiendo autem peccati: nam eadem voluntas vt elicit actum cum omnibus circũstãtiis a ratione dictatis dicitur actiua rectitudinis actus: vt vero elicit actũ sine debitis circũstantiis a ratione dictatis: tunc dicitur deficere a rectitudine: q2 non dat rectitudinem actui: quam tenet̃ dare: ⁊ sic simpliciter est eadem voluntas potentia actiua vtriusq̃ eo mõ quo potest esse potentia respectu eorum. s. effectiue et defectiue: ⁊ sic potentia peccandi accepta pro natura: siue ꝑ ipsa voluntate: non vt aliquid efficit. sed vt a rectitudine deficit ẽ ab ipso deo: nã voluntas ipa vt defectibilis est a deo. ❡Et si obiicitur ꝙ voluntas semper deficit non per aliquid positiuũ ĩ ea: sed inquantum est ex nichilo. Si ergo nõ est defectibilis per aliquid positiuum in ea: tunc vt defectibilis nõ erit a deo: cum esse defectibile nihil positiue dicat: ⁊ ꝙ nihil positiue dicat: ptz: q2 dicitur defectibilis ex hoc solo: ꝙ est ex nichilo. ❡Respondet doc. ꝙ esse defectibile potest dupliciter accipi. Primo eẽ defectibile idẽ est ꝙ esse vertibile in nihil: ⁊ hoc mõ esse defectibile cõsequitur omnem creaturam ex hoc ꝙ est ex nihilo: ⁊ sic esse defectibile non inest per aliquid positiuum. Secũdo accipitur esse defectibile ꝙ idem est ꝙ posse deficere a rectitudine danda actui: et hoc modo esse defectibile est proprium nature libere create: et consequitur eaz ratione qua hec natura specifica: que potest esse principium oppositorum agendo. s. et deficiendo: et hoc modo esse defectibile ĩest nature libere create per aliquid positiuum.

Nunc restat soluere argumentũ

principale per quod probatur auctoritas Ansel. ꝙ potentia peccandi non sit a deo. vnde Ansel. de libero arbitrio dicit. Posse peccare non est libertas: nec quasi libertatis: ergo ex hoc ꝙ liberum arbitrium est a deo non est potestas ab eo peccandi: sed non est a deo ꝑ hoc ꝙ aliquid aliud a libero arbitrio est a deo: ergo nullo modo est a deo. Et breuiter vult dicere ꝙ peccatum est tantum a libero arbitrio: sed liberum arbitrium nõ est potentia peccandi. vt est a deo: id est ꝙ nõ habet a deo vt sit potentia peccandi: q2 posse peccare non est a deo. ❡Si dicatur ꝙ posse peccare est ab aliquo alio quam a libero arbitrio: et illud tale est a deo.

❡Contra: quia potestas peccandi est tantum a libero arbitrio. licet ergo liberum arbitrium sit a deo absolute sumptum: non tamẽ vt est potestas peccandi: siue potentia peccandi: ergo potentia peccandi non est a deo.

Libertas duplex.

❡Dicit doc. ꝙ lib. ar. siue libertas potest dupliciť considerari. Uno modo secundum rationem eius absolutam secundum quaz potest esse cõmunis libertati create et increate: et hoc modo est perfectio simplr: quia vt

sic nullam imperfectionem includit. Et in aliquo puta in deo est formaliter infinita: vt prolixe exposui de perfectione simpliciter in primo distin.2.parte.2.q.1.& in quolibet.q.1.&.5. Alio modo potest accipi libertas: vt includit limitationem sicut dicimus q omnis natura creata habet perfectionem limitatam: quia finitam. Accipiendo libertatem primo modo conceditur q potentia siue potestas peccādi non est libertas neq pars libertatis quia posse peccare tantum conuenit nature limitate. Sed accipiendo libertatem secundo modo potentia peccandi est libertas vel pars libertatis: qz vt sic accipitur tantum pro natura libera creata siue limitata. Anselmus ergo intelligit primo modo: scilicet q posse peccare non est libertas nec pars libertatis. Et secundo modo est bene libertas vel pars libertatis que libertas limitata est ab ipo deo: cui sit honor & gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Ad inuictissi. Imperatorem Maximilianum Daniel ceretus Brixianus Physicus.

Belliger ismarium Mauors dum tendit ad hebrum:
 Sertaq victrices implicuere comas.
Dumq triumphatum Cesar das iura per orbem:
 Et metuunt Aquilas Bactra oriensq tuas.
Perlege diuini Monumenta perennia Leuci:
 Dum fauet: & posita Borgone Pallas adest.
Annue dicenti celestia numina Vati:
 Hic labor: hec vestros gloria tangit auos.
Tu quoq post iusto confectos ense labores
 Ibis ab extremo fessus in astra rogo.
Annorumq minas: atq inuida secula vinces
 Dum gelidus Boreas: nubilus Auster erit.

¶ Expliciunt cōmentaria eximii Doc. Reuerendissimi. P. Fratris Francisci Leuchetti de Brixia. ordinis minorum regularis obseruātie ac totius Seraphici Francisci ordinis generalis Ministri Dignissimi: super Secundum sententiarum Jo. Scoti. Impressa per Johannem Granion: ex Impositione Ven. P. Fratris Baptiste de Castilliono Mediolanēsis prouincie Mediolani nec non cura et folicitudine eiusdem Parisius. Anno domini. M. quingentesimo.xx. die vero.xxv. Aprilis.

PERITISSIMI VIRI

R. P. F. Francisci Leucheti de Brixia ordinis Minorum regularis obseruantie totiusqꝫ seraphici Francisci. Ordinis generalis Ministri dignissimi In. Jo. Duns Scot. super tertio Sentētiarū clarissima Cōmentaria subtilium diffi. perpulchre solutiones apparentium prelibati Scoti cōtra dictionū solutiones demū opinionū multarū Scotico dogmati obuiantiū destructiones: feliciter incipiunt.



Ueneunt apud preclarum bibliopolam Joannem Granion apud clausum brunellū: in signo magni Junci appēdēte.

Frater Franciscus Lychetus Brixianus ordinis Minorum obseruantie Maximiliano Imperatori semper augusto Salutem Plurimam Dicit.

Quum superioribus annis Joanne sacratissime Aragonum ⁊ Sicilie Regine iussis Neapoli iustum triennium: ⁊ concionatus: et publice Theologiam professus fuissem. Et in primum sententiarum Scoti librum commentarios cudissem: quos ⁊ eius maiestas/ non solum vt Reipubli. christiane (quod tamen putabat prodesset: verum potius vt nomini meo consuleret: quaqꝫ posset immortalitate me donaret: in apertum dimittendos censuit: non potui Cesar inuictissime innumerabilia perhumane quippe per illā in me collata bñficia dissimulare: ipsosqꝫ sub sacratissimi eiusdem nominis: ⁊ titulo: ⁊ auspicio dimisi: nec putaui tamen sic plenam me satis fidem agniturum. Tanti em̄ nec me/ nec mea estimo: illud tm̄ curaui: ne ingratitudinis nota prorsus inurerer. Et eo presertim ꝙ ipsorum volumina mille Regiis sui erarij impensa formulis imprimi: ⁊ passim in litteratos orbis totius liberaliter rogari voluit. Dicatione per me illius Serenitati sic facta: Et typis iam excusis Cōmentarijs ipsis iam vulgatis dedicationem illam meam egre tulit: verita ne sibi procurata fortassis iudicaretur. Et de conquisita gloria aliquando succenseretur: sic semper modestiam summam professa est diua pudicissima. Quoniam vero dimissis iam voluminum eorum plurimis: voluntas illius nitida restitui non poterat. vt de me mecum conquesta est aliquandiu: nec pudenter quidem minus ꝙ decore illud monuit precepitqꝫ: ne decetero peccarē si eueniret aliquando (quod euenturū sperabat) ꝙ noui quicqꝫ vltra cuderem: ederemqꝫ illud (quicquid futurum esset) sub tuo diuino nomine publicarem: sic enim ⁊ rem tutissimis auspicijs merito dimitti: ⁊ meipsum nomini meo sic sane consulturum asseuerabat. Ecce imperator maxime vt ex tempore illo in ocio nunqꝫ fuimus. Sed in Scoto ipso enarrando assidue insudauimus. (quod fecundarum doctrinarum cultores solent veluti ⁊ ingenia ipsa vt diutius sublima sunt: sic acuuntur magis fulgidiusqꝫ renitent) Commentarios illos non in primum duntaxat: sed in reliquos auctoris eiusdem: ⁊ Sententiarum/ ⁊ Quodliberorum libros non auximus modo: sed ⁊ nouos conflauimus: quos tam sacre regine monitis iussisqꝫ: vt sub felicissimo patrocinio recumbant perspiciendaqꝫ semper maiestate cōstent: celsitudini tue dico: auspicatissimoqꝫ sub nomine tuo passim legēdos dimitto. Inconsulte profecto agere videbar: quando (quod fateor) dedicatio hec mea summopere mihi conductura sit si preceptis tam sanctis non paruissem. Boni igitur consulat celsitudo tua: cui humillime me commendo. Ex Gymnasio nostro in prouincia Brixie. xvj. Februarij. M. D. xvij.

Ad Maximilianum Cesarem Semper Augustum
Baptista Fiera Mantuanus.

Si sit fas homini deum teneri,
Et si religio superbit olim
Scoto interprete ꝙ seuera constat
Nec iam perfidiam veretur vltra.
Scoto religio: deusqꝫ debent.
Sed si fors Scotus ante senticosus
Obductis fuit abditus tenebris
Et te vindice nunc agat serenus.
Ima conspicue patens medulla.
Lycheti vt nitida resultat aura:
Quenam laus tibi/ queve habenda Cesar
Sit par gloria ꝙ Lychetus extet
Jam debent tibi Maximiliane
Christus/ religio/ Scotus/ Lychetus.

¶ Incipiūt Cōmentaria reuerēdi. patris fratris Francisci Lyceti de Brixia: or. mi. re. obs. sup. 3. sniarū Joannis Duns Sco. Docto. subtilis in nomine Domini nostri Jesu Christi.

CIrca initium tertii libri querit doc. Utrum possibile fuit naturam humanā vniri verbo in vnitate suppositi. ¶ Pro intelligentia tituli. q. notanda sunt aliqua. Primū ꝙ possibile in ꝓposito accipit̃ pro possibili logico. s. pro nō repugnātia predicati ad subiectū: vn̄ possibile logicū s̄m Doc. in. 1. dist. 2. pte. 2. q. 3. ⁊ dist. 6. q. vnica. est modus cōpositionis formate ab intellectu: illius quidem cuius termini nō includūt cōtradictionē: ⁊ sic hec ꝓpositio est possibilis. s. naturam humanā possibile est vniri ṽbo ⁊c. Pōt etiā intelligi de possibilitate reali: de qua phūs. 5. met. t. c. 17. de qua possibilitate reali vide doc. in. 1. loco preallega. Unio em̄ nature ad suppositū fuit realiter causata ⁊ termin⁹ potētie realis: vt. j. patebit. Scōm notādū est ꝙ dr̃ia est inter vnitatē nature ⁊ vnitatem suppositi: vnitas nature est vnitas intrinseca entitatis realis cōicabilis plurib⁹: vt quo ⁊ vt qd̾. Unitas suppositi est vnitas intrinseca entitatis simplr̃ incōicabilis: vt quo ⁊ vt qd̾. vt pz a doc. in. 1. di. 2. pte. 2. q. 1. ⁊ vide q̄ ibi exposui: saltē si ꝑsona ꝯstituat̃ in esse ꝑ entitatem positiuā. Tertiū notandū: est ꝙ naturā vniri verbo in vnitate suppositi est denoīatione extrinseca ipsam suppositari in ṽbo vt in supposito. His premissis pz titulus. q. Et sensus tituli. q. est. An repugnet nature humane posse suppositari in verbo: ⁊ an repugnet verbo posse esse suppositum nature humane.

Dr̃ia inter vnitatē nāe ⁊ suppositi.

¶ Supponendo partē affirmatiuā tanq̄ articulū fidei ⁊c. R̄ndendo ad. q. ponit doc. tres articu. Prim⁹ est de vnione, ibi. De primo dico. Anteq̄ expona hanc literā premitto aliqua. Primū est ꝙ loquendo de vnione ꝓprie dicta: vnio est inter extrema realia realiter distincta: iō in diuinis: lz sit ꝑfectissima vnitas aliquoꝝ inter se (vt essentie ⁊ ꝓprietatis hipostatice: vt pz a doc. in. 1. di. 5. q. 2. ⁊ di. 26.) nō tñ est vnio ꝓprie dicta: cū essentia ⁊ ꝓprietas tm̄ rōne siue ex natura rei siue formaliter distinguant̃. Scōm est ꝙ qñ in ꝓposito loquit̃ doc. de vnione nature humane cū verbo siue de vnitate eiusdē cū ṽbo: talis vnitas est hic spālis ⁊ distincta ab omni vnitate: de qua doc. loquit̃ in. 1. disti. 2. pte. 2. q. 1. vt pz discurrendo ꝑ oēs illas vnitates: hec em̄ vnitas nō est vnitas aggregationis: cū talis sit minima ⁊ imperfectissima: hec aūt preter vnitatē diuinā est maxima vt inquit Bern. ⁊. j. patebit. Nec est vnitas per se cōpositi: q: in tali vnitate aliquid se habet ꝑ modū potentie passiue receptiue ⁊ aliquid per modū forme recepte: vt pz in cōposito naturali ꝑ se: in hac ṽo vnitate nature humane cū ṽbo: nec ṽbū est potentia receptiua. Tū q: hoc est imꝑfectionis. Tum q: aliq̇d reciperet de nouo. Nec est actus siue forma nature humane: q: nō pōt esse causa formalis alicui⁹: vt ꝓbat doc. in. 1. dist. 2. parte p̄ria: q. 1. ⁊. dist. 8. q. pe. Nec est ibi vnitas ꝑ accidēs ꝓprie loquendo: q̄ est ꝑ informationē accidētis ad subiectū pz. Nec est vnitas simplicitatis (ī qua quicq̇d ibi est trāsijt in ꝑfectā idētitatem realem: sicut est in deitate respectu oīm intrinsecoꝝ) pz q: natura humana ⁊ ṽbū non sunt idem realr̃. Nec est vnitas formalis: q: tunc sequeret̃ ꝙ vel natura humana esset de quidditate ṽbi: vel ecōuerso. ¶ Dico ergo ꝙ est ibi vnitas ordīs: s; nō cuiuscūq̧ ordinis: vn̄ distinguo de ordine: nā aliqñ est ordo essentialis posterioris ad aliqd̾ pri⁹: ⁊ hoc multiplr̃. Primo est ordo causati ad causa;: ⁊ hoc mō natura hūana siue vnio nature hūane ad verbū nō dicit ordinē causati ad verbū vt ad cām precisam: q: ista vnio nature hūane est causata a tota trinitate. Scd̾o ē ordo alicui⁹ causati posterioris ad causatū prius: ⁊ hoc duplr̃: vel q: causatu; posterius p̄supponit de necessitate aliqd̾ causatū prius: sicut volitio intellectionē obiecti voliti: vel q: causatu; posterius quantū ad suū esse depēdet ad aliqd̾ causatū pri⁹: sicut calor ignis depēdet ab igne vt a causato prio-

Unio ꝓprie dctā nō est in diuinis.

Multiplex ordo essentialis.

ri. Et his duob⁹ modis nō est ordo nature hūane ad verbū: q: ṽbū nullo mō est causatū. Tertio ē ordo posterioris ad prius ad qd̾ dependet: nō in rōne cause efficiētis nec finalis nec materialis: sed est ordo ipsius nature ad id ad qd̾ depēdet tanq̄ ad terminū sue depēdentie: nullo mō informādo vel ꝑficiēdo ipm terminū. Et hoc mō natura humana vt vnita ṽbo dicit ordinem ipsius nature humane dependentis ad verbū tanq̄ ad suppositu; suppositans siue sustentificans ipsam naturā humanā in se in vnitate suppositi: qd̾ sic expono q: natura humana que nata est suppositari in supposito eiusdem nature: puta qñ generat̃ Franciscus. prio est natura hūana. scd̾o fit hec siue singularis, tertio quātū est ex se suppositaret̃ in ꝓprio supposito nisi preueniret̃ ab alio: natura em̄ singularis que vt sic est cōicabilis vt quo: nō pōt in se stare: sed de necessitate dependet ad suppositū vel eiusdē nature vel alteri⁹. Et d: depēdere ad suppositū eiusdem nature quando suppositū tale recipit predicationē nature quidditatiuā: vt cū d: Fran. est q̇dditatiue hō. Dependet ṽo ad suppositū alteri⁹ nature qñ tale suppositū nō recipit predicationē nature ꝑ se ⁊ q̇dditatiue: pz q: si natura hūana supposit aret̃ in supposito: puta lapidis: hec nō esset ꝑ se ⁊ q̇dditatiua: hoc suppositū lapidis est hō: sic est in ꝓposito cū suppositat̃ in ṽbo qd̾ est suppositū ꝑ se nature diuine. Hec eī est simplr̃ falsa: ṽbū (vt est suppositū nature hūane) est ꝑ se ⁊ q̇dditatiue hō. Dico ergo ꝙ natura hūana singularis q̄ debuit suppositari in Fran. tanq̄ in supposito ꝓprio eiusdē nature: suppositata fuit in ṽbo tanq̄ in supposito alterius nature. In codē eī instati in quo depēdētia nature hūane debuit termiari ad suppositū eiusdē nature ⁊ ipa natura sustētari in illo: ṽbū diuinū terminauit depēdētiā ipsi⁹ nature hūane ⁊ sustētauit illā in se: ⁊ sic suppleuit vicē suppositi ꝓprij nature hūane. Dico ergo ꝙ vnitas nature hūane in ṽbo est tm̄ vnitas ordīs fundati in natura hūana tanq̄ in posteriori. ⁊ terminati ad suppositū ṽbi tanq̄ ad pri⁹: tanq̄ in rōne sustētātis: siue suppositātis: siue ꝑsonātis in seipsa; naturā hūanā. ¶ His premissis pz lr̃a hui⁹ primi arti. Et qd̾ dicit ꝙ hec vnio nō est relatio cōis eiusdē rōnis in vtroq̧ extremo: pz quia vt in natura hūana est relatio realis: alr̃ non esset realr̃ vnita ṽbo: ⁊ vt in ṽbo est tm̄ relatio rōnis: vel forte nulla: vt posset sustētari ex dictis doc. in. 1. di. 30. ⁊ sic cōcedunt̃ iste ꝓpōnes: vz natura hūana vnione reali est vnita ṽbo. Et ṽbū est vnitū nature hūane vnione rōnis: vl̃ est vnitū inquātū terminat vnionē realē fundatā in natura hūana: tenendo ꝙ nulla relatione rōnis referat̃ ad creaturā. Unio ergo ista est relatio disquiperantie realis in vno extremo: cui in altero nulla relatio correspōdet: vel saltem nulla realis: ⁊ ita relatio ista est ordinis in vno extremo relato: vt. s. patuit. Et exemplū seq̄ns est satis notum in litera. ¶ Expono tamen hanc literā cum dicit: ista vnio nō dicit ꝑ se aliq̇d absolutū: q: quocūq̧ absoluto intellecto in altero extremo nō intelligitur perfecta ratio vnionis: q: vnio nō intelligitur ad se. i. si vnio esset absolutū: illud absolutum erit realiter in extremis: sed certū est ꝙ intellecto quocūq̧ absoluto vel in materia prima vel in forma: nō propter hoc intelligitur vnio formaliter inter illa: patet q: vnione formaliter aliquid refert̃: absoluto nihil formaliter refert̃ ad aliud: cū absolutū sit tm̄ ens ad se ⁊ nullo mō est formaliter ad aliud: ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō est ratio referēdi ad aliud hoc em̄ esset ꝯtra rōnē absoluti: ⁊ sic pz q̇ō vnio formaliter nō sit absolutū: cū formaliter nō sit ad se: immo formaliter ⁊ aliud: ⁊ habēs illā illa formaliter est ad aliud nō em̄ natura humana per quodcūq̧ absolutum in illa dicit̃ formaliter vnita verbo: sed d: formalr̃ vnita vnione: ergo vnio erit relatio. Sequit̃: siue igit̃ concomitet̃ absolutū in vno extremo: puta ꝙ ipsa cōcomitet̃ naturā humanā q̄ est absolutū: ⁊ terminet̃ ad ṽbū vt relatiuū siue cōcomitet̃ ad ṽbū vt relatiuū ⁊ terminet̃ ad naturā humanā vt ad absolutū: siue cōcomitet̃ absolutu; in vtroq̧ extremo: vt. s. tenendo ꝙ verbū sit cōstitutū ꝑ absolutā ꝓprietatē. de quo patuit in. 1. dist. 26. ⁊ ꝙ fundetur in natura ⁊ terminet̃ ad ṽbū: ⁊ ecōtra. Exēplū est clarius in materia ⁊ forma q̄ vt absoluta fundāt vnionē quicq̇d sit: cū illa vnio nō sit nihil: imo vere aliquid alr̃ natura nō diceret̃ realr̃ vniri ṽbo: saltē dicet relationē

Quid sit nā depēdere ad suppositum.

Unitas incarnātiōis est vnitas ordinis.

Notāda expō lr̃e.

nõ aũt cõem supple q̃ sit realis in vtroq; extremo: vt si-militudo ⁊ equalitas: ⁊ cõiter oẽs relationes primi et secũdi modi: vt ptz. 5. meta. c. ad aliq̃d. Sequit. Est igitur ista vnio relatio disquiperantie realis in vno extremo vt in natura hũana: ⁊ in alio vel nulla vel solũ rõnis ⁊ dr̃ desquiperãtie quãtũ ad hoc ꝙ nõ est realis in vtroq; extremo: sz nõ dr̃ desquiperantie quãtũ ad siĺe nomẽ qꝛ dicimus vnitũ vnito vnitũ: sicut siĺe siĺi siĺe. Sequit ⁊ ita ista relatio est ordinis in vno extremo relato: non est aũt ordinis causati ad cãm: puta nature hũane vnite ad verbũ: qꝛ nõ est causata a ṽbo: sed a tota trinitate: qꝛ oĩs effectus causatus a deo extra necessario est a tribus: vt subtilr̃ ꝓbatũ est in. 2. dist. 1. q. 1. nec causati posterioris ad ṽbũ vt causatũ priꝰ: vt. s̃. patuit. ❡ Hic tñ aduerte ꝙ cũ dr̃ relatio ordinis posterioris ad priꝰ põt multipliciter intelligi. Primo illa relatio ẽ ordinis: puta causati ad cãm q̃n fundat in aliquo causato: ad cuiꝰ esse ex natura rei sequit talis relatio: sicut filiatio dr̃ relatio posterioris essentialr̃ causati: qꝛ fundat in re q̃ vere causat q̃ ad tale causatũ necessario cõcomitat ex natura rei: nõ ꝙ talis relatio sit causato primo: ⁊ sic oẽs relationes primi ⁊ secũdi modi inter quas est aliq̃s ordo prioris ⁊ posterioris erit precise talis ordo rõne fundamentoꝝ: ⁊ hoc mõ vnio nõ dicit ordinẽ posterioris precise rõne fundamenti: sed ipa est prima causata a tota trinitate: ⁊ iõ dicit ordinẽ posterioris essentialr̃ ad priꝰ vt ad cãm. s. ad trinitatẽ: ⁊ cũ dicit ꝙ est relatio ordinis in vno extremo relato: ipsa aũt nõ refert sed est ratio referendi: dz intelligi ꝙ ꝓprie nõ causat relatio siue vnio in se: sed causat natura hũana vnita non ꝙ causet hoc mõ natura hũana in se. s. vt vnit sed causat hoc totũ. s. vnitũ siue natura vnita: sicut cũ dicimꝰ generat albũ nõ ꝙ tunc generet subiectũ in se: sz generat sub albedine: de quo vide doc. i. 2. di. 17. ⁊ d. 27. sic in ꝓposito hoc extremũ natura sub vnione reali est vnũ extremũ relatuz: ⁊ vt sic dicit ordinẽ causati: qꝛ natura hũana fit realr̃ sub tali vnione a tota trinitate: vt ṽo vnio cõparat precise ad ṽbũ assumẽs siue vt terminãs istã vnionẽ dicit relationẽ ordinis siue depẽdentie alterius rõnis ab oĩ depẽdentia ⁊ ordine causati ad cãm: vel causati posterioris ad causatũ priꝰ: qꝛ ille est vlr̃ rõne nature in vtroq; extremo: vult dicere ꝙ depẽdentia nature ad ṽbum vt ad suppositũ est simplr̃ alteriꝰ rõnis a depẽdentia oĩs causati: ptz qꝛ oẽs relatiões q̃ habẽt terminos alteriꝰ rõnis siue rationes formales terminandi alterius rationis necessario sunt alteriꝰ rõnis: ptz qꝛ relatiões distinguũtur ꝓpter terminos: vt patuit in. 1. di. 30. Sz rõ formalis terminãdi relationẽ causati ad cãm est entitas absoluta siue natura absoluta: qꝛ qd̃ est rõ formalis causandi. a. est rõ formalis terminãdi depẽdentiã ipsius. a. ad ipm causans: hoc ptz a doc. in q̃ol. q. 8. ⁊ sic rõ terminãdi relationẽ causati ad cãm est natura: ⁊ si causat a deo deitas siue volũtas est rõ formalis terminãdi cũ eadez sit rõ formalis vni ꝑsone sicut ⁊ tribꝰ: lz ergo tres ꝑsone terminẽt relationẽ causati vt qd̃: nõ tñ terminãt vt quo qꝛ nõ sunt rõ formalis terminãdi. Silr̃ rõ formalis terminãdi relationẽ cause est natura in ipo causato: qꝛ causatũ ꝑ ipsam hz simplr̃ ⁊ essentialr̃ esse terminat bñ causatũ vt qd̃: sz rõ formalis terminãdi est natura in ipso. In ꝓposito rõ formalis terminãdi depẽdentiã nature hũane ad suppositũ est simplr̃ rõ formalis suppositi. s. ipsa ꝑsonalitas siue rõ suppositãdi siue ꝑsonãdi: verbũ eñ diuinũ terminat vt qd̃: ⁊ ꝓprietas ꝑsonalis est ratio formalis terminãdi: mõ natura ⁊ proprietas ꝑsonalis sunt simplr̃ alterius rõnis: ptz qꝛ natura ꝑtinet ad esse quidditatiuũ: ꝓprietas nõ: tum qꝛ natura vt natura est cõicabilis: ꝓprietati aũt repugnat: ptz ergo quõ dependentia nature hũane ad suppositũ diuinũ vt hmõi sit alterius rõnis a qualibet alia dependẽtia causati ad causam: ⁊ sic dependentia nature hũane create ad deũ creãtem est alteriꝰ rõnis a depẽdentia nature hũane ad suppositũ diuinũ: qꝛ prĩa hz ꝑ termino naturã: scd̃a hz pro termino ꝑsonã vt ꝑsona ẽ. i. sub rõne ꝑsonalitatis. Sicut ergo entitas nature ẽ alteriꝰ rõnis ab entitate ꝓꝑa ꝑsone vt ꝑsona. i. ab ipsa ꝑsonalitate: ita depẽdẽtia ad tale ens ⁊ tale erit alteriꝰ rõnis: ⁊ sic ptz iste articulus.

❡ De secũdo articulo. s. qualiter ista vnio

sit possibilis ex ꝑte ꝑsone assumẽtis an. s. repugnet ꝑsone diuine sic assumere naturã humanã. Et ꝓbat ꝙ non: qꝛ si repugnaret sic terminare dependentiã nature hũane aut esset inquãtũ est ꝑsona diuina: aut inquantũ hec ꝑsona. Nõ primo: qꝛ ex hoc nõ infert aliqua cõpositio: nec potẽtionalitas nec limitatio quasi dicat: si repugnaret: ideo repugnaret qꝛ aliqd̃ istoꝝ inconuenientiũ sequeret. Et nihil horum sequitur: patet in litera.

❡ In ista litera occurrũt aliquę difficultates.

Prima: qꝛ posito ꝙ natura humana non informet nec ꝑficiat verbũ diuinuz: tñ si verbũ de nouo vnit sibi naturã humanã terminando dependentiã eius: videt ꝙ sit in potentia ad hmõi terminare relationem qua dicitur vniri de nouo: ⁊ hoc est imꝑfectionis. Primum dubium. ❡ Dico ꝙ si de nouo esset in potẽtia ad aliquã relationem realem esset imꝑfectionis in verbo: qꝛ tunc vere diceret in potẽtia. Solo primi. Sed vt dictũ est. s̃. q̃n vnitur de nouo talis vnio ex parte ṽbi est tm̃ relatio rõnis: ⁊ esse in potẽtia ad hmõi relationẽ nõ includit necessario imꝑfectionẽ. Cõcedit eñ ꝙ dicat dñs ex parte: vt ptz ꝑ Magistrũ in. 1. di. 30. ❡ Põt etiã dici ꝙ verbũ terminando talem dependẽtiam de nouo nullã includit relationem rõnis: vt posset probari ex dictis doc. in. 1. d. 30. ❡ Secũda difficultas est circa hoc qd̃ dicit verbũ terminare dependentiã nature humane nõ dicit dependentiã ad aliud: qꝛ nõ oportet verbũ realiter referri. Secundum dubium. Ex hoc videtur sequi ꝙ si realiter referret: ꝙ tunc dependeret: qd̃ videt falsum. Tũ qꝛ cã creata realiter refert ad effectũ: ⁊ tñ nõ depẽdet ab effectu: lz ecõtra effectꝰ depẽdeat a cã. Tũ qꝛ videt ꝙ doc. cõtradicat sibi: qꝛ in. 1. dist. 30. q. 1. ꝯtra Hen. expresse dicit ꝙ nõ est necesse oẽ realiter relatũ inquantuz tale depẽdere ad aliud: vide ibi: ergo nõ videt sequi: ꝙ si verbũ realr̃ referat ꝙ ꝓpter hoc dependeat. Tũ qꝛ cã creata: ⁊ si realiter refert ad effectũ: tñ nõ depẽdet ab effectu: qꝛ vt causat effectũ semꝑ intelligit prior effectu: vt ptz a doc. in. 1. dist. 2. 26. ⁊ in. 2. dist. 1. q. 3. lz ergo ꝓducto effectu oriat relatio causantis ad causatũ: tñ ꝓpter hoc nõ dependet. ❡ Rñdeo primo ꝙ aliq̃d ab alio depẽdere cõtingit duplr̃. Solo secũdi dubij. Vno mõ in se. ita ꝙ recipiat suũ esse ab alio. Alio mõ ꝙ recipiat aliquã realitatẽ ab alio. Aliquid ab alio depende re ꝯtingit duplr̃. Et tunc dico ꝙ si verbũ realiter referretur ad naturam humanã tanq; ad terminũ: a natura hũana reciperet relationẽ realem nouã (si tñ posset esse noua) ptz qꝛ relatio realis de necessitate dependet a fundamẽto ⁊ termino: vt ptz. ❡ Dico scd̃o ꝙ si realiter posset referri verbum ad naturã humanã ꝙ ipm verbũ ſm suũ esse depẽderet a natura hũana: ⁊ impossibile esset ipm esse sine natura hũana. Nã ipe doc. ꝓbat in. 1. di. 8. q. vl. ꝙ si deus ꝓduceret aliquã creaturã de necessitate ꝙ haberet relationez realem ad illã: ⁊ ex quo talis relatio realis esset idẽ realiter qd̃ deus: ⁊ ĩpossibile est relationẽ realẽ esse sine termino: ergo ĩpossibile esset deũ esse sine creatura ⁊ sic magis ĩpossibile sequeret ex minꝰ ĩpossibili: hoc etiã ptz in prio di. 30. ptz ergo ꝙ si ṽbũ realr̃ referret: ꝙ tunc realr̃ dependeret. In ꝓposito aũt sufficit ad hoc vt ṽbũ dicat assumere naturã hũanã ꝙ terminet depẽdentiã nature hũane assumpte relate ad ipm ṽbũ. Terminãs eñ istaz depẽdentiã: sufficit ꝙ sit indepẽdens tali independẽtia qualis requirit ad terminandũ istã depẽdentiã. Et hoc ptz exẽplariter in oibꝰ: nã accidẽs depẽdet ad subiectũ: in subiecto requirit indepẽdentia sufficiẽs ad terminãdum dependentiã accidẽtis: ⁊ hoc est qꝛ accidẽs nõ põt ꝑ se stare ⁊ alteri nõ inherere vltimate: ergo terminans talẽ dependẽtiã opz ipm esse independens independentia opposita depẽdentie accidẽtis. Silr̃ absolutũ in causa terminat dependentiaz effectus: ⁊ ideo requirit ꝙ sit independens independentia opposita dependentie effectus. Sic in ꝓposito sufficit ꝙ verbũ ad hoc vt possit terminare dependentiã nature humane: ꝙ sit indepẽdens independentia opposita: q̃ independentia est esse incõicabile vt quo ⁊ vt quod: siue est negatio duplicis dependentie. s. actualis ⁊ aptitudinalis: de hac materia vide q̃ singulariter exposui in q̃ol. q. 19. ❡ Ibi. Nec scd̃o ẽ aliq̃ repugnãtia ex ꝑte diuine ꝑsone inquãtũ hec: puta ꝙ hic ꝑsona vna sumit ⁊ nõ alia: qꝛ lz respectus ⁊c. Ista lr̃a sic intelligit ꝙ respectus qui ꝯsequit naturã diuinã vt natura est: sicut respectus creãdi: efficiendi: redimen

di: predestinādi: ⁊ hmōi est semp cōis tribꝰ psonis. De hoc vide doc. in. 1. d. 4. q. 2. d. 30. 36. 27. in. 2. d. 1. q. 1. ⁊ alibi. Vñ doc. in. 1. d. 4. q. 1. dicit ꝙ hec est prio vera deꝰ creat: nō hec/ pater creat: q2 vt hec est prio vera. s. deus creat: sequit ꝙ ista sit vera/ tres psone creant. De hoc vide ꝗ ibi exposui. Silr terminare respectū creatiōis pas siue ⁊ hmōi: est cōe tribꝰ psonis: q2 hmōi respectus semper terminant ad deū: vel ad aliqd absolutū in deo: vt ptz a doc. in prolog. q. 1. ⁊. 3. ⁊ in dist. 30. ⁊ in. 2. dis. 1. ⁊ in quodli. Et breuiter oīs respectus vel qui imediate fundatur in deo siue in aliquo cōi tribus psonis: vel ꝗ terminat ad deū siue ad aliquid cōe tribꝰ psonis tam respectus fundatus ꝙ ipsum terminare semp est cōe tribus. ¶ Ibi. Nō tñ opz. Dicit doc. ꝙ hic respectꝰ verbi vniti ad naturā vnitā: siue vt verbi terminantis vnionem nature humane: est respectus tm̄ cōsequens entitatez psonalem: q2 hec est vera de facto: solū verbū est vnitū nature humane: siue solū verbū terminat vnionem passiuaz nature humane: ⁊ talis respectus non sequit entitatem quidditatiuā. i. entitatem essentialē cōem tribꝰ suppositis: hec em̄ nō est vera/ essentia diuina est imediate vnita nature hūane: nec ecōtra: nec est ratio formalis terminandi: sz sola pprietas psonalis. Silr terminare dependentiā nature humane (qua natura hūana dicit dependere ad suppositū) nō cōuenit nature diuine: q2 ipa nō terminat in rōne suppositi: cum repugnet sibi rō suppositi. Iste ergo respectus consequit suppositū diuinū. Et nō mirū ꝙ multi respectus terminent ad vnū suppositū diuinū ⁊ nō ad aliud. Declaratū est em̄ in. 1. d. 1. ꝙ vna psona pōt imediate terminare vnā fruitionem ⁊ alia nō terminabit: ptz q2 aliquis viator actu pōt frui vna psona nō fruendo alia: vt ptz a doc. in. 1. dist. 1. q. 2. hoc idem ptz in. 2. dist. 43. ¶ Ibi. Sed istud pbat aliter: q2 psona diuina cōtinet ⁊c. Hec est pbatio Varronis lib. 3. q. 1. ⁊ Tho. in. 3. d. 1. q. 9. Et pbatio stat in hoc q2 ex quo psona diuina cōtinet virtualr pfectionē cuiuscūq3 psone create: iō pōt supplere vicē cuiuslibet: ⁊ sic lz natura: puta Fran. singularis sit nata terminari ad ppriū suppositū pprie nature ⁊ in ipo suppositari: q2 tñ suppositū diuinū virtualr ɔtinet pfectionē suppositi siue psone Fran. iō pōt supplere vicē illiꝰ: sicut etiā dicimus ꝙ ex quo deꝰ ɔtinet virtualr pfectionē cause scde: ideo pōt supplere vicem oīs cause secūde: loquendo de causa finali ⁊ effectiua. ¶ Ibi. Istud argumentū deficit dupliciter. Hic doc. iprobat hanc rōnē: q2 nō ɔcludit ppositū. Et primo q2 ɔtinere virtualr infinitas pfectiones dicit pfectionē simplr ⁊ infinitā: sed psona sm eos nō dicit pfectionem simpliciter ⁊c. Et nota ꝙ doc. dicit hic ꝙ si psona diuina cōtineret realitatem vnius psone create p idem ⁊ infinitas: ⁊ sic vult inferre ꝙ ipsa psona esset perfectio simpliciter: aliter nihil cōcluderet cōtra Varro. ⁊ Tho. ¶ Sed in hoc dubitat: q2 cōtinere psonalitez aliquā virtualiter nō est cōtinere aliquā pfectionem: cū ipse dicat. j. pñti. q. ꝙ psona tm̄ dicit negationez duplicis dependentie: negatio aūt nullā pfectionem dicit. ¶ Et scdo dubitat in hoc qd dicit ꝙ si ɔtineret realitatem vnius psone: ꝙ etiā ɔtineret infinitas. Tum q2 in aliis cōtinentiis nō tenet: q2 nō sequit: cā cōtinet virtualiter entitatem vnius effectus: ergo cōtinet virtualiter entitatem infinitoꝝ effectuū precipue specie distinctoꝝ. Tum q2 nō sequit superius sm pfectionē cōtinet virtualiter entitatē alicuiꝰ inferioris: ergo ⁊ infinitas nō sequit. ¶ Rñdeo ⁊ dico primo ad primā difficultatem ꝙ doc. nō dicit hoc ex intentione: sed forte ad dicta opi. que videt ponere entitatē psonalem dicere pfectionem. Scdo dico ꝙ lz sm doc. rō psonalitatis sit tm̄ negatio duplicis dependentie: tñ qñ dicit ꝙ cōtinens realitatem psone: nō accipit ibi illa duplicem negationez: sed accipit entitatem nature singularis ꝗ est apta nata suppositari: ⁊ si virtualiter cōtineret infinitas tales pfectiones esset pfectionis simpliciter. Dico tertio ꝙ etiā loquendo de ista duplici negatione cōcludit ppositum: q2 si daret aliqd qd vere posset terminare hmōi dependentiā hoc nō posset esse ex natura ppria quin includeret aliquā pfectionem: ⁊ si posset ex natura ppria terminare infinitas esset infinite pfectionis: lz em̄ negatio de se nihil sit: tamen habens in virtute sua posse facere naturā vel p se existere vel in alio alterius nature suppositari ⁊ sustentari semp dicit pfectionē: Si ergo vbū posset facere hanc naturā humanā p se existere: ⁊ in supposito eiusdē nature p se suppositari: certū ē ꝙ diceret pfectionē in vbo: ⁊ si infinitas naturas hūanas posset facere p se existere ɔcluderetur ifinita pfectio in vbo. ¶ Ad scdm dubiū dico ꝙ doc. nō arguit sic ꝙ si virtualr ɔtinet vnā psonā: ergo ⁊ infinitas: arguit em̄ p rōnē Varro. dicentis ꝙ vbū cōtinet virtualr oēs psonas. Posito etiā ꝙ hoc diceret in isto casu spāli nō haberē pro incōueniēti ꝙ si virtualiter cōtinet vnā: ꝙ etiā infinitas: ex quo impossibile est aliqd suppositū creatuz ex natura ppria esse suppositū alteriꝰ nature: ita ꝙ sit suppositū duaꝝ vl triū naturaꝝ. (Tota em̄ natura creata nō posset hoc facere: lz deꝰ possit facere ꝙ vnū suppositū etiā creatū terminet depēdētiā pluriū naturaꝝ. vt pz. j.) Si ergo vbuz ex natura ppria qd est vex suppositū pōt se facere suppositū alteriꝰ nature: ⁊ sic sil' eē suppositū duaꝝ naturaꝝ: sequit ꝙ etiā ifinitaꝝ naturaꝝ cū nō sit maior rō de duabꝰ ꝙ de ifinitis. Sicut si idē corpꝰ posset sil' eē in pluribꝰ locis: ergo ⁊ in ifinitis: vt pz. 4. phy. ¶ Ibi. p. ita pfecta ɔtinentia est in essentia diuina ⁊c. Hic doc. arguit ꝙ ex cōtinentia vtuali nō pōt ɔcludi ꝙ vbū diuinū possit esse formalr suppositū nature hūane: terminādo dependentiā illiꝰ: ⁊ arguit a sili ⁊ quodāmō a fortiori: q2 essentia diuina vtualr ɔtinet oēm naturā creatā: ⁊ magis ꝙ verbū ɔtineat psonā: ⁊ tñ ipa nō pōt supplere formalr vicē nature hūane vel alteriꝰ nature: q2 si suppleret vicem nature hūane formalr: tūc esset ipsa natura hūana formaliter: qd est impossibile: sic nec vbū pōt supplere vicem suppositi creati: ergo ex hoc ꝙ ɔtinet vtualr nō pōt concludi ppositum. Nō em̄ negat doc. absolute ꝙ verbū nō suppleat vicem suppositi eiusdem nature: sed negat ꝙ ex hoc suppleat q2 virtualiter cōtinet: cōcedit aūt ꝙ suppleat vicem ex hoc qd est independens independentia que pertinet ad verum suppositum ⁊c.

¶ **Tertius articulus est difficilior. In isto** articulo intendit doc. probare ꝙ nature humane singulari nō repugnat posse assumi a verbo in vnitate suppositi siue psone. Et dicit ꝙ hoc est difficile: q2 debet ostēdere distinctionē singularitatis nature create a psonalitate creata. Certū est em̄ apud doc. ꝙ natura hūana in se psonata vt in se psonata nō pōt assumi ab aliquo: q2 psona vt psona est incōicabilis alteri: ⁊ vt quo ⁊ vt qd: vt pz a doc. in. 1. dist. 2. ⁊. 23. ⁊. 28. ⁊ in quodli. q. 9. ⁊. 19. Supposito tñ ꝙ sit distinctio inter singularitatem nature et psonalitatem eiusdem: est videndum quō possit assumi natura singularis vt prescindit a psonalitate. ¶ Et recitat hic opi. Varro. lib. 3. q. 1. Et Hen. in summa qoli. 3. q. 3. qui probāt ꝙ nō repugnet nature hūane posse sic assumi. Et ista cōclusio est verissima ⁊ quantum ad hoc nō improbat doc. opi. sed q2 rōnes nō cōcludunt ppositum: ideo improbat illas. ¶ Prima ratio eorū est ibi: primo q2 singularitas ⁊c. Et ratio stat in hoc: q2 dicunt ꝙ deus pōt influere ad prius nō influendo ad posteriꝰ: pōt em̄ causare substātiā que est prior omi accidente nō causando accidēs: qd est posterius. cū ergo natura singularis sit naturaliter prior psonalitate: sequit ꝙ deus pōt influere ad ipsam ne psonet in se sed psonet in alio. ¶ Scda rō est ibi: q2 illud qd est vnius generis pōt habere modū alterius generis: vt ptz de accidēte p se existēte in eucha. hec rō clara est in litera. ¶ Tertia rō est ibi: quāto aliqua sunt magis diuersa/ tanto magis sunt adinuicez vnibilia: hoc probat inductiue: q2 indiuidua eiusdem speciei sunt minus vnibilia ⁊c. ¶ Ibi. Iste rationes nō ostendūt ppositū. prima nō. Dicit doc. hic cōtra rōnem primā opi. ꝙ si deus potest facere manere naturā singularē sine psonalitate ppria: q2 est prior ipa naturaliter: sequit ꝙ cuz natura in se sit prior naturalr singularitate ꝙ deꝰ posset facere naturā manere absq3 singularitate: vel si singularē primo hac singularitate posset eā etiā manentē postea facere singularē alia singularitate ⁊c. ¶ Sed hic occurrit dubiū: q2 nō videt sequi qd doc. dicit: videlz ꝙ posset facere naturā absq3 singularitate: q2 aliud est loq de natura singulari ꝗ vt sic pōt includere verā existētiā: ⁊ aliud est loq de natura vt pcedit oēm singularitatē: q2 vt sic nullā existētiā includit. Et ideo forte dicerent isti ꝙ deus pōt influere ad prius

Margin notes (left column): Varro ⁊ Tho. — Dubia in dictis Sco. occurrētia. — Solō. dubioꝝ.

Margin notes (right column): Varro ⁊ Henri. — Dubiū valde notandum.

naturalr existēs nō influēdo ad posteri⁹: vt pȝ de substātia ⁊ accidēte: ⁊ sic cū natura singlaris possit ꝟe existere (ptȝ qꝛ in ꝟbo hȝ verā exigētiā ⁊ aliā ab existētia ꝟbi: vt infra patebit. d.6.) pōt influere illi ꝑsonādo illā in alia ꝑsona: nō influēdo ad posteri⁹ supple ad ꝑsonalitatē ꝓpriā q̄ est posterior. Sȝ hoc nō sequit̄ de natura vt ꝓcedit oēm singularitatē. Ip̄e eñ Sco. hȝ in pluri⁹ locis ꝙ nō repugnat priori naturalr posse esse sine posteriori ꝑ diuinā potētiā: qꝺ nō pōt intelligi nisi de priori ſm rē qꝛ qꝺ nō est pri⁹ ſm rem ꝑ nullā potētiā natū est existere sine posteriori. Intelligit ergo doc. de priori ſm reȝ. Et hoc mō dȝ intelligi opi. Et si argm̄ Sco. ꝯcludit cōtra

Itē aliꝺ opi. ꝯcluderet etiā ꝯtra seip̄m. ¶ Doc. etiā tāgit in illa rōne: ꝙ ex quo natura est ꝓꝛ singularitate: sequit̄ ꝙ pōt fieri sine ista ⁊ sine illa ⁊c. Idē dicerē ꝙ forte ꝯcluderet cōtra Sco. qꝛ ipse vult in. 2. d. 3. q. 1. ꝙ natura vt natura sit prior oī singularitate: ergo sicut pōt eē sine ista ⁊ sine illa: ita ⁊ sine oī: qꝛ qꝺ ꝯtingēter se hȝ ad qꝺlibet eiusdē gn̄is: ꝯtingēter se hȝ ad totū gen⁹: pȝ a Doc. in. 2. d. 12. q. 2. ⁊ alibi sepe. ⁊ tñ ipse vult ꝙ natura determinat sibi aliquā singularitatem: qꝛ dicit ꝙ est idem realiter sibi.

Solo. dubioꝝ. ¶ Rn̄deo ⁊ dico ꝙ rō doc. vere ꝯcludit ꝯtra opi. Hen. qꝛ ipse Hen. vult ꝙ natura hūana etiaȝ ab eterno dicat entitatē realē: vt satis ptȝ in. 1. d. 36. vbi doc. improbat illā positionē Hen. qꝛ si diceret entitatē realē nō esset vere creabilis. Et sic si natura singulars pōt manere absq̄ ꝑsonalitate ꝓpria: qꝛ ꝓꝛ naturalr illa: sequit̄ etiā ꝙ natura hūana in se ꝑ diuinā potentiā pōt manere absq̄ singularitate: cū dicat verā entitatē naturalr prioreȝ ipsa singularitate: ⁊ sic pȝ quō argm̄ doc. ꝯcludat ꝯtra Hen.

Alia solutio. ¶ Scꝺo dico ꝙ doc. forte nō arguit absolute de oī singularitate: sed sic qꝛ tu dicis ꝙ pōt facere naturā singularē manere absq̄ ꝓpria ꝑsonalitate suppositādo illā in alio supposito: ⁊ hoc qꝛ talis natura est prior naturalr ipsa ꝑsonalitate: sequit̄ ꝙ de⁹ pōt facere manere ipsam naturā absq̄ ista singularitate quā hȝ cū sit prior: ⁊ facere ipsam singularē alia singularitate: qꝺ est incōueniēs. Ideo dicit doc. ibi: ꝙ si negef ⁊c. Dicit doc. si tu dicis ꝙ talis natura non pōt esse sine ꝓpria singularitate: qꝛ talis singularitas est actus nature: vt ptȝ a doc. in. 1. d. 5. q. 2. ⁊. 26. ⁊ in. 2. dis. 3. a fortiori ego dicā ꝙ deus nō pōt facere ipsam naturā singularē manere absq̄ ꝓpria ꝑsonalitate: cū ꝑsonalitas illa sit vltima eius actualitas.

¶ Item nota ꝙ dicit doc. circa vltimū hui⁹ rōnis scȝ ꝙ ꝑsonalitas est vltima actualitas nature. Nota mentem Hen. ꝙ nō accipit vltimā actualitatē pro entitate reali Nā ex quo vult ipse quodli. 5. q. 8. ⁊. 15. ꝙ singularitas dicat tm̄ duplicē negationē: hoc idē videt̄ dicendū ſm ip̄m de ꝑsonalitate: ⁊ sic intelligendū est ꝙ sicut duplex negatio: (vna. s. qua natura dicit̄ indiuisa in plura supposita: ⁊ alia q̄ dicit̄ nō esse idē cū alio supposito) est vltima actualitas ipsi⁹ nature: qua dꝛ incōicabilis vt qꝺ: siue in plura supposita iferiora: ita ꝙ talis actualitas dȝ accipi ꝓ vltima determinatiōe qua natura sit sic determinata vt nō sit ampli⁹ cōicabilis vt qꝺ: sic ꝑsonalitas videt̄ dicere negationē qua ipsa natura est etiā incōicabilis ⁊ vt qꝺ ⁊ vt quo: ⁊ sic talis negatio ſm Hen. dꝛ vltima actualitas talis nature: sȝ negatio q̄ est rō singularitatis est prior naturalr a negatione q̄ est rō ꝑsonalitatis: ⁊ sic dȝ intelligi Hen. cū arguit in. 1. arg. ꝙ singula-

Obiectio. ritas est prior ꝑsonalitate. ¶ Si dicat̄ nōne doc. ꝯcedit naturā singularē eē priorē ꝑsonalitate. Dico ꝙ sic: quātū est ex ꝑte sua: qꝛ si esset de necessitate simul: vnū non posset esse sine alio. Si sic: tūc sequit̄ idē qꝺ Hen. dicit: scȝ. qꝛ natura singularis est prior ipsa ꝑsonalitate: ideo deus posset influere ad illud prius ꝑsonando naturā in

Solo. alio supposito q̄ȝ in ꝓprio. Dico ꝙ doc. hoc nō ꝓbat rōne prioritatis: sed ex hoc ꝙ talis natura singularis que est vere existēs nō determinat sibi de necessitate nature magis vnā ꝑsonā q̄ȝ aliā: natura ꝟo q̄ precedit singularitatē vt precedit illā nō hȝ verū esse reale: data eñ quacūq̄ natura habēte verā realitatē: dico ꝙ sic icludit singularitatē ꝙ idētificat sibi illā realiter. Probat ei doc. in. 2. di. 3. ꝙ natura ſm suū esse reale est simplr idē realr cū sua singularitate: ⁊ iō īpossibile est aliquā naturā habentē esse reale separari a ꝓpria singularitate quā hȝ: ⁊ si separaret̄: tota entitas realis illi⁹ nature destrueret̄: pȝ qꝛ sunt simplr eadem res. Quāuis ergo ipsa natura hūana hn̄s esse tm̄ ſm qd ⁊ esse cognitū vel esse possibile sit prior ipsa singularitate ⁊ indifferēs ad oēm singularitatē: tñ ip̄a vt hn̄s esse reale nō est prior ex nā rei ipsa singularitate: imo simplr eadē res ⁊ eadē exn̄tia realr: sȝ nō formalr: si etiā teneat̄ ꝙ natura vt exn̄s sit ꝓꝛ nā singularitate: vt exposui plixe i. 2. di. 3. q. 1. adhuc realr idētificat sibi aliquā singularitatē a qua est impossibile separari: de hoc vide que exposui in. 2. vbi. s̄. ⁊ dic ꝯn̄r.

¶ Ibi. Scꝺa rō videt̄ peccare: qꝛ modus ille ⁊c. hec litera clara est vsq̄ ibi. Et si adducat̄ illꝺ. 5. meta. t. c. 19. ꝙ dr̄ia substātialis hȝ modū q̄litatis. Rn̄det ꝙ nō intelligit ibi ph̄us de mō ꝓprio q̄litatis vt gn̄is. Dicim⁹ eñ ꝙ dr̄ia substātialis hȝ modū q̄litatis: qꝛ p̄dicat̄ per modū q̄lis essentialis. Si eñ querat̄ q̄lis est hō essentialiter: rn̄det̄ ꝙ rōnalis: sicut cū querit̄ q̄lis est hō accidētalr: rn̄det̄ ꝙ alb⁹ vel niger. Iste ergo modus q̄ est p̄dicari ꝑ modū qualis essentialis vel accidētalis nō est modus ꝓpri⁹ predicamēti q̄litatis: nec alicui⁹ ꝑ se ꝯtenti in illo: qꝛ nulli alteri cōpeteret: sȝ est modus hui⁹ vocabuli qualis: qꝺ est ex̄ predicamentū. Nā hoc nomen quale est multiplex ⁊ equiuocū: qꝛ predicat̄ de quali essentiali ⁊ de quali accidētali tm̄ noīe: ⁊ quale accidētale adhuc est multiplex: qꝛ predicat̄ de quali accidētali cōuertibiliter ⁊ de quali accidētali nō ꝯuertibilr. Et ꝙ hoc nomē quale sit multiplex ptȝ ꝑ ph̄m vbi. s̄. sic dicentē. Quale dicit̄ vno quidem mō dr̄ia substātie vt quale qd hō aīal qꝛ bipes: sȝ equus quadrupes: ⁊ circulus quidē qualis qꝛ quedā figura. ⁊. j. vno quidē mō hec dꝛ qualitas dr̄ia substātie: alio aūt mō vt īmobilia ⁊ mathematica: sicut numeri quales quidā sunt ⁊c. ¶ Ibi. Tertia rō nō videtur cōcludere ⁊c. hec litera manifesta est intuenti.

¶ Ideo ꝓpter istum articulū oportet videre ⁊c.

In ista lr̄a ponunt̄ due vie de rōne personalitatis. Prima ꝙ ꝑsonalitas dicit aliquid positiuū additū nature intellectuali: ⁊ sic ſm istam viā persona cōstituitur in esse ꝑsonali per aliquid positiuū adueniens. Secunda via negat oēm realitatem positiuam constituere personam: ⁊ ponit illam realitatem qua natura est hec: esse vltimaȝ entitatem positiuam: ⁊ vltra hanc non esse nisi negationem aliquam qua dicatur subsistens in natura intellectuali ⁊ persona.

¶ Cōtra primā viā. Hic doc. arguit

probando ꝙ ꝑsonalitas ipsa nō dicat aliqd positiuū. Sed nō est credēdū ꝙ doc. simplr fuerit hui⁹ opi. cū ipse asserat pauloante hoc esse ꝓbabile. Sȝ supponēdo ꝙ dicat aliquid positiuū faciliter argumēta doc. solui pn̄t non cōtradicēdo sibi: ⁊ de hoc vide glo. quā feci in. 1. di. 28. Et argumēta doc. sunt satis clara nec indigēt alia expositione. Sustinendo tñ ꝙ ꝑsonalitas dicat entitatem positiuā rn̄deri pōt ad argumenta ista doc.

Quō ſȝ doc. possum⁹ tenere ꝑsonā cōstitui entitate positiua. ¶ Ad primū dico ꝙ illa entitas: q̄ est rō personalitatis est simplr incōicabilis ⁊ inassumptibilis: ⁊ cū dicit ꝙ tūc esset incurabilis: qꝛ qꝺ est inassumptibile ſm Dama. est simpliciter incurabile. Dico ꝙ verbū assumpsit naturā humanam ⁊ oēm ꝑfectionē ꝑtinentē ad ipsam q̄ dicit simplr eādem rem cū natura humana: ⁊ sic assumpsit singularitatem cū sit ꝑfectio nature humane: vt ptȝ a doc. in. 1. d. 5. q. 2. ⁊. 26. ⁊ in. 2. d. 3. ipsa etiā singularitas est simplr eadem res realiter que natura humana. Entitas autē ꝑsonalis lȝ sit entitas positiua cōstituens naturā in esse ꝑsonali: nō tñ est entitas ꝑtinens ad ꝑfectionem realē nature humane: quā si nō haberet non posset dici perfecta realiter ⁊ essentialiter: ⁊ sic forte nō habetur pro incōuenienti ꝙ verbū nō assumpserit hmōi realitatem cū nō ꝑtineat ad esse reale ipsius nature: sed tm̄ adueniat post cōpletū esse reale: nō sic singularitas. Qꝺ etiam dicit doc. ꝙ oīs entitas positiua est in potentia obedientiali ad deū. Si intelligit ꝙ ipsam pōt annihilare trāseat. Si ꝟo intelligit ꝙ est in perfecta potentia obedientiali vt possit assumi in vnitate suppositi hoc est impossibile: patet in simili: qꝛ lȝ similitudo inter duo alba sit vera entitas positiua: ⁊ realiter distincta ab vtroq̄ extremo: nō tamen posset deus terminare dependentiam similitudinis: cum de necessitate terminetur ad album: immo destructo albo statim sil̄itudo desinit esse.

Creatura est in pō obedientiali ad deum quō itelligitur. Nō sis ergo creatura est in perfecta potentia obediētiali ad deū: ita ꝙ potest de illa facere quicquid vult: puta crean-

dō: cōseruando: annihilādo: ⁊ hmōi: nō tm̄ est in ꝑfecta potētia obedientiali in his q̄ oīno repugnāt. Lapis em̄ est in ꝑfecta potētia ⁊c. nō tm̄ posset facere ꝙ lapis videret: q̄ sibi repugnat: sic dico in ꝓposito de ista entitate ꝑsonali. ¶ Ad scdm̄ doc. ꝯcedo ꝙ natura assūpta a v̄bo careret tali entitate positiua. Et cū arguit ꝙ natura nō posset dimitti sibi nisi daretur sibi alia realitas ⁊c. Dico cōformiter vt dixi in p̄io di. 28. ptz ei ꝙ si talis natura sibi dimitteret̄ nō oporteret sibi dare aliā realitatem de nouo creando illā. Sed dimissa sibi statim ex natura rei oriret̄ entitas ꝑsonalis qua esset ꝑsonata i supposito ꝓprie nature. Sicut si albū de nouo crearet̄ statim ad ei⁹ esse ⁊ ex natura rei: sequeret̄ siltudo ad aliud albū posito illo alio albo: sic in ꝓposito. Silr̄ si ignis vel natura ignis singularis assumeret̄ a verbo absq̄ aliquo calore (qd̄ deus posset facere: q̄ posset separare ignē ab oī calore) si tūc natura ignis sibi dimitteret̄: statim ex natura rei ⁊ de necessitate nature esset calidus: cū ipse ignis sit cā necessaria caloris sui: vt ptz a doc. in. 4. dist. 12. Sic in ꝓposito. ¶ Si dicat̄ ꝙ tūc deus posset facere naturā hūanā singularē ꝑ se existere sine entitate ꝑsonali: qd̄ videtur incōueniens. ¶ Dico ꝙ si faceret ꝙ ex hoc nullū sequeret̄ impossibile: ptz q̄ etiā pōt facere accidēs absolutū ꝑ se existere ab omi subiecto: vt ptz in eucharistia. ¶ Ibi. Immo sequit̄ tertio ꝙ ista natura non posset dimitti ⁊ esse ꝑsonata: q̄ talis realitas nō pōt eē realitas nature. Dicit em̄ doc. in. 2. di. 3. ꝙ realitas singularitatis nō est realitas nature: qd̄ sic dz intelligi ꝙ hō est formaliter realitas ipsi⁹ nature: est tm̄ realr̄ realitas eiusdē nature: q̄ talis natura ꝯtinet ipsaz ꝑ realē idētitatē: mō in ꝓposito dicit doc. ꝙ si ꝑsonalitas esset entitas positiua: nō esset realitas nature hūane: nec ꝯtineret̄ ꝑ idētitatē in tali natura. ¶ Dico (sustinēdo ꝙ rō ꝑsonalitatis dicat entitatem positiuā: vt. s̄. dixi) ꝙ talis entitas nō eēt realitas nature hūane: nec cōtineret̄ in natura hūana ꝑ realē idētitatē: q̄ manēte eadē natura sꝑ maneret talis entitas: sed dico ꝙ tali natura dimissa statim ex natura rei oriret̄ entitas ꝑsonalis qua diceret̄ ꝑsonata: sicut ēt hz dicere (ponēdo ꝑsonalitatē esse negationem duplicis dependētie) ꝙ ipsa natura dimissa in se: statim oriret̄ ex natura rei negatio duplicis depēdentie ad aliud suppositū: q̄ tm̄ negatio nec est realitas nature hūane nec cōtinet̄ ꝑ idētitatē realem in natura hūana. ¶ Ibi. Quarto sequeret̄: hic doc. vltimo ꝓbat ꝙ entitas ꝑsonalis nō sit entitas positiua: ⁊ deducit ad hoc incōueniens: q̄ si sic, sequeret̄ ꝙ deus posset facere ipsam naturā singularem in se manere absq̄ ꝑsonalitate: qd̄ videt̄ oīno īpossibile: ꝙ aūt sequat̄ ꝓbat: q̄ natura vt natura est naturaliter prior seipsa: vt est sub ista realitate. ¶ Dico ꝙ albū etiā est prius naturalr̄ siltudine: ⁊ tm̄ stāte alio albo nō posset in se manere illud albū quin de necessitate nature sequeret̄ siltudo. Sic dico i ꝓposito ꝙ q̄uis natura sit prior ꝑsonalitate: videt̄ tm̄ īpossibile ꝙ ipsa manente nō etiā maneat entitas ꝑsonalitatis. Posito etiā ꝙ nō maneat stāte natura: adhuc nō sequit̄ illud incōueniēs qd̄ ponit̄ in lr̄a: q̄ talis entitas nō poneret̄ vt ꝑfectio nature humane: vt. s̄. exposui rn̄dendo ad primā rōnē cōtra hanc viā: q̄ hoc mō nō haberet̄ pro incōuenienti ꝙ i aliquo priori daret̄ natura singularis nō ꝑsonata nec ꝑsonalitate ꝓpria nec aliena. ¶ Aduerte tm̄ ꝙ hec que dixi sustinēdo ꝑsonalitatē esse entitatē positiuā nō dixi quasi ꝯtradicēdo dictis doc. sed magis exponēdo intētionē eius. Nescio em̄ videre ꝙ ex hoc sequat̄ incōueniens ex quo ipse dicit esse ꝓbabile ꝑsonalitatē creatā dicere entitatem positiuā: ⁊ vltra cū ipse ponat ꝓprietatem ꝑsonalem in diuinis esse verā entitatem positiuā: vt ptz in in presenti q. ⁊ in primo ex intētione. d. 23. 25. 26. ⁊. 28. ⁊ alibi. Et vltra: q̄ expresse ⁊ ex intētione nō negat ꝑsonalitatem creatā dicere aliquaz entitatem positiuā realem. Et etiaz sustinendo istam opi. magis possunt solui argumēta facta a doc. in primo di. 28. de ingenito: ⁊ tanto amplius q̄ ipse vult in primo. d. 3. q. 1. ꝙ negatio non possit inesse alicui nisi ꝑ aliquid positiuuz cui repugnat affirmatio opposita tali negationi. Sic in ꝓposito cum persona dicat negationem duplicis dependentie actualis ⁊ aptitudinalis: siue negationē duplicis cōicabilitatis: vt quo ⁊ vt qd̄: nō videt̄ ꝙ ista negatio possit inesse alicui nature singulari nisi per aliquā entitatem positiuam cui formaliter repugnet affirmatio cōicabilitatis. Hec via saluo meliori iudicio est valde facilior: nā sicut ipse doc. in. 2. d. 3. hz pro incōuenienti ꝙ singularitas dicat tm̄ duplicem negationem: vt dicebat Henri. s. negationem diuisibilitatis in se ⁊ negationē identitatis cuz alio: quare silr̄ nō posset ꝯcedi ꝙ ipsa personalitas dicat entitatem positiuā. Possumus ergo dicere ꝙ sicut negatio cōicabilitatis vt qd̄: inest nature ꝑ aliquā entitatez positiuā in tali natura: cui repugnat affirmatio cōicabilitatis vt quod: ⁊ posita tali entitate: statim sequit̄ talis negatio. Sic in ꝓposito: si nature humane singulari cōuenit negatio duplicis cōicabilitatis vt quo ⁊ vt qd̄: habemus dicere ꝙ talis negatio ꝯuenit ꝑ aliquā entitatem positiuā cui formaliter repugnat affirmatio duplicis cōicabilitatis: ⁊ tali entitate positiua posita in natura hūana: statim sequit̄ illa negatio. Si tm̄ volum⁹ tenere ꝙ dicat tm̄ negationem ⁊c. Doc. arguit ꝙ non dicat negationem ⁊ soluit ista argumenta.

¶ Contra secundā viam &c. Secūda via tenet ꝙ ꝑsonalitas nullo mō dicat realitatē positiuā: sz tm̄ negationē: ꝯtra quā viā arguit multis mediis. prio: q̄ tūc aīa separata posset dici ꝑsona: cū nō depēdeat ad ꝑsonā extrinsecā: talis em̄ negatio non posset poni nisi indepēdētia ad ꝑsonā extrinsecā. ¶ Ibi. Scdo: q̄ eadem argumenta vident̄ esse ꝯtra istud q̄ sunt ꝯtra illud ꝙ ingenitū sit ꝓprietas ꝯstitutiua p̄ris: q̄ argumēta patent in. 1. d. 28. q. vlt. vide ibi q̄ diffuse exposui. ¶ Ibi. Quarto: q̄ sicut argutū est in. q. de īdiuiduatiōe: vcz ī 2. d. 3. q. 6. diuidi est īpfectiōis: ergo necesse est illud ꝑ qd̄ repugnat alicui diuidi esse entitatē positiuā a. silr̄ cū dependere ad ꝑsonā extrinsecā sit imꝑfectionis: sequit̄ ꝙ negatio depēdentie nō poterit inesse nisi ꝑ aliquā entitatem positiuā. Hec argumenta post soluentur.

¶ Non asserendo pōt mediari inter istas vias. Nunc doc. rn̄dendo ad tertiū argumentū mediat inter duas vias prius positas de rōne ꝑsonalitatis: nā secūda via videtur ponere ꝑsonā tm̄ dicere negationez actualis dependentie. Itē ꝙ illud dicat̄ ꝑsona: qd̄ actu nō depēdet ad suppositū alteri⁹ nature. Sz p̄ia via ponit ꝑsonalitatē esse entitatē positiuā. Doc. ergo mediat inter istas duas vias: q̄ vltra negationē actualis depēdentie ponit negationē aptitudinalis depēdentie. Ita ꝙ illud vere dicit̄ ꝑsona: qd̄ nec actu nec aptitudine dependet ad aliud suppositū: sz est simplr̄ in se subsistens: ⁊ sic natura humana singularis in eodē instanti nature quo in se derelinquit̄ statim est ꝑsona: q̄ nec actu depēdet ad aliud suppositū: nec hz naturalē inclinationē dependendi ad aliud: sed tm̄ hz naturalē inclinationē ad per se standū. ¶ Et aduerte ꝙ qn̄ natura suppositatur in ꝓprio supposito: ipsa natura nec actu nec aptitudine depēdet ad ꝓpriū suppositū: sic ītelligēdo: ꝙ rō suppositi sit aliqd ī se terminās hmōi depēdētiā: q̄ cū rō suppositi tm̄ dicat duplicē negationem: ⁊ illa negatio nihil est in se: sequit̄ ꝙ nō pōt terminare aliquā depēdētiā. Dico ergo ꝙ hoc est ꝓprie dictū cū dicit̄ naturā dependere ad ꝓpriū suppositū. Sed sic dz intelligi ꝙ qn̄ natura in se hz istā duplicē negationem ipsa vere dr̄ suppositū: q̄ vt sic nec actu nec aptitudine dependet ad aliud tanq̄ ad sustentās ⁊ suppositans: nā in se est sustentata ⁊ suppositata. Ipsa em̄ eadē natura singularis in se relicta: ⁊ ꝑ se stans dr̄ suppositū ꝓprie nature: secus est cū cōparatur ad suppositū alteri⁹ nature: q̄ tūc vere depēdet ⁊ terminat̄ ad illud: ⁊ vere sustētat̄ in illo. Ita ꝙ si hec natura hūana esset suppositata: puta in lapide: in eodē lapide tm̄ diceret naturā singularē existentē: q̄ tm̄ existentia fundat̄ ⁊ sustentat̄ in lapide: ⁊ in eodē instanti quo sibi dimitteret̄ ⁊ separet̄ a lapide: statim illa natura singularis existens in se subsisteret ⁊ ꝑ se staret: q̄ vt sic eēt ibi negatio dependentie tam actualis q̄ aptitudinalis ad aliud suppositum. ¶ Sed occurrit difficultas quō suppositū ꝓprie nature recipit predicationē eiusdez nature i qd cū natura singularis cū illa duplici negatōe sit tm̄ ens ꝑ accidēs: ⁊ ens ꝑ accidēs nō recipit p̄dicatiōez alicui⁹ ꝑ se ⁊ in qd. vt ptz ꝑ doc. in isto. 3. ⁊ in. 1. d. 2. parte 2. q. 3. Propterea nō videt̄ ꝙ suppositū recipiat p̄dicationē alicui⁹ nature in qd: q̄ ens positiuū nō predicat̄ in quid de aliquo cuius ratio vltimata est tm̄ negatio:

Obiect.

Solo.

Instātia ꝓ maiori declaratiōe mētis doc.

Quō debeat ītelligi naturā dependere ad ꝓprium suppositum.

Notabil' diffini.

Rn̄sio. ¶ Rn̄deo ⁊ dico ꝙ accipiendo naturā singularē vt includit istā duplicem negationē est vnū ens ꝑ accidens actu existens: ⁊ hoc mō hec pōt dici ꝑ accidēs. Fran. est hō. dicit̄ tn̄ predicari in quid: q2 q̇dditas hoīs vere predicat̄ de illo. Ita ꝙ est de quidditate ⁊ de essentia illius nō tn̄ dico ꝙ ista duplex negatio includat q̇dditatē aliquā vel realitatē ipsius hoīs: s3 sola natura singularis includit ad quā vt est in se existēs ꝯsequit̄ siue cōcomitatur ista duplex negatio. Est etiā difficultas quō natura predicat̄ in q̇d de singulari cū h echeitas nō ꝑtineat ad quidditatē: vt pt3 a doc. in. 2. d. 3. q. 1. ⁊. 6. ⁊ vide q̃ expo **Dependētia triplex.** sui ꝓlixe in. 2. d. 3. q. 1. ⁊ poteris soluere multas difficultates ꝯtingētes in ista materia. ¶ Ibi. Sed distinguēdum est. Hic doc. declarat q̇d sit dependentia actualis aptitudinalis ⁊ potentialis: dicim⁹. n. aliq̇d dependere ad aliud actu qn̄ talis dependētia actu terminat̄: sicut albedo actu dependet ad parietē qn̄ actu terminat̄ ad illū: q̄ tunc est ibi formaliter. Aptitudine ꝟo tm̄ qn̄ h3 naturalem inclinationē ad illud: ⁊ actu nō dependet ad illud: sicut lapis existens sursum aptitudine dependet ad centrū suū. ⁊ nullo mō actu: sed qn̄ est in centro depēdet actu ⁊ aptitudine. Potētialis quidē est illa vbi nulla est īpossibilitas vel repugnātia ex terminis. sicut dicimus ꝙ lapis potētia depēdet sursum: q2 nō repugnat sibi vt cōparat̄ alicui potentie potenti mouere sursum. ¶ Doc. in ista lr̄a dicit ꝙ natura hūana pōt dependere ad suppositū alterius nature actu: q̄ tunc est qn̄ actu supposita t̄ in illo: ⁊ ad hoc sequit̄ ꝙ depēdeat etiā potētia: q2 si actu supposita t̄ a diuina potētia non repugnat sibi sic posse suppositari. Dicit tn̄ ꝙ nō dependet aptitudine ad aliud suppositū: q2 si haberet naturalē inclinationem ad illud: tunc violenter esset in ꝓprio supposito. Hoc tn̄ est sic intelligendū: ꝙ si h3 naturalē inclinationem tm̄ ad aliud suppositū: siue ad suppositū alteri⁹ nature: ita ꝙ ad suppositū ꝓprie nature nō habeat naturalem inclinationem: tunc sequit̄ q̄ dicit Doc. ꝙ esset ibi violenter. Si ꝟo habeat naturalē inclinationē ad aliud suppositū ⁊ naturalē inclinationē ad ꝓpriū suppositū: si esset in supposito ꝓprio nō esset ibi violēter: vt pt3 a doc. in sili dist. 1. q. 1. p̄mi. ꝙ materia prima h3 naturalē inclinationē ad oēm formā: iō nō sequit̄ ꝙ qn̄ est sub vna forma sit ibi violēter: l3 inclinet̄ naturalr̄ ad aliā. Sic in ꝓposito. Et nota ꝙ qn̄ dico ꝙ natura singularis h3 naturalem inclinationē ad ꝓpriū suppositū: sic d3 ītelligi ꝙ h3 naturalē inclinationē ad ꝑ se subsistendū. Uult ergo Doc. ꝙ ꝑsona ꝓpria dicat negationē depēdētie tā actualis q̄3 aptitudinalis ad aliud suppositū. Et iō natura assumpta a ꝟbo: q2 nō est ibi negatio actualis dependētie immo actu ibi dependet: l3 nō aptitudine: nō d2 ꝑsona. Dimissa ꝟo in se: q2 nec actu nec aptitudine ad aliq̄ de**Obiectio.** pendet: d2 vere ꝑsona. ¶ Et si dicat̄ ꝙ op3 dicere ex dictis doc. ꝙ ipsa natura nō depēdet aptitudine ad verbū diuinū: cū non habeat inclinationē ad illud: ergo est ibi **Solo.** violenter. ¶ Dicit doc. ꝙ nō sequit̄: q2 tota entitas nature hūane est in ꝑfecta potētia obediētiali ad deū: iō sicut de⁹ dedit sibi talem entitatem inclinatā naturalr̄ ad ꝓpriū suppositū: si supposita t illā in alio non ꝓpter hoc est ibi violēter: sicut si volūtas diuina īmediate moueat lapidem sursum ille motus nō esset violentus lapidi cū **Alia instantia.** sit in ꝑfecta potētia obedientiali ad ipsam. ¶ Si dicat̄ nōne lapis mouet̄ cōtra suā inclinationem naturalem. **Rn̄sio.** ¶ Dico ꝙ vt cōparat̄ ad diuinā volūtatē nō d2 violentari. ¶ Si dicat̄ querendo si natura hūana singularis qn̄ dependet actu ad ꝟbū h3 naturalem inclinationē ad ꝓpriū suppositū. i. ad ꝑ se subsistendū: quero a te an habeat naturalē inclinationē ad suppositū diuinū: certū est ꝙ nō: vt p3 a Doc. Ergo est ibi ꝯtra naturalē suā inclinationē ad. a. ⁊ nullo mō ad. b. erit ꝯtra naturalē suā inclinationē: ⁊ sic violenter pt3 qn̄ aliquid h3 naturalē inclinationē: si ponat̄ in. b. ⁊ sic violēter: nec valet dicere ꝙ actus dependēdi ad diuinū ꝟbū tollit naturalē incli**Alia rn̄.** nationē ad ꝓpriū suppositū: q2 nō est verū: vt pt3 a doc. in hac. q. ¶ Dico ergo ꝙ qn̄ est in supposito diuino h3 naturalē inclinationē ad suppositū ꝓpriū: ⁊ cū dicis / ergo est in supposito diuino ꝯtra naturalem inclinationē: negat̄ ꝯn̄a. Sed tm̄ sequit̄ ꝙ sit ibi preter naturalē inclinationē: nō aūt ꝯtra: ⁊ hoc est spāle ꝓpter ꝑfectā potentiā obedientialē quā h3 ad deū. ¶ Dicerē tn̄ vnū saluo semꝑ meliori iudicio nō declinādo a mēte doc. ꝙ nō haberē pro incōuenienti naturā humanā singularē naturaliter inclinari ad suppositū diuinū ⁊ ꝓpriū: q2 vt in supposito diuino est nobilissime supposita ta ⁊ ꝑsonata: ⁊ ex his pt3 lr̄a Doc. ¶ Expono tn̄ aliqualr̄ hanc lr̄am: cū dicit: tn̄ negatio depēdentie aptitudinalis pōt ꝯcedi in natura creata ꝑsonata in se ad ꝟbū alioq̇n quiesceret in natura creata violēter: sicut lapis violēter quiescit sursū: vult dicere ꝙ si natura hūana vt in se ꝑsonata siue vt ꝑ se stante haberet naturalē inclinationē ad ꝟbū vt ad suppositū: ꝙ tūc violēter esset in se supposita ta: siue violenter ꝑ se staret. Hic doc. supponit ꝙ vna natura singularis tm̄ naturalr̄ inclinet̄ ad vnū suppositū: ⁊ sic bene sequeret̄ ꝙ si inclinaret̄ naturalr̄ ad suppositū verbi: ꝙ violenter ꝑ se existeret. Sed si ad aliq̄ suppositū naturaliter inclinat̄: maxime inclinat̄ ad suppositū ꝓpriū: nō dico ad illā duplicē negationē: s3 ad ꝑ se ⁊ in se standū: nec tn̄ ex hoc sequit̄ ꝙ qn̄ ꝑsonat̄ in ꝟbo ꝙ ibi sit violenter: vt. s̄. exposui. Sequit̄: ⁊ ita ista negatio nō depēdentia nō ꝗdē actualis tm̄: s3 etiā actualis ⁊ aptitudinalis talis cōplet rōnē ꝑsone in natura intellectuali ⁊ suppositi in alia natura creata: puta in lapide. i. ꝙ negatio cōicabilitatis: vt quo actualis et aptitudinalis cōplet rōnem ꝑsone in natura intellectuali: ⁊ suppositi in alia natura nō ītellectuali. ¶ S3 hic occurrit diffi. q2 natu**Bona diffini.** tura singularis est ꝑ se stans: ita ꝙ inclinat̄ naturalr̄ ad ꝑ se standū ⁊ vt actu ꝑ se stat videt̄ ꝑsona ꝑfecta: illa em̄ duplex negatio videt̄ posterior: pt3 q2 negatio ad aliud suppositū cōcomitat̄ naturā ꝑ se stantē: ergo talis negatio duplex nō cōplet rōnem ꝑsone. ¶ Dico cōcedendo **Rn̄sio.** ꝙ negatio saltē actualis cōicabilitatis ad aliud suppositū cōcomitet̄ singulare ꝑ se stans ⁊ ꝑ se existēs: ⁊ posito ꝑ possibile vel īpossibile ꝙ natura singularis ꝑ se staret ⁊ in nullo suppositaret̄: ⁊ nullo mō negatio actualis ad aliud suppositū cōcomitaret̄ esset vera ꝑsona. S3 q2 in eodē simplr̄ instanti tp̄is (l3 nō forte nature saltē negatiue) in quo natura singularis ponit̄ ꝑ se stare ꝯcomitat̄ necessario negatio cōmunicabilitat3 actualis ad aliud suppositū (si in eodē instanti in alio nō ꝑsonet̄) iō dicit̄ cōpletiue ꝑsona per illam duplicem negationem. **Obiecti. Solo.** ¶ Si dicat̄ nōne erat actu ꝑ se existēs qn̄ ꝑsonata fuit in ꝟbo: ⁊ ꝑ ꝯn̄s vera ꝑsona. ¶ Dico ꝙ in eodem instanti quo nata fuit ꝑ se stare ⁊ per se existere fuit assumpta a ꝟbo. Nō em̄ intelligo ꝙ ipā in aliquo priori nature fuerit ꝑ se actu existens: ⁊ in alio posteriori instanti nature fuerit ꝑsonata: q2 tunc prius fuisset in se ꝑsonata: s3 intelligo ꝙ simpliciter in eodem instanti nature quo fuit nata ꝑ se stare ⁊ ꝑ se existere fuit ꝑsonata ⁊ sustentata a verbo: q̄ bene nota. Sequit̄: nec tn̄ hec independentia aptitudinalis ponit repugnātiā ad dependentiā actualem. i. ꝙ cū dependentia aptitudinali ad ꝓpriū suppositum potest stare dependentia actualis ad aliud suppositum: ⁊ pt3 de facto: q2 natura assumpta h3 aptitudinalem dependentiā ad ꝓpriū suppositū: ⁊ tn̄ actu depēdet ad suppositū diuinū: nec tn̄ est in supposito diuino violenter: q2 l3 nō sit aptitudo talis nature ad depēdendū: est tn̄ aptitudo obediētie: q2 natura illa est in ꝑfecta obedientia ad depēdendū ꝑ actionē agentis suꝑnaturalis. ⁊ qn̄ datur sibi talis dependentia ꝑsonat̄ ꝑsonalitate illa ad quā dependet: quando aūt nō datur: ꝑsonat̄ in se ista negatione formaliter ⁊ non aliquo positiuo addito vltra illam entitatem positiuam qua est hec natura.

¶ Per hoc ad argumenta cōtra illam viā de negatione. Hic doc. rn̄det ad argumenta facta ꝯtra secundam viam: ⁊ rn̄sio ad primū pt3: q2 l3 aīa separata actu nō dependeat: est tn̄ nata dependere ad corpus: nō em̄ est apta nata ꝑ se stare: nec h3 naturalem inclinationem ad ꝑ se standū. Si em̄ haberet naturalē inclinationem ad ꝑ se standū: ipsa vt separata esset vere ꝑsona: q2 esset ibi negatio duplicis dependētie. s. aptitudinalis et actualis: h3 em̄ naturalem inclinationem ad informandum corpus ⁊ perficiendum ipsū naturaliter: ideo nullo modo habet naturalem inclinationē ad ꝑ se standū. ¶ Ad aliud qn̄ arguit̄ ꝙ negatio de se nō est incōicabilis ⁊c. rn̄det sicut dictū fuit. s̄. d. 2. primi libri. pte. 2. q. 1. incōicabile ⁊c. Hec lr̄a clara est vsq3 ibi. Singulare em̄ nō est cōicabile vt q̄ ⁊c. Rō: q2 cōicari vt q̄ est predica

Solo. ¶ Dico primo ꝙ ꝑsona ⁊ si addat entitatẽ positiuã q̃ dicit tm̃ actũ ꝑsonalem: siue suppositalẽ: vt ptz a doc. in. 1. di. 26. nõ tñ addit entitatẽ vt ꝑficientem vel informantẽ: vt ptz a doc. vbi. s̃. mõ in cõposito vel quasi cõposito aliquid se hz vt ꝑfectibile: vel quasi ꝑfectibile: ⁊ aliquid vt actuãs ⁊ ꝑficiẽs siue informãs: vel q̃si ꝑficiẽs: mõ natura singularis in diuinis nõ est ꝑfectibilis nec quasi ꝑfectibilis: vt ꝓbat doc. in. 1. dis. 5. q. 2. ⁊ dist. 26. nec entitas suppositalis actuat naturã singularez: nec quasi actuat: imo ꝓprietates ille magis dicunt esse i natura singulari: sicut subsistẽs in natura in qua subsistit vt pz a doc. vbi. s̃. Loquẽdo etiã in nobis: tenẽdo ꝙ suppositũ dicat entitatẽ absolutã: talis entitas nõ dꝛ ꝑficere naturã singularẽ: nec natura singularis est in potentia ad illã: vt ꝑfectibilis ab illa: ⁊ ꝑ ꝯñs ex natura singulari ⁊ entitate suppositali nõ fit aliqđ totũ: multo minus fiet totũ ex natura singulari: ⁊ illa duplici negatione. Singulare tñ in creaturis põt dici totũ: qꝛ natura nata est cõtrahi ⁊ ꝑfici entitate singularitatis: vt ptz a doc. in. 1. dist. 5. 2. ⁊ sic põt dici totũ: sed nõ fit totũ ex natura singulari ⁊ rõne suppositali. Singulare ꝟo in diuinis nõ est totũ nec quasi: cũ oĩa q̃ sunt ibi sint simplr̃ in vltima actualitate: vt patuit ĩ. 1. di. 2. 5. ⁊ 6. ⁊ q. 1. q̃dli. ⁊ alibi sepe. ⁊ ꝙ ꝯña nõ valeat. s. est totũ ergo hz rõnem forme: ptz ibi. ¶ Ibi. Scđm ꝓbat. Dicit doc. ꝙ totum ex hoc dꝛ forma: qꝛ q̃libet pars illi⁹ est in potẽtia ad illud quasi ad ꝑfectionẽ. Et ex hoc dꝛ forma/ qꝛ perficit ꝑtes.

Apparens contradictio. ¶ Sed in hoc videt sibi ꝯtradicere qꝛ. ĩ. dist. 2. q. 2. dicit ꝙ forma totius nõ ꝑficit nec materiã nec formã.

Solo. ¶ Dico ꝙ nõ est ꝯtradictio: qꝛ ibi loquit de perfectiõe essentiali ꝑ informationẽ: sicut materia essentialr̃ ꝑficit ꝑ formã substãtialẽ ad quã est in potẽtia: ⁊ sic nec materia nec forma dicunt aliq̃d essentialr̃ ꝑfectibile ꝑ receptionẽ forme toti⁹: cũ illa nõ recipiat vt pz. Hic aũt loq̃tur de ꝑfectiõe ꝑticipata: qꝛ ꝑs vt est in cõposito dꝛ ꝑfectioꝛ ꝑticipatione toti⁹ q̃ȝ extra. ⁊ hoc ptz a doc. in. 2. di. 17. ⁊ in. 4. dist. 43. ¶ Ibi in ꝓposito aut hic doc. dicit duo. primũ ꝙ ꝟbũ absolute sumptũ nõ est potẽtiale respectu ꝑsone quasi cõposite. Ita ꝙ ꝑsona incarnata dicatur ꝑsona quasi cõposita: ⁊ sic ꝟbũ sit quodãmõ potẽtiale respectu illi⁹. Sequit scđm ibi. Si etiã deberet. i. si etiã ꝯcederet ipm̃ ꝟbũ esse ꝑsonã cõpositã vt cõcludit Dama. hoc nõ est de ꝑsona absolute accepta. i. ꝙ si accipiatur ipm̃ ꝟbũ ſm suã ꝑsonalitatez ꝓpriã cõparatã ad naturã hũanã: tũc sequit ꝙ ipm̃ ꝟbũ vel ꝑsona ꝟbi non dicitur cã formalis respectu nature. Hic tria cõsidero. Primo ipm̃ ꝟbũ ſm suã ꝓpriã ꝑsonalitatẽ. Scđo naturã hũanã ad quã cõparat. Tertio entitatẽ toti⁹ creati: scz entitatẽ toti⁹ incarnatiõis siue vnionis qua aliq̃d dꝛ incarnatũ q̃ quodãmõ resultat ex ꝟbo ⁊ natura hũana. Et tũc manifestũ est ꝙ si ponat ipsa vnio quasi cõpositio ꝙ ipm̃ ꝟbũ nõ est cã formalis respectu nature. Sed magis materialis: sicut etiã pz de materia respectu forme partis. Et hoc est qđ dicit ibi. Si eñ absolute ꝯsideratur ⁊c. Sed si ꝯcedat ipm̃ ꝟbũ esse ꝑsonã cõpositã: ita ꝙ dicat ex hoc quasi forma toti⁹. Dicit doc. ꝙ hoc dz intelligi de ꝑsona ipsi⁹ ꝟbi existẽte in natura hũana cõparata ad ipsam naturã humanã: ⁊ sic ꝟbũ nõ vt absolute sumptũ dꝛ ꝑsona q̃si cõposita. ⁊ ꝑ ꝯñs forma. Sz ipsuz verbũ vt incarnatũ hoc totũ dz dici ꝑsona q̃si cõposita: ⁊ sic ꝟbũ vt incarnatũ erit forma: nõ aũt ꝟbuz absolute sumptũ. Et tũc nõ est ad ꝓpositum Hen. qꝛ ipse vult ꝙ ꝟbũ absolute sumptũ sit forme ipsius nature absolute. ¶ Ibi. Qđ aũt adducit de assumere hic doc. rñdet ad ꝓbationes quas facit Hen. pro efficientia suppositi: ⁊ dicit ꝙ sumere vt notat absolute actionẽ est cõe tribus. Et sensus est tres ꝑsone assumũt. i. efficiũt vnionẽ qua natura vere assumit: siue faciũt naturã depẽdere ad ver

bum. Si vero ad se sumere notat terminū actiōis est ꝟbi vt terminat dependentiā assumpte nature: ⁊ cū dicit ꝙ ly ad se vt notat terminū actionis nō dꝫ accipi ꝓprie ter- minus actionis: q꜡ talis est vnio passiua causata a trini- tate: ⁊ nō ꝟbū vt ptꝫ: accipiṯ ergo ibi actio passiue siue acta que est ipsa vnio realis q̄ vere terminaṯ ad ꝟbum. ¶ Et qđ dicit de illabi. dicit doc. ꝙ pōt dupl̄r intelligi ꝑmo vt notat efficiētiā vel cōseruationē: ⁊ sic est cōe tri bus suppositis diuinis ⁊ cōiter illabi notat efficiētiā: vt pꝫ a doc. in. 2. ⁊ in. 4. 2°. vt notat quādā intimitatē siue spālē intimitatē: hoc modo ꝟbū illabiṯ nature vnite. lꝫ eñ tota trinitas sit ꝑfecte p̄sens ⁊ ꝑfecte intima oī cr ea ture. nō tñ est intima ista spāli qua ꝟbū diciṯ intimū na- ture assumpte. ista aūt spālis intimitas est p̄cise teriare dependētiā nature hūane ⁊ talis illapsꝰ spālis nō ē aliq̄ efficiētia: sꝫ oīno ꝓꝛitas alteriꝰ rōnis. i. ꝙ ꝟbū vt teriat istā vnionem nō dicit ordinē alicuiꝰ prioris puta cause ad effectū vel cōseruātis ad cōseruatū vel mēsurātis ad mēsuratū: sed precise dicit ordinē vt ꝑsonātis vel suppo sitātis siue substētātis naturā humanā. vel dicit ordinē vt prioris termināntis dependētiā q̄ est simpl̄r alterius rō nis a dependentia causati ad cām vt. s̄. patuit. ¶ Et qđ addit ꝙ verbum est potentia operatiua patris. patet ꝙ dicitur potentia operatiua patris: q꜡ operaṯ nō a se sed ab alio. s. a p̄re. i. ideo đꝛ potētia oꝑatiua p̄ris: quia a pa tre habet principiū operandi tam ad intra q̄ȝ ad extra. ⁊ de hoc ptꝫ in. 1. di. 27. in. 2. di. 1. q. 1. art. 1. ⁊ in quolib. q. 8. ⁊ sic pꝫ q̄ūo ex hoc nō hꝫ spālē actionē. ¶ Ibi. Ad ar gumētū ꝑncipale nūc doc. r̄ndet ad argumentū factū et dicit ꝙ dependētia cāti vl̄ ꝯseruati vl̄ mēsurati ⁊ breuiter (vt ptꝫ ex supradictis) oīs dependētia q̄ fit rōne nature terminaṯ ad absolutū. ista aūt dependētia spālis pōt termi nari ad relatiuū maxime q̄ñ relatio est ꝯstitutiua ꝑsone in esse ꝑsonali: al̄r nō esset ratio formalis terminādi: q꜡ tunc nō esset ratio indepēdendi independētia opposita dependentie nature ad suppositum vt. s̄. patuit. i. 2. arti. Si eñ persona esset constituta per proprietatem asolu- tam illa ꝓprietas esset precisa ratio terminādi. ¶ Ulti- mum argumentum scilicet omnis dependentia est cau- sati ad causam vel causati posterioris ad causatū prius clarum est cum sua responsione

¶ Questio Secunda.

SEcundo circa hanc dist. que rit doct. Utrū tres persone possint assumere eandem naturam numero. ita ꝙ sit persona- ta simul in tribus.

Hic dicitur ꝙ sic doc. in ista q̄ōne duo ꝑncipal̄r intēdit. primo recitat vnā opinionē quā improbat. Scđo respondet ad q̄situ. Quātū ad pri mū recitat opinionē Uarronis li. iij. q. v. qui dicit ꝙ sic ⁊ ꝓbat hāc positionē aliqbꝰ rōnibꝰ. ꝑma rō stat in hoc ꝙ priori nō repugnat multiplicatio posterioris: cum ḡ natura singularis sit prior personalitate: ꝑ ꝯn̄s pōt sta- re vnitas nature singularis cū pluribus ꝑsonalitatibꝰ. Scđo q꜡ distinctio relatiōis nō est causa sufficiēs distin guēdi absoluta: q꜡ posteriꝰ nō est sufficiēs cā distinguen di prius. Sꝫ distinctio ꝑsonaꝝ est relatiua. ergo talis di stinctio pōt stare cū vnitate nature singularis. ita ꝙ ea- dē sit ꝑsonata in tribꝰ. Dicit ergo iste ꝙ sicut aīa pōt esse in diuersis partibꝰ corpis: ⁊ idē corpꝰ miraculose in di- uersis locis: ita pōt vna natura simul esse ī diuersis sup positis q̄ñ ista supposita sunt extrinseca ⁊ nō eadem illi nature. ¶ Ibi. Cōtra hoc. Hec lr̄a stat in duobus. ꝑmo q꜡ sequereṯ ꝙ talis natura esset formaliter infinita. ptꝫ q꜡ essentia diuina ꝑ hoc ꝙ simul est in tribus suppositis cōcludiṯ esse foral̄r infinita: vt pꝫ a doc. i. 1. di. 28. Et p̄ci pue q꜡ qua rōne pōt esse in pluribus eadē rōne potest esse in infinitis: q꜡ ex quo nō determinat sibi vnū. ⁊ ꝑ cō- sequēs pōt esse in pluribꝰ statim sequitur ꝙ simul possit esse in infinitis. Sic eñ arguit Doctor in ꝑmo di. 2. par- te. 1. q. 3. ꝙ si possunt esse plures dij. ergo et infiniti: hoc idem arguit in dist. 2. par. 2. q. 4. primi. ꝙ si possunt esse plures filij ī diuinis ita ⁊ infiniti. hoc idem in quolibe. q. 2. ꝙ si p̄nt eē plures productiones eiusdē rōnis in di- uinis p̄nt eē īfinite nisi appeat ꝺterminatio ad certū nūe rū ita hic in ꝓposito cum non appareat determinatio ad certum numerum. hoc idem videtur sequi. ¶ Sed

Opi. Uarronis.

Improbatio Henr.

Primum dubiū circa lr̄aꝫ docto.

in ista ratione Doct. videtur difficultas. primo quia si natura humana ex sua naturali perfectione posset esse in pluribus suppositis seq̄reṯ eius infinitas. Sed si hoc habet aliūde ⁊ ab extrinseco nō vr̄ sequi infinitas. pꝫ in sil̄i. Nā ipse doc. in. . di. 2. ꝯcedit imēsitatē dei q̄ includit infinitatē formal̄r: q꜡ ip̄e deꝰ hꝫ hoc ex sua nā ꝓpria ꝙ sil̄ sit ī oī loco. Et si aliqđ corpꝰ eēt sil̄ ēt in īfinitis locis tñ ꝑ aliqđ agēs extrīsecū đt doc. ꝙ propter hoc nō eēt ī mēsū. sic in ꝓposito de natura singl̄ari supposita ī īfini tis suppositꝭ (diuia tñ ꝟtute) nō sequiṯ ip̄aꝫ esse formal̄r infinitam. ¶ Scđo vr̄ ꝙ nō sit simile de essentia diuia: ⁊ hac natura imo valde dissimile: q꜡ ꝙ eēntia diuia sit ī pl̄ibꝰ suppositis sic ē ī illis vt rō suppositalis magis di- caṯ actꝰ ex hoc ꝙ ē in eēntia diuia ⁊ subsistit ī ip̄a q̄ȝ ex hoc ꝙ actu ⁊ ip̄aꝫ eēntiā. Immo nullo mō actuat: vt pꝫ a doc. i. 1. d. 5. q. 2. ⁊. d. 26. Hic aūt natura eēt ꝟe deteria ta ⁊ actuata ꝑ aliđ ⁊ aliđ suppositū: ⁊ sic lꝫ respectu eēn- tie diuie possit ꝯcludi infinitas: nō tñ respectu huius na- ture singularis. ¶ Tertio nullo modo videtur cōcludi talis infinitas ex hoc ꝙ actu eēt in infinitis suppositis. Immo magis videṯ concludi imperfectio. ptꝫ quia esse in pluribꝰ suppositis est realiter depēdere ad illa qđ est imperfectionis: et q̄ȝto aliquid magis depēdet tāto im ꝑfectiꝰ nō sic est de essentia diuīa: q꜡ ⁊ si ip̄a sit ī pluribꝰ suppositis: nō tñ dependet ad illa. Immo oīs perfectio suppositi origialiter est ab ip̄a eēntia vt pꝫ a doc. i. 1. di. 5. q. 2. ⁊. d. 26. ⁊ ī simili. di. 1. Sic ḡ pꝫ ꝙ nō p̄t ꝯcludi talis īnitas ī natura creata ex hoc ꝙ actu eēt ī īfinits suppo sitis. ¶ Item difficultas ē ī hoc qđ đt ꝙ si natura singu laris creata p̄t suppositari ī pluribꝰ suppositis. ḡ ⁊ ī īfi- nitis. Eo mō vr̄ seq̄ de natura diuīa q̄ ex ꝑte sua posset suppositari ⁊ de facto suppposi taṯ ī pl̄ibꝰ: ꝙ ēt ī īfinitis: cum nō sit maior rō hoc q̄ȝ ibi. Et si p̄t seq̄tur ꝙ đ facto. vt pꝫ a doc. in. 1. d. 2. parte. 1. ⁊ ꝑte. 2. ⁊. q. 2. quoli. ¶ Ibi. Si etiā simul posset ⁊c̄. doc. vult deducere. ꝙ si non re pugnat sibi suppositari in pluribꝰ suppositis diuinis ꝙ nō repugnat ēt sibi suppositari sil̄ in supposito diuino ⁊ creato ⁊ in pluribꝰ creatis. q꜡ nō magis repugnāt sil̄ eē personalitas creata et increata ī natura vna q̄ȝ due ꝑso nalitates increate: quarum vtraq̄ȝ perfecte supplet vi- cē ꝑsonalitatis create. ¶ R̄ndeṯ ⁊ prio suppono aliq̄. Prio q̄ȝto aliq̄ forma ē illimitatior ad ꝑficiēdū pl̄a tāto ī se ē pfectior. Hic ē ꝙ argumꝰ aīam ītellectiuā int̄ oēs formas ꝑficiētes materiam eē ꝑfectiorē: q꜡ tota sil̄ ꝑficit oēs ꝑtes ꝯpositi. Sic tñ ītelligēdo ꝙ q꜡ ꝑficit ip̄m corpꝰ ꝑmo. ex ꝯn̄ti ꝑficit oēs ꝑtes. sic ꝙ tota ē ꝑmo in toto cor pore ⁊ scđo ē tota ī q̄lꝫ ꝑte: nō sic de forā simpl̄r corꝑali vt forma ignis. q꜡ lꝫ tota sit ī matīa nō tñ tota ē ī q̄lꝫ ꝑte quia vna ꝑs ē ī vna ⁊ alia ī alia. Et si aīa ītellectīa eadē eēt forma ꝑficiēs pl̄a supposita distīcta ⁊ seꝑata adhuc eēt illimitatior ⁊ ꝑfectior q꜡ eq̄ ꝑmo eēt ī illis ſm se totā. Scđo suppono ꝙ natura si posset eē sil̄ ī pl̄ibꝰ supposi- tis q̄ȝtū ē ex se supplētibꝰ vicē ꝓprij suppositi. sic nata eēt eē ī illis ꝙ sibi derelicta eēt stati in ꝓprio supposito. ita ꝙ sibi derelicta đ nccitate nature detīmiaret sibi ꝓpriuꝫ sup positū ī q̄ eēt: ita ꝙ totū eē suppositi dicēs ꝑfectionē eēt ip̄a natura singl̄aris. ⁊ hec ē ꝑfectiōis ī natura. Tertio suppono ꝙ q̄ñ ꝯpaṯ natura puta ad decē supposita eius dē nature: ad Frā. Joānem ⁊c̄. si eadē nūero supposita- reṯ in illis. ita ꝙ illa supposita haberēt in se eē ꝑfectio- nale ꝑ distīctas hūanitates singulares: tunc si natura singularis esset suppositata in illis non daret eis pro- prium eē perfectionale cum illud prehaberetur: tamen q̄ȝtum est ex parte sua si non prehaberent tale esse per- fectionale: si in illis suppositaretur esset tota perfectio illorum suppositorum: et si posset esse in infinitis: tunc esset formaliter infinita: ꝙ autem q̄ȝtum est ex parte sua daret illis tale esse. patet quia aliud suppositū ideo ter minaret dependentiam illius nature in hoc quia supple ret vicem proprij suppositi: sed cum est in proprio sup posito dicit totum esse perfectionale illius. ergo si illud aliud quod supplet vicē nullam aliā naturā includeret ip̄a natura singularis suppositata esset eius perfectio to talis: sicut etiam patet de essentia diuina que est tota perfectio suppositi diuini: et si per possibile esset in alio supposito non includente naturam: illa essentia esset si bi perfectio. Quarto suppono ꝙ q̄nādo aliqua natura in se nata est esse perfectio plurium: et totalis si sit ad- uentitia illis ita ꝙ actu non dicatur eorum perfectio es sentialis: quia prehabent aliam naturam: nō tamen ex

Scđm dubium.

Tertium dubium.

Ultimum dubium.

R̄nsio dubia.

hoc in se est minus prefecta. patet quia & essentia diuina que nata est esse perfectio trium suppositorum: si tm̄ in vno poueretur nō propter hoc eēt minus perfecta patet Sic dico in proposito ꝙ si natura singularis posset supositari in infinitis suppositis includentibus proprias naturas esset infinite perfectionis: quia q̃tum est ex pte sua nata esset esse perfectio essentialis eorum loquendo tamē de suppositis eiusdē nature. Si etiā dicerē de suppositis alterius nature hoc non haberem pro inconuenienti: sicut albedo singularis si ex natura sua nata eēt simul perficere tria subiecta: & posito casu ꝙ illa esset in illis & non per informationem: sed haberent proprias albedines: non propter hoc esset minus perfecta: quia q̃tum est ex se posset perficere illa. Quinto suppono ꝙ
Ad p̄mū. nullum corpus determinat sibi de necessitate aliquem locum nec habet naturalem inclinationem ad illum: ita vt sit perfectio illius. Et vltra: ꝙ illud sit in duobus vel tribus locis: hoc non esset ex aliqua perfectione sibi intrinseca sed quia esset simpliciter in pura potentia ad deum: naturaʒ autem singularem simul posse esse in pluribus suppositis est ex perfectione intrinseca illius vt dixi supra et multe alie conditiones possent assignari de corpore existente in infinitis locis propter quas non sequitur immensitas illius sicut sequeretur infinitas de natura in infinitis suppositis: et sic patet quid dicendum
Ad scđm ad primum dubium. ¶ Ad secundum dico ꝙ si ista natura esset in pluribus suppositis eiusdem nature (sustinendo ꝙ suppositum dicat entitatē positiuam) ipsa esset tota essentia et talis actus positiuus posset dici actus nature inconmunicabilis. ita ꝙ ille actus cū tali natura constitueret aliquod inconmunicabile: sicut etiam proprietas cum essentia diuina et dico vltra ꝙ talis actus bene esset actus nature: sed non perficiens nec limitans naturam nec determinans: sed tantū determinaret con
Ultimus act⁹ nature non determinat naturam. stitutum ex natura et tali actu et sic intelligit Doctor de essentia diuina et de proprietate. Et quod dicit Doctor in primo di. 5. q. 2. s. ꝙ actus adueniens nature create determiuat illam. loquitur ibi de singularitate que aduenit nature que non est de se hec: et posito etiam ꝙ esset de se hec. et loqueretur de actu personalitatis ille actus sic determinaret illam naturam singularem ꝙ stante illo impossibile esset ipsam naturā singularem esse in alio supposito nō sic est de ꝓprietate diuina: essentia eñ diuina vt actu est sub vna ꝓprietate cōstituēte vnam personam actu est sub alia constituente aliam: si tamen hec natura singularis creata posset esse in pluribus suppositis et per consequens in infinitis actus personalitatis sic nō determinaret illam quin simul posset esset sub
Ad tertiū alia. ¶ Ad tertium dubium cum dicis ꝙ hoc est magis imperfectionis. Dico ꝙ si esset in plurib⁹ suppositis alterius nature ita ꝙ dependeret ad illa: ꝙ esset imperfectionis. non autem vt comparatur ad proprium suppositū: quia maioris ꝑfectōnis ē absolute posse ꝑ se stare q̃ ad aliud dependere. Sed dico tūc ꝙ talis imperfectio sibi accideret. Ex hoc ꝙ comparatur ad illa includētia proprias naturas si tamen non includeret actu esset eorum perfectio. ¶ Si dicatur maioris fuit perfectionis
Bona obiectio. in natura humana assumi a verbo q̃ in se esse. patet responsio quia hoc fuit ꝓpter multas circūstātias ꝯntes: non aūt absolute loq̄ndo: qꝛ simpl'r est ꝑfectius in se & ꝑ
Solutio. ad vltimū se existere: q̃ ad aliud dependere. ¶ A vltimum patet responsio ex multis dictis doc. in primo & in q̄li. Et ꝙ essentia diuina non sit ī infinitis suppositis eiusdem nature: hoc non est ex ratione essentie diuine sed ex hoc ꝙ ille due ꝓductiones sunt oīno adequate: paternitas. n. in diuinis ita est ibi necessario illa precise ꝙ si per impossibile illa nō eēt nulla alia possʒ eē: & sic dico de alijs ꝓꝓ̄tatibus diuinis: de hoc vide Docto. in quol. q. secunda ¶ Ibi. Ad primam istarum. Hic Uarro respondet ad primam rationem Docto. de natura diuina & de natura creata: et veritatem dicit quantum ad hoc ꝙ non est simile: quia essentia est realiter idem cum personis: et natura ista non est realiter idem cum natura diuina. Sed quantum ad hoc: quod dicit ꝙ ex hoc solū essentia diuina est formaliter infinita: quia idem realiter plurib⁹ suppositis: non autem natura humana in hoc non dicit verum. Et improbabitur infra a Doc. imo si essentia diuina esset distincta realiter ab illis. & simul esset in illis esset formaliter īfinita. Similiter natura diuina. Dicit etiam Uarro ꝙ ex hoc essentia diuina est formaliter infinita: quia fundat in se tres personalitates increatas. ita ꝙ ille personalitates increate sunt formaliter ī essētia diuina et realiter. natura vero creata que esset in plurib⁹ suppositis: vel diuinis vel creatis: non fūdaret ī se illas rationes suppositales. patet quia ille fundātur in suppositis terminantibus. et quantum ad hoc dicit verum scʒ ꝙ essentia diuina fundat: et natura creata nō fūdat. sed ex hoc velle cōcludere quia nō fundat in se realiter illas personalitates: ꝙ non sit formaliter infinita non est verum. ¶ Ibi. contra istud. Hic Doc. improbat primam responsionem Uarronis. Et ratio stat in hoc: qꝛ ratio huius infinitatis est propter illimitationem ita ꝙ illimitatum esse ad infinita supposita includit infinitam perfectionem: ꝙ modo tale illimitatū sit idem illis realiter vel non idem realiter hoc non facit ad perfectam illimitationē: & pʒ qꝛ sicut anima que est forma substantialis dicitur illimitata qꝛ īformat substātialiter simul plures partes corporis sic scientia finita in anima dicit illimitata respectu partium corporis: & tamē est sibi totaliter aduentitia: sic in proposito de natura diuina et creata. ¶ Et simpliciter tota ratio stat in hoc: qꝛ continens virtualiter vel eminēter infinitas ꝑfectiones erit formaliter infinitum: hoc patet. Sed ponendo naturaʒ humanam posse esse: quantum est ex se: in infinitis suppositis: est ponere ipsam ꝯtinere virtualiter siue eminēter omnes perfectiones que nate essent esse infinitorūʒ suppositorum: patet qꝛ ex se nata esset dare perfectionē illis maxime si ponātur supposita eiusdem nature: vt supra dixi: & ꝙ actu nō det perfectionem alteri supposito vt patet de supposito diuino: cui nōn dat perfectionem: hoc accidit sibi: qꝛ illud suppositum non est natum recipere perfectionem a tali natura: dum vero comparatur ad supposita eiusdem nature: si ipsa natura singularis actu existens: simul posset esse in plurib⁹ suppositis eiusdem nature ex se nata esset dare esse illis plurib⁹ simul: et si infinitis simul posset dare esse: esset formaliter infinita: quia vt sic suppleret vicem infinitarum naturarum singularium: et per cōsequens esset formaliter infinita. Et licet ex se non determinet sibi magis vnum suppositum q̃ aliud: qꝛ ita posset suppositari in supposito Frācisci vel Jo. sicut & in proprio: ex hoc tm̄ nō sequitur maior perfectio nature: qꝛ vt sic non habet supplere vicem alterius nature: qꝛ tm̄ potest esse in vno precise supposito & nō in plurib⁹. Sed non est sic cum sit simul in pluribus. Et dat exemplum de anima: et patet ꝙ si anima simul posset perficere infinita corpora ꝙ eēt formaliter infinita: quia vt sic virtualiter contineret perfectionem infinitarum animarum: quia quodlibet corpus natum est perfici vna anima ꝓcise. Si ergo vna simul ꝑficeret infinita corpora esset simpliciter illimitata respectu infinitarum perfectionum: sic esset in proposito. Nec valet dicere: ꝙ hec natura humana esset tamē aduentitia et non esset de essentia suppositi: quia posito ꝙ infinita corpora haberent animas proprias: si vna anima adhuc posset aduenire infinitis corporibus animatis: adhuc esset simpliciter illimitata ad infinitas perfectiones. Et patet etiam per exemplum positum de sciētia in anima: que licet aduenirect partibus corporis et esset accidens illis: esset tamen illimitata in perficiendo illas partes mediate: quia immediate perficeret animam: & mediāte anima perficeret omnes illas partes corporis que ab anima immediate perficerentur.

¶ Ibi. Confirmatur istud: quia ita impossibile videtur vnum accidens esse in duobus subiectis sicut vnam formam substantialem esse in duabus materijs: igitur si necessario sequitur infinitas ex hoc ꝙ vna forma substantialis est in pluribus materijs: necessario sequitur infinitas ex hoc ꝙ vnum accidens est in multis. Ista ratio tenet propter illimitationē simpliciter. Si enī vna forma substantialis esset simul in duabus materijs simul daret perfectionem et actum primum illis: et per consequens erit illimitata: quia suppleret vicem alterius forme nate dare actum primum materie: et per consequens: si simul esset in infinitis materijs esset simpliciter illimitata et virtualiter contineret perfectionem infinitarum formarum substantialiuʒ: quia suppleret perfecte vicem omnium illarum. Sic similiter si idem accidens numero posset accidētaliter perficere simul plura subiecta: et per consequens quantum esset ex se infinita: esset simpliciter illimitatum in perficie

endo infinita subiecta: licet accidentaliter quantum est: ex se perficeret. Sic in proposito de natura humana que si supposita retur in infinitis suppositis nata esset perficere illa simul: ⁊ posito ꝙ tantum aduentitie perficeret et posito etiam ꝙ actu non perficeret propter impedimentum in supposito: si tamen sit nata quantum est de se perficere: adhuc erit simpliciter illimitata.

¶ Ad questionem dicit doctor ꝙ prim⁹ terminus talis vnionis vel dependentie potest intelligi dupliciter: vel ꝙ sit essentia diuina subsistens in tribus personis: vel ꝙ sit ipsa persona diuina vt distinguitur ab essentia. Isto secundo modo dicit ꝙ est impossibile eandem naturam numero terminari ad plures personas in vnitate suppositi: ⁊ ratio clara est. Et quod dicit ꝙ ista vnio dicit dependentiam essentialem: debet sic intelligi: ꝙ dependentia essentialis: aliquando accipitur pro dependentia qua aliquid depēdet in ratione causati ad causam: ⁊ de ista non loquitur hic: quia talis dependentia ad totam trinitatem. Aliquando dicitur dependentia essentialis ex hoc ꝙ aliquid de necessitate terminatur ad aliud tanq̄ ad prius: ⁊ sic dicimus ꝙ per accidēs dependet essentialiter ad subiectum: quia dependentia illius necessario terminatur ad subiectum vt ad prius. Aliquando dicitur ex hoc ꝙ terminatur ad suppositum siue ad sustentans: ⁊ sic dicimus ꝙ natura humana dependet essentialiter ad verbum non quantum ad esse suū quia ipsum esse est a deo: nec quantum ad vnionem: quia illa vnio immediate est a deo: sed quantum ad hoc ꝙ natura humana de necessitate sustentatur in aliquo vel in se vel in alio ⁊ vt sustentatur in verbo sic perfecte sustentatur: ⁊ eius dependentia actualis sic perfecte terminatur ad verbum ac si esset in se sustentata. Modo Doc. probat esse impossibile ipsam simul posse dependere ad plures personas dependentia eiusdem rationis: supple dependentia qua natura dependet ad suppositum: que dependentie dicuntur esse eiusdem rationis: ⁊ probat per simile de effectu qui nō potest dependere a duabus causis totalibus eiusdem rationis.

Depēdētia essentialis accipit. tripl'r.

¶ Tamen pro maiori intellectu huius rationis declaro aliqua dicta huius littere. Primum est: in omni dependentia essentiali vnum dependens non dependet p̄cise nisi ad vnum quod totaliter terminat dependentiam eius: hec propositio potest habere multiplicem sensum. Primo: ꝙ vnum dependens essentialiter in ratione puta effectus: est precise ad vnum ordinem causatum essentialem ita ꝙ omnes ille cause essentialiter ordinate sunt cause totales respectu illius effectus: ita ꝙ ille effectus precise dependet simul ab omnibus causis: vt sic essentialiter ordinatis; vt Jo. a patre: sole: deo. Secundo: ꝙ vnum dependens essentialiter simul dependeat a duobus ordinibus causarum essentialiter ordinatarum: vt ꝙ Jo. simul dependeat in esse a Petro: sole: deo: ⁊ simul dependeat ab alio ordine essentiali: puta a Francisco: sole: deo. Semper enim ordo causarum essentialium dicitur variari saltem causa propinquiori variata: ⁊ sic dicitur alius ⁊ alius ordo essentialis: quia est ibi saltem alia ⁊ alia causa proxia: vt patet in exēplo. Tertio: ꝙ vnū dependens possit essentialiter dependere ad duas causas totales non adinuicem essentialiter ordinatas: que tamen cause sint simpliciter alterius ratiōis: vt ꝙ idem essentialiter possit dependere a duabus naturis specificis non essentialiter ordinatis vt a duabus causis totalibus. Quarto: ꝙ idem dependens essentialiter simul possit dependere a duabus causis totalibus eiusdem rationis siue eiusdem speciei nullo modo essentialiter ordinatis: vt ꝙ Jo. simul dependeat a Petro ⁊ a Francisco. His premissis: dico ꝙ idem dependens essentialiter simul potest dependere a pluribus causis essentialiter ordinatis: loquendo de caudis primo modo: ⁊ hoc prolixe exposui in primo distin. secunda parte prima q̄sti. prima. vide ibi multa bona: omnes tamen ille cause habent rationem vnius per se cause: quia dicunt vnum ordinem essentialem ad inuicem. Dico secundo: ꝙ loquendo de secundo: tertio ⁊ quarto modis: est simpliciter impossibile idem posse essentialiter dependere a pluribus causis totalibus: ⁊ his tribus modis procedit ratio. Doc. scilicet ꝙ tunc idem essentialiter dependeret ⁊ non dependeret: vel simul esset ⁊ non esset.

¶ Secundum dictum est. In ista vnione est dependentia essentialis vnius nature: ⁊ vna persona totaliter terminat eam. Nota primo: ꝙ cum dicit ꝙ in ista vnione est dependentia essentialis vnius nature: non intelligitur ꝙ in tali vnione natura dependeat quantum ad suum esse ⁊ conseruari: patet quia vnio illa presupponit naturam esse tanq̄ fundamentum illius vnionis: sed intelligitur dependentia essentialis precise quo ad sustentificari: quia suppositatur ⁊ personatur in p̄sona: ⁊ quātum ad hoc dicitur essentialiter dependere ad suppositum diuinum: nam per illam vnionem a tota trinitate causatam sic perfecte vnitur verbo ꝙ habet simpliciter idem suppositum qd̄ ⁊ natura diuina: licet aliter ⁊ aliter quia natura diuina dicit totum esse essentiale verbi: natura vero humana tantum ibi sustentatur in vnitate personе nullo modo perficiendo illud: ⁊ sic est simpliciter īpossibile eādē naturā nūero suppositari ī duob⁹ suppositis simul. Si tn̄ eēt ordo eēntialis īter suppositata ita ꝙ pl'a suppositata sic se haberent adinuicem sicut se hn̄t cause essentialiter ordinate respectu effectus. nulla eēt difficultas. sed casus est simpl'r impossibilis: scilicet ꝙ dentur plura suppositata que in terminando dependentiam vnius nature vnum dependeat ab alio ⁊ simul concurrant: ⁊ vnum terminet siue in terminando sit alteri⁹ rationis ⁊ alterius ordinis. Et sic patet ratio Doc.

īpoſe ē eā de ꝫ nām numero suppositari ī duobus suppositis.

Confirmatio illa de vno accidente numero (ꝙ non possit simul essentialiter dependere ad plura subiecta) eodem modo tenet sicut de eodem effectu respectu pluriū causarum totalium modo pre exposito.

¶ Ibi. Obijcitur contra. Doc. arguit probando per simile ꝙ non videtur repugnare eandam naturam posse dependere ad plures personas dependētijs eiusdem rationis: quia ille dependentie siue ille vniones ad personas sunt relationes reales eiusdem rationis: sicut ergo idem album potest habere simul plures relationes eiusdem rationis vt quando comparatur ad plura alba. Sic sil'r erit ī pposito: ⁊ qd̄ dicit supra ꝙ si depēdeat depēdentijs alterius rationis magis habetur propositū: patet quia idem totaliter potest dependere ad plura dependentijs alterius rationis. Nam eadem albedo numero vt comparatur ad causam efficientem: ⁊ vt comparatur ad finem: ⁊ vt cōparatur ad subiectum: habet aliam ⁊ aliam dependentiam: alterius et alterius rationis.

¶ Ibi respondeo. Nota bene hanc literam vbi Doc. tria dicit: primo: ꝙ non omnis relatio: vnde relatio est eadem fundamento: patet quia si relatio inquantum relatio esset eadem fundamento: quelibet esset eadem fundamento. Secundo dicit: ꝙ relationi vnde relatio non repugnat ꝙ plures relationes eiusdem rationis sint in eadem natura: hec est falsa relatio inquantum relatio includit de necessitate ꝙ tantum vna relatio eiusdem rationis sit in illo fundamento: puta ꝙ in albedine sit tantum vna similitudo eiusdem rationis. Tertio dicit: ꝙ si loquamur de relationibus in particulari: aliqua relatio potest esse eadem fundamento: vt patet de relatiōe creature ad deum. Et quod dicit secundo: patet quia multe relationes eiusdem rationis possunt esse in eodem fundamento: sicut multe paternitates possunt esse in eodem patre. Et breuiter quando relationes non dicunt dependentiam essentialem plures possunt esse in eodem fundamento: relationes vero que dicunt dependentiam essentialem non possunt esse plures in eodem fundamento: non enim plures filiationes possunt esse in eodem filio numero: quia tunc dependeret quantum ad suum esse essentialiter a pluribus causis: sic est in proposito. Et dicit Doc. ꝙ ex quo dependentia nature ad suppositum est dependentia essentialis: sequitur ꝙ non possunt esse plures dependentie eiusdem rationis ad plura supposita finita in eadem natura numero.

¶ Sed mouetur hic vna difficultas in hoc quod dicit Doctor de relation: que dicit dependentiam essentialem. Et sic vnio nature singularis ad suppositum diuinum dicit relationem que includit ordinem essentialis dependentie: ⁊ per consequens impossibile est eandē naturā nūero vniri ad duas vel tres p̄sonas: q2 tūc esset

Diffi.

sibi plures relationes eiusdem rationis que dicunt ordinem essentialem. Sed tunc quero vnde vnio nature ad verbum dicat ordinem essentialem ad verbum. Si dicis: quia natura fundans talem vnionem dependet essentialiter ad verbum: ⁊ hoc non: quia totum suum esse a sola trinitate dependet. Si vero dicis ꝙ talis vnio ex hoc dicit ordinem dependentie essentialis quia in esse suo dependet a verbo. Et hoc non: quia talis vnio est immediate causata a tota trinitate: vt patet supra. Si autem dicis ꝙ hoc dicit ordinem essentialem: quia natura habens ipsam de necessitate terminatur ad suppositum diuinum: quia ipsa vnio ad verbum necessario terminatur ad illud: tunc eodem modo dico de patre habente plures paternitates: quia ille paternitates de necessitate ad distinctos filios sunt. Et sic pater habens illas necessario ē ad plures filios: ergo sicut plures paternitates ad plures filios possunt fundari in eadem re pariformiter et plures vniones terminare ad plures personas possunt fundari in eadem natura singulari. (Dubium valde subtile.)

(Rn̄sio.) ¶ Dico ꝙ talis vnio est relatio dicens ordinem dependentie essentialis: sic intelligendo: ꝙ natura singularis habens talem vnionem: ⁊ si non dependeat ad verbum quantum ad suum esse existentie: dependet tamen quātum ad esse subsistentie: quia ex quo non est supposita in proprio supposito: necessario sustentatur et supposita tur in supposito diuino quando est vnita sibi. Est ergo relatio realis dicens ordinem essentialem ipsius nature: vt substentificare s̄m totum esse suum ad suppositum sustentificans totum esse illius nature. Si ergo eadem natura posset vniri duobus suppositis: sequeretur ꝙ dependeret ad illa duabus dependentijs eiusdem rationis. Et s̄m totum suum esse esset vere sustē tificata in duobus suppositis: sic perfecte in vno sicut ⁊ in alio: ⁊ sicut perfecte in vno sic ⁊ in duobus: cum s̄m totum suum esse sit sustentificata ita in vno sicut in duobus: ⁊ tunc stat argumentum Sco. ꝙ esset sustentificata perfectissime stante vno supposito: ⁊ non esset sustentificata non stante alio: patet quia cum ad illud aliud dicat dependentiam vnius rationis non stante illo talis dependentia non stat. Et sic non est simile de pluribus paternitatibus. Nam ⁊ si paternitas sit necessario ad filium vt ad terminum: non tamen est relatio dicens ordinem essentialem simpliciter: quia res que est pater nullo modo dependet a filio: nec in ratione cause efficientis: nec vt sustentata in filio sustentante: ⁊ sic potest habere plures paternitates. In filio autem tantum potest esse vna filiatio quia illa dicit ordinem dependentie essentialis ipsius suppositi filij ita ꝙ notat ipsuƺ filium de necessitate dependere secūdū suum esse a patre.

(obiectio.) ¶ Si dicatur si eadem natura creata non potest esse vnita pluribus suppositis: quia tunc s̄m totum suum esse esset sustentata in duobus: ⁊ sic dependeret quantum ad subsistentiam totaliter a duobus videtur hoc sequi de essentia diuina: ipsa enim est totaliter substentificata in patre s̄m se totam: ergo non potest sustentificari in filio.

(Solutio) ¶ Dico ꝙ non est simile. Tum: quia essentia diuina vt prior omni proprietate personali est vere existens ⁊ per se existens: ita perfecte sicut modo: et impossibile est suum esse sustentari in alio (sicut dicim⁹ de natura creata) nam ipsa vt in patre est: non dicitur sustentari in patre: quasi si esset separata a patre oporteret ipsam dependere ad aliud: sƺ vt est ī patre vel sub ꝓprietate p̄ris: tūc ipsa cum proprietate constituit suppositum patris: hoc idem dico de filio: non sic est de natura creata: quia vere sustentatur in filio dei: et vere dependet ad illum.

¶ Ibi. Si intelligatur ⁊c. Dicit doc. ꝙ si natura humana immediate ⁊ primo terminetur ad naturam diuinam. ita ꝙ sustentetur ibi: potest concedi ꝙ mediate sustentatur in tribus. Sicut dicimus ꝙ sicut anima intellectiua est immediate in pluribus partibus corporis. ita scientia finita in anima mediate est in illis: ⁊ sicut dicimus ꝙ relatio creature ad deum immediate terminatur ad ipsum deum sub ratione deitatis ⁊ mediate terminatur ad personas. Qƺ autem dicit Doc. ꝙ essentia diuina est de se hec ⁊ per se subsistens: licet non incommunicabiliter: hoc sane debet intelligi. Nam subsistens potest capi dupliciter. Uno modo pro natura actu existente ⁊ ꝑ se stante: ita ꝙ ad nihil dependet sed ꝑ se vere stat ⁊ ꝑ se ꝑe existit. Et hoc mō sola natura diuina singularis est per se existens: ⁊ per se stans etiā vt prescindit ab omni proprietate personali: ⁊ hoc modo vocatur subsistens. (Subsistens potestas.) Alio modo capitur subsistens pro natura singulari: que nec actu nec aptitudine communicatur alteri: nec vt quo nec vt quod: ita ꝙ tantum est in se quoddam singulare cum ista duplici negatione: ⁊ tunc talis natura cum ista duplici negatione dicitur subsistens incommunicabile. Et hoc modo natura diuina non potest dici subsistens cum sit comunicabilis tribus suppositis vt quo ⁊ vt quod: vt patet in primo. d. secunda: ⁊ in isto tertio. di. prima que. prima subsistens tamen primo modo potest terminare dependentiam nature humane singularis sustentando illam naturam in se.

¶ Sed in hoc videtur sibi contradicere: quia supra. q. prima arti. primo dicit ꝙ dependentia nature humane ad personam diuinam est alterius rationis a dependē tia eiusdem ad naturam diuinam. Et tamen hic dicit ꝙ essentia diuina potest terminare dependentiam eādem immediate: sicut ⁊ persona. (Apparēs cōtradictio.)

¶ Dico ꝙ dependentia nature humane potest capi dupliciter. (Rn̄sio.) Uno modo vt terminatur ad aliquod vere sustē tans ipsam humanam in se: ⁊ hoc modo est eiusdem rationis cum depēdentia ad personam vt persona consideratur inquantum sustentans naturam in se. Alio modo consideratur vt talis dependentia terminatur ad aliquid sustentans non absolute: sed in ratione persone vel suppositi: ita ꝙ talis natura sic sustentata dicatur vere immediate personata ⁊ suppositata: ⁊ hoc modo dependentia nature ad personam est alterius rationis a depē dentia ipsius ad naturam diuinam quia vt natura est in persona dicitur vere personata: vt vero sustentatur in natura diuina: nullo modo dicitur personata nec suppositata.

¶ Ad argumenta principalia.

Nunc doc. soluit principalia argumenta. primo arguit sic: hec natura anteꝗ̄ assumat̄ ab aliqua persona est assumptibilis a quacūqꝫ diuisim: agant igit̄ omnes simul in eodem instanti ad assumptionem eius: aut igitur assumetur ab omnibus: ⁊ habetur propositum: aut a nulla: quod est inconueniens si agant ad assumptionem eius inquātum possunt: quia est in perfecta obedientia earum: aut ab aliqua vna sola persona: quod est inconueniens: quia nō est maior ratio ꝙ ab illa magis sumatur ꝗ̄ ab ista cum equaliter quelibet agat ad hoc.

¶ Respondet doc. ꝙ si tres agunt ad assumptionē eius tantum agunt ad assumptionem vnius vniendo illam vni tantum persone: nec possunt agere ad vniendam eā pluribus: quia hoc est simpliciter impossibile: vt supra patuit agunt enim tantum ad possibile: quia potentia non respicit impossibile. (Potētia nō respicit impossibile.) ¶ Secundo principaliter arguit ⁊ ratio stat in hoc: ꝙ sicut natura assumpta anteꝗ̄ assumeretur fuit vere assumptibilis a patre: ergo ⁊ modo est assumptibilis: q₂ mere est ita in potentia obedientiali ad patrem sicut prius: hanc enim obedientiam non euacuauit filius per assmptionem illius nature: cum personalitas filij non sit eiusdem rationis cum personalitate patris: vt patet ī primo. d. 13. ⁊ ī quolib. q. 2. aut si sint eiusdem rationis: non tamen esset eadem potentia obedientialis ad personalitatem patris ⁊ filij: sicut nec personalitates ad quas sunt iste potētie obedientiales.

¶ Respondet doc. ꝙ si vna potentia obedientialis est in natura qua potest vniri tribus: non simul sed disiunctim: illa vna reducta est ad actum vt natura assumpta est a verbo: ⁊ sic stante illa non potest assumi ab alia. Si vero sint plures potentie obediētiales: patet ꝙ vna reducta ad actum stante illa: alia non potest reduci ad actū: q₂ actus alterius repugnat actui priori. Sicut ponendo ꝙ in eodem subiecto sint due potentie vna ad albedinē ī summo: ⁊ alia ad nigredinem in summo: lƺ idem subiectum ita possit esse sub nigredine sicut sub albedine cum sit in potentia ad vtrumqꝫ tamen: vt vna est reducta ad actum: simul non potest reduci alia ad actum: aliter duo contraria simul possent esse in eodem subiecto. (obiectio.)

¶ Si dicatur quod hoc concludit de actu adequato: tenendo quod tantum sit vna potentia obedientialis: quia verum est quod reducta ad actum sibi adequatum

nō potest simul reduci ad alium actum: si ille actus pri=
mus sit sibi adequatus tam intensiue ꝗ̄ extensiue. Si
etiam sint plures potentie concludit de illis potentijs:
quoꝝ actus simul repugnant: vt dixi de potentia albe=
dinis ⁊ nigredinis: hic ergo oporteret probare ꝙ actus
istarū potentiarū obedientialiū sint simpliciter adinui
cem repugnantes. ¶ Dico ꝙ hoc supponit vt iam pro=
Soto. batum in corpore questionis vbi probauit esse simplici=
ter impossibile candē naturam singularem sil' posse sup
positari in pluribus suppositis. ¶ Si iterum dicatur:
ꝙ etiā ſm ipm docto. nō videtur sequi formaliter: po=
tentia habens actum sibi adequatum in vno supposito
nō potest habere actum in alio supposito: vt patet a do=
cto. in primo. dist. 2. ⁊ in secūdo dist. 1. ⁊ in quodlib. q. 2.
vide ibi quid dicendum: sed hoc magis pertinet ad ma
teriam primi. ¶ Tertio arguit: natura existens in ver=
bo habet naturalem inclinationem ad proprium suppo
situm: qꝛ illa inclinatio est sibi naturalis: ergo habet
inclinationē ad quodcūqꝫ potens supplere vicem pro=
prij suppositi: tale est psona patris: igitur cum hoc qđ
personatur a filio stat potentialitas eius vt personetur
a patre. ¶ Respondeo primo: ꝙ licet habeat natura=
lem inclinationem ad proprium suppositū: siue ad per
se standum: etiam vt existit in verbo diuino (quia actus
supernaturalis non tollit naturalem inclinationem na
ture: stante natura: patet / quia naturalis inclinatio est
simpliciter eadem nature cuius est: vt patet a docto. in
secūdo dist. 6. q. 2. ⁊ in quarto dist. 49. q. 9.) tamen nō
potest suppositari in proprio supposito: stante ipsa sup=
positata in verbo: sic in proposito: posito ꝙ ipsa vt per=
sonata in filio habeat naturalem inclinationem ad sup
positum patris: tamen stante ipsa vt suppositata in fi=
lio non potest suppositari in patre. ¶ Si dicatur ergo
Obiect. bona. erit violenter: patet responsio dupliciter. Primo: qꝛ si
teneatur ꝙ habeat naturalem inclinationem ad plura
dum esset in vno illoꝝ nō dicitur esse ibi violenter: vt pa
Triplex solutio. tet de materia prima ad plures formas. Dico secundo
posito ꝙ non habeat naturalem inclinationem nisi ad
suppositum proprium: nō tamen est violenter in suppo
sito diuino: qꝛ est in perfecta potentia obedientiali ad
ipsum: vt. s̄. patuit. Dico vltra ꝙ posset negari ꝙ natu=
ra habeat naturalem inclinationem ad patrem: bene ve
rum est ꝙ si haberet naturalem inclinationem ad ver=
bum: ꝙ etiā haberet naturalem inclinationem ad alias
personas. ¶ Quarto arguit doctor per argumentum
a simili vel forte a fortiori. Idē accidens potest esse si=
mul in duobus subiectis: ergo ⁊ natura: qꝛ habitudo na
ture ad suppositum est simillima habitudini accidētis
ad subiectum remotis imperfectionibus: vt. s̄. patuit.
patet antecedens: qꝛ duo corpora possunt esse simul in
vno vbi: quod ponitur accidēs: ergo. ¶ Ibi. Ad quar=
tum nego assumptum de accidente ⁊ subiectis. Nota ꝙ
si locus accipitur pro vltima superficie corporis ambiē
tis: cōcedit ꝙ duo corpora propter penetrationem di=
mensionum adinuicem possunt esse immediate sub ea=
dem superficie que est subiectiue in corpore ambiente:
non autem in istis corporibus locatis: et tunc sunt ibi
duo respectus terminati ad duo corpora: scilꝫ respectus
superficiei circunscribentis terminatus ad vnum cor=
pus circunscriptum a tali superficie: ⁊ alius respectus
terminatus ad aliud corpus: ⁊ in illis duobus corpori=
bus correspondent duo respectus corporū circūscripto
rum ad superficiem circūscribentem. Si vero accipia=
tur locus pro respectu circūscribentis ad circūscriptū.
Dicit doctor ꝙ tot respectus fundantur in illa superfi=
cie quot corpora circūscribuntur. De hoc vide que ex=
posui in secūdo dis. 2. q. 6. soluendo rationes Gregorij.
¶ Nunc doc. facit aliqua argumenta in pede questio=
nis ad oppositū: quibus probat ꝙ eadem natura nō po
Eadem nā pōt supposi= tari ī plu rib⁹ sup= positis mediate ꝫ nō ime diate. test suppositari in pluribus suppositis. Et qꝛ doc. tenet
duas cōclusiones. Prima ꝙ non potest eadem natura
suppositari immediate ī pluribus suppositis: ⁊ sic sunt
soluta argumenta facta contra illam cōclusionem. Se=
cunda est ꝙ eadem natura potest mediate suppositari
in pluribus suppositis: puta si natura diuina terminet
dependentiā nature humane immediate. Et illa argu=
menta videntur absolute probare ꝙ nullo modo possit
in pluribus suppositari. Arguit enī sic. Primo per An

selmū de incarnatione verbi cap. 7. ⁊ scđo. cur deus hō
mo. cap. 9. plures psone eūdem hoīez oīno assumere ne
queūt. ¶ Secūdo: multiplicato supposito creato mul=
tiplicatur natura: ergo similiter ⁊ increato. cōsequentia
probatur: qꝛ increatum supplet vicem creati suppositi:
igitur ita distinguit sicut distingueret suppositum crea
tum: sed nō potest terminari nisi ad vnū creatum: ergo
similiter nō poterit terminari nisi ad vnum increatum.
Tertio: quod cōuenit alicui vt distinguitur ab alio nō
potest inesse illi alij: incarnatio cōuenit filio vt distingui
tur a patre: patet / qꝛ cōuenit sibi ſm suā proprietatem
qua a patre distinguit͛: ergo incarnatio nō potest cōpe=
tere patri. ¶ Respondet doc. ad auctoritatem Ansel.
ꝙ loquit͛ ponendo ꝙ persona sit primus terminus: qđ
cōceditur. ¶ Ad secūdum dicit esse verū quando sup=
positum creatum ponitur terminus primus ⁊ immedia
tus: ⁊ sic etiam suppositū diuinū: sed nō cōcludit: si po=
natur ꝙ essentia diuina sit primus ⁊ immediatus termi
nus. ¶ Ibi. Et si hic arguit͛ sicut argutū est prius con
tra Varro. ꝙ accidens existens in pluribus mediante
substantia existente in pluribus est illimitatum: dicit ꝙ
hoc verum est quando substantia dat aliquem actū for
malem illis quoꝝ accidens est. Ista autē natura assum
pta si primo vniatur essentie nullū actum dat personis:
sed tñ dependet ad essentiā vt ad vnū terminū primū
cui vt sic accidit esse in tribus: sicut modo creature de=
pendent dependentia causati ad causam ad tres persō=
nas vt sunt vnū in natura: nec propter illam dependen=
tiam causati ad tres personas ponit͛ causatū illimita=
tum: vnde nec illa ratio nullum valet cōtra primā opi.
Sustinendo tamen ꝙ valeat pōt dici cōsequenter ad di
cta. s̄. Pro maiori tamen intelligentia huius respōsio=
nis per planiora verba expono eam vt cognoscatur cō=
tra quam rationem teneat: aduerte ergo ꝙ si accidens
immediate perficeret tria subiecta esset illimitatū. Si
ꝟo immediate perficeret vnū: puta animā intellectiuā:
⁊ mediante ipsa perficeret partes in quibus est ipsa ani
ma: nō diceretur illimitatū. Et sic dicit ꝙ illa ratio fa=
cta. s̄. parū valet. Nota bñ ꝙ quantū ad hoc qđ dicit ibi
de scientia pficiente plures partes corporis mediante
anima: que nō concluditur illimitata: ⁊ quantū ad hoc
qđ applicat de natura humana que esset quodammodo
aduentitia personis. Si referatur ad illud. s. ꝙ natura
humana esset quodāmodo accidens tribus personis et
aduentitia: qꝛ mediante essentia diuina esset in illis: et
sic esset illimitata: hoc nō sequitur. Inquantum ꝟo ipsa
natura humana comparatur ad plura supposita: in qui
bus esset immediate eque primo. stat ratio doct. prima
ꝙ esset formaliter infinita.

¶ Ibi. Ad argumenta pro prima opinio
ne. Ista litera stat in hoc ꝙ et si vnitas posterioris pre=
supponat vnitatem prioris: ⁊ non possit esse vnitas po=
sterioris cum distinctione prioris: vt diffuse declaratū
est distin. 25. secundi. vnitas tamen prioris stat cum di
stinctione posterioris: vt patet: sed hoc nō est vniuersa=
liter verum: scꝫ ꝙ vnitas prioris possit stare cum qua=
cunqꝫ distinctione posterioris: quando enim distinctio
posterioris concludit in priore aliquid repugnās: si sit
idem supple ipsum prius: vt patet. Nam filiatio est po=
sterior naturaliter suo fundamento: patet / quia funda=
mentum prius natura ponitur in esse: vt patet. s̄. a doc.
in secūdo dist. 1. ⁊ in primo dist. 3. q. 5. Sed due distincte
filiationes nō possunt esse in eodem fundamento: qꝛ il=
le due filiationes cōcludūt aliquid repugnans tali fun=
damento remanente eodem: nam concludunt idem fun
damentum ſm totum suum esse dependere simul depen
dentijs essentialibus eiusdem rationis ad duos patres
vt ad duas causas totales eiusdem ratiōis: quod est im
possibile ⁊ improbatum. s̄. Hoc idem dico de natura sin
gulari que nō potest remanere eadem cum distinctione
vniōis ad diuersa supposita: vt dixi. s̄. ¶ Ibi. Ad aliđ
dico. Hic doc. distinguit de relatione. Est enī quedā re=
latio que fundat͛ in aliquo: ⁊ multiplicitas hmōi rela=
tionis nō causat multiplicitatem absoluti de necessita=
te: patet / qꝛ decem similitudines eiusdem rationis stant
in eodē fundamēto. Sunt tñ alique relationes: q̄ ⁊ si nō
causent distinctionem absoluti: supponunt tñ de neces=

Quomō vnitas p̄oris p̄t stare cū distictione posterioris ⁊ quō nō.

sitate distinctionem absoluti vt due filiationes: ⁊ similiter due vniones reales eiusdem nature ad duo supposita. Sunt etiã quedã relationes que possunt causare distinctionem absoluti sequentis naturalr̃ relationem ⁊ dependentis ab ea. Exemplũ. Nam pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus possunt causare distincta absoluta ⁊ creare: lꝫ nõ tñ immediate: qꝛ deus immediate creat ꝑ suaꝫ volũtatem q̃ est eadem in tribus suppositis. Et qð addit doc. ad ꝓpositũ: ꝙ natura assumpta sequit̃ relatiões diuinas: ⁊ ideo ſm eas distingueret̃. Hoc sic dꝫ intelligi: ꝙ prius sunt supposita diuina relatiua in se q̃ʒ natura singularis habeat esse in se: vel esse sustentatũ ab alio. Et vt sic quando in se nõ supponitat̃ vt cõparat̃ ad ꝑsonam diuinã de necessitate suppositat̃ in vna illarũ: ita ꝙ totũ suũ esse adequate sustentat̃ in illa: sicut sustentaretur in ꝓprio supposito: ⁊ qꝛ qñ est ĩ proprio supposito stante rõne ꝓpria suppositali: est impossibile ꝙ suppositetur in alio: sic quando est in vno supposito diuino ꝑfecte supplente vicem suppositi proprij: est impossibile ꝙ
Nõ q̃re nã assumpta in filio nõ p̃t etiã assumi ĩ p̃re. in alio suppositet̃: stante vnione ad illud suppositũ. Et si in alio supposito puta in patre posset suppositari: tũc illa duo supposita relatiue distincta adinuicem: priora ipsa natura ⁊ nõ fundata in illa: de necessitate causant distinctionem realeꝫ. i. ꝙ illa duo supposita relatiua nõ possunt suppositare vnũ ⁊ idem absolutum: qꝛ tale absolutum quando suppositat̃ in vno relatiuo: puta in filio essentialiter dependet ad illud quantum ad sustentari. Et simul posset suppositari in patre: etiam essentialiter dependeret ad patrem dependentia eiusdem rationis: quod est impossibile: ⁊ hoc mõ loquit̃ doc. Et non intelligit doc. hic ꝙ distinctio absoluti sit effectiue causata a distinctis relationibus diuinis: sed ꝙ illa distincta relatiua essent termini ad quos talis natura dependeret essentialiter dependentia eiusdem rationis: ⁊ cum duo termini adequate non possint terminare dependentiaꝫ eiusdem absoluti: sequitur ꝙ ad distinctionem illorum sequatur distinctio absolutorum dependentium essentialiter modo supradicto.

¶ Ibi. Sed cõtra secundũ membrũ solutionis. Querit hic doc. ꝙ si natura humana vniat̃ nature diuine ĩmediate: vt dictũ est. s. quõ natura humana vniat̃ diuine. Cũ eñ dicim⁹: ꝙ natura humana assumit̃ vel vnitur supposito diuino: sic intelligimus ꝙ vnit̃ sibi in vnitate suppositi: ita ꝙ ipsa natura hũana ⁊ suppositum diuinũ dicunt vnũ suppositũ in quo natura humana suppositat̃: ita ꝙ hec de rigore sermonis est vera: natura hũana vnit̃ supposito diuino: ergo vnit̃ sibi in vnitate suppositi: qꝛ statim fit vnũ suppositũ: cum nõ dicat aliud suppositũ ab ipso. Et lꝫ ipsa natura humana vnita supposito sit distincta realiter ⁊ essentialiter ab illo: tñ vt vnita sibi sic ꝑfecte sustentat̃ in illo vt dicat̃ vnuꝫ suppositũ tam nature diuine q̃ʒ humane: supple ipsum: ⁊ nõ est ibi aliud ⁊ aliud suppositũ. Et hoc est de rigore sermonis. Cũ ꝟo querit̃ quando vnitur nature diuine ad quã vnitatem terminat̃: vel in qua vnitate vnitur sibi. Dicit doc. ꝙ de rigore sermonis nõ vnitur nature diuine in vnitate nature: qꝛ sequit̃ de facto ꝙ natura diuina ⁊ humana sit vna natura: vel ꝙ ibi sit vnitas cõpositionis: ⁊ sic natura humana nõ sit aliud a natura diuina: sicut dicimus qñ vnit̃ supposito diuino in vnitate suppositi: ꝙ ⁊ si sit aliud in rõne nature: nõ tñ est aliud in ratione suppositi: ptꝫ. Et sic bene concedimus ꝙ sit sibi vnita ĩ vnitate suppositi ꝓpter vnitatẽ ip̃i⁹ suppositi. Sic in ꝓposito: si concederemus ꝙ natura humana vnitur nature diuine in vnitate nature: statim notaret̃ ibi vnitas ⁊ identitas nature: ⁊ sic natura diuina ⁊ humana essent vna natura: cõcedit tñ ꝙ natura humana vnitur nature diuine in vnitate nõ nature sꝫ in vnitate vnionis. i. ꝙ qñ natura hũana vnit̃ nature diuine: tunc inter illas duas naturas est vnitas ⁊ identitas vniõis: cũ qua vnitate stat ꝑfectissima distinctio naturarũ adinuicem ⁊ impmixta. ¶ Sꝫ dubitat̃. Si natura humana vnit̃ nature diuine: quõ ipsa natura predicabit̃ de natura diuina: hec eñ sunt false: natura diuina est natura
Singu. difficul. cum sua r̃fisione. hũana: vel natura diuina est hõ: vt ptꝫ. ¶ Dico ꝙ ipsa natura hu. predicat̃ de ipsa natura diuina: accipiendo vtrãqꝫ in ꝯcreto: qꝛ hec esset vera: de⁹ est hõ: ⁊ silr̃ ꝯcederetur ꝙ pater est hõ ⁊ fili⁹ est hõ: mediate tñ: sicut cõceditur ista: de⁹ est creans: ⁊ pater est creans ⁊ filius silr̃.

¶ Ibi. Cõtra. Hic doc. intẽdit ꝓbare ꝙ nã hu. vniatur nature diuine in vnitate nature: ⁊ arguit a silĩ: qꝛ bñ sequit̃ ꝑsona est prim⁹ termin⁹ vniõis: ḡ assumptũ vnit̃ in vnitate ꝑsone: siue bñ sequit̃: natura hu. ĩmediate vnit̃ ꝑsone: ḡ vnit̃ sibi in vnitate ꝑsone: ḡ a silĩ eẽntia ẽ prim⁹ termin⁹ vniõis nature: ḡ nã assumpta vnit̃ sibi in vnitate nature: siue nã hu. vnit̃ ĩmediate nature diuĩe: ḡ vnit̃ sibi vnitate nature. Et no. ꝙ idẽ est simplr̃: nã terminat̃ ad suppositũ siue vnit̃ supposito: siue vnio terminat̃ ad suppositũ: siue depẽdẽtia nature terminat̃ ad suppositũ. ¶ Rñdet doc. negãdo ꝯñaꝫ siue silitudinẽ. prĩa eĩ ꝯña tenet: qꝛ hoc añs (ꝑsona est p̃m⁹ termin⁹ vniõis nature) de vi ꝯstructiõis significat idẽ ꝙ ꝯñs. s. ergo vnit̃ in vnitate suppositi: siue ꝑsone: cũ eĩ nã vnit̃ ꝑsone ex vi ꝯstructiõis notat̃ vnitas ꝑsone. i. ꝙ ĩ tali vniõe notat̃ vnitas ꝑsone: ⁊ nõ notat̃ ibi vnitas idẽtitatis nec cõpositiõis: qꝛ ibi p̃cise notat̃ ꝑsonã ꝑsonare siue suppositare nãm: ⁊ vt sic nõ notat̃ idẽtitatis vel ꝯpõnis vnitas: sꝫ tñ vnitas ꝑsone in nã sibi vnita. Sꝫ ĩ scd̃a ꝯña añs ex vi ꝯstructiõis nõ sig̃t idem ꝙ ꝯñs: añs eĩ p̃cise notat ꝙ nature hu. vnio terminat̃ ad nãm: sed ꝯñs ex vi ꝯstructiõis significat vnitatẽ idẽtitatis: qꝛ ex vi ꝯstructiõis talis nõ hr̃ p̃cise ꝙ nã diuĩa sustẽtet nãm hu. sicut hr̃ in prĩa: sed hr̃ vel ꝙ nã diuĩa ⁊ hu. sunt vna nã: vel ex eis fit vnũ cõpositũ: lr̃a sequẽs clara est. ¶ Videt̃ ꝙ doc. cõt radicat
Prima difficul. sibi in hoc qð dicit in ista. q. qꝛ in. i. q. arti. i. dixit: ꝙ hec depẽdẽtia nature ad suppositũ est alteri⁹ rõnis ab oĩ depẽdẽtia q̃ est ad naturã: sicut natura ⁊ suppositũ sunt alteri⁹ rõnis: ⁊ hic dicit ꝙ hec vnio esset spãlis depẽdẽtia silĩs illi q̃ nũc est nature ad ꝑsonã. Et rñdẽdo ad. q. circa finẽ dicit ꝙ ꝓpria rõ terminãdi istã depẽdẽtiã nõ videt̃ incõicabilitas: sꝫ subsistẽtia singularis. ¶ Scd̃o
Secũda difficul. videt̃ sibi ꝯtradicere: qꝛ. s. q. i. ar. 2. dixit ꝙ ad terminãdũ dependentiã nature req̃rit̃ ꝙ terminãs sit independens indepẽdẽtia opposita depẽdẽtie nature: sꝫ nã diuina nõ est sic indepẽdẽs: vt ptꝫ. Rñdeo ad primũ ꝙ depẽ
Rñsio ad p̃mã. dẽtia esset eiusdẽ rõnis si intelligat̃ terminari ad aliq̃d ꝑ se exñs ⁊ ꝑ se stãs: ⁊ sic nã dꝛ ꝑ se existẽs etiã sine ꝑsonis diuinis: ⁊ silr̃ ꝑsona põt ꝯsiderari vt simplr̃ ꝑ se stãs ⁊ hoc mõ depẽdẽtia nature hũane ad naturaꝫ diuinã et ad ꝑsonã sunt eiusdẽ rõnis ⁊ simplr̃ alia a dependentia causati ⁊c. qꝛ illa terminat̃ ad naturã quidditatiue sumptã ⁊ nõ sub illa rõne qua sit ꝑ se stans. Si querit̃: esset ne ꝑsona vt in natura diuina? Dico ꝙ si ꝑsona nõ includit incõicabilitatẽ: sed tñ ꝑ se subsistẽtiã ꝙ esset ꝑsonata. Si ꝟo includit incõicabilitatẽ nõ esset ꝑsonata in natura diuina. Dico scd̃o ꝙ si dependẽtia dicat̃ terminari ad incõicabile ꝙ esset alteri⁹ rõnis a depẽdẽtia que est ad naturã: qr termini sunt alteri⁹ rõnis. ¶ Ad secũdũ
Ad scd̃am. dico ꝙ loquit̃ de dependentia que terminat̃ ad suppositum in vnitate suppositi incõmunicabilis.

¶ Questio Tertia.

Tertio querit doc. an vna ꝑsona possit assumere plures naturas in vnitate suppositi. i. an due nature nũero possint silr̃ suppositari in eodẽ supposito diuino ĩ vnitate suppositi: siue plures nature specie distincte. Arguit ꝓ vtraqꝫ pte. Et prio ꝙ nõ possit assumere duas naturas simul. Quod argñ soluet̃ postea. Deide arguit ꝙ possit assumere: ⁊ argñ est ibi. Cõtra: alia nã potuit assumi ista nõ assumpta. Et rõ stat ĩ hoc: qꝛ qñ aliq̃d est ĩ potẽtia ad plura: si reducat̃ ad actũ ꝑ vnũ sibi adueniẽs adhuc stat ĩ potẽtia ad alið: sꝫ ꝟbũ est ĩ potẽtia ad plures nãs: ita ꝙ est in potẽtia ad terminãdũ depẽdẽtiã pluriũ naturaꝝ: ergo ꝑ hoc ꝙ assũpsit vnã naturã: potẽtia ad aliã nãm nõ est reducta ad actũ: ⁊ ꝯñs silr̃ põt assumere: qꝛ da oppositũ: qꝛ aut est repugnãtia ex pte naturaꝝ: aut ex pte suppositi. Nõ prio: qꝛ sicut plures effect⁹ pñt essentialr̃ depẽdere ab vna cã: ita ⁊ plures nature pñt dependere ad vnum suppositũ: ita ꝙ tale suppositũ põt actu terminare depẽdentiã pluriũ naturarũ sicut ergo idẽ absolutũ in cã põt silr̃ actu terminare dependentiã pluriũ effectuum: ita idem suppositum diuinuꝫ poterit simul actu
Obiecti bona. terminare dependentiã pluriũ naturarũ. Si dicat̃ non est simile de effectu ⁊ natura assumpta: qꝛ ⁊ si duo effe-

ctus disparati possint effectiue esse ab eadem cā: nō tñ simul pñt esse formalr in eadem cā: sed si verbū assumeret duas naturas sil' essent formalr in eodez supposito. Dico q forte argm̄ ɔcluderet si formalr essent in eodez supposito: ita q essent ibi intrinsece: ⁊ hoc quidditatiue aut denoīatiue. Sed iste due nature assumpte nō essent hoc modo: qꝛ nullo mō pficiūt: sed tm̄ ibi sustentantur. Nec est repugnantia ex parte ꝟbi: tum qꝛ tm̄ ponerent in eo plures relationes rōnis vel forte nulla: vt.s. patuit. Ex his ptꝫ ista litera ⁊ responsio ad.q.

Solo obiectionis.

¶ Ad primū argumentū. Nunc doc. soluit argumēta principalia. Primo arguit doc. q nō possit assumere plures naturas simul: qꝛ hñs naturā hūanā est hō. ergo si hr̄et plures naturas hūanas aut esset vnꝰ hō aut plures: nō plures: qꝛ nō plura supposita: ptꝫ p hoc q habēs plures sciētias ꝑter vnitatez suppositi est vnꝰ sciens: ergo vbi nō sunt plura supposita ibi non pñt esse plures hoīes: aut esset vnꝰ hō: ⁊ hō nō: qꝛ nō hꝫ tm̄ vnā naturā hūanā: sꝫ plures. ¶ Ibi. Ad primū. hic doc. prio recitat rñsionē Ric. li.3. di.1. ar.1. q.5. Qui dic. q nec esset vnꝰ hō nec plures ⁊c. ¶ Ibi. Sed ɔtra. Hic doc. iprobat hanc rñsionē: qꝛ idem ⁊ plura sunt imediate opposita diuidētia ens: ergo si suppositum diuinū est hō: sequiꝛ q est vnꝰ vel plures: aliter nō eēt hō. ¶ Ibi. Aliter dr. Hec est rñsio Tho.3. pte sum. q.3. ar.7. i sol. scdi argumenti q̄ dicit q esset vnus hō ab vnitate suppositi sicut vnꝰ sciens: lꝫ sciret plures scientias. ¶ Ibi. Sed ɔtra hoc. Hic doc. iprobat rñsionem Tho. ex hoc q si pluralitas suppositoꝝ inferat pluralitatez naturarū: cū in diuinis sint tria supposita essent ibi tres essentie. ¶ Ibi. Ideo dico tertio. Hic doc. rñdendo ad arg. ex intentione remittit se ad illud qḋ dixit in.1. dis.12. q pater ⁊ filiꝰ sunt vnꝰ spirator: nō tñ vnꝰ spirans: sed duo spirantes. Et pro clariore intellectione dico ꝰm doc. q si ꝟbū assumeret duas naturas nec eēt vnꝰ hō nec plures: qḋ patere pōt ex his q̄ dixi in.1. vbi.s. q qñ adiectiuū vniꝛ substātiuo ponit suā determinationē circa significatū illius substātiui: sicut dicimꝰ duo spiratores: naꝫ duo ē adiectiuū ⁊ spirator substātiuū: ⁊ ly duo ponit suā determinationem circa significatū substātiui: spirator aūt significat imediate rōnem formalē spirandi siue pncipiū formale pductiuū spiratiōis qḋ est volūtas diuina cū essentia. Et sic si pater ⁊ filiꝰ essent duo spiratores sequereꝛ statim q principiū formale pductiuū spirationis spūs.s. esset diuisuz in illis: ɔcedit tñ q pater ⁊ filiꝰ sunt duo spirantes: qꝛ dicit doc. ibi q vnū adiectiuū nō pōt determinare dependentiā alteriꝰ adiectiui ⁊c. sicut vnū adiectiuū nō ponit suā determinationē circa significatū alterius adiectiui: sed vtrūqꝫ terminaꝛ ad substātiuū qḋ est independens: ⁊ ita tam spirās adiectiuū q̄ duo adiectiuū ponit suā determinationē circa substātiuū: ⁊ sic cū dico duo spirantes.i. due ꝑsōne spirantes: ly duo ponit suā determinationē circa significatū suppositi. Hic sunt due opi. exponentes hic doc. scða tñ expositio est magis ad mentē lr̄e q̄ poniꝛ in.1. di.12. lꝫ pria expositio sit subtilis imaginatio. Dicūt ergo sic ꝰm primā expositionē: q si ꝟbū hr̄et duas naturas hūanas nō eēt vnꝰ hō nec plures hoīes: qꝛ cū dico vnꝰ hō / ly vnꝰ (qḋ est adiectiuū) ponit suā determinationē circa significatuꝫ hoīs (qḋ est substātiuū.) Et sic sensus esset / ꝟbū est vnꝰ hō.i. q ꝟbū tm̄ haberet vnā naturā humanā. Nec etiaꝫ sequiꝛ q plures hoīes: qꝛ lꝫ ly plures adiectiuuꝫ ponat imediate suā determinationē circa significatū hoīs: et sic plures hoīes dicit de facto plures naturas hūanas: nō et tñ negat q suppositū sit plures hoīes: qꝛ ad pluralitatem hmōi requiriꝛ etiā pluralitas suppositi. Diceret ergo doc. q ꝟbū haberet plures naturas hūanas: vel est habens plures naturas hūanas: qꝛ tam ly habēs q̄ ly plures sunt duo adiectiua ⁊ ponūt suā determinationē circa significatū substantiui: qḋ est verbū: ⁊ sic verbū est habens duas naturas. Si vltra queriꝛ: si est hō aut est vnus aut plures: dictuꝫ est q nec vnꝰ nec plures: sed est vnū suppositū habēs vnā naturā vel plures. Si dicaꝛ vnū ⁊ multa imediate diuidūt qḋlibet ens: ergo sequiꝛ q si est hō q erit aut vnus hō aut plures. Dico q vnū ⁊ multa vere diuidūt quodlibet ens accipiendo pro significato entis: ⁊ cū hō significet naturā hūanā ɔcediꝛ de facto: q si verbū est hō vel q est habens vnā naturā humanā vel plures: vel est hō ꝰm vnā naturā humanā vel ꝰm plures. Et non est dicendū q vnū ⁊ multa diuidant quodlibet ens vt cōparaꝛ ad aliud in recto: sufficit eīm q diuidant in obliquo: ⁊ sic doc. quantū ad hoc qḋ dicit Richar. q ꝟbū nō est vnus homo nec plures nō discrepat ab ipso. Et rō nō ɔcludit. ¶ Scða expositio ⁊ magis ad ꝓpositū est q verbū esset duo hoīes si hr̄et duas naturas humanas: ⁊ tres hoīes si haberet tres. Et modus ponendi est iste ꝰm ꝟba ⁊ mentem doc. in.1. dist.12. qꝛ illud adiectiuū plures ponit suū significatū circa rationem formalem hoīs: qꝛ hō est vere substantiuū: ⁊ sic pōt immediate terminare dependentiā illius adiectiui duo: ⁊ sic nō sequiꝛ idez de accidēte in cōcreto: qꝛ nō possumus dicere q hō habēs plures sciētias sit plures sciētes: cū ly scientes sit adiectiuū: ⁊ nō pōt immediate terminare dependentiā alteriꝰ adiectiui. Ideo opꝫ preintelligere aliqḋ substantiuum circa qḋ illa adiectiua ponunt suā determinationem: ⁊ tale erit plures ꝑsone sciētes. Dicūt tñ primi expositores q ad hanc expositionē secundā sequunꝛ multa incōuenientia. Sequereꝛ eīm q idem suppositū diuinū cū includat naturā diuinā ⁊ humanā que sunt plura entia pfecta: posset dici plura entia: qḋ nō videtur: similiter si ponanꝛ in eadem materia plures forme substantiales posset cōcedi q ipsa materia sit plures substātie. Sed scða expositio dicit q sicut ista simplr cōcediꝛ verbū est deus ⁊ verbū est hō: ita nō videtur incōueniens ɔcedere suppositū diuinū esse plura entia pfecta ⁊ materiaꝫ esse plures substantias: ⁊ sic verbū diuinū esse plures hoīes si haberet plures naturas humanas. Et sic finis huius.q.

Ric.li.3. dist.1.

Tho.3. pte sum. q.1.

Dueopi. exponentes doc.

¶ Questio Quarta.

Quarto queritur an suppositū creatū possit terminare dependētiā nature alteriꝰ in vnitate suppositi: puta an natura hūana possit suppositari i aliquo alio supposito creato: puta in supposito angeli vel lapidis.

¶ Ibi. Respōdeo. Sustentare naturā pōt intelligi dupliciter ⁊c. In ista lr̄a doct. dicit q solus deus effectiue pōt sustētare naturā in alio supposito: sic intelligendo q ipse solus pōt causare vnionē realē: terminatā: puta ad suppositū francisci: ⁊ fundatā in natura lapidis qua dicaꝛ ipsa natura lapidis sustētari in Fran. ex quo eīm effectiue sustentat ⁊ causat effectiue: corrñdet aliqs effectus positiuꝰ ⁊ ille effectus in re nihil aliud est nisi vnio q̄ est relatio realis extrinsecꝰ adueniens dicens ordinē essentialē fundatū in natura lapidis tanq̄ in posterio: i sustentificato ⁊ terminatū ad prius essentialr in rōne sustentificantis: nō talis vnio nō pōt causari nisi a deo imediate: ⁊ hoc est qꝛ talis natura sustentificanda est in pfecta potentiā obedientiali ad solū deū ad quē ꝰm totā suā ētitatē dependet. Ideo solus deus pōt facere q in eodem instanti quo ipsa sustentaretur in se de necessitate nature: si sibi relinquereꝛ q sustenteꝛ in alio causando hmōi vnionē. ¶ Sed occurrit difficultas. Videꝛ eīm q si deus possit causare vnionem alicuiꝰ nature singularis terminatā ad suppositū alterius nature singularis: q etiā illud idem posset facere creatura. Tum qꝛ dicit doc. in.2. dist.18. q potens pducere effectū pfectiorē eiusdē rōnis: pōt etiā pducere effectum impfectiorē eiusdem rōnis. Sed sustentificare naturā in supposito proprio est pfectius q̄ sustētificare in supposito alterius nature singularis: ptꝫ qꝛ vt est in ꝓprio supposito est ibi actu ⁊ aptitudine: vt ꝟo in alio est tm̄ actu: vt ptꝫ in.1.q. huius. Tum etiaꝫ qꝛ sicut agens naturale potest producere formā substantialem vnien do illam alicui materie: puta.a. ⁊ sic causando illā vnionem que dicit ordinem essentialem forme in rōne posterioris sustentabilis terminatū ad materiā in rōne prioris essentialiter sustentantis: ita eandem formā (si esset presens alia materia disposita) posset vnire illi materie in rōne sustentati. Eodem mō dico q quādo agens naturale pducit aliquā naturam singularem: q sicut pducit illā in supposito ꝓprio vniēdo: sic si aliud suppositū

Primum dubi. circa lram occurrēs

Secūdū dubium

esset ꝑfecte presens ⁊ eiusdem rõnis cũ supposito ꝓprio posset illam vnire tali supposito.

Tertius dubium.

Tum tertio: qꝛ est mihi difficultas de essentia diuina quõ effectiue vel quasi effectiue vniat supposito diuino. Nam si esset realiter distincta a ꝑsonis diuinis ꝑ impossibile: quereret quis faceret talem vnionem: si diceret ꝙ essentia diuina effectiue causaret illã: pari formiter ⁊ nunc quasi effectiue causat illam cum distinguatur ab illis saltem ex natura rei. patet ꝑ illam ꝓpositionem doc. in. q. penul. prologi. ⁊ in. 1. q. quodli. qualis est ordo inter aliqua: si essent distincta realiter talis est vbi distinguunt rõne vel ex natura rei. Si ergo essentia diuina effectiue causaret vnionem ad illas ꝑsonas (si esset realiter distincta a ꝑsonis) cum talis vnio nõ possit causari nisi a deo: sequit ꝙ nũc quasi effectiue põt causare illam cum distinguatur a personis saltem ex natura rei.

Rñsio ad ꝑmũ dubium.

¶ Respõdeo supponendo aliqua. Primo ꝙ quando aliqua natura habet naturaleꝫ inclinationem ad aliquid: si nõ est impedita in eodem instanti est ibi: hoc ptꝫ. q. 1. huius tertij. Secũdo suppono ꝙ quãdo aliquid hꝫ naturalem inclinationem: puta ad. a. ⁊ in istanti. b. est in vltima ⁊ perfectissima dispõne vt sit in. a. nullum agens naturale põt facere quin non sit in. a. Exemplũ in oĩbus. Nam si lapis in vltimo instanti sui motus sit in ꝑfectissima dispositione: vt sit in centro: ptꝫ ꝙ in illo instanti sic de necessitate est ibi ꝙ nõ põt impediri: similiter qñ natura que hꝫ naturalem inclinationem ad formaꝫ in vltimo instanti dispositionis materie: puta ad formam. a. sic de necessitate fit sub tali forma: ꝙ est impossibile pro tunc ꝑ aliqđ agens naturale fieri sub alia forma qđ facile posset ꝓbari. Tertio suppono ꝙ substantia ꝑfecte singularis in vltimo instanti sue existentie sic est inclinata naturaliter ad per se standum: ⁊ in tali instanti sic est in ꝑfectissima dispositione ꝙ agens naturale ꝓducens ipsam singularem non posset facere in instanti nõ ꝑ se existere. Et sic patet ex presuppositis quõ agens naturale nõ posset facere substantiam singularem esse in alio supposito alterius nature singularis.

Pꝛchꝛa obiect.

¶ Si dicat hic: supposito ꝙ in eodem instãti quo natura singularis causat ab agente de necessitate sit in se subsistens. Querit mõ si inquantum est subsistens / puta ꝑ diem: an aliqđ agens naturale possit ipaꝫ prius ꝑ se subsistentem sustentificare in alio supposito:

Soło.

qꝛ dictum est. s. q. 1. ꝙ tali nature prius in se subsistenti nõ repugnat priꝰ posse assumi ab alio supposito. ¶ Dico ꝙ sicut nullũ est agens naturale qđ possit facere aliquã formã substantialeꝫ prius dependentem ad aliquã materiã: ipsam de nouo facere dependere ad aliam materiam: vt ptꝫ: qꝛ tunc transmutaret vnã ⁊ eandem formã de vna materia ad aliã. Sic ergo est impossibile ipꝫ facere aliquã formã dependentem ad materiã: actu nõ dependere quin corrũpat illam ⁊ introducat aliã (lꝫ deꝰ possit hoc facere si vellet: qꝛ sicut põt separare formaꝫ a materia ⁊ separatim facere existere sine materia: vt ptꝫ in. 2. di. 12. sic põt ipsam facere de nouo dependere etiã ad aliã materiã.) Sic dico in ꝓposito: ꝙ est impossibile aliqđ agens naturale facere aliquã naturã singulareꝫ dependentẽ ad ꝓpriuꝫ suppositũ: ꝙ actu dependeat ad aliud suppositũ. Nã facere ipsaꝫ nõ dependere ad propriũ suppositũ vel nõ esse in ꝓprio supposito est actu destruere illam: nõ sic deus hꝫ talem necessitatem: qꝛ põt ipsam de facto suppositare in alio supposito: ⁊ corrũpere in illa rõnem ꝓprij suppositi accipiendo rõnem nõ ꝓ tota rõne: sꝫ pro vltimo cõpletiuo: qđ est negatio actualis dependentie ad aliud suppositũ: ⁊ hoc est qꝛ natura

Rñsio ad scđm.

illa est in ꝑfecta potẽtia obedientiali ad deũ. ¶ Ad secundum qñ dicis ꝙ sicut agens naturale qñ ꝓducit aliquã formã in materia vniendo illã ꝙ in eodem instanti si apponeret alia materia ꝑfecte disposita ꝙ posset vniri illã illi materie. Dico primo ꝙ casus impossibilis est respectu agentis naturalis: ꝙ. s. dent due materie eque

Itẽ alia.

approximate ⁊ eque disposite respectu vnius ⁊ eiusdem forme qđ facilr ꝓbaret. Scđo dico ꝙ casu posito adhuc nõ sequit intentũ: qꝛ tũc agens naturale cũ agat de necessitate nature vel illã formã nulli materie vniret: vel vtriqꝫ simul: cũ nõ sit maior rõ de vna ꝙ̃ de alia: vt etiã exposui in simili in. 2. di. 9. ⁊. 25. Sed hoc nõ esset respectu

Adhuc alia rñ.

dei: qꝛ cum sit agens mere liberũ posset illam vnire vni materie ⁊ nõ alteri. ¶ Dico tertio ꝙ etiã posito ꝙ agẽs naturale sic posset: nõ est sile in ꝓposito: qꝛ cum natura singularis est in ꝓprio supposito nihil aliud est nisi ipaꝫ in seipsa sustentari: qꝛ tunc nec actu nec aptitudine dependet ad aliud: vt ṽo sustentat in alio supposito: illud suppositum est simplr alterius rõnis: qꝛ nõ tñ includit negatinonem duplicis dependentie: sed etiam includit ꝓpriam naturã singularem: vt exposui in. q. 1. facile tñ posset rñderi ad primã ⁊ secũdã difficultatem: qꝛ natura vt est in ꝓprio supposito vltra entitatem nature singularis: nõ dicit aliqđ positiuũ neqꝫ vnionem realẽ ad ꝓprium suppositũ: neqꝫ aliquã relationem vt ptꝫ: vt ṽo est in alio supposito dicit verã relationem realeꝫ. Et sic cõcedo ꝙ si aliqđ agens naturale põt causare talẽ vnionem realem respectu vnius suppositi alterius nature: ꝙ etiã posset causare similem in alio supposito: ⁊ sic nego ꝙ sustentare naturaꝫ in ꝓprio supposito dicat effectum eiusdem rõnis cũ sustentatione nature in alio supposito.

Ad tertium.

¶ Ad aliud. Dico prĩo ꝙ si essentia diuina esset realiter distincta a ꝓprietatibus ipsa efficeret sustentationem in ipsis ꝓprietatibus ordinate. Ita ꝙ primo causaret vnionem illã realem terminatam ad ꝓprietatem patris: ⁊ ꝑ patrem generanteꝫ esset in ꝓprietate filij: lꝫ hic casus sit simpliciter impossibilis. Sic dicerem ꝙ nũc sit quasi effecta vt est ipsa sub ꝓprietate patris: nõ tamen inter illa est vnio: qꝛ vt exposui prius / vnio ꝓprie est inter realiter distincta.

Alia rñ. valde notanda.

Dico secũdo verius ꝙ si ꝑ impossibile esset realiter distincta a ꝓprietatibus nullo modo posset realiter vniri illis ꝑ vnionem realem: qꝛ talis realis repugnaret formaliter essentie diuine: qꝛ tunc vere posset mutari: et mutatio magis repugnat deitati ꝙ̃ ꝙ ꝑsone realiter sint distincte ab ipsa: ptꝫ / qꝛ mutatio ponit realiter imꝑfectionem in deitate: vt ptꝫ in. 1. di. 8. ꝓprietates aũt ille nõ ponunt nec ꝑfectionem nec imꝑfectionem: vt ptꝫ a Sco. in pluribꝰ locis: ꝙ eñ essentia diuina sit in tribus suppositis: hoc est ex abundantia ꝑfectionis sue. Si tñ ille rõnes suppositales nõ essent per impossibile nõ esset minus ꝑfecta. cum nullo modo ꝑtineant ad ꝑfectionem ipsius essentie. Omne eñ dicens perfectionem in deitate precedit rationes suppositales vt ptꝫ a doc. in. 1. dist. 1. ⁊. 26. 28.

Opinio Uarro.

¶ Ibi. Secũdo mõ dicitur ꝙ nõ põt sustentificare. Dicit Uarro lib. 3. di. 1. q. 2. ꝙ suppositũ creatũ nõ põt substentificare terminatiue aliquã naturã creatã: qꝛ opꝫ tale suppositũ ⁊c. Et qđ dicit infra ꝙ suppositũ creatũ nõ cõtinet virtualr entitatem alterius: qꝛ tunc entia ordinata essentialiter tñ distingui viderent ꝑ negationem: qꝛ ꝑ recessum inferioris a superiore: qđ videt incõueniens. In hoc si ipse intelligit ꝙ negatio entitatis superioris est rõ formalis

Improbatio varronis.

distinguendi inferius a superiori: hoc est manifeste falsum: qꝛ ꝙ est ratio distinguendi aliquid essentialiter ab altero est de essentia illius: qꝛ eo modo quo aliqua sunt principia distinguendi eo modo sunt principia essendi: vt ptꝫ a doc. in. q. penult. ꝓlo. Et tunc talis negatio vel talis recessus esset de essentia creature essentialiter imꝑfectioris. Si ṽo intelligat ꝙ creatura inferior: puta hõ inferior angelo: essentialiter distinguat ab angelo ꝑ aliquã entitatem positiuã: que est de essentia hominis ad quam entitatem concomitat talis negatio vel talis recessus: bene dicit: sed tunc nõ probat ꝓpositum suũ. s. ꝙ angelus nõ possit continere virtualiter entitatem inferioris. De hoc vidimus in. 2. di. 3. q. 10. Sola eñ essentia diuina cõtinet aliam naturam a se virtualiter ⁊ eminenter ſm totam entitatem illius.

¶ Ibi. Potest ergo dici ꝙ due nature create ⁊ singulares nõ sunt vnibiles in eodem supposito nisi altera sit actus ⁊ altera potentia: ⁊ tunc non remanet vtraqꝫ natura in se inconfusa cum reliqua: quod tamen ꝑtinet ad istam vnionem. s. ꝙ natura ꝓprij suppositi assumentis ita remaneat in se non confusa alteri: sicut si nature extranee nõ esset vnita: nam natura diuina ⁊ natura humana que sunt vnite in verbo / sic sunt vnite ꝙ omnino sunt ibi incõfuse ⁊ vna ꝑfecte distincta ab alia. Si vero vna esset actus et altera potentia de necessitate sequeretur compositio: ⁊ sic non essent perfecte distincte cũ participarent adinuicẽ realr entitateꝫ cõpositi: et sic essent ibi cõfuse: ⁊ vltra sequeret ꝙ vna informaret aliam: ⁊ sic vna esset ꝑfectibilis ab alia: ⁊ vt sit sequreret

aliqualis cõfusio adinuicẽ qualis oĩno negat in ꝓposi=
to. ¶ Vel dici põt ꝙ opꝫ ꝙ suppositũ cui fit ista vnio sit
simplr independẽs: qꝛ ista dependẽtia nõ terminat ad
vnũ suppositũ mediante altero: nõ est ẽm ordo essentia=
lis in ista dependentia qualis est in ordine causati ad
cãm. ¶ Vel põt dici tertio ꝙ oẽs nature substãtiales
create directe de predicamẽto substãtie sunt simplr in=
cõpossibiles in eodẽ supposito: ita ꝙ altera istaꝝ sit na=
turalis illi supposito: qꝛ tũc p se cõueniret illi: ⁊ p ꝯñs
nec p se nec p accñs ei poterit reliqua inesse: nõ sic autẽ
sunt icõpossibiles due nature create si cõparent ad sup
positũ diuinũ cui ambe sunt accidẽtales ⁊ aduẽtitie: qꝛ
neutra ꝯuenit ei p se. ¶ Ibi. Sꝫ primũ istoꝝ: dicit doc.
ꝙ hoc esset difficile ꝓbare ⁊c. Sicut ẽm de facto sũt due
nature in vbo diuino: ⁊ tñ vna nõ est act⁹ nec altera po=
tentia. Et silr si assumeret decẽ naturas ibi vna nõ esset
act⁹ nec altera potẽtia: qꝛ nature pfecte quãtũcũq ad=
inuicẽ cõparent semp sic se hñt ꝙ non sunt nate cõponi
adinuicẽ: sic ꝙ vna sit potẽtia ⁊ altera actus: ⁊ pꝫ de na
tura Francisci ⁊ Joã. ⁊ hoc posset ꝓbari ex dictis in. 2.
di. 12. q. 1. ⁊ di. 16. ꝯtra opi. sancti Bona. tñ nõ est ipro=
babile qñ iste due nature possint vniri in vnitate suppo
siti: ita ꝙ sit vnũ ⁊ idem suppositũ sustẽtificãs depẽdẽ=
tiam illarũ. ¶ Ibi. Scdm. s. ꝙ terminãs dependentiã
istã oporteat esse indepẽdens. Declarat prio rõ ⁊ post=
ea rñdet ad eã. Hec rõ stat in hoc ꝙ ad hoc ꝙ aliqđ sup
positũ possit terminare depentiã alteri⁹ nature necesse
est vt sit simplr independens. Ita ꝙ nõ sit aptũ natum
dependere ad aliud suppositũ: mõ oẽe suppositũ crea=
tum põt depẽdere ad suppositũ: vt patuit. s. q. 1. ⁊. 3. Et
qđ dicit ꝙ nõ est talis ordo iter naturã ⁊ suppositũ qua=
lis est inter effectũ ⁊ cãm essentialr ordinatã. Vult dice
re ꝙ qñ vnius effectus dependet a plurib⁹ causis essen=
tialiter ordinatis dependet ad vnã mediãte alia: qꝛ de=
pendet ad impfectiorem mediãte pfectiore. Et hoc est
qđ dixit doc. in. 1. di. 3. q. penul. ꝙ cã supior magis assi=
milat effectũ cause inferiori ꝙ̃ ipsa cã inferior: qꝛ cã su=
perior pfectius ⁊ principalius ꝓducit entitatem illius
effectus q̃ est silis formaliter cause secũde: ⁊ sic talis ef
fectus dependet ad cãm secũdã principalr ꝓpter cãm
supiorem. Sed nõ est sic in ꝓposito: qꝛ vnũ suppositũ nõ
hꝫ terminare dependentiã alteri⁹ nature: mediãte alio
supposito qđ sit simplr independens: sicut etiã dicim⁹
ꝙ quãtitas terminat imediate dependentiã albedinis
ad ipsam: sꝫ nõ vltimate: qꝛ etiã ipsa quãtitas depẽdet
ad substãtiã sequit ꝙ substãtia sit magis indepẽdẽs: et
sic quãtitas mediãte substãtia terminat depẽdentiã al
bedinis. Dicit ergo ista rõ ꝙ terminãs dependentiã na
ture create opꝫ simplr esse indepẽdens. ¶ Dicit doc. ꝙ
nõ est necesse ꝙ terminãs depẽdentiã ⁊c. Et dat exem=
plũ de subiecto accidẽtis ꝙ terminat depẽdentiã illi⁹:
Instãtia ꝯtra rñsionem. ⁊ tñ nõ est simplr indepẽdens. ¶ Sꝫ videt ꝙ ista rñsio
nõ euacuet rõnẽ: nec exẽplũ sit silẽ: qꝛ ꝙ subiectũ termi
net dependentiã accidẽtis nõ terminat in rõne supposi
ti: qꝛ accidẽs nõ est natũ suppositari: sꝫ tm̃ inherere: vt
ptꝫ. s. q. 1. Natura vo singularis q̃ est nata suppositari
in ꝓprio supposito si terminet ad aliud suppositũ statiꝫ
suppositat in illo: ⁊ sic nõ est silis terminatio. hic ⁊ ibi.
Solo. ¶ Dico ꝙ rñsio ista bene ꝯcludit: qꝛ posito ꝙ accidẽs
nõ informaret subiectũ: tunc tale suppositũ siue subie=
ctũ posset terminare dependentiã illius: qꝛ ꝙ actu ifor=
met illud ⁊ pficiat accidit sibi: lꝫ forte casus esset impos
sibilis: nõ sic est de natura pfecta cũ nõ sit nata iforma=
re neq pficere in rõne forme iformãtis: tñ qꝛ aliqđ sub
iectũ vltimate terminat dependentiã alicui⁹ accidẽtis:
lꝫ ad ipsaꝫ sequat informatio ⁊ ipfectio nõ opꝫ ipm esse
Obiect. vltimate indepẽdens. Si diceret ꝙ sicut substãtia ter=
minãs dependentiã alicui⁹ accidẽtis nõ opꝫ esse simplr
indepẽdens cũ illud subiectũ si est substãtia pfecta na=
tũ sit assumi a vbo: opꝫ tñ ipm esse vltimate indepẽdẽs
indepẽdentia opposita depẽdẽtie accidẽtis. Ita ꝙ nul
lo mõ sit natũ depẽdere ad aliud in rõne inherẽtis. Et
ꝙ sic oporteat esse independens independentia opposi
ta dependẽtie terminate ad ipm: ptꝫ. s. q. 1. arti. 2. Sic
in ꝓposito diceret ꝙ terminans dependentiã alteri⁹ na
ture in rõne suppositi: opꝫ ipm esse vltimate indepẽdẽs
Rñsio Ita ꝙ sibi repugnet depẽdere ad aliud subiectũ. Dico
ꝙ rñsio doc. bene stat. Et primo: qꝛ sicut aliqđ subiectũ

põt immediate terminare dependentiã alteri⁹ acciden=
tis: ⁊ tñ ipm natũ est dependere ad aliud in rõne inherẽ
tis: vt ptꝫ. Nã quãtitas separata in sacro eucharistie p=
fecte terminat depẽdentiã albedinis sibi inherentis: lꝫ
ipsa sit nata depẽdere p inherentiã ad formã substãtia=
lem corporeã: ⁊ si talis forma substãtialis esset sepata a
materia (qđ de⁹ posset facere) vere terminaret depẽden=
tiã illi⁹ quãtitatis: ⁊ tñ ipsa forma substãtialis nata est
depẽdere ad materiã p inherẽtiã: materia vo pria nulli
nata est inherere: sic i ꝓposito. Et si vnũ suppositũ crea
ture natũ sit dependere ad aliud suppositũ: nõ tñ ꝓpter
hoc sequit quin possit terminare dependentiã alteri⁹ na
ture in rõne suppositi. Dico secundo ꝙ suppositũ crea=
Itẽ alia rñsio. tũ vt terminat depẽdentiã nature create in vnitate sup
positi: ꝙ vt sic repugnat sibi depẽdere ad aliud supposi=
tũ: qꝛ vt terminat talẽ depẽdentiã in rõne suppositi ne=
cessario includit negationẽ duplicis depẽdentie actuã=
lis. s. ⁊ aptitudinalis ad aliđ suppositũ. ¶ Ibi. Tertiũ
nõ videt ꝓbabile. Hic doc. rñdet ad tertium dubiũ siue
ad tertiã rõnem ꝓbantẽ impossibilitatẽ istã. s. ꝙ vna na=
tura creata nõ possit suppositari in alio supposito crea=
to. Et rñsio stat in hoc ꝙ si tales nature essent incõpossi
biles: nulli supposito etiã increato pñt cõpetere nec per
se nec p accñs: qꝛ si albedo ⁊ nigredo repugnãt adinui=
cem nõ pñt simul inesse alicui: nec p accñs. Et sic natu=
ra Francisci ⁊ Joan. si hoc mõ repugnant nõ pñt inesse
psone diuine: nec p se nec p accidẽs: cui⁹ oppositũ ꝓba=
tum est. s. Põt tñ dici ad illã ꝓpositionẽ qñ vnũ opposi
Quõ dꝫ itelligi si vnuꝫ oppositum cõuenit alicui p se aliud oppositũ nec p se nec p accidens si bi conuenit. tum ⁊c. ꝙ hoc verũ est qñ vnũ oppositũ pficit aliqđ p se
eius oppositũ nec p se nec p accidẽs pficit: qđ intelligit
de illo qđ sic pficit ꝙ etiã est rõ formalis ⁊ vltimata illi⁹
sicut rõnale respectu hoĩs: ⁊ iõ irrationale nec p se nec p
accidẽs põt pficere hoiem. Si vo sic gñaliter intelligat
qñ vnũ oppositũ pficit aliqđ p se: aliud oppositũ nõ põt
pficere illud nec p se nec p accidens: hoc ptꝫ esse falsuꝫ:
qꝛ forma substãtialis ignis p se pficit materiã: puta ae=
ris: ⁊ tñ forma substantialis aque que opponitur forme
substantiali ignis põt p se pficere eãdem materiã: lꝫ nõ
simul sed successiue. Sed quicqđ sit dꝫ sic intelligi quã=
do vnũ oppositũ sic est ꝓpriũ alicui: aliud oppositũ non
põt cõpetere sibi nec p se nec p accidẽns: ⁊ hoc ꝓficiẽdo
vel inherendo. Sed si vnũ oppositũ cõuenit p se alicui
dando sibi esse essentialiter. Alterũ oppositũ poterit si=
bi cõpetere nec pficiendo nec informando: sed tm̃ ꝙ ei⁹
dependentia terminet ad ipsum: ⁊ ptꝫ. Essentia ẽm di=
uina sic est ꝓpria essentia triũ psonarũ ꝙ totũ esse for=
maliter pfectionis earũ est in ipsa essentia diuina: vt sa
tis ptꝫ in primo: ⁊ tñ tres persone possunt terminare suc
cessiue dependentiã cuiuscũq nature: quãtũcũq essen=
tie diuine repugnantis: tamen verũ esset ꝙ natura op=
posita essentie diuine nõ posset pficere illã psonaꝫ: nec p
se nec p accidens: sic in ꝓposito. Vltimo concludit doc.
ꝙ nõ repugnat supposito creato posse terminare depen
dentiam alterius nature in vnitate suppositi. ¶ Sed
Diff. occurrẽs ⁊ valde singularis. in hoc occurrit difficultas: qꝛ in supposito terminante
talem dependentiã sunt duo cõsideranda. s. ipsum sup=
positum terminans vt qđ: ⁊ rõ formalis terminandi vt
quo: vt ptꝫ in sequenti. q. Tunc querit si natura. a. termi
natur ad suppositũ. b. que sit rõ formalis terminandi il
lam dependentiã: nõ natura singularis: ptꝫ/ qꝛ illud qđ
est rõ formalis terminandi talẽ dependentiã est rõ qua
suppositũ terminans sit independens indepẽdentia op
posita dependentie nature singularis: vt ptꝫ in. q. 1. aut
esset suppositũ vt suppositũ: siue rõ formalis suppositi
vt suppositũ est: ⁊ talis ratio formalis ⁊ vltimata sup=
positi vt suppositũ est: est tm̃ negatio: vt. s. patuit. Mo=
do talis negatio nõ põt esse ratio formalis qua aliquod
absolutũ dependeat ad. b. ⁊ sustentetur in illo in vnita=
te suppositi. Tum etiã qꝛ. a. sustentari in. b. est ipm reali
ter vniri ipi. b. in vnitatẽ suppositi. vt ptꝫ. s. q. 1. q. 1. ⁊. 2.
⁊ patebit in. q. vlti. mõ talẽm vnionem realem qua dicit
aliquid realiter vniri alteri in vnitate suppositi: nõ po=
test habere rationem formalem terminandi aliqua rela
tio q̃ sit tm̃ ens rõnis: vt ptꝫ. q. vlt. huius di. alr nõ esset
vnio realis: ergo multo minus negatio potest esse ra=
tio formalis terminandi cum sit minus ens ꝙ̃ relatio
Rñsio. rationis. ¶ Dico ꝙ ratio formalis terminandi hmõi
vnionẽ realẽ: nec est natura singularis absolute sumpta:

nec est negatio duplicis dependētie: sed est ipsa natura singularis sub illa rōne qua in se subsistit ad quā statim sequit̃ negatio duplicis dependentie: nā vt actu nō de-
Obiect. pendet ad aliud suppositū statim in se subsistit. ❡ Si dicat̃ illa subsistentia dicit ne aliqd vltra naturā singularem in rōne suppositi. Dico ꝙ nō: ergo est idē dicere naturā singularē esse rōnē formalem terminādi: vt singularem: ⁊ ipsā sub rōne subsistentie: cū idē importet̃.
Solu. ❡ Dico ꝙ quantū ad positiuū idem simplr̃ importat̃: sed quantū ad negationē ꝯcomitantē nō importat̃ idē. Dico ergo ꝙ natura singularis vt actu nō dependens ad aliud suppositū nec aptitudine est simplr̃ rō terminādi hmōi dependentiā vt quo: ⁊ ipm̄ suppositū includēs naturā singularem cū duplici negatiōe terminat vt qd. ❡ Si ꝟo sustinerem⁹ aliā opi. ꝙ psonalitas dicat aliqd positiuū vltra naturā singularem esset facilis rñsio: qꝛ tale positiuū esset formalis rō terminandi: vt ptꝫ di. 1. ⁊. 3. q. vlt. hui⁹ di. Et rñderet̃ ꝯformiter dictis. s̄.
Alia dif ficultas. ❡ Sꝫ occurrit alia difficultas ꝙ si ipm̄. b. terminās hmōi dependentiā in alio suppositaret̃: ita ꝙ actu depēdeat ad
Rñsio. illud: qd fiet de natura. a. suppositata in ipso. b. ❡ Dico primo ꝙ in eodē instāti quo. b. suppositaret̃ in alio et desineret esse suppositū ꝓprie nature: ꝙ natura statim fieret in supposito ꝓprio: qꝛ amplī⁹ nō esset suppositata in illo tanꝙ̄ in supposito. ❡ Dico scd̄o ꝙ talis natura a. adhuc posset remanere in ipō. b. ita ꝙ natura singularis ipsius. b. possit sustētare illā: sꝫ nō in vnitate suppositi: sicut diximus. s̄. de essentia diuina q̄ si esset termin⁹ prim⁹ dependentie nature: ꝙ talis natura sustentaret̃ in illa: sꝫ nō in vnitate suppositi. ❡ Dico tertio ꝙ in eodē instāti quo ipm̄. b. vel natura singularis ipsi⁹. b. suppositaret̃ in alio supposito: puta in. c. ipm̄. c. suppleret vicem suppositi vtriusꝙ̄ nature singularis. scꝫ. a. ⁊. b.

❡ Ibi. Si tenetur pars negatiua. Hic doctor sꝫ ex intētione teneat partē affirmatiuā: vcꝫ ꝙ suppositū creatū possit terminare dependentiā alterius nature: tñ si pars negatiua teneat̃. Rñdet ad argumenta facta pro pte affirmatiua. Et primo arguit̃ sic: qꝛ est maior ꝓportio nature create a suppositū creatū ꝙ̄ ad suppositū diuinū: tū qꝛ vtrūꝙ̄ finitū. Tū qꝛ suppositū creatum est absolutū: igit̃ si psona relatiua pt̄ sustētare aliā naturā: multo magis psona creata absoluta. ❡ Scd̄o arguit: qꝛ oēm pfectionē limitatā q̄ nō repugnat creature deus pōt dare: sed suppositū creatū posse sustentare aliā naturā nō ponit infinitatem in eo: qꝛ illud suppositum ⁊ illa natura sunt finita: ⁊ finitū additū finito nō facit infinitū. Tertio superi⁹ cōtinet inferius in natura finita: igit̃ pfectio superioris cōtinet pfectionē nature inferioris: igit̃ pōt supplere vicem suppositi inferioris: cū ergo natura hōis sit superior in pfectione natura puta lapidis sequit̃ ꝙ sicut pōt virtualiter vel eminenter cōtinere naturā lapidis ꝙ etiā suppositū nature humane possit suppositare naturā singularē lapidis. ❡ Rñdet doc. ad primū ꝙ ꝓportio ꝯueniētie nō requirit̃ ad istam vnionem: sed ꝓportio nature dependentis ⁊ suppositi independentis: qualis forte nō est in natura creata ad suppositū creatū alteri⁹ nature. Sed hec rō etiā ad mentem doc. parū valet: qꝛ sufficit ſm ipm̄. q. 1. ꝙ suppositū terminans sit independens independētia opposita dependētie nature: nisi forte dicat̃ ꝙ nō reqrit̃ qualiscūꝙ̄ independētia: sꝫ requirit̃ independētia q̄ dicit repugnantiā ad posse depēdere: qualis nō est in supposito creato: vt. s̄. patuit. q. 1. Sed hoc nō videt̃ valere: qꝛ sufficit ꝙ actu nō depēdeat: dūmō em̄ habeat verā rōnem suppositi: hoc sufficit. ❡ Ad cōfirmationem illā de absoluto. Dicit doc. ꝙ absolutio nō facit sustētificationē: sꝫ tm̄ ꝙ ipsa psona sit independens nō nata esse actus vel potentia respectu alteri⁹ vnibilis. Sꝫ in ꝓposito nō poneret̃ ꝙ natura suppositata: (puta natura lapidis) in supposito hōis esset actus vel potētia cōponibilis cū supposito hōis: ⁊ p ꝯñs posset sustentare. vt. s̄. patuit. nec silr̃ poneret̃ ꝙ psona nata sit esse actus vel potētia alteri⁹ vnibilis: nisi forte diceret̃ ꝙ requirit̃ repugnantia ad posse vniri alij vt quo: qualis repugnātia nō est in supposito creato: vt. s̄. patuit. Sed hoc vt. s̄. dixi nō videt̃ valere: qꝛ siue includat repugnantiā siue nō: dūmodo actu sit tale ꝙ nulli sit vnitū sufficit sibi: immo vt actu est sub negatione actualis dependētie ad aliud repugnat sibi posse alij vniri: ⁊ hoc stante illa negatione: sꝫ illa negatio insit sibi mere cōtingenter: vt. s̄. patuit: sicut repugnat subiecto stanti sub albedine nigredo: nō tñ repugnat simplr̃: qꝛ albedo inest tm̄ ꝯtingenter: sic in ꝓposito. ❡ Ad aliō dicit doc. ꝙ nō sufficit limitatio vtriusꝙ̄ extremi: sed vltra requirit̃ ꝙ extrema sint cōpossibilia: sicut etiā albedo ⁊ nigredo etiā in summo sunt limitata ⁊ tñ nō possunt esse silr̃ in eodē subiecto ꝓpter eorꝫ repugnantiā ⁊ incōpossibilitatem. Sic in ꝓposito diceret̃ ꝙ ꝗuis sint limitata: tñ adinuicē repugnāt ⁊ sunt incompossibilia. Sed vt patuit. s̄. nulla apparet maior incōpossibilitas ꝙ natura vniat̃ supposito diuino ꝙ̄ creato.

❡ Ibi. Si tamen teneatur pars affirmatiua. Hic doc. rñdet ad argumentū in oppositū factū in calce. q. quo ꝓbat possibilitatem talis vnionis supposito creato: ⁊ arguit sic. Natura creata ⁊ suppositū creatū sunt adequate ꝓportionabilia: igit̃ neutrū excedit alterum: igit̃ sicut natura nō pōt eē eadē pluriū suppositorꝫ sic nec ecōuerso. ❡ Rñdet doc. ꝙ nō est ibi ita precisa ꝓportio quin suppositū creatū possit terminare dependentiā alterius nature: nō tñ natura pōt simul depēdere plura supposita terminātia: qꝛ vlr̃ in depēdentijs cause ⁊ causati: sꝫ vna cā possit terminare depēdentiā pluriū causatorꝫ: nō tñ plures cause in eodem gñe ⁊ ordine cause possunt terminare dependentiā vnius causati: qꝛ pluralitas priorꝫ arguit pluralitatem posteriorꝫ.

❡ Questio Quinta.

QVinto queritur vtrū formalis rō terminādi istā vnionē sit ꝓprietas relatiua. Titulus. q. sic dꝫ intelligi qd est illud qd̄ dat verbo diuino vt sit terminatiuū talis vnionis in vnitate psone: an sit ꝓprietas ꝟbi hipostatica ⁊ relatiua: an ꝓprietas hipostatica absoluta: an ipsa essentia diuina: ⁊ pariformiter dr̄ de rōne formali terminandi hanc vnionē. Sicut etiā dicim⁹ ꝙ in agente opꝫ reperire rōnem agendi de qua dictū est. s̄. in. 1. di. 7. Et sic querim⁹ hic an ꝓprietas relatiua ꝯstituat ipꝫ verbum in tali esse: vt possit esse terminus immediatus terminans vnionem nature humane in rōne suppositi.
❡ Varro lib. 3. dist. 1. q. 1. haberet ꝯñr dicere ꝙ essentia diuina sit rō formalis terminādi: qꝛ dicit ꝙ qꝛ suppositum ꝯtinet virtualr̃ psonā creatā: ⁊ qꝛ natura assumpta est in pfecta potētia obedientiali ad ipm̄ ꝟbū: ideo sibi cōuenit terminare vnionē: sꝫ cū ista ꝓprie ꝯueniāt essentie diuine nō ꝓprietati: haberet ꝯñter dicere: ꝙ nulla ꝓprietas psonalis terminat: sed sola essentia: qꝛ p illā rationem ꝯuenit ꝟbo terminare vnionē p quā ꝯuenit sibi cōtinere pfectionē suppositi creati ⁊ p quā natura creata est in potētia obiectuali ad verbū: hanc cōclusionem ꝓbat tribus medijs q̄ patent in litera. Var. de rōne formali terminandi ❡ Ibi. Cōtra: psona vna ⁊c. Hic intendit ꝓbare ꝙ ꝓprietas hipostatica cōstituēs psonā diuinā sit relatiua ⁊ nō absoluta. Et rō ista prima stat in hoc supponendo vnū: ꝙ qñ dicim⁹ an filius sit de deo siue de substātia dei: simul notatur ⁊ originatio ⁊ cōsubstātialitas: ⁊ est sensus: filius est de substantia patris. i. filius est originatus a patre vt consubstātialis ei: sicut spūssanctus est de substātia patris ⁊ filij. i. est originatus a patre ⁊ filio vt cōsubstantialis eis: ita ꝙ substantia illa est rō cōsubstātialitatis. ⁊ hoc vide in. 1. di. 5. q. 2. Sic cū querit Ansel. Aut spūssctūs est de patre: qꝛ de deo. i. est originatus a patre vt cōsubstantialis sibi rōne deitatis: ita ꝙ deitas sit rō talis cōsubstātialitatꝭ essentialis. Vel est de deo: qꝛ de patre. i. vel est originat⁹ a deo vt cōsubstātialis sibi rōne paternitatis: ita ꝙ paternitas sit rō cōsubstātialitatis. Secūdus sensus est falsus ⁊ prim⁹ verus. Sꝫ qꝛ Ansel. nō noīat in patre nisi essentiā ⁊ paternitatem. Querit mō doc. an ista diuisio sit imediata ita ꝙ alterū insit de necessitate: sicut sanū ⁊ egrū: ⁊ si talis consubstantialitas de necessitate inest: aut rōne paternitatis aut rōne essentie: si sic/ habet̃ ꝓpositū ꝙ ꝓprietas hypostatica pr̄is sit relatiua: ⁊ ꝙ tm̄ sit ibi ꝓprietas relatiua ⁊ essentia. Si nō est imediata: tunc videt̃ ꝙ Ansel. in ista rōne cōmittat fallaciā ꝯñtis, a destructione vnius mēbri inferēdo

aliud: vt si arguaꝛ a ꝯtrarijs mediatis: aut Jo. est albꝰ aut est niger: sed nõ est albus/ergo est niger fit fallacia ꝯñtis: qꝛ põt esse rubeus: arguitur eñ ab inferiori siue a minus cõi negatiue ad magis cõe. Si etiam exponatur sic Ansel. aut. s. s. est de patre. i. originatus a patre: qꝛ de deo vel vt de rõne formali spirãdi. aut est de deo. i. originatus a deo: qꝛ de patre tanꝙ de rõne formali originandi. Iste scd̃s sensus est falsus: vt pꝫ in ꝑmo i multis locis. Prima tñ expositio magis est cõsona ꝑpter illam ꝓpositionem de. ¶ Ibi. Si dicaꝛ ꝙ sicut per vnũ membrum ⁊c. Aliquis dicere posset ꝙ quãdo Ansel. accipit deum ꝓ vno membro accipit esse dicens perfectionem quod est cõe tribus personis: ⁊ qñ accipit patrẽ pro vno alio membro nõ tñ accipit ipsam paternitatem: sꝫ oẽm ꝓprietatem hipostaticã siue absolutã siue relatiuã ⁊ sic quãdo Ansel. accipit deũ ꝓ vno mẽbro nõ cõprehẽdit sub illo ꝓpetatẽ absolutã hipostaticã: sicut nec etiaꝫ ꝓprietatem relatiuã. ¶ Ibi. Cõtra Aug. 7. de tri. c. 9. Hic doc. ꝓbat ꝑ Aug. ꝙ oẽ absolutũ ꝯtineatur sub illo membro: qd̃ est essentiale: ⁊ pꝫ lr̃a. Nota tñ qꝛ videtur doc. declinare ad hoc ꝙ ꝓprietas hipostatica sit absoluta: vt pꝫ in. 1. di. 26. Exponiꝛ tñ Aug. ꝙ ipse intelligit de absoluto dicente ꝑfectionẽ: ⁊ tale est cõe tribꝰ: ⁊ qd̃ dicit. ĩ. ꝙ eodẽ est deꝰ ⁊ ꝑsona: si intelligat sic ꝑsona pro ꝓprietate hipostatica clarũ est ꝙ nõ eodẽ pater est ꝑsona ⁊ deꝰ. Si aũt intelligat ꝑsonã substãtiã primã dicentem ꝑfectionẽ. Verũ est ꝙ eodem est deꝰ ⁊ ꝑsona: qꝛ substãtia prima dicens ꝑfectionẽ formaliter in deo est ipsa deitas. Et qd̃ dicit. ĩ. nõ eodeꝫ pater est pater ⁊ deus: qꝛ pater paternitate est pater ⁊ est deus deitate: dicit verũ. Sꝫ si intelligat ꝙ paternitas sit vltimũ cõstitutiuũ ꝑsone patris: pꝫ. s̃. in. 1. dist. 26. ꝙ nõ. Et si poneretꝛ ꝙ vltimũ ꝯstitutiuũ ꝑsone patris sit absolutũ qd̃ dicaꝛ. a. tũc certũ est ꝙ suppositũ patris nõ eodẽ est deꝰ ⁊. a. qꝛ ipsuꝫ suppositũ est suppositũ mediante ipso. a. ⁊ nõ est deitate suppositũ: ⁊ tñ est deus ipsa deitate: nõ aũt ipso. a. ⁊ sic deitas ⁊. a. nõ sunt penitus idẽ ex natura rei vt satis ꝓbatũ est in. 1. di. 2. ⁊. 8. q. pe. ⁊ di. 28. ¶ Ibi. Substantia prima. Si teneaꝛ ꝙ suppositũ diuinũ dicatur substãtia prima accipiendo substantiã primã pro ꝓprietate absoluta hipostatica: nõ sequiꝛ pater est aliud ꝫm substãtiã primã a filio: ergo est aliud absolute ꝫm substãtiã est fallacia figure dictionis cõmutando hoc aliquid in quid: in premissa eñ intelligiꝛ substãtia pro substãtia prima: in ꝯñte inferꝛ pro substãtia scd̃a siue pro quidditate: qꝛ ita intellexit Arrius: dixit eñ ꝙ filius dei est creatura pura ⁊ hꝫ aliã substãtiã ⁊ aliã naturã a pr̃e ⁊ ibi obuiat Aug. nõ hic doc. vult inferre ꝙ si suppositũ esset substãtia prima ꝙ erit maxime substãtia: pꝫ in predicamẽtis ⁊ ꝑ ꝯñs si pater est aliud a filio ꝫm substãtiã ꝑmã: ergo simplr̃ est aliud ꝫm substãtiã primã: cũ substãtia prima sit maxime substãtia: pꝫ rñsio in. 1. di. 26. Nam ibi accipit substantiã primã pro absoluto cõstituente ꝑsonã nõ dicente nec perfectionem nec quidditatem.

¶ Ibi in ista questione primus arti. relin

quaꝛ. di. 26. primi. s. q̃ sit ꝓprietas cõstituendi ꝑsonam. In scd̃o arti. doc. tangit plura. Primo de cõtinentia virtuali ⁊ de potẽtia obedientiali: sepe eñ dictũ est ꝙ cõtinentia virtualis ꝓprie est ꝯtinẽtia causalitatis effectiue vt pꝫ in ꝓlo. q. de subiecto. Theo. ⁊ in. 1. di. 3. ⁊ in. 2. dis. 3. q. 10. ⁊ qꝛ talis ꝯtinentia soli essentie diuine cõuenit: tunc sequereꝛ ꝙ ipsa esset rõ formalis terminãdi dependentiã nature hũane ad ṽbũ: qd̃ falsum est. ¶ Sed hic occurrit difficultas gñalis: qꝛ ipse doc. vtiꝛ vno ṽbo ꝙ essentia diuina sub rõne huiꝰ essentie est rõ formalis terminandi relationẽ creature ad ipsam: vt pꝫ. s̃. q. 1. ⁊ in ꝓlogo. q. 1. ⁊ alibi videꝛ dicere oppositũ: vt pꝫ in qd̃li. q. 8. vbi videꝛ hr̃e ꝙ essentia sub rõe qua hec essentia nõ sit rõ formalis terminãdi relationẽ creature ad ipsam: vel causati ⁊ hmõi: qꝛ illud est rõ formalis terminandi relationẽ causati ad ipsam cãm qd̃ est rõ formalis ꝓducendi illud: pꝫ/nã dicimꝰ ꝙ entitas ignis est rõ formalis ꝓducendi aliũ ignem: ⁊ relatio ignis ꝓducti terminatur ad ignẽ ꝓducentẽ in quo entitas ignis ꝓducẽtis est rõ formalis terminãdi: mõ volũtas diuina ⁊ volitio diuina est simplr̃ rõ ꝓducẽdi ad extra respectu cuiuscũꝙ ꝓducibilis: vt pꝫ a doc. in. 1. dist. 2. 39. 42. in. 2. dist.

Difficultas gñalis.

na q̄ summe sibi obligeř: ex bn̄ficio recōciliatiōis: q̄ recō
ciliatio p̄mo ꝛ p̄ncipľr attendiř penes innocētiā: qꝛ q̄ȝto
aliqua p̄sona ē magis inocēs tāto magis deo recōciliař
Si ḡ dʒ repiri aliqua p̄sona q̄ summe teneař deo ratiōe
recōciliatiōis ꝛ innocētie illa erit p̄ſuata ab oī pctō: ma
ius est eni obľonis vinculum p̄seruari ab oī pctō. q̄ȝ li=
berari a pctō ꝯmisso: debet etiā reperiri aliqua p̄sona q̄
summe teneař xp̄o vt cause meritorie recōciliatiōis: et
hoc p bn̄ficio hmōi recōciliatiōis: ꝛ illa persona summe
obligař cui inest pfectissima innocētia: q̄ includit p̄ſua=
tionē ab oī pctō. ¶ Ibi. Et si dicas. Hic Doc. mouet
vnam diffi. qꝛ videř ꝙ illa p̄sona tm̄ teneař deo: cui re=
mittuntur decem peccata q̄ȝ illa que preseruatur ab
illis decem per illud Luce. 7. cui magis dimittitur ꝛc.
¶ Respōdet doc. ꝙ illa p̄sona que preseruatur magis
tenetur diligere: quia sibi plus dimittitur: nam plus est
preseruari a peccato q̄ȝ liberari a commisso: et dicit Au=
gu. ꝙ illa persona obligatur deo pro omnibus pecca=
tis que non commisit: ac si commissa essent et remissa.
Sed de ista mere diffusius i 4. d. 23. ¶ Ibi. Secunda
etiam ratio. Dicit doc. duo. primo: ꝙ peccatum origina
le non contrahitur ex infectione carnis ſm intentioneʒ
Ans. vt patuit diffuse in. 2. d. 32. Secundo posito: ꝙ ta=
le peccatum contrahitur ex infectiōe carnis: adhuc nō
sequitur: ꝙ ipsa de necessitate habuerit peccatum origi
nale: patet nam huiusmodi infectio non est causa neces=
saria peccati originalis: quia si sic stante ipsa de necessi
tate esset peccatum originale.

Ibi ad. q. Hic doc. ponit tres conclusiōes:

que patent in textu. Secunda conclusio est: deus potuit
facere ipsam virginem tantum per vnum instans fuisse
in peccato originali: et in tempore immediato illi instā=
ti infundere gratiam vt ipsam a peccato liberatur. Ex=
emplum. nam in vltimo instanti quo ipsa fuit filia Ade:
potuit esse priuata iustitia originali sibi debita: et sic in
illo instanti: priuatio talis diceretur peccatum origi=
nale: vt patuit supra. a. Sco. in. 2. d. 30. q. 2. ꝛ in tempo=
re immediate sequenti illud instans poterit sibi infun=
dere gratiam equiualentem iustitie originali: et sic ip=
sam liberare a peccato originali: et probat dupliciter:
quomodo potest esse in peccato originali tantum per in
stans. ¶ Ibi. secundum patet: supponendo vnum quod
declaratum est in. 2. d. 2. q. 9. ꝙ potest dari vltimum in=
stās q̇etꝫ: vt puta si Frā. sit sub albedīe ꝛ q̇escat p horaʒ
sub albedīe pfecta: ꝛ post vltimū īstās illi⁹ hore moueař

ad nigredinē deꝑdēdo albedinē. tūc vltimū instās illi⁹ hore vocat instās qetis: post qd in tpe imediate habito mouet ad nigredinē. silr aliqd agēs pt quiescere p horā vt puta ignis qñ nō hꝫ ꝯbustibile sibi approximatuꝫ: ꝛ post approximet sibi ꝯbustibile: ꝛ in tpe imediato post instās illi⁹ hore agat: tūc vltimū instās illi⁹ hore vocat instās qetis in quo qescit: nā qeuit p totā horā ꝛ p vltimū instās hore: pꝫ qꝛ in vltio istāti nō aget: ꝛ i tpe imediato post illud instās pōt agere ꝛ calefacere cobustibile: ita ꝙ talis calefactio erit in tpe: posito mō ꝙ ignis. a tm̄ qeicat p instās. b. ꝛ post illd instās icipiat agere: tūc aget in tpe imediato ad illd instās ꝛ nō in alio instanti immediato: qꝛ instās nō ē imediatū instāti. Sic in ꝓposito arguit doc. ꝙ si agēs creatū in tpe imediato post instans quietis pōt agere: ꝛ de⁹ in codē tpe pt agere. hoc pꝫ: posito g̃ ꝙ ꝟgo Maria qeuerit in pctō originali per vltimū instans quo ꝯcepta fuit: seqt ꝙ deus in tpe imediato ad illd instans poterit causare grām expellētē tale pcm̄. ¶ Ibi. Hoc etiā ꝯfirmat. Dicit doc. q̄ro. An posito ꝙ ꝟgo Maria qeuerit in pctō originali p horā. an i illa hora poterit de⁹ dare grāꝫ: ꝛ sic nō stetisset in pctō p illā horā: certū est ꝙ sic. Silr q̄ro. An in vltio instāti quo fuit ꝯcepta ꝛ in quo ꝯtraxisset pcm̄ originale potuisset sibi. de⁹ infundere grāꝫ: ita vt nō ꝯtraxisset: certū est ꝙ sic ex pria ꝯclone. Cū g̃ ꝟgo Maria in tpe illo q̄ fuit cōcepta potuit eē in pctō originali: ꝛ p te fuit: ꝛ illd tps dicat tps vni⁹ hore: ita ꝙ in vltimo instanti cōceptiōis sue vsqꝫ ad vltimū instans hore steterit in pctō originali. seqtur ꝙ in illo tpe immediato sequēte p̄mum instās illius hore potuit eē in grā: vt pꝫ. s. ꝛ si sic: tūc potuit eē in pctō tm̄ p instās. ¶ Si dicat ꝙ nō potuit fuisse i grā in tpe imediato ad p̄mū istās illi⁹ hore: nisi fuerit i grā in prio instanti illi⁹ hore: ꝛ sic sic: tūc non fuit in peccato. ¶ Rn̄deo ꝙ nō est necesse ꝙ pri⁹ fuerit in grā. s. i illo prio instanti quo ponit in pctō. vt pꝫ de motu ꝛ mutatione. De motu pꝫ: quia nō est necesse ꝙ si sbm̄ moueat post vltimū instās quietis ad albedinē: ꝙ in illo instanti vltio qetis fuerit sub albedine: pꝫ qꝛ motus ille p̄cise incipit in tpe imediato. Sicē de Maria in qua acqrit grā in tpe imediato ad instans in quo fuit in pctō: nō ē necesse ꝙ in illo instanti prius fuerit in grā. Patet etiā de mutatiōe: qꝛ si mā acqrit aliq̄ formā in instāti p mutationē: nō est necesse ꝙ ipsa pri⁹ fuerit sub illa forma. s. in tpe imediate p̄cedēte illud instās. ¶ Si dicatur. si grā acqrit in tpe imediato ad illd instās. g̃ nūq̄ icipit eē. si p̄cise in tpe acqrit: qꝛ tūc eēt verū dicere: grā in isto tpe est: ꝛ immediate an̄ hoc nō fuit: qd ē falsū. ¶ Dico breuiter ꝙ aliud ē loqui de acquisitione forme: et aliud de acquisito eē illi⁹: acqsitio eni est in tpe sꝫ acqsitū esse in vltimo instanti illi⁹ tpis: ita ꝙ verū est dicere in isto instāti ē: ꝛ imediate an̄ hoc nō fuit. Et sic oē ꝙ acqrit i tpe ēt loquēdo d̉ forma diuisibili: nunq̄ d̉r eē acqsituꝫ nisi in vltimo instāti illi⁹ tpis. Sunt eni due ꝓpositiones Doc. in. 2. d. 2. q. 9. ꝙ in motu remissiōis: puta ꝙ remittat calor in sbō p horā: in toto tpe p̄cedēte vltimum instans illi⁹ hore: verū ē dicere calor ē: ꝛ p̄cise in vltimo instāti: verū ē dicere calor nō ē: ꝛ sic in illo vltimo instanti desinit. In motu ꝟo intēsionis est ecōtra: qꝛ si acqritur frigus vt. 8. p horā: in toto tpe p̄cedēte semp verū ē dicere. frig⁹ nō ē: ꝛ in vltimo instāti verū ē dicere. frig⁹ est: ꝛ sic incipit. Sic in ꝓposito: q̄uis dicat acquiri grā in tpe imediato ad instans in quo fuit in pctō: nūq̄ tamen verū ē dicere ꝙ grā incipiat eē in Maria nisi in vltimo instāti illi⁹ tpis. ¶ Si dicat. si tm̄ d̉r eē in vltio instanti illi⁹ tpis. g̃ in tpe intermedio nō erit grā. g̃ nō acquirit in tpe imediato ad instās in quo fuit in peccato. ¶ Dico ꝙ verū ē: nec d̉r acqri in tpe ex hoc ꝙ p̄cise habeat eē in illo tpe excludēdo vltimū instās illi⁹ tpis: sꝫ d̉r esse in tpe ex hoc ꝙ in vltio instāti illi⁹ tpis hꝫ eē ꝑfectū. Sꝫ de hoc vide in. 2. d. 2. ¶ Ibi. p̄. In prio instāti potuit creasse grāꝫ in illa aīa. g̃ ꝛc. sicut potuit in illo istanti creasse grāꝫ in aīa Marie ꝛ in tpe imediate sequēti facere ipāꝫ in pctō ānihilādo grām: ꝛ sic silr si in prio instanti potuit facere in pctō. g̃ in tpe immediate sequēti potuit ipsaꝫ facere in gratia. ¶ Tertia ꝯclo ē ista. De⁹ potuit facere ꝟginē Mariā p aliqd tps existere in pctō: et in vltio instāti illius tpis purgare illā: sicut ꝛ mō ꝓpagatus ex Adā stat ab instāti ꝯceptiōis sue: vsqꝫ ad vltimum instans in quo baptizat in pctō ꝛ in vltimo instāti illius tpis in quo baptismū recipit: iustificat. ¶ Ibi Q: aūt hoꝝ triū. Aliq̄ dicūt ꝙ doc. tm̄ ꝓbat ꝟginē ꝯceptam sine pctō originali de poli ꝛ nō de facto. Sꝫ ex p̄sse pꝫ: ꝙ ex dictis ei⁹ ꝯcludūt argumēta de facto: vt pꝫ in rationib⁹ illis: q̄ non ꝓbāt intātū de poli: sꝫ tm̄ de fctō: vt pꝫ intuēti. Et lꝫ respōdēdo ad. q. ponat has tres cōclusiones. tanq̄ si sint poles: nō tm̄ negat p̄mū de facto. f. fuisse: imo ex dictis ei⁹ approbat: quia ipe dixit: si hoc non contradicit auctoritati ecclesie ꝛc.

Ibi. Contra secundum. Hic doc. arguit

dupliciter ꝯtra scdāꝫ ꝯclusionē. Primo ꝓbando: ꝙ ipse de⁹ non possit agere in aliquo tpe: sꝫ tm̄ in instāti: ꝛ ratio stat in hoc: aut g̃ creat gratiā in primo instāti illi⁹ tpis: ꝛ sic non fuit in pctō in p̄mo instāti: aut in instāti imediate sequēti: ꝛ hoc impole: qꝛ instans nō pōt eē imediatū instāti: loquēdo semp de tpe ꝯtinuo: ꝛ nō de tpe discreto: de quo dcm̄ ē in. 2. d. 2. Aut g̃ creat illā gratiā in tpe immediato: et hoc nō: quia deus non agit in tpe: aut in aliquo instāti determinato illi⁹ tpis: ꝛ si sic: sequitur ꝙ quieuit in pctō p aliquod tps: pꝫ qꝛ in p̄mo instanti et in tpe immediato et vltimo instāti illius tpis determinato creatur grā: et tūc non poterit esse in pctō tantū per instans. ¶ Respōdet doc. ibi ad primā instātiā: responsio clara est: ꝙ ex quo deus mere ꝯtingenter agit: qꝛ quicqd agit ad extra illud pōt agere immediate in instanti: pōt etiā expectare tēpus. et pꝫ. nam ignis calefacit lignū p spacium hore: ad illam actionem de necessitate concurrit voluntas diuina vt causa p̄ma: vt ꝓbatū ē in. 2. d. 37. et lꝫ possit ꝓducere illā calefactionē in instanti: tamen agit illam cum igne in tpe. Sic in proposito q̄uis voluntas diuina posset creare gratiam in primo instanti in q̄ fuit in peccato: tamen non est necesse: sed potest expectare tēpus immediate sequens: et illam creare in illo tempore: et hoc est propter libertatem sue actiōis. ¶ Ibi. p. Aut illa iustificatio. i. infusio gratie in anima virginis ē motus: aut mutatio: supple aut illa grā acqrit in aīa ꝟgis p motū: aut p mutationē: sic acqrit p mutationem: tūc illa creat in instanti: qꝛ mutatio tantuꝫ fit in instanti: et tunc hr̄ intentū: quia aut ista gratia creatur in p̄mo instanti quo fuit in peccato: et tunc nullo mō fuit in pctō: aut in aliquo instanti determinato tēporis immediate sequētis ad primū instans: et tunc quieuit in peccato p aliquod tempus. vt patet supra: aut illa gratia acquirit per motū: et hoc nō: qꝛ qd acqrit p modū acquirit p successionē vel subiecti vel forme: vel medioꝝ. Exēplū p̄mi Nam hō q̄ est diuisibilis acqrit ꝑfectionē p motū: quia p̄mo ista pars calefit: et deinde alia: et etiā illa caliditas acqrit successiue cū sit forma ꝯtinuis. Exēplū tertij: vt qñ corpus mouet p aliqd mediū faciēs sibi resistētiam. causat ergo motus vel ꝓpter diuisibilitatē subiecti: vel forme: vel medij: vt si punct⁹ moueret super aliquo q̄to de istis dictū ē in. 2. q. 9. Modo in ꝓposito anima que est sbm̄ gratie ē indiuisibilis. Similiter gratia ē indiuisibilis: quia nō habet partes et ptes sm̄ quas vel per se vel p accn̄s sit diuisibilis: vt pꝫ. s. in. 2. d. 2. q. 9. nec inter aiam et gratiā ē aliquod mediū diuisibile sm̄ quod fiat successio mot⁹. g̃ talis iustificatio siue grē infusio nō potest infundi a deo in tpe: quia si in tpe: tunc esset p motū ¶ Rn̄det doc. ibi. Ad scdm̄ dico. dicit doc. mot⁹ stricte loquendo includit duo. primo successionem vel in mobili vel in forma: sm̄ quam mobile mouet: vel i medio. secundo ꝙ talis successio mēsuretur tempore. Mutatio vero stricte icludit duo. s. ꝙ non sit successio nec sm̄ partes mobilis: nec sm̄ partes forme. ita ꝙ vna pars prius acquirat q̄ alia. secundo ꝙ talis mutatio fiat in instāti: et sic loquendo de motu et mutatione dicit doc. ꝙ infusio gratie in tempore non ē motus proprie: qꝛ p̄ma ꝯdiō deficit: quia nec in aīa nec i gratia: nec in aliquo medio pōt esse successio sm̄ partes: pōt tm̄ dici mot⁹ q̄tum ad secūdam ꝯditionē: qꝛ ista grā lꝫ sit indiuisibilis: causat tm̄ i tpe diuisibili in ipsa aīa: nec est mutatio proprie dicta: quia deficit sibi scda ꝯditio: que est ꝙ acquirat in istāti,

Marginal notes:

Q̄ūo vltimū instās qetis pōt dari.

Obiectō

Rn̄sio.

Obiectō

Solutio

Obiectō

Solutio

Q̄ūo d⁹ pt agere in tēpore

Trãsitus a motu ad mutationẽ nõ ẽ motꝰ nec mutatio.

¶ Ibi. Exẽplũ: vsqꝫ ibi. Sꝫ q̃re clarꝫ ẽ: excepto q̃d dicit de trãsitu a motu ad mutationẽ: ⁊ecõt. a. Trãsitꝰ ei a motu ad mutationẽ nõ est nec motꝰ nec mutatio: pꝫ si a. mouetur ad calidũ vt. 8. ⁊ motus duret vsqꝫ ad vltimũ instans viniꝰ hore. in vltimo instanti dꝛ ꝓꝑe mutari: vt ꝓbat doc. in. 2. d. 2. q. 4. ⁊. 9. ⁊ in tꝑe hore vsqꝫ ad vltimũ instans dꝛ ꝯtinue moueri: qñ ḡ. a. a tꝑe imediato ad vltimũ instãs hore trãsit ad vltimũ instãs: talis trãsitus nõ est motus: pꝫ quia motꝰ est in tꝑe: nec ẽ mutatio: pꝫ quia mutatio est in vltimo instanti. Similiter in motu vnius hore sunt infinita mutata esse. qñ ḡ. a. transit ab vno mutato esse ad aliqꝫ ꝑ tẽ motus: ⁊ ab illa ꝑte ad aliud mutatũ esse: ⁊ sic de aliĳs: pꝫ ꝙ talis trãsitꝰ nõ ẽ ꝓprie motus nec ꝓprie mutatio: sed posset metaphorice dici partim motus: ⁊ partim mutatio: cum mediet inter vtrũqꝫ: ⁊ sic quasi de vtroqꝫ ꝑticipet. ¶ Ibi. Sed quare passio ⁊c. Accipit̃ hic passio ꝓ forma ꝯm quã sbm̃ dꝛ pati. littera clara est: qꝛ agens naturale cũ agat de necessitate nature: si subito põt agere in instanti producit formam. Si vero nõ põt agere subito de necessitate expectat tꝑs: ⁊ hoc est imperfectionis. i. ꝙ nõ possit agere nisi expectet tꝑs: nõ sic est de volũtate diuina: que est ꝑfectissima ⁊ formalr̃ infinita: que ex perfectissima libertate sua ⁊ nõ ex aliquo de necessitate potest agere in instãti: ⁊ in quocunqꝫ tempore sicut sibi placuerit.

Ibi, Si aũt teneatur, Dicit doc. ꝙ si teneatur pars negatiua p̃t respõderi ad rõnes: ⁊ r̃nsio stat in hoc: ꝙ lꝫ q̃lꝫ natꝰ ex semine viri ⁊ mulieris nãlr̃. i. vlr̃: ⁊ de lege cõi ꝯtrahat pctm̃ originale: qꝛ de cõi lege q̃libet nascit̃ vt debitor iustitie originalis in p̃mis parẽtibꝰ accepte ⁊ illarũ opaone ꝺꝑdite: ⁊ qꝛ sic nascẽs ⁊ carẽs illa: talis carẽtia dꝛ pctm̃ originale: vt satis pꝫ in. 2. d. 30. q. 1. ⁊. 2. ⁊ ex spãli dono potuit sic p̃suari ꝟgo Maria vt in illo instãti quo careret iustitia originali sibi debita modo p̃expositio: p̃ueniret̃ a volũtate diuina: infundẽdo ei grãꝫ equalẽtẽ iustitie originali ꝺbite. ¶ Ibi. Et si arguas. Querit hic doc. supponẽdo vnũ: ꝙ sicut habitus nõ inest nisi supposito ⁊ oꝑõ silr̃: vt pꝫ. s̃. d. 2. sic nec p̃uatio habitus nõ inest nisi supposito vel persone. scd̃o supponit ꝙ ꝟgo Maria in vltimo instanti cõceptiõis sue in quo potuit habere grãm vel oppositũ illius fuit ꝑsona: et ꝑ ꝯñs in illo instãti fuit vere filia Ade. Querit nunc Doc. an in illo instãti nature in quo fuit ꝟa ꝑsona ⁊ vera filia Ade: habuerit iustitiã originalẽ: vel equiualẽs: si sic: ꝯtra qꝛ ipsa iustitia vel habitus p̃supponit personam. ḡ ꝑsona fuit p̃us nã: si in illo p̃ori nãe quo fuit ꝑsona nõ habuit iustitiã sibi debitã. ḡ in illo instanti vel priori nãe fuit in pctõ originali. ¶ Ibi. R̃n. Ista respõsio est ꝯformis dictis. s̃. in. 2. d. 1. q. 1. ⁊ declaro lr̃am: qñ opposita ꝯparant̃ ⁊c. puta forma ignis ⁊ p̃uatio eiusdẽ vt cõparant̃ ad mãm. ita ꝙ p̃uatio nata est p̃us in esse. Seq̃tur. nõ simul ambo. i. ꝙ forma ignis ⁊ p̃uatio eiusdẽ non insunt simul mãe: sed tm̃ alterũ de necessitate inest. Seq̃tur. Reliquũ aũt ⁊c. i. ꝙ p̃uatio forme ignis q̃ q̃tũ est ex ꝑte sua nata ẽ inesse priꝰ mãe: tñ actu nõ iest: quia in illo istãti quo iesset: oppositũ puta forma ignis actu inest. Dicit ergo doc. ꝙ ex hoc priuatio dꝛ prius in esse mãe q̃ forma opposita: quia q̃tum est ex ꝑte sua nata eẽt p̃us inesse: ⁊ de necessitate actu p̃us inesset nisi ab aliquo agente preueniret̃: ꝓducendo formã in illo istãti in quo priuatio inesset: si talis forma nõ produceretur. Sequit̃. Silr̃ sbm̃ ⁊c. Dicit doc. ꝙ sbm̃ ad quod cõparãtur hm̃õi opposita est prius in se tale q̃ intelligat̃ aliq̃d oppositũ sibi inesse: qꝛ si intelligimus aliq̇d inesse alteri: illud p̃supponit̃ in se esse: ⁊ prius natura hr̃e suũ eẽ q̃ alterũ oppositum in sit. Sequit̃. Similiter licet prius nã ⁊c.

Priꝰ nã capit̃ dupliciter.

¶ Hic nota ꝙ p̃us nã põt capi duplr̃. Vno mõ ꝙ sic prius nã: sup. in aliquo instanti nãe habeat verũ eẽ exñtie: ⁊ ꝓ illo instãti quo vere existit: posteriꝰ posset nõ inesse: ⁊ tale prius nã: est etiã priꝰ tꝑe q̃tũ est ex ꝑte sua: sicut dicimus ꝙ sbã ẽ p̃or nã accñte: qꝛ ipsa sbã in aliquo instanti nãe hꝫ verꝫ eẽ exñtie: ⁊ in quo non eẽt necesse ꝙ accñs posteriꝰ nã insit sibi. Scd̃o accipit̃ p̃us nã non ꝙ detur aliq̃d instãs nãe in quo habeat verã ⁊ ꝓpriã exñtiã cui priori possit nõ inesse posterius, sicut dixi de sbã ⁊ accñte: sed dicitur prius nã: quia non includit posteriꝰ in suo esse quiditatiuo: ⁊ sic dicimꝰ ꝙ homo est prius nã risibilitate: qꝛ nõ includit illã quiditatiue: lꝫ sit impoſſe homini actu existere: qꝛ in aliquo priori nãe: quin risibilitas dicat eandẽ exñtiam: ⁊ hoc mõ dicimꝰ ꝙ mã p̃ma est p̃or nã forma ⁊ p̃uatiõe eiusdẽ: ita ꝙ neutrũ oppositum includit in suo esse quiditatiuo: licet actu nõ possit existere in aliquo priori: quin de necessitate sit vl̃ sub forma vel sub p̃uatiõe. ⁊ simile patet in p̃mo. d. 2. parte. 2. q. 3. Sequit̃. qñ igit̃ arguit̃ ⁊c. Dicit doc. ꝙ virgo Maria in aliquo instanti nãe fuit filia Ade: ⁊ sic in illo istanti ꝓprie nec habuit grãm: nec fuit priuata grã. sic intelligendo ꝙ ex se non includebat formaliter: ⁊ de ratione sua nec grãm nec oppositũ illi. Sed bñ verũ est ꝙ in illo instanti quo habuit verũ eẽ exñtie: ⁊ quo fuit vere filia Ade alterũ oppositorꝫ habuit: licet neutrũ includeretur in ratiõe illiꝰ nãe. ¶ Ibi. Sꝫ si obĳcias. Hic dicit doc. posito ꝙ ipsa in se sit prius nã vtroqꝫ: hoc posito modo preexposito. Quero nunc de prioritate quo vnum oppositum cõparat̃ ad aliud respectu tertĳ: vt dixi. s̃. An priuatio gratie prius infuerit q̃ ipsa iustitia vel gratia. Dicit doc. ꝙ talis p̃uatio nõ infuit: sed dicitur prior nã. qꝛ si nõ fuisset p̃uenta a voluntate diuina dãdo gratiaꝫ in illo instanti in quo p̃uatio ineẽt talis priuatio infuisset. ¶ Si dicas. Dicit doc. ꝙ si priꝰ natura ⁊ posterius natura sunt positiua illꝺ qꝺ ẽ priꝰ natura positiue põt. eẽ p̃us ẽt in essendo: vt pꝫ de sbã ⁊ accñte: illꝺ ꝟo qꝺ est priꝰ natura p̃uatiue: nõ opꝫ ꝙ sit priꝰ in eẽndo. sꝫ sufficit ꝙ inesset: si oppositũ i illo instãti nõ ifuisset: ⁊ illꝺ qꝺ dicit de priori natura positiue nõ intelligas vlr̃: qꝛ ponẽdo ordinem nature in passionibus: ita ꝙ vna passio dicatur prior alia: nõ dicimꝰ ꝙ in essendo vna prius insit: qꝛ est impoſſe ꝙ vna existat in aliquo priori: quin alia inexistat: cũ sint idem realiter: sed potest dici prius natura in intelligẽdo: sic ꝙ aliq̇s intellꝯ põt intelligere hominem esse risibilẽ nõ intelligẽdo vt disciplinabilẽ. ¶ Ibi. Et si arguat̃. Hic doc. arguit logice sic virgo Maria in primo instanti nature nõ ẽ iusta: ḡ in p̃io instãti nature est non iusta vel iniusta: tꝫ ꝯña a negatiua de predicato infinito ad affirmatiuã de p̃dicato infinito. scd̃o ꝑihermenias. ¶ R̃ndet doc. ꝙ nõ tꝫ in p̃dicatis ꝯpositis ⁊ pꝫ lr̃a: et hoc expositũ est in p̃io. d. 4. q. 2. ⁊ credo. d. 28. ⁊ tꝫ illa ꝯña rõne ꝯtradictiõis. qꝛ ꝯtraditoria nõ p̃nt verificari de eodẽ: ꝙ eni Fran. sit iustus ⁊ sit nõ iustꝰ est impoſſe: et iõ tꝫ: si nõ est iustꝰ: ḡ erit nõ iustꝰ: ḡ idem predicatuꝫ simplr̃ negat̃. Nota ḡ ꝙ illa dñr ꝯtradicere simplr̃. quãdo q̇cq̇d affirmat̃ de vno: illud idẽ negat̃ de eodẽ: sicut si albũ affirmat̃ de homine ⁊ illud idẽ albũ: negat̃ ꝺ homine. Si mõ ly nõ albũ negat̃ de aliquo ⁊ de illo tantũ affirmatur lignũ ⁊ negatur album: pꝫ ꝙ ista non contradicunt: homo non est lignum non album: ergo est lignum non album: lignum: ⁊ non lignum bene contradicunt: sed non album in prima non ꝯtradicet non albo in scd̃a. Si vero diceretur sic: hoc non est lignum album ⁊ hoc est lignũ albũ ꝯtradiceret et si iste due ꝓpositiones ꝺbeãt idẽ significare necesse ẽ ꝙ q̇cq̇d negat̃ vl̃ affirmat̃ in vna neget̃ vel affirmet̃ i alia: sicut ẽ ista. Frã. ẽ nõ iustus: ḡ Frã. ẽ iniustꝰ: accipiẽdo vtrobiqꝫ negationẽ q̃ꝫ in subiecto apto nato. Sic dico in ꝓposito. Nã cũ dꝛ ḡ est nõ iusta nõ sequit̃: qꝛ in p̃ma negat̃ tm̃ iustitia q̃ non cõpetit sibi vt in p̃mo instãti nãe: cũ tm̃ in illo sibi cõpetant p̃dicata eẽntialia: sꝫ i scd̃a nõ tm̃ negat̃ iustitia absolute: sꝫ ponit̃ p̃uatio iustitie cũ dꝛ est nõ iusta. vel ponitur siue affirmat̃ iniustitia in p̃mo instãti: qꝛ nõ iusta et iniusta vident̃ idẽ iportare: ⁊ tñ sicut in p̃mo instanti non includit iustitiã: ita nec p̃uationẽ iustitie: siue oppositũ iustitie: qꝺ tamẽ affirmat̃ in scd̃a: ⁊ iõ aliq̇d affirmatur in ꝯñte qꝺ negat in añte. ¶ Si ꝟo arguat̃ sic: ꝟgo Maria in p̃io istãti nãe nõ ẽ iusta ⁊ in eodẽ instãti nãe ꝟe ẽ siue ꝟe existit: ḡ in p̃mo instanti est non iusta. ¶ Dico ꝙ põt exponi vel q̇ditatiue: vt. s̃. ⁊ sic nõ tꝫ: vl̃ põt dici (cũ dico ꝟgo Maria in p̃mo instãti nãe nõ ẽ iusta. ⁊ in illo p̃mo instãti ꝟe ẽ) ꝙ in illo instãti de necessitate insit sibi p̃uatio iustitie. ⁊ hoc est falsum. quia in p̃mo instanti quo vere existit: deus potest creare gratiaꝫ equalentẽ iustitie: ⁊ sic falsa erit illa: ꝟgo Maria i p̃io

instanti nature: quo ꝟe existit nõ est iusta: imo in illo instanti est ꝟe iusta: q: hñs grãm creatã a deo in illo istãti. ⁋ Ibi. Et si arguas. Dicit doc. ꝙ nõ seqꝛ (⁊ est quasi silis ꝯña cũ ꝑma) in ꝑmo inst ãti nature nõ intelligitur iusta: ergo in illo ꝑmo instãti intelligiꝛ non iusta: sicut nec seqꝛ: nõ intelligo hoiem esse aial: ergo itelligo hoiez eẽ nõ aial: pꝫ ꝙ nõ seqꝛ: natura in ꝑmo sensu negaꝛ intellectio aialis tñ: ⁊ ẽ sensus: lꝫ actu intelligã hoiem: puta ꝯfuse: nõ tñ seqꝛ ꝙ intelligã ipꝫ eẽ aial. In scdo ꝟo sensu: nõ tñ intelligo hoiez nec tñ intelligo nõ aial: sꝫ intelligo sepationẽ aialis ab hoie: ⁊ hic sensus est manifeste falsus. Sic in ꝓposito cũ dico: nõ intelligo ꝟginẽ mariam iustã: sensus est ꝙ ꝑmo intelligo mariã in aliquo instãti: ⁊ tñ nõ intelligo iustitiã: cum ꝟo dico intelligo ꝟginẽ mariã nõ iustã sensus est: ꝙ ipsam intelligo i aliquo instanti ꝟe sepatã a iustitia: quod tamẽ est falsum.

Questio Secunda.

Secundo querit doc. de sanctificatione corpis xp̃i: quare ⁊ quõ non ꝯtraxerit pctm̃ originale. Ad qd̃ q̃situ d: ꝫm magrꝫ ꝙ aliqua portio erat in Adã de qua oẽs filij eius ꝓpagati sunt: ⁊ aliqui ponũt ꝙ aliqd illiꝰ portionis nõ fuerit infectũ in Adã: sed seruatũ mũdũ vsqꝫ ad gñationẽ xp̃i. Doc. arguit ꝯtra istã opi. ⁊ ꝑmo ꝯtra ꝑmũ. Ibi. Sꝫ ꝯtra ꝑmũ: ⁊ qd̃ dicit doc. hic ꝙ q̃tũ finitũ ꝑ ablationẽ finitã ab ea aliquotiẽs factã posset ꝯsumi: hoc nõ dꝫ intelligi de diuisiõe ꝯtinui ꝫm partes eiusdẽ ꝓportiõis. i. sp diuidẽdo ꝑ medietatẽ: vt satis pꝫ. in. 2. d. 2. q. 9. sed dꝫ intelligi de diuisiõe ꝫm ptes eiusdẽ q̃titatis: q: tale ꝑ ablationẽ partiũ põt tandẽ ꝯsumi: vt diffuse exposui in. 2. d. 35. In ꝓposito ꝟo tale semen vl' talis portio nõ posset diuidi in oibus hoibus ꝫm partes eiusdẽ ꝓportiõis sꝫ tñ eiusdẽ q̃titatis. Idõ ꝑ ablationẽ partiũ tandẽ ꝯsumeꝛ tale q̃tuꝫ. ⁋ Ibi. Q: si dicas puta ꝙ sit aliqua forma seminis in Ioãne hita a patre que nõ sit sufficiẽs ad gñationẽ: sꝫ posset multiplicari ꝟtute diuina: sicut ꝙ vnus panis exñs tante q̃titatis sic augeaꝛ alia materia nõ addita vt sit maior: hoc nõ vꝛ posse fieri sine miraculo: hoc idẽ dico de illa portione: ⁊ nõ est ꝟe sile: ꝙ quotiẽs hõ generat deꝰ faciat nouũ miraculũ cũ miracula nõ sint faciẽda vbi nõ apparet manifesta necessitas. ⁋ Illi qui ponũt ꝙ pctm̃ originale ꝯtrahiꝛ ꝓpter carnẽ infecta ꝯcupiscibiliꝛ seminataꝫ dicunt ad qõnẽ ꝙ tota caro marie fuit sanctificata: ⁊ ita illud qd̃ assumebaꝛ ad formationẽ corpis xp̃i: prius q̃ assumebaꝛ fuit sanctificatũ: vt nõ esset ibi infectio aliq̃ in instãti infusionis gratie. ⁋ Doc. arguit ꝯtra hoc ibi Sed ꝯtra hoc: rõ doc. stat in hoc: si sanguines illi purissimi cũ nõ fuerint aiati: nõ potuerunt infici aliqua culpa: multo minus nec potuerũt sanctificari cũ culpa ⁊ sãctificatio opponanꝛ ⁊ opposita hñt fieri circa idẽ: quia si sctificatio illa fuit mũdatio carnis: hoc nõ potuit eẽ nisi ꝑ corruptionẽ ipsiꝰ infectiõis ⁊ talis infectiõis corruptio cõiter fit ꝑ gñationẽ alteriꝰ forme: vt pꝫ. Queriꝛ ergo quid gñabaꝛ in illa carne ꝑ sanctificationẽ que dicitur formaliter corruptio infectiõis nõ vꝛ ꝙ aliquid aliud generetur nisi gratia: quod tamen est falsum: q: caro nõ est capax grẽ. Reliqua littera clara est.

Ibi, Aliter scd̃m viam Ansel, peccatũ originale cũ sit priuatio iustitie debite: ⁊ in ipso Adã accepte ac ipsiꝰ pctõ deperdite. Et sic patet qualiter xp̃s nõ cõtraxit originale pctm̃: quia nõ fuit filiꝰ natural' Ade: et ideo nõ erat debitor iustitie originalis: acceperãt eni illi soli iustitiã in Adã qui ab eo erãt descẽsuri ꝑ rõnez seminalẽ: hoc est respectu quoꝝ Adã habuit rõnẽ pr̃is naturalis ꝫm cõmunẽ ꝓpagationẽ: vnde sicut illis solũ potuit seruare iustitiã: ita illis solũ potuit ꝑdere illam: ideo si xp̃s fuisset purus homo ⁊ nõ deus: miraculose tamẽ natus de virgine ꝫm eum non contraxisset originale peccatũ. Et hec sentẽtia patet ꝑ eũ de cõceptu virginali cap. 10. ⁊ deinceps: ⁊ expresse. c. 17. vbi vult ꝙ innocentie xp̃i potest poni duplex ratio. s. sanctificatio virginis marie ⁊ miraculosa formatio corporis non ꝑ propagationem communem: ⁊ vtraqꝫ per se sufficeret vt christus innocens nasceretur.

Si christus etiã fuissꝫ purus hõ nõ ꝯtraxissꝫ pctm̃ originale.

Distinctionis quarte. Qõ prima.

Circa distinctionẽ quartam. Querit Doc. vnũ. Utrũ beatissima ꝟgo maria fuerit ꝟe mater dei sꝫ hominis.

Dicit doc. ꝙ in ista. q. cõclusio est certa: sicut pꝫ ꝑ auctoritatẽ Dama. q̃ ẽ in lr̃a satꝫ clara. Sꝫ dicit doc. ꝙ de eo ꝓpt qd̃ aliq̃ dr mr̃. s. de actiuitate quõ possit saluari in ꝓposito dubiũ est. ⁋ Ad qd̃ dicit Tho. ꝑma scd̃e. q. 81. art. 3. ⁊ tertia pte sũme. q. 32. ar. 4. ꝙ solꝰ pr̃ hꝫ rõnẽ actiui: ⁊ mr̃ rõnẽ passiui. Ita ꝙ ipa tñ minist rat mãꝫ plis: ⁊ in solo semine pr̃is ẽ vis actiua formatiua plis: ⁊ ꝓbat hãc opi. ꝑ auctoritatẽ phi ⁊ Aug. ⁋ Ibi. Sꝫ ꝯtra hoc arguiꝛ. Hic Doc. intẽdit ꝓbare quõ ois mr̃ actiue ꝯcurrit ad gñationẽ ꝓlis. Et ꝑma rõ stat in hoc ꝙ ex q̃ vegetatiua pr̃is et vegetatiua mr̃is: sunt eiusdẽ spẽi spãlissime sequiꝛ ꝙ si vna est actiua ⁊ reliq̃ est actiua. ⁊ ꝓbat ꝑ oppositũ: ꝙ si vna esset actiua: ⁊ alia nõ: tũ essent potẽtie oĩno alteriꝰ rõnis. ⁋ Sꝫ occurrit hic mihi difficl'tas. Prio: q: intell's agẽs: ⁊ intellectꝰ polis cũ sint eiusdem anime simplicissime: sunt eiusdẽ spẽi: ⁊ tñ intell's agens est ꝟe actiuus. Intellectꝰ aũt polis passiuus. ⁋ Si dicaꝛ: ꝙ etiã polis est actiuꝰ intellectiõis: vt pꝫ a Sco. q. 15. quol. Saltẽ accipio istã ꝙ respectu spẽi itelligibilis nullo mõ est actiuꝰ sꝫ tñ receptiuꝰ: ⁊ intell's agẽs ẽ vere actiuus: q: spẽs intelligibilis immediate causaꝛ ab intellectu agẽte ⁊ fantasmate: vt pꝫ a Sco. in ꝑmo. d. 3. q. 6. ⁊. 8. vel saltẽ causaꝛ in nõ hñtẽ fantasmata: sicut in angelis ab intell'u angeli ⁊ ab obiecto: vt pꝫ in scd̃o. d. 3. q. 10. ⁊. 11. ⁋ Silr hr̃ a Doc. in. 2. d. 2. q. 10. vbi q̃rit An angelꝰ possit mouere se: ⁊ silr in. d. 3. q. vlt. ⁊. d. 25. ⁊ i primo. d. 3. q. 7. quõ idẽ sub eadẽ rõne põt agere in seipꝫ: et quõ idẽ põt esse actiuũ ⁊ passiuũ: si ergo actiuum ⁊ passiuum essent alterius rationis. sequereꝛ ꝙ idem esset alterius ratiõis a seipso: ⁊ sic videreꝛ sibi ꝯtradicere. ⁋ Dico ad ꝑmũ: ꝙ ẽt sustinẽdo ꝙ intellectus polis nullo mõ sit actiuꝰ. ⁊ si sit idẽ realr cũ intellectu agẽte: sunt tñ alterius rõnis: ⁊ si nõ realis tñ formalis cũ vnũ nõ sit d formalitate alterius: nec ecõtra: ⁊ lꝫ nõ differant spẽ cũ non sint spẽs: sicut nec anima ⁊ corpus differunt: differũt tñ sicut due ratiões formales ⁊ formaliter disticte. ⁋ Ad secundũ dico: ꝙ Doc. loquiꝛ de actiuo ⁊ passiuo: ita ꝙ illud dicatur actiuum quod ꝫm suam rationeꝫ formalem possit agere: ⁊ passiuum quod ꝫm suam rationem formalem vere possit pati. Modo in ꝓposito accidit intellectui ꝙ agat in seipsum: quia simpliciter eadem entitas que consideratur: vt est in actu virtuali est actiua: ⁊ vt i potẽtia formali est passiua: tamen eadem entitas numero que dicitur actiua ꝫm vnum respectum: dicitur etiaꝫ passiua ꝫm alium. Doc. autem loquitur de illa entitate que ꝫm ꝓpriã rationẽ formalẽ nullo mõ est actiua: ⁊ sic sequitur ꝙ ille potẽtie adinuicẽ disticte: que sic se habẽt ꝙ vna sit oĩno actiua ⁊ alia passiua sint alterius speciei. ⁋ Ibi. p̃. Pater naturalr. Hic arguit doc. a posteriori et per effectũ: ⁊ supponit in ista ratione ꝙ quelibet causa naturalis naturalr diligit effectũ suũ: q: amor naturalis est tñ nãlis inclinatio ad effectũ ⁊ non accipitur hic amor ꝓ actu elicito volũtatis nisi dicatur actus elicitus a voluntate cõformiter naturali inclinationi: et talis ẽt dicitur amor nãlis: vt pꝫ a Doc. in pluribus locis: cum ergo mater plus naturalr diligat filiũ suũ. Sequiꝛ: ꝙ filiꝰ erit effectꝰ suꝰ: q: nõ ẽ ꝟisile ꝙ tñ inclineꝛ ad ipsuꝫ nisi aliqd egisset circa ipm̃: nec valet: ꝙ dicunt aliqui: ꝙ ideo d: nãliter diligere: q: administrat mãm: de qua gñatur filius: q: ꝑ hoc non sequitur inclinatio naturalis ⁋ Tertio ꝑncipalr arguit ab effectu: quia filiꝰ quando q̃ magis assimilaꝛ mr̃i q̃ pr̃i: ergo ipsa erit causa effectiua filij: pꝫ ꝯña: q: causa itẽdit sibi assimilare effectũ: ⁊ hoc vel silitudine vniuoca qualis est in ꝓposito vel equiuoca: q̃ distinctio: pꝫ a Doc. in ꝑmo. d. 3. q. 8. vide que ibi exposui. ⁋ Ibi. Diciꝛ ꝙ semen patris principalr intendit assimilare ꝓlẽ patri sꝫ ꝓpt inobediẽtiã materie deficit ab eo quod intẽdit ⁊ facit qd̃ potest: ⁊ ita cũ trans=

Difficultas valdꝫ singularis.

Itẽ alia diffini.

Responsio ad primum.

Ad scd̃ꝫ.

mutatio nō fiat in quodlibet sed in oppositū: assimilaꝛ opposito: ⁊ ita mri. ¶ Contra. Doc. arguit cōtra hanc responsionē deducēdo ad manifestū incōueniēs: quia tunc calidū impeditū: ⁊ ꝓpter impedimētū nō potens sibi ꝑfecte assimilare effectū assimilabit eū frigido qđ est impossibile: ⁊ si nūꝙ assimilaꝛ frigido hoc erit ab alio agente ꝙ̄ a calido impedito: pꝫ quia calidū non hꝫ in ꝟtute sua posse cāre frigidū. Sic in ꝓposito ex impedimēto resistēte ꝟtuti actiue patris tantū hēreꝛ ista negatio ꝙ ꝓles nō assimilaꝛ patri: tm̄ nō assimilaꝛ alij nisi ex alia causa actiua ⁊ nō videꝛ alia causa actiua nisi virt⁹ vegetatiua matris. ¶ Scđo instat cōtra opi. in se: quia matrē esse tm̄ quasi vas in quo sicut in loco cōueniente gn̄aꝛ ꝓles ⁊ de aliquo ei⁹ vt de materia videꝛ plus dare matri ꝙ̄ terre in gn̄atione minere si de aliquo eius generat minera: qđ est incōueniēs. ¶ Ibi. Si autem teneaꝛ ⁊c. Nota tm̄ quia aliq̄ voluerunt dicere ꝙ si mater cōcurrit actiue ad gn̄ationē ꝓlis: ꝙ tūc ex se sola non ꝯcurrente actiōe patris posset generare filium: quod est falsuꝫ: qꝛ posito ꝙ vegetatiua matris magis ac magis augeaꝛ intm̄ posset augeri ꝙ esset: ita ꝑfecta virtus: sicut illa que est patris: ⁊ sic sine patre generare posset. Sed hoc nihil est: quia ex quo pater est causa partialis ⁊ ṗncipalis: ⁊ mater causa ꝑtialis ⁊ min⁹ ṗncipalis ꝙ̄tūcūꝙ vna augereꝛ: nunꝙ̄ posset supplere vicem alteri⁹: ⁊ hoc expresse hītuꝫ est in ṗmo. d.3.q.8. et d.17. ⁊ in.2.d.3. Sed in illis locis arguit doc. de illis causis partialib⁹: que differūt spē: vt pꝫ.d.3.q.8. ṗmi: vbi loquiꝛ de obiecto ⁊ intellectu: ꝙ ꝙ̄tūcunꝙ intellectus augereꝛ nō ꝓpter hoc suppleret vicē obiecti. Et in decima ṗmi loq̄tur de potētia ⁊ hītu ⁊ siłr in. d.3. scđi.

Difficultas notanda.

¶ Sed difficultas est: ꝙ qn̄ sunt eiusdeꝫ speciei si vna tm̄ posset augeri ꝙ suppleret vicem alterius: ⁊ videꝛ ꝙ sic: ⁊ in ꝓposito vegetatiua patris ⁊ matris sunt eiusdē spēi: vt pꝫ a Doc. in primo argu. contra Tho.

Rn̄sio.

¶ Dico ꝙ non: et patet expresse: nam intellect⁹ Francisci qui est eiusdem spēi specialissime cum intellectu. Joannis ꝙ̄tūcunꝙ augereꝛ nunꝙ̄ posset supplere causalitatē intellectus Jo. respectu intellectionis ipsius: nec econtra: et sic quando sunt aliqua entia que sic se habent ꝙ vnum est tantū natū esse causa partialis principalis vł non ṗncipalis: ⁊ aliud similiter causa partialis nunꝙ̄ vnum pōt supplere vicē alteri⁹: qꝛ effect⁹ ille tm̄ natus est ꝓduci a duabus causis partialibus: excepta semꝑ prima causa: que ꝓpter suam infinitatē virtualiter continet omnia entia ꝺm eorū totā entitatē: que potest ꝓducere oēm effectū immediate.

Obiectō

¶ Sic dicatur. Si ad tractum nauis requiritur virtus vt octo et Fran. tantum habet virtutem vt quattuor: et Jo. vt quattuor: tunc sunt due cause partiales respectu tractus nauis: et tamen si virtus Fran. augeretur vt octo: posset esse cause totalis respectu tractus nauis: et sic causa partialis poterit supplere vicem alterius.

Solutio

¶ Patet responsio in primo. d.3.q.8. ⁊ in.2.d.3. Quia huiusmodi cause non dicuntur cause ordinate essentialiter: ita ꝙ vna illarum tantum nata sit esse causa partialis effectus: immo ille effect⁹ pōt esse ita eque bene ab Antonio habēte virtutē vt octo: sicut a Fran. ⁊ Jo. habētib⁹ virtutem vt octo: mō intellectio aliqua puta lapidis non pōt tota causari nec ab intellectu humano: nec etiā a supremo creato: vt satis exposui in scđo. d.3. ¶ Sequiꝛ. Ibi tm̄ minus principalis. Dicit Doc. ꝙ ipsa mater erit causa saltem minus principalis.

Dubiū ⁊ appens contradictio.

¶ Sed in hoc videtur sibi cōtradicere: quia causa principalis perfectius et intensius agit: ꝙ̄ minus pricipalis: ergo illa causa dicitur ꝑtialis pricipalis que perfectius attingit effectum. Sed doc. arguit supra a posteriori ꝙ mater plus diligit filiū naturaliter ꝙ̄ pater: et hoc est: quia producit illum: ergo si maior amor apparet. sequitur ꝙ mater magis producat illum effectum. Idem dico quando filius est magis similis matri: immo Doc. ī. ibi.

Itē aliđ

Sed hic est vnū dubium: videtur doc. tenere ꝙ vegetatiua matris: immo sola illa producat et attingat immediate ipsum esse filij: etiam me ⁊ uo patre: ergo ex dictis doc. videtur ꝙ sit causa magis principalis.

Responsio ad ṗmum.

¶ Dico primo: ad illud de amore: ꝙ mater naturaliter plus diligit filiū ꝙ̄ pater: qꝛ ipsa est magis certa ꝙ sit filius et effectus eius ꝙ̄ pat: et hec est ratio: que assignaꝛ ab Arist. vbi supra: nā ꝙ̄tum ad rationē efficiendi plus pater diligit: multa vero concurrunt in filio puta alere ipsum in ventre educare et huiusmodi propter que magis mater diligit.

Aliꝗ sponsio.

Dico scđo: ꝙ mater plus diligit: accipiendo plus pro amore sensuali: sed non pro amore forti.

Itē ad

Dico tertio: ꝙ licet vna causa minus cōcurrat ꝙ̄ alia: tamen plus potest diligere: quia causa magis proxima: tum quia magis intendens illum effectū: tum quia magis querit saluare esse suum in tali effectu. Tum: quia ille effectus magis est similis: ⁊ sic licet sol sit causa magis pricipalis ꝙ̄ pater ⁊ remota: non tamen sequitur ꝙ plus diligat filiuꝫ.

Ad aliđ

¶ Ad illud de similitudine: dico ꝙ si filius sit quandoꝙ similis matri ratione alicuius accn̄tis: et hoc magis ꝙ̄ patri: puta qualitatis vel ꝙ̄titatis figure: ⁊ huiusmodi: tamen quo ad sbām in se: est ita similis patri. Et vltra licet arguatur: ꝙ quando effectus est similis alicui attribuitur talis effectus: sit causa illius: non tamen sequitur: ꝙ si est magis similis: ꝙ sit magis causa: quia certum est: ꝙ filius est magis similis patri ꝙ̄ deo: ⁊ tamen deus est magis causa: nisi dicatur ꝙ est magis similis deo virtualiter: quod est verum: vt patet in primo. d.3.q.8. ⁊ in scđo. d.1. Et ad illud quod dicit Doc. infra ꝙ vegetatiua matris ⁊c. Dico ꝙ hoc est magis difficile. Si enim fiat comparatio inter patrem et matrem ꝙ̄tum ad vltimā formam substantialem corporis organici inducendā. Sustinēdo ꝙ ratio seminalis nō est causa actiua illius forme: sed tātum dispositiua ⁊ alteratiua: vt patet in scđo dist. 18. oportet dicere ꝙ sōla vegetatiua matris: presupposita alteratione seminis patris: ⁊ similiter seminis matris: est causa totalis concurrentibus causis superioribus: et quantum ad hoc non esset comparatio inter patrem ⁊ matrem: sicut inter causam principalem ⁊ minus principalem: cum pater nullam actiuitatem dicat. Si vero fiat cōparatio ꝙ̄tū ad alterationē puiā: dico ꝙ pater est causa magis ṗncipalis: qꝛ semē patris est magis alteratiuū ad inductionē forme organice ꝙ̄ semē matris. ¶ Ibi. Sed non ita patet quomō potuit coopari. s. s. ad formationē isti⁹ corpis ¶ Ad hoc đr. hic recitat primo aliquas opi. ṗma est. S. Bo. in 3. d.4.q.3. qui dicit ꝙ ideo dicitur mater quia ministrauit materiam in qua erat vis actiua: sed illa vis non habuit actionem aliꝙ̄ quia actionem eius preuenit. s. s. subito formans corpus illud de materia illa. Exempluꝫ: virge Aaron fuit data fecunditas per quam posset actiue successiue producere flores: sed nō produxit: qꝛ illa fecunditas preuenta fuit a virtute diuina.

S. Bona.

Cōtra opi. s. bona

¶ Contra hanc opinio. instat. Doc. primo posito ꝙ ignis dicatur pater caloris producti in ligno si nō ꝓduceret ipꝫ in ligno nunꝙ̄ diceretur pater illius: quia nec causa actiua: sic in proposito. Et hoc patet in exēplo illoruꝫ: quia virga nisi produceret nō dicitur causa effectiua nec per consequens pater: pater eī dicitur siue mater: quia actiue ꝓducit prolem vt patebit magis ī. d.8. hoc etiā ꝓbatur: quia aliquis hō habuit virtutē actiua ꝓducendi illud corpus successiue: ⁊ tamen ex hoc ꝙ preuentus est. a. s. s. non diciꝛ pater illius filij.

Varro.

¶ Scđa opi. est Var. li.3. q.13. qui dicit ꝙ collata fuit sibi vis supernaturalis ꝺm quam potuit cooperari. s. s. in instanti.

Contra Varro.

¶ Contra hanc opi. instat doc. multipliciter: primo quia ista vis supnaturalis esset accn̄s per accn̄s: patet quia non substātia quia tunc forma substantialis inesset alicui habēti pfectum esse substātiale: quod est impossibile: ergo si maꝛ habuit actionē tm̄ rōne illius accn̄tis ita ꝙ tale accn̄s sit ratio formalis cooperandi. s. s. in instanti: ergo fuit mater tm̄ per accn̄s ⁊ nō habuit ex natura sua vn̄ posset dici mr̄: ⁊ sic nō ita vere esset mr̄ sicut alie mr̄es: qđ ē incōueniens. ¶ Scđo arguit: quia talis vis recipereꝛ immediate in aliquo: non in intellectu vel volūtate: pꝫ qꝛ ille potētie nō ponunꝛ rō formalis gn̄andi: sed talis vis dꝫ poni in illo qđ est rō gn̄andi saltem successiue: non in vegetatiua: quia accn̄s spūale nō immediate recipiꝛ in corporeo sicut est virtus vegetatiuā: patet qꝛ sicut accn̄s corporale nō vr̄ posse informare spirituꝫ: ita nec accn̄s spirituale non vr̄ posse informare corpus.

¶ Tertio: posito q talis vis possit esse immediate in virtute vegetatiua ex quo illa vis est creata quomõ potest cooperari i instanti. s. s. si hoc negat a substãtia mris que est multo pfectior tali virtute. ¶ Quarto istat: qr nullum accidẽs est ratio formalis gñandi substãtiã: vt magis patebit i. 4. di. 12. Si dicat virtutẽ istã supnaturalem esse tanq̃ pfectionẽ intrinsecã collatã ṽtuti vegetatiue matris. i. q nõ sit ei accidẽs per accidẽs. Sed hoc videt mirabile quomõ ista vis facta fuerit itensior q̃ si naturaliter genuisset: qr tunc esset plus q̃ mr: ptz qr alie mr̃es sola ṽtute vegetatiua naturalr generant: ergo si virtus vegetatiua Marie intrīsece facta fuisset intẽsior fuisset tũc plusq̃ mater. Et nota q illa itensio intrīseca addita nõ esset eiusdem rationis cum gradib⁹ intẽsionis vegetatiue mris: ꝛ sic esset plusq̃ mater: secus si eẽt eiusdẽ ratiõis. ¶ Ibi. Similr quomõ illa intẽsa. Dicit Doc. q forme eiusdẽ ratiõis videtur sic se hr̃e: q si vna potest agere i instãti q etiã ꝛ reliqua: ꝛ exẽplificat de luce pfectiore ꝛ imperfectiore. ¶ Sed i hoc videt sibi cõtradicere: quia i pmõ. d. 2. exponẽdo dictũ Aristo. 8. phy. q si primũ essz potẽtie ifinite: posset mouere i nõ tpe. Dicit ibi docto. q si aliqua ṽtus posset mouere in aliquo tẽpore: maior virtus itẽsiue posset mouere i minori tpe: ꝛ sic virtus infinita i nõ tempore. Si ergo calor vt. 8. in tãto tẽpore põt calefacere lignũ: calor vt. 10. poterit calefacere i minori tẽpore: ꝛ sic nõ sequit qd dicit Doc. q forme eiusdẽ rõnis ꝛc. ¶ Dico pmo q doc. nõ dicit hoc assertiue de formis eiusdẽ ratiõis: scdo dico q posito q hoc dicat assertiue: adhuc stat intẽtum doc. qr loquẽdo de effectu absoluto: si virt⁹ vt. 8. q̃ sit extẽsa vt quatuor calefaciet lignũ i medietate hore: ita etiã ṽtus vt q̃tuor: ꝛ silr extẽsa sicut pria ꝛ habẽs lignũ eque dispositũ in tãto tẽpore poterit calefacere: lz iperfectior calorẽ inducat.

Difficultas valde singularis

Rñsio bimẽbris.

¶ Ibi. Põt dici: q si ad mrẽz ptinet agere sicut ad causã min⁹ pncipalẽ. Maria vere fuit mr: qr tota illa actio sibi ǫpetebat q̃ matri debet. Ad qd itelligẽdũ sciẽdũ est q in formatiõe corporis nostri p̃cedit motus localis de loco ipsius corporis corrũpẽdi ad locũ ǫuenientem generationi ipsi⁹ corporis organici ex eo: hũc motũ localem sequitur figuratio ipsi⁹ corporis: q figuratio nõ est sine motu locali. Tertio sequit condensatio ipsius corporis corrũpendi: que ẽ quedã alteratio precedẽs gñationem corpis deñsioris ex isto corpe rariore ꝛ ista alteratio nõ ẽ sine loci mutatiõe nõ quidẽ qua acquirit nou⁹ locus: sz qua occupat minor: ꝛ i vltio instãti illius alterationis iducit forma qua corpus est ǫplete organicũ. Siue illa ṽm aliquos sit forma itellectiua: ꝛ hec ẽ opi. Tho. in. 4. di. 11. q. j. art. pri. Siue ṽm alios sit forma alia precedẽs illã ꝛ hec est opinio Doc. vt ptz i. 4. i materia de eucharistia est etiã opi. alioꝝ: sed postea differũt qr Doc. nõ tm̃ põit formã corpis organici aliã ab itellectiua: sed etiã ponit plures formas ṽm pluralitatẽ partiũ organicaꝝ etherogeneaꝝ: puta q man⁹ habet aliã formã a forma pedis: vt ptz i. 4. ꝛ in methaphysica sua. Alij ṽo ponũt esse eãdem formã totius organici ꝛ oĩm ptiũ organicarũ etherogeniaꝝ. Siue põatur tertio mõ: q nõ sit alia forma totius organici a formis pticularib⁹ partiũ organicaruz etherogeniaꝝ: sed forma toti⁹ organici sit pcise itegratio illaꝝ formarũ pticulariũ: ꝛ nõ sit alia forma substãtialis ab istis. Et ṽm istũ tertiũ modũ corpus esse cõplete organicũ eẽt oẽs formas partiales eẽ ǫplete iductas et lz ṽm secũdũ mẽbrũ ꝛ tertiũ istoꝝ posset poni nõ omnes ptiales simul iduci sed vnã pri⁹ ad quã sufficeret alteratio breuior: ꝛ aliam posterius ad quam requiritur alteratio plixior: tñ ṽm oĩa tria mẽbra aliqd est i vltimo instãti qd nõ p̃fuit ꝛ sine quo nõ est corpus ǫplete organicuz qr ṽm primũ mẽbrũ est aĩa itellectiua: ṽm secundũ ẽ forma organica totius alia a formis partialib⁹: ṽm tertiuz ẽ iductio illaꝝ formaꝝ particulariũ. ¶ Ad ppositũ applicãdo dubiũ videt vtrũ trib⁹ motib⁹ p̃dictis corrñdebãt i pposito i Maria tres motus breuiores q̃ i tribus et si i illis tribus motibus egerit btã Maria sicut causa scdã: ꝛ. s. s. vt principalis. ¶ Ibi. Si eni hoc põatur. Dicit Doc. q si põimus mariã ǫcurrere ad p̃ductionẽ filij ita q talẽ p̃ductionẽ: precedãt tres mot⁹: licz forte breuiores q̃ i alijs matribus. s. deportatio sanguis ad debitũ locum: figuratio illi⁹ materie i debito loco: ꝛ ǫdẽsatio eiusdẽ: ita q isti tres mot⁹ fiãt i tempore: lz tñ breuiori. Hoc posito dicit doc. duo: prim q nõ ponit aliqd postea assumptũ a ṽbo aliqñ p̃fuisse i supposito creato: sed tantum q illud corrũperetur in aliquid assumendũ a verbo: quia illi sanguines corrupti fuissent ꝛ in mã illorũ introducta fuisset alia forma: ꝛ i vltimo istanti itroductiõis forme organice assumptũ fuisset corp⁹ organicũ: ita q illud nõ p̃cessisset tpe ipsam assumptionẽ: vt patuit supra di. 2. Secũdũ est: qd ꝛ si ipsa coopata fuisset spũi scõ in instãti quo ad vltie forme organice iductionẽ: cũ iducat i istanti: nõ tñ fuisset coopa spũi sancto in istanti quo ad illos tres motus p̃cedẽtes: cũ illi facti fuissent i tẽpore. ¶ Ibi. Si aũt negent. Hic doc. dicit qd ṽgo Maria potuit coopari spũi sancto ꝛ i. instanti ꝛ q̃tu ad formã substantialẽ ꝛ q̃tum ad vbi: ꝛ figurã ꝛ densitatẽ. Nã si non potuit coopari: hoc fuisset ex vna triũ causaꝝ: aut quia nõ habuit causam actiuam minus principalem respectu termini inducti vel terminoꝝ inductoꝝ: aut qr nõ potuit ṽm illã vim actiuaz agere ad terminos hoc modo inductos: aut tertio qr si potuit: tamẽ preuenta fuit a virtute maiore totũ operãte: primũ improbatur: qr ipsa habuit vim actiuã sicut alie matres: ꝛ sic potuit cooperari ipsi spũi sancto qd sic dz intelligi: q sicut. s. s. vt causa ptialis principalis in istanti põt p̃ducere formã substãtialem corporis organici ita in eodẽ instãti btã ṽgo maria potuit ptialr ꝛ minus pricipalr vere effectiue p̃ducere illã formã. Silr q̃uis virgo maria ṽtute sua nõ posset mutare sanguines de loco ad locuz ꝛ facere illos esse in nouo vbi: nec illos figurare: nec similr ǫdensare in istanti: tñ si ṽtute spũs sancti oĩa ipedimẽta q̃ sunt ṽtuti naturali auferant: tunc in eodem instanti poterit coopari spũi scõ. Ita q i instãti: sanguis sic in matrice tãq̃ i loco: ꝛ illa figuratio absoluta: ꝛ silr illa cõdensatio poterit fieri a virgine Maria vt a causa partiali minus principali: sed ipedimẽta ṽm que fit successio tam i vbi q̃ in figuratiõe ꝛ ǫdensatiõe a sola ṽtute. s. s. auferuntur. ¶ Ibi. Et si dicas. Sustinẽdo q mr̃ dei ǫcurrat actiue ad p̃ductionẽ corporis organici: sicut ꝛ alie mr̃es: sic q in corpore organico sit tm̃ vna forma substãtialis organica nulla est difficultas: quin possit coopari spũi scõ in instãti ad inductionẽ illius forme: qr ꝛ alie matres in vltimo instãti dispositiõis materie inducũt ptialiter formã organicã: sed difficultas est ponendo q i ptibus etherogeneis spẽ distictis sit alia ꝛ alia forma substãtialis. Videt eni dubiũ quõ possit coopari spũi scõ in istanti ad inductionẽ oĩm illarũ formarũ cũ alie matres nõ habeant talẽ virtutẽ: qr vna prius tpe inducitur q̃ alia: vt satis patz. ¶ Ibi. Cõtra: actiuũ non hñs ꝛc. Nota hoc argumentũ: qr nõ pbat de facto q iducẽs formã principalẽ ad quã ordinant: vel includunt alie forme q in eodẽ instãti inducant: bñ verũ est: q si virt⁹ actiua mr̃is herẽt materiã dispositã respectu formaruz partialiũ p aliquo instãti q in codem posset p̃ducere totalẽ formã ꝛ partialẽ simul: ꝛ hoc non est incõueniens: qr hñs in ṽtute sua terminũ principalẽ in quo includũtur multi partiales q in eodẽ instãti p̃ducat oẽs: ꝛ si n̄ potest p̃ducere oẽs: hoc est. qr vna dispositio ad vnam formã partialẽ erit prior alia dispositiõe ad aliã formã totalẽ: sed quia ṽtute. s. s. oĩa ista ipedimenta q̃ nata sũt fieri in tpe alio ꝛ alio pñt auferri: ita q in instãti. a. ipsa beata ṽgo Maria põt coopari. s. s. nõ tantũ ad iductionem forme totalis ꝛ ptialiũ. Sed etiã ad dispositionez tam ad formã q̃ ad formas ptiales ptiũ etherogenearum. ¶ Dicit ꝫ Doc. sic actiuũ nõ habens terminum adequatũ põt simul agere respectu alteri⁹: id eni tantũ põt vnũ simul: qr illud est terminus adequatus virtuti eius ꝛ maxime põt simul i plura inadeq̃ta si illa includantur i prio adeq̃to sibi: sed nulla forma ptialis est terminus adequatus huic potẽtie actiue: sz forma totius corporis organici alias nõ posset in formã totius: igit cum oẽs ille forme ptiales includant in toto qd est termin⁹ adeq̃tus in oẽs illas simul põt: amoto. s. oĩ impedimento vt p̃dixi. ¶ Scõa causa tollit: qr aliqua media sunt necessario media ṽtuti iperfectiori q̃ nõ sunt necessario media ṽtuti pfectiori: agens. n. naturale necesse ẽ

ꝓcedere ꝑ media determinata quia subest illi ordini: nã ille prefixus est ab agente supiore: sed agens supmum quia nõ subest illi ordini in agẽdo: qꝛ istũ ꝓfixit volũtarie nõ est necesse ꝓcedere in agendo per ista media q̃. s. requirunt tpš: sed sine oĩb⁹ illis põt imediate agere ad inductionẽ tã forme principalis ꝙ̃ oĩm formaꝝ ꝑtialiuȝ inclusaꝝ: in illa ꝑncipali: ⁊ sic põt etiã facere ꝙ talia media q ue requirũt tps nõ sint media agenti iferiori ⁊ facere ipm agens iferius esse ꝑfecte pñs in aliquo instãti materie ꝑfecte disposite: ⁊ sic in eodẽ instãti coagere virtuti supiori ad oẽs formas in tali materia inducendas sicut si ignis esset ꝑfecte pñs ligno optime disposito in eodẽ instanti quo fuisset ꝑ̃sens corrũperet lignum ⁊ formã ignis induceret in materia illius ligni: ⁊ si in illo instanti nõ posset: nec etiã in tẽpore sequẽti: qꝛ ꝑ̃supponit̃ ꝙ sit ita ꝑfecte deposit⁹ in illo instanti ad agendũ sicut in toto tpe sequente cũ per illud tps sequens nulla fiat additio nec igni nec ligno. Hoc idem dico de virtute actiua marie: q̃ si ꝟtute. s. s. fuisset ꝑfecte pñs passo ⁊ passum fuisset totaliter dispositũ: ꝙ tunc in eodẽ instãti potuisset cooꝑari. s. s. lȝ minus ꝑncipalr̃ ad oẽs formas inducendas in tali passo: ⁊ sic patet secũda causa. ¶ Ibi. Q; si dicas ꝙ ista nõ necessitas medioꝝ est tm̃ ꝓpter infinitatẽ. s. s. ⁊ sic talis necessitas nõ est ipsi. s. s. sed respectu ꝟtutis create semꝑ remanet equalis necessitas medioꝝ: ⁊ hoc pȝ qꝛ lȝ. s. s. possit in instanti mutare corpus de loco maxime distãti ad locũ maxie distantẽ nõ transeundo ꝑ media interposita: tñ virtus creata hoc nõ posset in instãti: sic in ꝓposito. ¶ Cõtra hoc si per media ista deuentũ fuisset ad terminũ: agens nõ ꝓduceret terminũ rõne medioꝝ: qꝛ media tũc non sunt: igit̃ precise tunc ꝓduceret: qꝛ tũc habet ꝟtutẽ actiuã respectu istius termini: cũ ergo. s. s. possit facere vt nõ ꝓcedat̃ ꝑ media: sed ꝙ subito agens se habeat in termino: lȝ eñ ignis nõ possit in instanti inducere formã ignis in materia ligni prius humidi ⁊ frigidi: quia iste qualitates remittunt̃ in tpe ab agente naturali: tñ virt⁹ diuina sic posset facere ignẽ imediate pñtem materie ligni vt in instãti possit corrũpere formã ligni ⁊ inducere formã ignis: ⁊ nullum esset mediũ: sic est in proposito. ¶ Tertia causa tollitur: qꝛ. s. s. libere agit: ergo nõ agit ꝺm vltimũ sue potẽtie: igit̃ ad aliq̃d põt se extẽdere causalitate cause scd̃e cooꝑante secũ: ⁊ ita põt supplere vicẽ patris naturalis: vel etiã efficaci⁹ oꝑari ꝙ̃ pr̃ si eẽt: ⁊ poterit maria cooꝑari ꝺȝ causalitatẽ suam: qꝛ nihil ab ea aufert̃ ꝑ hoc ꝙ. s. s. ꝑ̃ueniendo causalitatẽ alteri⁹ cause cum qua maria posset agere supplet vicem eius. s. patris.

¶ Ibi. Sed hic est vnum dubiũ. Doc. hic

mouet diffi. qꝛ dixit supra: ꝙ mater ꝯcurrit actiue ad generationẽ ꝓlis: qꝛ administrat semen in quo est ratio formalis agendi siue ꝓducendi ꝓlem partialr̃. Hoc enim videt̃ ꝯtra dicta ipsius in. 2. di. 18. vbi ꝓbauit subtiliter ꝙ nec semẽ: nec rõ seminalis ꝯcurrit actiue ad formam corporis organici: pȝ ibi: qꝛ in illo istanti quo iducitur forma organica ⁊ rõ seminalis: ⁊ semẽ desinũt esse. Si ḡ in illo vltimo istanti desinũt eẽ: ergo non attingũt illam formã: qꝛ ꝓducẽs aliquid vt ꝓducẽs est prius producto et habet esse: ⁊ tunc seq̃ret̃ ꝙ forma substãtialis seminis: et forma substãtie organice essent simul in eodẽ instãti: qd̃ est ipossibile: rõ ergo seminalis tm̃ est causa effectiua alicuius dispositiõis ad formã organicã: ⁊ si sic mr̃ non est causa actiua forme corporis organici per aliquam rõnem seminalẽ. ¶ Ibi. Hoc ꝯcedendũ esset. s. ꝙ nõ hȝ actiuitatẽ per aliquã rõneȝ seminalẽ. i. q̃ ratio seminalis vel semen ꝓductũ a mr̃e nihil ꝓducit de forma corporis organici: sed tm̃ dispõit: ⁊ hoc idẽ dicẽdum ẽst de semine pr̃is: ⁊ hoc pȝ. di. 18. 2. doc. In ista lr̃a dicit duo. Primũ ꝙ vegetatiua mr̃is põt esse cã actiua forme corporis organici: ⁊ ꝓbat qꝛ pr̃e mortuo nihil attingit de forma corporis organici: qꝛ vegetatiua pr̃is vt absens

Nunc soluenda sunt argumẽta principalia. Primo arguit doc. ꝓbãdo ꝙ charitas euacuet̃ in patria: q² p dictuꝫ ap̃li. illud qđ est ex parte siue impfectũ euacuat̃ ĩ patria ſꝫ charitas in via est impfecta. Si dicat̃ ꝙ est eadẽ charitas in via q̃ erit in patria. Cõtra q² tũc habẽs charitatẽ eãdeꝫ in via ⁊ in patria esset eque beatꝰ in via sicut ⁊ ĩ patria qđ est falsum: ⁊ hoc tenẽdo ꝙ beatitudo formal̃r ꝯsistat in charitate. Si vero dicat̃ ꝙ beatitudo formal̃r ꝯsistit in actu ⁊ nõ in habitu. vt pꝫ a doc. in. 4. d. 49. adhuc stat ratio. s. ꝙ sit eque beatꝰ ĩ via sicut ⁊ in patria. pꝫ q² h̃ñs principiũ actꝰ eque pfectũ in via sicut ⁊ ĩ patria: põt habere actũ eque pfectũ in via sicut ⁊ in patria: pꝫ q² actꝰ ꝓportionat̃ p̃icipio elicitiuo. si eñ p̃icipiũ elicitiuuꝫ est pfectiꝰ actꝰ erit pfectior. Cũ g̃ charitas sit principiũ elicitiuũ actus fruitiõis ⁊ sit penitus eadẽ charitas in via ⁊ in patria: sequit̃ ꝙ in via erit fruitio eque pfecta sicut fruitio in patria. ¶ R̃ñdet Doc. Primo ad dictũ Pauli: ꝙ illi habitꝰ euacuant̃ in patria: quoꝝ actꝰ ad quos inclinant non possunt ibi haberi: q² al̃r essent ibi frustra: ⁊ actꝰ q̃ nõ possunt haberi in patria includũt in sua rõne formali ipfectionẽ vt sunt actꝰ taliũ habituuꝫ: pꝫ q² actus spei vt est actus talis habitꝰ in sua rõne formali includit absentiã obiecti: qđ est ipfectiõis ĩ actu: ⁊ actꝰ fidei vt est actus talis habitus includit in sua rõne formali latẽtiã obiecti: qđ est impfectionis: ⁊ p ꝯñs tales actꝰ sic impfecti nõ possunt esse in p̃ria: nec p ꝯñs habitꝰ eoꝝ: dicunt̃ g̃ illi habitꝰ ex parte siue ipfecti non in se formal̃r: ſꝫ ex hoc ꝙ tm̃ inclinãt ad actꝰ impfectos modo p̃expositio: ⁊ ideo euacuant̃: ſꝫ charitas vt supra patuit indistincte inclinat ad dilectionem dei in se: ita ꝙ nec distincte inclinat ad actum dilectionis imperfectũ: sic ꝙ talis actꝰ in sua rõne formali includat illã imperfectionẽ q̃ est latẽtia obiecti: nec precise inclinat ad actũ dilectiõis pfectũ: ita ꝙ in actu illo formal̃r includat̃ pfectio q̃ est ex p̃ñtia obiecti: ſꝫ precise inclinat ad actũ dilectiõis dei in se cui accidit talis pfectio vel ipfectio: q² g̃ actꝰ charitatis q̃ est dilectio dei in se absolute: manet in p̃ria cui accidit ista pfectio q̃ est ex p̃ñtia obiecti: ideo charitas manet in p̃ria: nec põt dici charitas ex parte vel ipfecta: q² nõ inclinat p̃cise ad actũ ipfectũ: vt. s̃. dixi. ¶ Ad aliã instãtiã q̃ bona est. s. ꝙ si est eq̃lis charitas hic ⁊ ĩ p̃ria ꝙ poterit esse eq̃lis fruitio: ⁊ sic eq̃lis btĩtudo. Dico p̃mo ꝙ btĩtudo nõ ꝯsistit formal̃r ĩ charitate: ſꝫ ꝯsistit ĩ opatiõe ⁊ special̃r ĩ fruitiõe deitatis: vt ꝓbat Doc. in. 4. d. 49. Dico scđo ꝙ btĩtudo formal̃r nõ corr̃ñdet p̃cise charitati: ita ꝙ h̃ñs tãtã charitatẽ habeat p̃cise tãtã fruitionẽ q² stat aliquẽ habere minorẽ charitatẽ ⁊ maiorẽ btĩtudinẽ alio habẽte maiorẽ charitatẽ: tenẽdo tñ ꝙ btĩtudo corr̃ñdeat actibus meritoriis: vt doc. videt̃ tenere in. 4. d. 22. de quo ibi. Cõcesso g̃ ꝙ btĩtudo ꝯsistat formal̃r ĩ fruitiõe cum arguit̃ ꝙ esset eq̃lis fruitio hic ⁊ ĩ p̃ria. Dicit Doc. ꝙ si charitas esset totale p̃ncipiũ elicitiuũ fruitiõis: ꝙ tunc posset esse eq̃lis fruitio hic ⁊ ĩ p̃ria: vel si etiã voluntas h̃ñs charitatẽ esset p̃ncipiũ partiale fruitõis: adhuc volũtas h̃ñs eãdẽ charitatẽ hic ⁊ ĩ p̃ria posset h̃re equalẽ fruitionẽ hic ⁊ ĩ p̃ria: ſꝫ ĩ ꝓposito ꝯcurrit essentia diuia actu visa vt aliđ p̃ncipiũ partiale fruitiõis: ⁊ p ꝯñs fruitio ĩ p̃ria erit pfectior fruitiõe ĩ via. Obiectio ¶ Si dicat̃ ꝙ etiã in via ꝯcurrit obiectũ cognitũ: siue cognitio obiecti (tenẽdo ꝙ actꝰ volũtatis sit saltẽ p̃tial̃r ab obiecto vl̃ a cognitiõe obiecti) g̃ si idẽ obiectũ ꝯcurrit ĩ via sicut et in p̃ria erit eq̃lis fruitio ĩ via ⁊ ĩ p̃ria. Solutio. ¶ Dico ꝙ si teneat̃ obiectũ ꝯcurrere. ꝙ q̃uis sit idẽ ⁊ sub eadẽ rõne formali respectu fruitiõis. nõ tñ est eodẽ mõ approximatꝰ volũtati: q² vt ĩ p̃ria ẽ ĩ se p̃ñs volũtati p clarã visionẽ: ⁊ vt in via est tm̃ p̃ñs nõ ĩ se ſꝫ p actũ credẽdi: mõ obiectum ſm aliã ⁊ aliã approximationẽ alterꝰ ⁊ alteriꝰ ratiõis causat actum ĩ põ alteriꝰ rõnis: vt. s̃. exposui. Quō obiectũ causat actꝰ spei diuersos. Si ṽo teneat̃ ꝙ ad actũ fruitõis ꝯcurrat cognitio obiecti vt p̃tialis causa: tũc dico ꝙ sicut cognitio intuitiua obiecti est pfectior cognitiõe abstractiua eiusdẽ ⁊ alteriꝰ rõnis vt. s̃. dixi. ita fruitio partial̃r cãta a notitia intuitiua deitatis erit pfectior ⁊ specie distincta a fruitiõe cãta partial̃r a cognitõe enigmatica eiusdẽ deitatis. Et qđ dicit ꝙ obiectũ btĩficũ ſm ꝙ magis vel minꝰ videt̃: pfectiorẽ vel impfectiorẽ causat fruitionẽ. hoc põt dupl̃r exponi. Prio tenẽdo ꝙ obiectũ sit partialis cã fruitionis: ⁊ nõ sit in se p̃sens volũtati nisi p cognitionẽ intuitiuã: q̃to cognitio intuitiua est pfectior tãto magis in se p̃sens: ⁊ q̃to magis sit p̃sens tãto pfectiorẽ fruitionẽ causat nõ tñ alteriꝰ rõnis: q² vt. s̃. dixi obiectũ vt ĩ se p̃sens: ſꝫ magis vel minꝰ p̃sens: nõ causat actũ fruitiõis alteriꝰ ⁊ alteriꝰ rõnis: ſꝫ bene pfectiorẽ vel impfectiorẽ eiusdẽ speciei. Si ṽo teneat̃ ꝙ visio obiecti sit partialis causa fruitiõis q̃to illa visio erit pfectior: tãto fruitio erit pfectior: ⁊ quanto imperfectior tanto fruitio impfectior: ⁊ fruitio pfectior vel imperfectior causata partial̃r a visione obiecti tm̃ numero differũt. ¶ Et qđ dicit: ĩ via de cõmuni lege nõ põt esse obiectũ p̃ñs sicut in p̃ria etiã p̃ñtia spẽi eiusdẽ. Uult dicere ꝙ loquendo de cõi lege deꝰ sub ratione deitatis nõ est alicui viatori in se p̃ñs. posset tñ esse ex speciali p̃uilegio: sicut fuit in se p̃ñs Paulo ĩ raptu: nec etiã de cõi lege est p̃ñs alicui viatori p speciẽ intelligibilẽ rep̃ñtantẽ deũ sub rõne deitatis: sicut fuit p̃sens angelis p specieꝫ intelligibilem creatã a deo per quã potuerũt cognoscere distincte deũ sub ratione deitatis loquẽdo de cognitione abstractiua: vt patꝫ a doc. in. 2. d. 3. q. 9. sed est p̃ñs viatori de cõmuni lege tm̃ enigmatice et per actũ credendi. Alia solu. Posset etiaꝫ forte dici ad rationẽ illam: ꝙ etiã posito ꝙ sit equalis fruitio hic ⁊ in p̃ria: tamen fruitio in patria est formaliter actus beatificus: in via aũt non: q² de ratione actus beatifici est ꝙ terminetur ad obiectũ beatificum vt in se p̃ñs: in via autẽ talis fruitio nõ terminatur nisi ad obiectum vt enigmatice p̃ñs: ſꝫ de hoc erit forte sermo in materia de beatitudine. Scđm. ¶ Secundo p̃ncipaliter arguit doc. sic fides ideo euacuatur in p̃ria: q² est circa obiectũ latens: sed charitas in via est circa idẽ obiectũ latẽs: pꝫ q² tm̃ est p̃ñs enigmatice: ergo similiter euacuabitur in p̃ria. Solu. ¶ R̃ñdet ꝙ si absentia nõ sit formalis ratio in obiecto fidei vel spei tamen actus fidei ⁊ spei est talis per se ꝙ necessario cõcomitatur ip̃m imperfectio: vult dicere ꝙ q̃uis absentia obiecti nõ sit ratio formalis nec pertinens ad rationẽ formalẽ obiecti fidei vel spei: q² deus sub ratione deitatis

ponit̄ obiectū tā fidei ꝙ ſpei vt.ſ̃.patuit.d.23.24.⁊.26. tñ actus fidei vel ſpei icludit talē ipfectionē in ſua rōne formali:vt.ſ̃.patuit a doc.in pñti.q.vel ſi nō includit in ſua rōne formali:tñ talis ipfectio ꝑ ſe neccīo cōcomitat̄ ipm actū:⁊ iō fides determinate iclinat ad actū talis ſpēi ad quē non pōt eſſe determinatio in pr̄ia:charitas autē ⁊ ſi nunc ſit determinate ad actū circa obm latens et ꝑ ꝯñs circa actū imperfectū: nō tñ inclinat ad actum ſic imperfectū ſed ad actū cui accidit imperfectio:vt ſatis.ſ̃. patuit:

Tertium. ¶ Tertio arguit ꝑ Aug.83.q.q.48.qui dicit ꝙ q̄dam ſunt credibilia: q̄ nunꝙ̄ ſciunt̄:ſed tñ credūtur ſicut hyſtorie:ſed taliū quoꝝ nunc habet̄ fides in via aliq̄ cognitio pōt haberi in pr̄ia ⁊ nō niſi fides:q₂ tm̄ pñt credi cū non ſint preſentia:vt pꝫ de hyſtorijs ꝑdicatis: et de multis alijs:igitur fides ſaltem q̄tū ad illa nō euacuat̄.

Rñſio. ¶ Dicit Doc.ꝙ credibilia ſunt in triplici dr̄ia quedam ſunt credibilia:quoꝝ viſio per ſe ꝑtinet ad beatitudineꝫ

Credibiliū triplex differētia ſicut eſt viſio trinitatis:nō ꝙ trinitas vt hmōi:ſit rō formalis obiecti btīfici:q₂ ſola deitas eſt ſic ratio formalis vt patuit in p₂io.d.1.q.2.ſed q₂ deitas eſt formalr̄ i tribus ꝑſonis:iō tres ꝑſone ſunt per ſe obiecta fruibilia:q₂ q̄libet ꝑ ſe includit deitatē:et de hoc ſatis dictū eſt i p₂imo vbi.ſ̃.⁊ talia credibilia ſunt ſcibilia:extendēdo hoc nomen ſcire forte tenet̄ ꝙ intellectus btī poſſit cognoſcere trinitatē demonſtratiue ⁊ per diſcurſum ſilogiſticum:de quo patuit in ꝓlo.q.pe.talia etiā credibilia ſunt viſibilia extendendo hoc nomen videre:q₂ viſio p₂op₂ie ſumpta accipit̄ p₂o actu potētie viſiue ſed imp₂op₂ie accipit̄ ꝓ noticia intuitiua rei:⁊ de iſtis ꝑ ſe intelligendū eſt ꝙ fidei ſucceditviſio. Alia ſunt credibilia quorū viſio aliquō ꝑtinet ad btītudinē:non tñ eſſentialr̄:ſed cōcomitanter:q̄ etiam nō ſunt ſcibilia:q₂ ſunt quedā facta tp̄alia:ſicut ſunt credibilia de incarnatione:talia eni nō ſunt p₂op₂ie ſcibilia cū ſint cōtingentia:⁊ ſciētia ꝓp₂ie ſūpta ē certa cognitio et euidēs de obo neceſſario:vt.ſ̃. patuit.d.24.⁊ in ꝓlo.q.pe.⁊ de talibus credibilibꝰ cōcomitanter ſuccedet fidei viſio:non tamen rei i ſe: quia non videbit̄ in pr̄ia chriſtꝰ in cruce nec in vtero virginis ſed tantū videbit̄ in ꝟbo:et dicunt̄ pertinere ad btītudinē ꝯcomitanter:q₂ ad ꝑfectaꝫ viſionē deitatis concomitāter ſequit̄ ꝙ ēt videant̄ oīa relucentia in ꝟbo ſicut patuit in p₂io.d.35.de ideis. Alia ſunt credibilia nec vnꝙ̄ viſibilia nec ſcibilia:q₂ fctā tp̄alia nec ꝑtinēt ad btītudinem principalē:nec cōcomitātur cuiuſmodi ſunt aliqua vera pertinentia ad actus humanos de talibus autem ſi q̄s viator haberet fidē:puta ꝙ Leo papa ſit rite aſſumptꝰ ad officiū pōtificatꝰ poteſt cōcedi ꝙ in illo poteſt manere fides:q₂ nō eſt neceſſe in pr̄ia ipm pōtificē videri: nec in ſe nec i ꝟbo:⁊ multa ſunt cōtigētia q̄ i pr̄ia nec i ſe nec i ꝟbo vident̄:⁊ talia nullomō ꝑtinēt ad btītudinē vt ēt pꝫ a doc.i.4.d.10.⁊.45.q.vl. ¶ Ultīm arg.cū ſua rñſio.pꝫ ex his q̄ dixi ſoluēdo dubiū d̄ ſpe qđ erat ā ſpes poſſit eſſe inclinās ad deſiderādū abſens ⁊ amādū pñs.

Diſtin.32. Queſtio vnica.

Circa trigeſimā.ij. diſt. q̄rit doc. An deꝰ diligat oīa equaliter ex charitate. Hic ſunt tria videnda p₂imo. ꝙ deus diligat omīa ſcđo:ꝙ diligere oīa nō eſt ꝓp₂iū alicui ꝑſone ťtio ꝙ dilectio dei q̄ diligit oīa eſt tm̄ vnꝰ actꝰ. Primū ꝓbat̄:q₂ oñſū eſt.d.7.q.1.p̄mi ꝑ q̄ttuo₂ rōnes ꝙ deꝰ eſt formalr̄ itelligens ⁊ volens ⁊ ꝑ cōſequēs:btī ficabilis:q₂ ſola nā itelligibilis eſt btīficabilis:ita ꝙ nulla nā inferio₂ eſt btīficabilis vt ꝓbat doc.in.4.d.49.q.8.nō aūt in deo p̄cedit pōa actū:q₂ quicq̄d ibi pōt eſſe neccīo actu eſt ⁊ i vltīa actualitate:vt pꝫ a doc.in pluribꝰ locis. Si ergo deꝰ eſt vere btīficabilis de neceſſitate actu eſt btūs ⁊ non eſt btūs niſi intelligēdo ⁊ volēdo ſe:q₂ btītudo formalr̄ cōſiſtit in viſiōe deitatis vel fruitiōe vt pꝫ in.4.d.49. et tm̄ deꝰ ſub rōne deitatis eſt obm btīficatiuū vt pꝫ i.1.d.1.q.1.⁊.2.⁊ i.4.d.49.⁊ ꝑ ꝯñs actu itelligit ⁊ diligit ſe. Sꝫ ex iſta rōne nō hr̄ ꝙ deꝰ itelligat alia a ſe:⁊ ſic dico ꝙ ſi deꝰ itelligit ſe:⁊ talis itellectio eſt formalr̄ ifinita ꝯcomitant̄ ſeq̄tur ꝙ ſit oīm oboꝝ intelligibiliū vt pꝫ a doc.i p₂io.d.2.q.1.⁊ vide q̄ ibi expoſui. Silr̄:ſeq̄t̄ ꝙ ex quo dilectio diuina qua ſe diligit eſt formalr̄ infinita vt pꝫ in p₂io.d.2.q.1.ꝙ pōt eſſe reſpectu omnium diligibilium. ¶ Ibi. Obijcit̄ h.Dic doc.inſtat cōtra hoc.ſ.ꝙ voluntas poſſit ſimul diligere oīa diligibilia:q₂ tunc ſimul diligeret contraria cuꝫ vtrunqꝫ ſit diligibile. Dicit doc. ꝙ aliud eſt diligere contraria in ſe: puta ſimul diligere album et nigrum vt ſunt due nature:et aliud eſt duo cōtraria diligere ſiľ ineſſe eideꝫ ſuſceptiuo:p₂imomodo diligit contraria:ſed non ſcđomodo:q₂ eſt impoſſiľe duo contraria ſiľ ineſſe eidem:⁊ ſic h totum non eſt diligibile. Et addit ꝙ quedam diligit dilectiōe efficaci .ſ.illa que aliquando p₂oducit in eſſe: q₂ quicquid vult voluntate efficaci ſēper p₂oducit ineſſe:vt pꝫ in p₂imo d.46. Quedam autem vult volitione complacentie et non efficaci:que tñ nunꝙ̄ p₂oducit in eſſe:oñduntur tñ ab intellectu ſuo vt poſſi habere tantam bonitatem ſicut illa que diligit dilectione efficaci. ¶ Ibi. Ad hanc aūt cōcluſioneꝫ.ſ.ꝙ deꝰ ſit formaliter volens:ponitur vna ratio:q₂ eſſe volentem eſt perfectio ſimpliciter:patet q₂ in omnibus diuidentibus ens nobilius diuidens eſt ꝑfectio ſimpľr:hoc patuit ſ̃.i p̄mo.d.2.p̃te.2.q.3.⁊ vide q̄ ibi expoſui:mō ſi ēs diuidat̄ ꝑ voluntariū:et non volūtarium perfectius diuidens eſt voluntarium: ꝰ eſt ꝑfectio ſimpľr:ſed oīs perfectio ſimpľr formalr̄ ē in deo:vt ſatis patuit in p̄mo. ¶ Si dicatur:ꝙ tunc ſeq̄tur ꝙ intelľs diuinꝰ nō ſit ꝑfectio ſimpľr:q₂ non eſt pōa volūtaria. Obio bōa.

¶ Dico ꝙ qñ diuiditur ēs ꝑ volūtariū ⁊ non voluntariū mēbra diuidēda. accipiuntur vel p₂o ente cui cōpetit voluntariū:vt puta deus vel hō:⁊ non accipit̄ p₂o ſola pōa volitiua:⁊ ꝑ nō voluntariū accipit̄ nā non intellectuaľ. Solo.

¶ Aduerte ēt ꝙ lꝫ dilectio dei in ſe ſit formalr̄ ꝑfectio ſimpľr:q₂ formalr̄ ifinita:nō tñ reſpectus ille quo tranſit ſuper aliud obm diligendo illud pōt dici ꝑfectio ſimpliciter formaliter:ſꝫ ſi eſt: erit tm̄ perfectiōis ſimpliciter:aliud.n.eſt aliquid eſſe perfectionis ſimpľr:et aliud eſſe perfectio ſimpľr:⁊ quid per vtrumqꝫ impo₂tatur vide doc.q.i.quoli.art.p₂imo.

Ex iſtis ſeq̄tur ſcđm declarandū.ſ.ꝙ diligere oīa ex charitate non eſt ꝓp₂iū alicui perſone q₂ nulla ꝑfectio ſimpľr eſt ꝓp₂iū alicui ꝑſōe :q₂ tūc vna ꝑſona eſſet ſimpľr ꝑfectio₂ alia. ¶ Ibi.Doc.n.ꝓbat̄ alr̄ Dic Doc.ꝑ ſpālr̄ ꝓbat ꝙ diligere creaturā nō ſit ꝓp₂iū alicui ꝑſone:q₂ ſi alicui ꝑſone eſſet ꝓp₂iū:eſſet ꝓp₂iū.ſ.ſ. pꝫ q₂ ſicut filio ex quo p₂oducit̄ ꝑ modū itelľs attribuūt̄ illa q̄ ꝑ itellectū ſūt elicita vel q̄ſi elicita vt ſcīa:ſapīa:intelľo:⁊ hmōi: attribuūt̄ dico app₂op̄ate ſꝫ nō ſūt ꝓp̄a ita.ſ.ſ.q₂ p₂oducit̄ ꝑ modū volūtatis app₂op₂iant̄ ꝑtinētia ad voluntatē.ſ.charitas amo₂:dilectio:⁊ hmōi. Dicit ergo doc.ꝙ ſi diligere creaturā eſſet p₂op₂ietas.ſ.ſ.ſeq̄ret̄ vel ꝙ.ſ.ſ.non neceſſario p₂ocederet vel ꝙ deus amaret neccīo aliq̄d aliud a ſe.que ſunt impoſſiľia:ꝙ aūt alterū iſto₂um ſequatur:pꝫ q₂ ſi diligere creaturam eſt p₂op₂ietas.ſ.ſ. ⁊ diligere creaturā cōuenit ſibi tm̄ cōtingenter: q₂ non diligit aliud a ſe neccīo:per ꝯñs iſta p₂op₂ietas ſ.ſ.ineſſet ſibi tm̄ ꝯtigēter.ſed hanc p₂op₂ietatē hꝫ a pr̄e et filio ꝑ proceſſionē ⁊ ſic eſſet cōtingenter p₂oducta et ꝑ cōſequens.ſ.ſ.eſſet cōtingenter p₂oductus:vt pꝫ q₂ talis p₂op₂ietas eſſet ſimpľr ideꝫ.ſ.ſ. Si vero dicat̄ ꝙ diligit creaturā neceſſario: tunc ſeq̄tur aliud incōueniens.ſ.ꝙ deus neceſſario diligat aliq̄d aliud a ſe:qđ eſt ſimpľr impoſſiľe:vt pꝫ a doc.in.1.d.8.q.vl. Seq̄tur:pari rōne ſequitur de verbo ꝙ nō dicat aliū reſpectum diſtinctū et p₂op₂iū neccīo ad aliq̄d aliud ꝙ̄ ad deū:q₂ tūc ſequeret̄ vel ꝙ verbū non p₂oduceret̄ neccīo:vel ꝙ deus itelligeret aliq̄d aliud a ſe neccīo:p̄mū pꝫ q₂ ſi intelligere creaturaꝫ in eſſe tñ exñtie.(Quod dico:q₂ bñ deus neceſſario intelligit oīa in eſſe poſſi vel in eſſe obo:imo neceſſario tā i eē poſſi ꝙ̄ cognito :vt pꝫ a doc.in p̄mo.d.3.q.4.⁊.d.35.36.39.⁊.43.⁊ in.2.d.1.q.1.⁊ ſpālr̄.i quoli.q.14.)eſſet p₂op₂ietas verbi ⁊ cōtingenter ineſſet:tūc verbū habere illud a pr̄e cōtingenter:⁊ ꝑ ꝯñs eſſet genitum contingenter:qđ eſt ipoſſibile:ſi aūt intelligere omnia ineſſe exñtie eſſet p₂op₂ietas verbi ⁊ neceſſario ſibi cōpeteret.tūc deus neceſſario intelligeret creaturam ineſſe exñtie qđ tamen eſt manifeſte falſum:q₂ cognitio creature ineſſe exñtie ſequitur actum diuine voluntatis:ita ꝙ volūtas diuina p₂ius vult creaturam exiſtere:ꝙ̄ deus intelligat ipſam exiſtere:⁊ q₂ deus vult creaturā exiſtere mere cōtingenter:iō cognitio ſequēs illā volitionē nō eſt ſimpľr neceſſaria ⁊ h patet a Doc.in.1.d.39.⁊ in quoli.q.14. ¶ Ibi. Pro vtroqꝫ eſt vna ratio,vꝫ ꝙ nec.ſ.ſ.nec verbum

diceret necessario aliquē respectū ad creaturā: ptz qꝛ si
respect⁹ aliqs necessario ꝉminat⁹ ad creaturā (puta re=
spect⁹ ītellectionis diuine termīat⁹ ad creaturā in esse
exn̄tie:vel respect⁹ dilectionis diuine ꝉminat⁹ ad crea=
turā in esse exn̄tie) essꝫ simplr̄ necessari⁹:tūc creatura in
esse exn̄tie eēt simplr̄ necessaria: ptꝫ qꝛ respect⁹ necc̄io
p̄exigit existētiā:mō si respect⁹ ē necessari⁹ ⁊ exn̄tiaerit
necessaria. ¶ Ibi. De vbo ēt arguiꝉ alr̄:qꝛ si vbū dice=
ret propriū respectū ad creaturā vt declaratiuū:aut hoc
esset inq̄tuꝫ creatura hꝫ esse in mēoria pr̄na: ⁊ sic expu=
mit verbū sui:sed hoc est falsum multiplr̄. Uult dicere
Doc. ꝙ si esse declaratiuū creature esset proprietas vbi
puta ꝙ talis declaratio eēt tm̄ respectus noticie ad obm
declaratū:sicut si ego intelligo lapidē ītellectio lapidis
est declaratiua siue manifestatiua ipsi⁹ lapidis:qꝛ p talē
ītellectionē declaraꝉ michi ⁊ manifestaꝉ esse lapidis:et
sic respect⁹ notitie declarātis est tm̄ respectus rōnis: vt
pꝫ a doc. in p̄io. d. 27. q vlt. Dicit g ꝙ si talis respectus
esset ꝓprietas vbi:aut talis respect⁹ īesset sibi inq̄tum
creatura hꝫ eē in mēoria pr̄na. i. inq̄tū ipsa creatura p=
tīet ad mēoriā pr̄is:sicut dicim⁹ respect⁹ noticie lapidis
quo lapis declaraꝉ:est a lapide vt hꝫ eē ī mēoria mea. i.
vt lapis est ps mēoria:ita ꝙ mēoria accipiꝉ h ꝓ pr̄icipio
ꝓductiuo totali noticie declaratiue:⁊ sic noticia declara
tiua lapidis est a lapide:vt hꝫ esse ī mēoria de q̄ mēoria
sepe dictū est in p̄io. d. 2. par. 2. q. 3. ⁊ vide q̄ spālr̄ expo=
sui in p̄io. d. 3. q. 7. in prin. q. Si g iste respect⁹ q̄ est no
ticie declaratiue:puta lapidis: sit ꝓp̄etas ipi⁹ vbi ⁊ sit
a lapide vt hꝫ esse in mēoria pr̄is siue vt est ps mēorie:
seqꝉ ꝙ ipsa noticia declaratiua:q̄ est ꝓprietas vbi erit
exp̄ssa a lapide:pꝫ qꝛ q̄cq̄d pertinet ad mēoriā fecundā
est ꝓductiuū noticie declaratiue sui: mō noticia declara
tiua obiecti dꝛ verbū obiecti:vt ptꝫ a doc. in p̄io. d. 27.
⁊ sic creatura vt in mēoria pr̄na:siue vt pars mēorie exp̄
meret verbū sui. i. ꝙ saltē partialr̄ ꝓduceret in ītellectu
diuino noticiā sui declaratiuā:sed hoc est manifeste fal=
sum. p̄io:qꝛ nulla creatura hꝫ esse ꝓprie ī mēoria diui=
na vt mēoria est:qꝛ tūc esset vere ꝓductiua noticie sui in
ītellectu diuino:sicut ptꝫ de quocunqꝫ obiecto ptinente
ad mēoriā:vt mēoria est:imo nulla creatura p̄cedit noti
ciam intellectus diuini:immo fit actus intelligibilis per
actū intellectu diuini,ita ꝙ ītellect⁹ diuin⁹. p̄io ꝓducit
creaturā tm̄ in esse ītelligibili:qd̄ est esse ꝉm q̄d:qd̄ nul
lomō pertinet ad mēoriā ꝓductiuā. Et de hoc vide q̄ ibi
exposui sup. q. 1. d. 1. scdi doc. Scdo:qꝛ si, creatura hr̄et
eē in mēoria pr̄na:tunc esset rō mouendi intellectū infi=
nitū ad vbū exprimendū inq̄tū est eius. i. ad noticiā sui
declaratiuā:⁊ ita finitū moueret intellectū infinitū; et sic
vilesceret iste intellectus:qꝛ reciperet talē noticiā a crea
tura. Saltē si p īpossibile in mēoria diuina eēt vn⁹ lapis
id est ꝙ esset pn̄s intellectui diuino ī rōne obiecti actu ī
telligibilis:tūc ille lapis cū essentia in mēoria esset rō ex
primēdi siue ꝓducendi vbū diuinū:ptꝫ qꝛ verbū diuinū
ꝓduciꝉ de his q̄ sunt in mēoria patris. i. q̄ ptinēt ad me
moriā vt mēoria est:⁊ tūc sequereꝉ p p̄mū:ꝙ ens finituꝫ
esset rō intelligēdi intellectui īfinito. i. esset rō causandi
noticiā sui in ītellectu infinito:⁊ nō tm̄ hoc: sꝫ etiā esset
rō ꝓducēdi noticiā infinitā:qꝛ vbū qd̄ est noticia īfini=
ta ꝓduciꝉ de oib⁹ obis relucētib⁹ ī mēoria pr̄is vt mēo
ria est. Seqtur. Illud etiā quod nō est formalr̄ infinitū
nec ī mēoria nec in ītelligēda. nō vr̄ ꝓbabile: quō funda
ret relatiōes originis oppositas. Si enī lapis nō est for=
malr̄ īfinit⁹:nec silr̄ lapis vt est in mēoria pr̄is dr̄ forma=
liter īfinit⁹:nec etiā vt in ītelligētia patris. i. vt actu in=
telligitur ab intellectu patris nō est formalr̄ infinit⁹: nō
videtur probabile quomodo fundaret relationes origi=
nis oppositas:nā essentia diuina q̄ ptinet ad memoriā fe
cundā patris fundat relationes originis oppositas:pu=
ta generationē actiua et passiuam:siue paternitateꝫ ⁊ fi
liationem ex hoc ꝙ est formaliter infinita:vt ꝓbat Doc.
in p̄io. d. 28. sed si lapis pertineret ad memoriā patris
necessario fundar et hmōi relatiōes:quod videtur īpossi
bile cum tantū sit ens limitatū:siue in se siue in memo=
ria patris:siue in intelligētia. Uidereꝉ etiam sequi ꝙ es
sent tot verba. i. tot noticie declaratiue:quot essent intel
ligibilia in memoria paterna et similiter essent disticta
illa verba: patet qꝛ si ipsa intelligibilia essent in memo=
ria quodlibet natū esset exprimere verbum sui siue noti
ciam sui quod est inconueniens: quia in deo est tantum
vn⁹ act⁹ ītelligendi respectu vniuscūqꝫ obiecti. vt pꝫ in
1. d. 2. q. 1. Qd̄ si deꝉ ali⁹ itellect⁹ pri⁹ dicti. s. ꝙ respectus
noticie declaratiue ē ꝓprietas vbi īquātū vbū declarat
alia a se nō vt habēt eē ī mēoria partis sꝫ vt hn̄t rationē
termini. i. vt sūt ꝉmini ꝓducti ī eē ītelligibili: ita ꝙ oīs
creatura actu ītellect⁹ diuini sit ꝓducta ī eē ītelligibili
⁊ hoc mō nō ē ꝓprietas vbi:qꝛ ī tali eē ꝓducūtur a to=
ta trinitate vt subtiliꝉ ꝓbat doc. ī. 2. d. 1. q. 1. ¶ Ibi. Qua
liꝉ aūt ꝯcedaꝉ pꝉ diceꝉ vbo ꝓprio de hoc vide litteram
pn̄tē ⁊ q̄ notat doc. ī. 1. d. 27. q. vltima. ⁊. d. 3. q. 2 ⁊. silr̄
in. 2. d. 1. q. 1. Et singularē. q. in quoli. q̄ est. 8. ī ordie.

Tertiū pꝫ. Hic doc. ōn̄dit quomō dilectio dei ē eq̄=
lis ⁊ quomō nō equalis:nā dilectio dei ī se
cōsiderata ē tātū vna ⁊ formaliꝉ īfinita vt pꝫ a doc. ī. 1. d.
2. q. 1. Talis eī dilectio pfectissime adeq̄tur obo p̄mo. s.
deitati ⁊ potētie volitiue simplr̄ p̄ie q̄ ē volūtas diuina
⁊ p ꝯn̄s sicut obm primū ē diligibile amore īfinito: ita
volūtas p̄ia ē nata ipꝫ diligere amore īfinito:⁊ sic talis
amor ī se ꝯsiderat⁹ siue vt cōparat⁹ volūtati diuine siue
obiecto p̄io:ē forālr̄ īfinit⁹:⁊ ꝙ talis amor ꝉmineꝉ etiā
ad oīa alia obiecta diligibilia hoc nō req̄riꝉ q̄si ad pfe=
ctiōeꝫ sibi addēdā:imo qꝛ ē forālr̄ īfinit⁹ iō ꝯcomitanꝉ
est oīuꝫ diligibiliū sicut supra dixi de ītellectiōe diuina:
qꝛ g talis amor pfecte tēdit ī primū ꝉminū. s. ī primū obꝫ
seq̄tur ꝙ ēt pfecte tēdat ī oīa circa q̄ p̄mū obꝫ ē totalis
rō agēdi:sola āt eēntia diuīa pōt eē p̄ma rō agēdi tā ītel
lectui diuio q̄ volūtati qꝛ si aliq̄d aliꝺ posset eē p̄ia rō
agēdi vilisceret illa potētia. ¶ Aduerte tn̄ ꝙ vbi dicit ꝙ
obꝫ primū ē totalis rō dꝫ si ītelligi ꝙ ē totalis rō in rōe
obiecti ītelligibilis ⁊ volibilis:ita ꝙ nihil aliꝺ ab eēntia
diuīa pōt eē rō mouēdi ītellectū vel volūtatē diuinaꝫ in
rōe obi diligibilis:sꝫ p̄cise sola eēntia diuīa ī rōne obi di
ligibilis ē totalis rō mouēdi volūtatē diuinā ad sui ⁊ oīuꝫ
alioꝝ dilectionē:ad talē tn̄ dilectionē ēt volūtas diuia cō
currit vt q̄si cā ptialis:vt pꝫ a doc. ī. 1. d. 2. pte. 2. lꝫ sola
eēntia diuīa ī rōne obi diligibilis sit totalis rō:sic ēt ea
dē eēntia ī rōne obi actu ītelligibilis ē totalis rō mouē
di ītellectū diuinū ad sui ⁊ oīuꝫ alioꝝ cognitionē:⁊ ītel=
lect⁹ diuinus dr̄ ēt totalis rō q̄si causādi notitiā eēntie ⁊
oīuꝫ aliorū: totalis dico ī rōne potētie tellectiue. ¶ Ibi.
Ex hoc pꝫ quō ē eq̄litas ī dō ī diligēdo oīa ꝯparādo actū
diligēdi ad agēs. siue accipiēdo dilectionē dei ī se:qꝛ il=
la nō pōt ītēdi nec remitti cū sit formalr̄ īfinita:⁊ p ꝯn̄s
cuicūqꝫ cōpareꝉ semp erit eadē ⁊ eq̄lis. Sꝫ cōparādo di
lectionē dei ad cōnotata siue ad oba scdaria diligibilia
tūc pōt ēe duob⁹ modis īeq̄litas. P̄io qꝛ talia obiecta
volita sūt īeq̄lia siue īeq̄lia bōa sūt eis volita:nā iō bona
qꝛ volita:qꝛ g talia bōa sūt effect⁹ diuīe dilectiōis ⁊ ad
īuicē īeq̄lia:tūc dilectio dei dr̄ īeq̄liꝉ trāsire sup aliū et
aliū effectū. scdo ē īq̄litas q̄tū ad ordinē trāseundi sup
talia oba qꝛ diuīa dilectio p̄io trāsit ꝉꝉ primū diligibile
qd̄ ē eēntia diuīa. Scdo sup diligibilia īmediatiora illi
nō q̄tū ad eē naꝉe:sꝫ q̄tū ad eē gtuitū:qꝛ ordīate volēs
pri⁹ vult finē in se ⁊ scdo īmediatiora fini attingibli p
illa. Cum ergo voluntas diuina sit ordinatissime volens
sequitur ꝙ dilectio siue volitio ipsius primo termina=
tur ad finem vltimum in se: et secundo ad īmediatiora
fini p̄destinādo illa ad finē vltimuꝫ:⁊ tertio vult illa que
sunt nec̄ia ad attingēduꝫ illū finē. s. bōa gr̄e:⁊ q̄rto vult
propter illos p̄destinatos alia remotiora:puta hūc mun=
dum sensibilem vt seruiat eis. Et dicit doc. ꝙ vult pre=
destinatos quasi reflectendo volendo illos diligere ideꝫ
obm suum:sicut dictum est. s̄. d. 28. ⁊. 29. huius. Uolū=
tas em̄ diuina actu recto diligit essentiam diuinam in
se et propꝉ se. ⁊ actu quasi reflexo vult non tm̄ se dilige
re essentiam:sed ēt vult alios diligere essentiam suam
in se ⁊ propter se:⁊ si vult illos finaliter diligere essen=
tiam suam in se ⁊ propter se:tunc nihil aliud est nisi il=
los predestinare ad fruitionem deitatis que est dilectio
dei in se ⁊ propter se clare visi:pꝫ igitur inequalitas vo
libilium quantum ad ipsa volita non vt volitio est ip=
sius voluntatis:quia vt sic est omnino equalitas: sed vt
volitio transit sup obiecta mō p̄dicto:nec tn̄ illa inequa
litas dilectionis est pp bonitatem p̄suppositā ī obiectis
volitis aliꝭs a deo:q̄ bonitas in illis obiectis sit q̄si rō sic
vel sic volendi:quia ideo sunt bona q̄a volita vel acce=
pta:⁊ non ecōtra:vt satis pꝫ a doc. in. 2. d. 37. ⁊ in. 3. d.

19.2 ĩ pͥo.d.41.⁊ in quoli.q.17.⁊ alibi sepe. Sicut ǥ
voluntas diuĩa acceptat alia obª in tali ⁊ tali gradu: ita
sunt ꝑcise bona in tali gradu:⁊ nõ eꝯ. Uel si dicꝭ ꝙ ĩ eis
s. obis scdarijs vt oñsa sunt ab ĩtellectu diuĩo oñdiꝭ ali
q̃s gradꝰ bonitatis eẽntialis ẜm quã bonitatẽ rõnabiliꝭ
dʒ cõplacere volũtati:⁊ hoc est qđ alias dictũ est ꝙ volũ
tas diuina necessario cõplacet q̃ditatibꝰ oñsis ab ĩtelle
ctu diuĩo priorıbꝰ oĩ exñtia reali:sʒ ꝯplacẽtia illoꝝ oboꝝ
rũ q̃tuʒ ad actualẽ exñtiã est mere ex voluntate diuina
Appens ꝯ- abſqꝫ alia rõne determinãte ex pte eoꝝ:hoc subtiliꝭ pʒ
dictio. a doc.in pͥo.d.39.⁊.41. ¶ Si dicaꝭ ꝙ h vꝭ ꝯdictio:qꝛ
supra dixit ꝙ sola essentia diuĩa põt esse pͥa rõ agendi
Responsio tã intellectui diuino q̃ volũtati:⁊ hoc dicit ꝙ pͥa rõ vo-
lẽdi est a volũtate diuina. ¶ Dico breuiter ꝙ pͥa rõ q̃si
cãndi dilectionẽ dei ĩ rõne obi volibilis est sola eẽntia di
uina sʒ habita tali volitiõe essentiali:tũc volũtas diuina
actu suo vult alia a se:q̃tũ ǥ ad voluntatẽ absolutã:pͥa
rõ est eẽntia diuĩa: q̃tũ ꝟo ad transitionẽ volitiõis sup
Alia rñsio actualẽ exñtiã alioꝝ est a sola volũtate diuĩa. ¶ Si etiã
dicaꝭ ꝙ eẽntia diuĩa est rõ mouendi volũtatẽ diuinã ad
volitionẽ sui ⁊ alioꝝ:tũc dico ꝙ talis trãsitꝰ volitiõis su
ꝑ alia obª quo ad existentiã coꝝ est ab eẽntia ⁊ volũtate
⁊ hoc a volũtate cõtigenꝭ:qꝛ qñ due cãe ꝑtiales ꝯcurrũt
ad aliquẽ effectũ:quaꝝ vna agit ꝑ modũ nãe ⁊ alia cõti
gẽter effectꝰ dꝛ ꝯtigẽs. Sʒ pͥa rñsio vꝭ melioꝛ ꝑꝑ mul
tas difficultates q̃ possent oꝛiri ex scđa respõsione.

Ad argumẽta principalia. Arguit pͥo Doc. ꝓbãdo ꝙ deꝰ nõ diligat ex cha
ritate qꝛ tunc habitꝰ charitatis esset in deo.⁊ ꝑ ꝯñs ꝑfi-
ceret voluntatẽ:⁊ sic voluntas diuina si esset ꝑfectibilis
esset iperfecta. ¶ Rñdet doc. ꝙ habitꝰ ponıꝭ in deo q̃tũ
ad illud qđ est ꝑfectionis qꝛ charitas ĩ deo est ꝑfectio
simpliꝭ sicut ⁊ alia attributa sʒ nõ poniꝭ q̃tũ ad illud qđ
est imperfectionis qđ est esse ꝑfectibile: qꝛ talis habitꝰ
est ꝑfecte idẽ voluntati diuine:mõ ĩter ꝑficiens ⁊ ꝑfecti
bile est distictio realis. Sʒ quõ charitas denoĩat volũta
tẽ diuinã abſqꝫ hoc ꝙ nõ ꝑficiat ipam:de hoc vide q̃ ꝓli-
xe notat doc.in pͥo.d.5.q.2. ¶ Scđo arguit ꝓbando ꝙ
non oĩa sint diligibilia ex charitate:qꝛ nõ inaĩata. Dicit
Doc. ꝙ licet inaĩata non sint proprie diligibilia ex chari
tate:q̃ est amicitia:quia deus non diligit lapidẽ dilige-
re deum in se: siue non vult lapidẽ diligere deũ in se: et
propter se:que dilectio diciꝭ amicitia:cum lapis non sit
capax huius dilectiõis:potest tamẽ haberi ad ipsa aliqđ
velle ex charitate quale scʒ habenduʒ est ad ea. possum
etiã ex charitate velle arborẽ esse et velle arborem michi
seruire ad talẽ actum:ꝓ q̃to talis actus iuuat me vlte-
rius ad diligendum deum in se et hoc modo põt concedi
ꝙ deus ex charitate diligit omnia non volitione amici-
tie vt supra dixi:sed tali:qualis est habenda respectu eo
rũ puta:quia vult cibum esse:et vult ipsum esse in serui-
tium in esse : pro q̃to iuuat me ad dilectionem dei in se.
Alie due rõnes cum suis rñsionibꝰ sunt clare in litttra.

¶ Distin.33. Qõ vnica.

Circa disti.33.q̃riꝫ.q̃rit. Doc.an ꝟtutes
moꝛales sint ĩ volũtate sicut ĩ sbo.
Primo Doc.in hac.q. recitat vnã opi.
Opi. Thom. et Ezidij. quã improbat. q̃ opi.est Tho.ĩ
3.icrip.d.33.ar.2.⁊.q.4. ⁊ Egidũ de ro q̃l.
4.q.18. qui tenent ꝙ virtutes moꝛales excepta iusticia
sint in parte sensitina subiectiue. Et hoc ꝓbant auc̄te et
rõnibus. Auctoꝛitas est philosophi.q̃ nuſq̃ locutus est
ꝙ sint in parte intellectiua:nisi de iusticia quã ponit in
parte intellectiua.patet.5.ethi.c.4.⁊.5.secundo probat
hoc idẽ quatttuoꝛ rõnibꝰ. Pͥa stat in hoc qꝛ ꝟtꝰ poniꝭ
in põa vt sit determiatiua põe ad virtuose agendũ:sed
volũtas ex se est ex se deꝭmiata ad recte agendũ:qʒ obʒ
volũtatis ꝑcise mouet volũtatẽ sicͭ est apphensum. suffi-
cit ergo ꝙ ĩtellectꝰ sit sufficiẽter ꝑfectꝰ ad recte osten-
dendũ obm esse volendũ cũ oĩbus circunstãtijs requisi-
tis ad actũ moꝛalẽ. ¶ Secũdo quia cũ volũtas sit libera
potest ex se sufficienter determinari ad recte agendum
et per consequẽs non requiritur aliqua virtus determi-
natiua volũtatis ad recte agendũ. Ex quo.n. libere agit
repugnat sibi determinari ad agendũ per modũ nature
sed virtus inclinat ꝑ modũ nãe.ergo. ¶ Tertio qꝛ passio
nes excedẽtes sunt ĩ biue ĩ appetitu sensitiuo.ǥ ⁊ ꝟtus
q̃ ẽ moderatrix eaꝝ erit tm̃ ĩ appetitu sẽsitiuo. ¶ Quar
to qꝛ si ĩ volũtate possit eẽ ꝟtꝰ ex actibꝰ eiꝰ rectis moꝛali
bꝰ alijs ab actibꝰ appetitꝰ sẽsitiui acq̃sita.igiꝭ ãgelꝰ ex
rectis volitiõibꝰ moꝛalibꝰ posset acq̃reꝭ ꝟtutes moꝛales
qđ vꝭ ĩcõuenĩẽs:⁊ ꝯ phꝫ.10.ethi vbi manifeste negat ab
eis tales ꝟtutes.vñ.c.10.sic dicit phs eẽ ꝟo ꝑfectã feli-
citatẽ ꝯtẽplatiuã q̃dã opatonez vꝭ ex eo patebit ꝙ deos
maxie existimamꝰ felices ac btõs eẽ ad q̃s res illistribui
mꝰ:vtrũ iustas an erit ridiculũ si ĩ ꝯctibꝰ ac re dd̄edis de
positis ⁊ hmõi rebꝰ occupati dicãꝭ. Sʒ an fortes ĩ sustinẽ
dis ꝭroꝛibꝰ ⁊ ꝑiculis subeũdis hõesti cã. ã liberales ac cui
dabũt ⁊c. vbi pʒ ĩtẽtio phi. ꝙ ꝟtutes moꝛales nõ sꝭ ĩ ãgelꝭ

Ibi.hec opi. Doc.primo improbat hanc opi.vijs
similibus.⁊ deinde soluit rationes
opi. Primo ergo probat ꝙ virtutes moꝛales sint subie-
ctiue in voluntate. Et primo probat auctoꝛitate phi.pͥma
auctoꝛitas ẽ pͥmo poli. Necesse ẽ ĩquit ꝑncipiãtẽ hꝭe ꝟtu
tem:vt recte ꝑncipeꝭ ⁊ principalioꝛẽ q̃ in serno vt recte
subijciatur ⁊ applicat ad ꝑtẽ superioꝛẽ ⁊ inferioꝛẽ in aĩa
Si ǥ opʒ pͥcipantẽ hꝭe virtutẽ ⁊ pͥcipalioꝛẽ q̃ ẜuo vt
recte pͥcipetur a foꝛtioꝛi oʒ in aĩa eẽ ꝟtutẽ q̃ recte pͥci
peꝭ ipsi coꝛpoꝛi. Uñ phs sic dicit:aĩal inq̃t cõstat pͥmũ ex
aĩa et coꝛpoꝛe q̃ꝝ alteꝝ impat ẜm nãm alteꝝ paret : opʒ
aũt ꝯsiderare nãʒ nõ ĩ coꝛruptis:sed ĩ his q̃ magis se hñt
ẜm nãʒ.⁊ paꝝ ĩfra ẽ igiꝭ vt dicimꝰ pͥmũ ĩ aĩali ꝓspicere
imperiũ dñicũ ⁊ ciuile. Nã aĩus q̃dẽ ĩ coꝛpꝰ dñicũ hʒ im
ꝑiũ.mẽs ꝟo ĩ appetitũ ciuile ⁊ regiũ ĩ q̃bꝰ clarũ ẽ ẜʒ nãʒ
et vtilitatẽ impari ab aĩo coꝛꝑi.⁊ ab ea ꝑte q̃ hʒ rõnẽ ei
ꝑti q̃ subiacet ꝑꝭbatõi.⁊c.vbi exp̄sse pʒ:quõ ꝟtꝰ req̃riꝭ
in ꝑte ĩtellectiua ad h vt hẽat rectũ dñiũ q̃le hʒ rex ĩ ci-
ues siue pͥceps sup ꝑtẽ sẽsitiuã. ¶ Ibi. Preterea isti cõ
cedũt iustitiã eẽ ĩ volũtate.igiꝭ rões cões de volũtate et
ꝟtute moꝛali nõ ꝯcludũt:pʒ qꝛ si poniꝭ ꝟtus moꝛalis vt
isti dicũt vt sit determinatiua põe cuiꝰ ẽ:seq̃ꝭ ꝙ iustitia
nõ ẽ ĩ volũtate:qꝛ ẜm eos est ex se determinata ad bonũ
apprehẽsũ:vel si ꝯcedaꝭ posse determinari a iustitia:ita
ẽt hñt ꝯcedere h idẽ de alijs ꝟtutibꝰ moꝛalibꝰ. Seq̃tur
Nec etiã auctoꝛitas phi pͥmo ethi.c.1.de obedibili rõni
debẽꝝ ĩtelligi de solo appetitu sẽsitiuo:qꝛ si solũ illũ ĩtelli
geret ꝑ obedibile rõni:igiꝭ ĩsufficiẽꝭ diuidit aĩaʒ ĩq̃tũ ẽ
capax virtutis moꝛalis ⁊ inq̃tũ tractat de ipsa tractat.n.
de ea vt est susceptiua virtutis moꝛalis:⁊ tñ voluntas est
susceptiua iusticie propter quam saltẽ est susceptiua vir
tutis moꝛalis : que iusticia nec est in rõne.i.in intellectu
nec in obedibili rationi.s.in parte sensitiua:vt ipsi intel-
ligũt illa duo mẽbra. ¶ Ex ista littera pʒ ꝙ primo exclu
dit partẽ susceptiuã:qꝛ in ista non est operatio hõis ẜm ꝙ
homo qualis est operatio ẜm virtutes moꝛales. et ꝑ ꝯñs
virtutes moꝛales non sũt pͥcipaliꝭ ponẽde in ꝑte sensi-
tiua:sed in ꝑte intellectiua q̃ apud phm diuiditur in in-
tellectum ⁊ volũtatẽ. Et addit ꝙ sicut rõnale põt multi-
pliꝭ accipi.ita et obedibile rationi. Nã rõnale aliq̃n acci-
pitur ꝓ solo ĩtellectu:aliq̃n ꝓ volũtate:⁊ aliq̃n magis ĩ-
proprie ꝓ parte sensitiua pro quanto.s.est obedibilis ra-
tioni:sic etiam obedibile rõni aliq̃n accipitur ꝑ volunta
te et aliq̃n ꝓ potẽtia sensitiua pro quãto sub est imperio
voluntatis. ¶ Preterea. Ad hoc sũt multe auctoꝛitates
Aug. vt pʒ de moꝛibus eccle.et 14.de.ciui.dei.c.5.⁊.6.
¶ Ibi. Preterea Rões adducte ꝓ opi.ducũt ad opposi-
tũ:et arguiꝭ sic. Põa q̃ est indeterminata ad recte agen
duʒ ⁊ nõ recte agẽdũ:indiget habitu virtutis deꝭminãte
illam ad recte agẽdũ hec ꝓpositio ꝯcediꝭ ab eis:sed vo
lũtas est hmõi:pʒ qꝛ nõ tm̃ est ĩdeterminata ad opposita
s.ꝯria:sed ẽt est indeterminata ad recte ⁊ nõ recte agẽ-
dũ:pʒ qꝛ volũtas põt velle sibi qđcũq̃ bonũ ĩ quo oñdiꝭ
rõ sui pͥmi obi:⁊ iõ ĩ volẽdo tale bonũ põt excedere:⁊ sic
deficere a rectitudĩe:ǥ. ¶ Qđ si dicaꝭ ꝙ sufficit rõnẽ re
cte oñdere ad hoc vt volũtas possit recte vꝭle ⁊ nõ req̃riꝭ
in volũtate aliq̃s hitꝰ ꝟtutis. ¶ Cõtra:qꝛ tũc opoꝛteret
prius rõnẽ errare ĩ oñdendo q̃ volũtatẽ male eligere: et
ita ante pͥmũ pctm̃ volũtatis erit erroꝛ in intellectu: qđ
est irrationabile:qꝛ tunc pena esset añ culpã:⁊ sic Adam
prius errauit in rõne q̃ peccauerit non recte diligendo:
quod tñ est falsum:vt.ṡ.patuit in.2.d.22.vbi oñsum est:
ꝙ pctm̃ primi hominis non fuit ex ignoꝛantia. ¶ Prete
rea. Dato ꝙ voluntas possit sufficienter determinari per
intellectum ad recte eligendum (Et hoc verum est etiaʒ
apud doc. vt pʒ in prolo.q.vlt.⁊ in primo d.17.⁊ in.4.d.
4.q.2.) Non tñ sequitur:ꝙ non genereꝭ hitus in ea ex

frequentatis electionib⁹: ⁊ ꝓbat ꝑ argumētū a fortiori
q: intellectus magis determinaṫ ad recte iudicandum
ꝙ voluntas ad recte eligendū: pꝫ q: intellectus inꝙtum
hꝫ opatione ꝓuiam actui volūtatis mere naturaliṫ agit
et iō magis determinaṫ ex se ꝙ voluntas que tm̄ libere
agit: ⁊ tñ non negatur in intellectu ex frequentatis acti
bus hitū gñari ad recte iudicādū. s. prudentiā vt diffuse
pꝫ in pmo d. 17. ergo a fortiori in volūtate ex actib⁹ frequē
ter recte elicitis gñanṫ virtutes morales. ¶ Preterea.
Hatit⁹ nō tm̄ ponūṫ i potētijs vt per eos potētie recte a
gāt: sed vt delectabiliṫ ⁊ prōpte: pꝫ q: qs sine hitu ꝓpe
acqsito pōt recte agere: sicut pꝫ i vicioso nouiṫ ꝯuerso ad
bonū: cui si rō recta dictet aliqd oppositū vicio ꝯsueto es
se eligēdū lꝫ istd eligat: nō tamē delectabilr: igiṫ ad hoc
vt volūtas delectabiliṫ agat dictatum a rōne reqriṫ ha-
bitus i ea ad eliciēdū actū cōformiṫ illi habitui. ¶ Et ꝑ
hoc: patet respōsio ad primā rōnē opi. cū dicit ꝙ volūtas
ex se est determinata ad bonū simplr q: illud est ꝓpriū
obm volūtatis: dicit ꝙ equiuocaṫ de bono simplr q: tale
bonū pōt intelligi vel ꝓ bono distincto a bono apparēti:
vl ꝓ bono cōi distīcto ꝯ bonū singulare. pmomō nō ē obꝫ
adequatū volūtatis: pꝫ q: tūc volūtas nō posset velle bo
nū apparens: q: tūc bonū apparens nō ꝯtineret sub obo
adeqto volūtatis: ꝙ tñ est flꝫ. scdomō bñ ꝯcediṫ ꝙ bonū
in cōi est obm adeqtū volūtatis: ita ꝙ pōt velle qdcunqꝫ
bonū siue vt nūc: siue vt pteritū: siue vt futurū: nō sic aūt
appetit⁹ sēsitiuus: q: non pōt appetere nisi bonū vt nunc.
¶ Ibi. Qd additur ibi. ꝙ sufficit rōnē rectā ondere bonū
simplr. Contra: q: tūc volūtas nō possꝫ in oppositū: si. n.
volūtas dterminaṫ a rōne recta ad volēdū tale bonū. tūc
stāte tali rōne recta voluntas nō posset velle oppositū: ⁊
sic in actu suo nō esset libera: ⁊ de h satis dcm̄ ē i. 2. d. 7.
et. 25. ¶ Scda rō q ꝓcedit ex libertate volūtatis duciṫ
sic ad oppositū: q: hñs actionē i sua ptāte magis indiget
dispōni ꝑ virtutē ad recte ⁊ laudabiliter agēdū ꝙ non
hñs: sꝫ volūtas est libera in oī sua actiōe et nō sensus: ergo
magis indiget habitu virtutis ad recte agēdū ꝙ sensus.
Vr ēt mirabile ꝙ illud ꝓpter qd hō laudatur in opando
sit pcise i appetitu sensitiuo q ē cōis hoi ⁊ brutis. Nec va
let hic arguere ꝙ nāle agēs determinaṫ ad agēdū. igiṫ
et volūtas cū nō sit pōa actiua nālr. nā a puris agētib⁹
nālib⁹ oēs remouēt hitus q: ex se sūt sūme iclinata: tñ in
intellectu q magis nāliter agit ꝙ volūtas nō negatur ha
bit⁹: q: nō est ex se sūme detminat⁹: vl iclīat⁹ nec ista ide
terminatio. s. ad agēdū ⁊ nō agēdū est ex ipfectione acti
ui: sꝫ ex illimitatione que est pfectio actiui. Illa ēt ꝓba
tio q ibi adduciṫ. s. ꝙ virtus inclinat ꝑ modū nature: qd
est ꝯ modū volūtatis ꝯcluderet charitatē ⁊ spēm nō esse
in volūtate qd est falsū: nā charitas ēt inclinat ꝑ modum
nature: vt pꝫ ꝑ doc. in pmo. d. 17. ⁊ hoc idē dicēdū est de
oī hitu tā acquisito ꝙ infuso. ¶ Ad pmā ꝓbationē dicit:
ꝙ licet volūtas ex sua libertate posset se ducere ad agen
dū: tñ ex rōne sua siue ex frequētatis actibus est recepti
ua alicuius habilitatis derelicte inclinantis ad similem
actionē: illa. n. determinatio ad agēdū nō ē pformā nālē
qlis ē in igne ad opandū q sic est determinata ad vnum
oppositū: ꝙ nullomō pōt in alio ꝯdictorio: sed talis deter
minatio volūtatis est ex libera actione q ꝓcedit a pō in-
determinata. s. a volūtate q ex se pōt in opposita ꝯdicto-
ria: et de hoc vide q ꝓlixe dicit doc. in pmo. d. 39. ¶ Ad
scdam ꝓbationē pꝫ ex dictis. d. 17. pmi. ⁊. 25. scdi. qlr
cā scda nālr agēs pōt ꝯcurrere cū cā priori libere agēte:
et qliter effectus dr liber ꝓpter libertatē cāe principa-
lis: habitus. n. si est cā sbe actus (h dicit ꝓpter opi. Gotf.
quol. 9. q. 4. q vult ꝙ actus fm sbam fit ꝑ pōm: sꝫ inten
sio actus ab hitu q opi. iprobaṫ a doc. in pmo. d. 17. de h
ēt dicit q: fꝫ aliquos hit⁹ nullomō ē cā actus. lꝫ h nō te
neat doc. vt pꝫ vbi. s.) est causa tm̄ scda respectu volūta-
tis: ⁊ qūo cā scda. vide i. 1. d. 17. ⁊ q ibi exposui. ¶ Ter-
tia rō de moderatiōe passionū duciṫ ad oppositum sic: q:
in voluntate sūt passiones fm. Aug. 15. de ci. c. 5. ⁊. 6. ergo i
ea sūt ponēde virtutes vt moderatiue passionū: ⁊ qūo vir
tus sit moderatiua passionis. vide doc. in primo. d. 17.
¶ Preterea. Moderatio passiōis itelligi pōt duplr: aut
inexñtis: aut future: inexñtē moderari conuenit duplr.
Vel minuēdo passionē q nata ē fieri ab obiecto: fm se ne
sit imoderata sic obm eēt natū delectare pōm sēsitiuā sibi
derelictā: aut referēdo delectationē illā i fine cōueniētē
rōni recte: ad quē nō referṫ ex rōne absoluta obi appetit⁹
sensitiui. Futuram etiā moderari pōt duplr intelligi: vel
fugiendo obm quod natum est delectare potentiam im-
moderate: vel assumendo sola oba q nata sunt moderate
delectare: et tunc passio futura non moderatur in se sed
ne moderata insit precauetur. quocunqꝫ istorum modo-
rū intelligaṫ moderatio passionis magis pōt volūtati cō
petere ꝙ appetitui sensitiuo: si passio iest vel ierit illi ap
petitui sensitiuo. De passiōe. n. inexñte si possibile est mi
nui magis pōt eā minuere volūtas q libere agit ꝙ appe
tit⁹ sensitiu⁹ q patiṫ ab obiecto: vel q coagit sibi quātū
pōt: magis etiā pōt voluntas referre ad finē cōsonū rōni
recte ꝙ appetit⁹ sensitiuus: q: voluntas est ꝓprie appe-
titus rōnalis: et ita proprie collatiua ad finem quē ratio
ondit. vti. n. quod est referre aliqd ad finē debitū nō est
actus appetit⁹ sensitiui: sed voluntatis: ꝓprie enī nō con
cediṫ conferre appetitui sensitiuo: vel cuicunqꝫ sensui si
cut voluntati ⁊ intellectui. ¶ Si intelligatur de passiōe
que imoderata dꝫ pcaueri et moderata assumi: satis vr
planū: q: circa futurū magis vr volūtatē posse hre actū
rectū ꝙ possit appetitus sensitiu⁹: q: cognitiua volunta
tis q est ratio magis pōt cōsiliari de futuris ꝙ sensus.
¶ Ex his rōnibus adductis ꝓ opi. pdicta: ptꝫ quō cōclu-
ditur oppositū: tū q: voluntas est rectificabilis respectu
prope opationis ⁊ nō de se recta: tū q: est indetermiata
et determinabilis: et nō minus ꝙ intellect⁹ a quo nō ne
gaṫ habit⁹: tum q: eius est pricipalitas in opando ope
rationes humanas: q: libera est: ⁊ opationes humane re
quirunt in principali agente virtute: rōne cuius hr laus
tum q: nata est proprie delectari in sua operatione: ⁊ ita
habere habitū quo delectabilr opeṫ: tum quia voluntas
magis pōt per habit⁹ moderari passiones debito mō ꝙ
appetit⁹ sensitiu⁹ eos hret. ¶ Ibi. Preter istas rōnes
⁊c. Arguitur a doctore contra opinionē sic probādo ꝙ in
voluntate sunt habit⁹ morales: et nō tantū in appetitu
sensitiuo: si enī scdm eū in statu innocentie non esset in
appetitu sensitiuo aliqua passio repugnans recte rationi
non esset etiā necessariū ponere virtutē in illo appetitu:
et tamen virtutes tunc fuissent: q: tūc fuisset homo per
fectus scdm eos: sicut patet per Magistrum in littera:
et per Augu. 1. de ciuitate dei. c. 15.

Ibi. Ad. q. Doc. respōdendo ad. q. ostēdit quō
in voluntate pōt esse habit⁹ vere mo
ralis gñatus: vel ex vno actu perfecte morali vel ex plu-
rib⁹ ⁊ premittit vnū: scꝫ ꝙ voluntas sine habitu posset
in actū rectū etiā moralr bonū: ptꝫ quia actus volunta
tis cōformiter elicit⁹ rōni recte est actus vere moralis:
vt ptꝫ a doc. in prio. d. 17. ⁊ voluntas hmōi actū pōt eli
cere sine aliquo habitu: imo nō est necesse ꝙ actus vere
moralis sit ab habitu morali vel ꝙ sit generatiuus ha-
bitus moralis: vt clare ptꝫ a doc. in. 4. dist. 14. q. 2. ⁊ si-
militer pōt in intellectu esse iudiciū rectū sine oī habitu
prudentie: vt ptꝫ de primo dictamine: siue de prio actu
regulatiuo actus voluntatis: et de hoc vide ꝓlixe docto.
in. 1. d. 17. Ex his infert doct. ꝙ in voluntate vel ex vno
actu morali valde intēse generaṫ habit⁹ moralis: vel sal
tem ex pluribus actibus rectis etiā remissis. Et ꝙ pos
sit habere talē actum moralē absqꝫ hoc ꝙ habeaṫ act⁹
moralis in parte sensitiua ꝓbat: q: voluntas pri⁹ elicit
actū moralē ꝙ imperet parti sensitiue. ergo in illo prio-
ri ex vno actu morali vel ex pluribus generatur habitus
moralis in voluntate: et hic non opꝫ multū insistere cum
hec in. q. vl. prolo. ⁊. 17. d. i. ⁊. d. 42. secūdi. ⁊. d. 14. q. 2.
quarti. ⁊. q. 8. quol. pateant. ¶ Ibi. Potest tamen cōce
di. Hic doc. ostendit qualiter pōt generari habitus mo-
ralis in appetitu sensitiuo: si enī voluntas potest impe-
rare appetitui sensitiuo. vel. s. moderando passionē eius
vel iperādo prosecutionē vel fugā: si sint actus appetit⁹
sensitiui. s. actus prosecutionis: et act⁹ fuge: pōt derelin
quere ex imperijs rectis. s. ex actibus appetit⁹ sensitiui
imperatis aliquē habitū in appetitu sensitiuo inclinan-
tē ad hoc vt appetitus sensitiuus delectabiliter mouea
tur ad sensibilia ex iperio voluntatis: lꝫ enī appetit⁹ sen
sitiuus habēs talē habitū eliceret aliquē actum scdm in
clinationē talis habitus: tñ ille actus non est actus virtu
tis: q: vt sic nō est elicitus vt cōformis recte rōni: ad hoc
enī vt sit actus virtutis necessario requiriṫ ꝙ sit confor
mis actu recte rōni. i. ꝙ ratio recte dictet talem actū sic

eliciendum: que imediate nõ põt dictãre talem actũ nisi prius dictet actũ eliciẽdum a voluntate: q̃ voluntas post imperat actum appetitui sensitiuo vt cõformẽ recte rationis. ⁊ sic requiritur ꝙ sit elicitus iperio voluntatis: ⁊ hec patẽt a Doc. q. vlt. ꝓlo. et in. 2. d. 42. ⁊ in. 4. d. 14 q. 2. ⁊ p̃senti. d. Et addit doc. ꝙ talis habitus derelictus in appetitu sensitiuo: licet non sit proprie virtus: q2 non habitus electiuus nec inclinans ad electiones. virtꝰ eñi formaliter sumpta est habitꝰ electiuꝰ vt ptz. 2. ethi. c. 5. vel q2. s. est gñatus ex electionibus rectis: vel q2 iclinat ad electiones rectas: sed electio est formalr̃ ipsius voluntatis: et sic talis habitus in appetitu sensitiuo nõ poterit dici formaliter virtus: potest tamẽ concedi aliquo modo esse virtus pro quanto inclinat ad illa que sunt consona rationi recte ⁊ sic potest dici virtꝰ materialiter sicut etiã vitiũ siue pctm̃ formalr̃ ponit̃ in sola volũtate ⁊ materialit̃ i appetitu sensitiuo: vt oñdit Doc. in scdo. d. 42.

Contra primũ mẽbrũ obijcit̃ primũ mẽbrũ supra positũ est: ꝙ in sola volũtate est virtꝰ moralis formaliter tñ imo adhuc esset virtus moralis i illa si nõ cõcomitaretur aliquis actus imperatus in appetitu sensitiuo: vt subtiliter ptz a doc. q. vlt. ꝓlo. ꝰm mẽbruꝫ est ꝙ in appetitu sensitiuo põt gñari quedã q̃litas inclinans ad similes actus ex hoc ꝙ mouet̃ ab imperio volũtatis: ⁊ talis q̃litas põt dici virtus. ¶ Cõtra ista duo mẽbra instat doc. prĩo ꝯ primũ: q2 si virtus moralis põt esse in voluntate: q2 põt habere electiones rectas circa ea q̃ appetitꝰ sensitiuꝰ natus est passionari. ergo in angelo potest essevirtus moralis ꝯsequẽs falsum ⁊ cõsequẽtia ꝓbatur: quia angelus põt habere rectũ velle circa oĩa appetitꝰ sensitiui ⁊ ex multis talibꝰ actibus gñaretur virtus in eo. Et hoc ꝯfirmat̃ q2 nõ solũ circa passiões inexñtes in parte sensitiua cõuenit recte eligere: puta moderãdo eas: sꝫ etiã circa passiones ostẽsas ab intellectu: etiã si nunq̃ ineruñt nec ifuerũt: sicut tactũ est in. q. vlt. ꝓlo. vbi ostensum est ꝙ liberalitas põt generari in voluntate vbi est defectus pecunie: ita ꝙ quis hr̃et vex habitũ liberalitatis nullo actu in exñte in appetitu sensitiuo nec passione aliqua in exñte. Similiter ostensum est ibi ꝙ angelus põt habere noticiã practicã de praxi eliciendã respectu alteriꝰ persone: vt cum angelus cognoscit esse penitendũ de peccato ⁊ vult me penitere de peccato. talis volitio est recta q2 cõformis recte rõni: ⁊ sic silr̃ cũ vult me tẽperate viuere: ⁊ ex talibꝰ electionibꝰ rectisvere gñat̃ habitus moralis. ¶ Scdo ꝯ idẽ arguit per argumentuꝫ ducẽs ad ipossibile. q2 sequeret̃ hoc impossibile. s. ꝙ virtus moralis esset nobilior prudẽtia qd̾ est ꝯ phm. 6. ethi. c. 6. ꝯña ꝓbat̃: q2 voluntas est nobilior intellectu: vt ptz a doc. in. 4. d. 49. mõ nobilioris ꝑfectibilis est nobilior ꝑfectio. ¶ Contra aliud mẽbrũ arguit deducens ad icõueniens: si enim virtus moralis generat̃ in appetitu sensitiuo ex actibus imperatis a voluntate: sequitur ꝙ etiã in inanimatis ⁊ irrationabilibus quibus voluntas vtit̃ poterit generari habitus moralis: et similiter in parte corporis frequenter mota ex imperio voluntatis poterit generari virtus moralis.

supplente perfecte vicem illius primi: vel ꝙ presupponat in ratione principij immediate receptiui: ita ꝙ sit impossibile scđm terminũ posse in aliquo recipi: nisi immediate recipiatur in primo: vel ꝙ alio mõ preexigat p̃mum terminum: vbicũqꝫ similes termini: siue termini eiusdem rationis reperiũtur: de necessitate talem ordinem habebunt: ꝙ secundus p̃exiget primum ⁊ vbi realiter distinguuntur: realiter preexigunt, ⁊ vbi ratione tantum distinguuntur: secundus preexigit primum ſm rationẽ: ⁊ simpliciter eodem modo quo distiguntur: vnus preexigit alium: quia talis ordo consequẽs de necessitate entitatẽ extremorum: nunq̃ꝫ variatur per quodcũqꝫ posterius, puta per realem idemptitatem. Et sic patet illa maior doct. ¶ Ibi. Nec ista maior inuenitur habere instantiam: nisi forte in aliquo qđ non est ad propositum: ⁊ illud sufficienter excluditur per exceptionem istam: si addat̃ in maiori sic. Qualis est ordo realis: talis ⁊ ratiõis: nisi forte in distinctiõe reali: illud qđ est posterius aliquo: in distinctiõe minori haberet veriꝰ eẽ illo. ⁊ illo qđ sibi correspondet ⁊c. Ista litera ab aliquibus excellentissimis Scotistis sic exponitur: nisi forte in distinctione reali id qđ est posterius aliquo (⁊ fiat hic punctus) in distinctione minori haberet verius esse illo: ⁊ illo quod sibi correspõdet. idest sicut albedo in pariete realiter disticta ab illo est posterior pariete: in distinctione minori qua differunt in esse cognito in intellectu diuino: ipsa albedo haberet verius esse simpliciter illo videlicet pariete: vt paries existit in se: ⁊ illo qđ sibi correspõdet idest albedine realiter existente. Vel fiat pũctus ibi, nisi forte in distinctione reali punctus: illud qđ est posteriꝰ aliquo in distinctione minori haberet ⁊c. idest sicut albedo in distinctione minori. s. ratiõis qua differt a pariete: vt est in esse cognito ⁊c. Et licet propter reuerentiam tanti viri non intendam contradicere: videtur tamen hic non euacuare instatiã doc. quia comparatio tantum fit inter distincta realiter ⁊ distincta ratione. idest ꝙ qualis ordo est inter, a. ⁊. b. vbi realiter distinguuntur: talis est vbi. a. ⁊. b. tantum ratione distinguũtur. Ideo alij exponentes dixerũt: ꝙ doc. cum dicit: nisi forte ⁊c. idest ꝙ si posset dari talis casus, vbi. a. ⁊. b. in reali distinctione. b. esset posterior. a. ⁊. in minori distinctiõe idest vt tantum habent esse cognitum in intellectu diuino. b. haberet verius esse. a. in esse cognito: ⁊ etiam ipso. a. in esse reali: vel ipso. b. in esse reali: non curo: exemplũ esset ad propositum: quia. b. in esse cognito non haberet ordinem posterioris ad. a. vt ad prius in esse cognito: ⁊ tamen. b. in esse realis existentie: vt realiter distinctum ab. a. esset posterius ipso. a. Sed casus est impossibilis: quia si. b. habet posterius esse in esse reali de necessitate: vbi. a. ⁊. b. in minori distinctione habebit simile esse. Aliqui tñ textus habent illã literã ex̃ literã doc. ⁊ sic non pertinebit quouis modo ad propositũ. ¶ Ibi Secundo probatur illa maior a priori: per se ordinem intelligo qui est ex per se rationibus extremorũ: ⁊ hic accipiendo per se rationem essentialem: siue quiditatiuam nõ determinãdo id cuius est ratio ad esse in re: licet in intellectu: siqdẽ illud vtrunqꝫ esse videtur habere rationẽ quiditatiuã intelligibilem nõ determinãdo ad hoc vel illud esse: ⁊ litera sequens est clara vsqꝫ ibi secũdo ad idẽ sic. ¶ Scđa ratio p̃ncipalis ad ꝓbandum aliquod essentiale esse immediatius tam positiue q̃ꝫ negatiue ipso notionali: ⁊ ratio stat in hoc: quia essentie est immediatior potentia q̃ꝫ actio realiter productiua (que dicitur realiter productiua: vel quia terminat̃ ad realiter productum: vel quia est via inter producens ⁊ ꝓductum que realiter distinguuntur) secundum illam potentiam: omne autem notiõale est actio productiua ſm aliquã potẽtiam in natura diuina: vel supponens illam: quia est ꝓductio alicuius suppositi ergo. Et quod dicit ꝙ omne notionale est actio productiua ſm aliquam potentiam debet sane intelligi: quia filiatio non est actio productiua: nec spiratio passiua: nec similiter paternitas que vt sic vltimate abstracta non dicitur actio productiua. Dico ꝙ actio productiua que in proposito accipitur tantum pro actione respectꝰ potest dupliciter intelligi. s. vel formaliter vel consequtiue primo modo generatio actiua dicitur formaliter actio siue productio: secundo generatio passiua dicitur actio productiua concomitanter: eo ꝙ sequitur ad actionem productiuam formaliter: primo modo est ſm aliquam potentiam id est ꝙ est actꝰ alicuiꝰ potẽtie: ⁊ accipit hic potentiam non formaliter pro respectu: sed fundamentaliter, puta pro intellectu: vel voluntate: vel supponit illam: quia est productio alicuius suppositi: quod potest dupliciter intelligi. vel quia est actus suppositi producentis: vel quia terminatur ad aliquod suppositum productum. Et loquitur hic doctor dubitatiue, quia hic non determinat: an productio sit tantum

Expositio quorundam Scotistarum.

ipſius ſuppoſiti: vel ēt poſſit eē ipſius memorie fecūde. De
hoc inferiꝰ. Sufficit eī ꝙ ſiue ſic: ſiue ſic: de neceſſitate ꝑ=
ſupponit potentiā vt aliqđ abſolutū. Sequit̄ in lr̄a: ibi. Uł
ſupponēs ꝓductionē: hoc nullo mō pōt referri ad actionē
actiuā formaliter. ptꝫ. qꝛ eſſet proceſſus in infinitū. qđ ē in=
cōueniēs: ſed debet referri ad actionē paſſiuā: ſiue ad gn̄a
tionē paſſiuā: vel ſpirationē paſſiuā: qꝛ oīs talis gn̄atio vel
ſpiratio de neceſſitate ꝑſupponit actionem productiuā for
maliter. Dicit ḡ: ex quo actio paſſiua preſuppōit de neceſſi
tate actiuā formaliter: ⁊ actiua formaliter de neceſſitate ꝑ
ſupponit potentiā: que ē perfectio eētialis. Seq̄tur ꝙ oē
notionale preſupponat aliqđ eētiale: vt īmediatiꝰ vtroqꝫ
mō. Et qđ dr̄ de paternitate: hoc nihil eſt: qꝛ ibi tm̄ ē diffe=
rētia rōnis. Concretū eī ⁊ abſtractū ſunt penitus idē pre
ter oē opus intellectꝰ: vt patet a doc. in prio di. 2. parte. 2.
Difficultates notande cū earū rñſionibus q. 1. di. 8. q. 3. ¶ Sed occurrit dubiū: primo ī hoc qđ dicit: ꝙ
eſſe q̇ddıtatiuū conuenit rei: nō deteriando: neqꝫ ad eſſe in
intellectu: neqꝫ ad eſſe extra ītellectū: qꝛ ſi ītēdit hoc etiā
cōparādo ad intellectū diuinū: vr̄ ſibi contradicere: qꝛ ipſe
vult in prio di. 3. q. 4. ꝙ oīa obiecta ſecūdaria tm̄ habeant
eſſe per actū intellectꝰ diuini. ita ꝙ ante illū actum nullum
eſſe h̄nt. Hoc idē dicit di. 36. cōtra Hen. ⁊ in di. 43. ⁊ diffu=
ſe in ſcđo di. 1. q. 1. ⁊ in quol. q. 14. ¶ Dico breuiter ꝙ doc. lo
quit̄ hic de eſſe q̇dditatiuo formaliter: nō originatiue. bene
verū eſt: ꝙ tale eē tm̄ originat̄ ab actu ītellectꝰ diuini. Ex
hoc ēt apparet: ꝙ eſſe quidditatiuū hoīs nō eſt eē cognitū:
qꝛ vt ſic tm̄ habet eē in intellectu diuino: ſed eſt eſſe vt ꝑſci=
dit ſm̄ intellectū a tali eſſe cognito. ¶ Scđo dubitat̄ ī hoc
qđ dicit: ꝙ per ſe ordo aliquorū: puta poſterioris ⁊ prioris
eſſentialiter: accipit̄ ſm̄ eſſe q̇dditatiuū extremoꝝ. Si ītelli
git̄ ꝙ talis ordo includat̄ q̇dditatiue ī extremis: hoc nō pōt
eē: qꝛ tūc relatio includeret̄ q̇dditatiue ī ente abſoluto. Si
vero intelligit̄ ꝙ eē priꝰ q̇dditatiue includit̄ in entitate que
dr̄ prior eſſentialit̄: ⁊ ſilr̄ eſſe poſteriꝰ: hoc nō vr̄: qꝛ priꝰ ē
in ſe q̇dditas talis ꝙ̄ dicat̄ prior vel poſterior. Dico ḡ ꝙ or
do talis ꝯſequitur naturā extremoꝝ preciſe ꝯſideratoꝝ ſm̄
eſſe q̇dditatiuū: ⁊ nō prout talia extrema habēt eē in intel=
lectu: vel extra intellectū. ¶ Tertio dubitat̄ in hoc qđ di=
cit: ꝙ aliqua actio productiua: accipiēdo paſſiue vt expoſui
ꝑſupponat ꝓductionē actiuā: imo magis vr̄ ecōtra. Tū qꝛ
vult ipſe in prio diſt. 3. q. 5. cōtra Hen. de illa ratitudine: ꝙ
relatio creature ē poſterior ente abſoluto producto: ⁊ ī tali
priori cōparat̄ cā ⁊ ineſſe abſoluto: ⁊ poſt ſeq̄tur relatio ꝓ
ductiōis q̄ formaliter dr̄ productio reſpectus. Tū qꝛ in ſe=
cūdo di. 1. q. 2. expꝛeſſe dicit: ꝙ ad abſolutū ī cā: ſeq̄tur abſo
lutū in cauſato: ⁊ poſtea ſeq̄t̄ relatio cauſati ad cām ⁊ ecō
tra: imo expreſſe dicit in ſecūdo di. 1. q. 2. ꝙ prior ē reſpectꝰ
cauſati ꝙ̄ reſpectꝰ cāe. ¶ Rn̄deo ꝙ ſecus ē in deo: qꝛ ibi ꝑ
ſone ꝯſtituunt̄ ꝑ relatiōes: qꝛ gn̄atio actio ē cōſtitutiua pa
tris: vt ptꝫ a doc. infra. q. 4. ⁊ in prio di. 28. ⁊ vide q̄ ibi ex
poſui. Et iō gn̄atio actio ē prior ſaltē origine. Et de hoc vi
de q̄ notaui in prio in pluribꝰ locis: ꝑcipue di. 1. q. 2. ibi. Pr̄
prius origine eſt beatus ꝙ̄ generet filium ⁊c̄.

Opinio Ochā contra Sco. Gulielmus Ocham in ꝓlogo. q. principali im=
probare nitit̄ hāc propoſitionē: videlicet qualis eſt ordo in
ter diſtincta realiter ⁊c. Primo arguit: qꝛ nō ſemꝑ eſt ſilis
ordo in rebꝰ: ⁊ in cōceptibꝰ correſpōdentibꝰ. Exemplū hō
⁊ albedo ordinant̄: ſicut ſubiectū ⁊ accidens: nō tm̄ ſic ordi
nant̄ ꝯceptꝰ correſpōdentes. Silr̄ hō ⁊ aīal ſi diſtingue
rent̄ realiter: vnū eſſet potentia ⁊ aliud actꝰ: ⁊ neutrū eſſet
de altero ꝑdicabile in prio mō: ſed tm̄ in ſcđo mō: nec vnū
eſſet de intellectu alteriꝰ: ⁊ tm̄ vbi mō nō diſtinguunt̄ reali
ter: ſed tm̄ rōne: nō h̄nt ordinē talē: qꝛ vnū ꝑdicat̄ de alt̄o
nō ſcđo mō: ſed prio mō. Eodē mō eſt de ente ⁊ deo: ꝙ ſi di
ſtinguerent̄ realiter: vnū eēt vere potētia ⁊ aliud actꝰ: ⁊ tm̄
non ē ita mō vbi diſtinguūt̄ rōne. Silr̄ ſi deꝰ ⁊ deitas di
ſtinguerent̄ realiter: vnū eſſet perfectiꝰ ⁊ aliud imꝑfectiꝰ:
nec alterū de altero ꝑdicaret̄ ꝑdicatiōe dicēte hoc eē hoc:
⁊ tm̄ iſti cōceptus nō ſit ordinātur. Et iō ex ordine reꝝ: vel
de facto vel de poſſibili: nō ex ordine reꝝ poſita poſitiōe im
poſſibili includēte contradictiōem: debet accipi ordo conce
ptuū. Non ḡ etiā in illo caſu eſt ſꝑ cōſimilis ordo inter res:
⁊ cōceptꝰ vel rōnes. Patet ēt falſitas illiꝰ ꝓpoſitiōis: qꝛ ſi
corpus/aīal/hō/⁊ iſte hō diſtinguerentur realiter: inter ea
non eſſet ordo ſm̄ ſuperius ⁊ inferiꝰ: qꝛ ſicut alias declara
bitur: inter res non eſt ordo īferioris ⁊ ſuperioris. ⁊ tm̄ inter
iſtos conceptus eſt ordo inferioris ⁊ ſuperioris. Eodem
mō de ente ⁊ deo: qꝛ mō habent ordinē iſti conceptꝰ ſm̄ ſu
perius ⁊ inferius: ⁊ tm̄ tunc non haberēt talē ordinē. ¶ Ad
dit dicēs: ꝙ illo caſu impoſſibili poſito: natura ītellectualis
perfecta ⁊ intellectus perfectus ſe haberent ſicut ſubiectū
⁊ accidens: qꝛ cū illa poſitio īcludat contradictionem: ideo
non oportet ꝙ ſit cōſimilis ordo nūc inter ꝯceptꝰ: nec opor
tet nūc ꝙ vnū poſſit eē mediū concludēdi aliq̇d de aliquo:
ſicut ſi deus ⁊ deitas diſtinguerentur realit̄: vel includerēt
diſtincta realit̄: vnū eēt pars alteriꝰ: vł ſubiectū alteriꝰ: ⁊
per ꝯn̄s vnum poſſet eē mediū demonſtrādi aliquid de reli
quo: ⁊ tamen modo non eſt ſic.

Reſponſio ad rōnes Ocham. Reſpondeo dupliciter. Primo ꝙ caſus illi ſunt
oīo impoſſibiles: ⁊ ideo nihil ſequitur ꝯtra ꝓpoſitionē doc.
Dico ſcđo reſpōdendo ad ſingulas inſtātias. Cū dicit pmo
de hoīe ⁊ albedine ⁊c. Dico ꝙ non intelligit mentē propoſi
tionis: qꝛ non dicit doc. ꝙ qualis eſt ordo int̄ realiter diſtin=
ſtincta: talis eſt inter ꝯceptus eaꝝ: ſed dicit ꝙ talis ē ordo
vbi ſola rōne diſtinguūtur. Sicut dicimꝰ qualis ē ordo int̄
intellectū ⁊ actū intelligēdi vbi intellectꝰ ⁊ actꝰ intelligēdi
realiter diſtinguūtur: talis eſt vbi intellectus ⁊ actus intel
gendi ſola rōne diſtinguuntur: qꝛ hic ordo ſumitur ex rōne
quidditatiua terminoꝝ: vt ſupra expoſui. ⁊ hic eſt ſenſus ꝓ
poſitionis: ⁊ non debet inferri ꝙ talis ſit īter ꝯceptū intelle
ctus ⁊ ꝯceptum actꝰ intelligēdi. Dico ſecūdo: ⁊ q̄ro ab eo
quid ītelligit per conceptū. aut accipitur conceptꝰ pro actu
concipiēdi quo aliq̇d concipitur: ⁊ hoc mō non eſt ad ꝓpo=
ſitum: qꝛ doc. non accipit in ꝓpoſitiōe diſtincta rōne ꝓ con
ceptibus correſpondentibus rebus realiter diſtinctis: quia
⁊ ſi albedo dependeat in eſſe reali: puta a pariete: tm̄ cogni=
tio albedinis non dependet a cognitiōe parietis: vt patet.
Aut accipit conceptū pro re vt concepta: ſiue vt habēte eē
cognitum: nec etiā hoc modo intelligit doc. quia ⁊ ſi albedo
dependeat in eē reali a pariete: ⁊ nata ſit realiter ineſſe: tm̄
eſſe cognitum albedinis non dependet a pariete in eſſe co=
gnito: nec vt ſic nata eſt in eſſe ſm̄ rationem parieti habēti
eē cognitū. Aut accipit̄ cōceptꝰ ꝓ q̇dā idolo fabricato per
actū ītellectꝰ: vt etiā ipē Ochā aliqñ accipit. Et hoc ſilr̄
mō non ē ad ꝓpoſitū ꝓpōnis: qꝛ vnū idolū non ſic depēdet
ab alio: vt ptꝫ. Aut accipitur conceptus pro entitate conce
ptibili: ⁊ ſic propoſitio doc. debet ītelligi: qꝛ q̄lis eſt ordo in=
ter albedinē ⁊ parietē: vbi diſtinguunt̄ realit̄/talis ē vbi ſūt
idem realiter: ⁊ diſtinguunt̄ ſola ratione: quia ſicut albedo
ſm̄ ſuū eē q̇dditatiuū: nata ē ineē parieti ⁊ depēdere realit̄
ab eo qñ diſtinguunt̄ realit̄: ſic ſimiliter ſi ī aliquo ſubiecto
tantū rōne diſtingueretur ſecūdum ſuū eē quidditatiuū na
ta eēt ſecundum rationem in eſſe ⁊ dependere. ¶ Ad aliā
inſtantiam de animali ⁊ homine ſi realiter diſtinguerēt̄ ⁊c.
Dico primo ꝙ caſus eſt impoſſibilis. Dico ſecundo ꝙ etiam
hoc poſito aliud iſtorum ſequeretur: vel ſi diſtinctum reali=
ter non eſſet de quiditate hominis: etiam quando non diſtī
gueretur realiter non eſſet de quiditate hoīs: vel ſi vt reali
ter diſtinctum eſſet de quiditate hoīs: eſſet etiā vbi ſunt idē
realiter. Et ratio iſtorū eſt: quia quecūqꝫ mutuo ſe reſpici=
unt ſecundum eſſe quiditatiuum terminorum. ordo talis nō
variatur per quodcūqꝫ poſterius vt ſupra expoſui. Et ſic ſe
quitur de facto ꝙ qualis eſt ordo inter aliqua vbi realiter di
ſtinguntur: talis eſt etiā vbi ſola ratione diſtinguntur ⁊ ecō
tra: ſtante ſemper rōne formali terminorū: ⁊ ſic accidit aīa=
li ꝙ ſit idem realiter homini: vł ꝙ ſit diſtinctū realiter. Nec
talis ordo competit: vt quia idem: vel diuerſum: ſed preciſe
ex ratione quiditatiua terminorum. Sicut poſito ꝙ albedo
ſit idem realiter homini: ⁊ tm̄ ratione diſtinguatur ab homi
ne. ſi vt realiter diſtincta habet ordinem dependentis et in
formantis tm̄ accidētaliter: ſequitur ꝙ talē ordinē habebit
vbi realiter idēptificatur: cū nullo modo varietur rō quidita
tiua terminorū ex hoc ꝙ termini ſunt idem realiter. ¶ Ad
aliā iſtātiam de deo ⁊ ente. Dico primo ꝙ ſi ponatur ens de
conceptu quiditatiuo dei: ꝙ ſtatim ſeq̄tur: ꝙ vbi realiter di=
ſtinguūtur: ens eſt in potentia reali ad deū: ſic vbi ſola ratio
ne diſtinguūtur ſm̄ rationem ens eſt in potentia. quia vt ſic
non variatur formalis ratio terminorū. Dico ſcđo ꝙ conce
ptus entis non poteſt poni eſſe de quiditate dei: vt expoſui
in primo di. 2. parte. 1. q. 1. Eſt. n. conceptus entis poſterior
ipſo deo: licꝫ ſit prior prioritate cōitatis: vt ibi expoſui. Eſt
eī eſſentia diuina de neceſſitate nature ī ꝑfectiſſima actua
litate: ⁊ in perfectiſſima exiſtentia/ita ꝙ exiſtentia eſt de q̇d
ditate eius: vt ſupra patuit: ⁊ in illo priori quo eſt in vltima
actualitate nullus conceptus entis eſt: quia vt ſic tantum
eſt eſſentia vt eſſentia: vt patuit in primo articulo. ¶ Ad a=
liam inſtantiam de deo et deitate. Dico ꝙ eſt falſa imagina
tio: ſupponendo ꝙ idem diſtinguatur a ſeipſo: deus. n. ⁊ dei
tas tm̄ rōne differunt. Et poſito ꝑ īpoſſibile ꝙ diſtingueren
tur realiter: adhuc nihil ſequit̄ cōtra Sco, quia hoc poſito

ipſa deitas eēt tota perfectio quidditatiua huius concreti
deus: quia deus eſſet deitate deus. ⁊ ſi deitas non eēt/deꝰ
nihil eēt. Nam cuicunqꝫ quo adequate correſpondet aliqđ
quod vel quis: quod eſt ſimpliciter tale tali quo: ſiue entita
te ſic abſtracta. vt patet a doc. in pͥmo di. 2. parte. 2. q. 1. di.
4. q. 1. ⁊. 2. ⁊ diſt. 5. q. 2. Si tñ eēnt diſtincta ⁊c. Dico ꝙ ſer=
uata rōne quidditatiua terioꝝ: ꝙ ſp eēt talis ordo vbi ſola
rōne diſtinguunt: qualis eēt vbi realiter diſtinguerent. Ex
his patet reſponſio ad vltimam inſtantiam.

De tertio articulo. hic Doc. adducit duas rōnes
Hen. cōtra duas rōnes factas ꝓ tertia cōcluſione. Cōtra
primā ſic arguit Hen. ꝓbando ꝙ nō ſit ſimilis ordo int̄ me
moriam diuinā ⁊ gignere. q̄ rōne diſtinguunt: q̄lis ē int̄ me
moriā creatā ⁊ dicere reſpectu verbi creati: q̄ realiter diſti
guunt. Et tota rō ſtat ī duobus: primo ꝙ memoria creata
eſt pͥcipiū dicēdi: ſiue principiū ꝓductiuū v̄bi creati. Se=
cūdo ꝙ mēoria diuina vt memoria ē. ⁊ vt aliq̄d diſtinctū ab
eēntia diuina nō ē pͥncipiū dicēdi: ſiue nō ē pͥncipiū ꝓducti
uū verbi diuini: ⁊ per ꝯſequēs nō eſt ſiſis ordo inter memo
riā ⁊ dicere: q̄lis ē īter mēoriā creatā: ⁊ dicere creatū. Et ꝙ
mēoria diuina vt memoria ē. (q̄ vt ſic īcludit ītellectū ⁊ ob=
iectū ī rōne obiecti) nō ſit pͥcipiū dicēdi. ꝓbat. qꝛ ītellectꝰ
pr̄nus nō hꝫ eēntiā diuinā pn̄tē in rōne obiecti actu intelli=
gibilis niſi vt in filio: ſiue vt in v̄bo: nec actu intelligit eam:
niſi vt actu cōicatā v̄bo: ſicut patuit ī pͥo di. 1. q. 2. Et hoc
ꝓbat: qꝛ v̄bū eſt expͥſſiuū ſiue declaratiuū eoꝝ q̄ in eēntia
diuina q̄ſi inuolute ꝯtinent: ⁊ per ꝯſequēs intellectus pr̄nꝰ
nec eēntiā: nec aliq̄d cōtentū in eſſentia: nec actu: nec habi
tu intelligit an̄ ꝓductionē verbi. Cū ergo intellectꝰ pr̄nus
nō hēat eēntiā diuinā: nec aliq̄d cōtentū in eſſentia vt obie
ctū pn̄s in rōne obiecti intelligibilis niſi vt in v̄bo. Sequit.
ꝙ memoria pr̄is vt memoria (q̄ vt dixi īcludit ītellectū pa=
ternū: ⁊ eſſentiā pn̄tē tali intellectui) p̄exigit ipm̄ v̄bū: ⁊ ꝑ
ꝯn̄s gignitionē verbi. Et ſic ſeq̄tur ꝙ nō eſt pͥcipiū gignē=
di v̄bū. Seq̄tur ēt ꝙ gignitio verbi ſit īmediatioꝛ eēntie di=
uine q̄ꝫ memoria diuina vt mēoria. Et ꝙ v̄bū ſit ſic expreſ
ſiuū ⁊c. ꝓbat auctoritate Aug. 6. de tri. c. vlti. q̄ dicit ꝙ v̄=
bū eſt ars pr̄is plena oīm rōnū viuētiū. Vult ḡ Hē. ꝙ ſola
eēntia diuina ſub rōne eēntie: vt tñ ꝯiungit ei reſpectꝰ rea
lis ſit principiū emanationū: ita ꝙ ſola eēntia diuina eſt rō
formalis tā dicēdi q̄ꝫ ſpirādi. Sed per gn̄ationē actiuā det̄
minat ad dicēdū: ⁊ per ſpirationē actiuā determinatur ad
ſpirādū ſpm̄ ſctm̄. Et de hoc vide in pͥo di. 18. Et cū dicit
Hen. ibi qđ ꝓbat dupliciter. pͥo ſic. v̄bū eſt expreſſiuū ⁊c.
Debet referri ad hoc. ſ. ꝙ mēoria diuina: vt mēoria non eſt
principiū dicēdi. ¶ Ibi. Itē diſticto ſm̄ rōnem ⁊c. ⁊ ꝑ iſtā
rōnē ꝓbat Hen. ꝙ per ꝓductionē verbi nullomō memoria
diuina diſtinguit rōne ab eēntia diuina: qꝛ diſtinctio ſm̄ rō
nē eſt tm̄ per actū intelligēdi. Sed primꝰ actꝰ intelligēdi in
deo: ſuppoſita ꝓprietate perſonali: ſiue ſuppoſita pͥa per
ſona ē principiū ꝓductiōis verbi: quia verbū ꝓducit natu=
ralit̄ ⁊ actu naturali ipſiꝰ intellectꝰ: ⁊ per ꝯn̄s ꝑ nullū actū
q̄ſi p̄cedentē ꝓductionē v̄bi pōt hēri aliqua diſtictio rōnis:
⁊ ſic tā memoria q̄ꝫ ipſū dicere eq̄ īmediate īſunt eēntie di=
uine: īmo an̄ ꝓductionē v̄bi ſunt p̄ciſe ipſa eēntia diuīa: qꝛ
in illo priori nulla ē diſtinctio rei: nec rōnis. Et ſic ptꝫ quō
iſta ſcđa rō īpedit ſecundā rōnē doc ¶ Ibi. Et ſi q̄rat ad
eis. hic doc. q̄rit: ſi an̄ ꝓductionē v̄bi nulla ē diſtinctio: nec
re: nec rōne: quō ḡ in deo intellectꝰ ⁊ volūtas diſtinguunt:
q̄ precedūt ꝓductionē v̄bi: dicit Hen. ꝙ poſitis ꝓductioni
bꝰ diuinis. ſ. dictiōe ⁊ ſpiratiōe: ⁊ hoc per ſolā eēntiā vt pͥ
cipiū formale ꝓductiuū reſpectu vtriuſqꝫ ꝓductionis: pōt
intellectꝰ diuinꝰ ꝯparare eas ad aliq̄ ſiſia ī creaturis. Uni
āt ſiſis ē ꝓductio ītellectꝰ ī creatura: qꝛ ipſa ē: nulla alia ꝓ
ductiōe p̄ſuppoſita: alteri ſiſis ē ꝓductio volūtatis: qꝛ ipſa
eſt altera p̄ſuppoſita. ſ. ꝓductiōe ꝑ intellectū. Et ita ītelle
ctꝰ diuinꝰ ex tali ꝯparatiōe ad extra ꝯcipit iſtas ꝓductiōes
⁊ hoc mō diſtinguunt rōne ¶ Ibi. cōtra. doc. īprobat hāc
rōnē multipliciter. ſ. ꝙ ſola eēntia diuina ē rō formalis ꝓdu
ctionū ad intra. Et pͥo ſic: qꝛ duaꝝ ꝓductionū alterꝰ rō=
nis n̄ videt poſſe poni idē pͥcipiū formale ꝓductiuū. ⁊ ſpā
liter taliū ꝓductionū: q̄ꝝ vna nō pōt poni: niſi iā altera po=
nat. Cū ḡ gn̄atio ⁊ ſpiratio ſint alterꝰ rōnis: īmo ſimplicit̄
pͥo diuerſe: vt ꝓbat doc. in pͥo di. 7. ⁊. 13. ⁊ ſpiratio ne=
ceſſario p̄ſupponat gn̄ationē. Sequit ꝙ reſpectu illaꝝ non
pōt poni idē principiū formale ꝓductiuū: q̄le eēt ſi ſola eēn
tia eēt pͥcipiū forāle reſpectu illaꝝ ꝓductionū. Nā ab iſtꝭ
ponit ꝙ ſola eēntia ē ſic principiū: vt tñ deteīat per aliū ⁊
aliū reſpectū: nō ꝙ reſpectꝰ ſit aliq̄mō rō formalis produ=
cēdi: ſed ſola eſſentia. Et hoc ſatis patuit ī pͥo di. 6. ⁊. 13.
vide ibi. ¶ Secūdo arguit: qꝛ nō videtur rō: quare produ=
ctiones ſint alicuꝰ determinate pluralitatis: reſpectu qua=
rum vnum eſt pͥncipiū formale eiuſdē rōnis: ⁊ hoc in pro=
ductionibus neceſſarijs: tñ iſta vſqꝫ ad proximā queſtionē
differatur. Nam ibi probat. ꝙ ſi ſit idem principium forma
le productiuum eiuſdē rōnis loquendo de productione ne=
ceſſaria: ꝙ productiōes ab eodē principio neceſſario eſſent
eiuſdē rōnis: ⁊ dicit de neceſſarijs: qꝛ plures alterꝰ rōnis
ꝯtingentes pn̄t eſſe ab eodē pͥcipio: vt ptꝫ de productiōi=
bus creaturaꝝ ſpecie diſtinctaꝝ q̄ differunt ſpē: ⁊ tñ ſūt ab
eadē volūtate diuina ſub eadē rōne formali: vt ptꝫ a doc. ī
ſecūdo di. 1. q. 1. ⁊ infra in quol. q. 9 Secus ē ſi productio ē
ſimpliciter neceſſaria: vt ibi expoſui. Et ſi productiōes ſunt
eiuſdē rōnis nō apparet determīata pluralitas: vt ibi pro
lixe probatur. ¶ Ibi. Cum accipitur contra ma. prime rō=
nis. ꝙ non manente eadē rōne ordinis: non manebit idē or
do. conceditur de illa que ē prima ⁊ per ſe cauſa ⁊ ratio or
dinis: ſicut vniuerſaliter tenetur de pͥo per ſe ordine quo=
rūcunqꝫ. Nam rō prima ⁊ per ſe ordinis aliquoꝝ adinuicem
. ſ. ordinis prioris ⁊ poſterioris: mediatioꝝ ⁊ immediatioꝝ
accipit ex preciſa rōne formali terioꝝ: ſicut dicimꝰ ꝙ cā eſt
prioꝛ effectu: qꝛ acceptis rōnibꝰ formalibꝰ cāe ⁊ effectꝰ: cā
ē prioꝛ effectu. Sic in propoſito accipiēdo memoriā vt me=
moria: ⁊ dicere vt dicere: vt. ſ. ꝯſiderātur ſub ſuis p̄ciſis rō=
nibꝰ formalibꝰ: memoria ē prioꝛ ipō dicere. ptꝫ. qꝛ neceſſa=
rio p̄ſupponit ipſi dicere. Nā nō eſt ītelligibile ꝙ ſit dicere:
⁊ ꝙ nō ſit memoria: vl' ꝙ nō p̄ſupponat memoriā. ſeq̄tur ḡ
ꝙ memoria ex ſua rōne formali ſit īmediatioꝛ nature: cuiꝰ
ponit memoria q̄ꝫ ipm̄ dicere: vbi memoria ⁊ dicere diſtin=
guunt realiter: ſicut in nobis ⁊ cum eadē rō ordinis ſit īter
memoriā diuinā. ⁊ dicere diuinū. Seq̄tur ꝙ memoria diuia
erit īmediatioꝛ eſſentie diuine ipō dicere diuino. ¶ Ibi. Et
vlterꝰ cum dr̄ in mi. ꝙ ī diuinis nō manet iſta rō ordinis. ſ.
memorie ⁊ dicere q̄ in creaturis: qꝛ nō eſt ibi rō principij ⁊
principiati: ſicut eſt in creaturis. vbi memoria eſt principiū
dicendi: ſiue producēdi albū. Dicit doc. ꝙ etiā poſito ꝙ iſta
eēt ratio ordinis. ſ. ratio principij formalis agendi ⁊ actio=
nis: adhuc habebo propoſitū. ſ. ꝙ ī deo memoria ē pͥncipiū
formale dicēdi verbū: ⁊ ꝓbat ꝑ auctoritates Aug. Nā ſm̄
Aug. 15. de tri. c. 15. Sic hoc verbū nr̄m de nr̄a ſcientia na=
ſcitur: quēadmodū illud dei verbū de ſciētia pr̄is natū eſt.
⁊ vbiqꝫ vult ꝙ de rōne verbi eſt naſci de ſcia: que ſcia eſt in
memoria. Nā Aug. accipit ibi ſciam ꝓ memoria/ſiue ꝓob=
iecto reducente in memoria: vt ꝓlixe expoſui in pͥo di. 4.
⁊. 26. ⁊ dicit obiectū eſſe in memoria pro quāto ipm̄ eſt pre=
ſens intellectui ſub ratiōe obiecti actu intelligibilis ⁊ eſt ꝑs
memorie. . Et hoc eſt qđ dicit. ſ. que ſcia eſt ī memoria. i. ob=
iectum actu intelligibile eſt pars memorie. Et hec oīa ꝓli=
xius patēt in pͥo di. 2. parte. 2. q. 3. ⁊ di. vi. q. vnica. ¶ Ibi.
Cōfirmo hoc: qꝛ ſi nō ꝓcedat ſcđa perſōa ꝑ mēoriā vt me
moria/ſed per mēoriā vt eēntia/nō magis ergo ꝓducit per
ſe per actū memorie q̄ꝫ per actū volūtatis: qꝛ eēntia vt eſ=
ſentia nō eſt magis hoc q̄ꝫ illud: ergo ꝓductio eiꝰ in ſua rea
litate nō eſt magis dictio q̄ꝫ ſpiratio. qđ eſt ꝯtra Augu. Nā
dicitur ſpiratio qꝛ ꝓducit per modū volūtatis ⁊ libertatis:
⁊ dicit gn̄atio ſiue dictio: quia ꝓducit per modū nature: ſi=
ue per modū intellectus. vt patuit in primo ⁊c. ¶ Ibi. Ad
argumēta ꝓbātia ꝙ eſſentia ſub rōne eſſentie. vt tñ cōiun=
gitur ei reſpectus realis eſt pͥcipiū formale ꝓrimū ꝓducē
di filiū. Ad primū cū dicit: deꝰ qđcūqꝫ intellectu diſtincte in
telligit verbo iā ꝓducto ītelligit. Dicit doc. ꝙ hoc eſt verū:
ſcꝫ ꝙ verbū eſt eternaliter ꝓductū: tñ cū hoc ſtat ꝙ ſit po=
ſterius origine patre: vt clare patet a doc. ī pͥo di. 2. 6. 12.
26. in ſcđo diſt. 1. q. 1. ⁊ in quol. q. 8. ⁊ ſic pater vt prioꝛ origi
ne filio: in ſeipō diſtīcte intelligit oīa: vt patet ꝑ Aug. 15. de
tri. c. 7. ꝙ quelibet ꝑſona/ſibi meminit/ſibi ītelligit/ſibi dili
git: ⁊ īfert ꝙ ſi filio intelligeret pater/pr̄ nō eſſet ſapiens de
ſeipſo: ſed de filio. Vult dicere ꝙ pater habet in ſe formalr̄
memoriā: q̄ eſt principiū formale ītelligēdi. Et ſiſr habꝫ for
maliter in ſe actualem intelligentiam: ſiue intellectionē om
niū. Et hoc eſt idem. cum dicit. Intelligit ſibi. i. ꝙ habet for
maliter intellectionē quaſi ſibi inherentē qua formaliter di=
citur intelligere. Et ſic ptꝫ quō pater formaliter intelligit ꝑ
memoriā formaliter ſibi inexiſtentē. Intelligit dico per me
moriā habitualiter: ⁊ per actualē intellectionē ſibi formalit̄
inexiſtentē actu. dr̄ formaliter ītelligere ⁊ nō dr̄ formaliter
intelligere nec habitualiter: nec actualiter: per verbum pro
ductū/quia tunc eſſet ſapiens nō formaliter: ſed tm̄ ſapien
tia genita. ſ. filio: qđ eſt ꝯtra Augu. vbi ſupra. Ex hoc ḡ for
matur rō ſic pͥma. Qualēcūqꝫ ꝑfectionē pr̄ hr̄e pōt: hēt eā
vt eſt p̄oꝛ origine filio/qꝛ hēt eā a ſe: nullā. n. ꝑfectionē pōt

habere nisi a se. ergo nec a filio. ergo si pater posset noscere
distincte actu oē intelligibile nouit id vt est ꝑor origine filio
⁊ sic sequitur ꝙ nō nouit distincte aliq̃ intelligibilia ꝑcise in
filio: sed formaliter in seipso vt exposui. Unde Aug. 15. de
tri. c. 14. Nouit deꝰ pater oīa in se: nouit ⁊ in filio. in se ipso
tanq̃ seipsum. Uult dicere ꝙ nouit oīa in se tanq̃ seipsum. i.
ꝙ sicut habet formaliter ī se notitiam q̃ seipsum nouit: ita
habet formaliter in se notitiam q̃ nouit oīa alia. Et cū di-
cit ꝙ nouit oīa in filio: hoc debet intelligi: quia filius habet
eandem notitiā in se formaliter quā habet pater. ⁊ si ꝑ filiū
intelligit oīa siue in filio: debet intelligi non formaliter: sed
tm̄ denominatione extrinseca. ⁊ hec p̄ma ratio ꝓcedit de
notitia habituali qua pater nouit se ⁊ alia formaliter: pro
quāto habet formaliter in se memoriā: q̃ est p̄ncipiū forma
le ꝓducēdi siue quasi ꝓducēdi actualē itelligētiam siue in-
tellectionē. Ex hoc etiā dicto pariformiter formaṫ scd̃a rō
q̃ est de actuali notitia: qua pater nouit formaliter oīa: quia
cōsimilis est ordo originis p̄ris ⁊ filij in habēdo intelligētiā
perfectā. i. actualē intellectionem: qualis est in habēdo me-
moriā perfectam. Sicut ergo pater non ꝑcise in filio nouit
seipsum quasi per memoriā: sed per seipsum vt est ꝑor filio
ita ⁊ de notitia actuali ꝑ intelligētiā. Sicut ergo actuali no
titia siue intellectione per intelligētia nouit pater seipsum
prius origine q̃ in filio: ita actuali intellectione per intelli-
gētiam ingenitā nouit oīa distincte in se prius q̃ in filio. et
accipitur actualis intellectio ꝓ illa oꝑatione ꝑcise. ⁊ intelli-
gētia accipitur pro intellectu habēte formaliter actualē in-
tellectionē. Et vult dicere ꝙ p̄r ꝑ itellectū vt ꝑfectū actua
li intellectione intelligit oīa. ¶ Ibi ad ꝓbationē qua Hen.
ꝓbat ꝙ pater intelligit oīa ꝑcise in verbo. quia verbū est ex
pressiuū ⁊c̄. Dicit ꝙ bene est expressiuū siue declaratiuū oīum
q̃ virtualiter ꝯtinētur in essentia: sed nō ꝑcise verbū: q̄a etiā
pater vt habēs formaliter notitiā omniū: ē ꝑ illā declarati-
uus oīum. Nā ꝑ memoriā formaliter inexn̄tē p̄ri ē habitua
liter declaratiuus oīum q̃ virtualiter continētur in essentia
diuina q̃ est ꝑs memorie. ⁊ ꝑ actualē intellectionē formali-
ter sibi inexn̄tē est declaratiuus actualiter oīum. ita ꝙ oēs
creature vt actu nō intelligūtur: sed vt sunt ꝑcise obiecta se
cūdaria virtualiter cōtēta in essentia diuina: habitualiter di
cūṫ relucere in memoria diuina: ꝓ quanto. s. est productiua
illorū in esse cognito: sicut sunt nata cognosci. Ut vero ipse
creature actu intelligūtur a p̄re: dicūtur relucere in itelligē
tia patris. i. in intellectu patris formaliter ꝑfecto actuali in
tellectione illaꝝ. q̄a sic cognite actu dicūtur declarate ⁊ ma
nifestate. q̄a tūc actu itelligūtur sm̄ ꝙ erāt itelligibiles. Et
cū ꝓbaṫ: ꝙ ꝑcise relucēt in ṽbo: q̄a ṽbū ē ars p̄ris. ꝑ Aug.
6. de tri. Dicit. doc. ꝙ ita p̄r est formaliter ars sicut ⁊ ṽbū.
Et ꝓbat ꝑ Aug. 7. de tri. c. 4. Nā ars est notitia factibiliū
sicut sapiētia notitia eternoꝝ. mō vt supra dixi: ita pater ha
bet formaliter in se notitiā oīum factibiliū: sicut ⁊ ṽbū. ⁊ ita
p̄r est ita formaliter ars oīum sicut ⁊ filiꝰ. Ap ꝓpriate tm̄ fi-
liꝰ siue ṽbū diciṫ ars. q̄a ṽbo ex vi sue ꝓductionis cōpetit
notitia declaratiua. q̄a est ꝓductū ꝑ actū memorie exꝑmē
tis talē notitiā: ⁊ iō ap ꝓꝑate dicunṫ de ea q̃ ꝑtinēt ad ꝑfe-
ctionē cognitiōis actualis. magis tm̄ ꝓprie diciṫ verbū sa-
piētia q̃ ars. q̄a ex vi ꝓductionis sue magis est notitia de-
claratiua eternorū: q̃ factibiliū. q̄a prope ꝓduciṫ de essen-
tia diuina sm̄ suū esse simpliciṫ: ⁊ de alijs tm̄ sm̄ q̄d. Et de
hoc vide in pri. di. 5. q. 2. di. 27. in scd̃o di. 1. q. 1. ⁊ ifra ī quol.
q. 8. ¶ Ibi. Scd̃a rō innititur isti ꝓpositiōi false. s. p̄mꝰ actꝰ
intelligēdi in diuinis est p̄ncipiū ꝓpriū ꝓducēdi verbū. Et
ꝓpter duo est falsa. Primo q̄a nullꝰ actꝰ intelligēdi est ꝓ-
ꝑe p̄ncipiū ꝓducēdi verbū: cū sit finis potētie oꝑatiue. cui
vt sic non correspōdet aliq̄d ꝓductū. Et hoc ꝓlixe ꝓbatū ē
a doc. in p̄mo di. 2. ꝑte. 2. q. 4. ⁊. di. 6. Scd̃o q̄a nō est p̄mꝰ
actꝰ intelligēdi p̄ncipiū ꝓducēdi: sicut ipse Hen. intēdit de
illo: q̄a actꝰ intelligēdi est oꝑatio q̃ est ipsa itellectio. Si ta-
lis actꝰ est principiū ⁊c̄. aut est p̄ncipiū formale ꝓductiuū
fundamētale sicut calor est p̄ncipiū formale calefaciēdi: aut
est actꝰ tm̄ ꝓductiuꝰ: sicut calefactio siue sicut generatio vł
ꝓductio formaliter. Nullo alio mō pōt itelligi ꝙ actꝰ intel-
ligēdi sit p̄ncipiū ꝓducēdi verbū. Nō p̄mo: q̄a actꝰ intellige
di tm̄ attribuiṫ itelligētie. i. ꝙ tm̄ accipiṫ ꝓ itelligētia: q̃ for
maliter dicimur itelligere. sed itelligētie nō attribuiṫ ꝓdu-
ctio ṽbi: sed tm̄ attribuiṫ memorie: q̃ ꝓꝑe est p̄ncipiū ꝓdu-
cēdi. vt patet per Aug. 14. de tri. c. 7. Nō scd̃o: patet quia
itellectio in diuinis ē ꝑor origine ꝓductione ṽbi: q̄a oē essen
tiale dicēs ꝑfectionē est p̄us origine notionali: vt supra pa-
tuit. ergo actꝰ itelligēdi nō est formaliter actus ꝓductiuꝰ si
ue formaliter ꝓductio verbi. Et cū ꝓbaṫ per hoc: ꝙ verbū
naturaliter produciṫ. hoc nō valet: quia intellectus ē p̄nci-
piū ꝑ modū nature: respectu cuiuscūq̄ actꝰ: siue sit actꝰ in-
telligēdi: siue actꝰ producēdi. Et q̄uis actꝰ producēdi p̄sup
ponat actū intelligēdi / nō tm̄ ex hoc sequiṫ ꝙ actus producē
di nō sit ꝑ modū nature. Nec ē simile de actu producēdi vo
lūtatis. q̄a ille nō dṙ liber ex hoc solo q̄a p̄supponit ꝓductio
nē ꝑ modū nature: sed dṙ liber: q̄a a potētia libere producē
te. Et addit respōsionē breuē: cū diciṫ verbū ꝓduciṫ ꝑ p̄mū
actū intellectus verū ē ꝙ ꝑ p̄mū actū ꝓductiuū. Nā intelle
ctus diuinus habet duplicē actū ꝓductiuū: vnū quo produ
cit verbū diuinū: ⁊ hic est p̄mus. ⁊ aliū quo ꝓducit creaturā
in esse obiectiuo ⁊ in esse cognito. Uerbū ergo produciṫ per
primū actū productiuū: ⁊ nō per p̄mū actū simpliciter qui ē
actꝰ intelligēdi. Nā intellectus est p̄us oꝑatiuus q̃ ꝓducti
uus: vt satis patuit in primo di. 2. ꝑte. 2. q. 3. ⁊ ifra patet. q.
13. quol. mō actus oꝑatiuus nō habet terminū ꝓductū: sed
est vltimꝰ terminꝰ potētie: vt patet ex p̄mo ⁊. 10. ethi. Actꝰ
vero ꝓductiuꝰ semꝑ est alicuiꝰ termini ꝑ se: q̃ terminus per
ipsum actū ꝓductiuū accipit esse. ¶ Respōsio ad scd̃am rō
nē posita ab ipso exclusa est ꝑ hoc ꝙ ꝓbatū est: essentiam vt
essentia nō esse p̄ncipiū formale ꝓducēdi. excludēdo memo
riā vt memoria est a rōne talis principij ꝓductiui. Ista re-
spōsio Hen. posita est ibi. Et si q̄ratur ab eis quō ergo distī
guitur in deo itellectus ⁊ volūtas ⁊ parū infra. Rn̄det ibi.
Dn̄t ꝙ positis istis ꝓductionibꝰ dictione ⁊ spiratiōe ⁊ hoc
per solam essentiam: vt prius formale vtriusq̄ productio-
nis ⁊c̄. vide ibi ⁊c̄.

In hoc articulo occurrūt aliqua parua dubia pri-
mo in hoc. s. ꝙ idē nō pōt esse p̄nci
piū formale ꝓductiuū respectu duarū ꝓductionū alterius
rōnis: ⁊ sp̄aliṫ taliū ꝓductionū quaꝝ vna nō pōt poni: nisi
p̄us alia ponaṫ. Instaṫ sic p̄mo q̄a ꝓductio ad intra ⁊ ꝓdu
ctio ad extra sunt alteriꝰ rōnis: q̄a ⁊ termini alterius rōnis:
⁊ ꝓductio ad ex̄ nō pōt poni nisi p̄us posita ꝓductiōe ad in
tra: vt ꝓbat doc. ī scd̃o. d. 1. q. 1. ⁊ tm̄ vtraq̄ ꝓductio est ab
eodē p̄ncipio formali. ptꝫ q2 ꝓductio ṽbi ē ab itellectu diui
no: ⁊ ꝓductio creature in eē itelligibili siue ī eē cognito ē ab
eodē itellectu. Silṙ ꝓductio. i. s. ē a volūtate diuia ⁊ ꝓdu-
ctio creature tā ī eē volito q̃ ī eē realis exn̄ie ē ab eadē volū
tate. ¶ Scd̃o q̄a volitio diuia qua deꝰ vult essentiā: ⁊ spi-
ritus sanctus: sunt alteriꝰ rōnis: patet: q̄a spiritꝰ sanctꝰ est
ꝑsona incōicabilis: volitio cōicabilis. tū q̄a ꝑsona spiritus
sancti est relatiua: volitio absoluta. ergo ⁊ productio spiritꝰ
sancti: ⁊ productio siue quasi productio volitionis diuie sūt
alteriꝰ rōnis. ⁊ productio spiritus sancti presupponit voli-
tionem essentie diuine. ⁊ tm̄ sunt ab eodem principio forma-
li. quia ab eadem voluntate diuina. ¶ Tertio quia volitio
finis in nobis: ⁊ volitio entis ad finem: sunt alteriꝰ rōnis: q̄a
⁊ obiecta volita sunt alteriꝰ rōnis. ⁊ volitio entis ad finem
volendo illud ꝓpter finē presupponit volitionē finis. ⁊ tm̄
vtraq̄ est ab eadem voluntate. Similiter notitia conclusio
nis demōstrate. ⁊ notitia principij sunt alterius rōnis: quia
notitia conclusionis est euidēs ꝓpter principiū. ⁊ notitia p̄n
cipij est euidēs nō ꝓpter aliud. ⁊ notitia ꝯclusionis p̄suppo
nit notitiā principij. ⁊ tm̄ vtraq̄ notitia est ab eodem prin-
cipio. s. intellectu: ⁊ ab eodem obiecto virtualiter continēte
tales notitias vt exposui ī p̄mo ergo ⁊c̄. ¶ Quarto. Ab eo
dem principio pōt esse productio dispositiōis ad formā sub
stātialē: ⁊ productio ipsius forme: que differunt nō tm̄ spe-
cie: sed etiā genere. vt ptꝫ de forma ignis q̃ ē substātia: ⁊ de
dispositiōe preuia: q̃ coiter est qualitas. ⁊ productio forme
substantialis presupponit ꝓductionē dispositiōis necessario
req̄site ergo. Et sic de multis alijs posset istari. ¶ Quinto
instatur specialiter probando ꝙ ꝓductio spiritꝰ sancti nō ne
cessario ꝑexigit ꝓductionem verbi: probatur sic. Uoluntas
habēs essentiā diuinā perfecte p̄ntem in rōne obiecti ama-
bilis amore ifinito: est vere ꝓductiua spiritꝰ sancti. hoc pa-
tet a doc. in p̄io di. 2. ꝑte. 2. q. 3. di. 10. ⁊ in secundo di. 1. q. 1.
natura h̄ns eēntiā sic p̄sentē est vere oꝑatiua ⁊ ꝓductiua
sed essentia diuina ē sic ꝑfecte p̄sens vt actu cognita ab in-
tellectu diuino. fit eñ p̄ns per solū actum intelligēdi. quia
voluntas nō fertur nisi ī obiectum actu cognitū. Posito er
go per possibile vel impossibile / ꝙ paṫ non genuisset filium
⁊ haberet eēntiam presentē voluntati sue vt actu cognitā:
tūc posset vere esse operatiuꝰ: volendo eā in se: ⁊ vere ꝓdu
ctiuꝰ spiritus sancti: siue amoris infiniti spirati: g̃ ꝓductio
spiritus sancti nō preexigit necessario productionem verbi:
quasi esset impossibile ipsam esse circūscripta ꝓductiōe ver
bi. ¶ Posset ēt instari: ꝓbando generationem ṽbi ⁊ spira
tionem spiritus sancti non esse productiōes alterius rōnis.

quia nec verbum nec spiritus sanctus sunt persone alteri⁹ rationis. Sed de hoc diffuse dictū est in primo di.7.q.vnica.⁊ di.13.q.vnica. ¶ Respondeo ad istas instantias. Ad primā dico ꝙ ⁊ si ꝓductio ad extra de facto ꝓsupponat ꝓductiōem ad intra: tñ si productio ad intra per possibile vel impossibile non esset: adhuc posset esse ꝓductio ad extra tā in esse cognito ⁊ volito/ q̄ȝ ēt in eē reali/ vt ꝓlixe ptȝ a doc. in.2.di.1.q.1. Dico secūdo ꝙ doc. non intelligit de ꝓductiōibus alterius rōnis qualitercūqȝ accipiat̄ alteri⁹ rōnis: sed specialiter loquitur de productionib⁹ alterius ratiōis/ pro quanto distinguuntur penes alium ⁊ alium modum producendi/ quia vna est per modum nature ⁊ alia per modū voluntatis. tales eñ productiōes non possunt esse ab eodem principio formali productiuo/ vt clare patet a doc. in primo di.2.parte.2 q.2.⁊ di.10.⁊ infra.q.2.quol. Et loquendo de talibus: illa que est per modum voluntatis non potest poni nisi prius ponatur illa que est per modum nature. nam prima simpliciter motio/ ⁊ prima simpliciter productio est per modum nature vt clare patet a doc. in quol.q.14. ¶ Et ꝑ hoc patet responsio ad alias tres instātias. Unde ad secūdam dico primo/ ꝙ ille due productiones non distinguūtur per alium ⁊ alium modum producendi. vt patet. Dico secūdo ꝙ ille ꝓductiones non sunt alterius rōnis/ quia si amor essentialis esset realiter distinctum a persona spirāte: esset amor vere spirat⁹: sicut patet de notitia ingenita/ siue essentiali/ ⁊ de notitia genita. vt diffuse dictum est a doc. in prio di.2.parte.2.q.4.⁊ vide que ibi exposui. Et solutā est illa difficultas de relatiuo ⁊ absoluto. ¶ Ad tertiam dico prio vt dixi/ ꝙ non distinguuntur penes alium ⁊ alium modum. Dico secūdo ꝙ q̄uis productio dispositionis sit alterius rationis a productione forme: tñ productio forme nō presupponit productionem dispositiōis. Si eñ agens esset perfectum sicut primum agens statim induceret formam. Ad illud de volitione finis ⁊c̄. Dico ꝙ quis absolute potest velle ens ad finem absqȝ hoc ꝙ velit ipsum finem/ licet nō possit velle sub isto respectu. s. propter finem. Ad vltimū dico primo ꝙ productio que est per modum voluntatis/ necessario est posterior productione per modum nature/ ⁊ sic spiratio non potest poni/ nisi prius ponatur productio per modum nature/ licet productio per modum nature nō necessario ꝓexigatur ad esse ipsius spirationis. s. ꝙ circūscripta generatione verbi: ꝙ sit simpliciter impossibile spirationem eē: sed dicitur necessario presuppōi: quia productio per modū nature necessario est prior: ⁊ sic doc. intelligit. Dico secūdo nō asserēdo tamen/ ꝙ forte generatio verbi sic necessario ꝓexigitur spirationi: ꝙ si illa nō esset/ esset impossibile ipsam eē: quia sicut est simpliciter impossibile: principium liberū esse operatiuum circa aliquod obiectum: nisi pricipium per modum nature: quale est intellectus/ nō sit prius operatiuum circa idem obiectum: ita videt̄ impossibile ꝙ tale principiū liberum sit productiuum circa obiectum: quin principium ꝑ modum nature/ quale est intellectus: non sit prius productiuum circa idem obiectum. Prima tñ responsio videt̄ melior ⁊ magis ad mentem doc. ⁊ magis cōsona veritati: ⁊ sic patet ¶ Secūdo principaliter dubitatur de illa ꝓpositione que est de ratione ordinis: quia in creaturis accipiendo quidditatem: puta lapidis: ⁊ existentiam eius vt precise cōsiderantur sub rationibus formalibus terminorum: existentia necessario est posterior essentia cum sit gradus intrinsecus eius. Ergo similis ordo erit inter essentiam diuinam ⁊ eius existentiam. qđ tamen est falsum: quia existentia ī deo est de essentia eius: vt patet a doc. in primo di.1.parte.1.q.2.⁊.q.ꝑsenti art.1. ¶ Respondeo ꝙ non est similis ratio ordinis: quia essentia diuina est de se hec: ⁊ ex sua formali ratione est de se existens: ⁊ ideo existentia eius nullo modo ē posterior sua essentia: sed econtrario est de essentia ⁊ existētia creata. ¶ Posset etiam dubitari, in hoc qđ dicit ꝙ pater vt prior origine filio intelligit oīa distincte: quia obiecta secundaria nullo modo habent esse nisi filio iam producto. ergo pater in illo priori in quo intelligitur filius ꝓductus: nō intelligit illa. Dico breuiter ꝙ accipit prius origine: ꝓ q̄ȝto pater nō habet intelligere oīm ab alio: sed precise a se. Nō ergo intelligit ꝙ pater in aliquo priori intelligat oīa distincte: in quo priori non intelligitur filius iam ꝓductus: immo in quocunqȝ instanti pater intelligit oīa obiecta secūdaria: in eodē etiā filius intelligit eadē: ⁊ cū hoc stat ꝙ pater itelligat illa a se: ⁊ vt sic pri⁹ origine ⁊ fili⁹ a patre: ⁊ sic vt posterius origine. De hoc vide super secūdo di.1.q.1.

Ad argumentum principale arguit probādo ꝙ notionalia sint immediatiora essentialibus. patet, quia natura immediatius se habet ad suppositū ꝓpriū q̄ȝ ad ꝓprietatē: quia de supposito ꝑdicatur in primo modo: ⁊ de ꝓprietate iñ in scđo modo: ergo constitutiuum suppositi: q̄le est notionale/ immediatius se habet ad naturam q̄ȝ ꝓprietas nature. Respondet doc. ꝙ hec ratio supponit ꝙ suppositum diuinum constituatur per notionale: quod supponitur ꝓ nūc: ⁊ vocat hic notionale ꝓprietatē relatiuā: vt paťnitas ⁊ filiatio ⁊c̄. q̄a ꝑ illa notionalia innotescunt ꝑsone diuine. Et an modo cōstituantur per ꝓprietates relatiuas: an ꝑ absolutas/ ꝓlixe disputauit ī primo dist.26. vbi. vt dixi videt̄ tenere magis ꝙ per absolutas ꝓprietates ꝯstituantur: q̄ȝ per relatiuas. Supponendo tamen hic ꝙ constituantur per relatiuas. Respōdet ad ratiōem: ꝙ maior est vera qñ suppositum est eiusdē generis cum natura: sicut Ioā. qui est eiusdem generis cū natura humana: quia vtrūqȝ pertinet ad genus substātie: non tamen intelligendo Ioā. prout includit illam negationem duplicis communicabilitatis. s. vt quo: ⁊ vt qđ vt not. doc. in primo di.2.parte.2.q.1. siue vt includit negationem duplicis dependentie ad aliud suppositum. de qua per doc. patet in tertio di.1.q.1 quia talis negatio nullo modo pertinet ad genus substātie: cum sit nihil: sed accipitur suppositum pro illo singulari constituto ex natura ⁊ singularitate: nato per se stare: cui īest talis negatio: vt ꝓlixe exposui super tertio di.1.q.1.⁊ etiam alibi. Et sic de tali supposito natura ꝑdicatur in primo modo vt alias exposui. Loquendo ergo de tali supposito in nobis: conceditur ꝙ natura immediatius se habet ad illum: ⁊ ad positiuum cōstitutiuum illius: ⁊ mediatius ad proprietates nature: puta ad risibilitatem. Sic etiam si cōstitutiuum suppositi diuini esset eiusdē generis qđ est falsum: quia est relatio ⁊ essentia substātia absoluta. Et licet multe proprietates diuine vt bonitas sapientia ⁊ huiusmodi non pertineāt formaliter ad genus substantie: immo dicūt quasi qualitatem: adhuc tamē sunt immediatiores: quia sicut genus qualitatis est immediati⁹ substantie q̄ȝ genus relationis sic quasi genus quātitatis ē immediatius nature diuine quasi genere relationis. ¶ Si queratur quare nō potest hoc suppositum constitui per aliquid eiusdem generis cū natura: Hoc est de eo quod questio supponit: nec per consequēs est ad propositum: sed ad questionem de constitutiuis ꝑsonarum pertinet: tamē concedo pro nunc suppositum. s. ꝙ non cōstituatur per aliquid eiusdem generis. Et ostēdit quomodo non constituat̄ suppositum idem per aliquid eiusdem generis: quia vbi est aliquid de se hoc ⁊ tamen ꝯmunicabile: nō potest intelligi aliqua determinatio vlterior nisi ad incommunicabile: patet: quia singulare non potest vlteri⁹ determinari: nisi ꝙ determinetur per incōmunicabile: ⁊ sic cum suppositū sit simplicit̄ incōmunicabile: sequitur ꝙ vltimate constitutiuū illius sit simpliciter incōmunicabile: quia suppositum per tale cōstitutiuum habet ꝙ sit incōmunicabile. Cū ergo natura diuina sit de se hec ⁊ tñ vere cōmunicabilis: ⁊ suppositum nature diuine sit simpliciter incōmunicabile: ergo cōstitutiuū talis suppositi erit oīno incōmunicabile: ergo erit relatiuū quia supponitur hic ꝙ oē absolutum in diuinis sit perfectio simpliciter: ⁊ oīs talis est cōmunicabilis. Si ergo cōstitutiuum suppositi diuini esset eiusdem generis cū natura diuia esset vere absolutum sicut ⁊ natura diuina: ⁊ per cōsequēs incōmunicabile: ex quo patet ꝙ suppositū diuinū nō ē eiusdē generis cū natura diuina. Tenēdo tñ ꝙ suppositū diuinū cōstituatur per absolutum: diceretur ꝙ tale cōstitutiuū nō esset ꝑfectio simpliciter: vt dicit doc. in primo di.26. Tenendo etiā ꝙ sic ꝯstituat̄ per entitatē absolutā: adhuc diceretur ꝙ essentiale dicens ꝑfectionem esset immediatius nature diuine q̄ȝ talis entitas absoluta. Et ad ratiōem: diceretur ad mi. ꝙ talis entitas nō esset eiusdem gn̄is cū natura diuia: quia tūc eēt ꝑfectio simpliciter: sicut ēt Hecheitas in Ioā. per quā Ioānes est singularis: ⁊ ens per se sibi relinquatur: nō est eiusdē generis cū natura Ioā. vt patet a doct. in.2.di.3.q.6.⁊ talis dicit etiā perfectionē additā nature. vt patet a doc. in prio di.5.q.2.⁊ di.26. Sic similiter si cōstitutiuū suppositi diuini esset eiusdē gn̄is cū natura diuina diceret perfectionem simpliciter: quia oīs ꝑfectio diuina q̄cunqȝ sit illa est perfectio simpliciter. Sed tale cōstitutiuum nullo mō esset ꝑfectio simplicit̄: licet esset entitas absoluta. Et in hoc nō oportet multum insistere. Possent tñ adduci aliqua dubia in hac lr̄a: sed breuitatis cā relinquo ingeniosiori ⁊ subtiliori me. Et sic finis huius.q.1.

¶ Questio Secunda Quolibetorum.

Rñsio ad istātias cō tra aliq̃ dicta i tertio articulo.

Vtrum in deo possint esse plures ꝓductiões eiusdē rōnis

¶ Respõdeo ad istas obiectiones premittẽdo aliqua. Primo. ꝙ constitutiuum persone diuine est ita propriũ illi ꝙ necessario simpliciter conuenit ei: ita ꝙ oppositũ simpliciter repugnat: imo est ita propriũ illi puta filiatio filio. ꝙ si illa precise non esset que nunc est in filio: esset simpliciter impossibile aliquã aliam esse: vel aliquem alium filium esse: vt supra patuit. q. 2. quoli. Secundo premitto ꝙ est differentia inter cõstitutiuum vltimũ persone diuine ⁊ persone create. nam vltimũ cõstitutiuum persone diuine inest simpliciter necessario. ⁊ oppositum puta ꝯmunicari actu simpliciter repugnat Sed vltimum cõstitutiuum ⁊ cõpletiuũ persone create nõ inest necessario. patet: quia persona creata vltimate cõplet per negationẽ actualẽ ad aliud suppositũ: vt patet a Doc. in tertio dist. I. ⁊ tamen affirmatio opposita. s. actu depẽdere ad aliud suppositum: potest sibi inesse ⁊ de facto inest nature singulari assumpte a verbo: vt patet a Doc. in tertio di. I. ⁊ ex hoc apparet quomodo talis negatio non est ita propria persone create ꝙ illi soli necessario conueniat. Tertio premitto ꝙ illud quo aliquid est primo persona personalitate sibi propria ⁊ necessario sibi competente: est primo incõmunicabile: ⁊ tale est constituens personam diuinaꝫ: que sola est necessario persona personalitate sibi propria ⁊ sibi soli necessario competente Sed illud quo persona creata est persona personalitate propria: sed non necessario competente non est ita proprium illi ꝙ sibi necessario conueniat. Quarto premitto ꝙ aliud est esse primo incõmunicabile vt quod. ⁊ aliud vt quo. primo modo suppositum est incõmunicabile. secundo modo proprietas hypostatica. posito ergo ꝙ ipsa sit cõmunicabilis puta nature diuine: tamen est ratio formalis constituendi aliquid in esse incõmunicabili. primo: ⁊ hoc modo proprietas personalis potest dici primo incommunicabilis: quia per ipsam aliquid constituitur in esse incõmunicabili: primo potest etiam dici ꝙ illud quod alteri cõmunicatur: aut perficit aliquam naturam vel informat: aut est tale ens quod in alio sustentari siue suppositari potest: licet non perficiat illud vel informet. ⁊ sic natura humana singularis cõmunicatur verbo diuino: hoc modo propꝛietas constitutiua persone est incõmunicabilis: quia ipsa nec perficit naturam diuinam nec informat nec dependet proprie loquendo: vtraqꝫ via videtur saluabilis. ¶ His pmissis patet responsio ad obiectiones. Ad primam contra primam propositionem dico: ꝙ aliud est loqui de incommunicabili actu: sed non necessario incommunicabili: et aliud est loqui de incommunicabili actu necessario. primo modo negatio actualis cum aptitudinali est ratio constituẽdi in esse incommunicabili sed non necessario: vt patet de negatione actuali que necessario non inest: ⁊ quando inest semper constituit in esse incommunicabili cum dicitur ꝙ non est incommunicabilis primo dico ꝙ est incommunicabilis primo: qͣ per ipsam est primo aliquid incommunicabile licet non necessario: et cum infertur ꝙ talis negatio non est propria illi ergo non constituit in esse incommunicabili. Dico ꝙ sola illa negatio dicitur propria alicui que soli illi necessario inest et illa consequitur necessario aliquod positiuum quod necessario est prima ratio incommunicabilitatis: et negatio necessario sequens non est ratio constituendi primo in esse incommunicabili: sed necessario consequitur illud: et ideo dicitur propria: alia vero negatio licet quando actu inest puta Francisco: actu constituat ipsum in esse incommunicabili: non tamen dicitur illi propria cum necessario non insit: sed mere contingenter quod bene nota. ¶ Ad secundam patet respõsio ex supradictis ĩ quarto pmisso. ¶ Ad rationes cõtra secũdam propositionem ad primam. Dico ꝙ negatio aliquãdo necessario cõuenit alicui sed nõ soli illi. vt nõ lapis necessario cõuenit homini. sed nõ soli homini. ⁊ talis nũqꝫ ĩest enti positiuo nisi ꝑ aliqđ positiuum in ipso: cui affirmatio opposita: scilicet affirmatio lapidis repugnat necessario: ⁊ talis negatio potest pluribus inesse ꝑ aliquod positiuum cõmune eis: quicquid sit illud: vel etiam potest ĩ esse illis pluribus ꝓpter aliud positiuum in eis puta homini: qꝛ animal rationale: ligno quia talis natura ⁊c. Aliquãdo negatio non solum conuenit alicui necessario: sed etiam soli illi vt negatio finitatis soli deo cõuenit ꝑ positiuum ꝓprium in illa. Et sic negatio cõmunicabilitatis competens personis diuinis necessario conuenit illis: non per aliquod positiuũ commune illis: sed simpliciter per aliud ⁊ aliud positiuum ꝓprium singulis: ita ꝙ filio conuenit negatio per filiatiõem: ⁊ patri per paternitatem pcise. ⁊ hoc modo talis negatio non solũ conuenit necessario: sed ẽ etiam ꝓpria ꝓpter positiuum ꝓprium in eis. ¶ Ad illđ de chimera patet responsio: quia hoc intelligitur quando negatio necessario conuenit enti positiuo quale non ẽ chimera. ¶ Ad tertium patet responsio ex supradictis: quia conclusio intelligit̃ de negatione necessario inherente: modo negatio actualis dependẽtie ad aliud non necessario inest. vt supra dixi. Et sic patet responsio ad ista dubia ⁊c.

Negatiõẽ ꝯuenire alicui necessario duplicit posse intelligi.

¶ Ibi. Respondet̃ ad minorem. Hic doc. recitat vnam opinionem Guil. Altisiodoreñ. que dicit ꝙ ingenitum nõ importat negationem simpliciter: sed aliquid pertinens ad dignitatẽ: quia hoc quod est habere eẽ a se. Alio modo importat fontalem plenitudinẽ quod ẽ perfectionis simpliciter in pͥma persona secundum Augu. 4. de tri. c. 9. ¶ Ibi. Cõtra. Hic doc. improbat hãc responsionem. ⁊ primo improbat primam. videlicet ꝙ eẽ a se aut importat circunstantiam principij positiue: ⁊ hoc ẽ impossibile: quia nihil ẽ quod gignat seipsum. vt patet per Aug. pͥo de tri. c. primo: aut a se intelligitur negatiue tm̃. s. quia non habet aliquid ꝓ principio vel causa: ⁊ habetur propositum. s. ꝙ ingenitum dicat negationem formaliter. ¶ Contra secundam: quia fontalis plenitudo aut dicit negationem ⁊ habetur ꝓpositum. s. ꝙ ingenitum vt dicit fontalem plenitudinem sit formaliter negatio. aut dicit positiuum: ⁊ tunc vel dicit essentiam: ⁊ tunc sequitur ꝙ si ingenitum sit ꝓprietas personalis ꝙ eẽntia erit ꝓprietas personalis formaliter qđ ẽ impossibile cum sit communicabilis ⁊ vt quo: ⁊ vt quod: aut dicit relatiõem positiuam: ⁊ patet ꝙ non nisi ad personam: quia pͥma relatio ĩ persona ẽ relatio ad personam: alie eñ relatiões: scilicet equalitas similitudo identitas ꝓsupponunt relationes originis. vt ptꝫ a doc. in pͥmo di. 19. q. I. ⁊ di. 31. ⁊ infra. q. 6. pter istas nulla alia relatio realis ponitur in diuinis: ergo si ingenitum siue fontalis plenitudo dicit relationem ad personam. aut ergo ad vnam personam: aut ad plures non ad ꝓducentem nec ad ꝓducentes cum ingenitum dicat negatiõem omnis productionis. vt notat doct. in pͥmo di. 28. idem est ingenitum qđ nullo modo productum: ergo dicit relationem ad personã productam vel productas: non ad plures productas: quia tunc non poterit esse vnum formale principium ꝑsone constitutiuũ. patet. quia vna persona vna per se ratiõe formali constituitur. Sed si ingenitum esset ad duas productas: tunc includeret duas relationes terminatas ad illa producta: sed nulla vna relatio originis ꝑ se terminatur ad duo producta: sicut eñ ꝓductum vnum terminatur vel refertur ad producens vna relatiõe: ⁊ duo ꝓducta duabus relationibus: ita producens nõ duabus productionibus refertur. si ergo ingenitum diceret duas relationes positiuas: tunc non esset vna per se ꝓprietas: ⁊ per consequens constitutũ per illud non esset vnum per se suppositum. Aut ĩgenitum dicit vnam relationem terminatam ad primam personam productam. s. ad filium: aut ad secundam ꝓductam: scilicet ad spiritũ sanctum: ⁊ tunc nõ tenetur positum. s. ꝙ ĩgenitũ vt distinguitur cõtra paternitatem vel spirationem actiuã cõstituat personam: qꝛ ingenitum siue fõtalis plenitudo. vt dicit relationem: vel ad pͥmam vel ad secundam personam productam nõ distinguitur a paternitate vel spiratiõe actiua: ⁊ per consequens vt dicit talem relationem cõstituet pͥmam personam nõ autem vt distinguitur ab illis. sequitur in litera. Aut ingenitum dicit vnam relatiõem abstractam a paternitate ⁊ spiratiõe actiua: ⁊ tũc si potest vna talis relatio cõmunis abstrahi ab istis duabus: sequit̃ ꝙ pͥma ꝑsona nõ aliqua vna relatiõe singulari signata in existentia sit persona: sed aliquo modo vna abstracta ab illis duabus: ⁊ hoc alterius rõnis: qꝛ probatum est in. 2. q. ꝙ due ꝓductiones actiue ĩ diuinis nõ possunt esse eiusdem rõnis: ⁊ tũc pͥma persona nõ cõstitueretur formaliter aliquo cõstitutiuo vnius rationis quasi specifice: sed vno abstracto a duobus quasi alteriꝰ rõnis. Et dicit doc. quasi specifice: quia ĩ diuinis nõ est ibi aliquod genus nec aliquid in genere contẽtũ: vt ꝓbat Doc. in primo dist. 8. q. 2. ⁊ similiter cum dicit quasi

Expositio litere.

Clare exponit doctorẽ hic.

alterius rõnis: scilicet specifice: quia paternitas ⁊ generatio actiua: ⁊ si non differant ꝓprie specifice cum i diuinis nõ sit species. differunt tamẽ specifice: immo forte sunt p̃mo diuersa. vt habet videri in primo di. 13. modo a duobus quasi specifice distinctis nõ potest abstrahi aliquid vni⁹ rationis quasi specifice. vt patet. nõ enim ab homine ⁊ asino abstrahi põt aliquid vnum specie. sic in ꝓposito. Nec oportet hic multum immorari: quia multi magistri hic cõcedunt ꝓpositum quantum ad ma. ꝙ aliquo incõmunicabili positiuo constituitur p̃ma persona de qua est hic sermo. ¶ Ibi. Cum ergo arguitur ꝯ ista opi. Hic doct. soluit auctoritatẽ ⁊ rationem adductas prius ꝯ opi. Ad auctoritatem dicit: ꝙ Dam. ibidem subdit. in solis ꝓprietatibus paternitatis ⁊ filiationis ⁊ ꝓcessionis differentiam cognoscimus. Et quando p̃us accepit oĩa p̃ter ingenerationẽ ⁊c. intelligendum ẽ ꝙ sub ingeneratione cõprehẽdit paternitatem: sicut patet in diuersis capitulis eius: nũc noĩat vnã ꝓprietatem p̃me persone. nũc aliam. ⁊ per cõsequens ꝑ vnãquãq; intelligit quãcũq; ꝓprietatẽ ꝓpriam. ¶ Ad rõnẽ ꝯcedit doct. p̃mo ꝙ ordo ad prius quodãmodo p̃cedit in aliquo ordinẽ ipsi⁹ ad posteri⁹: maxime qñ ordinatum ẽ in se absolutũ. ꝯcedit ẽt ꝙ negatio ordinis ad prius in absoluto p̃cedit ordinẽ positum eiusdẽ ad posteri⁹: sed nõ sic in illo qđ constituit formaliter per ordinẽ ad posterius: qꝛ nullus ordo in illo põt esse prior: nec etiam negatio ordinis q̃ sit ordo quo constituitur. Si ergo esset suppositum absolutum posset concedi ꝙ ingenitum esset quodammodo prius paternitate: sed cũ ꝓbatur generaliter de omni supposito tam absoluto q̃ relatiuo: per hoc ꝙ contradictoria referuntur ad idem instãs ⁊c. Dicit doct. ꝙ hoc non est verum comparando contradictoria ad tertium: sed absolute comparando adinuicem. exemplum album ⁊ non album absolute contradicunt: sed album ꝑ. a. ⁊ non album ꝑ. b. non contradicunt: ⁊ hoc intelligendo pro. a. ⁊ b. siue signa durationis: siue nature vel originis. Sed si ista comparantur ad aliquid cui ꝯuenire possunt: non oportet ꝙ si album conueniret ipsi. c. ꝑ. a. ꝙ nõ album conueniret ipsi c. ꝑ. a. nihil enĩ est qđ non omnino primo ipsum sit ipsum. sicut homo omnino p̃mo est homo: ⁊ si homo esset lapis: esset omnino p̃mo lapis: tamen nõ omnino p̃mo esset nõ lapis: quia nulla negatio potest esse alicui eadem p̃mo: sicut ipsum est ipsum primo. Concedit ergo ꝙ intelligẽdum ẽ esse ab aliquo: ⁊ nõ esse ab aliquo referri ad idem instans siue nũc cuiuslibet ordinis ad hoc ꝙ sint contradictoria. vt. s. pro quo nunc affirmat eẽ ab alio qđ ponit pro eodem nũc non esse neget illud idem: sed nõ oportet ꝙ illi de quo ista dicũtur ꝯueniat eque primo nõ esse ab: sicut illi conueniret esse ab: si esse ab. sibi ꝯueniret: ⁊ ꝑ ꝯsequens supposito cui conuenit negatio ordinis ad prius prioritate originis non eque primo conuenit ista negatio: sicut ꝯueniret affirmatio ordinis si illum ordinem haberet.

Dubia hic i lra occurrentia.

Occurrunt aliqua dubia. primo. in hoc ꝙ ingenitum non conuenit prius patri q̃ ordo ad ꝓductum. videtur enĩ hoc non esse verum. ¶ Tum quia posito ꝙ pater cõstituatur in eẽ per paternitatẽ. adhuc hoc qđ nõ est esse ab alio: prius cõuenit patri q̃ ipse pater dicat ordinem ad filium: quia pater inquantum pater in diuinis est prius origine filio: ⁊ ꝑ ꝯsequens posterius origine dicit ordinem ad filium: qꝛ talis ordo ad filiũ vel p̃supponit filium eẽ: vel simil' coexigit filiũ eẽ: ⁊ tñ in illo p̃ori originis ꝯuenit sibi nõ esse ab alio: sicut si esset ab alio: ꝯueniret eẽ ab alio. ¶ Tũ etiã quia ingenitum est ꝓprietas soli patri necessario ꝯueniẽs. vt pꝫ a doc. in p̃mo di. 28. ⁊ pater dicit formaliter negationem: sed illa negatio nõ eẽt ꝓpa patri: sic ꝙ illi soli necessario ꝯueniret: nisi per aliquod positiuum ꝓprium in patre: illud positiuum nõ est eẽntia cũ sit cõicabilis: nõ paternitas: quia etsi nõ esse ab. posito ꝙ nõ prius ꝯueniat patri q̃ paternitas. saltem eque primo ꝯuenit patri sicut paternitas. ergo oporteret assignare aliqđ positiuũ ꝓpriũ in p̃re distinctũ a paternitate. ¶ Tertio instat sic. posito ꝙ filius ꝯstituatur i esse ꝑ gñationẽ passiuã: adhuc ꝑ prius conuenit filio ordo ad patrem q̃ generatio passiua. patet. qꝛ per p̃us intelligit eẽ a p̃re q̃ habere generationẽ passiuam: ⁊ si nõ prius. saltem eque p̃mo. Sic i proposito. si filius nõ eẽt ab aliquo: saltem eque p̃mo ꝯueniret sibi nõ eẽ ab alio: ⁊ tunc nõ magis eẽt vna proprietas q̃ alia cũ eque p̃mo vtraq; i eẽt: ⁊ ꝑ ꝯsequens non magis constitueretur i eẽ ab vna q̃ ab alia. vt patet. ¶ Secũdo p̃ncipaliter videtur dubium i hoc qđ dicit ꝙ homo prius ẽ homo q̃ non homo: vel prius eẽt puta animal q̃ non aĩal. hoc videt difficile saluare. Tũ quia ip̃e vult in p̃mo dist. 8. q. vltima. ⁊ in secũdo di, 1, q, 2, ꝙ nõ eẽ pri⁹ natura ꝓuatiue vel negatiue inest creature q̃ esse: etiã posito ꝙ creatura esset ab eterno: vt patet ab ipso in secũdo dist. 1. q. 3. ergo nõ esse hominẽ p̃us cõuenit homini q̃ esse hominem: qa vt dicit Doc. in locis p̃allegatis: si ab eterno nõ poneretur homo a causa extrinseca inesse: tũc nõ esse immediate inesset. ergo videtur ꝙ nõ esse hominẽ p̃us cõueniat homini q̃ ipsum esse.

Dubium secũdum.

¶ Respõdeo ad has obiectiones. Et primo ad p̃mam factam. Ad primum dubium Dico p̃mo. ꝙ in eodem instanti quo pater est pater: ipsa paternitas dicit ordinem ad filium: cum ipsa sit formaliter habitudo ad filium. Dico secundo ⁊ forte magis ad propositũ ꝙ quando Doct. dicit: ꝙ prima p̃sona prius dicit ordinẽ ad filiũ: posito ꝙ constituatur ꝑ relationẽ ad filium. debet sic intelligi ꝙ prius conuenit patri ipsa generatio actiua que generatio dicit ordinem: vel est ordo ad filium q̃uis ipsa generatio sit etiã aliquo modo prior filio: vt alias exposui in primo dist. 1. q. 2. hoc etiã patet a Doct. hic. ⁊ in p̃mo dist. 28. vbi dicit ꝙ pater inq̃tum pater: siue inquãtuꝫ generans qđ idem est: est p̃us origine filio per ordinẽ siue habitudinẽ ad filium non intelligitur aliquis alius ordo vel habitudo superueniens paternitati vel generationi actiue: sed intelligit ipsam paternitatem: vel generationem actiuam formaliter. ¶ Ad secũdam concedo: ꝙ igenitum sit proprietas patris ⁊ concedo ꝙ dicat formaliter negationẽ. s. non esse ab alio: ⁊ similiter cõcedo ꝙ p̃supponit aliquod positiuum ꝓprium in patre sed dico ꝙ illud positiuum est ipsa paternitas: vel generatio actiua. que primo iest patri q̃ illa negatio: ⁊ hoc patet: quia paternitas in diuinis est talis entitas: cui formaliter repugnat posse esse ab alio: ⁊ talis repugnantia. vt patet fundatur in ipsa paternitate: sicut deitas est talis entitas cui formaliter repugnat esse ab alio: siue cui necessario conuenit ista negatio. s. non esse ab alio. ⁊ patet ꝙ talis negatio p̃supponit ipsam deitatem cui necessario inest: ⁊ cui affirmatio opposita necessario repugnat: sic in proposito dico de patre. ¶ Ad tertiam dico ꝙ prius vel saltem eque p̃mo filius habet esse q̃ habeat habitudinem ad patrem. patet: quia filiatio ꝑ quã filius constituitur inesse est formaliter ipsa habitudo ad patrem. ⁊ tũc dico: ꝙ si filius non esset a patre. imo a nullo ꝙ adhuc prius sibi inesset filiatio q̃ nõ esse ab. quia si esse ab repugnaret filio: tunc presupponeret aliquod positiuum i filio ꝓpter quod repugnaret: ⁊ tale positiuũ aliquo modo esset prius ipsa negatione que necessario cõueniret filio. ¶ Ad aliud secundi dubij dico breuiter: ꝙ quãuis nõ esse absolute: sit prius natura ipso esse loquẽdo de esse creature (quod dico ꝓpter esse diuinum qđ ita est necesse esse ꝙ est simpliciter impossibile nõ esse aliquõ esse p̃us natura siue positiue siue priuatiue ipso esse vt patet: in p̃mo di. 2. ⁊. 28.) sed comparando esse ⁊ nõ esse ad tertium puta ad hominem: dico simpliciter ꝙ homo habet p̃us esse q̃ nõ eẽ. p̃us enĩ hõ: vt hõ hꝫ esse q̃ nõ eẽ ⁊ sic pꝫ solutio.

Rñsio ad primũ dubiũ nota. Quare de paternitate in diuinis litteroali. Quo filio p⁹ ꝯuenit filio q̃ esse ab alio. Rñsio ad secũ dubiũ applicabilis valde. Expositio litere.

Ibi respõdetur aliter ad mi. Hic doc. recitat opi. Hẽ. quoli. 9. q. 1. ⁊. 2. q dicit ad mi. p̃me rationis facte in p̃ncipio secũdi articuli (vbi sic arguit. prima proprietas incommunicabilis positiua est proprietas cõstitutiua p̃me p̃sone. sed talis est illa que correspondet correlatiue prime relationi in persona ꝓducta que est paternitas: ergo ⁊c.) ad saluãdũ prioritatem generãtis ad genitũ. ꝙ ipsa paternitas potest considerari dupliciter. vnomodo sub ratione aptitudinali puta ꝑ generatiuitate. alio modo sub ratione actuali puta pro generatione siue paternitate. primomodo generatio actiua siue paternitas constituit primam personam qa vt sic est p̃or producto: secundomodo non constituit cum vt sic sit simul cũ filiatione ¶ Ibi Alia respõsio ad mino. Do. recitat opi. s. Tho. 1. p̃te summe. q. 40. q ad illam mi. dicit ꝙ habitudo ad secundam personam puta paternitas põt considerari vel vt proprietas. vel vt relatio p̃mo modo: constituit quia vt sic est p̃or. secundomodo non constituit: quia vt sic est simul cum relatione opposita. s. filiatione. ¶ Ibi. Contra ista. Hic improbat has duas responsiones. ⁊ p̃mo coniunctim ambas improbat. secundo vtrãq; diuisim. Sed quia iste opiniones etiam improbate sunt per eadeꝫ media que hic ponũtur in primo distin. 28. ideo hic trãseo sicco pede. Et etiam quia im ꝓbationes ille sunt satis clare i litera nec indigent alia expositione. Et si forte occurrant aliqua dubia in calce articuli huius. Prima ergo improbatio coniunctim stat in hoc: quia in prima p̃sona est vna entitas formaliter incommunicabilis ⁊ primo. ⁊ hoc in existẽtia actuali in re ⁊ ex natura rei. ꝙ in re patet. quia p̃sona habet esse vere reale ⁊ p̃ter omne opus intellectus. ⁊ ꝑ consequens ꝓp̃etas constitutiua erit ibi in re extra omne opus intellect⁹.

qđ etiã in existentia actuali. patet: quia quicq̃d ibi existit ẽ simpliciter in vltima actualitate vt patuit in p̃mo distin. secunda: nihil eñ ad intra est in potentia imo summe in actu Et ꝙ tñ vna proprietas constitutiua: patet. quia si essent plures primo: tunc vna illarum supflueret. ⁊ vltra est incompossibile ꝙ sint plures prime: quia tunc persona formaliter constitueretur duabus ꝓprietatibus ⁊ sic circũscripta vna ẽsset adhuc ꝑsona prima quia esset persona per aliam ⁊ ex alia ꝑte non esset. quia esset circũscripta ratio formalis cõstituendi illam. simili modo sepe Doc. arguit. ⁊ sic esset incõpossibile propter causam supradictã esse duas ꝓprietates primas. Ex his sequitur ꝙ quõcũq; distinguatur ratio generatiuitatis ⁊ generationis in paternitate ꝑ considerationem intellectus: ⁊ similiter in ratione ꝓprietatis ⁊ relationis in re tamen est tñ vna: ⁊ vt in re constituit. ¶ Ibi. Preterea contra vtrãq; viam dupliciter. Dicit Doc. ꝙ iste due vie sic distinguũt paternitatem ad vitandam istam difficultatem scilicet quomodo prima persona potest esse ꝑ̃or secunda. ⁊ tamẽ simul natura cum illa. Sed ista difficultas est nulla: quia ordo originis ꝑ se nõ includit ordinem nature: maxime illum in quo prius natura potest esse sine posteriori natura vt supra patuit in primo articulo. ⁊ per consequens sequitur ꝙ pater potest esse ꝑ̃or origine filio ⁊ simul natura cum illo vt expositũ est prolixe in primo articulo.

¶ Ibi. Aliter adhuc Respõdet ad rationem ⁊ ad mi. Hic recitat aliam opi. s. He. qui dicit ꝙ licet in re sit in prima persona vna tantum relatio originis ad secundam personam: scilicet paternitas: tamen illa distinguitur ſm rationem ꝓ vt est habitudo prime persone ad secundam. potest eñ intelligi sub ratione aptitudinis ad generandum: vt exprimit̃ sub nomine generatiui. ⁊ sub ratione potentie: vt suppositũ exprimitur per hoc quod est potens generare: vel sub ratione actus vt exprimitur per hoc nomen generãs: vel sub ratione habentis genitum coexistens vt exprimitur nomie patris. Et sic eadẽ proprietas sub prima ratione. s. generatiuitate cõstituit patrem. ꝙ autẽ generatiuitas sit prior alijs ꝓbat ista opinio: quia illa est prior ſm quam mediatius habet ordinem ad oppositũ scilicet ad genitum: q̃ illa que immediatius. generatiuitas eñ mediatius respicit genitũ. paternitas vero ĩmediatius quia immediate ad illum. generatiuũ eñ ĩmediate dicit ordinẽ ad generabile. ⁊ potens generare ĩmediate dicit ordinẽ ad potens generari: ⁊ generans ĩmediate dicit ordinẽ ad genitum: ⁊ quia generabile est pri⁹ genito: ideo sequitur ꝙ generatiuum sit prius generante: ⁊ hoc est qđ dicit. ¶ Sequitur in litera ibi. Hoc etiam declaratur: quia ille rationes ſm quẽdam ordinẽ se includunt et non econuerso: non eñ omne generatiuũ est generans sed econuerso modo illud est prius a quo non conuertitur subsistendi consequentia. Concedit ergo minorem. s. ꝙ paternitas est proprietas constitutiua patris non tamen sub ratione paternitatis sed sub ratiõe generatiuitatis. ¶ Ibi Aliter respondetur ad eãdem minorem ꝙ constitutiuũ prime ꝑsone potest dupliciter cõsiderari. vno modo vt proprietas alio modo vt relatio: cõstituit autem vt proprietas ⁊ ꝑ cõsequẽs nõ vt relatio correspõdẽs relationi in secũda ꝑsona ¶ Ibi Contra ista arguitur dupliciter. Nunc Doc. ĩprobat has duas responsiones simul. ⁊ improbationes stant in isto superius dicto. s. ꝙ proprietas non constituit personam realem nisi vt precise est in re ⁊ in actualissima existentia reali. ⁊ quamuis diuersimode possit ab intellectu considerari tamen vt constituit personam non constituit nisi vt est in re ⁊ extra omnem considerationem intellectus. ¶ Ibi Secundo sic. Ideo queritur ista distinctio ⁊c̃. hic replicat rationem superius factam que erat de difficultate quomodo pater esset simul cum filio ⁊ vt simul posset generare: ⁊ dictum fuit ꝙ cum simultate nature stat ordo scilicet prioris ⁊ posterioris in origine ⁊ ꝙ talis ordo possit stare vltra dicta hic ⁊ ibi (scilicet ꝙ ordo originis nõ includit nec preexigit: nec coexigit ordinem nature) adducit vnum exemplũ. dicens sic: Cõfirmatur illud exemplo sed forsan includit aliquod dubium si Sortes est pater Platonis non solum Sortes est prior origine Pla. sed Sortes pater prius est origine Platone filio. probo qui paternitas est per se causa prioritatis originis. includendo ergo totum illud quod est per se causa alicuius prioritatis: non per hoc tollitur illa prioritas ergo Sortes pater ꝓut ĩcludit paternitatẽ q̃ est causa ꝑ̃oritatis adhuc esset prior origine Pla. filio. vbi includit̃ rõ posterioritatis originis ⁊ tamẽ Sortes vt pater est simul natura cũ filio sicut correlatiuũ cũ correlatiuo. ¶ Ibi. Posset etiã cõfirmari ratio principalis contra vtrãq; responsionem: q̃a in secunda persona nõ querit̃ distinctio aliqua in constitutiuo nec secũdum aptitudinem ⁊c. non eñ dicitur ꝙ filiatio ꝯstituat sub rõne generabilitatis vt patet: sed filiatio vt actualiter in re existẽs ꝯstituit. ¶ Ibi. Contra primam viã. Hic doc. arguit specialiter cõtra primã viam: ⁊ ratio stat in hoc quia constitutiuum persone ẽ primo incõmunicabile: nulla aptitudo ẽ primo incommunicabilis. patet. quia precise sequitur entitatem cuius ẽ aptitudo. si eñ homo ẽ cõmunicabilis etiam risibilitas erit cõmunicabilis. ⁊ si aptitudo sit incommunicabilis res cuius ẽ talis aptitudo erit incõmunicabilis. cũ ergo entitas personalis sit primo incommunicabilis ⁊ sola illa: ⁊ nulla aptitudo sit primo incõmunicabilis sequit̃ ꝙ paternitas sub rõne aptitudinis nõ erit ꝓprietas cõstitutiua persone. ¶ Ibi. Nũ ergo arguit̃. Hic soluit rationes factas ꝓ prima opinione cõcedẽdo ꝙ ꝓprietas sub illa rõne constituit sub qua dat primo esse: sed dat simpliciter primo esse vt ẽ in actuali existentia vt supra dixi. ⁊ cũ ꝓbatur de mediatius ⁊ immediatius: ratio est pro me: quia sub illa ratione sub qua paternitas immediate respicit filium ẽ ibi actualissime ⁊ simpliciter incõmunicabilis ⁊ sub illa simpliciter constituit. ergo. Ad aliam quãdo dicitur ꝙ generatiuum includitur in quolibet alio ⁊ nõ ecõuerso. hoc nõ concludit prioritatem constitutionis personalis: quia nõ prioritatem in actualitate incõmunicabili. sed tantummodo cõsequendo. ⁊ vt plurimũ que sunt priora in consequẽdo sunt cõmuniora ⁊ minus incõmunicabilia. patet in ordie ꝑ̃dicamentali. ¶ Ibi. Contra secũdũ hic improbat secũdã opi. Et ratio stat ĩ hoc: q̃ nulla entitas singularis extra aĩam est quin sit ad se: vel ad alterum: licet forte ſm aliquos possit dari conceptus indifferens qui nec eẽt ad se nec ad alterum. ⁊ patet de conceptu entis etiam ſm ipsum doc. quicquid sit de hoc non est ꝑ̃sentis speculationis. sufficit ꝙ ĩ re non possit dari. Detur ergo illud quod dicitur proprietas: ⁊ dicatur. a. quero consequẽter an entitas eius in re sit formaliter ad se: vel ad alterum. si primo. ergo constitutum ꝑ ipsam erit absolutum qđ ipsi negãt. si secũdo ergo illa entitas sub ratione formali qua constituit est relatio. ¶ Ibi. Preterea cum dicis paternitas vt ꝓprietas quero quid intelligis aut reduplicatur ibi formale cõstitutiuum persone: aut aliquid consequens in re: vel in intellectu formale constitutiuũ eius. Si secundo modo. da ergo illud formale cõstitutiuum ad quod sequitur illud: quod non est nisi paternitas vt paternitas: quia modus ille non cõsequitur nisi illam realitatem formalem: ergo constitutiuum ẽ per se entitas ad alterum. Si primo modo cum ꝓprietas persone relationem rationis importet. sequitur ꝙ illa prima persona constituitur relatione rationis quod est absurdum. ꝙ autem importet relationem rationis. probatur. quia dicit habitudinem paternitatis ad patrem. paternitas autẽ ad patrem nullam habet habitudinem nisi rationis: quia nec distinctionem. Sequens litera clara ẽ vsq; ad aliam respõsionem. ¶ Ibi. Aliter dicitur adhuc ad mi. q. exponendo istã responsionem secundam de ꝓprietate ꝙ essentia diuina cõstituit personam: non tamen absolute vt eẽntia: sed vt sola ratione differens a relatione. Primum ꝓbatur sic: quia ꝑsone cõuenit per se subsistere: sola autem eẽntia ẽ ratio subsistendi. vt patet per Augu. septimo de trinitate capitulo octauo vel nono. substantia est qua per se pater ẽ. ⁊ idẽ supra capitulo quarto. omnis res ad se subsistit: quãto magis deus. per relationem autem comparatur persona ad oppositum. ¶ Contra arguit doc. ⁊ primo cõtra hoc quod dicit opinio. s. ꝙ eẽntia vt sola ratione differens a relatione constituit personam: quia aut ly vt dicit formalem ratiõem respectu predicati quod est constituere personam: id est ꝙ inquantum differens ratione constituat: ⁊ tunc relatio rationis esset formalis ratio constituẽdi personam que habet verum esse reale quod est impossibile. aut ly vt. dicit aliq̃d cõsequens formalem rationem: ⁊ tũc quero illud respectu cuius dicit rationem consequentem. non potest poni nisi essentia secundum se: ergo essentia vt eẽntia erit ratio formalis constituẽdi in re quod tu negas. ⁊ hoc patet. Si vt differẽs sola ratione a relatione dicit tñ aliquid consequens formalem rationẽ constituendi ⁊ talis differentia rationis nõ consequitur nisi essentiam vt essentia. ergo ipsa essentia vt essentia erit formalis ratio constituendi. quod tamen opinio negat. ¶ Preterea. Essentia vt sola ratione differẽs. aut est communicabilis. aut incommunicabilis. si communicabilis: ergo communicabile formaliter constituit incõmunicabile. si incommunicabile ⁊ essentia omnimodo etiam vt essentia sola ratione differt a relatione tantummodo ẽ ad se: ⁊ ita non formaliter ad alterum sicut relatio: ⁊ tamẽ nõ realiter distincta relatione: ergo essentia omnino vt eẽntia

est sola ratione differens a relatione. ⁊ tunc vt prius essentia vt essentia constitueret. Si enim essentia vt essentia tm̄ ratione differat a relatione cum nullomodo secundum istaz opinionem differat preter opus intellectus. ergo vt sic cōstituet qd ipse negat. ❡ Cōsimiliter pōt argui si essentia vt sola ratione differens a relatione cōstituit. tūc essentia aut est ad se. aut ad alterum. si est ad se. ergo cōstitutum erit ad se formaliter. Si ad alterū. ergo essentia vt essentia erit ad alterum cum essentia vt essentia sola ratione differat a relatione ⁊ constituat vt est ad alterum. ergo essentia vt essentia erit ad alterū. qd est ꝯtra Augu. ❡ Preterea generaliter constitutiuū est cōstituto ratio differendi vel conueniēdi: non autem est sic ratio vt conueniens velut differēs. nō eñi rationale est ratio formalis distinguendi hominnem ab asino inquātū ipsum rationale differt[9] ab alio: sed est ratio fm̄ suam absolutam entitatem. Si ergo essentia constituit personam nō constituet inquantū est differens sed precise fm̄ suam formalem entitatem constituet ❡ Ad argumētum factum pro ista via dicit Doct. q subsistere est equiuocū. Vno modo accipit pro p se eē prout excludit inherere. ⁊ in alio esse vt pars in toto. ⁊ hoc modo vnum est per se subsistere sicut vnum est p se esse: et sic loquuntur auctoritates Aug. vt etiam exposui in primo dist. 8. q. penultima ⁊ in q̄stione pma quolibetorū. Alio modo subsistere est incōmunicabiliter per se esse: ⁊ hoc modo sunt tres subsistentes sicut sunt tres psone quia tres subsistentes incommunicabiliter licet non sit nisi vnum per se ens. ⁊ sic patet qūo debet intelligi subsistere ⁊c̄.

Difficultates īgenio se circaistū articulum.

In isto articulo occurrunt nōnulle difficultates vltra supradictas. Primo dubitatur in hoc qd dicit. q proprietas nō constituit nisi vt actu existens in singulari existētia. quia ex hoc videtur inferre q ꝓprietas hypostatica ī diuinis sit vere singularis. quod videtur falsum. Tuz quia cōtra eum qui vult in primo dist. 2. parte. 2. q. prima. q singulare in hoc differt a supposito: quia singulare est communicabile vt quo. supposita nullomodo nec vt quo nec vt quod. Tum quia si talis proprietas psonalis ē singularis aut est ratio singularitatis. aut de se formaliter est singularis: sicut essentia diuina aut est quid constitutum ex aliquo contrahibili ad singularitatem. ⁊ ex aliqua ratione singularitatis. Si primo tunc est ratio constituendi singulare ⁊ sic persona constituta erit singularis ⁊ sic communicabilis. Si secundo videtur sequi idem qd prius. Si tertio. hoc non videt. Primo. quia quicquid est in diuinis est in vltima actualitate. nihil enim ibi est potentiale siue contrahibile. Secundo quia sequeretur q persona constituta vt pus esset formaliter singularis. ⁊ sic non simpliciter incommunicabilis vt quo ⁊ vt quod. ❡ Secundo principaliter dubitatur ī hoc quod dicit: q paternitas constituit vt in vltima actualitate: quia hoc videtur repugnare cuidam dicto suo: dixit eñi prius q ipsa est prior origine filiatiōe. Sed si ꝯstituit vt in vltima actualitate tunc necessario filiatio erit precise in eodem instanti etiam originis: patet per ipsum: quia parernitas est formaliter habitudo ad filium: ergo in quocūqꝫ signo siue nature siue orig nis ponitur formaliter erit habitudo ad filium: ergo in illo signo erit filius. ergo cum in eodem instanti quo ē formaliter ⁊ actualiter habitudo ad filium constituat patrem: statim sequitur q pater non erit prior filio origine.

❡ Tertio principaliter dubitatur de illo exemplo posito scilicet. q paternitas Sortis sit causa prioritatis originis et q Sortes inquantum pater sit prior origine Pla. filio. hoc enim non videtur verum nec ad mentem Doctoris. patet pmo quia paternitas in nobis nullomodo concurrit ad aliquam productionem: non enim est ratio formalis Sorti ad producendum Pla. nec similiter est conditio agentis vt patet. imo nulla relatio fm̄ Docto. ponitur actiua alicui[9] nec vt quo: nec vt quod. ❡ Secundo instatur quia Doc. in primo sententiarum distinctione tertia. questione quinta: ⁊ in secundo distinctione prima: questione secunda vult expresse q in aliquo priori ad absolutum in causa sequatur absolutum in effectu: ita q generatio Plato. terminatur ad absolutum in Pla. quo absoluto producto statim resultat relatio: puta filiatio in Plato. ⁊ paternitas in Sorte ⁊ nō magis vna quam alia: ⁊ per consequens patet q paternitas ī Sorte nō est cā pioritatis origis qa filiatio nullo mō depēdet a paternitate eū eque pmo sit filiatio ī Pla. sicut pnitas ī Sor. Similiter sequeret ex hoc q generatio actiua in Sorte esset cā pioritatis originis in ipso: ⁊ sic Sortes generās esset pior origine Pla. genito: qd tñ nō videt qa gñatio passiua eq̄ pmo inest Pla. sicut gñatio. s. actiua iest Sorti

Ad absolutū in causa sequit absolutū in effectu hic exponit.

❡ Quarto pricipaliter dubitatur de illa difficultate qua nititur probare q cum simultate nature stat ordo originis: ⁊ sic pater in diuinis ⁊ si sit simul natura cum filio: tamen ē prius origine. Et primo probo q nullo modo sit prius: nec natura nec origine: quia in quocunqꝫ instanti principiū formale productiuum est perfectissime dispositum: ⁊ sit ꝓductiuum per modum nature in eodem instanti est ꝓductum sed essentia in quocunqꝫ instanti est in patre siue memoria fecunda in patre: tunc ipsa memoria ē optime disposita ad producendum filium. hoc patet a doc. in primo distinctiōe septima: sed in primo instanti originis quo pater est pater: est memoria fecunda optime disposita ad generationem: ergo in eodem instanti filius est productus. Si enim in eodem instanti non est productus oportet assignari causa q̄re non possit simpliciter in eodem instanti produci cum i illo instanti sint omnia requisita ad productionem. ❡ Secūdo probo q sufficiat prioritas originis in principio formali productiuo: ⁊ nullomodo in patre inquantum pater est: quia tota perfectio producentis est a principio formali ꝓductiuo. vt exposui in primo distinctione prima questiōe secunda: ⁊ distinctione tertia q̄stione sexta: posito ergo q pater vt pater sit simul origine cum filio: adhuc saluatur prioritas originis in producente: quia sufficit in producente q principium formale productiuum a quo est tota entitas ⁊ perfectio producti sit prius origine omni memoria fecūda in filio: ⁊ ipsa memoria fecunda in patre est principium formale productiuum: ergo ex hoc videtur saluari prioritas ī generatione diuina: ⁊ omnimoda simultas correlatiuorum scilicet patris ⁊ filij. ❡ Tertio probo q etiam pater sit simpliciter pus natura filio si ponatur q ipsum producat. Et accipio dictum doc. in primo distinctione octaua. ⁊ in secundo distinctione prima. questione secunda ⁊ tertia. ⁊ di. vigesima quinta. ⁊ in primo distinctione trigesima nona. q causa in eodem instanti quo causat adhuc intelligitur prior natura ipso producto siue causato. hoc idem vult in secundo distinctione quintadecima: vult enim in vigesima quita secundi: q voluntas nostra ex hoc intelligatur contingenter ⁊ libere elicere actum: quia in eodem instanti quo elicit potest non elicere: ⁊ hoc est quia in codē instanti quo elicit adhuc intelligitur prior natura ipso actu. vt patet in primo distinctione trigesima nona de voluntate diuina. vbi doctor vult q volūtas diuina possit velle pro instanti. a. petrum sedere: ⁊ q possit pro eodem instanti velle ipsum non sedere: quia in codem instanti quo vult petrum sedere potest non velle: propter prioritatem nature: q2 vt vult adhuc est pior natura actu elicito. Hoc idem patet a doctore in pmo distinctione quadragesima. Ex his videtur sequi q pater etiam quando producit sit prior natura ipso producto. ❡ Et nō videtur posse assignari ista causa. Quia aliud est loqui de causa que producit aliud ī natura: ⁊ aliud est loqui de causa producente q̄ nullomodo producit aliud in natura: quia primo mō causa est bene prior natura quando causat ipso causato: sed non sequitur secundo modo: quia secundo modo non producitur aliud in natura. ❡ Hoc nihil est: q2 ponatur causa perfectissima ⁊ nullo modo impedita: ⁊ similiter ꝓducens perfectissimum omnimode dispositum ita videtur q causa eque primo ꝓducat suum effectum sicut ꝓducens suum productum: non enim quo adhoc videtur posse assignari differentia aliqua. Si ergo causa perfectissima omnimodo disposita vt producit siue vt causat effectum ē prior natura ipso effectu. ergo a simili in diuinis pat vt ꝓducit filium erit prior natura filio: ⁊ sic nō saluabitur simultas que opponitur ordini naturali in correlatiuis: vel oportet dicere q pater vt pater nullomodo producat filium in diuinis. ❡ Quinto principaliter dubitatur in hoc quod dicit q paternitas vt proprietas non constituit quin etiam cōstituat vt relatio cum in re idem sint: licet sola ratiōe differant. Contra quia hoc non videtur sequi. Nam ipse doctor concedit q deus generat: ⁊ tamen negat q eēntia generet vt patet in primo distin. 5. q. pma ⁊ tamen de[9] ⁊ deitas sola ratione differunt: quia concretum ⁊ abstractum sola cōsideratiōe intellectus differunt. vt patet a docto. in pmo di. 8. q. 3. ❡ Si dicat q cum dico deus generat q ly deus supponit pro patre: ⁊ sic ista est vera deus generat: q2 pater q̄ est deus generat. Contra: quia hoc concesso: saltem nō pōt in hoc euitari: quia hec conceditur. deus creat: immo est pmo vera vt ly deus supponit pmo pro hoc deo ⁊ non ꝓ aliqua persona. vt patet a Doc. in pmo distin. 4. q. 2. ⁊ tamē hec negatur a doc. Deitas creat vt ipse ꝓbat in pmo disti. 5. q. pma. vbi vult q de vltimate abstracto nō possit verificari adiectiuū adiectiue tentum cuiusmodi ē ly creat: q̄ a s…

Notab… dubiū … tis no… Optim… argum… cū o… quem…

Euasio

Contra euasionem.

Euasio

Impug…tio.

mili de paternitate ⁊c.

Respondeo ad omnes obiectiones et primo ad

Ad dubia cum argumentis respondetur

primum dubium concedo ꝙ ille rationes concludunt cōtra illam conclusionem sic absolute intellectam. Dico ergo ꝙ illa conclusio debet sane intelligi cum dicit Doct. in existentia singulari accipit ibi singulare non proprie sed vt distinguitur ꝯtra ꝯmune. id ē ꝙ sit entitas nullo modo communis ſʒ entitas existens extra omnem considerationem ītellectus. nō ꝙ vere sit singularis: sed entitas omnino incommunicabilis preter omne opus intellectus.

Instantia

¶ Si dicatur ꝙ ista se habēt per ordinem vt quidam Scotiste dicunt scilicet singulare suppositum. ⁊ persona: quia omnis persona est suppositū. ⁊ non econtra. patʒ quia persona est īcommunicabilis existētia in natura intellectuali: suppositum vero ē īcōmunicabilis existentia etiam in natura non intellectuali vt patet. de isto lapide. Similiter omne suppositū est singulare nō econtra vt patet de hac albedine que est singularis ⁊ non suppositum cum sit communicabilis vt quo.

solutio notanda.

¶ Respondeo (saluo semper meliori iudicio) ꝙ hoc est verum in creaturis vbi natura contrahitur ad singularitatem. Dico secundo ꝙ etiam in diuinis conceditur non ſm naturam contractā ad singularitatem: sed ſm naturam que de se formaliter est singularis: cuiusmodi est natura diuina ⁊ sic in diuinis omnis persona est singularis quia includit naturam ex se formaliter singularissimam. Si etiaʒ accipiatur singulare quo ad aliquā eius conditionem videlicet ꝙ singulare est incommunicabile vt quod: sic potest concedi ꝙ persona in diuinis est singularis quia incōmunicabilis vt quod. sed secundum ꝙ singulare est communicabile vt quo: hoc modo ꝑsona diuina nec alia persona est singularis.

In creaturis etiā suppositū non est formaliter singulare.

Nota etiam ꝙ in creaturis non sequitur formaliter ꝙ suppositum sit singulare: non enī suppositum est formaliter singulare ꝑpter rōnes repugnātes singularis ⁊ suppositi: sed debet sic intelligi ꝙ suppositum ē singulare. i. ꝙ necessario presupponit naturam singularem. Multa etiam sunt que non sunt nec suppositum nec singulare: etiam loquendo de esse eorum extra animam. patet quia hecheitas non dicitur proprie singularis sed ratio formalis constituendi singulare. nec similiter ratio formalis constituēdi personam vel suppositum vt relationes originis ꝯstituentes personas vt patʒ.

Dicigenio se excitat lectorem ꝓlixitatē vitando.

¶ Aduerte etiā ꝙ esset bona difficultas scilicet an persona diuina possit dici proprie suppositū tenēdo ꝙ suppositum proprie sit incommunicabilis subsistētia in substantia absolute sumpta: sed quia oporteret ꝑtractare an sola substantia intellectualis predicetur de deo iō pro nūc omitto hanc difficultatem.

Ad ſm dubiū quō p̄rnitas sit ꝓor origine in patre.

¶ Ad secundum dubiū dico breuiter ꝙ ipsa paternitas cōstituit vt in vltima actualitate: ⁊ concedo ꝙ vt sic sit formaliter habitudo ad filiuʒ vt ad terminum. ⁊ cum infertur ergo est simul origine cum filio dico primo ꝙ hoc non sequitur quia dicitur prior origine qꝛ ipsa est in patre ex se: hoc est ꝑ nullā productionem. licet. n. originaliter sit ab essentia ⁊ in essentia diuina vt pʒ a Doc. in primo dist. 28. non tamen est ibi per aliquam productionem. ⁊ ex hoc sequitur ꝙ pater est ibi ex se. i. non per productionem: ⁊ sic prior origine filio eo ꝙ filius sit a patre vt pater est. in eodem ergo instanti originis quo formaliter p̄rnitas est habitudo ad filium filius non intelligitur esse: qꝛ tūc intelligeretur filius esse ibi non per productionem.

ſcōa rn̄sio.

¶ Dico secūdo ꝙ ⁊ si paternitas in vltima actualitate sit formaliter habitudo ad filium. non tamen sequitur ꝙ in eodem instanti filius sit. etiā loquendo de aliquo instanti nature priori: accipiendo prius natura pro presupposito alteri: vt exposui ī primo articulo ita ꝙ si posset mensurari aliqua mensura non tamen duratiua esset aliquod instans mensurans paternitatem in quo instanti filius non esset. cum ergo infertur ē formaliter habitudo ad filium vt ad terminum ergo in illo instāti est filius. negatur consequentia.

Instantia aurea cum solutione.

¶ Si dicatur non est intelligibile ꝙ. a. in instanti b. sit habitudo ad. c. ⁊ ꝙ in eodem instanti. c. non sit. ¶ Dico ꝙ aliud est loqͥ de habitudine ad terminum que a termino dependet: vt omnis relatio in creaturis. ⁊ aliud de habitudine que nullo modo dependet a termino sicut est paternitas in diuinis. Similiter aliud est loqͥ de relatione suo modo ꝓductiua termini ⁊ constitutiua suppositi productiui termini cuiusmodi est paternitas diuina: ⁊ aliud de relatione nullo modo productiua termini nec quouis modo constitutiua alicuius suppositi productiui: qualis est relatio creata siue in creaturis: ⁊ iō nō videat̄ mirū si paternitas vt est formal̄r habitudo ad filiū sit in aliquo istāti in quo filius nō est.

Instantia

¶ Si dicatur in instanti. a. paternitas ē habitudo formaliter ad filiuʒ ergo in instanti. a. terminatur ad filiū ergo in instanti. a. filius est.

Solutio.

¶ Dico ꝙ nō sequit̄ in instāti. a. originis paternitas est formaliter habitudo ergo in eodem instanti. a. terminatur ad filium: non sequitur qꝛ filius in illo primo instanti originis non est. sed sufficit ꝙ quā filius est ꝙ tunc terminetur ad filium.

Instantia

¶ Si inferatur. in p̄mo instanti originis non terminatur ad filium: ergo in secūdo instanti originis terminatur ad filiuʒ: ⁊ sic sequitur ꝙ terminetur nō a se sed ab alio. ¶ Dico ꝙ hoc non sequitur. sicut etiam non sequitur pater in primo instanti originis anteq̄ʒ generet filium est beatus ergo in ſcōo instanti originis generat filium: ergo generat filium non a se sed ab alio: non sequitur. ¶ Dico ergo hic: vt dixi in primo. distinctione prima. questione secunda. exponendo quomodo pater priꝰ origine sit beatus q̄ʒ generet filium.

Ad tertiuʒ dubium.

¶ Ad tertium dubium principale. dico primo ꝙ Doctor hoc non asserit vt patet in litera: exempla. n. ponimus nō ꝙ ita sint: sed vt magis addiscentes assentiant: vt patet primo priorum. Dico secundo ꝙ tenendo exemplum valere potest dici ꝙ quia filius habet principaliter omnia a patre: ⁊ pater vt comparatur ad filiū habet a se. ꝙ sicut Sortes vt Sortes est prior natura vel origine Pla. vt Pla. ita videt̄ sequi ꝙ Sortes pater vt pater sit prior origine Pla. (non absolute sumpto quia est prior paternitate cum sit terminus eius vt patet a Doc. in primo. distinctione. 30.) filio vt filio. Et hoc modo paternitas poterit dici causa prioritatis originis: respectu Platonis vt filij. quia tenendo ꝙ pater vt pater sit causa filij statim sequitur ꝙ pater vt pater sit prior origine filio. et sic paternitas erit causa prioritatis originis. quamuis paternitas ⁊ filiatio in creaturis semper sint simul ⁊ vna nullo modo presupponatur alteri sicut forte est in diuinis vt supra dixi. ⁊ tn̄ adhuc p̄rnitas in creaturis poterit dici prior origine filiatione ꝑpter causam supradictā.

Ad rōnes quarti dubij.

¶ Ad rationes quarti dubij ad primā. Dico ꝙ semper est prior origine: quia pater habʒ esse a se modo p̄expositio: ⁊ filius a patre: non sequitur mō / in instanti originis. a. essentia est ꝑfecte in patre ⁊ summe disposita ad productionem ergo in eodem instanti est filiꝰ / negat̄: qꝛ tunc sequeretur ꝙ filius esset a se. Sed bn̄ ꝓceditur in primo instanti est summe disposita ad ꝓductionē filij ergo pater in illo instanti habens illam ꝓducit filium imo per talem ꝓductionē actiuā p̄r cōstituit̄ in eē ꝑsonali. Sʒ vltra nō seq̄t̄ ergo in illo instanti quo p̄r ꝓducit filiū filius est. Sicut etiam hic nō sequitur voluntas in instanti. a. nūc elicit actum ergo in illo instāti actus est: nō sequitur quia vt elicit actum adhuc est prior natura vt supra dixi. Sic ī proposito.

Quare in eodē p̄r nō possit ꝓducere filiū.

Et cum queritur ratio quare ī eodem instāti nō potest pater producere filium. Dico ꝙ ratio de se est clara: qꝛ ꝓducens semper est prior producto. ⁊ vltra quia est p̄mum signum originis: quia pater a se producit ⁊ dat esse filio. si ḡ in illo p̄cise instāti produceret filium esset implicatio cōtradictionis: quia sequeretur ꝙ filius simul eēt a se ⁊ a patre qd̄ nō est intelligibile.

Ad productionē filij in diuinis duo req̄rūtur.

¶ Ad secūdam rationem qua ꝓbatur ꝙ sufficit prioritas originis ī solo principio productiuo Dico breuiter ꝙ ad producendum filium in diuinis duo necessario requiruntur: scilicet ratio formalis producendi a q̄ dependet tota perfectio productionis vt exposui in primo distin. 1. q. 2. ⁊ distin. 3. q. 6. ⁊ sic memoria fecunda in patre ē ratio formalis producendi filium: ⁊ requiritur etiam conditio producentis: scilicet proprietas personalis: semper enī productum realiter distinguitur a producente: si modo filius esset a sola memoria fecunda: tunc realiter distingueretur ab illa. quod ē impossibile: vt ergo productum realiter distinguatur a producēte requiritur in producente propꝛietas personalis propter quam realiter producens distiguatur a producto. Dico ergo ꝙ in eodem instanti quo memoria ponitur p̄ncipium productiuum in actu ponitur etiam conditio ꝓducentis in actu. ⁊ similiter in illo priori quo memoria fecunda ponitur p̄ncipium formale productiuum filij paternitas necessario ponitur vt conditio requisita.

¶ Ad tertiam rationē. dico ꝙ illa ratio concluderet si suppositum producens esset absolutum. quia tunc non haberetur pro inconuenienti ꝙ ipsum sit prius natura ipso producto. non accipiēdo tamē prius natura pro priori vt dicitur causa p̄or effectu siue vniuoco siue equoco. vt supra dixi de ordīe nature ī p̄rio articl̄o: sed accipiēdo priꝰ natura eo modo quo ponitur ītellectus p̄or natura volūtate. ⁊ cū hoc ꝙ ꝓductū sit posterius natura. Illa tamē ratio nō concluderet vbi suppositum ꝓducēs ē relatiuum ⁊ ꝯstitutum in tali esse suppositali per relationem nō qualemcūq; sed ꝑ relationem ad productum: quia tūc tale suppositū est siml̄ natura cum producto ꝑpter naturam correlatiuoꝝ. Si ēt teneatur vt sic ipsum eē prius natura aliquo p̄dictorū modorum vt supra in primo articulo. adhuc nō habeo pro ina

conuenienti ꝙ producens quando producit sit prius natu-
ra ipso producto: esset bene inconueniens si poneretur pri⁹
natura essentialiter eo modo quo causa ponitur prius natu-
ra effectu vt ibidem dixi. ¶ Ad quintum ⁊ vltimum dubiū.
Dico ꝙ non est simile quia aliud est loqui de formali ratiōe
constitutiua alicuius in esse reali. ⁊ aliud est loqui de predi-
cato quod precise verificatur de aliquo vt in concreto ⁊ non
in abstracto: quia primo modo ponitur realiter constitutiuū
sub ratione actuali reali. ⁊ ideo paternitas vt constituit/ p̄-
cise constituit vt est in re ⁊ non in consideratione. ⁊ ideo non
est simile. In re etiam deitas realiter est creatrix sicut ⁊ de⁹
sed logice loquendo non est sic vt patet in primo.

In re deitas est realiter creatrix sicut deus/ sz non logice

Expō lr̄e. tertij articuli.

Sequitur tertius articulus vbi videndum est de
istis relationibus que cōmuniter conceduntur prime perso-
ne (exceptis ingenito et spiratione actiua) que scilicet sunt
paternitas. generatio actiua generatiuitas. potens genera
re. generare ⁊ huiusmodi. quomodo se habeant adinuicē et
quomodo adinuicem differant. Et breuiter ponit duas con
clusiones. prima vnica sola ⁊ omnino vnica est relatio origi
nis inter primā personam ⁊ secundam. ita ꝙ nulla est distin
ctio talis relationis qualitercūqꝫ in re ante meram conside-
rationem intellectus: id est ꝙ nulla est ibi distinctio preter
opus ītellect⁹. Secūda ꝯclusio. Illa relatio que omnino vni
ca est sic in re potest ratione distingui siue diuersis rationi-
bus considerari. ¶ Primam conclusionem probat duplici-
ter. ⁊ prima probatio stat in hoc. vnica ⁊ sola est vni⁹ ab vno
perfecta origo: ⁊ hoc intelligēdo originem actiuā vnicam a
parte originantis: ⁊ vnicam passiuam a parte originati. licꝫ
hec ⁊ illa sint quodammodo due. Sed relatio originis inter
primam ⁊ secundam personam dicit perfectam rationē ori-
ginis secunde persone a prima. ergo est tantum vnica. acci-
piendo actiue a parte patris: ⁊ tūc est vnica actiua in patre
⁊ quasi passiue a parte filij ⁊ erit ibi etiam vnica passiua: p-
batio ma. stat in hoc quia. a. non dicitur perfecta originatio
qua circunscripta nihil minus esset ipsum originatum hoc
patet. Sed si in patre essent due originationes actiue per-
¶ Tertio principaliter dubitat̃ in hoc. s. ꝙ incõprehẽsibile contrarie includit formaliter quantitatẽ virtualẽ excedẽtem oẽ cõprehẽsibile. Cõtra instatur sic. Primo. quia tũc in diuinis erũt plura incõprehẽsibilia cõtrarie: quia plura formaliter infinita: ⁊ tunc seq̇tur ꝙ ab intellectu ĩfinito nõ poterũt simul cõprehẽdi. Et arguo sic: intellectui diuio nõ p̃nt eẽ plures act⁹ cõprehẽsiui: nec realiter: nec formalit̃ distincti. vt ẽt ptꝫ a doc. in plurib⁹ locis. Sed si singulũ infinitũ ẽ cõprehẽsibile ꝓꝑia cõprehẽsibilitate: cũ ĩcludat ꝓpriã q̃titatẽ ṽtualẽ excedẽtẽ oẽ ꝯprehẽsibile finitum: ergo intellectus ĩfinitus respectu alterius ⁊ alterius infiniti habebit alium ⁊ alium actum comprehẽsiuum saltem alium formaliter.

Quarta.

¶ Quarto pricipaliter dubitatur de hoc. s. ꝙ essentia diuina vt essentia est primũ obiectum tam intellectus diuini: q̃ꝫ intellectus creati beati.

Quinta.

¶ Quinto dubitatur de hoc. s. eẽntia diuina nõ posset pluribus suppositis: nisi esset infinita.

Sexta.

¶ Sexto dubitat̃ ĩ hoc .s. communicabile in diuinis intelligitur nõ quasi subsistẽs: sed quasi inherẽs subsistẽti ⁊ quasi modũ inherẽtie habens

Septima.

¶ Septimo dubitatur in hec. s. ꝙ sola idẽtitas cum eẽntia diuina nõ est ratio sola habẽdi infinitatẽ formalit̃ illi quod est sic idem: sed bñ est ratio sufficiẽs habẽdi infinitatem formaliter oñi ei cui nõ repugnat formalit̃ infinitas.

Octaua.

¶ Octauo dubitatur in hoc s. patñitati repugnat eẽ pars vel quasi pars (accipiẽdo partem pro minus ente) quia realiter repugnat sibi excedi vel posse ab aliquo excedi.

Nona.

¶ Nono dubitatur de hoc. s. ꝙ finitum ⁊ infinitum precise diuidũt ens quãtum habẽs quãtitatem ꝑfectionalem aliquam.

Decima.

¶ Decimo dubitatur in hoc ꝙ entitas quãta necessario est vl' entitas partialis: vel entitas totalis ĩter eẽntias: ⁊ sic paternitas diuina nõ est entitas: nec partialis: nec totalis inter essentias.

Obiectiones cõtra mlta dicta.

Cõtra q̃rtũ dictum.

¶ Instatur cõtra quartum dictum: quia si essentia vt essentia est obiectum primum intellectus beati. sequitur ꝑmo: ꝙ mouebit ĩtellectum creatum necessario ⁊ ꝑ modum nature. patet. quia cẽntia vt cẽntia nõ potest mouere nisi per modum nature. vt patet a doc. in primo di. 7. ⁊. 13. ⁊ in quol. q. 14. arti. 2. Sed est ipossibile ipsam mouere posse per modum nature aliquem intellectum creatum. vt patet a doc. in primo. ⁊ in quol. ¶ Secundo sequit̃ ꝙ quilibet beatus eque perfecte ⁊ eque intẽse videbit essentiam. patet. quia vt sic mouebit ĩtellectum necessario ⁊ per modum nature. ⁊ per cõsequẽs perfectiori modo quo poterit: quia causa agens necessario ⁊ per modum nature nisi sit impedite semper ꝓducit effectum perfectissimum quem potest vt patet a doc. in primo di. 3. q. 2. ⁊. q. vlti. di. 8. Sequerentur etiã plura alia inconuenientia q̃ ꝑ nunc transeo.

Cõtra q̇ntum dictũ.

¶ Instatur contra quintum dictum principale respondendo ꝙ essentia diuina sit communicabilis etiam circunscripta infinitate intensiua. ⁊ arguo sic. Primo. Omnis quidditas ẽ pluribus communicabilis. vt patet a doc. in primo di. 2. parte. 2. q. 1. ⁊ di. 25. Sed quia posset esse difficultas de relationibus originis: an dicant quidditatem. vt supra patuit i si. q. ⁊ specialiter in primo di. 25. ⁊ vide que ibi notaui. ⁊ di. 26. ideo ad euitandam hãc difficultatem facio hanc maiorem .s. Omnis natura cui formalit̃ non repugnat perfectio simpliciter est vere communicabilis: sed natura diuina circunscripta infinitate est natura cui formaliter nõ repugnat ꝑfectio simpliciter: ergo ma. est doc. in primo di. 2. ⁊. 6. ⁊ alibi. ¶ Secundo instatur sic. natura perfectissima est cõmunicabilis: sed natura diuina sub ratiõe qua hec natura etiã circunscripta infinitate est perfectissima. ma. est doct. in primo di. 2. parte. 2. q. [illegible] mi. patet a doct. in prolo. q. 3. vbi vult ꝙ ratio perfectissima est deitas vt deitas. ⁊ hoc idem in. 3. di. 26. ⁊. 27. ¶ Tertio instatur. quia sicut passio est cõmunicabilis: quia natura cuius est: est cõmunicabilis. sic gradus intrinsecus nõ videtur communicabilis nisi natura cuius est sit cõmunicabilis. ⁊ patet similitudo. quia vtrũq; sequitur naturam. Si ergo ĩfinitas sit communicabilis: a fortiori natura cuius est erit communicabilis: ⁊ ꝑmo cõmunicabilis.

Cõtra sextum dictũ.

¶ Instatur contra sextum dictum principale. Et ostendo ꝙ nullo modo communicabile i diuinis aliquo modo se habeat per modum inherentie. Primo. quia oñis imperfectio vel quasi imperfectio neganda ẽ simpliciter a diuinis. vt patet a doct. in primo di. 5. q. 2. vbi negat omnem materiam vel quasi materiã: cum sonet quasi imꝑfectionẽ. ¶ Secundo quia doc. in p̃io di. 5. q. 2. ⁊ di. 26. dicit ꝙ ꝓprietas diuina nullo modo est actus essentie: sed magis essentia est id quo ꝓprietas est: ergo sequitur ꝙ essentia nullo modo sit quasi inherens. ¶ Tertio instatur: quia propetas est magis inherens nature: ⁊ nullo modo econtra dicitur natura ĩherere vel quasi ĩherere: hoc patet. quia etiam in nobis hecheitas dicitur nature inherere vl' quasi inherere: ⁊ si distingueretur realiter vere inhereret: sic videt̃ de proprietate diuina. ¶ Quarto instatur. quia inherens vel quasi inherens habet rationẽ posterioris respectu illius cui inheret vel quasi inheret.

Cõtra septimum dictum.

¶ Contra septimum dictum instat̃ probando ꝙ identitas non sit ratio quare bonitas diuina sit formaliter infinita. Et primo sic instatur: quia identitas inter aliqua necessario presupponit extrema ĩter que

sit identitas:ergo aliqñ preintelliguntur deitas et bonitas ergo in illo priori erit infinita:cũ sit gradus itrisecus ꝛ idẽtitas sequitur gradũ intrinsecũ.2°.istaꝶ qꝛ doc. vult ꝙ essentia vt infinita idẽtificat sibi omnia que quasi ab ipa pullulãt vt pꝫ in pñti.q. ergo prius pullulant attributa vt infinita ꝙ̃ sibi idẽtificet illa.ergo idẽtitas non est ratio quare bonitas sit formaliter infinita.

Contra octauum dictum. ❡ Contra octauum dictum ꝛ pbo ꝙ paternitas formaliter accepta sit quasi ps:pꝫ:qꝛ ipsa cũ nõ sit formaliter infinita erit minus ens: patet. qꝛ oĩs entitas alteri ꝯparata:aut erit equalis:aut minor: aut maior:sꝫ pr̃nitas nõ est equalis:nec maior:ergo minor: ergo ꝑ rõnem doct.hẽbit rationem partis vel quasi partis.2° instaꝶ cui nõ repugnat excedi:vel quasi ab alio excedi : ei non repugnat esse ps vel quasi pars:hoc ptꝫ ꝑ rõnem doc. Sed paternitati nõ repugnat formaliter excedi a deitate: ptꝫ: qꝛ formalr̃ infinitum necessario excedit in entitate omne nõ formaliter infinituꝫ.

Cõtra nonũ dictum. ❡ Cõtra nonũ dictũ alias exposui in 2° ꝛ exposui quõ ista diuisio debeat itelligi:ꝛ an relatio realis i creatur; sit ꝯ̃ta ſm ꝙ̃titatem perfectionalẽ. Uide ibi.

Cõtra decimum dictum. ❡ Contra decimum pro nunc non isto:sed relinquo ingenio altiori ꝛ acutiori discutiendum subtiliter ꝛc.

Rñsio ad obiectiões. Ad primã ꝯtra primũ dictum. Respondeo ad omnes obiectiones et primo ad illas que sunt contra primũ dictũ. Et pmitto vnũ s. ꝙ incõprehensibile ab intellectu creato põt intelligi triplr̃. primo positiue ꝛ ꝯtrarie ꝛ sic ens formaliter ifinitũ dr̃ incõprehensibile.2° negatiue tm̃:vꝫ ꝙ sit talis entitas q̃ ꝛ si in perfectione nullũ ꝯprehensibile excedat tñ est talis entitas ꝙ repugnat intellectui finito posse euꝫ ꝯprehendere.3° qꝛ est talis entitas que nec in se formaliter potest mouere intellectuꝫ. nec aliqđ creatum potest ꝯtinere notitiã illius.

Incõphẽsibile ab intellectu creato triplr̃. pmo mõ:nulla relatio originis est incõprehensibilis: sed bñ 2° ꝛ 3° mõ. ꝛ si negeꝶ secundus modus.tertius tñ negari nõ põt: hoc pmisso dico ad primã ꝙ pr̃nitas ex quo hꝫ ꝑpriaꝫ entitatẽ ꝙ etiã hꝫ ꝑpriã icomphensibilitatẽ salteꝫ 2ᵒᵒ.sed primo ꝛ 3ᵒᵒ nullo mõ hꝫ ꝑpriã incomphensibilitatẽ: vt ptꝫ.

hr̃e ꝑpriaꝫ intelligibilitateꝫ põt triplr̃ intelligi. ❡ Ad scđꝫ dico ꝙ hr̃e ꝑpriam intelligibilitatẽ põt pariformiter itelligi tripliciter.sicut etiã incõprehensibile:pmo ꝙ dicaꝶ ꝑpria.qꝛ excedit oẽ intelligibile.2°: ꝑpria:qꝛ talis intelligibilitas soli illi formaliter ꝯuenit.3° qꝛ põt sola mouere ad sui intellectionem:nec prio:nec tertio mõ relatio originis hꝫ ꝑpriã intelligibilitatẽ. Sed bñ scđo mõ qꝛ ꝛ ꝑpriã terminationẽ:qꝛ forte nulla alia entitas põt terminare notitiã: puta paternitatis:sed sola pr̃nitas terminat.

ad instantias ꝯtra secũdũ dictũ singularis rñsio. Et sic ꝑ oppositũ ꝯcedo ꝙ nec prio:nec tertio mõ hꝫ ꝑpriaꝫ incomphensibilitatẽ lꝫ forte 2° mõ. ❡ Ad tertiũ patet per ea q̃ dicta sunt ad pmũ ꝛ scđm. ❡ Ad quartũ ꝯcedo ꝙ pr̃nitas respectu intellectus diuini hꝫ ꝑpriã ꝯprehensibilitatẽ oppositã incõprehensibilitati.scđo mõ:sed non hꝫ oppositã prio ꝛ scđo mõ.vt patet.

ad instantiaꝫ ꝯtra tertium. ❡ Ad instantias ꝯtra scđm dictũ.ad primã dico ꝙ no posse ꝯprehendi:prio vl̃ tertio mõ.est rõne ꝑfectionis infinite: vt patet. Sed non posse ꝯprehendi secundo mõ nõ est rõne ꝑfectionis vel iperfectionis: sed ꝑcise rõne talis entitatis:q̃ nec perfectionẽ formaliter:nec iperfectionẽ includit:nec est formaliter infinita:nec formaliter finita. ❡ Ad scđꝫ dico ꝙ accipiendo incomprehensibile prio ꝛ tertio mõ nullus intellectus creatus põt ꝯprehendere relationẽ originis:sed scđo mõ:dico ẽt ꝙ nullus intellectus põt elicere actũ adequatũ relationi originis:qꝛ actus adequatꝰ nullam necessario includit imperfectionẽ:nec limitationẽ:imo oĩs actus vt ab itellectu creato elicitus necessario includit iperfectionẽ:qꝛ limitationẽ.

ad instantias ꝯtra q̃rtum dictũ. ❡ Ad tertiũ dico prio ꝙ ꝛ si deus possit forte cãre:tñ conclusio debet intelligi ꝙ a nullo intellecto creato pt virtute ꝑpria ꝯprehendi.sꝫ bene virtute diuina. ❡ Dico secũdo ꝛ forte magis ad intentionẽ conclusionis:ꝙ nõ põt cãri in intellectu creato actus comphẽsiuus relationis origis quia talis non includeret necessario imperfectionem: cum talis relatio nata sit intelligi actu non includente aliquã imperfectionem:modo omnis actus etiam ĩmediate a deo creatus in intellectu creato necessario est finitus ꝛ limitatus: sicut etiam non potest causari actus comprehensiuus deitatis: quia ille esset formaliter infinitus: vt alias exposui.

ad instantias ꝯtra q̃ntum dictũ. ❡ Ad quartum patet ex supradictis. ❡ Ad instantiam cõtra tertium dictum concedo ꝙ sunt plura incomprehensibilia formaliter distincta:et hoc non est inconueniens apud doc. Et cum arguitur ꝙ tunc essent plures actus comprehẽsiui saltem formaliter distincti. ❡ Dico ꝙ hoc non sequitur nisi de obiectis formaliter infinitis:quorum vnum nullo modo originatur:nec quasi originatur ab alio. In proposito autem omnia formaliter i diuinis suo modo pullulãt ab eẽntia et in essentia diuina: ꝛ ideo ꝯtinet nõ solũ notitiã sui sed ẽt oĩm attributoꝝ: vt alias exposui suꝑ primo.

Ad instantias cõtra quartũ dictum. ❡ Ad instantias contra quartũ dictum dico breuiter: ꝙ quando doc. ponit ꝙ essentia vt essentia est obiectũ intellectus beati creati: et ꝑ ꝯñs ꝙ sit ratio mouẽdi ipsum dꝫ intelligi: vl̃ ꝙ essentia vel aliqđ qđ realiter sit ipsa essentia: vt ptꝫ ab ipso in quol. q.14.arti.3. Et sic sola voluntas diuina immediate mouet intellectum creatũ ad notitiã intuitiuam essentie diuine: vt patet a doc. vbi supra. Ex hoc patet responsio ad aliud : qꝛ voluntas diuina libere causat visionẽ:est scđm merita . vt ptꝫ a doc.in.4.di.49.

ad instantias cõtra quintũ dictum. ❡ Ad instantias contra quintum dictuꝫ dico breuiter. Primo ꝙ natura singularis nõ est realiter cõicabilis pluribus suppositis in vnitate nature: nisi sit talis natura cui formaliter nata sit inesse infinitas: vt gradus intrinsecus. Et sic ꝯcedo ꝙ deitas vt deitas est cõicabilis i vnitate nature pluribꝰ suppositꝭ:qꝛ ipsi deitati ꝯuenit formaliter infinitas vt gradꝰ intrinsecus. Dico secundo ꝙ ifinitas est ꝯditio necessaria ad hoc vt natura actu possit cõmunicari in vnitate essentie pluribus suppositis: sicut etiaꝫ ipsa essentia vt essentia est ratio formalis communicandi se filio. et tamen actu non communicatur nisi sit in supposito diuino. et sic suppositum requiritur vt conditio necessaria: vt patet a doc. in primo. di.7.q. vnica: ꝛ in quol.

❡ Ad instantias contra septum dubium dico breuiter: ꝙ communicabile diuinum potest dici quasi inherens : ex hoc solo ꝙ perficit suppositum: ꝛ per se pertinet ad suppositũ non ꝙ nullomodo dicatur inherere: nec quasi inherere : eo mõ quo accidens inheret ꝛ dependet. Potest etiam dici: ꝙ quia simpliciter incõicabile: nec vt quo nec vt qđ est cõmunicabile alteri: ꝛ vt sic nullo modo dr̃ dependere: vel quasi: nec inherere nec quasi. Quia vero natura diuina est cõicabilis: ꝛ vt quo ꝛ vt quod: qđ est ꝑfectionis. ideo improprie loquendo dr̃ quasi inherere: vt inherere dicit cõicari supposito. Ex his patet rñsio ad omnes instantias : quia procedunt de inherentia: vel quasi inherentia: q̃ includunt dependentiam vel quasi dependentiam. sed non prout dicit cõicabilitatem nature supposito. ❡ Ad instantiam contra septimum dictum dico: ꝙ conclusio doc. debet sane intelligi. Nã et doc. vult ꝙ identitas precise sit ratio cõicandi infinitatẽ formaliter: cũ aliquo mõ sequatur extrema. Sed pt sic itelligi: qꝛ essentia diuina q̃si illa originat: vt eadẽ realiter sibi .i. ꝙ quasi originat: puta bonitatẽ formaliter infinitã: vt perfecte idẽtificabilẽ reali idẽtitate sibi: qꝛ.n. repugnat realiꝶ distincto a deitate eẽ formaliter infinitũ: vt patet a doct. in primo di.2.q.1.parte.1.ꝛ.q.4. iõ si eẽntia originat: vel quasi originat attributa vt formaliter ifinita: necessario origiat vt perfecte eãdẽ sibi: ꝛ hoc mõ doc. intelligit ꝙ idẽtitas ẽ sufficiens rõ quare attributa originenꝶ vt formaliter infinita. Ex his patet rñsio ad instantias. ❡ Ad instantias ꝯtra.8. dictũ dico prio: ꝙ doc. limitat se: ꝙ ipsa pr̃nitas nõ est realiter pars: nec realiter põt excedi: cũ sit simpliciter eadẽ realiter cũ eẽntia diuia. Dico 2° ꝙ ẽt loq̃ndo de pr̃nitate formaliter: ꝛ vt formaliter distincta ab eẽntia: adhuc nõ est ps nec q̃si pars: nec q̃si excedi põt: qꝛ ipsa est talis entitas: q̃ nullo mõ põt originari: vel quasi originari ab eẽntia diuina vt formaliter ifinita: nisi vt ꝑfecte eadẽ realiter sibi: ꝛ ꝑ ꝯñs repugnat sibi eẽ minꝰ ens. Dico 3° ꝙ ꝑprie ens minꝰ est ꝙ̃tũ dicẽs perfectionẽ vel iperfectioneꝫ: mõ pr̃nitas nullo mõ est ens ꝙ̃tũ. ❡ Ad istantias ꝯtra dubia patꝫ loco ꝑallegato.

Questio sexta.

questionis sectio. AN equalitas in diuinis sit ratio realis. In ista.q.sũt tres articuli pncipales Primꝰ si eq̃litas in diuinis sit aliqđ fundamẽtũ reale. Scđs si sit realis distinctio extremorum. Tertius si illa equalitas ex natura rei insit extremis ſm fundamentũ.

Expõ lr̃e. ❡ De prio art. tria sunt vidẽda. pmo de fundamẽto eq̃litatis in cõi. Scđo q̃d possit assignari fundamẽtũ equalitatis in diuinis: ꝛ si sint plura fundamẽta ꝛ q̃ ꝛ quot. Et tertio de quocũq3 eorũ si sit ibi reale. Circa pmũ dicit doc. ꝙ fundamẽtũ equalitatis in cõi accipiꝶ a pho: qui videꝶ dicere ꝙ fundamentũ equalitatis sit quãtitas. ait eñ ꝙ ꝑpriũ est ꝙ̃titati ſm eã equale vel incq̃le dici. Istud dctm̃ notat fũdamẽtũ illiꝰ relatiõis: sicut ipe loq̃ꝶ.c. de eq̃litate: ꝙ ꝑpriũ est sibi ſm eã simile: vel dissimile dici. Istđ dictũ de fundamẽto equalitatis ꝛ similitudinis vr̃ magis explicare in.5.meta.c. de ad aliq̃d. Equale: siꝶe: idẽ: ſm vnum dñr oĩa eq̃lia quoꝝ ꝙ̃titas est vna. Siꝶia quoꝝ qualitas est vna. Eadẽ quoꝝ subã est vna. Hic ipe vr̃ innuere ꝙ nõ sola ꝙ̃titas est fundamẽtũ equalitatis: sed req̃riꝶ vnitas ꝙ̃titatis. Sicut exposui i primo. di.19.q.1.ꝛ q̃ vnitas requiratur an numeralis: an specifica. Uide que exposui in secundo di.

3.q.1.declarando illam rationem doc. factam super illo dicto.5.meta. Uide ibi quia hic non pertinēt ad propositum principale hec exponere. ¶ De scđo in isto arti. scilicet de eq̃litate in diuinis specialiter quid sit eius fundamentum. Illud videtur Aug. assignare. primo de fide ad Petrũ loquens de diuinis personis dicit. Nulla iquit alteram precedit eternitate: aut excedit maiestate: aut supat potestate: quia nec filio pater anterior: aut maior: ⁊ potest addi: aut etiam potentior. Illud dictum Aug. probatur ex dictis phi: in principio.c. de q̃titate quia si equalitas est secundum q̃titatem: cum q̃titas primo diuidatur in continuam ⁊ discretam. In diuinis non potest esse equalitas secũdum q̃titatem discretam: quia nulla est ibi trinitas que non est numerus: vt probatum est in primo di.24. vel si est pluralitas: minor pars est quodammodo maioris: ⁊ ita inequalitas: ⁊ hoc non videtur concedendum in diuinis. Quantitas autem continua diuiditur in permanentem ⁊ successiuam: in deo non est q̃titas successiua: quia nulla duratio successiua Est tamen aliqua que est sibi correspondens. que est q̃titas durationis: non tamen successiua: sicut eternitas que est tota simul: vt patuit in secundo di.2. Quantitas permanens in creaturis dicitur proprie magnitudo molis: ⁊ omnis sibi correspõdēs in diuinis dicitur magnitudo virtutis. Sequitur ergo ex dicto phi dictum Aug. quod ad hoc ꝙ equalitas sit in diuinis aut est ſm magnitudinem: aut ſm eternitatem. ¶ Secũdo dictum Aug. exponitur quia tunc ex dictis videtur superfluere tertium quod addit ſm potestatem. ¶ Sed est responsio ꝙ equalitas aliquorum attēditur proprie ſm aliquid eis intrinsecum ⁊ ad se: ex ꝯsequenti tñ equalitas attēdi põt in ꝯparatione ad extrinseca. Unde ex consequēti ꝙ aliqua habent formam aliquam in equali gradu: sequitur ꝙ ſm eam pñt equaliter agere in comparatione ad extrinseca. equalitas ergo potestatis proprie non est alia ab equalitate magnitudinis: et hoc ex equo distincta: sed est quasi explicans quandam equalitatem magnitudinis: que scꝫ magnitudo ē forme actiue. ¶ Est etiam aliud dubium circa illud dictum Aug. quare non ſm plura attendit̃ equalitas q̃.s. ſm magnitudinem virtutis. Sunt.n. pater ⁊ filius equales ſm sapientiam: ſm bonitatem: ⁊ breuiter ſm vniuersa essentialia. ¶ Respondet ꝙ nõ dicunt̃ equales proprie ſm bonitatem absolute: sed ſm magnitudinem bonitatis: ita ꝙ prima ratio equalitatis est magnitudo perfectionis illius: ⁊ sic cũ dicuntur persone equales ſm oia essentialia: itelligunt̃ equales ſm magnitudinem pfectionis illorũ essentialium. ita ꝙ fundamentum equalitatis ſm bonitatem: nõ est bonitas ipsa absolute considerata: sed est magnitudo perfectionis illius bonitatis: puta infinitas. ¶ De tertio in isto arti.s. si fundamentũ equalitatis in diuinis sit ibi ex natura rei. Et oportꝫ tria videre primo an magnitudo sit ibi ex natura rei. 2°. an eternitas. 3°. an potestas. ¶ De pmo.s. an magnitudo sit ibi ex natura rei. oportet videre tria. pmo qualiter magnitudo ponit̃ i diuinis. 2°. quid sit illđ in diuinis ex natura rei: cui cõuenit magnitudo. ⁊ 3°. an illa magnitudo cõueniat ei ex natura rei. ¶ De primo phs.5.meta.c. de q̃to tex.c.18. Sunt aũt magnũ ⁊ paruum: maius ⁊ minus: ⁊ ſm se ⁊ adinuicem dicta q̃ti passiones ſm se. transferunt̃ etiã ⁊ ad alia hec noĩa. vult dicere ꝙ magnũ ⁊ paruum: siue accipiant̃ absolute ⁊ ſm se: siue respectiue prout adinuicem comparant̃. ꝯueniunt ſm se q̃titati ꝓprie dicte. trãslatiue aũt alijs. Ex hoc apparet satis per rõnem.s. ꝙ ista ꝯueniunt alijs a q̃titate ꝓprie dicta: q̃ ipse phũs non negaret equalitatem inter indiuidua eiusdem spẽi: q̃ ſm eum inter illa nõ est ordo essentialis: vt patet.3.meta. Aduerte tñ ꝙ licet inter indiuidua dicatur eẽ eq̃litas nõ tñ ꝓpter hoc differētie indiuiduales sunt quãte: q̃ illa equalitas nõ est positiua sꝫ negatiua. ꝓ q̃to nõ est excessus vnius indiuidui ab alio in pfectione essentiali ⁊c. nec similiter negaret inequalitatē specierũ: vt patet.8.⁊.10.meta. Esset ergo in alijs entibꝰ equalitas ⁊ ineq̃litas ſm q̃titatem virtutis. Et hoc est qđ dicit Aug.6.de tri.c.7. In his inquit que non mole magna sunt: idem ē maius esse qđ melius esse: ⁊ sic cuꝫ dicimus: vna spẽs est maior alia: intelligimꝰ ꝙ sit melior ⁊ perfectior. Ista ergo magnitudo perfectionis reperitur in deo: nõ aũt magnitudo molis ⁊ talis magnitudo virtutis est transcendens: ꝯueniens suo modo oĩ enti: saltem oĩ enti dicenti profectionem aliquam. ¶ De.2.ptꝫ: ꝙ ibi est essentia diuina ex natura rei: vt ꝓbatum est in.1.q. Ex hoc infertur tertiũ.s. ꝙ ipsa essentia vt essentia habet ex natura rei ꝓpriam magnitudinē. Et ꝙ habeat magnitudinem propriam ex natura rei: probat auctoritate ⁊ rõne duplici. Auctoritas est Dam.c.9. qui vult ꝙ essentia est pelagus substantie infinitum ⁊ interminatũ, ⁊ sic patet qũo dicit ex natura rei prioritatem ⁊ comprehensionē oĩm diuinarum perfectionum: ⁊ sic est infinita ⁊ interminata ſm Dama. modo infinitas dr̃ magnitudo ipiꝰ eẽntie: ⁊ ꝓpria illi. q̃ ipa ex natura rei est simpl'r prima: vt pꝫ.q.1. ¶ Deinde ꝓbat rõnibꝰ. Prima rõ stat in hoc: entitati q̃ditatis absolute: q̃ nata est hr̃e rõnē mensure: vel ꝯuenit finitas vel infinitas: cui ergo repugnat finitas: ei ꝯuenit infinitas. ⁊ talis ē essentia: ⁊ si ꝯuenit infinitas hoc erit ex natura rei. ⁊ vt gradꝰ intrinsecꝰ: vt patuit.q.4. arti.1. ¶ Dubitat̃ de hoc qđ dr̃: cui repugnat finitas ei ꝯuenit ifinitas: q̃ p̃nitati diuine: vt supra patuit.q.5.⁊ tñ ei non ꝯuenit infinitas. ¶ Rñdeo ꝙ doc. loquit̃ de ente quãto.s. cuicũqꝫ enti quãto repugnat finitas ei ꝯuenit infinitas intensiua: ⁊ ꝙ sic loquat̃ ptꝫ: q̃ premisit ꝙ magnũ ⁊ paruũ trãslatiue sunt passiones entis: qđ nõ põt intelligi nisi de ente q̃to: vt ēt pꝫ in.q.5. rñdendo ad argumentũ pncipale. ¶ Scđo pncipal'r arguit ꝓbando ꝙ infinitas itensiua sit magnitudo ex natura rei. Et rõ stat in hoc. Modꝰ obiecti btifici vt btificũ est: est in re ⁊ ex natura rei: pꝫ: q̃ sicut obiectũ btificũ est in re. ita ⁊ oẽ ptinēs ad obiectũ btificũ. modus aũt pertinet ad tale obiectũ. Sed infinitas itensiua est talis modꝰ in eẽntia diuina: ergo est ibi ex natura rei. ⁊ ꝑ ꝯñs magnitudo. Maiorē ꝓbat p̃mittēdo distinctionē de actu itellectꝰ.s. ituitiuo ⁊ abstractiuo. ⁊ qũo ituitiuus nõ repugnat nobis: q̃ distictio pꝫ hic ⁊ in pmo di.1.⁊.8. ⁊ in.2.dist.3.⁊ in.4.di.45.⁊.49.⁊.q.14. quol. ⁊ in alijs locis. Pꝫ ēt in lr̃a qũo actꝰ btificꝰ nõ est abstractiuꝰ: q̃ al'r q̃s posset eẽ perfecte beatꝰ in obiecto btifico actu non existēte. q̃ cognitio abstractiua est etiaꝫ obiecti nõ exñtis. Est ergo actus btificus pertinēs ad intellectũ actus intuitiuꝰ q̃ ē obiecti exñtis ⁊ p̃sentis. Et sic ptꝫ illa maior. q̃ si actꝰ beatificus est obiect iexñtis ⁊ presentis: ergo est ibi obiectũ ⁊ ois ꝯditio obiecti beatifici ex natura rei. Probatio minoris.s. ꝙ ifinitas itēsiua sit ꝑ se ꝯditio obiecti beatifici: ptꝫ: quia nullus intellectus nec volũtas in aliquo perfecte quietat̃ nisi sit in eo tanta plenitudo pmi obiecti q̃ta.s. ꝯpossibilis est primo obiecto. Talis plenitudo pmi obiecti itellectꝰ volũtatis. loquēdo de pmitate pfectionis nõ p̃t eẽ nisi ifinitas itēsiua: ergo nulla potētia btificabilis põt q̃etari in aliquo nisi sit infinitũ: ⁊ ꝑ ꝯsequens infinitas est per se ꝯditio obiecti vltimate quietatiui. ¶ Sic ergo q̃tũ ad istũ articulũ de magnitudie habemꝰ ꝙ ibi sit aliquid ex natura rei cuiꝰ sit magnitudo vt essentia: ⁊ ꝙ eiꝰ sit magnitudo ex natura rei ⁊ qualis magnitudo: quia non proprie secundum phm: sed transumptiue et non molis secundum Aug. sed perfectionis. ¶ Ibi. Cõtra arguitur. Hic arguit doc. ꝓbando ꝙ infinitas nõ sit ꝓpria magnitudo distincta ab essentia diuina: q̃ secundum Aug.5. de tri.c.2. Idem est illi esse ⁊ magnum esse: ergo magnitudo transit in essentiã: ⁊ sic non manet secundum ꝓpriam rõnem. ¶ Respondet ꝙ ipsa magnitudo pfectionis non est passio: nec quasi passio: q̃ circũscripta oĩ passiōe ⁊c. sed est gradus intrinsecus: vt etiã patuit.q.5.arti.1.⁊ vt sic habet ꝓpriam rõnem magnitudinis: ⁊ licet transeat infinitas in essentiam scđm pfectam identitatem realē: manet tñ scđm formalem eius rõnem: sicut dictũ est supra.q.5.⁊ alibi sepe. ¶ Seq̃tur ibi. Sed ex hoc sequitur aliud dubium. Hic doc. arguit contra predicta.s. ꝙ magnitudo transeat ꝑ identitatem in essentiã: q̃ si sic tũc sequeretur ꝙ equalitas et identitas in diuinis essent idem: patet q̃ identitas immediate fundatur sup essentia: ⁊ equalitas sup magnitudine q̃ est eadem qđ essentia: ergo eque primo fundat̃ in essentia sicut identitas ⁊ per ꝯñs non videntur differre. ¶ Rñdet doc. ꝙ equalitas non eque distinguitur ab identitate ⁊ similitudine: sicut similitudo distinguitur ab identitate. ⁊ patꝫ q̃ primum fundamentum identitatis est vnitas essentie: ⁊ ꝓ primum fundamentum silitudinis est vnitas attributi: puta vnitas sapiē vel bonitatis: ⁊ primum fundamentũ equalitatis est magnitudo que transit in essentiam. Nam infinitas essentie transit in essentiam: ⁊ infinitas attributi trãsit i attributuꝫ: ⁊ per ꝯñs minus distinguitur equalitas a similitudine ⁊ identitate: q̃ similitudo distinguat̃ ab identitate. Dicit ergo doc. ꝙ equalitas dicit modum ꝓprium: tam similitudinis q̃ identitatis: quia vbi est equalitas essentie ibi est perfecta identitas: patet: quia si per impossibile filius haberet minorem deitatem: ⁊ pater maiorem: ibi non esset perfecta identitas. Dicit etiam modum similitudinis: quia si filius haberet minorem sapientiam: ⁊ pater maiorem: inter eos non esset pfecta similitudo. Equalitas ergo dicit modũ pfectum vtriusqꝫ similitudinis: sicut etiam magnitudo pfecta dicit modũ perfectũ vtriusqꝫ fundamenti.s. silitudinis et identitatis: ⁊ tñ eq̃litas differt ex natura rei: vt patebit i dubijs q̃ ponam. ¶ Deinde doc. post q̃ ꝓbauit ꝙ magnitu

Margin notes:

Qũo equalitas sit i diuinis.

An equalitas ptãtis i diuinis sit alia ab eq̃litate magnitudinis

Hic scđo. exponit augustinum.

Dubi... ch... litera.

Equalitas dicit modũ ꝓpriũ tam similitudinis q̃ identitatis.

do sit ibi ex natura rei: que est fundamentum equalitatis: nunc ostendit vnitatem magnitudinis. Et breuiter dicit ꝙ ibi est vnitas realis ⁊ ex natura rei: quia ibi vnitas numeralis. ⁊ arguit ꝙ ibi sit ex natura rei: quia vnitas vere singularis ⁊ actu existens est vere realis: sed vnitas magnitudinis siue infinitatis intensiue est huiusmodi: cum sit gradus intrīsecus essentie ⁊ attributorum in actu existentium existentia singulari. Probat etiam auctoritate: ꝙ talis vnitas numeralis ⁊ cōmunis tribus suppositis sit in deo: quia secundum Dam. c. 8. hr̄ sic. In omnibus inquit creatis hypostasibus: quod diuersum est re consideratur: cōmunicatio autem ⁊ copulatio vnū ratione siue cognitione considerare. In sancta vero ⁊ incomprehensibili trinitate econtrario est: illic. n. cōmune quidem ⁊ vnum re cōsideratur. Uult dicere: ꝙ in creaturis diuersum numero est in re: sed cōmune pluribus nūero non est in re: sed tm̄ in consideratiōe. In diuinis vero idē numero ⁊ est idem numero realiter: ⁊ pluribus commune realiter. ¶ Ad hoc etiam adducit rationes probando: ꝙ sit ibi vnitas numeralis magnitudinis ex natura rei. quia 10. meta. idem ⁊ diuersum diuidunt īmediate ens similiter vnum ⁊ plura: ergo illa magnitudo vel erit vna numero in tribus personis: vel erunt plures. Si primo hr̄ ppositum. Si scd̄o: quia aut essent alterius rōnis: aut eiusdē rationis: nō primo. q2 cum essentia sit vnius rationis: sequitur ꝙ gradus intrinsecus. s. infinitas sit eiusdē rationis. non scd̄o: q2 tūc sequeretur ꝙ eadem essentia nūero esset magna pluribus magnitudinibus eiusdez rationis quod est impossibile.

De eternitate duplex via.

¶ Ibi. Restat nunc videre de eternitate. Hic doct. declarat de fundamento proximo equalitatis sm̄ eternitatē. Et ponit duas vias de ipsa eternitate. Prima ꝙ eternitas est ibi ex natura rei non tm̄ ratione ɔnotatiua ipsi⁹ rei cui ī est: sed etiam formaliter ex natura rei: sic ꝙ eternitas dicit modū intrinsecum essentie diuine: q2 sicut infinitas est gradus intrinsecus essentie diuine: ita eternitas videt̄ gradus ītrīsecus essentie diuine: ⁊ per ɔñs erit ibi formaliter ex natura rei. Et hoc pbat p Diony. de de di. no. c. 5. partis. 3. De⁹ inquit non quodāmodo est existens: sed simpliciter ⁊ in circūscriptiue totum esse accipit in seipso: ⁊ preaccipit: ppter qd̄ dicit̄ rex seculorum: ipse est esse existentibus: ⁊ ipm̄ est existentium: ⁊ existens ante secula: ipse est. n. euū euorū: qui ē ante secula. per euū euorum intelligit eternitatem. Et vult dicere in sententia ꝙ ipm̄ esse dei nullo modo pōt circūscribi: nec terminari: quod esse est a seipso ⁊ in seipso: quia nullo modo hz esse in alio: quod esse preaccipit. s. ꝙ ante omne esse hz in se ⁊ a se totum suum esse: ⁊ per hoc patet ꝙ est rex seculorū: ⁊ ipse est esse oībus existentibus: ⁊ esse omnium existentium: q2 omne existens dependet ab illo esse: ⁊ est ante secula existens. ⁊ sic videt̄ ꝙ eternitas sit gradus intrīsecus essentie diuine: per quā eternitatem repugnat sibi oīs circūscriptio siue terminatio: siue desitio: siue successio ⁊ huiusmōi.

Eternitas quid.

¶ Secunda via tenet ꝙ eternitas sit ex natura rei q̄tū ad ɔnotatum siue fundamentū: q2 eternitas est alicuius vite pfecte siue alicuius pfectissime per se ⁊ a se ⁊ ī se exñtis: sicut natura diuina: sed formaliter accepta vel dicit negationē: vel relationem positiuā potentialem vel aptitudinalez. Et hoc pbat per Boe. 5. de conso. p. 6. vbi vult ꝙ eternitas ē interminabilis vite tota simul ⁊ perfecta possessio. ponitur ibi vita p perfecta existentia: que est ibi ex natura rei: q̄ ponitur vt ɔnotatum: siue fundamentum eternitatis: ponitur interminabilis: vt excludit desitionē: tota simul prout excludit successionem: perfecta possessio put excludit dependētiam ⁊ participationez. Negatiue ergo eternitas formaliter sumpta dicit negationem desitionis: negationem successionis: negationem dependētie ⁊ participationis. Positiue vero dicit relationem potētialem vel aptitudinalem: q2 talis vita pfecta pōt per se coexistere omni durationi ⁊ p hoc dicit̄ interminabilis / ⁊ pōt coexistere oī existentie sine variatione ⁊ per hoc dr̄ tota simul ⁊ perfecta possessio: q2 a se ⁊ nō participatiue potest per se ⁊ in se existere. Et per hanc descriptionem eternitatis videt̄ corrigēda descriptio Ricar. 2. de tri. c. 9. Carere inquit initio ⁊ fine: ⁊ omni mutabilitate dat eternum esse: nā ex hoc nō videtur ponere aliquid ex natura rei. ⁊ ideo per illam Boe. supplenda ⁊ intelligenda est illa Ric. modo exposito in litera. Tenendo secundam viam respondet doct. ad rationem negando istam. s. ꝙ sicut infinitas est gradus intrinsec⁹ essentie: ꝙ etiam eternitas existētie: quia si essentia tantum per instans existeret esset formaliter infinita: ⁊ tm̄ nō conueniret sibi eternitas / per quā eternitatem intelligimus infinitatem duratiuam que vltra infinitatem intensiuam nō addit nisi negationem dificiendi vel relationem rōnis potētialitatis. s. coexistendi cuilibet possibili que relatio non est nisi rationis. Et addit ꝙ existētia habet modum sibi intrinsecum sicut essentia: sed illud nō est nisi infinitas intensiua. ¶ Rñdet ad auctoritatem Diony. cōcedendo ꝙ deus ex natura rei est existentia incircūscripta: hoc est infinita intensiue / ⁊ hoc haberet si etiam tm̄ per instans duraret. Et cum addit ꝙ est euum euorum. hoc est euiternum / hoc est verum / quia sua existentia habet repugnantiam ad desinere esse / ⁊ fundamentum illi⁹ repugnātie est ibi ex natura rei. s. existentia / sed formalis rō repugnantie ad desinere esse / siue sit negatio desitionis / siue necessitas coexistendi cuicūq3 possibili: hoc vltra illud quod est ex natura rei addit negationem impfectionis per respectū ad extra: quia negat desitionez que dicit imperfectionem. et sic de alijs. ¶ Ibi. De ista eternitate an insit ex natura rei teneat̄ altera via duarum predictarum illa que videtur inq̄renti probabilior. Sed iudicio meo ipse tenet secundam viā vt patet diligentius intuenti. ¶ Ibi. De vnitate eternitatis tanq3 q̄titatis fundantis equalitatem: et hoc sub rōne vnius: nō oportet hic aliter discutere q3 dictum est prius de vnitate magnitudinis: q2 sicut magnitudo habz precise vnitatem numeralem scd̄m quā est pximū fundamentū equalitatis: sic eternitas habet vnitatem numeralem scd̄z quam est pximū fundamentum equalitatis in diuinis scd̄z eternitatem: siue scd̄m q̄titatē eternitatis. ¶ Ibi. De tertio. s. potestate. Hic doc. declarat q̄ō potestas in diuinis sit ex natura rei: que ptās ponit̄ fundamentū equalitatis scd̄z ptātem. Et breuiter duo dicit ꝙ si potestas accipiat̄ fundamenliter. s. p ipsa volūtate que ponit̄ rō formalis causandi omne possibile: sic est ibi ex natura rei. Et hoc mō tres persone pñt dici equales scd̄m ptātem fundamentaliter: q2 scd̄m eādem volūtatē. Sed tm̄ in veritate hoc nō est fundamentum equalitatis scd̄m potestatem: vt ipsa voluntas absolute accipit̄. Nā vt sic pater ⁊ filius nō sunt equales nisi scd̄m magnitudinē intrinsecaz volūtatis: ⁊ vt sic intelligunt̄ equales scd̄m magnitudinem infinitā: sed scd̄m volūtatem nō absolute: sed vt ɔparatur sub rōne potestatis ad obiecta extrinseca pōt poni fundamentum equalitatis scd̄m potestatem. Et sic potestas importat relationē rōnis in diuinis ad possibile. Equalitas ergo formaliter accepta fundat̄ imediate in relatione rōnis: siue in voluntate nō absolute: sed vt dicit relationē rōnis ad obiecta extra. Et sic psone diuine dicunt̄ equales secundum potestatem numeralem: que est eadem relatio rationis in tribus immediate fundata in voluntate actu in tribus existente. Et non est inconueniens vnam relationem rationis fundari in alia. vt ipse exemplificat: quia intentio spēi q̄ denoīat genus: cum dico genus est spēs fūdatur in intentione generis: immo relatio realis p̄t fundari in alia reali: vt patet a doc. hic ⁊ in primo.

Q̄ō ptās ponit̄ in diuinis.

Non est inconueniēs vnā relationem rōnis in alia fundari.

Dubia notanda.

In littera huius articuli occurrūt multa dubia. Primuz ī hoc. s. ꝙ magnitudo siue infinitas intensiua sit ibi ex natura rei: ⁊ distinguatur ab essentia que est fundamentum equalitatis. ¶ Scd̄z ibi. s. ꝙ vnitas magnitudinis est proximum fundamentum equalitatis. ¶ Tertium dubiuz est in hoc. s. ꝙ equalitas dicit modum idētitatis ⁊ similitudinis pfecte. ¶ Quartum est in hoc. s. ꝙ inter psonas diuinas est equalitas secundum magnitudinem. s. secundū infinitatem intensiuam. ¶ Quintū est in hoc: an relatio equalitatis scd̄m eternitatem: ⁊ secundum ptātem sit ex natura rei. ¶ Sextum est in hoc: ꝙ existentia habet infinitatem intensiuam: vt gradum intrinsecum: sicut etiā habz essentia. ¶ Septimum in hoc. s. ꝙ eternitas prout dicit relationez positiuam potentialem vel aptitudinalem sit relatio rationis. ¶ Contra primum dictum instatur sic primo ꝙ infinitas nihil formaliter positiuum dicit: sed tm̄ negationem: quia infinitas vltra entitatem essentie diuine precise dicit negationem finitatis. Sicut etiam eternitas tenendo secūdam viam precise dicit negationem finitatis secunduz durationem: ergo similiter infinitas intensiua dicit negationē finitatis secundum essentiam: ergo infinitas non est ibi ex natura rei distincta ab essentia preter opus intellectus.

¶ Secundo instatur. quia ens q̄tum immediate diuiditur per finitum ⁊ infinitum: ergo finitas ⁊ infinitas p̄supponunt ens q̄tum quod diuidūt: sicut ēt actus ⁊ potentia diuidunt ens reale: ergo p̄supponunt ens reale qd̄ diuidūt. Sic sequitur in pposito: ꝙ deitas prius erit q̄ta q3 infinita formaliter: ⁊ non p̄t esse q̄ta alia q̄titate ab infinitate intensiua: vt ptz: ergo seq̄tur ꝙ infinitas intēsiua ptineat ad esse ei⁹ q̄ditatiuū ⁊ essentiale: ⁊ p ɔñs scd̄z ipsam psone erūt idem: ⁊ nō equales cū identitas hēat p fundamēto imediate vnitatē eēntie vt eēntia est. Et ꝙ intelligat̄ ipa eēntia p̄us quanta. patet quia sicut ens absolute siue cōceptus en-

tis accipitur a natura diuina: vt est q̇d: vt oñdi in p̄.d.2.
ita ꝯceptus entis q̄ti accipit̄ ab entitate diuina vt q̄=
ta. ¶ Tertio instat̄: q̄ꝛ si infinitas intēsiua ē alia ab eēn
tia diuina p̄t opus intellect⁹: ergo ex natura rei hēbit
aliā exñtiam ab exñtia essentie diuine: ptꝫ: q̄ꝛ infinitas
intēsiua necessario est alicui⁹ exñtie. Et si sic seq̇t̄ ꝙ in
finitas poterit hr̄e: siue terminare ꝓpriā intuitionē: siue
cognitionē ītuitiuā qđ nō tꝫ doc. Nā exñs ꝓp̄a exñtia
p̄t ꝓp̄a cognitiōe ītuitiua cognosci. ¶ Quarto instat̄:
q̄ꝛ si infinitas intēsiua distinguit̄ ab essentia ex natura
rei: seq̇t̄ ꝙ ip̄a īfinitate circūscripta ꝑ possibile: vel im=
possibile: ꝙ tūc eēntia vt actu ꝑfecte exñs: aut erit ꝑfe
cta ītēsiue: aut īꝑfecta: aut nec sic nec sic. Nō.2.⁊.3.mō
q̄ꝛ vt sic essētiā excedit oē ens finitū. Si.p̄mo mō. ḡ erit
q̄ta alia q̄titate ab infinitate intensiua: ⁊ ꝑ ꝯñs ꝑsone
erūt eq̄les ſm aliā q̄titatē ab infinitate qđ ipse non te=
net. ¶ Quinto instat̄: q̄ꝛ si infinitas sit ibi ex natura rei
distincta: ⁊ ꝑ ꝯñs posterior essentia diuina: seq̇t̄ hoc in=
cōueniens: ꝙ positis in aliquo instāti extremis relatio=
nis intrinsec⁹ aduenietis nō erit talis relatio. Probat̄
q̄ꝛ ī eodē instanti quo eēntia cōicat̄ filio: tūc fili⁹ ē: ⁊ silr
pr̄ q̇ sunt extrema equalitatis: ⁊ tñ in illo instanti equa
litas nō erit: ptꝫ: q̄ꝛ in illo instanti adhuc nō intelligit̄ fi
lius hr̄e infinitatē intēsiuā. Probat̄ ꝑ dictū doc. q.5. q̇
vult ꝙ eodē ordine cōicent̄ filio ꝑfectiones quo hñt in
ter se esse: ita ꝙ pri⁹ intelligit̄ cōicari essentia filio q̄ bo
nitas: q̄ꝛ eēntia est prior: ergo si īfinitas ē posterior eēn=
tia qđ opꝫ dicere si ex natura rei distiuguat̄ ab essentia.
seq̇t̄ ꝙ posteri⁹ intelligit̄ cōicari ⁊c. ¶ Rñdeo ad oēs
istas obiectiōes. ¶ Ad p̄mā dico ꝙ infinitas intēsiua ē
entitas positiua: ⁊ nō ē silr̄ de eternitate: q̄ꝛ si eternitas
cum dicat duratione nō esset: adhuc entitas ꝑfecta eēt
sed nō ē sic de infinitate intēsiua. Et de hoc an dicat ne
gationē tm̄: vide q̄ exposui ī p̄. ꝯtra Joan. angli. ¶ Ad
scđm dico breuit̄ ꝙ ꝯceptus q̄ti est q̄tus: ⁊ contrahi=
tur ꝑ finitū ⁊ infinitū: ita ꝙ ille ꝯceptus nec est formali
ter infinitus: nec formaliter finit⁹: sed est simpl'r indiffe
rēs: sicut etiā ꝯcept⁹ aīalis: nec ē rōnalis: nec irrationa
lis: sꝫ indifferēs. Et cū infert̄ ꝙ essentie diuine pri⁹ ꝯue
nit cōceptus q̄tus q̄ infinitas: ⁊ ꝑ consequēs dicit ali=
quā ꝑfectionē intēsiuā p̄ter infinitatē. Dico ꝙ sicut ab
eēntia vt eēntia abstrahit̄ conceptus entis dictus in q̇d
de ea; ita ab essentia vt dicente q̄titatē virtutis: ⁊ a quo
cūq̄ ente dicente q̄titatē virtutis abstrahit̄ cōceptus
entis q̄ti: et sic talis conceptus p̄dicat̄ de oī ente q̄to.
Et q̄ꝛ ī re reꝑit̄ ens q̄tū ſꝫ q̄titatē ꝑfectiōis īfinite: et
ens q̄tum ſm q̄titatē ꝑfectiōis finite: ideo dꝛ ꝯceptus
quāti absolute ꝯtrahi ꝑ finitū ⁊ infinitū: ita ꝙ ī re p̄us
est ens infinitum q̄ sit conceptus entis q̄ti. imo conce=
ptus entis q̄ti est simpliciter posterior ente infinito: li=
cet sit prior secundum ꝯmunitatem: q̄ꝛ vt sic nō ꝯuertit̄
subsistendi consequentia. ¶ Ad tertium dico absolute
ꝙ non habeo ꝓ incōuenienti ꝙ infinitas intensiua: si di
cit realitatem aliā ab essentia diuina (aliam tm̄ ex natu=
ra ei non aliā realiter: vt patꝫ: nec aliā formaliter: vt pa
tet a doc. in p̄mo. dist 8. q. 2. rñdendo ad argumenta p̄n
cipalia qui vult ꝙ gradus intrinsecus nullo modo dicat
positiue aliā formalitatē ab eo cuius est gradus intrin=
secus) ꝙ etiā dicat ꝓpriā exñtiam aliam nō realiter: nec
formaliter ab exñtia essentie diuine: sed aliā tm̄ ex natu
ra rei. Et cū infert̄ ꝙ tūc posset cognosci intuitiue vt di
stincta ab essentia ⁊c. Dico breuiter ꝙ ad hoc ꝙ sit obie
ctū ꝓpriū intellectus intuitiue cognoscētis requiritur
ꝙ sit formaliter distīcta a primo obiecto ꝑfecto. De hoc
vide in p̄mo; vbi supra. Aduerte tñ ꝙ exñtia infinitatis
intensiue p̄ter opus intellectus nullo mō distinguit̄ ab
ip̄a infinitate. īmo ipsa infinitas intēsiua est formaliter
sua exñtia: sicut eēntia diuina est formal'r sua exñtia: vt
ptꝫ a doc. ī prīo di. 2. ꝑte. 1. q. 2. ⁊. q. 1. quol. vbi vult ꝙ exi
stentia sit de ītrinseca rōne deitatis. et de hoc satis dcm̄
est in primo. Posset ēt dici ꝙ infinitas intēsiua formal'r
accepta nō dicat aliā existētiam ab exñtia eēntie diuine
sed simpl'r ponit̄ gradus intrinsecus eēntie exñtis. Sꝫ
credo p̄mā rñsionē eē meliorē: q̄ꝛ nō vr̄ eē aliq̇d in re oī=
no p̄ter opus intellectus ⁊ singulare quod si est distīctū
ab alio eomodo quo distinguit̄ quin ēt hēat existentiam
ꝓpriam preter opus intellectus distīctā. ¶ Ad quartū
dico ꝙ loquimur de ꝑfectione q̄ ꝓprie nō est ſm gradū
specificuꝫ: q̄ nullo mō distinguit̄ ab illo gradu specifi=
co; sicut rationalitas; vt rationalitas dicit gradum spe=
cificum hoīs. Nā ſm hanc perfectionem que precise di=
cit gradum specificum nō accipit̄ magnitudo que est fū
damentum equalitatis. Sed a magnitudine consequē=
te vt gradu intrinseco quiditatem singularem actu exi
stentem: sicut est infinitas intensiua. Dico secundo sal=
uo meliori iudicio ꝙ nulla entitas specifica ēt singularꝫ
vt precise cōsiderat̄ ſm gradū specificū nullā ꝑfectio=
nem formaliter dicit: sed tm̄ virtualiter. sic intelligēdo
ꝙ ad talē ētitatē specificā nata est ꝯsequi talis ꝑfectio:
vt gradus intrinsecus: et q̄tum ad hoc vna entitas spe
cifica excedit aliā non ſm ꝑfectionē quā formaliter ha
bet p̄cise in illo instāti quo cōsiderat̄ talis entitas: sꝫ ſꝫ
perfectionē virtualiter tm̄: q̄ꝛ nata est suo mō cōtinere
talē vel talē perfectionē vt gradū sibi intrinsecū. ¶ Ad
q̇ntū dico ꝙ pater et fili⁹ ī illo p̄cise instāti quo ītelligū
tur habere p̄cise essentiā nō sunt equales. nec sūt extre
ma ꝓprie equalitatꝫ: q̄ꝛ p̄cise intelligūt̄ esse extrēa equa
litatis in illo instāti in quo intelligūtur includere fūda=
mentū proximū equalitatis: qđ tūc est qñ intelligūt̄ ha
bere essētiā vt foraliter īfinitā: q̄ꝛ ip̄a posita statim īter
illa orit̄ equalitas. ¶ Scđo p̄ncipalit̄ instat̄ cōtra scđm
dictū. ⁊ p̄mo sic. quero que vnitas requirit̄. Nō est dāda
nisi vnitas numeralis: vt patet a doc. ⁊ tūc sequit̄ ꝙ ip̄a
infinitas habeat ꝓpriā singularitateꝫ aliā ex natura rei
a singularitate essentie. qđ nō videt̄: quia grad⁹ intrin=
secus nō habet aliā singularitatē a singularitate illius
cuius est modus. ¶ Scđo instatur q̄ꝛ fundamentū pro=
ximū differt a fundamēto remoto ⁊ hoc ex natura rei: si
ponit̄ fundamētū proximū ex natura rei: sed vnitas nu
meralis nullo mō ex natura rei differt a magnitudīe si=
ue ab infinitate: aliter infinitas intēsiua nō esset sua sin
gularitas. Et vltra sicut singularitas essētie nullo mō
ex natura rei differt ab essentia cū ipsa foralit̄ sit sua sin
gularitas: sic similiter erit hic. ¶ Rñdeo ad p̄mū cōce=
dendo ꝙ infinitas hēt ꝓpriā realitatē ⁊ ꝑ cōsequēs hēt
ꝓpriā vnitatē singularitatꝫ tm̄ ex natura rei distinctā a
singularitate essentie. Et cū dr̄ ꝙ grad⁹ intrīsec⁹ nō hꝫ
ꝓpriā singularitatē. Dico ꝙ si cōcedat̄ ipsā esse ī re ⁊ di=
stinctā a re: cui⁹ est modus: ꝙ eo mō quo in re distinguit̄
eo mō habet singularitatē distinctā a singularitate illi⁹
cui⁹ est modus ītrīsecus: sicut ⁊ attributa que ī diuinis
ponūt̄ formaliter infinita distinguūt̄ formalit̄ ab essen
tia: ita habēt ꝓpriā singularitatē formalit̄ distīctā a sin=
gularitate essentie: tenendo ꝙ tā singularitas attributi
q̄ singularitas essentie sint idem formaliter. s. essentie
⁊ attributo: ita ꝙ sicut essētia nō determinat̄: nec cōtra
hitur ad esse singulare. cuꝫ sit formaliter singularis: sic
attributū non cōtrahitur. ¶ Ad scđm dico p̄mo tenēdo
ꝙ īfinitas singularitatꝫ nullo mō ex natura rei differat
ab infinitate: q̄ꝛ vnitas singularitatꝫ dr̄ fdūamētū proxi
mū prout distinguit̄ a fūdamēto absolute sūpto. Licet
enim infinitas ⁊ vnitas numeralis in fūdamentis nullo
mō ex ꝑte rei differāt: tñ īfinitas vt absolute sumpta nō
est ꝓximū fūdamētū: sed vt est vna vnitate numerali in
trib⁹ ꝑsonis. ¶ Dico scđo ꝙ ponitur vnitas numeralis
fundamētū ꝓximū ꝓut distiguitur a pluralitate nume
rali. Si enim essent tres infinitates distīcte numero in
trib⁹ ꝑsonis: esset quidē eq̄litas ſm magnitudinē īfini=
tam inter eas: sed nō esset ꝑfecta equalitas: q̇a nec ꝑfe
cta vnitas fūdamēti. nā equalitas fūdat̄ sup̱ vno: ergo
quāto fūdamētū erit magꝫ vnū erit ꝑfectior eq̄litas: q̄ꝛ
Sicut ēt vnitas specifica in creaturis ponitur fūdamē
tū ꝓximū. ꝓut distinguitur a pluralitate specifica: sup̱
qua nō fundat̄ equalitas: nec similitudo: Sic in diuinis
vbi est ꝑfectissima equalitas debet poni vnitas numera
lis magnitudinis infinite ex natura rei ꝓut distinguit̄
a pluralitate nūerali. ¶ Dico tertio ꝙ forte appet nullū
incōueniēs: vnitatē singularitatis aliquo mō p̄ter op⁹
intellectus distingui ab infinitate ⁊ esse eandam forma
liter: ⁊ ꝑ ꝯñs nullo mō ꝯtrahere: nec determinare posse
Stat. n. cū vnitate formali distīctio aliquorū ex natura
rei ⁊ sic ptꝫ. ¶ Cōtra tertiū dictū instat̄ ꝓbando ꝙ eq̄li
tas non dicat modū similitudinis ⁊ idētitatis. et arguit̄
sic. p̄mo. supponendo ſm doc. ꝙ equalitas et idētitas ⁊
silr̄tudo sint ibi ex natura rei: ⁊ adinuicē p̄ter opus ītel=
lectus distincte. Tūc sic idētitas ꝑfecta ⁊ equalitas ꝑfe
cta in filio habēt p̄cise idē fundamentū ꝓximū ⁊ eādē
terminū sub eadē rōne ꝯsideratū: ergo idētitas diuina
⁊ equalitas nullo mō differūt p̄ter opus ītellect⁹. Hoc
pꝫ: q̄ꝛ īpossibile ē; duas relatiōes ⁊ p̄cipue alteri⁹ ⁊ alte

Rñsio ad dubia contra primū dictum.

Cōtra se cūdum dictum.

Rñsio ad obiecta cōtra scđm valde subtilis.

Cōtra tertiū dictū.

rius rationis habere precise idem fundamẽtuȝ ꝛ eundem terminum: vt sepe patet a doc. Sed vnitas infinitatis essentie diuine ponitur proximum fundamentum idẽtitatis perfecte: vt patet per literam doct. Et illud idem ponitur fundamentum equalitatis perfecte. Et similiter identitas filij ad patrem precise terminatur ad suppositum patris sub ratione formali suppositi: ꝛ illud idẽ suppositum ꝛ sub eadem ratione formali ponitur terminus equalitatis. ergo equalitas ꝛ idẽtitas in filio nullo modo preter opus intellectus distinguuntur: quod est contra suppositum. Hoc idem dico de eq̃litate ꝛ similitudine perfecta: quia similitudo perfecta habet pro fundamento proximo vnitatem magnitudinis bonitatis: ꝛ illam eandem habet equalitas cum dico ꝙ persone sunt equales secundum magnitudinem bonitatis. ¶ Secũdo instatur quia si magnitudo infinita ponitur proximum fũdamentum identitatis ꝛ similitudinis perfecte: ergo identitas non est identitas: nec similitudo est similitudo. patet: qꝛ identitas fundatur super vnitate substantie: siue essentie: ꝛ similitudo super vnitate attributi: siue qualitatis: vel salteȝ habentis modum qualitatis: sicut attributa diuina: vt patȝ a doc. in primo dist. 8. q. pe. ¶ Tertio ĩstatur. quia si magnitudo infinita ponitur proximum fundamentum identitatis similitudinis perfecte. ergo circũscriptis quibuscunq̃ alijs per possibile vel impossibile: remanente sola ratione magnitudinis infinite: adhuc in diuinis posset esse identitas ꝛ similitudo: quod est impossibile. quia diuine persone dicũtur idẽ secundum essentiam: ꝛ similes secundum attributa: ꝛ equales secundum magnitudinem. ¶ Quarto instaṫ: quia si magnitudo infinita ponitur fundamentum identitatis ꝛ similitudinis perfecte: sequitur ꝙ identitas in diuinis non sit prior equalitate: patet: quia in eodem instanti quo ponitur magnitudo infinita in filio: in illo instanti filius est idem patri ꝛ equalis. Hoc autem est inconueniens: quia ponitur prius idẽtitas q̃ȝ equalitas: quia etiam vnitas essentie ponitur prius secundum quam dicuntur persone idem.

Responsio ad obiecta ɔtra tertiũ dictum.

¶ Respondeo ad omnia ista premittendo vnum scilicet ꝙ aliud est loqui de ratione formali fundamenti. ꝛ aliud de conditione requisita: siue de modo fundamẽti. Et similiter aliud est loqui de ratione formali recipiendi: ꝛ aliud de conditione requisita ad recipiendum. Exemplum de ratione formali fundamenti alicuius recipiendi: ꝛ de conditione requisita. Quantitas molis est ratio formalis sub ratione q̃titatis vt sit fundamentum albedinis: sed singularitas eius est conditio per se req̃sita: hoc idem dico de ratione formali recipiendi ꝛ de conditione requisita. Eodem modo dico de diuinis. Ratio. n. formalis fundamenti proximi identitatis est precise vnitas essentie diuine: ꝛ loquendo de perfecta identitate: dico ꝙ vnitas essentie diuine vt formaliter infinite: est ratio formalis fundandi perfectam identitatem: non ꝙ infinitas absolute sit ratio fundandi: sed est cõditio requisita ad perfectam idẽtitatem.

Rñdet ad oẽs rõnes simul.

¶ Dico ergo breuiter ad omnes rationes simul: ꝙ fundamenta proxima differunt preter opus intellectus. nã fundamentum proximum identitatis perfecte est vnitas essentie formaliter infinitate: ꝛ fundamentum proximum perfecte similitudinis ẽ vnitas attributi: puta bonitatis formaliter infinite. Sed proximum fundamentum equalitatis est precise vnitas magnitudinis intensiue: siue vnitas numeralis infinitatis intensiue. ꝛ sic patet quomodo ista fundamenta proxima differunt preter opus intellectus. etiam loquẽdo de fundamentis identitatis ꝛ similitudinis perfecte. que fundamenta licet includant infinitatem vt conditionem requisitam: non tamen includunt ipsam vt formalem rationeȝ proximi fundamenti: sed fundamentum proximum equalitatis includit in diuinis entitatem intẽsiue: vt rationem formalem proximi fundamenti. Ex his patet ad omnes illas instantias que precise procedunt ac si magnitudo infinita esset precisa ratio fundandi identitatem et similitudinem ꝑfectam: que tamen magnitudo non sic ponitur. sed conditio necessario requisita. Sicut etiam dixi in questione quita. ql. ꝙ licet deitas sit precisa ratio formalis obiecti beatifici: tamen infinitas ponitur non vt ratio formalis: nec vt aliquid pertinens ad rationem formalem obiecti beatifici: sed ponitur vt conditio requisita: sic in proposito. ¶ Ad quartam instantiam (quia alie tres procedunt precise de eodem fundamento sub eadem ratione: et sic ad illas patet responsio ex supradictis) dico ꝙ identitas absolute est prior in filio: quia et fundamentum est prius scilicet vnitas essentie. identitas tamen vt perfecta non videṫ prior equalitate: qꝛ identitas perfecta includit vnitatem magnitudinis infinite: vt conditionem requisitã ad perfectam idẽtitatem: que vnitas magnitudinis infinite poniṫ ẽt ratio formalis ꝓximi fundamẽti equalitatis. Et ideo hoc modo intelligendo nõ apparet inconueniens identitatem perfectam et equalitatem esse simul in eadem persona.

Cõtra q̃rtum dictũ.

sario et contingenter. necessario qꝛ per modum nature
contingenter: quia aliud in natura. hoc patet a Doct. in

primo diſtinct. 8.q.vltima.⁊ in 2 diſtinct.1.q.3. medium
ergo ad demonſtrandum propter quid deum eſſe omni-
potentem eſt voluntas. Cum vltra infertur: ꝙ tunc dei-
tas non poneretur ratio formalis demonſtrandi omnes
veritates neceſſarias. Dico primo. ꝙ ponitur ratio for-
malis reſpectu illarum veritatum: que non includūt re-
ſpectum ad extra. Dico.2 ꝙ ratio immediata eſt volun-
tas ⁊ propinqua: ſ3 remota eſt deitas. ⁊ ſic vltimate om
nes veritates attribuūtur deo ſub ratiōe deitatis vt pa-
Ad.4. tet a Doct. in prolo. q.3. ¶ Ad.4. Dico primo: ꝙ Doct.
videtur declinare ad hoc ꝙ ſit demonſtrabile deum poſ
ſe producere ab eterno: vt patet intuenti rationes ⁊ re-
ſponſiones doc. Dico.2 ꝙ eſt demonſtrabile deum poſſe
cauſare omne cauſabile loquendo abſolute: ſed non eſt
demonſtrabile. ꝙ poſſit illud cauſare cu3 tali vel tali cō-
ditione: puta ab eterno: quia oporteret demonſtrare ꝙ
non repugnat effectui eſſe ab eterno: ⁊ ſic poſſet demon
ſtrari deum poſſe illud producere ab eterno. omnipotē-
tia enim ſolum reſpicit poſſibile. Iſti ergo qui dicunt: ꝙ
deus non poteſt aliquid cauſare ab eterno dicunt ꝓpter
hoc: quia repugnat effectum poſſe eſſe ab eterno: et eſſe
cauſatum. ¶ Ad.5. Dico ꝙ eſt demonſtrabile deum poſ
ſe cauſare omne cauſabile. ſi tamen nō īplicet illud cau
ſare: ſed eſt īplicatio ꝙ ſint actu infinita indiuidua: ideo
non poſſunt ſimul cauſari: ſed bene poſſunt cauſari infi-
nita in infinitū. ¶ Ad.6. Dico breuiť: ꝙ p̄ina pars cōti-
nui nullo modo eſt cauſabilis per ſe: quia quacunqꝫ par-
te cauſata: illa ſemper eſt diuiſibilis in infinitum: vt pro
lixe expoſui in.2. diſtin.2.q.9. Et ſic patet reſponſio ad
Cōtra.5. iſtas inſtātias. ¶ Contra.5. dictum inſtatur. quod tale
dictum. eſt ſcilicet omne verū neceſſarium eſt mediatum vel im-
mediatum. primo arguitur ſic. inter duo extrema datur
medium. Sed verum neceſſarium mediatum ⁊ verū ne-
ceſſarium immediatū ſint duo extrema. ergo datur me-
dium ſcilicet aliquod verum neceſſarium quod nec erit
mediatum nec immediatum: hoc eſt nec euidēs ex ſola
ratione terminorum: nec euidens ex alio. ¶ Secūdo in
2 ratio. ſtatur: quia hoc verum eſt ſimiliter neceſſarium ſcilicet
deitas eſt paternitas: vł bonitas eſt paternitas: ⁊ tamē
non eſt mediatum nec immediatum: quia in vero media-
to demonſtratur euidentia inherentie predicati ad ſub
iectum: ⁊ in vero immediato apparet. euidens inheren-
tia predicati ad ſubiectum: vt patet a Doc. modo pater
nitas vt ſic nullo modo inherendi inheret ſubiecto: cum
ſit predicatio ſimpliciter idemptica: ⁊ in tali predicatu3
non ineſt formaliter ſubiecto: vt patet a Doct. in primo
diſt.5.q.1. ¶ Tertio inſtatur: quia iſta eſt neceſſaria ens
eſt bonum: ⁊ tamen non eſt immediata patet: quia nulla
3.ratio. propoſitio eſt immediata in qua paſſio p̄dicať de ſubie-
cto: vt patet a Doct. in primo diſtin.2.q.2. nec eſt media-
ta (ponendo ꝙ bonitas ſit prima paſſio: vel ſaltem ꝙ nō
ſit ordo inter paſſiones entis: vt Doct. videtur tenere in
primo diſtin.39. ꝙ omnes paſſiones entis inſunt eque im
mediate ipſi enti) patet: quia nullum mediū eſt aſſigna-
Ad p̄maꝫ rationē. bile inter ens ⁊ ipſam: vt patet. ¶ Reſpondeo ad primā
inſtantiam: ꝙ non ſemꝑ īter extrema eſt mediū. nam in-
ter ens ⁊ nō ens non eſt aliquod mediū qđ ſc3 ſit ens ⁊ nō
ens ſimul. Similiter abſolutū ⁊ reſpectu3 videntur duo
extrema diuidentia ens: ⁊ tamen inter illa nō datur me-
dium ens ſcilicet qđ non ſit nec abſolutū nec reſpectiuū
Similiter inter contingēs ⁊ neceſſarium non datur ens
mediū qđ non ſit nec cōtingens nec neceſſarium: ⁊ ſic de
multis alijs. Si ergo illa ꝓpoſitio habet aliquā verita-
tem erit vera de extremis: īter que poteſt cadere mediū
per abnegationem vtriuſqꝫ extremi: ſicut dicimus albū
et nigrum ſunt duo extrema. ergo inter illa cadit mediū
quod nec erit album neqꝫ nigrum: quod cōceditur: quia
tale medium nullum iſtorum ſibi determinat. Sed verū
neceſſarium: de neceſſitate alterum ſibi determinat ſci-
licet ꝙ vel ex ſe eſt euidens vel ex alio: inter euidens ex
ſe ⁊ euidēs ex alio: nullum penitus mediū cadit. vt etiā
patet a Doc. in primo diſtin.1.q.3. ⁊ vide que ibi notaui.
Ad.2. ¶ Ad.2. Dico primo: ꝙ iſta bonitas eſt paternitas: lic3
ſit idemptica. tamen fit euidens vt ſit idemptica per ali-
quod mediū ſcilicet per infinitatē bonitatis: ꝓpter quā
realiter idemptificat ſibi omne ſibi cōpoſſibile: vt ſupra
patuit. q.5. ⁊ in primo diſt.8.q. penultima: reſpōdēdo ad
vltimū principale. Dico.2. ꝙ ſi teneať ꝙ ꝓpoſitio dicať
mediata vel immediata qñ predicatū ineſt formaliť ſub

iecto tunc poteſt dici. ꝙ Doct. loquitur de vero neceſſa
rio. in quo predicatu3 formaliter ineſt ſubiecto. Sed ta
men prima rñſio eſt realior et magis ad mentem Doct.
¶ Ad tertium poteſt primo dici ꝙ eſt mediata q2 ineſt Ad tertiū
enti per rationem entis. Et licet non ponatur medium
ſecundum rem inter ipſam et ens tamen poteſt poni ſe-
cundum rationem: ita ꝙ ens dicatur ſubiectum paſſio-
nis de quo demōſtratur paſſio. et entitas in abſtracto ra
tio formalis, que ſola ratione differt ab ente. vt patet a
docto. ī primo diſtinctione.8.q.3. Et ſi talis entitas ex
natura rei eſſet diſtincta ab ente: vel formaliter eo mo-
do quo rationale diſtinguitur ab homine eſſet vere me-
dium demonſtrandi. ergo et nunc: per propoſitionem
Doct. ſepe allegatam: qualis eſt ordo inter aliqua vbi
preter opus intellectus diſtinguuntur. talis eſt vbi ſola
ratione diſtinguuntur. Dico ſecundo. ꝙ ſi paſſio entis ī
eſt īmediate ipſi enti. forte erit immediata quia concipi
endo ens et bonitatem: eſſet ſibi euidens: ipſum ens eſ-
ſe cauſam immediatam et adequatam: quare talis paſ-
ſio immediate inſit. ¶ Et quando dicit Doct. ꝙ illa pro
poſitio non eſt per ſe nota. in qua paſſio predicatur de
ſubiecto. veru3 eſt de paſſione et ſubiecto inter que ca-
dit medium qđ eſt cauſa immediata paſſionis. ſicut quā
do cadit difinitio media. et ideo Doct. in loco prealle ga
to ſcilicet diſtīctione ſecūda primi exemplificat de iſtis
animal rationale eſt riſibile et homo eſt riſibilis prima
eſt immediata ⁊ ſecūda mediata. Si ergo omnes paſſio
nes entis inſunt enti eque primo et īmediate. forte om
nis propoſitio ī qua predicatur paſſio conuertibilis de
ente erit per ſe nota et euidens ex ſola terminorum no-
titia. Sicut etiam forte Doct. hēret dicere ſi poneretur
paſſio medium ad demonſtrandum paſſione3: ꝙ illa paſ
ſio prima nō demōſtraretur de ſubiecto: ſed eſſet per ſe
nota de ſubiecto apud intellectum concipientem diſtin
cte terminos. Et tunc ſi eſſet verum. ꝙ paſſiones que ī-
mediate inſunt enti ſunt per ſe note de ipſo ente. et hoc
intellectui diſtincte concipienti extrema ꝓpoſitionis.
ꝙ tunc omnes propoſitiones in diuinis in quibus poni-
tur quaſi paſſio immediate ineſſe ipſi deo eſſent per ſe
note. Sed de hoc alias. ¶ Contra ſextum dictum inſta Contra6 dictum.
tur. probando ꝙ nullus conceptus abſtractiuus deita-
tis ſub ratione propria contineat virtualiter veritates
neceſſarias de deo. et primo ſic. ille conceptus ſiue po-
natur cognitio dei abſtractiua ſiue aliquid aliud ſi con- 1.ratio.
tineret virtualiter notitiam illarum veritatum. ſequi-
tur ꝙ virtualiter contineret illas veritates. patet. quia
continens virtualiter notitiam alicuius continet eque-
liter entitatem illius. vt patet a Docto. in primo diſtin-
ctione.5.q.1. diſtinctione.8.q. prima. et in ſecunda diſtī
ctione.3.q.10. in quolibet. q.14. articulo. ſecūdo ſed nul
lus conceptus etiam deitatis. vt diſtincte poteſt vir-
tualiter continere aliquam ꝓprietatem diuinam quia
nulla creatura poteſt continere aliquid deo conueniēs
vt patet. ergo. ¶ Secundo inſtatur. quia ſi contineret 2.ratio.
virtualiter omnes veritates de deo habens talem con-
ceptum ſiue talem notitiam poſſet ex tali notitia demō-
ſtratiue ſcire deum eſſe trinum. et ſic propter quid co-
gnoſcere trinitatem. et tamen Doct. in ſecundo diſtin-
ctione.3.q.9. dubitat de hoc quia licet in angelo poſſit
creari ſpecies intelligibilis repreſentans deum ſub ra
tione deitatis non tamen videtur ſeq̇. ꝙ ſi cognoſcat di
ſtincte deitatem ꝙ propter hoc cognoſcat trinitatem.
¶ Tertio inſtatur. quia ſequeretur ꝙ habens talem 3.ratio.
conceptum poſſet cognoſcere omnes creaturas: ⁊ per
conſequens ille conceptus virtualiter vel eminenter
cōtineret omnes creaturas quod eſt manifeſte falſum.
patet. quia nec beatus per actum beatificu3 cognoſcit
oēs rerum quiditates. vt ab oībus tenetur. q̇ tñ actꝰ in
tuitiuus deitatis eſt multo perfectior omni actu abſtra
ctiuo. probatur conſequentia: quia ſi ille conceptus vir
tualiter continet omnes veritates de deo neceſſarias:
et omnes contingentes: non de actu: ſed de poſſibili: a
fortiori continebit veritates omnium creaturarum. Si
ergo per talem actum poteſt omnes illas cognoſcere di
ſtincte ſuperflue in angelis concreate fuerunt ſpecies
omniū quiditatum. patet: quia per ſpēm ītelligibilē dei
tatis potuerūt habere cōceptū diſtictū de deitate ſub
ratione deitatis: vt patet per Doc. in.2. diſtinctio.3.q.9.
¶ Quarto inſtatur: quia ſi talis conceptus de deo diſtin

ctus virtualiter continet omnem veritatem necessariam et omnē notitiam illius: ergo continet hanc veritatem deus est trinus est vnus: ergo continet extrema illius veritatis: quia continens totum: continet ꝛ partez: sed non continet ipsum deum: quia tunc ille conceptus posset causare alium conceptum distinctum de ipō deo. Tum etiam: quia ista veritas quāuis necessaria non est demonstrabilis de deo: quia tunc idem demonstrareť de seipso: quia scilicet deus de deo. ergo non continet illaz cuz non sit demonstrabilis de deo propter quid. ergo nō omnem necessariam veritatem continet virtualiter.

5.ratio. ¶Quinto instatur: quia Doc. in prolo. q.3. vult ꝙ continens euidenter veritates scibiles in aliqua scientia cōtinet eas virtualiter: vt primo notum. ergo si talis conceptus virtualiter cōtineret omnes veritates necessarias de deo. contineret illas vt primo notus. hoc autē est manifeste falsum. Tum quia non esset primo notus nisi per actum reflexum. vt patet: sed talis actus reflex⁹ nullo modo est necessarius in demonstratiōe ꝓpter qd. Tum etiam: quia quereretur a quo talis actus esset causat⁹: an a primo conceptu ꝛ intellectu: an a voluntate diuina sola: que omnia important speciales difficultates.

6.ratio. ¶Sexto instat sic. continens virtualiter omnes veritates alicuius scientie continet illas primo. sic ꝙ in continendo a nullo dependet: vt patet a Doc. in prolo. q.3. arti. primo. Sed talis conceptus necessario dependet a voluntate diuina causante ꝛ seruante ipsum. ergo.

Cōtra.7. dictū pma ratio. ¶Cōtra septimū dictum instatur probando ꝙ non possit causari in intellectu viatoris aliquis conceptus abstractiuus dei sub ratione deitatis. ꝛ instatur sic primo. ꝛ quero ad quid terminetur ille conceptus: oportet dicere ꝙ terminetur ad deitatem vt actu existentem. ꝛ sub ratione qua existit. patet: quia existētia est de conceptu eius quiditatiuo: vt patet a Doc. in primo distinct.2. q.1. ꝛ in quoli. q.1. arti. primo. si ergo ille conceptus nō terminaretur ad deum sub ratiōe deitatis: sic ꝙ deus sub ratione deitatis terminet: tunc per illum non cognosceretur deus distincte. Sed deus sub ratione deitatis nō potest terminare. nisi etiam terminet sub ratione existentie ꝓprie cum sit de quiditate dei. Tunc vltra sequitur incōueniens immo īpossibile scilicet ꝙ talis cōceptus abstractiuus esset formaliter intuitiu⁹. patet: quia omnis notitia que terminatur ad rem existentem inq̄tum est existens: siue sub ratiōe formali qua existit est intuitiua: vt patet a Doc. in primo distinct.1. q.2. distinc.8. q.3. in secūdo distinc.3. in.3°. distinct.14. in.4. distinct.10.45.49. questio.12. in quoli. questio.5.7.14.

2.ratio. ¶Secundo instatur et quero a quo ille conceptus immediate causetur: aut enim causatur a deo sub ratione deitatis: aut a voluntate dei. Si primo: sequitur ꝙ tunc deus moueret intellectuz vel causaret illum conceptum per modum nature: vt patet a Doc. ī quoli. questi.8. arti. primo. ꝛ q.14. arti.2. hoc autez est falsuz: vt patet vbi supra. Si 2°. sequitur manifeste inconueniens: ꝙ voluntas diuina contineret suo modo virtualiter ipsam deitatem. probatur: qꝛ causans conceptum proprium alicuius continet illum virtualiter: vt patet a Doct. in primo distin.3. distin.8. ꝛ alibi sepe: nec valet dicere: ꝙ quia voluntas diuina est realiter idē essentie diuine. ideo non potest continere: quia accipio propositionem Doct. vulgatam scilicet: qualis est ordo inter aliqua vbi realiter distinguuntur: talis est vbi sola ratione distinguuntur. Sed si voluntas esset realiter distincta ab essentia ꝛ contineret notitiā distinctam essentie realiter: virtualiter contineret ipsam deitatem vt etiam probat Doct. de creatura in primo distinct.3 ꝛ 8. ꝙ si posset causare notitiam distinctam essentie diuine: ꝙ virtualiter contineret ipsam. ergo cum volūtas diuina saltem ratione distinguatur ab essentia: saltem ꝑm rationem virtualiter ꝛ eminenter continebit illam: et sic posterius virtualiter continebit prius.

3.ratio. ¶Tertio instatur. si talis conceptus potest haberi in intellectu viatoris. ergo viator per illam poterit distictissime cognoscere deum sub ratione deitatis: ꝛ vltra poterit distinctissime cognoscere eius infinitatem intensiuam. et sic poterit ipsam comprehendere: patet. quia cognosceret illam secundum ꝙ est cognoscibilis. est autem cognoscibilis sub ratione distinctissima infinitatis intensiue. imo videtur sequi. ꝙ tunc viator esset perfecte beatus. si deo vt sic distincte concepto et sub ratione infiniti intensiue voluntas frueretur. 4.ratio

¶Quarto instatur. si talis conceptus potest causari in intellectu viatoris. aut immediate causatur nulla specie intelligibili prius causata aut mediante ipsa. Si primo sequitur ꝙ talis conceptus non est abstractiuus. patet. quia ille est obiecti. non in se sed in aliquo representatiuo existente. Si secundo ergo voluntas diuina non poterit causare absolutum realiter distinctuz ab alio absoluto sine ipso. et tunc causa prima determinabitur a secunda quod est falsum. sic enim arguit Doct. in primo distinctione.1. q.4. ꝙ si voluntas diuina non potest causare fruitionez absolute nisi prius causet visionem. sequitur ꝙ ipsa determinabitur a causandum ad secunda causa. si sine visione non posset absolute causare fruitionem. 5.ratio.

¶Quinto instatur. quia sequitur ꝙ volūtas dina non posset immediate causare conceptum distinctum deitatis: nisi prius causaret conceptum distinctu in suimet. vt patet a Doct. in pluribus locis. ꝙ causans notitiam alterius in aliquo intellectu prius causat notitiā sui. Et ideo essentia non posset causare notitiam in intellectu diuo. nec alicuius creature nec alicuius intrinseci nisi prius causaret notitiam sui distinctam. vt patet a doct. supra questio. quinta: ergo si voluntas non potest causare notitiam distinctam deitatis nisi prius causet notitiam sui distinctam. sequitur ꝙ non poterit immediate causare absolutum sine alio absoluto. a quo essentialiter non dependet. 6.ratio

¶Sexto sequeretur ꝙ habens talem conceptum siue notitiam necessario intelligeret omnem veritatem necessariam de deo: et omnem contingentem de possibili. patet: quia talis conceptus includeret virtualiter omnem talem veritatem: et per modum nature ageret: et similiter intellectus. sed hoc nō videtur verum: quia posset stare notitia distincta deitatis sine notitia personarum: vt patet a Doctore in primo distic. 1. quest.2. Ad rōnes contra.5. dictum.

Ad.1. ¶Respondeo primo ad instantias contra sextum dictum. Ad primam anteq̄ respondeam formaliter premitto aliqua. Primo premitto: ꝙ non omne causans notitiam alicuius continet virtualiter et eminenter entitatem illius. patet: quia notitia distincta hominis continet notitiam distinctam passionis: et tamen nō continet passionem: cum illa precise contineatur a ratione formali hominis. Est tamen verum quod continens notitiam distinctam alicuius subiecti continet entitatem illius: et omnium virtualiter contentorum adequate tamen contentorum: ꝛ sic continens notitiam hominis distinctam continet virtualiter non tantum entitatem hominis: sed etiam omnes veritates et omnes passiones illius. Nota singular ē doctrinā de virtuali ꝯtinentia. Nec enim aliquid posset virtualiter continere passionem subiecti: qui etiam virtualiter cōtineret entitatem subiecti: quia in hoc poneretur causa passionis adequata: que realiter idemptificatur subiecto. posito ergo ꝙ in me causaretur notitia distincta hominis ab ipso homine, talis notitia. et si contineret virtualiter notitiam omnium proprietatum hominis mediate tamen. ita ꝙ primo notitia diffinitionis hominis que dicitur proprie distincta contineret notitiam predicati: et per consequens notitiam propositionis immediate: et notitia euidens propositionis immediate contineret notitiam conclusionis. Sic dico in proposito. ꝙ notitia distincta deitatis: et si contineat notitiam proprietatis: et per consequens notitiam euidentem propositionis immediate: et notitia illa euidens notitiam conclusionis. non tamen virtualiter continet illas proprietates. Si tamen illa notitia distincta esset causata ab alio: q̄z a deo immediate. tunc causans illam contineret ipsum deum et omnes proprietates illius.

Notitia euidēs propōis imediate ꝛ mediate pōt dupl'r itelligi. Secundo premitto. ꝙ notitia euidens propositionis immediate: et propositionis mediate potest dupliciter intelligi virtualiter contineri in alio. Primo. ī notitia subiecti disticta: ita ꝙ talis notitia precise causetur a notitia distincta subiecti. Secundo potest intelligi causari ab ipso obiecto siue subiecto immediate. ita ꝙ homo presens in specie intelligibili. siue subiecto immediate. ita ꝙ homo presens in specie intelligibili. siue ipsa species primo causat notitiam distinctam hominis. secundo no

titiam proprietatum . tertio notitiam propositionum
immediatarum. quarto notitiam conclusionum. Et bre
uiter vtraqꝫ via est sustentabilis : ſm ea que exposui in
prologo questione. 3. contra Gregor. ⁊ Ocham ⁊ Al=
fonsum toletanum: vide ibi. In proposito. si teneatur ꝙ
conceptus distinctus deitatis contineat omnes verita=
tes necessarias de deo. i. omnium veritatū notitiam eui=
dentem. patet: ꝙ ex hoc non sequitur ꝙ virtualiter con=
tineat entitatem illarum proprietatum. Et propositio
Docto. scilicet ꝙ continens virtualiter notitiam distin=
ctam alicuius continet entitatem illius. patet: ꝙ illa nō
est in omnibus vera: vt supra exposui. Sicut etiam pa=
tet de specie intelligibili puta hominis: que continet no
titiam hominis : et tamen non continet virtualiter ip=
sum hominem : et similiter continet notitiam risibilita=
tis : et tamen non continet ipsam risibilitatem. Si ve=
ro teneatur: ꝙ obiectum virtualiter continet: tunc opor
tet ponere aliquam speciem intelligibilem supplentem
vicem obiecti : que partialiter non solum causet noti=
tiam subiecti; sed etiam omnium proprietatum virtua=
liter in illo contētarum : quia nisi talis species ponere=
tur: respectu cognitionis abstractiue: tunc nihil esset ibi
qđ causaret : nisi forte diceretur ꝙ voluntas diuina. pri=
mo causat notitiam distinctam deitatis. ⁊ secundo alias
notitias sequentes: tamen melius et magis ad proposi=
tum conclusionis esset ponere speciem intelligibilē dei=
tatis: vt dixi in prologo. questione tertia ⁊ in secundo di
stinctione tertia questione nona. Et sic patet. quid sit di
cendum ad primam instantiam.

¶ Posset etiam dici et non extra propositum: ꝙ aliud
est causare notitiam alicuius propositionis absolute:
et aliud ipsam causare vt euidentem Nam deus posset
immediate causare in me notitiam huius: homo est risi=
bilis: que tamen nullo modo esset euidēs nisi ex notitia
propositionis immediate. notitia ergo conclusionis pos
set esse immediate ab vno: ⁊ ab alio euidenti. Cōceptus
ergo distinctus deitatis diceretur continere virtualiter
omnem veritatem ⁊c. i. notitiam omnium veritatum vt
euidentem. ita ꝙ talis notitia puta conclusionis: vel pri
mi predicati non esset immediate causata a tali cōceptu
deitatis : sed bene haberet euidentiam a tali conceptu:
ita ꝙ euidentia propositionis immediate esset primo a
tali conceptu: et euidentia conclusionis esset ab euiden
tia propositionis immediate. Et sic posset concedi: ꝙ cō
tinēs virtualiter notitiam alicuius continet entitatē il=
lius: licet hoc nō sit simpliciter ⁊ in omnibus verum: sed
non sequeretur : ꝙ continens euidentiam notitie propo
sitionis ꝙ cōtineat entitatem ⁊c. immo stat ꝙ notitia sit
ab vno ⁊ euidentia ab alio. ¶ Dico etiā: ꝙ aliud est cōti=
nere notitiā simplicem alicuius. ⁊ aliud est continere no
titiam euidētem inherentie puta passionis ad subiectū.
Nota hec valde. Et forte subiectum causat notitiam sui absolute: ⁊ post
notitiam passionis absolute: sed notitia euidens inherē
tie passionis ad subiectuꝫ immediate causatur a notitia
euidenti premissarum ⁊ mediate a notitia distincta sub=
iecti. Tunc dico: ꝙ etsi concedatur ꝙ continens notitiā
simplicem alicuius contineat entitatem illius. nō tamē
sequitur : ꝙ continens notitiam euidentem inherentie
passionis ad subiectū ꝙ contineat virtualiter ipsam pas
sionem. Omnes iste responsiones sunt satis clare et
probabiles.

Ad 2. ratione cōtra 6. dictum. ¶ Ad secundam. Dico ꝙ Doctor noster ibi concedit:
ꝙ angelus posset per talem speciem cognoscere trinita
tem. Dico secūdo: ꝙ deus bene potuit causare speciem
intelligibilem: per quā angelus precise cognosceret di=
stincte deitatem ⁊ non cognosceret alias proprietates.
Si dicatur ꝙ non apparet ratio diuersitatis de conce=
ptu immediate causato a voluntate diuina: non per spe=
ciem intelligibilem et de conceptu causato a specie itel
ligibili: cum vterqꝫ distincte representet deitatē sub ra=
tione propria. ergo si vnus virtualiter continet omnes
veritates de deo virtualiter: quare et non alius: ⁊ si per
vnum potest cognosci trinitas : quare et non per alium
non apparet ratio diuersitatis. Sicut habens notitiam
distinctam de homine per speciem intelligibilem ipsius
et habens eandem vel similem notitiā causatā aliunde:
ita per vnā potest cognoscere ꝓprietates hoīs sicut per
aliā. Dico breuiter: ꝙ volūtas diuīa potuit causare spe
ciē intelligibilē in angelo et concurrere cum ipsa preci
se ad cōceptum distinctum deitatis. et non concurre=
re ad notitiam aliarum proprietatum. Quis ille conce=
ptus causatus a specie intelligibili natus fuisset vir=
tualiter continere omnes veritates de deo necessari=
as. Sed in proposito voluntas. non solum causaret
conceptum distinctum deitatis : sed etiam cum ipso
concurreret ad euidentem notitiam omnium verita=
tum contentarum in illo. Et ideo Doct. hic dicit. ꝙ po=
tuit in intellectu viatoris causare conceptum simpli=
cem deitatis virtualiter continenteꝫ veritates ⁊c. ita ꝙ
non tm̄ contineret potentia remota. sed etiam poten=
tia propinqua : propter hoc ꝙ voluntas diuina dispo=
suisset actu concurrere ad notitiam euidentem conten
tarum veritatum.

¶ Ad tertiam. Dico ꝙ non sequitur ꝙ contineret ille Ad tertiā
conceptus notitiam simplicem omnium creaturarum.
quia talis notitia non virtualiter includeretur in tali
conceptu. precise: enim continentur omnes veritates
de deo necessarie et omnes de deo contingentes de pos=
sibili non de actu. Nec essentia diuina causat in intel
lectu diuino notitiam creaturarum. vt nota. ita ꝙ no=
titia essentie diuine sit precisa ratio causandi notitiam
omnium creaturarum sed ipsa precise vt habet ratio=
nem memorie. et vt sic non consideratur vt actu cogni
ta. hoc patet a Doctore. in prologo questione penulti=
ma. licet ergo essentia prius causet notitiam sui: q̄ noti
tiam creaturarum non tamen talis notitia ponitur ra=
tio causandi notitiam creaturarum. sicut etiam quis
intellectus diuinus prius cognoscat essentiam. q̄ ge=
neret filium. tamen talis notitia nullo modo est ratio
formalis generandi filium. vt patet a Docto. in primo
distinctione secunda parte secunda questio. 3. et quar=
ta. Dico vltra. ꝙ ad concludendum. ꝙ talis notitia con
tineret virtualiter notitiam omnium creaturarum. o=
porteret prius concludere: ꝙ ipsa virtualiter contine=
ret essentiam vel voluntatem diuinam. que virtualiter
continet omnes creaturas. Sicut si. a. virtualiter inclu
deret notitiam distinctam hominis. et per consequens
ipsam entitatem hominis. ꝙ etiam concludi posset. ꝙ
a. contineret virtualiter notitiam omnium virtualiter
contentorum in ipso homine. et per consequens entita=
tem eorum. Sed in proposito: conceptus distinctus dei
tatis causatus a voluntate diuina non includit virtua=
liter notitiam deitatis distinctam: vt patꝫ. ¶ Ad quar= Ad. 4. rōnem.
tam. Dico ꝙ quando dicimus ꝙ subiectum vel obctm̄
continet veritatem scibilem. non intelligitur ꝙ virtu= Quid sit obiectū cōtinere veritateꝫ scibilem.
aliter continet extrema propositionis quia tunc homo
contineret se. patet. quia continet hanc veritatem. ho=
mo est risibilis. et tamem non continet virtualiter ho=
minem. Sed intelligitur ꝙ continet virtualiter euiden
tem inherentiam passionis ad subiectum. puta quia ho
mo cōtinet quiditatiue et essentialiter rationale. et ra=
tionale est causa adequata et precisa inherentie risibi=
litatis ad hominem. ideo dicimus: ꝙ homo mediante
rationalitate continet inherentiam passionis ad subie=
ctum. Et similiter cum dico. ꝙ notitia distincta subie=
cti continet veritates necessarias de subiecto. sic intel=
ligitur ꝙ remote. tamen continet virtualiter notitiam
euidentem inherentie passionis ad subiectum. vel ꝙ p̄=
cise continet ipsam euidentiam passionis vt inheren=
tis idest ꝙ notitia inherentie passionis ad subiectum
est euidens immediate et propinqꝫ a notitia euidenti
premissarum immediatarū et mediate et quasi remote
est euidens a notitia distincta subiecti.

¶ Ad quintam. Dico ꝙ continere veritates in aliqua Ad. 5.
scientia. vt primo notum. non est conditio notitie distin
cte subiecti sed est conditio subiecti. sicut dicimus ꝙ
homo secundum animam est subiectum scientie mo=
ralis : non erit subiectum immediatum. ita ꝙ imme=
diate de ipso possint demonstrari omnes veritates in
scientia morali contentas : nisi sic : primo notus idest
ꝙ vt primo notus ponitur subiectum. et sic patet quo=
modo hoc non pertinet ad notitiam subiecti ꝙ sit pri=
mo nota ⁊c. Cum enim dicimus subiectum vt pri=
mo notum continet omnes veritates ; potest intelligi

dupliciter: vel primo notum notitia habituali: vel primo notum notitia actuali. ¶ Primo modo intelligitur: ꝙ subiectum vt presens in specie intelligibili continet virtualiter omnem veritatem: et dicitur tunc primo notum notitia habituali: quia vt sic est pars memorie perfecte: et in potentia propinqua ad causandum notitiam sui et omnium virtualiter contentorum. Secūdo modo intelligitur: ꝙ subiectum sit primo notum notitia actuali: et tunc dupliciter potest intelligi. primo ꝙ notitia actualis contineat notitiam euidentem: tam premissarum ꝙ̃ cōclusionum modo preexposito: secundo ꝙ talis notitia nullo modo contineat: sed ꝙ nihil esset subiectum scientie virtualiter continens veritates illi⁹ scientie in potentia propinqua: nisi prius esset notum. non ꝙ notitia requiratur vt ratio continendi: sed vt dispositio preuia. nisi enim prius causaret notitiam sui simplicem: nunꝙ̃ posset causare euidētem notitiam veritatum inclusarum virtualiter De obiecto p̄mo noto notitia habituali: et notitia actuali primo modo: vide que prolixe exposui in prologo. q. 3. articulo primo. et specialiter contra Gregorium. Ocham. Alfonsum et multos alios. Si volumus etiam tenere de p̄rio noto notitia actuali scd̄o modo accepta: erit sustentabile: licet nō ita forte ad mētem Doc. sicut aliis modis.

Ad. 6. ¶ Ad sextam siue vltimam instantiam. Dico ꝙ hec est conditio subiecti primi: scilicet in continendo veritates in scientia considerata a nullo dependeat: a nullo: scilicet pertinente ad illam scientiam si sit simpliciter primum. hoc patet a Docto. in prolog. questione tertia Sed hec conditio non videtur competere notitie distincte subiecti: cum talis notitia dependeat a subiecto vel a supplente vicem subiecti. Si volumus etiam tenere: ꝙ hec sit conditio talis notitie: possumus sic exponere. Notitia prima et distincta subiecti: continet virtualiter omnes veritates in scientia cuius est consideratas scilicet euidentem notitiam illarum. modo preexposito et in continendo a nullo dependet: scilicet ꝙ a nulla alia notitia ad illam scientiam pertinente dependet: sicut et subiectum a nulla entitate ad scientiam eius est subiectum dependet in continendo veritates illius scientie: sic conceptus distinctus illius subiecti a nullo alio conceptu ad illam scientiam pertinente in continendo veritates dependet.

¶ Ad instantias contra septimum dictum. Ad primam dico. primo: ꝙ etsi existentia sit de conceptu dei: non tamen talis existentia ponitur ratio terminandi: vt pateat a Docto. in presenti. posito eīm ꝙ p impossibile deus non esset: adhuc posset abstractiue cognosci: et etiam eius existentia. ¶ Si dicatur hoc nō saluat: quia certum est ꝙ deus necessario existit: et existentia est de intrinseca ratione eius: quero tunc. si deus sub ratione deitatis terminet hanc notitiam abstractiuam et distinctam: aut tunc in ratione formali includit existentiam actualem: aut non. Si sic. ergo existentia actualis erit ratio formalis terminandi: aut non includit. ergo actualis existentia non erit de formali conceptu ipsius dei. Si ergo talis conceptus terminatur ad deum sub ratione deitatis et deus sub ratione deitatis necessario includit actualem existentiam. ergo deus sub illa ratiōe qua actu existens terminat: et per consequens talis conceptus erit intuitiuus. Dico breuiter ꝙ non dicitur cognitio intuitiua: ex hoc ꝙ terminatur ad rem existentem actualiter: siue etiam ponendo: ꝙ existentia sit de intrinseca ratione illius. et patet. nunc cognosco abstractiue existentiam puta albedinis: ita ꝙ talis cognitio t̄miat̄ ad existētiā immediate: et tamen non dicitur cognitio intuitiua. Sed vltra omnia requiritur presentia rei actu existentis: non enim sufficit ꝙ actu existat propria existentia: et ꝙ cognitio terminetur ad actualem existentiam: sed requiritur: ꝙ talis res sit in se presens et non in aliquo representatiuo. Dicitur ergo cognitio intuitiua q̄ terminatur ad rem existentem inꝙ̃tum existens. et in se presentem potentie cognitiue. Concedo ergo: ꝙ conceptus distinctus dei terminatur ad deum sub ratione deitatis: et ad deum vt actu existentem: sed non terminatur ad deum vt actu existentem et in se presentem: et potentie cognitiue perfecte presentem. Et sic Doc. intelligit de cognitione intuitiua: vnde in multis locis addit ad rem existentem et in se presentem.

(Margin: Ad rōes cōtra. 7. dictum. Ad 1. Instātia expositoris. — Solutio eiusdem. — Cognitio intuitiua.)

Instantia expo. per pulchra. ¶ Si queratur. pono ꝙ voluntas diuina immediate causet conceptum abstractiuum et distinctum deitatis: nulla specie intelligibili preexistente in tali intellectu. in quo talis conceptus causatur. ille conceptus ad quid terminabitur. aut enim terminabitur ad notitiam existentem actu et in se presentem: aut non in se presentē sed presentem in aliquo representatiuo. Si p̄mo modo. patet: ꝙ talis conceptus erit intuitiuus: q2 terminatur ad rem existentem et in se presentem. Si secundo modo oportet assignare illud representatiuum. non erit species intelligibilis per positum: non concept⁹ ille: quia vt habet esse in tali conceptu: habet precise esse cognitum: vt patet a Docto. in primo distinc. 8. q. 3. et alibi sepe: et alium representatiuum non videtur posse assignari. ergo talis conceptus erit necessario intuitiu⁹. Solutio eiusdem. Dico breuiter: ꝙ non erit presens nec in specie intelligibili: nec in conceptu: sed erit presens in se: sed non erit ītellectui presens. potest enim cognitio abstractiua terminari ad aliquid qd̄ nō erit presens in aliquo representatiuo: alio a re: sed sufficit ꝙ terminetur ad ipsaꝫ: vt nō presentem s̄m suam existentem potentie cognitiue.

¶ Ad secundam instantiam. Dico primo: ꝙ volūtas cū transeat imperfectam identitatem realem in essentiaꝫ diuinā: nullo modo potest ipsam continere nec proprie nec quasi: vt etiam Doct. tenet in pluribus locis. ¶ Dico secundo: ꝙ si voluntas haberet a se originatiue. ꝙ sic posset causare talem notitiam posset concedi ꝙ contineret: vel quasi contineret: sed non sequitur de essentia: q2 ipsa essentia originatiue continet voluntatem: accipiendo voluntatem pro potentia volitiua. et hoc patet a Docto. in primo distin. 8. questio. 3. et in quolibet. questio. prima. 25. et ideo quamuis possit causare notitiam distinctam deitatis: siue abstractiuam: siue intuitiuam. non sequitur ꝙ contineat essentiam nec proprie nec quasi cuꝫ hoc habeat: non a se: sed fundamētaliter et originatiue ab ipsa essentia diuina. ¶ Dico tertio: ꝙ non sequitur de omni notitia distincta: sed si habet veritatem: habet veritatē de prima notitia et adequata essentie diuine. qualis notitia est in intellectu diuino: que notitia est formaliter infinita: et perfecte adequatur obiecto essentie diuine: siue ipsi essentie diuine. potens ergo causare immediate talem notitiam continet virtualiter: vel quasi continet ipsam essentiam. Sed hoc non sequitur de notitia non adequata ipsi essentie diuine qualis est omnis notitia causata ī intellectu creato a voluntate diuina. Quāuis ergo possit causare notitiam distinctam deitatis: tā abstractiuam ꝙ̃ intuitiuam in intellectu creato: non tamen sequitur: ꝙ contineat virtualiter ipsam essentiam diuinam: quam responsionem bene nota propter multa.

(Margin: 2. rn̄sio. — 3. et singulariter notanda.)

Ad. 3. ¶ Ad tertiam instantiam Dico ꝙ poterit distinctissime cognoscere infinitatē intensiuā. et s̄m omnē gradū īfinitatis. Et cuꝫ infertur: ꝙ tunc potest comprehendere ipsam. Dico ꝙ non omnis cognitio etiam distinctissima: ē comprehensiua obiecti cogniti: sed precise illa que obiecto adequatur: sic ꝙ in se sit talis intensiue quantū obiectum est intensiue cognoscibile. Si enim obiectum est intensiue infinitum. sequitur ꝙ erit intelligibile infinite intensiue: et natum intelligi intellectione formaliter infinita vt exposui supra. questio. 5.

(Margin: Non oīs cognitio distinctissima ē cōprehēsiua obiecti cogniti et q̄ sit cōp̄hēsiua.)

¶ Et cum vltra infertur: ꝙ habens talem conceptum sic distinctum posset esse perfecte beatus. Dico ꝙ si loquamur de beatitudine viatoris. inquantum viator ꝙ tunc esset perfectissime beatus: immo magis beatus: ꝙ̃ aliquis philosophorum potuerit esse in cognitione substantiarum separatarum: quia nullus potuit peruenire ad cognitionem distinctam alicuius substantie separate. vt probat Doctor in prolog. questio. 1. et in primo distinctio. 3. questio. 1. Sed hic viator haberet ex hypothesi cognitionem distinctam obiecti beatifici. Sed loquendo de beatitudine comprehensoris qualem nunc beati habent in patria: dico ꝙ intellectus viatoris in tali cognitione etiam distinctissima non fuisset beatus: quia talis beatitudo consistit in cognitione faciali et intuitiua obiecti beatifici. Si dicat̄ quomodo cognitio ītuitiua obiecti beatifici et abstractiua eius

dem differunt. Si numero tm̄/ergo erit viator ī tali conceptu eque beatus: vel saltem erit similiter beatus formaliter: sicut nūc existēs in patria est beat⁹: quia iste beatitudines non differrēt nisi numeraliter. Si differūt tm̄ sicut perfectuʒ ⁊ minus perfectum. patet: ꝙ adhuc erit beatus: licet non ita perfecte: ⁊ si talis cōcept⁹ abstractiuus potest intendi: intantum posset intendi: ꝙ in illo esset eque perfecte beatus. sic enim arguit Doct. in quarto distinct. 49. contra opi. Tho. Si differūt specie sicut Doc. videtur tenere in tertio distinc. 31. ⁊ in quarto distin. 49. quia cognitio abstractiua ⁊ intuitiua eiusdē obiecti specie distinguuntur: vt patet a Doc. in secūdo distinc. 25. Et sic in proposito cognitio abstractiua ⁊ intuitiua eiusdem deitatis differunt specie. Et hoc ꝓpter aliam ⁊ aliam presentiam obiecti: vt dicit Doc. in tertio distin. 31. ⁊ in quarto distin. 49. ⁊ sic patet ꝙ habens cognitionem abstractiuam etiam distinctissimam non erit beatus proprie loquendo de beatitudine. Si dicatur ꝙ forte hoc non videtur sequi. scilicet ꝙ alia ⁊ alia presentia obiecti causet ⁊ alium ⁊ alium actū specie distinctū: quia ſm Doc. in primo distin. 1. q. 4. dicit ꝙ actus voluntatis non variatur ꝓpter aliam ⁊ aliam approximationem ad obiectū: vide ibi. Sed quia hoc non est presentis speculationis: vide in tertio distin. 3 . ⁊ in quarto distin. 41. vbi pertractaui hanc materiam soluendo etiam presentem et alias instantias in hac materia. ista pro nunc sufficiant

Ad. 4. ❡ Ad quartam instantiam de specie intelligibili respectu talis cōceptus distincti. Dico ꝙ vtrūq; membrum potest dari. Et primo potest dari. ꝙ prius causet speciem quia talis species necessario requiritur vt habeatur presentia obiecti prout potest haberi in aliquo representatiuo. ita ꝙ esset impossibile in cognitione abstractiua aliter esse presens. Cuʒ dicitur ꝙ potest quodlibet absolutum immediate causare alio absoluto non causato. Dico primo. ꝙ et si actum voluntatis absolutum possit immediate causare in aliqua voluntate actu intelligendi absolute non causato. tamen voluntas secundum illum actum nihil vellet cum velle necessario terminetur ad obiectum cognitum. non posset ergo immediate causare volitionem alicuius obiecti. que includit relationem aliquam ad obiectum. vt patet a Docto. q 14. quolibet. non prius causato actu intelligendi eiusdem obiecti cum talis necessario requiratur Sic in proposito tenendo. ꝙ species intelligibilis necessario requiratur ad hoc vt obiectum sit presens in cognitione abstractiua diceret̄ ꝙ non posset voluntas diuina causare in intellectu viatoris conceptum distinctū deitatis quo distīcte cōciperet illā. nō prius causato reprsētatiuo eiusdem. s. specie intelligibili: posset tamen causare absolute talem cōceptum: qui nullo modo terminaret̄ ad obiectū. Et cum infertur: ꝙ si talis species necessario prerequiritur: ꝙ tunc voluntas diuina posset determinari a secunda causa quod habet pro inconuenienti: vt patuit in primo dist. 1. q. 4. Dico breuiter ꝙ ibi in primo esset inconueniens: quia vere prima causa determinaretur ad agendum a secunda causa: quia Henri. posuit ꝙ ad visionem obiecti beatifici necessario sequatur fruitio eiusdem. ita ꝙ si voluntas diuina causet in aliquo intellectu visionem claram deitatis ꝙ necessario causabit fruitionem essentie in voluntate eiusdem. e sic bene seq̄tur. ꝙ si necessario causat fruitionem prius causata visione tunc determinabit̄ a secunda causa. Sed in proposito hoc non sequitur: quia non pono: ꝙ causata specie intelligibili deitatis ꝙ necessario causet conceptuʒ distinctum eiusdem. immo pono ꝙ stante tali specie: potest esse ꝙ talis conceptus nullo modo erit: sed dico ꝙ conceptus non poterit esse nisi prius causata specie: vt ꝓprio representatiuo eiusdem obiecti. Sicut etiā dico de actu volendi ꝙ potest stare cognitio perfectissima obiecti ēt intuitiua. et tamen non erit volitio eiusdem. sed non potest esse volitio actualis obiecti: nisi precedat cognitio eiusdem. Hoc idem ponit Doc. ꝙ de potentia dei absoluta pōt esse perfectissima visio deitatis: et non erit fruitio: cuius oppositum dicebat Henri. in primo vbi supra. sed non potest esse fruitio sine visione precedente: cum illa necessario requiratur. Et sic patet quomodo potest sustineri ꝙ in conceptu distincto deitatis prerequiritur species intelligibilis representans eam in rōne obiecti actu intelligibilis. Si dicatur ꝙ multa obiecta possunt intelligi abstractiue: que tamen non habent speciem intelligibilem: vt patet de materia prima de passionib⁹ de relationibus: que non habent proprias species intelligibiles. Dico ꝙ obiectum esse presens potentie cognitiue respectu cognitionis abstractiue potest pro nūc dupliciter intelligi. primo: ꝙ sit presens presentia propria et formali: et hic voco presentiam propriam et formalē quando habet propriam speciem. secundo ꝙ sit presentia alterius presens: ꝙ ipsum virtualiter continet. Hoc premisso. Dico ꝙ semper requiritur species intelligibilis: vel ꝙ habeat speciem propriam: vel ꝙ contineatur virtualiter in aliquo obiecto habente speciem propriā. Sicut etiam aliquid potest esse presens in cognitione intuitiua: vel in se formaliter: ⁊ ſm propriam existentiam presens: vel ꝙ virtualiter contineatur in alio habente ꝓpriam presentialitatem: hec distinctio habetur a Doc. ī primo dist. 8. q. 3. ⁊ in quoli. patet ergo ꝙ sicut ī cognitione intuitiua obiecti: requiritur ꝙ tale obiectum vel sit ī se presens ſm propriam existentiam: vel ꝙ contineatur in alio virtualiter perfecte presente ſm propriam existē tiam. Sic in cognitione abstractiua obiecti requiritur: ꝙ tale obiectum vel sit presens ſm propriam speciem intelligibilem: vel ꝙ virtualiter contineatur in alio perfecte presente ſm propriam speciem intelligibilem. Sed de hac materia. s. speciei intelligibilis prolixe tractatuʒ est in primo dist. 3. q. 2. ⁊: q. 1. ⁊. 6. vide ibi singularia dubia. et precipue. q. 2. ⁊. 3. ❡ Si teneatur aliud membrum scilicet ꝙ possit immediate a volūtate diuina causari cōceptus distinctus deitatis nulla specie intelligibili precedente. potest faciliter responderi ad instātiam: ꝙ aliud est loqui de obiecto cognoscibili abstractiue vt terminatiuo cognitionis abstractiue: ⁊ aliud de obiecto motiuo intellectus respectu cognitiōis abstractiue. primo nullo modo videt̄ necessaria species intelligibilis: quia sine illa obiectum potest perfecte terminare illam cognitionem: et patet: quia obiectum vt quiditatiue acceptum. et vt absolute consideratum terminat hanc cognitionē quando enim cognoscitur distincte obiectum cognitione abstractiua: talis cognitio terminatur ad obiectum sub ratione quiditatiua propria: aliter distincte non cognosceretur Sed si terminaret prout habet esse sic representatum: tunc terminaret: non per se nec quiditatiue sed tm̄ per accidens et ſm quid: quia accidit sibi sic esse presens. Secundo modo loquendo de obiecto motiuo. Dico breuiter: ꝙ Doc. ponit in nobis necessitatem speciei intelligibilis: q2 stante absentia obiecti in se nulla cognitio eiusdem haberi posset. Sed posita specie intelligibili: talis species supplet vicem obiecti. et sic ipsa vna cum intellectu agente causat in intellectu possibili notitiam abstractiuam: vt patet a Doc. in primo distin. 3. q. 6. ⁊. 8. ⁊ distin. 17. ⁊ in. 2. distin. 3. ⁊ in. 4. disti. 10. ⁊ in quoli. requiritur ergo species intelligibilis vt causa respectu notitie abstractiue: et hoc exposui in primo vbi supra. Modo voluntas diuina potest supplere vicē omnis causalitatis secunde. vt patet. et sic poterit supplere causalitatem cuiuscunq; speciei intelligibilis: et īmediate causare conceptum abstractiuum cuiuscūq; obiecti: et sic immediate poterit causare in intellectu nostro conceptum distinctum ⁊ abstractiuū essentie diuine nulla specie intelligibili presupposita. Et sic patet quomodo vtrunq; membrū est sustentabile: tamen scḋʒ mēbrum videtur magis verum et magis ad mentem Docto. subtilis. ❡ Ad quintam instantiam dico. primo: ꝙ aliud est mouere intellectum ad cognitionem alterius ī ratione obiecti: et aliud est mouere non in ratione obiecti. Exemplum. puta homo mouet intellectum necessario ad cognitionem puta risibilitatis: et tunc aut mouet in ratione obiecti. id est vt habens precise rationem obiecti motiui: aut alio modo mouet non habendo rationem obiecti motiui: sed precise habendo rationem talis entis. Primo modo concedo: ꝙ non potest mouere aliquem intellectum: nisi prius in tali intellectu causet notitiam sui: quia vt sic cum moueat per modum nature necessario prius causabit notitiam sui perfectam quantum potest: ꝙ̄ notitiam alterius in eo

Obcm̄ eē pn̄s ptie cognitiue pt dupl̄r itelligi.

Quare secūdū scō. spēs itelligibil' ī nobis sit necessario.

ad. 5. rōes

virtualiter cōtenti. Et hoc modo essentia diuina que est presens intellectui diuino in ratione obiecti perfectissime intelligibilis: nunq̄ posset mouere talem intellectū ad cognitionē alterius extrinseci. puta creature nec alicuius intrinseci puta attributi. vel ꝓprietatū nisi prius moueret ad notitiam sui distinctaz: vt patuit supra. q. 5. quoli. Secūdo modo aliquid posset mouere ad notitiam alterius: sine hoc ꝙ moueat ad sui notitiā: quia vt sic tale obiectum nō esset presens intellectui in ratione obiecti intelligibilis. Et hoc expresse patet in multis. Nam species intelligibilis. mouet īmediate intellectū ad notitiam obiecti: cuius est: ⁊ tamē nō mouet ad notitiā sui. primo. ⁊ hoc est: quia talis species nō est pro tunc p̄sens intellectui in ratione obiecti intelligibilis. Similiter intellectus agens immediate mouet ad notitiam aliorū: et tamen nō primo cognoscitur: immo pro statu isto nullo modo mouet ad notitiam sui: vt patet a Doc. ⁊ hoc est quia talis intellect⁹ pro statu isto: nunq̄ potest esse presens intellectui possibili in ratione obiecti actu intelligibilis. ⁊ voco obiectū actu intelligibile quod immediate potest mouere intellectū ad sui notitiam vel ꝙ saltē virtualiter cōtineatur in alio quod immediate potest mouere: vt exposui in p̄mo distin. 3 q. 7. declarādo titulū. q. 1. licet ergo intellectus agens s̄m suā formalē entitatē sit perfecte presens intellectui possibili: pro statu tamē isto nullo modo est in specie intelligibili propria. nec in se presens in ratione obiecti actu intelligibilis. vt patet a Doct. in prolo. q. 1. Sic dico in proposito. ꝙ quāuis voluntas diuina sit in se perfecte presens intellectui creato. non tamen necessario est presens in ratione obiecti actu intelligibilis. Et ideo potest immediate causare conceptum distinctum deitatis et non erit prius cognita.

Obiectū actu itelligibile qd.

Dico secundo ꝙ aliud est loqui de obiecto precise mouente per modum nature ⁊ de obiecto precise mouente per modum voluntatis. quia primo modo tale obiectum. vt presens in ratione obiecti actu intelligibilis necessario prius mouet ad notitiam sui q̄ aliorum etiā virtualiter in ipso contentorum. Sed secundo mō non apparet necessitas ꝙ prius moueat ad sui notitiā etiam tenendo ꝙ sit perfecte presens in ratione obiecti actu intelligibilis. et hoc est. quia est obiectum voluntarium Et hoc patet in primo distinctione tertia vbi multa de istis exposui.

Nota de obiectō mouente naturaliter ⁊ libere dr̄a 3

¶ Ad vltimam instātiam. Dico breuiter. ꝙ stante tali conceptu nullo existente impedimento. et concurrente influentia generali voluntatis diuine. ꝙ tunc cognoscet omnia virtualiter contenta. Si stante tali conceptu perfecto posset voluntas diuina suspendere actionem talis conceptus quia potest omnem actionem cuiuscunq̄ cause secunde suspendere.

Ad vltimaz rationem:

¶ Contra octauum dictum: qđ tale est ꝙ viator non potest ex puris naturalibus demonstratiue: propter quid cognoscere istā deus est omnipotens: ⁊ hoc tam mediate q̄ immediate. instatur sic: primo supponendo aliqua. primo ꝙ viator est ille qui non habet notitiam intuitiuā vt supra dixi sed potest habere cognitionem abstractiuam deitatis. et hoc per potentiam diuinaz: vt supra patuit. Et de isto viatore non intelligitur conclusio: q̄r talis habens huiusmodi conceptum siue notitiam deitatis posset demonstratiue scire deum esse omnipotentē: vt supra patuit. Sed conclusio intelligitur de viatore: q̇ tantum habet fidem et cognitionem s̄m inclinationem fidei: vel etiam aliam cognitionē: que sibi nō repugnet ex puris naturalibus: vt patet in littera. Conclusio ergo intelligitur: ꝙ stante cognitione que de lege communi habetur per fidem non potest ex puris naturalibus cognoscere hanc. deus est omnipotens. non intelligitur ergo conclusio ex puris naturalibus simpliciter: sed p̄supposito lumine fidei que habetur de communi lege: adhuc ex naturalibus non potest ꝑtingere ad huiusmodi notitiam. secundo suppono ꝙ s̄m fidem viator potest esse certus. Primo ꝙ deum esse omnipotentē est demōstrabile propter quid: vt supra patuit. Ex lumine etiam fidei est certus: ꝙ viator potest scire ī generali quale sit medium demonstrandi illam conclusionem: quia. s. est voluntas dei perfectissima: vt ipse Doct. cōcedit. Et etiā de multis alijs p̄t esse certus: ex quib⁹ intendo īferre ꝓpositum. s. ꝙ stante lumine fidei s̄m legem communem potest demonstratiue scire propter quid deum esse oīpotentez. ¶ Primo. ergo instatur sic. Aut scit propter qđ deum esse oīpotentem: aut scit ipsum non esse oīpotētē. Si primo. ergo potest cognoscere demonstratiue ꝓpter quid deum esse omnipotentem. patet: quia si scio hominem esse risibilem. propter quid ergo scio demōstratiue propter quid. Si secundo: ergo non erit demonstrabile propter quid. quia nihil scitur nisi verum. Si enim scio hominem non esse risibilem: propter quid: ergo hominē esse risibilē: propter qđ non est demonstrabile ꝓpter qđ.

Cōtra octauū dictum.

1.rō.

Scđa.

¶ Secundo instatur sic: viator scit voluntatem ꝑfectissimam esse mediū ꝓpter quid ad demonstrandū deū esse omnipotentē: ⁊ hoc scit ex puris naturalibus: vel solo lumine fidei p̄supposito q̄ ex puris naturalib⁹ pōt scire ꝓpter qđ deum eē oīpotentem. anš patet: quia etiā est concessum a Doc. cōsequentia etiā patet: q̄r hn̄s mediū ꝓpter qđ pōt scire conclusionem propter qđ. Si em̄ cognosco aīal rōnale esse medium: ꝓpter qđ ad demōstrādum istam cōclusionē: homo ē risibilis: statim possum demonstratiue ꝓpter qđ scire hoīem esse risibile.

Tertia.

¶ Tertio instat̄ sic. viator ex puris naturalibus: vel saltem p̄supposito lumine fidei scit deum mere cōtingēter agere ad extra: vt patet a Doc. in pluribus locis. secundo scit: ꝙ prima causa cōtinet cālitatem oīum secundarum cārū. Scit etiā ꝙ si cōtingenter ꝓducit quicquid ad extra ꝓducit: ꝙ pōt īmediate ꝓducere effectum impꝑfectū: hoc non sequeret̄ apud Arist. q̄r ipse vellet ꝙ non posset immediate ꝓducere effectū impꝑfectū: ⁊ hoc: q̄r agit ꝑ modum nature ⁊ necessario. Si sic agit libere tollitur hoc impedimentum. Ex istis sequit̄ ꝓpositū. auctor scit deū cōtinere oēm cālitatem cause secunde: et scit ip̄m mere contingenter agere ad extra ⁊ a nulla secūda cā necessario determinari ad agēdum: ergo ex puris naturalibus scit deum posse agere oēm effectū īmediate: et per cōsequens scit ipsum esse oīpotentem oīpotentia īmediata de qua est dubiū.

Ad rōes cōtra. 8. dictum

Ad. 1.

¶ Rn̄deo ad oēs istas instantias. Ad primam. dico ꝙ negat̄ vtrunq̄ mēbrum. Sic etiā hic pater in diuinis si generat deū: aut generat aliū deuz: aut generat aliū nō deū: nulla ꝓpositio illius disiunctiue cōceditur: nec sunt contradictorie: sed bene iste: aut generat aliū deū: aut nō gn̄at aliū deū: secūda est ꝯcedēda vt patet a Doc. in primo dist. 4 q. 1. Sic dico in proposito: nec ille due contradicunt: sed bene iste due: aut scit deuz esse oīpotentē: esse demōstrabile ꝓpter qđ: aut nō sit eē demonstrabile ꝓpter quid: conceditur secunda: q̄r hoc tm̄ credit̄. Si etiam concedatur prima in hoc sensu. s. scio per fidem deum esse oīpotentem esse demonstrabile propter quid. ergo possum ex puris naturalibus demonstratiue propter quid cognoscere deum esse omnipotentem non sequitur. Si dicatur ad primā rn̄sionem. s. ꝙ bene sequitur: ꝙ viator sciat deum non esse oīpotentem ꝓpter quid: quia a negatiua de predicato finito ad affirmatiuam de predicato infinito: valet cōsequentia. Dico vt dixi in primo dist. 4. q. 1. ⁊ dist. 21. vide ibi quō teneat illa consequentia.

Ad. 2:

¶ Ad s̄m. Dico ꝙ q̄uis sciam in confuso: ꝙ voluntas perfectissima est medium ⁊c. nō tamē ex hoc sequitur: ꝙ ego possum illam conclusionez demōstrare ꝓpter quid: sed requiritur: ꝙ ego sciam illud medium distincte: quia medium in demonstratione potissima debet esse primo notum distincte: non em̄ sufficit scire medium sic in generali et in cōfuso: quia nec vt sic ponitur medium in demonstratione propter quid: sed ponitur medium sub sua ratione formali et distincta: et vt sic debet cognosci si vult demonstrare ꝓpter quid. Per hoc idem dico ad secundam instantiam. ¶ Ad dubia sequentia pro nunc omitto: sed relinquo illa ingeniosiori ⁊ subtiliori me. Et sic finis huius questionis.

¶ Questio Octaua.

De articulatio. q.

Vtrum fili⁹ siue verbū in diuinis habeat causalitatem ꝓpriam respectu creature. i. an habeat propriam rationem formalē causandi creaturas. ī ista questio. sunt tres articuli pricipales. Primo an aliqua ratio formalis cāndi sit propria verbo. secundo an aliquis modus vel ordo ī cālitate secu

q.1.art.9. in causando sit ꝓprius sibi. Tertio vtrum aliquis respe
Exꝑõ lit. ctus causalitatis: vel aliquis alius respectus ad creatu
ram includatur per se in eius proprietate cõstitutiua.
¶ De primo. Quãuis Doc. hunc primum articulum ꝓ-
bauerit in scđo. dist. 1. q. 1. articu. primo ⁊ in primo distin.
1. rõ. doc. 25. immo ibi in primo quasi totam. q. hic positaz ⁊ omnia
sint ibi exposita: tamen quia etiam hic addit aliqua: ordi
nate procedam exponendo. q. Et primo primuz articu.
Probat ergo in isto primo articulo: ꝙ filius nõ habeat
propriam rationem formalem causandi creaturas effe-
ctiue: ⁊ primo auctoritatibus. Et primo ꝑ Aug. 5. de tri
ni. c. 17. vel. 34. Ad creaturam inquit pater et filius et
spiritussanctus sunt vnum principium sicut vnus crea-
tor et vnus deus. Ex hoc videtur ꝙ sicut est in eis vna
formalis deitas per quã dicuntur vnus deus: sic est vna
formalis ratio causandi et principiandi per quam dicũt
vnus creator et vnum principium. hoc idẽ vult Diony.
de di. no. Cõmunia inquit totius diuinitatis sunt cau-
2. rõ. sabilia omnia. i. ꝙ omnia causabilia sunt a tota trinitate
ita: sicut ab vna persona ita ab alia. ¶ Scđo probatur
ratione a posteriori sumpta ab actu causandi siue ab ef-
fectu. de quo actu causandi ait Saluator Joan. 5. que-
cunqꝫ ille: scilicet pater fecerit hec et filius similiter fa
cit: per hoc ꝙ ait quecunqꝫ. patet ꝙ non se habent pater
et filius in agendo: sicut causa vniuersalis et particula-
ris: sicut sol et pater in generatione animalis. Et dicit
causa vniuersalis: quia ad plura se extendit: q̃ꝫ particu
laris. Dicitur etiam vniuersalis: quia superior. et talis
communiter determinat particularem ad agenduz. Si
ergo omne causabile ita est a filio sicut a patre patet ꝙ
vna non erit vniuersalis et alia particularis. immo vtra
qꝫ vniuersalis erit. Ex hoc ꝙ ait. Hec: patet ꝙ non sunt
cause varie respectu aliorum causatorum sed eorundez
patet: quia bene sequitur quecunqꝫ facit pater hec fa-
cio. ergo eadem que precise producuntur a patre produ
cuntur a filio. Ex hoc ꝙ ait facit. patet: ꝙ non se habẽt
pater et filius sicut agens. et ratio agendi: ratio quippe
agẽdi nõ ꝓprie agit. cũ g̃ dr̃ q̃ pr̃ facit: notat̃ ꝑ hoc ꝟbũ
facit: ꝙ pater sit agens et non ratio agẽdi. et si filius ea
dem facit. notatur ꝙ ita sit agens et non ratio: scilicet a-
gendi sicut et pater. Et ꝙ dicit: ꝙ illud quod est ratio a-
gendi non agit / quomodo hoc debeat intelligi: vide que
exposui de hoc in scđo dist. 1. q. 1. Ex eo ꝙ ait similiter. pa
tet: ꝙ non se habent in agendo sicut causa superior et i-
ferior que non agit virtute propria: sed virtute alterius
puta dependenter et imperfecte respectu eius. nec etiã
agunt sicut due cause partiales continentes vnam cau-
salitatem completam: siue sint eiusdem rationis vt duo
trahentes nauem: siue sint alterius rationis vt ĩtellect⁹
agens ⁊ phantasma (ſm aliquos) in mouẽdo intellectũ
possibilem: quia in talibus neutra causa potest dici com
plete facere: sed ambe faciunt cõplete et totaliter. vtra
qꝫ autem per se non nisi diminute et partialiter. vñ ma-
gis proprie dici potest vtraqꝫ alteri coagere: q̃ꝫ facere
effectum: similiter tales due cause non omnino similiter
causant effectum. De istis differentijs causarum vide
Doct. in primo distin. 3. q. 8. ⁊ in scđo distin. 3. ⁊ vide que
ibi exposui. quod dicit de intellectu agente et phãtasma
te: ſm vnam opi. hec est opi. Gotho. quaz Doct. impro
bat in primo distin 3. 4. 7. vide ibi ⁊c. His ergo differẽ
tijs et imperfectionibus exclusis intellexit xp̃s: ꝙ pa-
ter et filius et pari ratione tota trinitas quecunqꝫ cau-
sata simul causant: et hoc eque perfecte et complete.
Ex hoc sequitur ꝙ verbo non est propria aliqua rõ for-
malis agendi. consequentia ista probatur. s. ꝙ verbum
non habeat propriam rationem agendi: nec per conse-
quens sit ratio for̃lis agendi ipsi patri. Et probatio stat
in hoc: ꝙ nullum suppositũ formaliter agit nisi sit ĩ actu
per illud quod est sibi formalis ratio agendi. Nota ꝙ dr̃
suppositum formaliter agere: ex hoc ꝙ principium for-
maliter agendi est formaliter in tali supposito: sicut cuz
dico ignis formaliter calefacit lignuz. i. ꝙ ignis hꝫ in se
formaliter calorem per quem vt ꝑ rationem formalem
calefaciendi calefacit lignum. oportet ergo ꝙ tale sup-
positum per tale principium formale sit in actu: non in
actu suppositum. sed ꝙ actu habeat rationem formalez
agendi si debet dici formaliter agere. hoc etiam exposi-
tũ est in primo. di. 17. ⁊ in. 2. di. 1. q. 1. arti. 1. Nota etiam ꝙ
aliquid formaliter agit. vel per formam inherentem: si-
cut ignis calefacit per calorẽ inherẽtem: ⁊ silr̃ aĩa est rõ
formalis corpi qua cõueniũt ei opatiões vitales. vt pꝫ
scđo de aĩa. vl̃ aliqñ p̃cipiũ agẽdi ẽ oĩno idẽ. sicut cũ di
cim⁹ Ludouic⁹ gñat Joã. rõ formalis generãdi ẽ ẽtitas
q̇ditatĩa Lud. vt alias exposui. Opꝫ g̃ ꝙ si. a. sit rõ for̃al̃
agẽdi formal̃r ipsi. b. ꝙ. b. sit in actu ꝑ. a. i. oportet ꝙ. b.
hẽat in se for̃aliter vel q̇ditatiue vel denoĩatiue ip̃m. a. ꝑ
qđ sit ĩ actu ad agẽdũ formaliter: mõ in ꝓposito verbuz
nullo mõ est formaliter in p̃re vt pꝫ. ergo verbũ nõ erit
ratio formalis agendi patri: quia tũc pater esset in actu
per verbum. i. actu haberet in se verbũ: vel vt formam
informãtem: vel vt pertinens ad esse quiditatiuum pa-
tris: que omnia sunt absurda cum nec pater sit sapiens
sapientia genita ſm Augu. 7. de tri c. 4. id est. 19. i. ꝙ
pater nõ est formaliter sapiẽs ipso verbo: qꝛ tũc verbũ rñsio ſm
eẽt formal̃r ĩ patre. ¶ Si dicat̃ ad illud ⁊c. Hic nitit̃ oñ hen.
dere ſm opi. Hen. quõ verbũ est ĩ patre. Et đ ista opi.
ꝙ tres ꝑsone in suo ĩtellectu cõi ⁊ eẽntiali hñt vnũ ver-
bũ qđ est formale ꝑ̇ncipium cãndi quasi ꝓximũ: et essen
tiã quasi remotũ. sed pr̃ hẽt illud verbũ a se quasi dicẽdo
ip̃ꝫ: sed fili⁹ ⁊. s. s. hñt ip̃m a solo p̃re: q̇ vice oĩm vnicum
verbũ đt ad ꝑficiẽdũ ĩtellectũ eẽntialẽ. Dicit ista opi. ꝙ Exponit opi. henr.
verbũ diuinũ accipit̃ ĩ ĩtellectu eẽntiali: siue nudo ⁊ cõi
trib⁹ ꝑsonis. vult. n. ꝙ ĩtellect⁹ vt format⁹ notitia simpli
ci qua cognoscit eẽntiã sit rõ for̃alis ꝓducẽdi verbũ. et
ip̃m verbũ accipit̃ ĩ ĩtellectu nõ vt ĩformato notitia sim
plici ⁊ eẽntiali: sꝫ vt nude cõsiderato: ⁊ qꝛ talis ĩtellect⁹
ẽ ĩ trib⁹ ꝑsonis. seq̇t̃ etiam ꝙ verbum erit in tribus: ⁊ sic
verbuz hoc modo erit ratio formalis causandi proxima
tam patri q̃ꝫ spirituisancto q̃ꝫ etiam sibimet. essentia tñ
diuina erit ratio formalis agẽdi remota. Et hec opinio
prolixius est exposita in secundo distinctione. 1. q. 1. arti.
primo: et specialiter in primo distĩctiõe. 2. parte. 2. q. 4.
et distin. 27. vide ibi. ¶ Contra hanc rñsionem instat Cõtra responsionẽ henri.
Doct. di. Certum est ꝙ pater non habet verbum vt a-
ctum suum formalem altero predictorum modorum er
go tñ habet ipsum vt correlatiuum vel cõsubstantiale
distinctum tñ in supposito. Sed neuter modus habẽdi
sufficit ad hoc. vt sic hñs dicatur formaliter agere ista
actione respectu cuius illud quod sic habetur est propri
um formale principiuz. quia neuter modus habendi sal
uat hoc principium formale hẽri tanq̃ꝫ formam vel a-
ctum habentis: quod tamen requiritur ad hoc ꝙ ha-
bens posset dici agere tali actione. vult dicere Doctor Exponit doctorẽ.
ꝙ habere verbum nec vt correlatiuum. nec vt consub-
stantiale. non sufficit. vt per illud pater dicatur forma-
liter agere. Dicitur pater habere verbum vt correla-
tiuum. sicut dicimus: pater habet filium ad quem re-
fertur. modo correlatiuum non est formaliter in patre:
cum sint formaliter opposita. ergo hoc modo pater non
aget per verbum vt per p̃cipiũ formale agendi. quia
tunc verbum vt correlatiuum esset formaliter in patre
Dicitur etiam pater habere verbum vt consubstantia-
le distinctum tamen in supposito. i. ꝙ verbum vt suppo
situm distinctum a patre ẽ consubstantiale patri. i. eius-
dem substantie cum patre. Sed verbum vt sic habitum
vt consubstantiale patri nõ est ratio formalis agendi ip
si patri: quia eque pater est consubstantialis filio. Neu-
ter ergo modus habendi filium: est ratio formalis agẽ-
di ipsi patri: quia neutro modo: pater est in actu per ver-
bum: cum ipsum verbum vtroqꝫ modo semper sit perso-
naliter distinctum a patre: ⁊ vt sic nullo modo potest es-
se formaliter in patre: qđ tamen requireret̃. si pater per
verbum ageret: vt per rationem formalem agendi. Et
istud patet in creaturis nõ tñ de correlatiuis sed de qui
buscunqꝫ distinctis hypostatice comparatis ad eãdem
actionem. nunq̃ꝫ vnum suppositum: est ratio formalis a- 3. ratio.
gendi alteri supposito: vt patet per experiẽtiam. ¶ Ibi
tertio arguitur ad propositum a priori. idest per ratio-
nem sumptã a forma: siue a causa que proprie est ratio
formalis causandi: sicut ratio sumpta ab actu principii
formalis dicitur ratio sumpta a posteriori: sic ratio sum
pta a principio formali ꝓductiuo est ratio sumpta a pri-
ori. Ratio ergo stat in hoc voluntas vel intellectus vel
aliquis actus voluntatis vel intellectus est proxima ra
tio formalis agendi: et illa eadem est in tribus. ergo
tres persone habent simpliciter eandem rationem for-
malem agendi. ergo verbum non habebit propriam ra-
tionem formalem agendi. Et hec ratio tangitur ab

Augu.2.de tri.ca.8.quō inquit.pater eū.s.filium sancti
ficauit si ipse scilicet filiꝰ seipsum sanctificauit. vtrūqꝫ
enim ipse dn̄s ait:sicut ꝓbat ibi.s.ꝙ pater sanctificauit
filiū ⁊ filius sanctificauit seipsum. Et post quō eū scili=
cet filiū pater tradidit:si ip̄e se tradidit. vtrūqꝫ em̄ dicit
Aposto.vt ꝓbat ibi scilicet ꝙ pater tradidit filiū ⁊ filiꝰ
tradidit seipsum. Et subdit respōsionē:credo rn̄debis.
si probe sapis:qꝛ vna voluntas est patris ⁊ filii. ⁊ insepa
rabilis operatio.q.dicat huiusmodi veri qꝺ pater agit
et similiter filiꝰ agit causa est ꝓpter eādem rōnē agēdi:
quia vna volūtas est patris ⁊ filii.⁊ ex hoc sequitur īse=
parabilis operatio. Hoc etiā cōfirmatur per illud.3.de
tri.ca.6.Volūtas dei prima est ⁊ summa causa omniū.i.
formalis ratio causādi. ¶ Adducit vnā respōsionē quā
improbat scilicet ꝙ diceretur ad hoc ꝙ licet voluntas:
vel intellectus sit formalis ratio causandi:nō tamen in
qualibet ꝑsona:sed aliqua ꝓprie habet potētiā vt est pri
cipiū formale vel proximū causandi. ¶ Cōtra hoc:si est
eadem potentia:⁊ habēs eundē actū ⁊ circa idem obie=
ctū:ipsa in quocunqꝫ supposito sit.semꝑ habebit eandē
rationē causalitatis respectu obiecti causabilis ꝑ ipsaꝫ
potentiā. Nā suppositū nō tribuit aliquā rationē causa
litatis ipsi rationi formali agendi sed ipsum habꝫ p̄cise
rationē cause agentis per hoc ꝙ habet rationē formalē
agēdi.quecūqꝫ ergo ꝑsona habet eādē potētiā habebit
eādem habitudinē ad obiectū causabile.hoc etiā supra
clarius patuit in primo distin.7.⁊.27.⁊ in.2.di.1.q.1.ar=
ti.1. ¶ Ibi Aliud mediū ꝓpriū. Doc.adducit aliud me=
diū vnius Doc. ad ꝓbandū propositū:⁊ accipit ip̄m es=
se diuinū. Et ex hoc medio arguiꝩ sic.esse diuinū cōmu=
ne est tribꝰ:quia ipsa essentia cōis est tribꝰ. esse autē di=
uinū est ꝓpriū p̄ncipiū causandi:patet:quia esse reꝝ ꝓ=
prie est esse cātū:⁊ oportet ꝙ causetur a suo simili:ergo
per se causatur ab esse diuino.Sed hec ratio ꝓlixius tra
ctatur in quarto.distinct.1.q.1. ¶ Doc.hoc improbat:qꝛ
essentia vt essentia non est principiū agendi nisi ꝑ modū
nature vt patuit in primo distin.2.⁊ infra patebit.q.14.
arti.2.Deus autē ad extra nihil agit hoc mō:quia tunc
ageret de necessitate nature ⁊ ꝺm vltimū potentie sue:
Vltia ra= vt pateta doc.in p̄mo distinct.8.q vl. ¶ Vltimo arguit
tio. a priori ꝑ mediū cōe.omne cātum per se depēdet a cau=
sa.sicut īperfectū ⁊ possibile a perfecto ⁊ necessario sim
pliciter:ergo illud qꝺ est formalis ratio causandi est for
malis ratio terminādi istā dependentiā cāti:⁊ per cōse=
quēs formalis ratio essendi perfectū ⁊ necessariū:ſꝫ ne=
cessitas ⁊ perfectio eadem est cōmunis tribus personis
ergo ⁊ ratio terminādi dependentiā causati erit cōmu=
nis:⁊ per cōsequens formalis ratio agendi erit cōis.

Probat Ibi. Cōtra ista pōt argui. Hic Doc.intendit pro
doc.ꝙ ver bare per aliquas rationes ꝙ verbū dicat ꝓpriā rationeꝫ
bo ⁊ spiri= causādi:⁊ similiter.ss. Et arguit sic.p̄mo.notitia ⁊ amor
tui sancto in diuinis:ꝺm ꝙ sunt procedētes sunt ratiōes ꝺm quas
conueni= creature ꝓducūtur ⁊ hoc ꝺm genus cause formalis sine
at aliqua quibꝰ intellectus ⁊ volūtas essentiales nō sufficiēter di
ꝓpria ra= sponerēt ad ipsas creaturas ꝓducendas. Nūc autē no=
tio cāndi. titia ꝓcedēs verbū est:⁊ amor ꝓcedēs.ss.est ergo verbo
est aliqua ratio formalis causandi:⁊ similiter.ss.vult di=
cere in maiori ꝙ sunt rationes formales ꝓducēdi:⁊ hoc
est qꝺ dicit:ꝺm genus cause formalis.sicut dicimꝰ calor
in igne est ipsi igni forma ꝺm quā pōt calefacere:sic ver
bū est forma ⁊ ratio ꝺm quā creature ꝓducūtur. Dein=
de cū dicit de intellectu essentiali pōt duplr̄ accipi intel
lectus ⁊ similiter volūtas. p̄mo dr̄ intellectꝰ essentialis
ꝓut poniꝩ potētia intellectiua cōis tribꝰ ⁊ similiter vo=
lūtas.2.pōt accipi pro actu intelligēdi cōi tribꝰ ⁊ simili
ter volūtas ꝓ actu volēdi:⁊ sic multotiēs apud sanctos
accipitur volūtas pꝛ actu volēdi sicut Aug.accipit p̄mo
retrac.cū dicit ꝙ nichil est tam in potestate volūtatis q̄ꝫ
Volūtas ipsa volūtas.i.actus volūtatis vt exponit doc.in primo
potest du= distinct.1.q.⁊ in.4.2.dist.46.in ꝓposito accipit intelle=
pliciꝩ ac= ctū ⁊ volūtatē p̄mo mō:⁊ p̄nt dici potētie essentiales du
cipi simili plr̄.p̄mo.qꝛ sūt cōes tribus sicut etiā doc.q.1.accipit es=
ter ⁊ intel sentiale.2.dicūtur essentiales ꝓ quāto sunt in potentia
lectus. remota ad agēdū.sicut etiā dicimꝰ ꝙ intellectꝰ ante spe=
ciē intelligibilē est in potentia essentiali siue remota ad
actū intelligendi abstractiuū:⁊ habita specie est in po=
tentia accidētali ⁊ ꝓpinqua ad ꝓducēdū actum intelli=
gendi:vt patet a doc.in primo dicitur.3.q.6.⁊ vide q̄ ibi

exposui hoc modo in diuinis iste potētie possunt dici es=
sentiales:quia et poten ia remota ad producendū crea
turas:sed habita notitia procedens siue ipso verbo in in
tellectu diuino:tunc potest intellectus dici potentia ac
cidentalis siue propinqua ad producendum creaturas:
et sic verbum erit ratio formalis ipsi intellectui et propī
qua ad producendum creaturas.⁊ similiter spiritussan=
ctus vt existens in voluntate diuina erit ratio formalis
et propinqua ipsi voluntati ad producēdum creaturas.
Et sic patet intellectus illius maio.quam doc.negat.
scilicet ꝙ verbum in intellectu sit formalis ratio produ
cendi ⁊ quod negat de verbo similiter negat de spiritu
sancto. Probatur ergo ista maior quadrupliciter. Et si
gillatim adducā rationes.p̄ma ꝓbatio stat ī hoc. Sapiē
tia vt est essentialis nō est nisi speculatiua sed vt est per=
sonalis est practica respectu operādorū continens in se
ideas que sunt principia operandi:nunc autem non suf=
ficit ad operandum aliqua notitia tanq̄ꝫ ratio proxima
nisi sit practica. Accipit hic sapientiam essentialem vel
pro actu intelligēdi communi tribus:vel pro memoria
que dicitur sapientia habitualis:vt expositum est in pri
mo:distinctiōe.2.par.2.distinctione.6.distinctiōe.27.
et alibi.in proposito accipit vel pro notitia habituali vel
actuali. Dicitur speculatiua pro quanto notitia siue ha
bitualis siue actualis nullo modo est directiua ad agen=
dum:⁊ dicitur practica pro quanto est directiua ad agē
dum extra:de hoc vide in prolo.questione vlt. ¶ Respō
det. Doc.negando.maio.primi argumēti:quia notitia Doct. rn̄=
et amor ꝺm que deus est causa creature sūt communes det ad rō=
tribus ⁊ accipit hic notitiam pro actu intelligēdi com= nes fctās
muni tribus:vel pro actu volendi communi tribꝰ. Doc. cōtra seip
tamen tenet ꝙ principiū immediatum producēdi crea= ipsum.
turas ponitur actus volendi vel actus volūtatis vel ip=
sa voluntas. Est tamen differentia inter actum volun=
tatis ⁊ actū volendi:quia omnis actus volēdi est actus
voluntatis:sed non oīs actus voluntatis est actus vo=
lendi.patet:qꝛ actus siue ꝓductio qua volūtas ꝓducit
actum volēdi dicitur actus voluntatis productiuꝰ:⁊ tn̄
nō est actꝰ volēdi. Similiter ī intellectu actꝰ ītelligēdi ⁊
actus intellectus differūt:quia omnis actꝰ intelligendi
est actꝰ ītellectus:sed nō oīs actus ītellectus est actus
intelligēdi:patet:qꝛ actus siue ꝓductio quo vel qua pro
ducitur actꝰ intelligendi in nobis est actus intellectus:
sed non est actus intelligendi.actus enim intelligendi
est actus quo intellectus formaliter intelligit:sed actu
productiuo non intelligit. Sed Doc.hic ponit vel actū
intellectus vel actum voluntatis esse principium cre=
aturarum immediatum:⁊ non habet hic discutere an ꝓ=
ducantur actu intelligēdi vel actu productiuo:vel actu
volendi vel actu voluntatis productiuo:quia qualiter=
cūqꝫ ponatur sunt isti actus cōmunes tribus personis.
Et ꝙ sint necessario cōmunes tribus.prolixe ipse doct.
probatio secundo:dist.prima.q.1.vide ibi. Ad primam
probationem maio. Dicit ꝙ in nobis notitia in memo=
ria ⁊ notitia in verbo non differunt vt speculatiua ⁊ pra
ctica:quia non differunt nisi sicut notitia habitualis et
actualis que conueniūt semper in ratione speculatiui ⁊
practici. Si ergo notitia essentialis in patre se habet si=
cut notitia in memoria respectu notitie que est in verbo:
non erit illa in patre speculatiua ⁊ alia practica:sed vel
vtraqꝫ practica vel vtraqꝫ speculatiua. Hic aduerte ꝓ
maiori intelligentia:ꝙ notitia in memoria in nobis que
dicitur habitualis potest dupliciter accipi.primo.pro ip
sa memoria:que nihil aliud includit nisi presentiā obie=
cti vel in se vel ī aliquo representatiuo ⁊ intellectus:vt
patet a doc.in p̄mo.d.2.par.2.q.3.d.6.⁊ alibi sepe. et di=
citur memoria hoc mō notitia habitualis:quia sicut ha=
bens habitū ex frequentatis actibus ꝓmpte ⁊ faciliter
operatur:sic habens memoriā perfectā.i.presentiā ob=
iecti in intellectu faciliter intelligit.2.mō pōt accipi no
titia habitualis pro habitu cāto ex frequētatis notitiis
actualibus. Et dicitur etiā pertinere ad memoriā quia
sicut memoria proprie vt memoria ponitur principiū ꝓ=
ductiuū:sic omne concurrens ad talem productionē di=
citur pertinere ad memoriā vt memoria est:⁊ qꝛ habitꝰ
poniꝩ etiā causa ꝑtialis actꝰ vt patet a doc.ī p̄mo.d.17.
⁊ ideo diciꝩ ꝑtinere ad memoriā:notitia ergo in mēoria
accipiꝩ vel ꝓ hītu q̄ diciꝩ ī mēoria ꝓ q̄ꝫto ꝑtiet ad mēo
riā ꝓductiuā vl̄ accipiꝩ ꝓ obctō relucēte vl̄ p̄nte ītelle=

ctui cum ſit principium productiuum actus intellectus: vt patet a doc. i pmo d.3.q.7. vel accipit ꝓ tota memoria q̄ tunc includit neceſſario obiectum et potentiam: quia vno iſtorum deficiente non poſſet haberi actus intelligendi vel actus intellectus: habitus vero non requirit niſi ad ꝑfectiorem actum: ſed non neceſſario requiritur ad actū abſolute. De iſtis vide que expoſui in primo di. 3.q.7.et.d.57 ⁊ in diſtin.2.p.2.q.3. Sed notitia in verbo idē eſt qđ ipſū verbū vnde eſt ibi conſtructio intranſitiua quia in nobis omnis notitia actualis. dr̃ verbū vt patet ac doc: in primo. d.27. eo modo quo ponit̃ notitia ponit̃ etiā verbū. q2 ſi eſt notitia ꝑfecta erit verbū ꝑfectū. ſi in perfecta imperfectum vt patet a doc. vbi ſupra. Nota ſecūdo ꝙ ſi notitia actualis puta celi ⁊ ſpeculatiua etiā habitualis cāta ex frequentatis notitiis erit ſpeculatiua vt patet: quia ſi actus eſt ſpeculatiuus ⁊ habitus ex quo generatur erit ſimiliter ſpeculatiuus: ſimiliter ſi notitia actualis celi eſt ſpeculatiua ⁊ notitia habitualis: accipiendo habitualē pro obiecto preſente in memoria. vt expoſui: erit ſimiliter ſpeculatiua: quia tale obiectuʒ puta celū vt preſens intellectui: nō eſt natū producere de ſe niſi notitiam ſpeculatiuā cū ſit obiectum mere ſpeculabile. Similit̃ ſi notitia actualis ſit practica ideſt directiua in praxim etiā habitualis vtroq̨ modo erit practica. ⁊ de omnibus iſtis vide docto. in prolog. queſtio. vlt. ⁊ vide que ibi prolixe expoſui. Tertio nota de notitia in diuinis. nam notitia in diuinis poteſt tripliciter accipi. Primo ꝓ notitia habituali ⁊ talis eſt preciſe memoria fecunda. non eñ ponitur in diuinis aliquis habitus qui ſit gñatus ex frequentatis actibus vel ex vno actu: cum hic dicat imperfectionē: ⁊ ꝙ talis habitus non ponatur: patet a doc. in quarto. d.46.q.1. ſecūdo ponitur notitia actualis cōis tribꝰ: ⁊ ideo eſſentialis: ⁊ talis notitia eſt intellectio actualis: qua ꝑſone diuine formalit̃ intelligūt oīa: tam creata: q̈ icreata. tertio ponitur notitia vere genita: ⁊ talis eſt verbū qđ dr̃ notitia genita. Si ergo notitia in patre eſſentialis ſiue habitualis ſiue actualis eſt ſpeculatiua: ita notitia in verbo ſiue notitia genita q̄ eſt verbū erit ſpeculatiā: patet: ſi eī notitia habitualis ſiue ipā mēoria nullo mō ē ꝓductiua cognitōis actualis practice reſpectu cuiuſcūq̨ obiecti nec ipā notitia actual' erit practica: q2 ſpeculatiuū ⁊ practicū accipiūt̃ ꝑ cōꝑationē ad obiecta: a qbꝰ ſic denoīant̃ vt expoſui i ꝓlo. q. vlt. vide ibi. notitia eī eſſētialis i pr̃e ⁊ actualis que etiaʒ ē ꝯmunis filio ⁊. ſſ. eſt declaratiua oīs obiecti tam intrinſeci: q̈ extrinſeci: vt patet a doc. in primo d.27. ⁊ i.2.di.1.q.1. ⁊ vt ſic declaratiua quaſi producitur a memoria diuina. ſequitur ꝙ ſi memoria non eſt practica ꝙ nec notitia actualis erit practica. Et ſi illa actualis non eſt practica. nec notitia in verbo erit practica ſiue notitia genita q̄ eſt verbū. patet. quia illa eſt declaratiua omnis obiecti. Tum ēt quia illa eſt producta ab eadē memoria a qua et notitia eēntialis actualis. Tum q2 ſi illa eſſentialis actualis eſſet realiter diſtincta a patre eſſet vere genita et eadē preciſe que nunc eſt. et que verbuʒ eſt vt patet a doc. in primo. d.2. par.2. ⁊ vide que ibi expoſui ſuper iſta materia. de notitia genita ⁊ ingenita ex his ergo patet qualiter probatio ma. non eſt vera. ſ. ꝙ notitia eſſentialis ſit ſpeculatiua et illa que eſt in verbo practica imo ſimpliciter ſi vna eſt practica ſimiliter et alia. ⁊ ſi vna ſpeculatiua: ſimilit̃ et alia erit ſpeculatiua vt ſupra patuit. ¶ Secūdo principaliter ꝓbatur eadem ma. quia artifex in ſapientia artis duplicem habet notitiam de artificato vnam ſimplicem in arte vniuerſali qua intuetur operanda pura ſpeculatiue: et aliam habet notitiam diſpoſitiuam ad opus qua in arte particulari cōcepta de arte vniuerſali intuet̃ ordinē productionis ſiue in opus: et eſt cognitio practica ſine qua impoſſibile eſt artificem procedere in opus. ſimiliter deus in notitia ſimplici eſſentiali nouit ſingula ſimpliciter ⁊ abſolute tanq̈ in manifeſtatione quadam. i notitia vero producta nouit eadē extriſeca tāq̈ i quodā declaratio: ⁊ ſpālr̃ nouit fctibilia i eo tāq̈ i quodā diſpoſitio eorū ad opus Sicut ergo notitia artis vniuerſalis nō ſufficit ſine notitia artis ꝑticularis q̄ eſt diſpoſitiā ⁊ practica ita in deo nō ſufficit notitia eſſētialis ſiue notitia practica. ¶ Pro declaratiōe huiꝰ rōnis nota primo. ꝙ ars ſm̃ quā qs denoīat̃ artifex. eſt cognitio vere practica q̄ ē directiua i opꝰ. ſiue ad oꝑandū ſic: ⁊ ſic. Et vltra vult iſta rō ꝙ notitia i vlī: quāhʒ artifex puta de domo edificāda nō ſufficit ad operādū. Eſt eī ꝓ nūc duplex notitia i artifice vna. ſ. quo reſpicit in generali: puta ꝙ domus edificāda debet edificari ſic ⁊ ſic: puta ex lapidibus lignis ferro et hmōi et hec notitia dicitur notitia ſimplex ſiue ſpeculatiā: q2 nō dirigit in opus. ⁊ nō dicit̃ ſimplex notitia prout diſtiguitur cōtra cōplexam: ſed dicit̃ ſimplex quia ſtat i illa ſola ſpeculatione ſiue cōſideratione ⁊ prout diſtinguit̃ cōtra practicam: que nō ſolū eſt cōſideratio medioꝝ ad opus: ſed actu dirigit in opus. vult ergo iſta ratio ꝙ ſolū illa notitia que immediate dirigit ad opus in particulari: puta ad hāc domū edificandam que tūc actu dirigit: quādo actu dictat de omnibꝰ mediis i particulari neceſſario requiſitis: illa vero que tm̃ ſic dictat in vniuerſali dicit̃ ſpeculatiua: alia vero practica. Secundo dicit iſta ratio ꝙ notitia eſſentialis in deo que eſt cōis tribus qua oīa intelligit eſt ſpeculatiua: ⁊ nō practica: ⁊ iſta nō dirigit ad opus. Sed cognitio in verbo ſiue ipſum verbum eſt vere directiua in opus que notitia neceſſaria eſt artifici: ⁊ ſine illa operari nō poſſet: ⁊ ſic patet ratio. ¶ Reſpondet Doc. ⁊ primo dicit ꝙ notitia eſſentialis i patre de creatura non ſe habet ſicut notitia artis vniuerſalis reſpectu notitie eiuſdē i verbo: vt patet ex predictis: q2 ſe habent ſicut notitia memorie ⁊ intelligentie: licʒ prima ſit quaſi habitualis: ⁊ ſecunda quaſi actualis: tamen vtraq̨ eſt eque vniuerſalis vel particularis. patet: q2 ſi accipiatur habitualis pro memoria fecūda illa eſt ꝓductiua notitie reſpectu omniū intelligibilium. Si etiā eſſētialis eſt notitia actualis nō producta ſed oībus cois. illa reſpicit omnia intelligibilia ⁊ omnium declaratiua. Sic ſimiliter notitia que eſt verbum eſt omnium declaratiua cum ſit de omnibus itelligibilibus producta ſm̃ quid preter q̈ de eſſentia diuina: vt patuit in ſecundo diſti. prima. q.1. ⁊ ſic ſequit̃ ꝙ ſit vna ſit vniuerſalis ⁊ alia ſimilit̃ erit. cū vna p̄ciſe reſpiciat obiecta ſicut alia: ⁊ vna non plus ſe extendit q̈ alia. Et quod dicit ꝙ notitia eſſētialis in patre et notitia in verbo ſe habent ſicut notitia memorie et intelligētie: notitia in memoria ē notitia habitualis vel quaſi habitualis modo preexpoſito ſuperius. notitia in intelligentia eſt notitia actualis vel quaſi. Et idem eſt notitia in intelligētia: qđ intellectio actualis. ⁊ notitia i memoria. qđ notitia habitualis. ¶ Poſſet etiam dici ꝙ qñ loquitur de notitia in verbo ꝙ multotiens loquitur non de notitia genita que eſt verbum ſed de notitia eſſentiali que eſt communis tribus. que tñ appropriatur verbo. vt patet in primo. d.27. ⁊ in ſecundo. d. prima. q.1. vide que ibi expoſui. Sed in probatione illius ma. accipitur notitia in verbo pro ipſa notitia genita que verbum eſt: patet. quia ſi acciperet notitiam eſſētialem appropriataʒ tñ verbo. tunc talis notitia non eſt propria ratio producendi ad extra i verbo. niſi tm̃ appropriate. quod Sco. concedit in primo. d.27. et in ſecundo. d. prima. q. prima. Si ergo accipit rationem propriā accipit vt eſt notitia geita q̄ verbū eſt. ¶ Secūdo dicit de arte in vniuerſali ꝙ ipſa nō eſt vere ſpeculatiua ſed practica cum ars ſit habitus cū recta rōne factiuus. vt patet. 6. ethi. ſi ergo habitus artis eſt directiuus ad factibile ſequitur ꝙ erit practica. Tum etiam. quia iſte vult ꝙ ars particularis cōcipiatur ab arte vniuerſali. ſequitur ꝙ ipſa vniuerſalis ſit practica: quia concluſio practica non poteſt reſolui in principia ſpeculatiua ſaltem in proxima principia. immo forte nec in remota. Tertio addit ꝙ ars vniuerſalis licet ſit practica poteſt tamē dici ſpeculatiua pro quāto recedit a veriſſime practica. qualis eſt ars particularis. Nec oportet hic multum inſiſtere cū oīa iſta de arte vniuerſali ⁊ particulari ſint prolixe expoſita in prolog. queſtio. vltima. vide ibi ſingularia dicta. ¶ Qđ additur. igitur i verbo tanq̈ i diſpoſitiuo nouit deus fctiabilia quero quid intelligitur per notitiam diſpoſitiuam in deo. In nobis video vnam notitiam de agibili determinātem quid ſit agendū: ⁊ hanc ſequitur actꝰ volūtatis qua recte volo ſic agere ſicut ratio dictat agendū eſſe. iſtā volitionē ſequitur quedā cognitio qua ſcio me ſic velle: ⁊ ſi ſcirem volūtatē meā eſſe imutabilē ⁊ non impedibilem. ſcirem me aliquādo ſic facturū eſſe. In deo autē nō poſſumus habere diſtinctos actus re vel quaſi ratione. Aut ergo per notitiam diſpoſitiuam intelligis in deo notitiam quaſi precedētem omnē actū volūtatis: ſiue illū quo vult ſe ſic facturū eſſe: ⁊ tūc ſeq̈t̃ ꝙ ſi

Notitia i ꝟbo idē ē qđ ipſum verbum.

Notitia i diuinis tripliciter accipitur.

Dupl. notitia in artifice.

Notitia i memoria ⁊ notitia i intelligētia qđ.

talis notitia dispositiua est in vna persona ꝛ ſm alia: quia omnis notitia in deo que quasi precedit omnem actum voluntatis habetur in intellectu diuino virtute primi obiecti mouentis. illud aũt mouet necessario intellectum diuinum ad quãcunqꝫ notitiam precedentem actum volũtatis. quia ĩ tota ista motione non inuenitur principiũ motiuũ nisi per modum nature. ꝛ per consequens necessario. aut ꝑ notitiã dispositiuam intelligis illam que sequitur determinationẽ voluntatis: ꝛ tunc sequitur ꝙ cum quelibet persona nouit determinationem voluntatis in quacunqꝫ persona sicut in seipsa: ꝙ quelibet habet notitiam dispositiuã de quolibet operabili. Nec valet dicere ꝙ hec persona nouit illam sic disponere de operabili. sed non seipsam: quia sicut argutuꝫ est ad conclusionem principalem huius articuli. vnius voluntatis est vna dispositio: ꝛ ita si vna ꝑsona disponat de hoc operabili per consequens ꝛ alia que habet eandem voluntatẽ eodem modo. imo eodem actu disponit: ꝛ per consequens reflectendo se per actum intellectus super actum voluntatis sicut vna scit se sic disponere de hoc opabili. sic et alia. ꝛ sic notitia dispositiua illo mõ intellecta est cõis trib⁹ personis. Et ista litera clara ẽ. ¶ Tertia ꝓbatio ma. ẽ a simili: quia sicut forma naturalis non est principium actionis ſm quod est perfectio eius in quo est: sed solũmodo ſm quod habꝫ respectum ad effectum: sic sapientia vel amor solũmodo ſm quod habet respectum ad effectum est principium operandi. sapientia autem disponens ꝛ amor affectans: que respiciunt effectum non sunt nisi sapientia ꝛ amor procedentes. Et per consequens talis respectus ad effectum erit rõ formalis principiandi siue causandi: ꝛ sic verbum habebit rõnẽ propriam causandi creaturam. quia respectum propriuꝫ ad effectum: ꝛ similiter. ſſ. siue amor productus. ¶ Respondet doc. primo ꝙ licet forma naturalis actiua habeat respectũ quendam ad ꝓducendum: quia respectus significatur per nomen principij vel potentie. tñ id qð dicitur esse principium vel potentia tanqꝫ substratum huic respectui est aliqua forma absoluta. Et hoc patet per propositionem sepius allegatam a doc. in primo ꝛ secundo. ꝙ ad absolutum in causa sequitur absolutum in effectu: ita ꝙ prius est absolutũ ĩ causa ꝛ siľr in effectu qꝫ sit respectus cause ad effectũ ꝛ ecõuerso: ꝛ vide huius ꝓpositionis expositionẽ in secundo dist. prima. Doc. tamen hoc ꝓbat dupliciter. primo: quia principium formale motus vel actionis nõ est min⁹ absolutũ qꝫ terminus motus vel actionis: patet ista propositio: quia nõ minoris entitatis est principiũ formale productiuũ qꝫ termin⁹ formalis cũ talis terminus sit per tale principium cõicat⁹. sed termin⁹ mot⁹ precipue loquẽdo de motu qui est ad substantiã. quantitatẽ. ꝛ qualitatẽ. est ens absolutũ: vt pꝫ per phm. 5. phy. qui terminuꝫ non includit. s. formaliter siue q̇ditatiue aliquem respectum cũ ille necessario sit posterior vt supra dixi. Et forte etiã termin⁹ motus ad vbi accipiẽdo vbi nõ formaliter ꝛ ꝓ respectu: sed pro substrato. vt patuit ĩ secũdo di. 2 rñdendo ad obiectiones Grego. ꝯtra Doc. vide ibi. Probat secũdo. ꝙ si terminus formalis generationis vľ actionis sit forma absoluta: ꝙ ẽt principium formale ꝓducendi: quia principium formale productiuum est id in quo ꝓducto assimilatur producens: sicut ꝛ termin⁹ formalis actionis siue generationis: est id in quo productũ assignatur producenti: ergo si terminus actionis sit forma absoluta etiaꝫ principium formale producendi. immo a fortiori: qꝛ termin⁹ formalis dependet a principio formali productiuo. Et hoc declarat per exemplum de calore qui ꝛ si dicatur potẽtia calefaciendi ꝛ illa potẽtia importet respectum in concreto: tñ ille respectus non includitur in rõne formali caloris vt principij productiui. exempla sequentia sunt clara in lr̃a. Deinde applicat ad propositũ. d. si notitia que est rõ formalis ꝓducendi creaturã non plus includit rõnẽ respectus ad eã qꝫ rõ respectus includiť in forma in rõne principij actiui naturalis ꝛ ibi nõ includiť: sed tñ consequiť: vr̃ sequi ꝙ in rõne notitie vt est formale principiũ ꝓducendi creaturã non includať respectus ad eam. Et patet quia prius est absolutũ in creatura producta qꝫ sit respectus ad cãm ꝓducentẽ vt patuit in ꝑmo di. 3. q. 5. contra Hen. ꝛ in secundo di. 1. q. 2. Et qð dicit de notitia ꝙ est ꝑncipiũ formale producendi creaturã: hoc nõ dicit ſm opi. ꝓpriã: siue loquendo de notitia genita: vt supra patuit siue de notitia ingenita q̃ nullomodo ẽ principiũ ꝓducendi: tũ quia eius actio esset necessaria: quia oĩs forma actĩa agit ꝑ modũ nature preter volũtatẽ: vt patet a doc. in plurib⁹ locis. Tũ ẽt: qꝛ notitia non poniť forma ꝓductiua cũ sit termin⁹ potentie. vt patet a doc. in ꝑmo di. 2. ꝑ. 2. q. 3. ꝛ. 4. ꝛ. di. 6. ꝛ alibi sepe. Nec ẽt talis notitia poniť dispositiua cã. eo mõ quo in nobis poniť notitia practica

que pro tanto dr̃ cã dispositiua pro quanto dirigit volũtatẽ ad operandũ. Sed nulla notitia in deo. quecũqꝫ sit illa dirigit voluntatẽ ad operandũ aliquid extra: vt subtiliter pꝫ a doc. in prologo. q. vlt. imo prius voluntas diuina determinat q̇d sit agendũ ad extra qꝫ itellect⁹ diuin⁹ itelligat: vt pꝫ a doc. vbi supra ꝛ spãľr in. 39. di. primi. ꝛ. q. 14. quoli. arti. 3. Et sic pꝫ qũo nullomõ ponit notitiã siue genitam siue ingenitã esse rõnem formalem producendi. Sed dicit doc. hic ex intentione ꝙ posito ꝙ notitia genita sit principiũ formale ꝓducendi: ex hoc nõ sequiť ꝙ in tali rõne formali includat respectũ ad creaturã: qꝛ nullus talis respectus req̇riť ad agẽdum cũ sit posterior principio formali. Dat vltimo aliã rñsionem ꝙ posito ꝙ in principio formali ꝓductiuo creature ĩcludať respect⁹ ad creaturam (qð tñ nullo modo est verum vt pꝫ in ꝑmo di. 27. ꝛ in ſcðo di. 1. q. 1. ꝛ in pñti. q. art. 3.) tñ ille respect⁹ erit cõis tribus personis vt pri⁹ patuit ꝛ sic pꝫ. ¶ Quarto ꝛ vltimo ꝓbať illa ma. ex ordine ꝓductionis intrinsece ad ꝓductionẽ extrinsecã ꝛ hoc sic: vbi in diuinis terminať ordo rõnis in eẽntialib⁹ ibi incipit ordo originis ĩ ꝑsonis: ergo pari rõne: vbi terminať ordo originis in ꝑsonis: ibi incipit ordo originis creaturaꝝ: nõ põt ergo pater creaturã ꝓducere nisi prius ꝓductis verbo ꝛ. ſſ. Si aũt pater hr̃et in se formaliter oẽm rõnẽ cãndi creaturã: ita ꝙ in verbo nõ eẽt aliqua ꝓpria rõ cãndi: vr̃ ꝙ pr̃ posset cãre licꝫ nõ ꝓduceret filiũ. ¶ Cõfirmať hoc ꝑ Aug. 15. de tri. ca. 12. vel. 28. põt eẽ inquit verbũ nr̃m qð nõ sequať opus. opus aũt esse nõ põt nisi ꝑcedat verbũ. sic ꝛ verbũ dei esse potuit nulla exñte creatura: creatura aũt nulla esse põt nisi per ipm per quẽ facta sunt oĩa. ¶ Rñdet primo ꝙ illa ꝯgruẽtia de ꝓoritate ꝓductionis intrinsece ad extrinsecaꝫ posset multipľr ĩpediri. Et pꝫ qũo posset impediri. ꝑmo: quia in aliquo priori terminať ordo rõnis in essentialib⁹: ꝛ tñ ibi non incipit ordo originis. Et declaro hoc. nã ordo rõnis in essentialibus in diuinis est ordo q̇ est inter ꝑfectiones diuinas: qꝛ saltẽ ſm rõnẽ pri⁹ intelligiť essentia diuina. qꝫ alia. Deinde prius ſm rõnẽ intelligiť intellect⁹ voluntate: ꝛ prius ſm rõnem ĩtelligiť intellectus actu suo intelligendi ꝛ voluntas actu suo volẽdi. Dicit ergo ꝙ in illo signo in q̇ terminať ordo rõnis qui est ĩter ꝑfectiones diuinas ĩcipit ordo originis: hoc nõ vr̃ verum: quia oĩs ꝑfectio diuina est prior oĩ notionali: vt patet a doct. in primo: non ergo in eodẽ signo quo habeť oĩs perfectio diuina est ordo originis: immo in aliquo posteriori incipit ordo originis: vt posset deduci ex dictis doc. in primo. d. 1. q. 2. d. 2. par. 2. d. 6. 7. 26. in secundo. d. 1. q. 1. ꝛ vide que ibi exposui de istis ordinibus: ꝛ in multis alijs locis. Secundo impeditur ẽt in h̄ qð dicit. s. vbi terminatur ordo originis ꝑsonarũ ibi incipit ordo originis creaturarum: qꝛ in aliquo priori nature terminatur ordo originis in personis: ꝛ tamen in illo priori nõ incipit ordo originis in creaturis: vt patet a doc. in ſcðo. d. 1. q. 1. q̇ vult ꝙ in ſcðo signo nature sit ordo originis creaturaꝝ: ꝛ in primo signo nature ꝯpletus est ordo originis ꝓductionis ꝑsonaꝝ. possent ẽt assignari alia impedimenta: q̃ breuitatis cã transeo. Deinde doc. ꝓcedit ꝙ pr̃ nõ põt ꝓducere creaturã nisi prius ꝓductis verbo et spũsctõ: qꝛ ꝓductio necessaria est prior ꝯtingenti. Et hec materia ẽ ꝯplixe tractata a doc. in ſcðo. d. prima. q. 1. arti. primo: ꝛ vide dubia q̃ ibi adduxi. Aduerte tñ ꝙ si ꝑ impossibile nõ eẽt ꝓductio filij adhuc pr̃ posset producere creaturas: qꝛ in eo esset ꝑfecta ratio ꝓducendi. s. voluntas: ꝛ hoc patet a doc. in. 2⁰. d. 1. q. 1. arti. 3. Et nunc necessario filius eadem ꝓductione producit qua ꝛ pater: qꝛ pater producendo filiũ necessario cõicat sibi eandem voluntatem. ꝛ h̄ ante ꝓductionem creaturarum: et hoc idem dico de. ſ. ſ. Et patet littera. ¶ Ad auctoritatem Augu. cum dicit ꝙ creatura non potest esse nisi per verbum. Dicit ꝙ creatura bene necessario preexigit verbum tanqꝫ conueniens in eadem causalitate cum patre: sed non preexigit in ratione cause quasi ipsum sit formalis ratio causandi: quia illa est sola voluntas: que est communis tribus: sed preexigit vt necessario concausans patri: quia necessario habet idem principium formale causandi: et si per impossibile verbum non esset adhuc pater posset causare: vt supra dixi. ergo nullo modo preexigitur vt ratio formalis causandi: si enim necessario hoc modo preexigeretur tunc esset impossibile patrem (verbo per impossibile non existente) aliquid creare: quia non haberet rationem formalem: immo etiam si verbum actu existeret adhuc pater non posset creare: quia verbum non esset formaliter in patre: et sic non esset in actu per ipsum vt supra patuit. Tota littera huius articuli sequens clara est nec indiget alia expositione.

Scđs articulus principalis.

De secundo articulo principali. s. an aliquis ordo vel modus causandi sit proprius verbo. Dicit Doc. ꝙ filius negat a se auctoritatem primariam causandi. Joan. 5. non potest filius aliquid a se. concedit autem subauctoritatem in causando. cum subdit nisi quod viderit patrem facientem. Et infra. opera que dedit mihi pater vt perficiam ea ipsa opera que ego facio non a me ipso facio. Dedit mihi pater ecce subauctoritas. ego facio ecce causalitas. Consimiliter respectu spiritussancti habet filius auctoritatem in agendo. Et ratio est: quia a quo habet aliquid principium agendi ab eo habet ⁊ agere: ⁊ per consequens virtute illius agit non virtute eius tanq̄ cause superioris: quia non habet virtutē distinctam ab eo: cum eadem sit in tribus. s. eadem volūtas sed virtute illius tanq̄ principij ꝯmunicantis sibi causalitatem: ⁊ ideo habentis auctoritatem in ista causalitate in qua recipiens habet subauctoritatem. ¶ Ibi. Sed hic obijcit̄: quia si pater prius origine causat creaturā q̄ filius ergo filius non causat. tota ista litera vsq̄ in finem articuli diffuse exposita est cum aliquibus difficultatibus in secundo d. 1. q. 1. vide ibi quia hic esset superfluum iterum exponere eandē literam. sed post erunt forte aliqua dubia.

Terti° articulus principalis.

De tertio articulo principali. s. an aliq̄s respectus ad creaturam per se includatur in constitutiuo persone verbi: siue in ratione ipsius verbi. Dicit doc. ꝙ non: quia quicq̄d per se includitur in verbo est reale: vt patz: quia verbum est vere ens reale sed respectus ad creaturam est tm̄ ens rationis vt probat doctor. in primo disti. 30. Tum etiam quia respectus dei ad creaturam habet pro fundamento proximo aliquid commune tribus personis: quia actum voluntatis quem deus comparat ad creaturam. vel ipsam voluntatē. qui actus vel voluntas est proxima ratio comparandi per actum intellectus diuini personas diuinas ad creaturam: qui enim intellectus cognoscit in personis eandem voluntatem vt rationem formalem causandi: ideo intellectus comparat personas diuinas vt causas creaturarum. Tum tertio: quia quicquid est in persona diuina est necesse esse a se: ⁊ hoc excludendo per ly a se aliud in ratiōe cause: nō autem in ratione principij: quia quicquid est ibi est incausatū: licet aliquid posset poni ibi vt principiatuz: quia causatū vt causatum semper est aliud essentialiter a causa: sed nō semper principiatum est aliud: causa enim semper producit aliud inquantum aliud. Sed respectus ad creaturam etiaz in quocunq̄ esse reali vel cognito non potest esse necessarius a se hoc modo. s. incausatus: quia nec terminus respectus potest esse necessarius sic: quia in quocunq̄ esse creatura est vl' possibilis vel non necessaria a se: ergo nullus respectus ad creaturam in quocunq̄ esse potest per se includi in persona diuina. Sed ista ratio licet procedat ex veris: tamen apparenter posset multipliciter improbari ⁊ impediri ⁊ non euidēter solui nisi cum prolixitate tanta quantam hic aggredi nō intendo. ¶ Ibi. Sed obijcitur contra istud. Hic Doct. prio obijcit probando ꝙ verbum importet per se respectum ad creaturam: quia verbum dicit proprietatem secunde persone: vt patet Jo. primo. In principio erat verbum: vbi Jo. intendit per hoc exprimere proprietatem secūde persone. Et ꝙ dicat respectum ad creaturam: patet per Aug. 83. q. 63. vbi exponit illud in principio erat verbum: quod grece īquit logos dicitur latine verbum ⁊ rationem significat: hic tamē verbum melius interpretatur vt significetur non solum ad patrem respectus: sed etiam ad illa que per verbū facta sūt operatiua potentia. vult ergo ꝙ cum dicitur verbum importetur respectus ad creaturā. ¶ Secūdo instat contra rationem illā vltimam. quia si verū sit hoc q̄d accipitur in illa ratione ꝙ creatura in quocūq̄ esse nō est necessaria a se nec ꝑ consequens quicunq̄ respectus ad creaturā est sic necessarius: tunc sequit̄ ꝙ nec respectus dei vt intelligentis ad creaturā intellectā: nec respectus eius vt creatiui ad creaturā vt creabilē sit necessarius a se. Sed deus nihil est formal'r ⁊ necessario nisi illđ sit necessariū a se: ergo sequeret̄ ꝙ de° nō necessario est intelligens creaturam nec cātiu° creature. q̄ꝝ vtrunq̄ est falsum. ¶ Rn̄det Doct. ad primā obiectionem. Sed quia ista litera est hic clara: vt in primo di. 27. exposita: ideo hic eā aliter non expono: tota enim ista posita est in primo loco p̄al. vide ibi. ¶ Ad scđm Dicit Doc. pmo ꝙ necessariū a se pōt esse absq̄ omni repugnātia quātū est ex parte sui sine omni esse reali cuiuscūq̄ nō necessarij a se: tamen illud necessariū non pōt esse sine esse cognito cuiuscūq̄ alterius. quia esse eius necessario requirit cognitionez alteri° ⁊ per ꝯsequens alterum in esse cognito. ⁊ similiter est de eē possibili. Nō igit̄ potest persone diuine competere aliq̄d reale nisi sit necessarium a se. hoc est īcātum quicquid aūt īcluditur in proprietate persone competit ꝑsone vt aliquid reale. potest tamen persone diuīe competere aliq̄d cognoscere vel aliquod posse. licet illud non sit necessariuz a se: sicut nec terminus. ¶ Secundo potest dici ꝙ deus est sic necessario intelligens creaturam ⁊ causatiuus creature ꝙ vtrūq̄ istorum formaliter dicitur aliquid necessariū a se prout a se excludit causam. sed non necessarium in aliquo esse reali: sed in aliquo eē diminuto: quicquid autem includitur in proprietate persone sic est necessarium a se ꝙ est in esse reali: nūc autem necessarium a se non necessario coexigit aliquid aliđ in esse reali: licet coexigat aliquod aliud in esse cognito vel in esse diminuto. ¶ Tertio posset dici ꝙ alio modo est necessarium illud quod necessario requiritur: ⁊ hoc siue preexigat̄ siue coexigatur ad eē necessarij. Alio modo est necessariuz illud quod ad eē necessarij necessario cōsequitur. ¶ Ibi. Ex dictis de causalitate effectiua ⁊c. Nunc Doc. ostendit q̄uo verbum non sit aliqua ratio ꝓpria respectu cause exemplaris nec finalis: quia ratio formalis exēplādi: ⁊ rō foral' finiēdi est cōis tribus ⁊ posset probari per eadem media per que est probatum de ratione formali efficiendi ⁊ inter omnes rationes hec videtur precipua quia ratio formalis terminandi dependentiam causati ad causam in quacūq̄ genere cause siue exemplaris siue finalis siue efficientis est aliqua perfectio ⁊ illa eadem que est causa terminandi est etiam ratio formalis efficiendi si est ratio terminandi dependentiā causati ad causam: vt supra patuit. ¶ Argumentum principale cum sua responsione patet hic in litera ⁊ in primo di. 27. Et quod additur de ideis patet ꝙ sunt communes tribus ꝑsonis. Et de hoc satis dictum est ī primo di. 35. vide ibi. Et sic finis huius questionis octaue.

Dubia circa nouam occurrentia.

In ista questione occurrūt aliqua dubia. ¶ Primo in hoc ꝙ eēntia vt eēntia diuina nō est ꝑncipiū agēdi nisi ꝑ modū nature. ¶ Scđo dubitat̄ de hoc. s. illud q̄d est rō formalis causandi est rō formalis terminādi istā dependentiā causati. ¶ Tertio dubitat̄ de hoc: ꝙ omnis notitia ī deo que precedit a causa volūtatis habet̄ in itellectu diuino virtute primi obiecti mouentis necessario ⁊ illđ mouet necessario intellectū diuinuz ad quācunq̄ notitiā precedentem actum volūtatis: q̄ in tota ista motione nō inuenitur ꝑncipiū motiuum nisi ꝑ modū nature. ¶ Quarto dubitat̄ in hoc. s. ꝙ in notitia ꝓducta nō est aliq̄s respect° ad creabile q̄ non sit in notitia cōi tribus ꝑsonis. ¶ Quinto dubitat̄ de hoc ꝙ non ꝓducto illo ad q̄d p̄r necessario se hz non p̄t producere aliud ad q̄d ꝯtingenter se hz. non ꝓducto etiam illo q̄d natum est habere eandē cālitatem respectu tertij cū ꝓducēt. non p̄t ꝓduci tertiuz. ¶ Sexto dubitatur de hoc. s. ꝙ q̄cq̄d ꝑ se includitur in verbo est ens reale. ¶ Septimo dubitat̄ de hoc q̄n fundamentū ꝓximū est cōe tribus respectus in ipso fundatus necessario est cōis tribus. ¶ Octauo dubitatur de h̄. s. ꝙ quicquid includit̄ in ꝑsona diuina est necesse esse lz illud posset poni principiatum: non tm̄ cātum. ¶ Nono dubitatur de hoc. s. ꝙ Deus est sic necessario intelligens creaturam ⁊ cātiuus creature ꝙ vtrumq̄ istoꝝ formalit' dr aliquid necessarium a se ꝓut a se excludit cām: sed non necessarium in esse reali: sed in aliquo esse diminuto. ¶ Decimo dubitat̄ de hoc. s. quicq̄d includitur in ꝑsona diuina sic ē necessarium a se q̄d est in esse reali. ¶ Contra ista instatur.

Contra primum.

Et primo contra primum ꝓbando ꝙ essentia diuina vt eēntia non agat per modum nature. Et instatur sic: essentia vt essentia agit libere ⁊ per modum libertatis: ergo non ꝑ modum nature: consequentia est nota etiam apud doc. q̄ vult ꝙ agere per modum voluntatis ⁊ per modum nature sint oppositi modi agendi: ita ꝙ sit simpliciter ipossibile ꝙ vnuz ⁊ idem sub eadem rōne formali consideratum possit agere per modum nature ⁊ per modum libertatis. De hoc vide ī primo. d. 2. parte. 2. q. 4. ⁊. d. 10. q. vnica ⁊ in secundo. d. prima. q. 3. ⁊ in quoli. q. 16. antecedens probatur multiplicit̄.

Prima rō

primo: q̄n aliquid in sua rōne formali ⁊ quiditatiua īcludit aliquid q̄d simpliciter est principium formale productiuum per modum libertatis: illud quiditatiue acceptum agit per modum libertatis. Sed essentia diuina sub ratione essentie in suo intellectu essentiali ⁊ quiditatiuo formaliter includit entitatem libertatis siue entitatez principij productiui per modum libertatis. ergo essentia vt essentia siue vt quiditatiue accepta erit principium liberum ⁊ per modū libertatis. Ma. patet: q̄ est impossibile ꝙ homo in suo conceptu quiditatiuo includat animal ⁊ ꝙ formaliter homo vt homo non sit animal. mi. patet per Doct. in primo. d. 8. q. penulti. et in quol. q. 1. vbi vult ꝙ intellectus ⁊ voluntas non sint attri=

buta:sed vult ꝙ si eēntia diffiniretur diffiniretur per hoc qđ
dico intellectuale:⁊ similiter per entitatem formalem volū
tatis. ¶ Secundo probatur idem antecedens:supponēdo

Scđa.

ꝙ.ſſ. ꝑducatur ab eēntia vt essētia ⁊ a volūtate diuina:vt pa
tet a doct.in primo.di.10.⁊ in 2°.di.1.q.1.licet non ita exp̄s
se noīet essentiam:tamen ex intentione eius in pluribus lo
cis vult ꝙ essentia ibi concurrat:hoc presupposito arguitur
sic.ſſ.libere et per modum libertatis producitur vt probat
doc.in primo di.10.in 2°.di.1.in quoli.q.16.ergo principale
principium in tali productione erit principium productiuuȝ
per modum libertatis.consequentia probat:quia.ſſ. magis
suo modo dependet a principaliori principio ꝗ̄ a minus p̄n
cipali:vel sic productio.ſ.l.magis est a principaliori princi
pio ꝗ̄ a minus principali:hoc patet:⁊ illa productio vt pro
ductio formaliter.ſ.ſ. dicitur libera:quia a principio produ
ctiuo libero:ergo vt libera erit a principio principaliori:er
go principalius principium libere:⁊ per modum libertatis
erit productiuum.Et illud est essentia diuina vt essentia ptȝ
Tum quia essentia vt essentia est fundamētum ⁊ origo om
nis perfectionis diuine:vt supra patuit.q.1.art.primo.⁊.q.
5.Tum quia est principium magis vniuersale:quia ipsa cō
currit cum intellectu ad productiōem filij ⁊ cum voluntate
ad productionem.ſſ. ergo magis ⁊ perfectius ⁊ vniuersali⁹
subsistens. quia composito cuius potest esse pars principa=
lis potest esse ratio operandi eadē3 operatione: patet. quia
quando est coniuncta composito compositum per animam
per se intelligit. ¶ Ad tertium. p̄mo respondet doc. negan
do animam habere ide3 esse qd̕ est esse compositi ⁊ adducit
multa inconuenientia que sequerēt̃ur si precise diceret idē
esse qd̕ esse compositi. Primum est: quia anima ab istis po=
nitur imperfecta in essendo qñ est separata: sed non quādo
est coniuncta: quia vt coniuncta participat esse compositi.
Si ergo dicetur simpliciter esse ipsa separata sm̄ suum esse
esset ꝑfecta ⁊ iperfecta. Impꝑfecta q2 separata a cōposito:
ꝑfecta quia totum esse compositi dicit. Secūdum quia aīa
separata esset imperfecta in essendo: cum tunc nihil sibi tol=
latur nisi ꝙ suum esse non cōmunicat alteri: hoc autem non
dicit imperfectionem quoad esse anime. Tertiu3 quomodo
manet esse totius nisi maneat totum habens illud esse? Si
eñ anima dicit totum esse totius compositi. ergo ipsa sepa
rata manet totum esse compositi: quia ipsa dicit totum esse
ipsius: ⁊ tñ tunc non maneret compositum. Si ergo compo
situm non manet quo modo pōt manere totum esse compo
siti? Dico ergo ꝙ esse aīe manet idem dum aīa manet ens
illo esse: ⁊ h̄ siue sit coniuncta siue separata. Et consimiliter
videtur ꝙ esse totius nō manet idē nisi dum totū manet idē
illo esse: quia nulli⁹ esse actuale videt̃ manere idem nisi ma
nēte illo actualiter habente illud esse. Videt̃ ergo ista negā
da. ꝙ esse aīe est idē qd̕ esse totius: q̇a habens esse videt̃ ꝑs
habētis esse. consimiliter videt̃ esse se habere ad esse. i. ꝙ si
cut anima que habet esse est pars totius habētis esse. sic eē
anime videt̃ pars alterius esse. s. cōpositi: et ꝑ consequens
anima non dicit idem esse compositi: q̇a tunc ide3 esset totū
⁊ pars. ¶ Necilla ꝓbatio valet. s. ꝙ materia manet corru
pto toto: non sic alie forme materiales q̄ corrupto toto cor=
rumpunt̃: q̇a hoc concludit magis ꝓpositum. Ideo eñ re=
manet in suo esse: quia esse eius est omnino incorruptibile ⁊
per se. i. ꝙ corruptio nō terminat̃ per se ⁊ p̄mo ad ipsa3 ani
mā: ⁊ per accidēs. i. nō corrumpit̃ ad corruptionem alteri⁹
(sicut alie forme dicunt̃ per accidens corrumpi ⁊ ꝑ corru=
ptionem corrupti. Sicut eñ forma materialis per se non
generat̃. sed dicitur per accidens generari: q̇a ꝑ generatio
nem corrupti: ita non dicitur per se corrumpi: sed tñ ꝑ acci
dens quia per corruptionem totius cuius est pars. De hoc
vide doc. in secundo. di. 17. ⁊ q̄ ibi exposui). videret̃ aūt esse
aīe corruptibile: si esset idem cū esse corrupti: cōpositum eñ
vere corrūpit̃: Sicut eñ generatio terminat̃ ad esse totius
gñati: ita eē totius corrupti est terminus a quo corruptiōis
⁊ ꝑ ↄsequēs nō manet: forme vero materiales nō manēt in
suo eē corrupto toto: nō q̇a eē eaꝝ nō fuit aliud ab esse com
positi quia dicunt proprium esse: sed q2 ipse corrumpuntur
ꝑ accidens. s. ad corruptionem totius. Hoc autē est: vel q̇a
agens corrumpens ꝑ principium suum actiuū contrariū il=
lis attingit illas vt cōtraria: vt patet de igne corrumpente
aerem. vel saltem attingit cōpositum corrumpendo ipsu3:
et forme tales sunt inseparabiles a composito in essendo:
neutrum istoꝝ verum est de aīa intellectiua: nec q2 sit aliq̇d
corruptiuum ipsius ꝑ se attingendo immediate illā: nec seq̄
tur corruptio ipsius ad corruptionem totius compositi.
¶ Si ēt (vt isti dicunt) aīa intellectiua: sit incorruptibilis
q2 esse ꝑ se conuenit forme q̄ est actus: qd̕ aūt secundum se
conuenit alicui est ab illo inseparabile: sicut ergo impossi=
bile est ꝙ forma separetur a seipsa: sic impossibile est ꝙ for=
ma subsistēs desinat esse. Si inquā ista sit ratio incorruptibi
litatis aīe intellectiue seq̇tur ꝙ non est incorruptibilis ꝓpt
hoc ꝙ idem est esse eius ⁊ totius. Est. n. separabilis a toto
manēs tñ inseparabilis a seipsa. ¶ Ibi p̄t tñ. Hic doc. cla=
rius respondet ad illa duo argumenta: q̄ procedunt de esse
aīe distinguendo de esse anime. Vno modo accipitur esse il
lud quo aliquid primo recedit a nō eē: ⁊ sic primo. a. recedit
a nō esse ꝑ illud qd̕. a. habet esse extra intellectum et extra
suam cām: ⁊ sic oīs forma tam materialis q̄3 immaterialis
habet esse: q2 extra intellectum ⁊ extra suam cām. Alio mō
accipitur esse ꝓ vltimo actu cui nō aduenit aliquis ali⁹ act⁹
dans esse simpliciter: et ipsum d2 simpliciter habere eē cui
primo cōuenit esse: sic ꝙ nō sit alicui alteri rō essendi illo eē:
q2 ⁊ si aīa habeat primo esse: non tñ dicitur per se subsistēs:
q2 alteri est ratio essendi illo eē. q2 composito est ratio eēn=
di aīatum simpliciter. Anima ergo intellectiua non d2 sub=
sistens: nisi improprie ⁊ scd̕m quid. licet dicatur ens et ꝑ se
ens: p̄mo modo accipiendo esse. Et hoc ꝓ responsione ad
p̄mum argumentum. s. qd̕ per se opatur est ꝑ se subsistens:
siue ens per se: cōceditur ꝙ est ens per se: vel p̄mo mō vel
scd̕o modo: ⁊ sic aīa que per se operatur erit ens ꝑ se p̄mo
modo: non tñ scd̕o modo. Per eandem distinctionem pat3
ad scd̕m: q2 p̄mo modo accipiendo esse: esse forme ⁊ esse to=
tius non est idem esse oīno: immo distinguuntur realiter: vt
ꝓbat doc. in tertio. di. 2. Sed accipiendo esse secūdo modo
est idem esse forme ⁊ eē totius: sed forme est participatiue:
totius vero p̄mo. Totum. n. p̄mo habet esse subsistens. vt
supra patuit: ⁊ pars in toto participatiue est illud idē esse.
¶ Ex hoc apparet qūo aīa separata d2 impꝑfecta in essen=
do: q2 eo modo quo ipsa est vnita p̄t dici ꝑfecta in essendo
non essentialiter ⁊ primarie: sed participatiue suo quide3 ꝓ
prio esse est eque ꝑfecta separata: ⁊ coniuncta: sed ↄiuncta
ꝑfecta est eē totius ꝑticipatiue non primarie. Non ergo d2
forma impꝑfecta ex hoc solo ꝙ non cōicat suam ꝑfectionem
alteri: sicut nec ipsa ꝑfacit̃ in hoc ꝙ coīcat: sed d2 impꝑfecta
ex carentia perfectionis esse totius: que carentia cōcomita
tur illud nō cōicare. ¶ Ad quartum. Illud qd̕ p̄t eē pars
homogenea totius: ⁊ si participet esse eius qñ est in toto ⁊
non participet qñ est extra totum: tñ separatum non dicit̃
impꝑfectum: q2 h3 eē eq̄ ꝑfectum cum illo eē quod p̄t partici
pare: vnde non d2 ꝓprie ordinabile ad eē totius: sicut illud
quod natum est eē pars eēntialis per se ordinabilis ad esse
illius cuius natū est eē aliq̇d: nec p̄t eē in se aliq̇d eiusdē rō
nis cum illo: sicut est pars integralis homogenea cum toto
homogeneo: ⁊ ideo si totū homogeneum est ꝑ se subsistens
ēt quelibet pars integralis illi⁹ homogenea erit per se sub=
sistens saltem qñ est separata vt clare oñdit doc. in. 2. dist.
2. q. 9. Vide ibi multa necessaria ad hoc ꝓpositum ⁊ maxi=
me dubia q̄ ibi adduxi in ista materia singulariter. ¶ Ad
quintum dicit doc. ꝙ in eodē p̄nt plura includi quorum culi
bet scd̕m ꝓpriam rōnem ēt alio circūscripto repugnat ali=
quid idē: ⁊ tunc qd̕cunq; illoꝝ p̄t esse ratio repugnantie illi⁹
includentis ad aliud. Exemplū. hoī ꝑ rationē substantie re
pugnat ꝙ sit albedo ēt quocunq; alio circūscripto videtur
per rationē rationalis. Illa ergo ꝓposito est neganda. s. ꝙ
vnū vni nō repugnat nisi ꝑ vnam rationē repugnantie.
¶ Sed si addatur non nisi per rationē vnicā. potest distin=
gui: q2 ratio repugnātie vni extremo cōpetit illi cui est rō re
pugnandi: ⁊ alteri repugnat: vel ergo primitas ista refert̃
ad conuenientiā istam. ⁊ tunc illa erit ratio p̄ma repugnā=
tie que primo conuenit isti: ⁊ cū hoc repugnat alteri. Vel p̄
mitas ista refert̃ ad repugnantiā: et tunc illa erit prima rō
repugnantie que primo opponit̃ illi. ⁊ cū hoc cōuenit isti: et
vtroq; modo p̄t distingui de primitate cōitatis ⁊ perfectio
nis. Quantū ad primitatē cōitatis prius repugnat substā=
tie esse q̄3titatē q̄3 aīali: econuersio tñ q̄3tū ad primitatē ꝑ=
fectionis: q2 aīal plura includit ꝓpter que repugnat sibi ꝙ
sit q̄3titas q̄3 substantia includit. accipiendo tñ vniformiter
primitatē: vera est ꝓpositio ꝙ eiusdem ad idē vna est p̄ma

ratio repugnantie: ⁊ ex hoc sequitur ꝙ non precessit vtraqꝫ rō posita ad conclusionē ex ratione repugnantie: prima eadez primitate: qđ concedo. Similiter quantum ad primitatē cōitatis prius cōpetit hoī esse substantiā ꝙꝫ rationalē: ⁊ quantū ad primitatē pfectionis ē ecōuerso. ¶ Sed si arguatur idē nō cōpetit eidē nisi per eandē rationē: ergo similiť ē de repugnantia. ¶ Rñdet doc. ꝙ non ē simile: q꜠ multis cōiter non conuenit idē pdicatum saltē quod non ē de eēntia eorū nisi per idē cōe eis: sꝫ multis repugnare pt idē non per aliquid cōe eis. Exēplum. repugnat hoī ⁊ albedini eē angelū: lꝫ forte hoī ⁊ albedini sit ens cōe: tñ non est ratio istius repugnātie. Exēplum manifestius. lapidi albedini chimere repugnat eē deum: nō tñ p aliqđ cōe sicut manifestum est.

Argumentum principale cum sua responsione

clarum est in lrā. ⁊ ex superius dictis. Arguit. n. sic deus pt facere formam materialem esse sine materia: vt pbat doc. in. 2. di. 12. q. 2. ergo ad formā inmaterialē esse in materia. et per ꝯñs angelū esse in materia ⁊ informare materiam. Antecedens ptꝫ: q꜠ deus facit accidens materiale sine subiecto in sacramento altaris. ⁊ in. 2. di. 12. pbat ēt de forma materiali substantiali: consequentia pbatur. q꜠ non videť magis repugnare forme inmateriali esse in materia ꝙꝫ materiali esse sine materia. ¶ Respondet doc. negando consequentiam: q꜠ prius pt esse ratio repugnantie alicui ne insit sibi quod si inesset. esset posterius. Sicut repugnat homini esse rudibilem: ⁊ illud quo formaliter homo est homo est rō illius repugnantie: ⁊ tñ rudibile si inesset: esset posterius hoīe sicut passio est posterior suo subiecto. Est igiť prius simpliciter causa repugnantie sic. s. ꝙ contradictio est illa cōiungi. puta ꝙ homo sit rudibilis: non sic necessario potest eē ratio conuenientie alicuius posterioris sic. s. ꝙ contradictio sit illa non vniri: quia non est contradictio absolutum prius separari a suo posteriori. Ad propositum. formam materialem separari a materia non requirit nisi ꝙ forma sit simpliciter necessario ratio sue vnionis ad materiam quod verum est: quia est forma absoluta: ⁊ ita prior natura illa vnione. Sed formam inmaterialem vt angelū posse vniri materie poneret aliqua vniri quorum vnuꝫ est necessario rō repugnantie: vt patet in corpore questionis.

Ad argumentū pn cipale.

In ista. q. occurrūt aliqua parua et facilia dubia

contra aliqua dicta. Et primo contra hoc quod dicit. s. compositum ex materia ⁊ forma est per se subsistens ⁊ nō ordinabile ad vlteriorem actum: siue quod pfecte et p se continetur in pdicamento substantie est vere per se subsistens: ⁊ angelus est huiusmodi. primo instatur contra primam partem de cōposito in pdicamento substantie per se: q꜠ aut intelligit per se subsistens p supposito formaliter put includit negationē duplicis dependentie vel cōicabilitatis de q̇bus in primo. di. 2. pte. 2. q. 1. ⁊ in. 3. di. 1. q. 1. ⁊ in quol. q. 19. aut intelligit de singulari priori tali negatione. Si pmo. ħ non vř: q꜠ illud per se non poniť in pdicamento substantie: cū talis negatio maxime negatio actualis dependentie sibi accidat. Si scđo nec hoc vř: q꜠ sicut pt alteri cōicari vt quo ita vř ꝙ possit esse forma informans: q꜠ forma informās pprie cōicatur vt quo: vt patet a doc. vbi supra. ¶ Scđo sicut materia pt eē pars alterius. ergo multomagis compositum. Antecedens patet. ꝯña pbatur: q꜠ materia minus simpliciter dependet ꝙꝫ compositum patet: q꜠ compositum dependet intrinsece a materia ⁊ forma: materia vero nullo modo dependet. nec aliquo mō alteri inheret: vt patet.

Pulcherrime difficultates.

¶ Tertio q꜠ illud ens vř magis subsistens et p se stās: qđ nec alteri inheret nec formaliter icludit aliquid qđ formaliter alteri inheret ꝙꝫ illud qđ in suo esse essentiali includit aliquid qđ formaliter alteri inheret. Sed materia nec formaliter inheret: vt patet: nec formaliter includit aliquod inherens: q꜠ materia prima nullā formam quouis modo includit. maior vř manifesta ⁊ similiter minor: ergo cū cōposituꝫ realiter ⁊ essentialiter includat formaꝫ q̄ per se inheret: nō erit ita formaliter ⁊ essentialiter p se stans ⁊ subsistens sicut materia. ergo si materie vt magis p se stanti ꝙꝫ compositum nō repugnat posse alteri cōicari: vt pars. ergo mltomagis nō repugnabit cōposito substantiali posse alteri cōicari vt pars formalis. ¶ Quarto arguiť sic. illđ magis est ens subsistens: siue p se stans qđ vltimate terminat depēdētiam oīs forme: tā substantialis ꝙꝫ accidentalis: ꝙꝫ illđ qđ nō vltimate terminat. īmo si terminat depēdētiā forme materialis ťminat rōne alterius ptis: siue rōne illius qđ vltimate terminat. Hec vř clara ⁊ manifesta: q꜠ subsistēs ppe ⁊ si dependeat ad aliđ vt ad cām effectiuam: vel finalē: vel exemplarē: tñ nullomō depēdet vt alteri cōicabile: ⁊ illud qđ terminat vltimate dependentiā formarum materialiū: tā substantialiū: ꝙꝫ accidentaliū: semp est minus communicabile ꝙꝫ illđ qđ nō sic terminat. īmo ī suo esse essentiali icludit vere communicabile. Sed materia videť hmōi. q̇a depēdētia formarū substantialiū vltimate terminať ad materiā pmaꝫ loquendo de formis materialibus: ⁊ q̇a forma accidentalis īmediate terminať ad formā substātialē. seq̇tur ꝙ vltimate termineť ad materiā: ⁊ cōpositū nō terminat hmōi formas materiales: nisi rōne materie: q̇a eīn ꝯpositū materiale ideo terminat. Et vltra includit in suo esse essentiali formā substātialē que vere est cōicabilis materie: ⁊ materia nullā includit formā. ergo materia pma est simpliciter magis subsistens ⁊ per se stans: ⁊ tñ cum hoc pōt esse pars alterius materialis. ergo multomagis cōpositū substātiale cū essentialiter non sit ita subsistens poterit esse pars alterius per se. ¶ Quinto principaliter instať sic. Si de quo minus videť. ergo ⁊ de quo magis: sed minus videť ꝙ essentia diuīa possit alteri cōmunicari in rōne quasi forme ꝙꝫ compositū: sed ipsa pōt sic cōicari. ergo multomagis cōpositū substātiale. Ma. patet. q̇a essentia diuina vt essentia est magis ens per se: ꝙꝫ quecūqꝫ substantia creata: q̇a per Augu. si oīs res ad se subsistit multomagis deus: nec aliquis de hoc dubitat ꝙ essentia diuina nō sit magis per se stans. licet non incōmunicabiliter: vt patet a doc. in pmo. di. 2. 8. 26. ⁊. q. 1. quol.

¶ Sexto specialiter instať de ipso angelo. posito ꝙ sit in pfecta specie substantie pdicamētalis: tñ videť ꝙ non repugnet ita posse informare materiaꝫ: sicut repugnat cōposito materiali. q̇a cōpositū materiale includit essentialiter aliq̇d cui formaliter repugnat posse informare materiā: q̇a includit materiam cui repugnat aliq̇d informare. Et hoc mō arguit doc. in 2°. di. 16. cōtra Bonauē. q̇ videbatur ponere in aīa materiā ⁊ formā: q̇a tunc ipsa aīa non posset informare materiā si includit materiā vide ibi. Modo angelus poniť substantia oīno īmaterialis: ⁊ sic non includit materiam cui repugnat informare: ⁊ tñ cōposito materiali non repugnat ergo multominus repugnabit angelo. ¶ Septimo si de quo magis videť inesse ⁊ non inest. ergo nec de quo minus. Sꝫ magis videť repugnare angelo posse depēdere ad aliud in vnitate suppositi. ꝙꝫ esse formā materie ipsam informantē ⁊ pficiētē: ⁊ tñ pōt dependere nō tm̄ ad suppositū diuinum. sed etiā creatū: vt patet a doc. in 3°. di. 1. ergo. pbatur ma. q̇a angelo magis repugnat suppositari in alio: q̇a vt sic nullā perfectionē alteri cōicat: sed imperfectionē dicit si supponitetur in supposito creato: q̇a tm̄ ibi dependet non pficiendo ipsum: vt explanaui in 3°. di. 1. ⁊. 2. vide ibi. sed si īformat materiam tunc cōicat suam perfectionem materie: ⁊ ħ est perfectionis. ¶ Respondeo ad omnes istas obiectiones pmittēdo aliqua. Primū ꝙ do. in presenti. q. non loquitur de supposito pprie dicto: siue formaliter: prout actu includit negationem duplicis dependentie. s. aptitudinalis ⁊ actualis de quo doc. in 3°. d. 1. q. 1. ⁊ infra. q. 19. quol. siue put includit negationē duplicis cōicabilitatis. s. vt quo ⁊ vt qđ. p ut doc. loquitur in pmo. d. 2. parte. 2. q. 1. ⁊. d. 25. quia accipiendo sic suppositū: siue p se subsistēs. questio nō habet difficultatē: q̇a tali subsistēti ex sua formali ratione repugnat simpliciter: non solū posse cōicari vt forma informās. immo simpliciter repugnat posse cōicari: alteri supposito: vt clare patuit in 3°. di. 1. q. 1. ⁊ clare patebit infra. q. 19. non est ergo conclusio de supposito formaliter sumpto. ¶ Secūdo premitto ꝙ doc. in ista conclusione loquitur precise de natura que actu non est suppositū: sed de natura vere suppositabili: siue in se: siue in alio. i. ꝙ loquitur de natura singulari nata pmo ⁊ per se suppositari. Et dico primo ⁊ per se ad differētiam illius que tm̄ nata est suppositari participatiue sicut pars in toto: vt supra patuit. accipiendo ergo illam naturā singularem (ex sua rōne nata pmo ⁊ per se suppositari: siue in pprio supposito: siue alieno) vt priorem ratione formali suppositationis: siue in illo priori in quo non includit negationem duplicis dependentie: querit doct. an sibi repugnet posse esse formam informantem ⁊ materiam perficientem.

Respōsiones ad difficultates.

¶ Tertio pmitto ꝙ esse cōicabile: vt quo potest tripliciter intelligi p nunc. Primo ꝙ sit cōicabile alteri non perficiendo: nec inherendo: nec dando aliqđ esse: sed tm̄ in alio sustētari. 2° ꝙ sit cōicabile alteri per se informādo ⁊ per se perficiendo aliqđ per se informabile ⁊ per se perfectibile. 3° ꝙ sit cōicabile tm̄ per accidens informando ⁊ per accidens perficiendo aliqđ tm̄ per accidens informabile ⁊ perfectibile. Primomodo quelibet natura creata in perfecta specie predicamenti substantie per se ⁊ primo existens est vere cōicabilis, Secundo modo oīs forma substantialis est per se cōi

Cōicabile sumiť tripliciter.

cabilis materie. Tertio modo oīs forma accidentalis siue materialis: siue imaterialis est per accidēs cōicabilis. Ois natura primo modo est vere suppositabilis: ⁊ nulla forma secundo modo ⁊ tertio modo est per se suppositabilis: quia oīs talis nata est esse pars formalis perficiens pmo modo natura accepta non est nata esse pars alterius: nec formalis: nec materialis: quia tunc nō esset in perfecta specie predicamenti substantie per se: qꝛ nulla pars est in pdicamento per se sed tm̄ reductiue ⁊ participatiue: qꝛ per rationem illius cuius est pars: vt potet a doc. in 2°. d. 1. q. vlt. Et hoc pmo modo loquitur doc. ¶ His premissis respondeo ad pmam instantiam ⁊ concedo ꝙ accipit̄ suppositū tm̄ 2° mō put. s. actu non includit negationem duplicis dependentie Et cum instatur contra scd̄m modum per omnes instātias sequentes: dico ꝙ sibi repugnat informari: qꝛ tūc esset necessario pars essentialis: modo parti repugnat esse per se in genere substantie ⁊ in recta linea predicamentali: sicut ponit̄ compositū substantiale: de quo intendit conclusio. Sed ponere ipsum alteri cōicari non informando: nec essentialit̄ perficiendo: sed tm̄ ibi sustentari: vel suppositari non impedit ipsum esse per se in predicamento substantie: quia vt sic dicit totum ⁊ naturam perfectaꝫ: nec aliquo modo essentialiter vlterius perfectibilem. ¶ Ad secundam instantiaꝫ negatur consequentia: ad probationem cum dr̄: ꝙ materia est magis per se stans: siue subsistens. Dico ꝙ subsistēs pōt tripliciter accipi: primo pro omni eo qd̄ nec actu: nec aptitudine alteri inheret: nec potest esse pars alteri⁹ essentialis: nec includit aliquam partem proprie essentialem (de accidentali parte non loquor. qꝛ suppositum substantie est pars materialis compositi per accidens. puta huius: albuꝫ est) 2° p omni eo qd̄ nec aptitudine: nec actu inheret alteri: nec pōt includere essentialiter aliquid qd̄ sit pars eius: cum hoc tm̄ potest esse pars essentialis alterius. 3° pro omni eo qd̄ nec actu: nec aptitudine potest alteri inherere: nec potest eē ps alterius essentialis: essentialiter tm̄ includit. tam parteꝫ materialē ꝙ̄ formalem. primo modo ponit̄ angelus per se subsistens. secundo modo ponit̄ materia per se subsistens: tertio modo ponit̄ compositum substantiale per se subsistens. De primo ⁊ tertio modis intelligitur coclusio de per se subsistente. Oporteret ergo probare ꝙ materia prima magis per se subsisteret primo vel tertio modo: ⁊ sic haberet intētum: sed ille instantie precise probant ꝙ est magis subsistēs secundo modo ꝙ̄ compositum substantiale: quia nihil essentialiter includit qd̄ alteri inhereat: sicut compositum includit formam substantialem (licet illa proprie non inhereat: quia inherere est accidentaliter ⁊ non per se perficere: siue inherere est tm̄ sm̄ quid pficere illud qd̄ substantialiter in se est perfectum) ⁊ hoc modo nulla forma substantialis inheret: vt supra patuit in istis quol. Et ex his patet solutio ad alias instantias que procedunt ad probandum materiā magis subsistere: quia non procedunt de subsistere: nec primo. nec tertio modo: sed tm̄ secundo modo: ⁊ hoc non est ad propositum: vt patet. ¶ Ad sextum. qd̄ procedit de angelo concedo ꝙ essentia diuia est magis subsistēs ⁊ p se stans: licet nō incōicabiliter ꝙ̄ quecunqꝫ natura creata. Sꝫ postea neg[at]ur ꝙ ipsa sit quasi pars alterius: nec quasi formalis: nec quasi materialis: cū in diuis nō sit pars: nec quasi pars: vt pbat doc. in pmo. di. 5. q. 2. sed tm̄ est cōicabilis trib⁹ suppositis: nec tm̄ vt ps: nec quasi pars. De hoc vide plixe in pmo di. 5. q. 2. di. 26. ¶ Ad vltimum negatur minor. quia nullo mō repugnat p se existēti i genere substātie posse cōicari in vnitate suppositi: vt supra patuit: repugnat tm̄ posse eē ptē

Subsistēs sumitur tripliciter.

Scd̄a difficultas.

¶ Secūdo principalit̄ instat̄ cōtra hoc dictū. s. ꝙ essentia principij pncipalioris est indepēdēs respectu pncipiati: et respectu principij minus principalis. et sm̄ hanc principalitatem dicitur magis ens: ⁊ non sm̄ perfectionem. Contra. primo: quia forma materialis que ponitur pricipalius principiuꝫ necessario dependet a composito: ergo respectu compositi est magis dependens ꝙ̄ econtra. Antecedens patet in sequenti questi. vbi dicit ꝙ forme materiales sunt inseparabiles a composito in essendo: imo tm̄ corrumpuntur per accidens: quia per corruptionem totius compositi. ¶ Secundo instatur: quia forma vt in composito participat nobilius esse ꝙ̄ extra compositum habeat ⁊ perfectius esse participat a composito ꝙ̄ compositum a forma: patet. quia esse compositi est perfectius esse forme. ergo forma magis dependet a cōposito ꝙ̄ ecōtra. ¶ Tertio instat̄ ꝙ nō sit indepēdēs respectu principij min⁹ pncipalis qd̄ est materia: qꝛ forma materialis necessario iheret materie ⁊ nō ecōtra: vt patet. ergo ipsa depēdet i esse a materia: vt ptꝫ. ¶ Quarto instatur: qꝛ forma materialis nullo modo causat: nisi prius inhereat materie. p hoc. n. compositum est: qꝛ forma est in materia. vt ptꝫ pn̄ti. q. ergo tunc sequitur ꝙ ipsa dependeat a materia ⁊ p ꝯn̄s non videtur verum dicere ꝙ sit independens respectu principij minus principalis. immo magis ecōtra. ¶ Quinto instatur: qꝛ terminans dependentiam alterius est independens indepēdētia opposita depēdētie quā terminat. Hec est ppositio doc. in 3. di. 1. q. 1. Sed materia prima terminat dependentiam forme materialis. ptꝫ: quia terminat eius inherentiam. ergo materia prima erit independens independentia opposita dependentie forme. ergo formaliter non est independens respectu materie. ¶ Sexto instatur: illud est simplicit̄ magis independens: qd̄ pt̄ p se stare ꝙ̄ illud qd̄ tm̄ habet esse in alio: sed materia prima pt̄ per se stare: immo non pt̄ in alio esse: vt patꝫ a doc. in 2. di. 12. q. 2. forma aūt non pt̄ per se stare. Et posito ꝙ possit per se stare: tm̄ conuenit sibi posse ad materiam dependere et ipsaꝫ informare: vt ptꝫ: sed hoc simpliciter repugnat materie: q̄ licet possit esse pars alterius. s. compositi naturalis tm̄ simpliciter repugnat ꝙ possit esse in alio: vt forma ponit̄ in materia. ¶ Septimo instatur: qꝛ materia prima psupponitur oī generationi: cum sit simpliciter ingenerabilis et incorruptibilis: vt ptꝫ primo de generatione. Forma autē non psupponitur: immo forma p generationē recipit esse in materia: vt ptꝫ. ergo sequitur ꝙ materia erit simpliciter magis independens ꝙ̄ forma. Si sic sequitur ꝙ erit magis ēs: (accipiendo magis scd̄um principalitatem) ꝙ̄ forma: qꝛ et magis independens. ¶ Rn̄deo ad istas instantias pmittēdo aliqua. Primo ꝙ aliud est loq̄: aliquid ab alio depēdere in esse loquendo de esse pprio: sic ꝙ sit simpliciter impossibile ipsum habere aliqd̄ esse sine ipso: ⁊ aliud est loqui de ipso qd̄ hꝫ suum esse pprium: licet postea ab alio posset depēdere quo ad aliqd̄ esse sibi aduentitiū: primo modo cōpositum simpliciter dependet a forma: qꝛ est simpliciter ipossibile ipsum posse habere aliqd̄ esse sine forma ⁊ ēt sine materia. est licet ab vtroqꝫ habeat esse: tm̄ magis dependet in esse a forma ꝙ̄ a materia: cuꝫ pfectius esse habeat a forma ꝙ̄ a materia. vt patet scd̄o modo forma dr̄ dependere a cōposito. ⁊ sic tm̄ participatiue: ⁊ ex h̄ seqtur: ꝙ cōpositū simpliciter dependeat a forma: qꝛ quo ad esse eius simpliciter: forma vero dependet tm̄ scd̄m quid: qꝛ nō quo ad esse eius pprium. sꝫ tm̄ aduentitium. Et similiter dico de materia: ꝙ compositū simpliciter dependet in esse a materia: qꝛ ē impossibile habere eē sine materia. materia vero tm̄ depēdet a composito scd̄m quid: qꝛ quo ad eē eius aduentitium: qꝛ tm̄ forma est magis ens ⁊ pfectius ens ꝙ̄ materia. ideo forma in principalitate causandi compositum precedit materiam. Secundo pmitto: ꝙ materia ⁊ forma pn̄t adinuicem dupliciter comparari: primo in rōne causandi compositum scd̄o vt forma perficit materiam. scd̄o modo concedit̄ simpliciter ꝙ forma aliquo modo dependet a materia: qꝛ vt sic aliquo modo inheret. Et similiter materia dr̄ dependere a forma: qꝛ materia perficitur a forma. Modo pfectibile vt perfectibile dependet a forma perficiente. Et forte isto secundo modo magis materia dependet a forma ꝙ̄ forma a materia: sed parū de hoc curo: cum non sit multum ad propositum principale. Primo modo dico ꝙ in causando compositum: nec materia dependet a forma: nec econtra: quia nec materia accipit causalitatem a forma: nec forma a materia: sed vtraqꝫ causat scd̄m ppriam entitatem ⁊ causalitatem: vt patet a doc. in 2. ⁊ in 3. Tertio premitto: ꝙ loq̄ndo de causis intrinsecis: illud qd̄ ē i se formaliter magis ens et pfectius ens: magis dr̄ causare. vt patet. ⁊ qꝛ forma substantialis est simpliciter magis ens et pfectius ens ꝙ̄ materia: sequit̄ ꝙ magis ⁊ perfectius causat compositū ꝙ̄ materia: ⁊ qꝛ compositū in suo esse pprio magis depēdet a forma ꝙ̄ a materia: seqtur ꝙ forma erit magis independens respectu ipsius principiati: ⁊ dr̄ ēt respectu materie indepēdens non absolute: sed tm̄ in causando. His premissis patꝫ solutio ad oēs instantias.

Responsio ad rōnes factas i scd̄a difficultate.

Aliquid depēdere dupliciter.

¶ Tertio principaliter dubitat̄ de hoc. s. ꝙ pars integralis homogenea totius vt separata habet esse eqꝫ pfectuꝫ cum illo esse quod pt̄ participare.

Tertia diffinitio.

¶ Quarto videtur multū dubium. s. quod p se opatur est per se subsistens: ꝙ hoc est verum de primo operante quod sic s. operatur: ꝙ non est vlterius alicui ratio operandi illa opatione.

Quarta.

¶ Quinto dubitatur de illa ratione quam facit in pmo articulo. s. cuilibet actui simpliciter per rōneꝫ ppā: vel conuenit aptitudo ad per se informandum: vel repugnat informare. De essentia non est dare primū.

Quinta.

¶ Sexto et vltimo dubitatur de illa responsione ad principale argumentum que non videtur euacuare rationem: quia oporteret probare ꝙ prius non sit necessaria ratio cōuenientie,

Sexta.

Sed de his difficultatibus pro nunc non curo aliter insiste
re: sed subtiliores ⁊ me in via doctoris acutiores inueniant
media ad propositas difficultates.

Questio Decima.

Circa questionē decimā que=
rit doc. An deus possit species in eucharistia
conuertere in aliquid preexistēs. ¶ Questio
ista nō querit generaliter de possibilitate to=
tius conuersionis vnius in aliud: sed speciali
ter de conuersione inter tales terminos: de quibus est spe=
cialis ⁊ propria difficultas. Ad cuius solutionem propriam
videndum est primo. si in istis terminis de quibus queritur
sit aliqua specialis ratio impossibilitatis ad totalem cōuer
sionem. Et hic videndum est primo ex parte illius termini
a quo qui dicitur quantitas separata. ¶ Secundo ex parte
De articulatio. termini ad quem qui intelligitur per hoc qđ est aliquid pre=
existens Tertio ex parte conuersionis: qualis. s. est ista con
Expō no. uersio. puta. si illa fm ꝙ tangit argumentū sit annihilatio.
¶ Pro maiori intelligentia huius questionis premitto ali
qua de isto termino. conuersio. Nam aliquid ꝯuerti in aliud
Aliquid in aliđ ꝯuerti pōt multipliciter intelligi. potest multipliciter intelligi. Primo ꝙ. a. conuertatur in. b.
ita ꝙ remaneat ratio formalis. a. ⁊ dicatur vere conuerti in.
b. ⁊ talis conuersio est impossibilis: quia tunc sequeretur ꝙ
a. esset formaliter. b. Secundo ꝙ. a. terminatur in. b. Sic ꝙ
totaliter annihiletur ⁊ in eodem instāti quo. a. annihilatur:
immediate succedat. b. non preexistēs: sed ꝙ in eodem instā
ti mutatur in. b. ⁊ hoc modo deus annihilando vnum ange
lum: ⁊ in eodem instanti creando alium diceretur vnum an
gelum conuertere in aliū scilicet per annihilationem vnius:
⁊ ꝑ creationem alterius immediate succedentis: ⁊ talis cō
uersio est possibilis. quia sicut deus potest annihilare lapidē
in instanti. c. ita in eodem instanti potest creare angelum. ⁊
tunc diceretur lapidem conuerti in angelum. Tertio potest
intelligi. a. conuerti in. b. nō fm totum: nec categorematice
nec syncategorematice: sed precise fm vnam partem: ita ꝙ
conuertatur in totum non acceptum categorematice: nec
syncategorematice: sed precise acceptum fm vnam partē:
ita ꝙ talis pars in quam fit conuersio non sit preexistens: ⁊
hoc modo terra conuertitur in aquā: ita ꝙ in eodem instan=
ti quo forma substantialis terre (loquēdo de forma partis)
desinit esse: forma substantialis aque (loquendo de forma
partis) incipit esse in eadem materia in qua erat forma ter
re: ⁊ talis conuersio est possibilis etiam per agēs naturale:
Parua difficultas ⁊ bona. vt patet. ¶ Sed an forma terre possit ꝯuerti i formā aque
preexistentem: ita ꝙ in eodem instanti quo forma partis ter
re desinit esse. succedat in eadem materia terre forma aque
preexistens? ¶ Dico ꝙ talis conuersio non est possibilis ꝑ
agens naturale: sed bene per agens supernaturale: qꝛ est
impossibile agens naturale separare formam ab vna mate
ria et inducere eandem formā in alia materia. Quarto po
test intelligi a. fm totum categorematice acceptum: conuer
ti in. b. fm totum categorematice acceptum ⁊ hoc in. b. non
preexistens: ⁊ hoc modo terra dicitur conuerti in aquam:
ita ꝙ in eodem instanti quo forma totius terre desinit esse:
immediate succedit forma totius aque: ita ꝙ in eodem instā
ti quo agens corrumpit terram fm esse totius: siue fm for=
mam totius: in eodem instanti generet aquam fm esse to=
tius. quod tunc fit quando corrumpit formam partis ter=
re: ⁊ inducit formam partis aque in eadem materia terre
quia sic aqua fm esse totius dicitur generari: ex hoc ꝙ for=
ma partis aque inducitur in materia terre per agēs: vt pa
tet a doc. in. 4. di. 1. q. 1. ita terra fm esse totius dicitur desi
nere esse: ex hoc ꝙ separatur forma partis terre a materia
terre: ⁊ hec conuersio est possibilis per agens naturale. Sʒ
an hoc modo accipiendo totum possit totum conuerti in to
tum preexistens ita ꝙ in eodem instanti quo terra fm esse
totius desinit esse per aliquod agens: succedat in eodem lo
co diffinitiuo esse totius aque preexistens? Dico ꝙ hoc est
possibibile per agēs supernaturale. vt infra patebit: sed nō
per agens naturale: quia agens naturale non potest aliqđ
corrumpere nisi generando aliud. non enim posset conuer
tere terram in aquam: nisi corrumpendo terram ⁊ nouam
aquam generando. Quinto potest intelligi a. conuerti in
b. fm esse totius: ⁊ hoc syncategorematice. scilicet fm totū
⁊ fm omnes partes totius: ⁊ hoc modo si lapis desineret
esse fm omnem partem sui: ⁊ in eodem instanti sibi succede
ret in eodem loco. puta lignum: ita ꝙ lignum nec fm totum
nec fm aliquam partem sui preexisteret: sed fm omneʒ par
tem sui de nouo inciperet esse: ⁊ hoc modo diceretur totum
syncategorematice conuerti in totum syncategorematice
et talis conuersio esset tm̄ possibilis per agens supernā=
turale: vt infra patebit: nullo enim modo esset possibilis per
agens naturale. quia agens naturale: siue corrumpendo.
siue generando necessario presupponit aliquid preexistens
scilicet materiam. Deus autem posset in instanti. a. annihi=
lare lapidem secundum omnem sui partē ⁊ in eodem instā
ti posset creare lignum secundum omnem sui partem in eo
dem precise loco in quo erat lapis. ¶ Sed an possit totuʒ
syncategorematice conuerti in aliud totum syncatego=
rematice preexistens: ita ꝙ lapis totaliter desinat esse: et
in eodem instanti quo desinat esse fiat lignum preexistēs
in eodem loco diffinitiue in q̊ erat substantia lapidis? ¶ Di
co ꝙ hoc est bene possibile per diuinaʒ potentiam: sed nō ꝑ
agens naturale: vt infra patebit. Sexto pt̄ intelligi. a. ꝯuer
ti in. b. intelligendo per. a. quantitatem molis que ꝑcise fit
in loco palmali ⁊ intelligendo ꝑ. b. corpus quantuʒ. puta la
pidem. an talis quantitas possit conuerti in lapidem: ita ꝙ
in eodem instanti quo talis q̄ntitas desinat esse: succedat la
pis in eodem precise loco in quo erat talis quantitas loq̄n=
do de lapide preexistente: ⁊ sic diceretur quantitatem ꝯuer
ti in lapidem preexistentem. Est ergo in ꝓposito specialis
difficultas de quantitate separata in eucharistia. An. s. pos
set conuerti in corpus christi preexistens: ita ꝙ illa quantū
ad suum esse siue categorematice: siue syncategorematic=
tice desinat esse: ⁊ in eodem instanti quo desinit esse: corpus
christi per diuinam potentiam possit succedere in eodem p̄=
cise loco in quo erat talis quantitas: ⁊ sic debet intelligi ti=
tulus questionis. Et ista questio est specialis ⁊ alia ab illa
que est posita in quarto. dist. 10. vbi queritur. An panis pos
sit conuerti in corpus christi. ¶ His premissis declaro pri=
mum articulum vbi dicit doc. ꝙ non est aliqua specialis ra= *Expositio*
tio impossibilitatis in quantitate separata: quin ipsa possit *primi arti=*
eque conuerti in quodcunqꝫ sicut posset alium creatum vbi *culi.*
ponitur conuersio totalis esse possibilis. Et sic primo modo
exponit ꝙ totum pōt capi dupliciter. s. categorematice pro
toto resultante ex partibus: ⁊ syncategorematice scilicet
pro ipso toto ⁊ pro qualibet eius parte. Primo modo in ge
neratiōe substantie est cōuersio totius in totum scđm phm
primo de generatione. tex. com. 10. est inquit igitur genera=
tio simplex ⁊ corruptio non congregatio ⁊ separatio: sʒ qm̄
transmutatur hoc in hoc totum. Et ibi Commen. generatio
simpliciter est transmutatio rei scđum totum ex hoc in hoc:
vt hec aqua in hunc aerem. Hoc idem patet. tex. com. 23.
corrumpitur ergo totum categorematice: ⁊ in eodem in=
stanti generatur aliud totum categorematice quod succe=
dit ipsi corrupto ⁊ addit ꝙ totum substantiale corrumpitur
per se ⁊ generatur per se: qꝛ tale totuʒ est vnum ens per se
distinctum a partibus. Et hoc dicit ad differentiam totius
ꝑ accidens: siue geniti: siue corrupti per accn̄s: qꝛ tale geni
tum non est per se vnum scđm phm. 7. meta. tex. com. 32.
Non enim fit. quale. sed quale lignum: nec quantū: sed quā
tum lignū. Vult dicere ꝙ quale nō est aliqđ totum distictū
a subiecto et accidente: qꝛ totum per accn̄s nihil aliud est
nisi partes vnite: quicquid commen. ibi dicat. Nam Com.
ibi vult ꝙ qualitas non generetur per se: sed generatur cor
pus hn̄s qualitatē aliquam. Et silr forma generabilis non
generatur ꝑ se: ⁊ quo ad hoc bene dicit: quia forma ptis pro
prie non dꝛ generari per se: vt patet in scđo. dist. 17. Si ve=
ro Commen. sic intendit ꝙ in composito naturali nō sit aliq̄
tertia entitas absoluta. q̄ per se primo generetur distincta
a partibus: vt ipse tenet primo physico. com. 17. in hoc Cō=
men. est negandus. Videtur ergo dicendum ꝙ scđm phm:
nec quale: nec quantum est vnum ens ꝑ se qđ generet: sed
bene substantia composita est vnum ens ꝑ se distinctum a
suis partibus. Et loquendo de toto categorematice: siue
per se: siue per accidens non est p̄ntis speculationis: qꝛ per
agens naturale tale totum: siue per se: siue per accidens pt̄
conuerti in totum. Sed est specialis difficultas de toto syn
categorematice. An tale totum ꝑ diuinam potentiaʒ pos=
sit conuerti in quodcunqꝫ totum. Et quia in quarto. di. 10. q
2. probauit doc. generaliter de quolibet ente. vcʒ quo quod
libet ens per diuinam potentiam possit conuerti in quolibʒ:
hic vero specialiter probat de quantitate separata quali=
ter ipsa ꝑ diuinā potentiam pt̄ conuerti in quodlibet ens. ⁊
hic loquitur de conuersione non alicuius in preexistens: qꝛ
hoc pertinet ad secundum articulum: sed de conuersiōe to=
tius quod totaliter desinit esse in aliquid quod de nouo in=
ceperit esse: vt supra patuit. probat ergo quomodo quanti=
tas pt̄ conuerti in quodlibet per diuinam potentiam: ⁊ ꝓ=
batio stat in hoc. Illud agens eque pt̄ quemcunqꝫ formam
in quemcunqꝫ totaliter conuertere qđ in virtute sua actiua

habet vtrunq; terminum eque totaliter.quantum ad esse illius termini ⁊ non esse.⁊ etiā qđlibet necessario cōcomitās vtrunq; terminū in essendo. Sed deus habet quecūq; duo creata isto modo eque in potestate sua:siue in potentia actiua. Maior sic probatur:quia agēs qđ eque habet in virtute sua actiua vtrūq; terminū conuersionis quantum ad aliqđ partiale in eo eque poni vnum in alterū conuertere conuersione partiali.sicut enim generans qđ habet in virtute sua actiua formam huius corrupti ⁊ formam huius geniti pōt istud in illud conuertere cōuersione partiali que est fm formam. Sic illud agens quod eque habet in virtute sua formam huius corrupti ⁊ formā huius geniti eque potest partialiter conuertere illud corrūpēdo vel generādo:ergo pari ratione agens:qđ eque habet in virtute sua actiua vtrūq; terminū istum:⁊ vtrunq; illum:⁊ hoc quantum ad quodlibet vtriusq;:⁊ quātū ad quodlibet necessario concomitans vtrunq; in essendo:eque potest vtrobiq; istum terminuz cōuertere in illum cōuersione totali:tale autē agens est deus ¶ Secundo modo sic.eodem modo pōt conuerti aliquid in aliud.quomodo illud potest succedere isti.patet ista: qa eo modo quo.b.potest succedere ipsi.a.eodēmodo.a.potest cōuerti in.b.potest autem.b.succedere ipsi.a.vel omnibus medijs premissis in exponēdo titulum questionis:vel aliquib⁹ illorum modorum cum eisdem medijs.si.a. potest conuerti in.b. Sed in proposito virtute diuina potest quodcūq; creatum fm se totum ⁊ quodlibet eius succedere alteri creato. ergo qđcunq; creatum scđm se totum ⁊ quodlibet eius pōt conuerti in quodlibet creatum.patet minor:qa ex quo deus habet omne creatum in potestate sua quantuz ad esse ⁊ nō esse ipsius. Sequitur ꝙ potest facere illud scđm se totū succedere alteri creato:sic intelligendo ꝙ in eodē instanti quo vnum creatum desinit esse virtute diuina:aliud creatum incipit esse.⁊ per consequens succedere illi creato desinēti eē. Et sic patet quomodo virtute diuina quodlibet ens scđm se totuz:⁊quodlibet eius potest conuerti in quodlibet ens saltem disiunctiue:sic intelligendo ꝙ accipiendo hoc ēs. puta lapidem:potest lapis virtute diuina cōuerti in hominem:in angelum:in celum:in qualitatem:⁊ in huiusmodi.patet: qa deus potest annihilare lapidem:⁊ in eodem instanti creare angelum vel celum:vel qualitatem. Et sic facere angelum succedere lapidi annihilato:⁊ sic lapis dicit couerti in angelum ¶ Ibi. Contra illud obijcitur. Hic Doctor contra hanc conclusionem.scilicz quodlibet ens scđm se totum syncategorematice pōt conuerti in quodlibet īstat tribus medijs. Primo:qa tunc deus posset conuertere substantiā corporeā in spirituz. patet:quia tam spirit⁹ ꝙ̄ corpus quo ad totum eius esse ⁊ non esse sunt in potestate diuina:⁊ per cōsequens potest annihilare corpus:⁊ in eodē instanti creare spiritum succedentem corpori annihilato:⁊ per consequens posset corpus conuerti in spiritum quod est contra Aug.et Boeti.vt Aug.super gene.17. Corpus inquit aliquod conuerti in animam fieriq; naturam incorpoream:nec quēcūq; sensisse scio:nec fides habet. Et boetius libro de duab⁹ naturis ⁊ vna persona christi: Nec iquit corporea substātia in incorpoream mutari posset:nec incorporee in se inuicem ꝓprias formas mutant:sole enim in se mutari possunt que habent vnius nature subiectum cōmune. Hec ille. ¶ Respōdet Doc.primo exponendo literam Aug.dicens ꝙ intētio Augu.ibi est probare ꝙ anima in prima productione nō sit producta de aliquo corpore: sicut ipse procedit: ⁊ primo ꝑ viam diuisionis de singulis corporibus: ⁊ tandem summatim de omni corpore per illud quod allegatum est. Corpus conuertitur in animam ⁊c. Productio autem primaria non habet opus miraculosum:sed talis est qualis competit rebus productis. Non vult ergo negare quin deus posset cōuertere corp⁹ in animā:sed vult dicere ꝙ hoc in prima rerū productione non sit factum:vel non potuit fieri scđm modū illius productionis:quia illa non erat miraculosa: sed correspondens naturis rerum productarum.hoc est de intentione Augu.ibidem. Nota pro intelligentia huius litere:ꝙ quando dicit:ꝙ in prima rerum productione nō est opus miraculosum:debet sic intelligi ꝙ quamuis prima productio rei.puta anime sit immediate a solo deo:non tamen prope dicitur opus miraculosum:quia illud opus qđ communiter recipit primum esse rei non dicitur miraculosum: vt etiam patet de anima intellectiua:que quāuis imediate sit a solo deo:non tamen dicit miraculose creari. Sed illud ꝓprie dicitur esse miraculosum:quod presupponit esse rei in quo immediate recipiat:quod tamē a nulla natura creata:nec mediate:nec īmediate potest eē. Et hoc mō charitas ⁊ alij habit⁹ infusi dicuntur proprie opera miraculosa:qa nec a natura habente illos:nec ab aliqua causa secunda possunt inesse tali nature. Dicit ergo doc.ꝙ ꝓductio primaria non hz opus miraculosum:sed est talis qualis competit rebus ꝓductis. Secundo nota ꝙ cum dicit:ꝙ aīa in prima ꝓductione non est ꝓducta de aliquo corpe: ly de aliquo corpe non notat causam materialem intrinsecam.sicut dicim⁹ ꝙ substantia fit de substantia:sed magis notat oppositum: sicut dicimus ꝙ ignis fit ex ligno tāq; ex opposito:⁊ qūo hoc: exposui super primo doc.di.2.parte secunda.q.vlti. Sic in ꝓposito ꝙ aīa non fit de aliquo corpe tanq; ex opposito. puta ꝙ immediate succedat corpi corrumpendo:sicut dicim⁹: ꝙ ignis fit de ligno tanq; ex opposito: qr in eodem instanti quo lignum consumitur generatur ignis:qr in eodem instāti quo forma ligni desinit esse in materia ligni: forma ignis incipit ibi esse. Si ergo aīa fieret de aliquo corpe tanq; ex opposito:tunc in illo instanti quo aīa crearetur in aliqua materia:forma corpis desineret esse.quod tñ est falsum:qr ipsa aīa presupponit formam corpis organizati. Nō posset ergo aīa immediate succedere alicui corpori scđm totū suū esse:nisi illud corpus totaliter desineret esse:⁊ per ɔ̄ns productio prima ipsius aīe esset simpliciter miraculosa. Non vult ergo negare Aug.qr deus posset conuertere corpus in aīam.scz annihilando tale corpus:⁊ in eodez instanti creādo aīam:sed vult dicere:ꝙ hꝫ in prima rerum ꝓductione nō sit factum.patet:qr in eodem instanti quo aīa Ade fuit creata de qua loquitur ibi specialiter Aug. non fuit creata de aliquo corpe.sic ꝙ in eodem instanti quo fuit creata. aliqđ corpus fuit annihilatum.cui immediate succederet:⁊ hoc q̄ ad intellectum Augu. ¶ Ibi. Si arguatur ex verbis Aug. qr dicit omne corpus posse mutari in omne corpus:sed non in aīam.cum ergo primum non sit possibile nisi per potētiā diuinam sequitur ꝙ secundum non erit possibile per diuinā potentiam. ¶ Respondet doc.ꝙ si aliquid est impossibile vbi concurrunt multe rōnes impossibilitatis quodcūq; aliđ vbi desinit aliqua istarum rationum comparatum ad istud potest dici possibile non absolute:sed respectu huius: verbi gratia. Si lapidem est impossibile videre:⁊ aīal excecatuz est impossibile videre:⁊ catulum añ nonū diem impossibile est videre. In istis semper posterius est possibile respectu prioris:qr non remanet ratio illa q̄ est ꝑcipua respectu impossibilitat; in priori. ¶ Patet discurrendo per rōnes impossibilitatis.in istis exemplis ad ꝓpositum:vt ignem conuerti in celum multas habet rationes impossibilitatis. puta.qr non habet ista corpa principia transmutandi seinuicem:cuiusmodi sunt qualitates actiue ⁊ passiue formaliter vel virtualiter opposite:non etiam hñt subiectuz receptiuū transmutationis adinuicem:non ꝓpter istas rationes solas:est impossibile corpus conuerti in aīam:sed etiā ꝓpter aliam rationem repugnat.que scilicet est ꝙ vnum est extensum ⁊ aliud non:⁊ sic non conueniunt in aliquo:quod natū est mutare cōe in transmutatione vnius corporalis in aliud qr corporale non transmutatur in aliud nisi ꝑ alterationez que recipitur in corporali ⁊ modo extenso:⁊ ita nec productum ꝓducitur nisi vt extensum ⁊ habens modū extensi. ¶ Nota tñ cum dicit in littera ista:ꝙ ideo ignis non p̄t conuerti in celum:nec econtra: qr celum non habet principia transmutandi.scilicet qualitates actiuas vel passiuas. Hoc debet sane intelligi:qr scđm doc.principium transmutandi substantiam.puta principiū corrumpendi:vel generādi substantiam non est aliqua qualitas actiua:sed tantū substantia vt subtiliter ꝓbat doc.in quarto.di 13.⁊ hoc modo celū habet principiū transmutandi.patet:qr sol scđm substātiā suam causat aliam ⁊ aliam formā substantialē non tantum numero differentē:sed etiam specie scđm ꝙ approximatur alij ⁊ alij materie.sed qualitates actiue ⁊ passiue sunt principium transmutandi quo ad dispositiones preuias generationi ⁊ corruptioni.nam caliditas in igne est principium disponendi lignū frigidū:ita ꝙ corrumpit frigiditatez in ligno:⁊ inducit caliditatē ⁊ tandē forma ligni corrumpitur ⁊ inducitur in materia ligni forma substantialis ignis:et sic frigiditas in ligno dicitur qualitas passiua: ꝑ quanto lignū frigidum patitur a calido ⁊ vincitur ab eo. Si vero calidus vincatur a frigido:tunc calidū haberet rationē passiui ⁊ frigidum rationē actiui. Vult ergo doc.ꝙ illa que sunt adinuicem transmutabilia via naturali:non tantū habeant principia actiua ⁊ passiua.scilicet principiū actiuū generādi substantiam ⁊ passiuū quo substantia nata est corrumpi. Sicut ignis habet principiū generandi formā substantialem ignis in materiā ligni.⁊ lignū habet principiū passiuū scđz ꝙ forma ligni nata est corrumpi.sed etiā requiritur ꝙ talia transmutabilia adinuicem.scilicet secundum eoꝝ esse sub=

stantiale: ꝙ sint transmutabilia adinuicem sꝫ qualitates actiuas et passiuas que sunt dispositiones p̄uie: quia nullum agens naturale immediate agit in passum nisi p̄us disponẽdo ipsum sm qualitates actiuas quibus ipsum disponit: nec aliquod passum potest immediate transmutari sm formam substantialem ab aliquo agente naturali. nisi p̄us disponatur ⁊ recipiat qualitates conuenientes forme generande: licet ergo celum habeat materiam eiusdem rationis cũ materia istoꝝ inferiorum: vt patet a doc. in secundo di. 14. ⁊ ꝑ consequens quantum est de se posset passiue transmutari: quia tñ nullam qualitatẽ actiuã vel passiuã habet. ideo nullo modo potest transmutari ab agẽte naturali: potest tamẽ actiue transmutare materiam istorum inferiorum ab vna forma ad aliam formam. quia ⁊ si nõ habeat qualitates actiuas formaliter: habet tamen virtualiter: ⁊ hoc sufficit ⁊ si esset transmutabile passiue ab agente naturali: esset tamen susceptiuum qualitatum corporalium. ¶ Nota secundo ꝙ
Notabilis declaratio qualitatuz actiuarũ ⁊ passiuaruz dicit de qualitatibus actiuis ⁊ passiuis formaliter vel virtualiter. Qualitates actiue ⁊ passiue formaliter sunt ille que mutuo formaliter se expellunt: sicut caliditas et frigiditas. Et nota ꝙ caliditas in igne dicitur qualitas actiua ꝓ quanto est ratio formalis causandi caliditatem in ligno frigido: ita ꝙ caliditas formaliter causata opponitur frigiditati ligni et ipsam expellit tm̃ formaliter et non actiue. Et hoc modo caliditas in igne posset dici virtualiter opponi frigiditati ligni: quia est ratio ꝓducendi in ligno caliditatem que formaliter opponitur illi frigiditati: quia aliquid opponi virtualiter alteri est habere in virtute sua effectum qui formaliter opponitur illi alteri: vt supra patuit in p̄mo dist. 2. parte. 1. q. 1. ⁊ in quarto dist. 49. q. 12. Hoc idem dico de frigiditate. puta in terra si esset fortior caliditate. puta aeris: tamẽ frigiditas in ligno ⁊ caliditas in igne dicuntur esse qualitates opposite formaliter. quia vna ex sua ratione nata est opponi formaliter alteri ⁊ ecõtra: ⁊ sic possunt dici qualitates opposite formaliter. scilicet formaliter ⁊ virtualiter modo p̄exposito Sed caliditas in igne tantum opponitur virtualiter humiditati ligni: si tamen illa caliditas sit ratio formalis ꝓducendi siccitatem formaliter oppositam humiditati: quia videtur contineret virtualiter effectum formaliter oppositum humiditati. Nota etiam cum dicit ꝙ celum ⁊ ignis non habet obiectum receptiuum transmutationis adinuicẽ Si intelligit ꝙ celum non habet materiam receptiuam forme ignis quantum est ex parte illius materie. Hoc non videtur: quia materia celi est eiusdem rationis cũ materia ignis: vt supra dixi. Si vero intelligit ꝙ materia celi nõ potest trãsmutari ab igne: quia ignis non posset abijcere formam celi a tali materia: hoc verũ ẽ: quia ex quo forma celi a solo deo est immediate creata: ab ipso etiam solo potest ĩmediate corrumpi: vt patet a doc. in secundo dist. 14. Ex his patet quomodo corpus non potest conuerti in animam. Tum quia anima nõ est nata pati ab aliquo corpore sm aliquas qualitates passiuas corporales tm̃ (sed bene nata est pati sm qualitates spirituales ⁊ recipi a corpore saltem vt causa partiali speciem intelligibilem ⁊ actũ intelligendi: vt patet a doct. in primo dist. 3. q. 7. Jmmo ⁊ Angelus natus est sic pati de quo minus videtur: vt patet a doc. in secundo di. 3. q. 10. ⁊ dist. 9. ⁊ in quarto dist. 45.) vt patet. Tum etiam quia anima non habet aliquam materiam et non propter istas duas rationes corpus non potest conuerti in animam nec econtra: quia omne agens naturale agit tantum in corpus: ⁊ per consequens agit in extensum: anima autem ẽ omnino inextensibilis. ¶ Jbi. Ad aliam auctoritatem que est Boe. Doctor. soluendo auctoritatem Boetij dicit ꝙ loquitur tm̃ de conuersione eorum adinuicem que habent materiam cõmunem: ⁊ sic ignis virtute naturali dicitur conuerti in aerem pro quanto forma ignis desinit esse: et forma aeris immediate inducitur in materia ignis: que forma aeris ĩmediate succedit forme ignis. Similiter aer dicitur conuerti in ignem pro quanto forma aeris desinit esse: et in materia illius in eodem instanti quo forma aeris desinit esse inducitur forma ignis. Talia ergo habentia materiam cõmunem sũt virtute naturali adinuicem conuertibilia: loquendo semper de conuersione totius in totum: accipiendo totum tantum categorematice: et non syncategorematice. Si totus ignis syncategorematice conuerteretur in aerem. sic ꝙ etiam materia ignis desineret esse. tunc ignis ⁊ aer non dicerentur cõmunicari in materia cõmuni. tũc enim ignis ⁊ aer communicant in materia communi pro quanto materia ignis recipit formam aeris: ⁊ materia aeris recipit formam ignis. Et addit ꝙ etiam non omnia que habent materiam cõmunem sũt adinuicem conuertibilia loquendo de conuersione ĩmediata que tantũ fit per vnã transmutationẽ ⁊ hoc virtute agentis naturalis. patꝫ. quia licet es ⁊ lignum habeant materiã cõmunem: non tamen ab agente naturali: potest es immediate conuerti in lignum: ita ꝙ in eodem instanti quo forma aeris desinit esse: immediate inducatur ab agente naturali forma ligni in materia eris. licet forte possit conuerti mediate. scilicet per multas transmutationes. puta. quia es p̄mo transmutetur in terrã: ⁊ terra in lignũ ⁊c. Et nota ꝙ illa sunt adinuicẽ ĩmediate conuertibilia ab agente naturali que habent qualitates actiuas ⁊ passiuas. Sicut ignis ĩmediate potest conuerti in aerẽ: quia ignis est calidus et siccus aer vero calidus ⁊ humidus. ¶ Jbi. Si obijcias: ꝙ sic. Jntelligendo dicta sua non potest haberi conclusio quã intendit probare scꝫ ꝙ humanitas non possꝫ conuerti in deitatẽ: quia sꝫ predicta ex premissis suis non poterit predicta ꝯclusio concludi. nisi de conuersione ĩmediata que posset fieri virtute nature. scilicet ꝙ ex quo natura humana et deitas non cõmunicant in materia ꝯmuni: nec habent qualitates actiuas ⁊ passiuas. Jdeo humanitas non potest ĩmediate conuerti in deitatẽ: sed de tali conuersione nõ fuit contradictio inter ipsuꝫ ⁊ Euticẽ. ⁊ sic Boetius per hoc non probat ꝙ intendit probare contra Euticẽ. scilicet ꝙ hũanitas non potest conuerti in deitatẽ: quia aqud Euticẽ nõ sequeretur humanitas: quia non cõicat cuꝫ deitate in materia communi: nec in qualitatibus actiuis ⁊ passiuis ergo non potest cõuerti in deitatẽ: quia nec hoc modo corpus cõmunicat cum anima. ⁊ tamen corpus virtute diuina potest ĩmediate conuerti in animaꝫ: vt supra patuit. ¶ Respondet specialiter doc. ꝙ ratio Boetij in premissis suis non plus concludit ꝗ̃ quod dictũ est supra. scilicet ꝙ natura hũana non potest conuerti in deitatẽ tali conuersione que requirit subiectũ cõmune: et principia agendi ⁊ patiendi mutuo in conuersis. Si tamen ex dictis Boetij volumus concludere esse simpliciter ĩpossibile hũanitateꝫ posse conuerti in deitateꝫ etiam per diuinã potentiaꝫ poterit concludi per argumentuꝫ a maiori: ⁊ hoc presupponendo aliqua. Primo ꝙ diuinitas non minus excedit actiuaꝫ potentiaꝫ etiam increatam in ratione termini. scilicet producibilis ꝗ̃ vnum ens naturale excedit quãcunꝗ̃ potentiã naturalem cõparatã ad aliud ens naturale. puta cõparando es ad lignum sic ꝙ vtrunꝗ̃ cõparetur ad potentiã actiuam naturalem: ita ꝙ deitas non minus excedit potentiam actiuã increataꝫ in ratione producibilis: comparando illam ad aliud ens. puta ad humanitatem ꝗ̃ es in ratione causabilis excedat totam potentiam actiuam creatã: vt comparatur ad aliud ens. puta ad lignũ. Sequitur ergo. si tota natura creata non potest ĩmediate conuertere lignũ in es. scilicet corrumpendo lignum ⁊ in materia ligni immediate inducere formã eris: que tamen sunt causabilia ⁊ corruptibilia virtute creata. ⁊ etiam adinuicem cõuertibilia: lꝫ non ĩmediate: multomagis sequitur ꝙ etiam virtute diuina humanitas non potest: nec ĩmediate: nec mediate conuerti in deitatem: ita ꝙ deitas succedat ipsi humanitati cum sit omnino incausabilis: et oẽ quod alteri succedit: siue mediate: siue immediate est causabile. Et sic patet intẽtio Boetij. ¶ Secundo principaliter arguit contra illam rationeꝫ quia tunc videtur sequi ꝙ deus posset immediate conuertere substantiam in accidens. cum vtrunꝗ̃ subsit virtuti diuine tam quo ad esse ꝗ̃ quo ad non esse: Et sic si substantia conuerteretur in accidens ipsa posset fieri inherẽs, sicut et accidens. Et similiter posset conuertere absolutũ in respectiuum propter causam superius dictam. et ita absolutum posset habere duos terminos ⁊ sic absolutum esset respectiuum. Et patet responsio ex supradictis: quia substantiam conuerti in accidens est substantiam desinere esse et accidens immediate causari succedens ipsi substantie desinenti esse: sed si substantia sic conuerteretur in accidẽs: ita ꝙ substantia sit realiter accidens et non desineret esse formaliter et realiter accidens: tunc substantia esset formaliter inherens: sed casus est impossibilis sicut ꝙ homo cõuertatur in asinum. sic ꝙ maneat homo et sit formaliter et quiditatiue asinus: sed bene homo potest conuerti in asinũ. sic ꝙ asinus potest immediate succedere homini desinenti esse. per idem patet ad illud de absoluto et respectiuo. potest enim deus conuertere lapidem in similitudinem: quia in eodem instanti quo annihilat lapidem potest immediate creare duo alba inter que oritur similitudo: ⁊ sic talis similitudo in eodem instanti quo lapis desineret esse succederet lapidi desinenti esse. ¶ Tertio principaliter instat contra illam rationem: quia ꝙ agens ĩ virtute actiua habeat tota=

liter vtrunq terminum non infert nisi ꝙ potest totaliter istū destruere quod est annihilare et illum totaliter producere quod est creare: ⁊ illud annihilare non est conuertere hoc in illud. ¶ Respondet doct. ꝙ hec ratio non improbat specialiter conuersionem totalem quantitatis in aliquid de nouo sibi succedens. nec in aliquod preexistens: sed si aliquid improbat: improbat generaliter conuersionem totalem. scilicet ꝙ aliquod totum syncategorematice non possit conuerti in aliud. Sed hoc in presenti questione supponitur tanq̄ verū scilicet ꝙ deus potest aliquod totum syncategorematice cōuertere in aliud. puta lapidem in angelum annihilando scilicet ipsum lapidem ⁊ creando angelum succedentem lapidi annihilato. hoc probatur in quarto distinct. 10. Licet ergo generaliter concedatur: ꝙ deus possit conuertere totaliter aliquid in aliud: est tamen specialis difficultas: an possit conuertere ipsum in aliquod sibi succedens: vel in aliquod p̄existens: ⁊ sic ex supradictis patet primus articulus.

De secundo articulo principali. qui est: an sit possibile ꝙ quantitas separata possit conuerti in aliquid preexistens: vt in corpus christi actu preexistens.

Scd̄s articulus p̄ncipalis

Hic doc. adducit primam opinionē Egidij de Roma in theoro. suis theoro p̄mo q̄ ꝯcordat cū Doct. quo ad ꝯclusionē. videlicz ꝙ est possibile quantitatem separatam conuerti in corpus christi preexistens: sed discordat in modo probandi eandem cōclusionem: quem modum Doct. improbat. Adducit ergo primo probationem ipsius Egidij. ⁊ presupponit duo. Primo ꝙ deus non agit per motum: cum sit simpliciter primum agēs et per consequens potest eandem formam distinctam reducere in eadem materia in qua prius fuit. nam ideo prohibet̄ eadem forma redire actione alicuius agentis creati: quia agens creatum agit per motum. qui motus cum sit successiuus non potest idem numero redire. Vult ergo ꝙ forma acquisita per motum: si est destructa non potest eadem numero redire. nisi ⁊ idem motus numero per quem prius fuit acquisita possit redire. Sed hoc est impossibile s̄m Egidium Secundum est: ꝙ deus respicit materiam vt est quid: et vt sic est indistincta. Nā materia vt quid accepta s̄m hanc opinionem consideratur precise vt est omnino indistincta. ⁊ per consequens consideratur vt simpliciter prior omni forma: quia materia distinguitur per aliam et aliam formam: quia per aliam ⁊ aliam formam ponitur alia ⁊ alia materia: ⁊ vltra. materia vt quid accepta est simpliciter indifferens ad omnem formam: ⁊ sic indifferenter potest recipere quamcūq formam. ⁊ per consequens agens recipiens materiam vt quid: potest inducere in eam quamcunq formam. ¶ Istis presuppositis: probat Egidius ꝙ deus potest cōuertere q̄litatem separatam in corpus christi preexistens. Nam ex p̄mo presupposito deus potest formam destructam eandem reducere in suam materiam. Et ex secundo presupposito potest illam formam in quamcunq materiam inducere. Cū omnem materiam respiciat vt quid. Et pari ratione formā manentē in materia proprie potest eandem in quamcunq materiam inducere. Sed ad idemptitatem forme in numero. Sequitur ꝙ eadem sit materia. ergo deus potest facere. ꝙ quecunq materia fiat hec materia. sicut potest facere ꝙ fiat sub humana forma. potest ergo deus facere ꝙ forma corporis christi ponatur in materia panis: sicut potest facere ꝙ materia panis fiat sub humana forma. Et sic illa materia conuertitur in materiam illius corporis. Et forma in formam: ⁊ totum in totum. Et vis huius rationis in hoc videtur stare compositum. puta. a. conuerti totaliter in compositum. puta. b. est potentiale. a. informari forma ipsi⁹. b. hoc autem est potentiale. ergo prima probatur. scilicet ꝙ si potentiale. puta materia lapidis informetur forma ligni. tunc tale potentiale fit illud. puta fit forma ligni. patet. quia idēptitas forme numeralis concludit idemptitatem materie. ita ꝙ materia vt sub tali forma dicitur precise eadem numero idemptitate numerali talis forme. Et ita conuertitur. a. in. b. non solum forma in formam. sed materia in materiam. et econtra. scilicet. b. conuertitur in. a. nam si materia lapidis actu fiat sub forma ligni. tunc est eadem numero idemptitate illius forme: ⁊ sic materia que desinit eē sub forma lapidis dicitur conuerti in materiam ligni. pro quanto fit sub forma ligni: et habet precise eandem idemptitatem numeralem quam et forma ligni habet: et per consequens forma lapidis conuertitur in formam ligni: ⁊ sic totū in totum. Et sic patet hoc primū quomodo scilicet compositum idem numero potest cōuerti in aliud compositū. Probatio secunde: quomodo. s. deus potest conuertere panem in corpus christi: quia materia panis et materia corporis christi considerate vt quid: sunt simpliciter quid indistictū. Et sic tam in materia panis q̄ in materia corporis christi potest eadem forma induci ab agente respiciente eandem materiam vt quid: et sic deus potest formam corporis christi inducere in materiam panis: ⁊ sic corpus christi fiet panis: est similiter formam panis potest inducere in materiā corporis christi: ⁊ sic panis fit corpus christi vt cōuertitur in illud. Et similiter dico de quantitate separata: quia de⁹ potest illam inducere in materiam corporis christi. ¶ Ibi Contra illud. Hic doc. improbat positionem illam ⁊ dicit ꝙ omnes materie. puta materia Francisci. Joannis. Benedicti ⁊ huiusmodi vt quid: vel sunt precise vnum numero: aut sunt eiusdem rationis. puta quia conueniunt in materia communi: sed numero distincte. Si primo modo instat multipliciter: probando ꝙ tales materie vt quid non sunt idem numero. Et primo: quia est contra philosophum duodecimo metaphysice. capitulo secundo. tex. com. 27. qui sic dicit. Eorum que sunt in eadem specie diuersa sunt principia non specie: sed quia singularium aliud materia tua: et species. scilicet forma: ⁊ mouens. scilicet efficiēs: ⁊ mea materia: ratione autem vniuersali eadem. Et sic patet. quomodo materia Francisci est alia numero a materia Joannis. similiter ⁊ forma Francisci est alia nūero a forma Joānis. Si dicatur ꝙ illa diuisio materie numeralis est precise pec aliam ⁊ aliam formam. Contra hoc sic arguit: quia materia est prior forma: ergo in illo priori alia est materia Frācisci ⁊ alia est materia Joannis. vt magis ⁊ clarius infra patebit ¶ Secundo subtiliter probat: ꝙ si materia. puta ligni. ⁊ materia puta lapidis ⁊ huiusmodi: vt quid accepte essent idem numero: tunc forma ligni non posset educi: quia eam actu habet. Quod enim educitur de potētia alicuius: actu non est: nec potest esse in illo: nec etiaz sic forma lapidis posset educi de materia ligni. patet: quia ex quo eadem materia ligni ⁊ eadem materia lapidis sunt eadez numero. sequitur ꝙ materia ligni actu haberet illā supple materiam lapidis. quod est impossibile. ¶ Tertio probat ꝙ etiam si de materia panis educeretur forma corporis christi non propter hoc materia panis fieret materia corporis christi nec per consequens materia panis conuerteretur in materiam corporis christi vt iste Egidius intendit ꝙ scilz sic intendit ꝙ ideo materia panis conuerteretur in materiam corporis christi: quia si forma corporis christi educeretur de materia panis. ita ꝙ reciperetur in materia panis: tunc materia panis esset eadem numero cum materia corporis christi: quam identitatem numeralem haberet precise per formam corporis christi inductam in materiam panis. Et propter talem identitatem numeralem dicit materiam panis conuerti in materiam corporis christi. Sed doctor p̄bat: ꝙ etiam si forma corporis christi educeretur de materia panis: quod non propter hoc modo materia panis esset idem numero cum materia corporis christi. Et ratio doct. stat in hoc: quia ex quo materia panis est prior forma corporis christi: in illo priori habet propriam vnitatem numeralem: et similiter materia corporis christi est prior tam forma corporis christi q̄ forma panis: et in illo priori habet p̄priam vnitatem numeralem: ⁊ sic materia panis: ⁊ materia corporis christi vt sunt priores forma: tam corporis christi q̄ panis: sunt numero adinuicem distincta: ergo materia panis per hoc ꝙ recipit formam corporis christi: non fit materia corporis christi: cum nec materia panis: nec materia corporis christi habet suam propriam vnitatem a tali forma: nec similiter si i materia corporis christi induceretur forma panis. non propter hoc materia corporis christi fieret materia panis: quia materia corporis christi ⁊ materia panis nō habent propriam vnitatem numeralem ab vnitate numerali forme panis: cum materia sit prior forma: ⁊ sic in illo priori sicut habet propriam entitatem numeralem et realem: ⁊ realiter distinctam a forma: vt p̄bat doct. in secundo distinctione duodecima questione p̄ma. Ita habet propriam vnitatem. Sicut ergo materia non habet propriam entitatem a forma: cum sit posterior: ita nec propriam vnitatem. ꝙ autem materia sit prior forma p̄bat auctoritate ⁊ ratione. Unde Augustin⁹. 12. confes. c. 16. Esse vtiq aliquid nō formatum potest formari aut quod non est non pōt. Uult dicere ꝙ esse materie actu non habens formam potest informari tali forma: ⁊ per consequens erit p̄us forma: quia omne formabile aliqua forma est p̄us ea. ⁊ quod non habet eē non formatū: siue quod non habz esse formabile non potest formari: hoc idem patet li. 13. c. 18. Cum aliud inq̄t sit celi et

terre materies:aliud celi ⁊ terre species.i.forma.materia q̄
dem de nihilo omnino supple creata est:mundi autem spe=
ciem de informi materia simul.tñ vtrūq; fecisti.hec ille.Ex
quo patet q̄ si forma mundi est facta de materia informabi
li:q̄ materia illa saltem prius natura fuit illa forma.Et sz
illud primo meta.text.com.17.in antiqua translatione.In
fundamento nature non est aliquid distinctum: quod debet
intelligi de distinctione que est per formam:vt satis patz in
secundo di.12.q.1.¶Probatur etiam per rationem:quia il
la materia. puta materia ligni est eadem sub oppositis for=
mis:quia eadem materia que actu ē sub forma ligni manēs
eadem potest fieri sub forma ignis:prius corrupta forma li
gni.Cū ergo materia possit manere sine forma:⁊ forma non
possit manere sine materia.sequitur q̄ materia sit prior for=
ma:nunc autem ad variationem posterioris non sequit̄ va=
riatio prioris. Non ergo si hec forma reciperetur in aliqua
materia:sequeretur q̄ illa materia fieret illa. nam ibi nō est
nisi inductio forme in materiam: que materia prius eam nō
habuit:materia autem transiens a priuatione alicuius for=
me ad illam formam: non propter hoc talis materia fit illa
materia que prefuit sub forma ad quam transit. ¶Si in=
telligatur secundo modo.scilicet q̄ quecunq; materia vt q̄d
est eadem:hoc est eiusdem rationis patet q̄ non sequitur:q̄
forma que est in illa materia.puta forma panis que est ī ma
teria panis posset eadem numero simul inesse alij materie
sed tantummodo vt aliqua forma eiusdem rationis cum ea:
puta aliqua forma panis possit inesse alij materie:sz hoc nō
sufficit ad habendum intentum s̄m Egidiū:qui ex hoc vult
q̄ totum dicitur conuerti in totum.puta.a.in.b.quia cū po=
tentiale.a.sit sub forma.b. tunc materia.a.fit materia b.et
per consequens forma.a.fit forma.b.⁊ sic.a.fit.b.⁊c. ¶Ibi

Quotupl'r aliquid di= catur ꝯuer ti in p̄exñs

vlterius quantum ad istum articulum.Hic Doct.ponit mo
dum proprium quomodo aliquid potest conuerti in preexi=
stens.⁊ dicit q̄ hoc potest dupliciter ītelligi.primo.q̄ potest
ꝯuerti in illud quod aliquando fuit: sed nunc non manet.pu
ta.vt lapis possit conuerti in ignem q̄ aliquando fuit:⁊ po=
stea annihilatus est:⁊ hoc modo si lapis debeat conuerti in
lignum preexistens:prius tamen annihilatum:oportet q̄ in
eodem instanti quo lapis desinit esse creetur idem lignū q̄d
succedat lapidi desinenti esse. Et tunc in hoc est hec sola dif
ficultas:an scilicet idem annihilatum possit redire per diui=
nam potentiam? Et hec difficultas habet prolixe videri in
quarto dist.43.Secundo modo potest intelligi conuerti in
preexistens quod scilicet preexistens prefuit : et nunc in eo=
dē esse manet.Et hoc adhuc potest dupliciter ītelligi.Uno
modo.q̄ manens simpliciter in esse prehabito : tamē aliqua
nouitate superaddita illi esse sit terminus noue conuersiōis
puta q̄ ibi sit noua presentia illius termini alicui. cui prius
non fuit presens.puta q̄ panis conuertatur in corpus chri=
sti actu preexistens:sic q̄ corpus christi succedens pani an=
nihilato non acquirat nouum esse substantiale: cum pri⁹ ha
beat illud:sed tñ nouam presentiam:puta q̄ pane desinen
te fiat presens quantitati panis:cui quantitati panis prius
fuit presens:vl' si quantitas panis separata conuertatur in
corpus christi : ipsi quantitati desinenti esse corpus christi:
fuit p̄ñs loco in q̄ pri⁹ erat quātitas illa.puta q̄ fiat p̄ñs ae
ri continenti illam quantitatem. Et sic corpus christi dice=
retur terminus talis conuersionis per nouam talem presen
tiam.Et hic modus conuersionis est possibilis:quia corpus
christi prius habens esse potest acquirere nouam presentiā
quam prius non habuit:vt diffuse pertractatur a doc.in q̄r=
to.dist.10.q.1.⁊.di.11. Alio modo q̄ posset conuerti in pre=
existens:ita q̄ tale preexistens quod ponitur terminus con=
uersionis:fiat terminus:quia ponit̄ terminus talis cōuersio
nis nulla facta nouitate in illo . Et quo ad hoc videtur diffi
cile sustinere q̄ aliquid possit conuerti in sic preexistens.De
primo ergo intellectu principalis diuisionis : et similiter de
secundo intellectu subdiuisionis Doc . aliter nō curat.quia
prius intellectus:vt dixi:nullam difficultatem importat nisi
an idem annihilatum possit redire.Et similiter secundus in
tellectus subdiuisionis nullam aliam difficultatem impor=
tat nisi an idem preexistēs nulla nouitate facta in illo possit
esse terminus talis conuersionis.Et de hoc habet magis vi
deri in quarto.dist.10.vbi etiam doct. videtur tenere q̄ de⁹
possit facere corpus christi esse vbi panis prefuit sine noua
presentia:accipiendo presentiam pro aliquo addito corpori
christi.siue illud additum sit entitas realis:siue respectiua.
Sed de alio intellectu subdiuisionis.videlicet q̄ tale preexi
stens sit terminus conuersionis per aliquid sibi additum pu
ta per nouam presentiam sibi additam. de hoc Doc.princi=
paliter intendit in hoc articulo.Et possibilitas talis intelle=
ctus clarius patet a doc.in quarto dist.10.⁊.11. ¶Ibi.Con
tra ista argumenta.Hic doc.instat:primo probando q̄ cor=
pus christi non dicatur terminus conuersionis panis p no=
uam presentiam. Et ratio stat in hoc:quia conuersio panis
in corpus christi est vera transsubstantiatio:cum sit transitio
substantie ad substantiam . ergo terminus talis conuersio=
nis erit precise substantia corporis christi. Et similiter ratio
formalis terminandi illam conersionem erit substantia cor
poris christi.ergo illa presentia noua non est ratio terminā=
di talem conuersionem:quod tamen habet ponere:quia cor
pus christi non ponitur terminus talis conuersionis:nisi se
cundum nouam presentiam.Sed tunc aliquid dicitur esse p
se terminus ad quem conuersionis secundum illud secundū
quod succedit termino a quo.Cuz ergo corpus christi per te
secundum nouam presentiam succedat pani vt termino a q̊
ergo corpus christi secundum illam presentiam erit termi=
nus ad quem talis conuersionis. ¶Respondet doct. pre=
mittendo vnum : scilicet q̄ loquendo de successione proprie
dicta:corpus preexistens scd̄m suum esse substantiale nō di
citur proprie:nec vere succedere alteri.nam sic posset dici q̄
sol succedit vermi desinenti esse:quia sol scd̄m esse suum est
quando vermis desinit esse quod esse idem prius habet.De
ratione ergo successionis ꝓprie dicte est q̄ terminus ad quē
qui succedit termino a quo capiat eē de nouo. Et sic:si in eo
dem instanti quo lapis desineret eē crearet̄ lignum :tunc li=
gnū proprie succederet lapidi desinenti esse:⁊ proprie lapis
diceretur ꝯuerti in lignum tale. Et cōuersio talis diceretur
ꝓductiua ꝑ quanto.s.termin⁹ ad quem talis conuersionis
de nouo capit esse ꝑ ꝓductionem.⁊ loquendo de hac cōuer
sione ꝓductiua in qua terminus ad quē dicitur proprie suc
cedere termino a quo:hec ꝓpositio esset vera: scz scd̄m hoc
aliquid est per se termin⁹ ad quē:scd̄m quod succedit termi=
no a quo:⁊ q2 lignum scd̄m eē substantie sue succedit ꝓprie
lapidi desinenti eē:cum capiat illud eē de nouo.Unde sequi
tur q̄ lignum s̄m tale eē erit terminus ad quem illius ꝯuer=
sionis.Si vero terminus ad quem cōuersionis non capit eē
suū in illo instanti quo termin⁹ a quo: neq; enim talis cōuer
sio dicitur productiua termini ad quem : sed tantum dicitur
conuersiua termini a quo ad terminum ad quē. Et sic quan
do panis dicit̄ conuerti in corpus christi preexistens . scd̄m
suum eē substantiale.ita q̄ corpus christi scd̄m tale eē dicat̄
terminus illius conuersionis.tunc talis conuersio non est
ꝓductiua termini ad quem conuersionis:sed est tm̄ conuer
siua termini a quo in terminum ad quem. ⁊ talis cōuersio
conuersiua d̄r transsubstantiatio: ita q̄ transsubstantiatio
est duplex. Quedam que est tm̄ conuersio productiua ter=
mini ad quem.est sic lapis dicitur transsubstātiari in lignū
quando in eodem instanti quo lapis desinit esse:lignum de
nouo generat̄ vt vere succedens lapidi desinenti esse. Alia
est tantum conuersiua:qualis est in proposito conuersio pa
nis in corpus christi preexistens:ita q̄ corpus christi scd̄m
suum esse intelligitur terminus ad quem talis conuersionis
Loquendo de hac conuersione non productiua in qua ter=
minus ad quem:non d̄r proprie succedere termino a quo:
falsa est ista ꝓpositio.scilicet s̄m hoc.aliquid est per se ter=
minus ad quem scd̄m q̄d succedit termino a quo.quia in ꝓ
posito corpus christi s̄m esse prius et nunc manens : et per
consequens alteri proprie non succedens diceretur termi=
nus ad quem transsubstantiationis panis.cum ergo corp⁹
christi scd̄m esse suum sit terminus transsubstantiatiōis pa
nis:⁊ nullo modo succedens termino a quo. patet falsitas
ꝓpositionis:scilicet q̄ corpus christi scd̄m illud esse scd̄um
q̄ est terminus ad quem transsubstantiationis panis q̄ et
scd̄m illud idem esse succedat termino a quo : q2 scd̄m tale
esse nullo modo succedit. Et hoc est q̄d intendit Doc.⁊ ad=
dit q̄ ista propositio posset concedi.scilicet q̄ secundū illud
est nouitas in termino ad quem scd̄m quod succedit termi=
no a q̊:accipiendo proprie succedere. Et hoc mō hec esset
concedenda:corpus christi scd̄m presentiaz nouā est termi
nus conuersionis scd̄m quam vere succedit termino a quo:
q2 talis presentia noua que ponitur terminus ad quem ac=
quiritur de nouo in corpore christi. Et sic patet responsio
ad deductionem. ¶Secūdo principaliter arguit doc.spāli
ter de quantitate probando q̄ quantitas separata nullo
modo possit conuerti in corpus christi preexistens:sic q̄ ac
quirat nouam presentiam scd̄m q̄ fiat presens illi loco vbi
quantitas separata pri⁹ fuit presens.puta superficiei aeris
prius immediate ꝯtinenti eam.Et arguit tripliciter.primo
sic.ibi est genitum vbi prius fuit corruptum:q2 ratio locan
di que est quantitas manet eadem in vtroq;.scz tam in cor
rupto q̄z in genito.Uerbi gratia:si ignis generat̄ ex ligno:

ita ꝙ lignum contineatur in tali superficie aeris localiter: ⁊ quantitas ligni est ratio formalis ꝙ lignum sit in tali loco. Quando ergo dicitur ꝙ ignis genitus ex ligno est in eodem loco vbi prius fuit lignum corruptuȝ: hoc non videtur verum nisi eadē quantitas que fuit in ligno corrupto maneat eadem in igne genito: quia talis quātitas fuit ratio ligno essendi in tali loco. Si ergo quantitas panis conuertatur in corpus christi que fuit ratio essendi in tali loco. puta in tali superficie aeris. sequitur ꝙ corpus christi non erit presens in illo loco in quo prius fuit talis quantitas: cum illa in tali conuersione non maneat. ¶ Respondet doc. ꝙ illa ratio scilȝ. ꝙ genitū est vbi fuit corruptū: si tenet tm̄ tenet de loco circūscriptiuo: sicut exēplificaui de igne genito ex igne: sȝ in ꝓposito non ponitur corpus christi esse presens circūscriptiue loco in quo fuit quantitas. Sicut etiam nunc ponitur p̄sens quantitati panis. Et tamen non localiter sine circunscriptione: vt prolixe patet a Doc. ī quarto di. 10. Dico etiam ꝙ ista propositio. scilicet ꝙ genitum est vbi prius fuit corruptum non dicitur vera: ex hoc ꝙ maneat eadem quātitas in genito que fuit in corrupto: quia ista q̄titas corrupti nullo modo manet in genito: vt magis patebit in quarto. ī materia de eucharistia. ¶ Ultimo arguit ꝓbādo: ꝙ talis quātitas non possit conuerti in corpus christi: quia si per cōuersionem quantitatis in aliud: illud aliud fieret hic presens: sequeretur ꝙ illud tale esset presens tali modo essendi: quali modo conuersum habuit hic esse presens: sed conuersum vt hec quantitas fuit localiter circunscriptiue: quia in vltima superficie aeris immediate continentis illam. igitur corpus christi quod ponitur terminus ad quem talis cōuersionis erit in illa superficie aeris localiter. ¶ Ex quo videnᷣ sequi duo impossibilia. ¶ Primum: ꝙ idem sit simul in duobus locis localiter. patet. quia corpus christi est ī celo localiter: ⁊ vt manens ibi erit etiam hic localiter vbi prius fuit quantitas panis. Et ꝙ idem sit simul in duobus locis localiter: vidētur sequi multa impossibilia: tum quia idem simul moueretur / ⁊ quiesceret: quia in vno loco posset moueri ⁊ in alio quiescere. Tum quia idem simul posset calefieri ⁊ frigefieri. si in vno loco esset ignis et in alio aqua. tum quia idem simul esset continuum ⁊ non continuum: si in vno loco haberet diuidens partem a toto ⁊ in alio non. Tum quia idem simul erit mortuum ⁊ viuens: si in vno loco habeat corruptiuum inferens mortem: ⁊ in alio loco non haberet: sed habeat ibi necessaria ⁊ sufficientia ad salutem. ¶ Secundū impossibile principale sequens est: ꝙ tunc duo corpora possent esse simul in eodem loco. patet. quia si quantitas conuertaᷣ in duo corpora: qua ratione esset hic localiter vnum ⁊ aliud. Et sic duo corpora in eodē loco. similiter si talis quantitas conuertatur in corpus maius: tunc illud maius si sit hic localiter: tunc pars erit cum parte: ⁊ sic duo corpora in eodeȝ loco quod est contra philosophum quarto phy. tex. cō. 76. ¶ Respondet doc. ad hoc argumentū. primo negando hāc propositionem scilicet ꝙ corpus christi eodem modo sit ī loco: sicut fuit quantitas panis preexistens. Et patet instantia de facto: quia nunc corpus christi est vbi fuit substantia panis que est conuersa in illud: et tamen non eodem modo continetur sub eadem quantitate panis: sicut substantia panis ibi continebatur. patet: q2 substantia panis fuit suo modo localiter sub quantitate panis: ita ꝙ vna pars sub vna parte quātitatis: et tota substantia sub tota quātitate. Sȝ corpus christi fit sub sua quantitate sic ꝙ vna pars corporis non precise correspondet vni parti illius quantitatis: sȝ precise est sub tota quantitate: ⁊ sic totum continetur sub illa quantitate et totum sub qualibet parte. Et de hoc magis prolixe patebit in quarto dist. 10. ¶ Concesso tamen ꝙ corpus christi sit etiam localiter vbi panis conuersus prefuit: negantur illa impossibilia que inferuntur esse impossibilia Et ꝙ non sint impossibilia: patet ex duabus propositionibꝰ quas premittit: quarum prima est: forme priores illo vbi nō variantur propter variationem ipsius vbi: quia ad variationem posterioris non sequitur variatio prioris. Cū ergo vbi formaliter acceptum quod nihil aliud est nisi circunscriptio passiua fundata in corpore locato. ⁊ terminata ad vltimam superficiem continentis est simpliciter posterius substantia quantitate: ⁊ qualitate: ⁊ breuiter omni absoluto existente in corpore contento ⁊ per consequens non videtur implicatio contradictionis idem corpus simul habere duo et tria. immo etiam infinita vbi per diuinam potentiam. ¶ Secūda propositio est ista corpus quamcunqȝ passionem ad formam substantie vel quantitatis: vel qualitatis reciperet a duobus agentibus sibi in eodem vbi approximatis illā precise ⁊ non aliam reciperet ab eisdem sibi in diuersis locis: sue in diuersis vbi approximatis. Exemplum. si circa hoc lignum approximentur ignis et aqua qualem transmutationem facerent circa istum lignum eandem ⁊ non aliam facerent circa idem lignū si habet duo vbi: ⁊ in vno approximetur sibi ignis ⁊ in alio aqua. Et illud probatur ex prima propositione precedente: quia in diuersis vbi nō variaᷣ forma absoluta que est simpliciter prior illo vbi. Et tunc dico: ꝙ si ignis ⁊ aqua essent sibi approximata in eodeȝ vbi: aut ignis totaliter vinceret virtutem aque: ⁊ tunc illud corpus tm̄ calefieret: aut non totaliter vinceret: sed esset equalis in virtute. Et tunc aut nullum effectum inducerent: aut si aliquem inducerent tm̄ inducerent effectum medium in quo passum nec perfecte assimilaretur igni: nec perfecte aque. eodē modo dico: si idem corpus esset in diuersis vbi. Et in vno hr̄et ignē approximatum ⁊ in alio aquam: et hoc clarius patet a doc. in. 4. di. 10. q. 2. Dico tm̄ ꝙ in vno loco alteraretᷣ. puta si calefieret ab igne et in alio loco non alteraretur ab igne: si ignis non esset sibi p̄ns accipiendo alterari pro respectu consequente illum vbi: quia vt ibi alteraretur: ⁊ vt in alio vbi: vt ibi non alteraretur. licet esset eadem caliditas in eodem corpore in vtroqȝ vbi existente. ¶ Ad aliud impossibile de moueri ⁊ quiescere concedit doc. ꝙ simul moueretur ⁊ quiesceret quia respectu vnius vbi moueretur: ⁊ respectu alterius quiesceret: quia moueri ⁊ quiescere consequuntur illum vbi Et si vltra inferatur ꝙ tūc simul quiesceret ⁊ nō quiesceret ⁊ simul moueretur ⁊ non moueretᷣ. Rn̄det doct. alibi. s. in. 2. di. 2. q. 7. ⁊ in. 4. di. 10. q. 2. ꝙ ibi est ignorātia Elenci ⁊ fallacia s̄m quid ad simpliciter. nam licȝ sequatur quiescit in illo vbi. ergo quiescit absolute. non tamen infertur absolute non moueri: sed tm̄ cum illa determinatione cum qua accipiebatur quiescere: prout antecedebat ad quiescere simpl'r. Et ideo nō sequitur: nisi ꝙ hoc mouetur in hoc vbi: ⁊ nō mouetur in illo vbi: que non sunt contradictoria: quia non sunt respectu eiusdem: essent tamen cōtradictoria si simul moueretur ⁊ nō moueretur in eodē vbi. ¶ Ad aliud impossibile de ꝯtinuitate soluiᷣ per idē quod dictū est de frigefieri ⁊ calefieri: q2 si agēs soluēs cōtinuitatē vinceret virtutē ꝯseruātis ꝯtinuitatē: absolute ꝯtinuitas esset diuisa vtrobiqȝ: non tm̄ vt ab aliquo vtrobiqȝ vbi: q2 vt in vno vbi fuisset facta talis diuisio. ⁊ non vt in alio: licet illa diuisio esset in eodem corpore exn̄te in vtroqȝ: sicut etiā patet de corpore xp̄i: vt in pixide: ⁊ vt in cruce: q2 idem vulnꝰ qđ habuit in cruce: habuit etiā vt in pixide: non tm̄ vt in pixide vulnerabaᷣ: sȝ vt in cruce: q2 talis vulneratio fit per motū localē qui consequiᷣ ip̄m vbi. ¶ Ad quartū īpossibile ē facillima r̄nsio: q2 forma substantialis si virtute alicuius agentis in vno loco separareᷣ a materia simpl'r in alio loco non esset vnita eidē materie: sicut diceretur de corpore xp̄i qn̄ fuit mortuū in cruce nō fuit viuū in eucharistia. ¶ Ad scđȝ principale īpossibile de duobus corporibus in eodem loco: hoc patet non eē impossibile: cum vnitas loci non sit formaliter vnitas corporis quasi ꝙ si sit vnum corpus numero tm̄ sit vnus locus adequate sibi correspondens. nam corpus habet propriā vnitatē. s. intrinsece: cui accidētaliter aduenit esse in vno loco. Et per cōsequens non sequitur: si aliquod corpus est simul in eodem loco. ergo est idem corpus cum alio corpore. q2 ad vnitateȝ loci continentis nō sequitur necessario vnitas corporis contenti. Et accipitur hic locus nō ꝓ respectu locantis ad corpus locatum: quia quot sunt corpora locata tot sunt respectus fundati in sup̄ficie cōtinente: sed accipitur hic locus ꝓ vltima sup̄ficie cōtinentis: q2 in eadē sup̄ficie possunt simul cōtineri plura corp̄a: ⁊ hoc ꝓpter penetrationem dimensionū illoꝝ corpoꝝ. Et hoc magis patebit in. 4. di. 44. q. 6. q̄ est vltima in ordine. Et ad ph̄m dicit ꝙ ꝓbatio sua ad hoc ꝓcedit ꝙ virtute ꝓpria vl' nature create ꝓp' sui limitationē nō potest idē corpus esse in diuersis locis adequatis: nec plura corpora in eodē loco adquato: sed de virtute diuina illimitata non cōcludit. ¶ Tertius intellectus principalis. Hic doc. intendit ꝓbare q̄uo aliq̄d manens in eodeȝ esse qđ iam prius habuit nulla oīno nouitate facta circa ip̄ȝ pōt esse terminus noue conuersionis. Et hoc declarat esse possibile: nā qn̄ deus cōseruat creaturā terminus illius ꝯseruationis nō est aliquid nouū: sed idem ⁊ s̄m idē esse manēs: qđ p̄us habuit. patet: q2 res đr conseruari ꝓ quāto poniᷣ eadeȝ res inesse que prius posita fuit: puta in p̄mo instanti quo capit esse đr creari: ⁊ vt poniᷣ eadē res iesse in tp̄e imediate sequēti illđ istās đr ꝯseruari: vt supra patuit i. 2. di. 2. q. 1. ⁊ infra pȝ. q. 12. Cū ergo eadē res pōt iesse ī tp̄e imediate seq̄nti est terminꝰ ꝯseruationis. ⁊ tm̄ qn̄ poniᷣ in tali eē nihil noui nec re: nec rōne poniᷣ in ip̄a. ꝙ nō re / patet: q2 est p̄cise eadē res que prius. ꝙ non rōne / patet. q2 dum ponitur in tali esse

non causatur aliquid reale in illa. Si dicatur ꝙ res vt ꝯser
uatur est distincta rõne a seipsa vt dr̃ creari: vt pꝫ a doc. infra
q.12. ¶ Dico ꝙ dr̃ distingui rõne non actu: sed tm̃ potentia
pro quanto intellectus potest eandem rem vt accipientem
esse in tẽpore imediate sequenti primum instans: compara-
re ad seipsam vt accipientẽ esse in illo primo instanti. ⁊ ex ta
li ꝯparatione causant̃ isti respectus rõnis qui dicũtur crea-
ri ⁊ ꝯseruari. Ad propositum ergo: si eadem res potest esse
terminus huius actionis que dr̃ cõseruatio nulla facta mu
tatione circa ipsum. ergo similiter in ꝓposito põt aliquid eẽ
terminus alicuius ꝯuersionis nulla mutatione facta in tali
termino. Et patet ista cõsequentia: qꝛ sicut deus volens. a.
hr̃e esse quasi post idem esse ꝯseruat illud: sic volens. a. hr̃e
esse post esse alterius: ⁊ sit. b. tunc ꝯuertit. b. in. a. ⁊ sic. a. non
dr̃ proprie succedere. b. desinenti esse: qꝛ. a. non capit esse de
nouo: nec aliquid noui fit in. a. per talẽ ꝯuersionem. tamẽ ali
quo mõ potest dici. a. succedere. b. pro quanto. s. in eodẽ in-
stanti quo. b. desinit esse: in tali loco fit. a. nihil noui acquirẽ-
do. ¶ Si arguitur quõ potest illud esse terminus ꝯuersiõis
positiue si per eam nullum accipiat esse: cum etiam in diui-
nis illud quod est terminus actionis accipiat esse per illam
actionem? Dicitur ꝙ nõ oportet omnẽ terminũ actionis po
sitiue habere esse acceptum per illam actionem nisi simpl'r.
Sicut etiam filius dei per generationem eternã accipit esse
simpliciter: quod in primo instanti originis prius nõ habuit
vel in ordine ad aliquid aliud: ⁊ sic terminus ꝯuersionis põt
dici accipere esse nõ in se: cũ tale esse precesserit: sed in ordi-
ne ad conuersum inq̃ztum deus vult hoc esse post illud. Et
hoc modo corpus xp̃i põt dici accipere esse pro quãto deus
vult ipsum esse post annihilationem panis. ¶ Aliter dicere
tur ꝙ actio positiua: vel est productiua termini simpliciter:
vl' equalenter. Et sic ista cõuersio põt dici productiua equi
ualenter: quia q̃ztum est ex parte sua: ipsa sufficeret ad hoc
quod terminus acciperet esse per eã: ⁊ si terminus ad quem
conuersionis non accipit esse per eã hoc est: qꝛ talis termin⁹
prehabet illud esse. ¶ Contra istam declarationem arguit̃:
quia fm̃ hoc posset dici deuꝫ ꝯuertere quicquid annihilat in
solem: qꝛ vult solem manere in suo esse post esse illius anni-
hilati: sic hoc p̃existens manet post esse illius ꝯuersi. ¶ Al'r
ergo põt declarari possibilitas illius intellectus. ex hoc sic:
quod potest esse terminus ad quẽ conuersionis concomitan
te illũ terminũ aliquo posteriore qđ non includit ꝑ se in tali
termino: illo posteriori circũscripto põt eẽ terminus ad quẽ
eiusdem conuersionis: vt patet: qꝛ vt prius est terminus cõ
uersionis: ⁊ a priori vt prius potest circunscribi posterius si
posteri⁹ ꝑ se nõ includit̃ in illo priori. Sed in ꝓposito substã
tia corporis xp̃i est ꝑ se termin⁹ trãsubstantiatiõis: vt supra
patuit: lꝫ concomitet̃ presentia illa qua de nouo est presens
speciei panis: ergo sine tali p̃sentia: ⁊ quacũq; nouitate ali-
cui⁹ posterioris illo eẽ corporis: posset corp⁹ eẽ terminus ta
lis ꝯuersiõis. Et si querat̃: an tũc corp⁹ xp̃i eẽt presens spẽi
panis? Dico ꝙ sic loquẽdo de presentia fundamẽtali: nõ aũt
formali: qđ sic intelligo. si corpus xp̃i qđ est in celo illud idẽ
realiter esset ꝯtentum sub quantitate panis: ⁊ perfecte p̃ns
tali q̃ztitati: nõ tñ diceretur presens presentialitate formali
que est quedã relatio realis fundata in tali corpore: ⁊ termi
nata ad quantitatẽ: quia deus posset facere corpus illud eẽ
presens tali quãtitati sine tali respectu presentialitatis. cũ
talis respectus poneretur extrinsecus adueniens: sicut etiã
potest facere corpus reale contineri sub aliqua quantitate
sine respectu ꝯmensurationis passiue tali quantitati. vt cla
re patet a doc. in. 4. di. 10. vide ibi multa singularia.

De tertio principali. videlicet an illa conuersio

Terti⁹ articulus principalis.

qua. s. panis ꝯuertitur in corpus xp̃i sit necessario annihila-
tio? Et dicit ꝙ cõiter tenet̃ ꝙ in ꝯuersiõe totali nõ est anni-
hilatio termini a quo. ⁊ sic talis qui totaliter ꝯuertit̃ in cor-
pus xp̃i accipiendo totũ syncategorematice: vt supra expo
sitũ est: nõ dr̃ annihilari. Et hoc expresse tenet hic et in. 4.
di. 11. Sed de mõ istius annihilationis tres recitant̃ opinio
nes: que lꝫ ꝯueniant in ꝯclusione: tamen in mõ ꝓbandi diffe
rũt adinuicẽ. quas opi. quo ad modũ ꝓbandi. Doct. impro-
bat. ¶ Prima opi. est Henr. quol. 9. q. 9. quol. 12. q. 4. qui

Opi. Hen.

dicit ꝙ post cõuersionẽ panis nõ est nihil: qꝛ si eẽt nihil opor
teret dicere ꝙ eẽt annihilatus: qđ cõiter non cõcedit̃. Si er-
go post conuersionẽ panis nõ est nihil. Sequitur ꝙ est aliq̃d
sed non est illud qđ prefuit. supple nõ est panis post cõuer-
sionem: cũ panis sit ꝯuersus: nec est aliq̃d extra terminũ ad
quẽ. i. non est aliq̃d in qđ cõuertit̃. ergo post conuersionem
est illud in qđ conuertit̃. patet: qꝛ ex quo panis post cõuersio
nem est vere aliquid. ⁊ non est illud quod prefuit: qꝛ non est
panis: nec est aliquid aliud a termino ad quẽ cõuersionis. er
go erit terminus ipsius cõuersionis vt sit verũ dicere: quod
prefuit panis est corpus christi. i. illud aliquid qđ prefuit pa
nis post cõuersionem est corpus xp̃i: aut si ista negaret̃. s. ꝙ
illud aliquid quod prefuit panis sit corpus xp̃i: tunc necessa
rio est dare aliquid qđ est corpus xp̃i: sit eius quod fuit pa-
nis. Vult dicere ꝙ ex quo panis post conuersionem est vere
aliquid: ⁊ non conceditur ꝙ illud aliquid sit corpus xp̃i: saltẽ
oportet cõcedere ecõtra. s. ꝙ aliquitas corporis xp̃i sit eius
quod prefuit panis i. ꝙ sit illud aliquid quod prius fuit pa-
nis. Et hoc patet: quia si post conuersionem panis est vere
aliq̃uid: ⁊ illud tale non est panis: nec est corpus xp̃i in qđ
panis est conuersus. ergo aliquitas corporis xp̃i erit illius
qđ prius fuit panis: q̃ꝫ ꝙ corpus xp̃i post conuersionem pa-
nis habuit istud aliquid quod prefuit panis: siue aliquã aliq̃
tatem post cõuersionem panis quã prius nõ habuit. ¶ Ibi
cõtra hoc. doc. ꝓbat ꝙ corpus xp̃i post ꝯuersionẽ panis nõ
habet aliquam aliquitatẽ nouam quã supple prius non ha-
buerit. Et arguit sic. illđ qđ nullo mõ al'r se habet in se post
conuersionẽ q̃ꝫ prius se habuit ante conuersionẽ. nec in se ali
quid aliter hꝫ: non hꝫ aliquã aliquitatẽ quã prius non habu
it. ista propositio est nota: sed corpus xp̃i post cõuersionem
panis nullo modo aliter se hꝫ in se: pꝫ qꝛ est illud idẽ corpus
post conuersionẽ: quod fuit ante conuersionẽ: nec etiã habet
in se aliquid aliter post cõuersionem panis quod prius non
habuerit ante conuersionẽ: sed ante conuersionẽ panis non
habuit in se aliquitateꝫ panis. patet. quia nihil panis fuit
in corpore xp̃i: nec similiter ante cõuersionẽ aliquitas corpo
ris xp̃i erat aliquitas panis: qꝛ nõ erat aliquid ipsius panis
ergo nec post cõuersionem: aliquitas corporis xp̃i erit aliq̃
tas eius qđ prefuit panis: siue nõ erit illud aliud qđ prefuit
panis. Et hoc manifeste patet: qꝛ ex quo panis totaliter cõ
uertit̃: nihil panis oĩno remanet. ¶ Scđo arguit ad idẽ: qꝛ
esse termini ad quem conuersionis totalis requirit non esse
termini a quo. patet. si termini sint oppositi: sicut est in pro-
posito: quia esse panis ⁊ eẽ corporis xp̃i sunt termini oppo-
siti: sicut etiã diceremus ꝙ lignũ cõuertit̃ in ignẽ: terminus
ad quẽ. s. ignis excludit terminum a quo. i. ꝙ post conuersio
nẽ ligni in ignẽ: ignis ⁊ lignũ non stant simul in eodẽ. ⁊ si ter
minus a quo: quo ad totũ suũ esse cõuertit̃ in terminum ad
quẽ: sicut est in ꝓposito de conuersione panis in corpus xp̃i
tũc terminus ad quẽ totaliter excludit terminuꝫ a quo: quo
ad totum suũ esse: ita ꝙ nihil ipsi⁹ termini a quo stat post cõ
uersionem cũ termino ad quem: cũ esse vnius oppositi exclu
dat eẽ alterius oppositi: ergo corpus xp̃i qđ ponit̃ termin⁹
ad quẽ totalis cõuersionis panis: nõ habet in se aliquã enti
tatẽ termini a quo. ergo post conuersionẽ panis nõ est verũ
dicere ꝙ sit aliquid ⁊c. ¶ Alius mod⁹ dicendi est Egidij de

Opi⁹. egi.

Ro. in suis theoro qui dicit ꝙ ideo panis in hac conuersiõe
totali non annihilat̃: qꝛ ⁊ si panis post cõuersionem nõ ma-
neat in se: nec aliq̃d ipsius panis: qꝛ tñ manet in potentia in
materia corporis xp̃i: cũ illa sit in potẽtia ad formã panis:
sicut etiam fuit in potentia ad corpus xp̃i anteq̃ꝫ informare
tur forma corp̃is xp̃i ⁊ ꝓpter talẽ potentialitatẽ panis post
cõuersionẽ nõ est annihilatus. ¶ Contra hunc modũ argu
it doc. deducẽdo ad hoc incõueniẽs: qꝛ tunc sequeret̃ ꝙ de⁹
nõ posset annihilare aliquod materiale. nisi simul annihila-
ret oĩa materialia: qꝛ quocũq; materiali annihilato: semꝑ
in materia eius manet potẽtia ad quodcũq; materiale. Sꝫ
hoc forte nõ esset inconueniẽs apud Egi. ¶ Preterea: vbi
totũ syncategorematice trãsit in totũ: ibi nõ manet materia
termini a quo: cũ illa transeat. Cũ ergo in trãsmutationib⁹
que requirunt materiã: quale sunt vbi totũ syncategorema
tice nõ trãsmutat̃ i totũ: sꝫ tm̃ categorematice in talib⁹ trãs
mutationib⁹ materia manẽs ẽ illa q̃ fuit icorrupta: sicut qñ
lignũ trãsmutat̃ in ignẽ: materia manens est materia ligni
corrupti q̃ est in potẽtia ad formaꝫ ignis. ⁊ iõ forma ignis q̃
educit̃ de potẽtia materie ligni non dr̃ creari: nec sil'r forma
ligni dr̃ annihilari. Vbi ergo totũ trãsit in totũ sic ꝙ nihil ip

Opi⁹ var.

sius maneat: seq̃t̃ ꝙ materia termini a quo nullo mõ mane-
at. ⁊c. ¶ Terti⁹ mod⁹ dicẽdi est Varro. in. 4. di. 11. q̃ dt̃ ꝙ si
cut sꝫ Ari. 5. phy. t. c. 7. Trãsmutatio naturalis aliq̃ ẽ a nõ
subiecto in subiectum: ⁊ illa est generatio. Et aliqua econ-
tra que. s. est a subiecto in nõ subiectum. ⁊ illa est corruptio.
⁊ accipitur hic subiectum pro composito quod est materia ⁊
forma. Et aliqua est a subiecto i subiectũ: vt alteratio: ⁊ ge
neraliter motus ꝓprie dictus: cũ motus sit actus entis seꝫ
cõpositi: vt patet. 3° phy. Sic in transmutatiõe supnaturali
aliqua est trãsmutatio que dr̃ versio a nõ subiecto in subie-
ctũ: vt creatio que est a nõ ente ad ens. Aliq̃ est cõuersio q̃
est ab ente in nõ ens q̃ est annihilatio. Et aliq̃ est a subiecto

in subiectum: siue ab ente in ens: vt conuersio totalis vnius entis positiui in aliud ens positiuū: qualis est in proposito: vbi totū panis conuertitur in corpus christi: quia ergo illa cōuersio est ab ente positiuo vt a termino a quo: in ens positiuum: vt in terminum ad quem. ideo non dicitur annihilatio. ¶ Ibi. Contra hoc. doc. improbat hunc modum dicendi. Et ratio stat in hoc: quia mutatio accipit proprie ex per se terminis mutationis qui sunt priuatio ꝛ habit⁹. Termini. n. per se generationis sunt non esse ꝛ esse: ita ꝙ terminus a quo est non esse: ꝛ terminus ad quem est ipsum esse. Et termini per se corruptionis sunt esse ꝛ non eē. nā terminus per se a quo est esse: ꝛ terminus per se ad quem est non esse: ꝛ ex talibus terminis dicitur per se generatio: vel corruptio. Et termini per se creationis sunt nō esse simpliciter ꝛ eē simplr qꝛ creatio p se est a nō esse simplr ad esse simplr ꝛ similiter annihilatio per se est ab esse simpliciter in non eē simpliciter. Si ergo terminus ad quem per se alicui⁹ conuersionis est vere nihil: talis conuersio erit per se annihilatio. Cum ergo terminus ad quem per se conuersionis panis sit nihil simpliciter: cum panis totaliter desinat esse: sequit ꝙ conuersio panis erit annihilatio. Et licet ad non esse panis sequatur esse corporis christi vt terminus ad quem talis conuersionis: erit tamen terminus ad quem per se: quia si esse non est panis: sed tm̄ concomitans: et tali termino ꝯcomitanti nō determinatur per se mutatio aliqua. ¶ Ibi. aliter potest dici. Hic doct. ponit modum ꝓprium satis singularē ꝛ subtilem: ꝛ dicit ꝙ ideo panis in hac conuersione totali non annihilatur proprie: quia terminus per se annihilationis est nihil simpliciter: siue est negatio simpliciter: extra omne genus: sicut etiam termin⁹ a quo creationis est nihil simpliciter: siue negatio extra omne gēnus que nulluz subiectum sibi determinat. In proposito ergo: cū panis totaliter conuertitur: siue transit ab esse in nō esse: negatio panis est tm̄ negatio i genere: quia talis negatio determinat sibi corpus christi: quod īmediate succedit: si. n. ad non esse panis nihil positiuum succederet vere annihilaretur: qꝛ negatio panis non determinat sibi aliquod subiectum. Quando ergo ad non esse alicuius aliud succedit: tale esse nō est nihil simpliciter: quia non est negatio extra omne gen⁹: sed negatio in genere. Et ideo illud tale non diceretur per se: siue proprie annihilari: quia terminus ad quem per se non est simpliciter nihil: quia non est negatio extra omne gen⁹. Et hoc est quod dicit in sententia. ¶ Ibi. Sed contra hoc arguitur. Hic intendit doc. probare ꝙ talis negatio in genere tantum accideret termino ad quem ꝯuersionis. Et ꝓpter hoc talis ꝯuersio non esset annihilatio tm̄ per accidēs ꝛ hoc probat. Nam termino ad quem destructionis accidit ꝙ sit terminus aliquis ad quem positiu⁹: siue accidit ipsi negationi que ponitur terminus ad quem: quod succedat aliquod positiuum: ergo qualis esset ista destructio. supple. ꝑ se si non esset terminus positiuus concomitans ipsam negationem que ponitur terminus per se ad quem. talis est modo ista destructio ꝙtum ad per se rationem destructionis: non ergo prohibetur esse annihilatio per hoc ꝙ termin⁹ positiuus concomitatē. ¶ Respondet doc. ꝙ negatio extra genus ꝛ negatio in genere loquēdo de negatione absoluta in genere: put scꝫ distinguitur a negatione que dꝛ priuatio nō distinguitur a negatione priuationis ꝺm ratione formalem negationis: quia tam negatio i genere ꝙ negatio extra genus: ꝛ negatio que est priuatio est formaliter negatio. Nō ergo iste negationes in formali ratiōe negationis distinguūtur adinuicem: sed precise distinguūtur ex hoc. ꝙ negatio extra genus dicitur illa que nullum subiectuz sibi determinat ꝛ negatio in genere absoluta dicitur illa que aliquod subiectum sibi determinat ꝛ hoc absolute: quia nō determinat sibi illud: vt aptum natuz ꝛc. negatio vero que est priuatio distinguitur per hoc quod determinat sibi subiectum tale. puta ꝙ sit aptum natum ꝛc. quia priuatio est negatio in subiecto apto nato. Sic ergo terminus a quo per se generatiōis non est negatio simpliciter: sed negatio in subiecto apto nato que est priuatio ꝛ per se terminus ad quem corruptionis non est negatio absolute: sed est negatio i subiecto apto nato que est priuatio: que ponitur terminus per se ad quē corruptionis. Sic dico in ꝓposito: ꝛ hec cōuersio est ꝙ termin⁹ ad quē ꝯuersionis per se non dicetur negatio absolute: sed negatio in genere. ergo talis ꝯuersio dꝛ per se habere talez terminum ad quem. Si. n. est conuersio totalis panis in corpus xpi: terminus ad quem per se illius ꝯuersionis erit negatio in genere. Et licet terminus ad quē positiuus qui succedit accidat negationi absolute sumpte: nō tm̄ dicitur proprie accidere negationi in genere: cum negatio in genere: determinat sibi necessario aliquod subiectum: sicut etiā subiectum aptum natum potest dici accidere negationi absolute sumpte: nō tamē dicitur proprie accidere negationi que est priuatio: cum priuatio sit per se negatio in subiecto apto nato.

Ad argumentum principale. Doct. arguit: probando ꝙ species in eucharistia non possit virtute diuina cōuerti in aliqd preexistens: ꝛ per consequens ꝙ nō possit conuerti in corpus xpi. Et arguit sic. quia omne quod conuertitur in aliud: habet aliquid cōe cum illo in quod conuertitur patet ista: quia si lignum conuertit in ignem: materia ligni est cōis tam forme ligni ꝙ forme ignis. Et dicitur cōis non cōitate predicationis: sed quia est receptiua vtriusꝗ forme non simul. sed successiue. Sed spēs in eucharistia qua sunt separate a subā panis non habent aliquod cōe cum aliquo preexistēte. ptꝫ. nec subāꝫ panis: nec materiā ꝙ est ꝑmū subiectū in quo transmutant adinuicē. Si ergo ille spēs nō habent aliqꝺ cōe: ꝛ totaliter ꝯuertunt in corpus xpi: sequitur ꝙ annihilent. Et sic talis ꝯuersio eēt annihilatio. ¶ Rn̄det doc. ꝙ aliqd eē cōe terminis pōt dupliciter intelligi: vel cōitate reali: sicut materia ꝙ est cōe substratū vtriꝗ termino in corruptione. s. forme corrūpende ꝛ forme generāde. hoc mō nō oportet in ꝯuersione totali syncategorematice aliqd eē cōe termīs mō tale cōe repugnat ꝯuersiōi totali. pꝫ qꝛ qn̄ totū syncategorematice trāsit in totū: nihil illius totius manet: ꝛ ꝑ ꝯn̄s nō manet materia receptiua vtriusꝗ termini. Alio mō pōt intelligi cōe cōitate rōnis: puta. ꝙ vterꝗ terminus ꝯtineat sub ente ꝛ hoc sufficit ad excludendū rōnez creatiōis ꝛ ānihilationis: qꝛ i illis alr termin⁹ cū ꝯtinet sub ente ꝛ hoc mō diceret ꝙ ille spēs ꝛ illꝺ ꝑexistēs iqꝺ ꝯuerterentur haberēt aliquod cōe: qꝛ illū ens. Si dicat: ꝙ terminus ad quē qui ponit corp⁹ xpi ꝑexistens: nō est ꝑ se terminus ad quem cōuersionis specierū: sed tm̄ ꝯcomitans. vt supra patuit. ꝛ sic talis ꝯuersio nō diceret ānihilatio nisi per accidēs: tm̄ ꝑ se eēt anihilatio: qꝛ termin⁹ ad quē per se ē nihil. Dico ꝙ ex hoc doc. dꝛ: talē ꝯuersionē nō eē annihilationē qꝛ ad talē ꝯuersionē ꝯcomitat corp⁹ xpi ꝑexistēs nō vt terminus per se ad quē sed vt aliquid requisitum ad per se terminū ad quē: qꝛ terminus per se ad quē talis ꝯuersionis est negatio in gn̄e: que adhoc vt sit negatio in gn̄e determinat sibi aliqꝺ subiectū. ꝛ hoc mō doc. intelligit. ¶ Ibi. Alr posset poni aliqꝺ cōe terminis nō eēntialr. puta ꝙ non ꝑdicet de illis in qd. sed possꝫ poni cōis habitudo ad idē agens: qꝛ potentie agētis eodē mō subiacet: vterꝗ termin⁹ ꝯuersiōis Uult dicere: ꝙ tā terminus a quo ꝯuersionis ꝙ termin⁹ ad quē loquēdo de termino ad quē positiuo subiacet potentie agentis ꝑmi: subiacet dico tā quo esse illoꝝ totale: ꝙ quo ad nō esse. Et iō in eodē instanti quo termin⁹ a quo totalis desinit esse in se virtute agētis ꝑmi: virtute eiusdē agēt aliqꝺ ens positiuū pōt succedere: siue sit ꝑexistēs. Sicut pꝫ de corpore xpi: qꝺ succedit desitioni panis: siue nō sit preexistēs: sed de nouo ꝓducat quo ad esse totale: in quo esse fundatur negatio ꝙ dꝛ negatio i genere. ꝛ ꝑ ꝯn̄s talis ꝯuersio nō erit annihilatio. Si vero terminus ad quē nō subiacet potentie agentis: sicut est nihil simpliciter: siue negatio extra gen⁹ ꝙ nullo modo est causabilis: tūc qꝺ ꝯuertitur in talē terminū ad quē vere ānihilat. Nota tm̄ ꝙ negatio in gn̄e non dicitur formaliter subiacere potentie agentis: sed ex hoc dicit subiacere pro quāto subiectū qꝺ sibi determinat subiacet potētie agentis: qꝛ ergo tale subiectum virtute agētis pōt succedere termino a quo ꝯuersionis: iō negatio ingenere ꝙ ponitur per se ad terminū ad quē talis conuersionis dicit subiacere potentie agentis. Et hoc est qꝺ dicit. ¶ Scōo principaliter arguit ad oppositū probādo. s. ꝙ deus possit illas spēs cōuertere in aliqd preexistens: ꝛ arguit sic. Natura creata pōt illas spēs ꝯuertere in aliquid ꝑexistens. ergo ꝛ de⁹. Consequentia patet: qꝛ potētia diuina vr magis posse sup istas species vt ꝯuertendas in preexistens ꝙ potētia nature i nō preexistens: qꝛ potentia excedit potētiam in infinitū: preexistentia termini ꝛ non preexistentia nō variant rōnem termini in infinitum. Antecedens patet quia ille species ꝯuertūtur per actū nutritionis in subām nutriti. ita ꝙ ex eis virtute nature generat caro nō ꝑexistēs: qꝛ si generat caro ꝑexistēs magis hret ꝓpositū. Cōsimilr ex eis ꝟtute ignis possit gn̄ari ignis: vt pꝫ ad sensū ꝛ virtute celi posset ex eis gn̄ari aliqꝺ aial ꝑ putrefactionē. puta vermis. ¶ Rn̄det doct. ꝙ per argumentū ꝓbat ꝙ natura pōt ꝯuertere aliquid in aliud ꝯuersione totali: ꝛ ita non requirit natura subiectū cōe: qꝺ est manifeste inconueniens in oī transmutatiōe naturali ꝺm phm. Dicit ergo doc. ꝙ agēs naturale tm̄ pōt trāsmuta

Ad argumētum pricipale.

Esse comuni ne trminis dupliciter.

clare exponit scotum

re illa que habent subiectũ cõmune: vnde si generat aliquã
substãtiã corrumpendo aliam: vt quando ignis corrumpit
lignum: ⁊ generat ignem: si ignis non haberet materiam li-
gni pro subiecto cõmuni forme ignis: ⁊ forme ligni nũq̃ pos
set ex ligno generare ignẽ: nec per consequens posset conuer
tere lignum in ignem. In aliqua transmutatiõe substantia
li: semper agens naturale supponit materiam cõem tã for-
me substantiali corrumpẽde q̃ forme substantiali generã-
de. ita ꝙ nunq̃ posset corrumpere formã ligni nisi in eodem
instanti in quo expellitur forma ligni iduceret formã ignis
incompossibilem forme ligni: quia vtraq̃ forma est nata tñ
recipi in materia. In transmutatione vero accidentali vbi
agens naturale corrumpit illud accidens inducẽdo aliud:
sufficit ꝙ habeat aliqđ subiectum cõe. puta. quantitatem.
Et sic quando agens naturale corrumpit: puta saporem in
eucharistia fundatum in quãtitate separata: sufficit ꝙ ha
beat illam quãtitatem pro subiecto: nõ posset ergo agens
naturale transmutare aliqđ accidẽs in substantiã: q̃a quan
do transmutat aliq̃d in substãtiã p̃supponit materiã illius
transmutabilis: vt subiectũ receptiuũ forme substantialis:
sed nõ est sic in transmutatione accidentali: quia qualitati
sufficit habere quantitatẽ ꝓ subiecto. Dicit ergo doc. ꝙ in
illo nũc: siue instanti in quo ꝑ agentis naturalis actionem
eucharistia habet non esse: cũ natura nihil corrũpat nisi ali
q̃d incõpossibile ꝓducẽdo: ꝓduceret virtute nature qđdã
cõpsitũ per accidens. s. aliqđ quãtũ quale qualitate icõpos
sibili eucharistie q̃ corrũpit: ⁊ istius cõpositi subiectũ p̃fuit
supple illa quantitas que recipit qualitatẽ incõpossibilem
qualitati ꝑtinenti ad eucharistiã. ¶ Sed nũq̃d tunc ꝓdu-
citur aliqua substantia? Nunc querit doc. quando euchari
stia corrũpitur: an in eodẽ instanti quo corrũpitur generet
aliqua substãtia? Et dicit ꝙ si aliqua substãtia generat: hoc
non fit actione nature create: q̃a illa non habet passum: sup
ple materiam de qua producat substãtiã: q̃a in eucharistia
corrũpenda nulla est materia: sed hoc erit sola actione dei
qui disponit nusq̃ accidens esse sine subiecto: nisi in eucha-
ristia manente: ⁊ ideo in illo instanti quo eucharistia corrũ
pitur per agens naturale: deus in eodẽ instanti ꝓducit sub
stantiam cõpositã que nata est affici illis accidẽtibus cau-
satis per agens naturale: nec illa substantia noua acquirit
per actionem nature. imo actionẽ illã; sequitur ordine natu
re talis substãtia: nec tñ necessario: q̃a deus posset nõ ꝓdu
cere substãtiam illam: sed tñ sequitur ordine dispositionis
diuine: que disposuit nullũ accidens esse separatum a sub-
stantia nisi in sola eucharistia. ⁊ ideo si quantitas aliqua es
set separata ⁊ esset alba: ab agente naturali posset induci
nigredo incompossibilis albedini: ⁊ tñ ad corruptionem al-
De desitio- bedinis non sequitur generatio alicuius substantie. sed tñ
ne euchari- fieret quantũ nigrũ. ¶ Ibi. De ista autem desitione eucha
stie duplex- ristie duplex est opi. Una que videt esse Inn. de officio mis
opinio. se. parte. 3. vbi dicit ꝙ q̃uis species maneãt que possent af
ficere substãtiã panis ⁊ vini si essent ibi: si tñ tãta fiet altera
tio circa species ꝙ panis eis affectus non esset cõueniens
nutrimento. desinit eucharistia: ⁊ in eodẽ instanti actione
diuina fiet ibi noua substãtia q̃ nata est affici illa qualitate
hoc autẽ est substãtia panis: ⁊ tunc illa manet vlterius in
alteratione: vsq̃ ad instans generationis noue substantie:
ista opinio ⁊ illam generat natura corrumpendo illam substãtiã cõpo-
est fauora- sitã. s. panis. quã potentia diuina reduxit. ¶ Alia est opi.
bilior. ꝙ manet q̃diu manent qualitates que possent afficere sub
stãtiã conuersam. licet ipsa sic affecta non esset conueniens
nutrimentum: non ergo desinit esse eucharistia nisi quando
desineret ipsa substãtia panis: ⁊ s̃m hoc esset dicendũ ꝙ in
illo instanti corruptionis specierũ est ibi virtute diuina sub
stantia noua: sed nõ panis. quia illa nõ esset nata affici qua
litatibus incompossibilibus pani iam inductis: sed talis est
illa substantia noua qualem natura generaret de pane cor
rupto: si substantia panis ibi fuisset.

¶ Questio Undecima.

De articu- AN deus possit facere q̃ ma-
latio. q. nente corpore locabili ⁊ loco corpus nõ ha
beat vbi in loco: ⁊ sic corpus nõ sit locatũ
actu. In ista questione sunt quatuor arti-
culi principales. Primo. Si corpori in cõ-
muni repugnat non habere vbi posito loco in cõmuni. Se-
cundo si repugnat loco in cõmuni esse sine vbi: siue non cir-
cumscribere. ⁊ hoc posito corpore in cõmuni. Tertio si possi-
bile sit hoc corpore ⁊ hoc loco manentibus: sed hoc corpore
huic loco non presente: ꝙ hoc corpore non habeat hoc vbi.
Quarto si corpore hoc. ⁊ hoc loco manentibus: ⁊ hoc cor-
pore huic loco presente possibile esset hoc corpus non ha-
bere hoc vbi. ¶ De primo dicit Doct. ꝙ non includit con-
tradictionem corpus esse sine corpore aliquo continente: ⁊
per consequens sine vbi: imo ita est de primo celo ꝙ non ha
bet corpus continens: posito etiam ꝙ esset locus: non tamẽ
quicunq̃: sed aliquis capax huius corporis: nõ esset adhuc
contradictio: ꝙ hoc corpus non haberet vbi. Ratio primi
est: quia non est contradictio absolutum manere absq̃ re-
spectu ad illud qđ non est prius eo: vel saltẽ qđ: nec est pri
us: nec simul natura cum ipso. patet ista propositio in secũ-
do. di. 1. q. 5. vbi eam prolixe exposui: ideo enim res siue ab-
solutũ patris non potest manere sine respectu ⁊ dependen
tia ad deum: quia absolutum patris necessario dependet a
deo essentialiter vt a priori. Similiter pater inq̃tum pater
nõ potest manere sine filio: quia est simul natura cum filio.
Ubi ergo absolutum potest manere sine alio absoluto: seq̃
tur ꝙ tale absolutũ possit manere sine respectu ad illud ali-
ud absolutum. nunc autem locus non est prius natura cor
pore nec simul: immo videtur posterius. Et loquitur hic de
loco materiali. scilicet de vltima superficie cõtinentis: quia
loquendo de loco formali: scilicet de respectu locantis. talis
respectus est simul natura cum locato ⁊ locante. Et ꝙ dicit
ꝙ est quasi posterius natura: hoc patet: quia corpꝰ facit la
tera continentis distare; ⁊ per consequẽs talis superficies
est posterior corpore: vt patuit in secundo. di. 2. parte. 2. in
materia de loco angelorũ. ¶ Ibi. Ex hoc potest accipi ra
tio secundi. secundum declaratum erat: ꝙ etiam posito loco
capace huius corporis non esset adhuc contradictio. ꝙ hoc
corpus non haberet vbi: ⁊ patet ratio huius secundi: quia si
corpori absolute non repugnat posse esse sine superficie lo-
cãtis corporis: sequitur ꝙ nec huic corpori repugnat posse
esse sine ista superficie capace huius corporis: ⁊ per conse-
quens nõ repugnat sibi posse esse sine respectu ad eam.
¶ Ibi. Contra istud. Nunc doc. instat multipliciter contra
illam conclusionem probando ꝙ repugnet absolute corpori
esse sine loco. Primo arguit sic. Corpori competit per se eẽ
in loco: ita ꝙ corporeitas est per se ratio essendi in loco: sed
contradictio est rationem formalem esse: nisi illud sit cuius
est ratio formalis. Si enim rationale est ratio ꝙ homo sit:
si rationale est: necessario homo erit: sic in proposito: si cor-
poreitas est ratio formalis ꝙ. a. sit in loco: si corporeitas. a.
est necessario. a. erit in loco ¶ Secundo arguit: corpus lo
catum dependet a locante: ergo illa habitudo locati ad lo
cans est habitudo quedam dependentie: sed absolutum nõ
potest esse sine dependentia propria quam natum est habe
re. patet. quia si. a. dependet a. b. in esse ⁊ cõseruari erit im-
possibile. a. posse esse sine. b. ergo erit impossibile. a. posse eẽ
sine dependentia ad. b. patet per propositionem doc. in se-
cundo. di. 1. q. 5. Cuicunq̃ absoluto repugnat esse sine ter-
mino relationis ad ipsum: impossibile est tale absolutũ pos
se esse sine relatione ad ipsum terminum. ¶ Contra. Ter-
tio arguit contra illud qđ dicitur de p̃mo celo: quia illud cor
pus si moueatur non est dare quo motu mouetur nisi locali
sed moueri localiter req̃rit esse in loco q̃a moueri localiter
est aliter se habere in loco nunc q̃ prius: si detur ꝙ celum
quiescit quiete opposita motui quẽ natum est habere. ⁊ ita
quiescit localiter. ⁊ ita propositum. ¶ Respondet ad pri-
mum ꝙ dimensio est ratio fundamẽtalis essendi in loco: sed
rõ formalis essendi in loco ẽ respectꝰ locati ad locãtẽ. p̃mo
modo potest esse sine loco passiue. siue sine tali respectu lo-
cati ad locantem. secundo modo non: quia est impossibile ef
fectum formalem esse sine causa formali. Sicut album ab
solute potest esse sine similitudine ad aliud album: licet albe
do sit ratio proxima fundamentalis similitudinis: tamen al
bum formaliter simile non potest esse sine similitudine: quia
simile formaliter est effectꝰ formalis similitudinis. ¶ Ibi.
Contra si dimensio ⁊c̃. Adhuc instat probando ꝙ talis di-
mensio non potest esse sine respectu ad locum: quia si dimẽ
sio est propria ratio locationis passiue: ⁊ hoc fundamenta
lis: saltem ista erit per se secundo modo ⁊ si non primo mõ.
scilicet corpus locatur sicut color videtur: sed in propositio
ne per se secundo modo cum sit necessaria simpliciter subie
ctum non potest esse sine predicato. ¶ Respondet ꝙ dimẽ
sio est ratio fundamentalis respectu huius: qđ est esse loca
bile ⁊ respectu etiam huius qđ est locari propria ⁊ p̃xima
vtriusq̃: sed respectu primi est ratio necessaria respectu se
cundi non necessaria. Sicut rationale respectu risibilitatis
est ratio necessaria: sed respectu actus ridẽdi non ẽ necessa
ria. Ista ergo. corpus est locabile est per se secundo modo
⁊ necessaria: sed ista corpꝰ locatur nullo modo est per se. sẽ
accidentalis ⁊ contingens. ¶ Ad secundũ dicit ꝙ depen-

dentia que est locati ad locans non est simpliciter necessaria ex parte eius qđ dicitur dependere: sicut est dependētia causati ad causam: sed est dependētia aliqualis tanq̃ ad illud qđ natum est conseruare rem in sua dispositione naturali: corpus quidem naturale in suo loco naturali natum est sic conseruari: sine tamen tali cōseruāte potest absolute eē. Aduerte tamen: ꝙ dependentia causati ad causam nō inest necessario causato: comparando ipsum ad qualēcunq̃ causam: sed tm̄ inest necessario comparando ipsum ad causam simpliciter primam: quia ab illa sola simpliciter dependet in esse ⁊ cōseruari: ⁊ est simpliciter impossibile causatū esse sine dependentia ad primam causam. Sed comparando ad causam secundam non simpliciter in essendo dependet ab illa: quia prima simpliciter ⁊ sola illa est necessaria vt alias probaui. Et si depēdet necessario a secūda ī essendo: non tamen dependet in conseruari. Unde doc. in secundo. di. 2. parte. 1. q. 4. dicit. ꝙ effectus precise pro illo instāti quo accipit esse a causa secunda dependet ab illa: sed in toto tempore sequente immediate dependet a prima: ⁊ vide ibi bonam difficultatem. Dico vltra ꝙ conclusio doc. de loco loquitur absolute de ipso loco: scilicet de ipsa superficie locantis: ⁊ nō de loco naturali: qui vltra superficiez includit qualitates conuenientes loco naturali. Sed quomodocunq̃ intelligatur conclusio: siue de locato ⁊ loco absolute sumptis: siue de locato ⁊ loco naturalibus. patet. ꝙ locatū non necessario includit respectū ad ipsum locum. ¶ Ad tertium potest dici ꝙ si mouetur: mouetur sm̄ locare non sm̄ locari: quia nunc aliter locat corpus contentum q̃ pri⁹ locauit: sed non aliter locatur: quia non locatur. Et isto modo intelligitur dictum Auer. ꝙ celum est in loco per centrum: quia suum esse in loco est locare locabile fixum in loco. locabile fixum est centrum terre ⁊c̄. ¶ Si queratur de isto locare ad qđ gen⁹ pertinet: vt sic motus ille diceretur esse in illo genere: non ad genus vbi: quia vbi est circunscriptio passiua non ad aliquod aliđ genus: tum quia motus esset in pluribus generibus q̃ ponit philosophus. 5. physicorū tex cō 9. Tum quia discurrendo non inuenitur ad qđ genus aliđ pertineat. ¶ Preterea sicut celuz potest circulare: licet nō cōtineat a corpore: sic pōt circulare licet nō ꝯtineat corp⁹. puta si esset idem corpus sphericum: igitur illa forma fluēs sm̄ quam est per se motus circularis posset per se eē sine respectu tam ad continens q̃ ad contentum: ⁊ ita est forma mere absoluta. ¶ Respondeo ad primum. p̄mo. ꝙ locare actiuū siue vbi actiuū est in eodem predicamento in quo ⁊ vbi passiuum: nec sm̄ Ari. habetur expresse ꝙ tantum vbi passiuum sit in predicamento vbi: quia hoc idem esset querendum de omnibus alijs vbi actiuis. Sicut em̄ acq̃ritur per motum aliud ⁊ aliud vbi passiuum in corpore locabili: ita acquiritur aliud ⁊ aliud vbi actiuum in corpore locante Et si hoc non placet. dic sicut doc. dicit in. 4. di. 10. de vbi. corporis Christi in eucha. vide ibi. ¶ Ad secūdū dico ꝙ motus circulationis formaliter est relatio: quia formaliter est quedam successio: vt patet a doc. in pluribus locis. sed forma sm̄ quam est talis successio alias patebit.

Secūdus articulus.

De secundo articulo. s. an repugnet loco in cōmuni esse sine vbi. siue non circunscribere ⁊ hoc posito corpore in communi. Dicit doc. ꝙ non apparet cōtradictio: superficiem cōcauā esse sine respectu ad aliud corpus vt contentū. esto etiam ꝙ illud corpus sit: quod natum est contineri. Ut p̄us argutum est de locatione passiua: ita potest argui de locatione actiua: ꝙ illa superficies concaua celi que dicitur locus communis non est necessario posterior natura: nec simul natura cum corpore: qđ natum est contineri: vt patet: ergo non necessario includit respectum. Et quando doc. accipit posterius natura: accipit posterius essentialiter: qđ essentialiter dependet ad prius vt alias exposui. Hoc modo patet ꝙ superficies cōcaua celi nō est posterior essētialiter corpore quia ab illo non necessario dependet: nec in eē nec in conseruari ⁊c̄. ¶ Item confirmatur quia celū est in corpore: ⁊ licet elementa sm̄ se tota sint icorruptibilia sm̄ ph̄z 2. 2. 3. ce. nō eo mō sunt incorruptibilia quo celū: quia forma celi cum sit forma eiusdem rationis in toto ⁊ in p̄te nō est formalis ratio incorruptibilitatis in toto: sicut nec in parte ⁊ licet non sit aliqua causa naturalis corruptiua toti⁹ elementi sicut p̄tis: tm̄ istam possibilitatem intrinsecam reduci ad actum nō est ita impossibile sicut celum corrumpi. Aut saltem sm̄ Theo. possibile est deuz elementa ānihilare: que q̃tum est ex formis suis sunt corruptibilia: licet non ānihilet celum qđ sm̄ formam suam est incorruptibile quia in cōseruando prius ⁊ magis necessarium nō requirit tanq̃ medium aliqđ minus necessarium conseruari. Absolute igitur potest ānihilare elementa ⁊ nihil innouare circa esse celi. Hoc opposito latera celi non concurrerent in instanti: quia natura non potest in instanti facere talem transmutationez remanere igitur potest superficies concaua celi: ⁊ tm̄ nō cōtinens aliquod corpus. ¶ Contra ista. Uacuum esse est simpliciter impossibile: vt probat Ari. 4. phy. sed si superficies concaua esset sine corpore esset vacuū igitur ⁊c̄. Ad probationē maioris vna ratio ph̄i in. c. de loco contra ponētes locum esse spatium est ista. Quia tunc infinita vtiq̃ essent loca. ⁊ subdit ad probationē huius consequētie: distante em̄ aere ⁊ aqua idem faciunt omnes partes in toto qđ omnis aqua in vase. ¶ Preterea iter latera vacui nihil est mediū sm̄ ph̄m. 5. phy. illa sunt simul quorum nihil est mediū. Si igitur esset vacuum latera essent simul ⁊ non simul. ¶ Preterea in tempore ⁊ est contradictio duo instantia esse distātia ⁊ non esse tempus medium: igitur pari ratiōe in loco est contradictio duo esse localiter distantia ⁊ non esse corpus medium. ¶ Respondet doc. ad primum ꝙ probatio illius consequentie multipliciter exponitur: sed qualitercunq̃ exponatur: non tenet nisi ponendo vacuum esse spatium actu dimensionatum. licet non habeat qualitates naturales: et tale spatium precise includit trinam dimensionem: quandiu ergo ponit̄ talis dimēsio ī actu semper ratio philosophi manet: quare nō compatitur secum aliud corpus: nisi vnum diuidat aliud. Sed vacuum istud qđ ponitur possibile deo nō est aliquod spatium habens dimensiones positiuas: sed tm̄ modo est ibi possibilitas ad tantas dimensiones positiuas cum carentia cuiuscunq̃ dimēsionis in actu. Et hoc modo potest dici de omnibus rationibus philosophi ibi positis: ꝙ procedunt contra vacuum. vno modo: imaginando scilicet ꝙ sit spatium actu dimensionatum sine corpore: ⁊ ita nihil concludit contra intellectū qui concedit̄ deo esse possibilis. ¶ Ad secundum dicit: ꝙ licet inter latera vacui secundo modo positi non sit medium positiuum ⁊ actuale: est tamē medium vel priuatiuum vel potentiale: quia inter illa latera posset tātū corp⁹ intercipi: quantum est illud corpus qđ nunc intercipitur. quando scilicet spatium est actu plenum ¶ Ad tertiū dicit doc. ꝙ inter illa latera licet nō sit corpus mediū actuale: est tm̄ ibi potētiale: sicut etiā si actu mot⁹ nō esset: ⁊ corp⁹ aliqđ quiesceret. puta per tēp⁹ vnius anni: ⁊ si non esset tempus actuale mensurans illam quietem: tamē apud intellectum esset tempus vnius anni imaginatum ad comparationem temporis actualis mensurantis actu motum durantem per annum: hoc etiam clare patuit in secundo dist. 2. q. 4. Sic in proposito de medio inter latera vacui ꝙ esset ibi tātū medium sm̄ imaginationem: quātū in re posset esse: ⁊ sic similiter inter alia latera est distātia priuatiua ⁊ imaginaria. Si dicatur: ꝙ distantia non potest esse nisi sit aliquid in quo sit illa distantia: ⁊ hoc nihil est quia nullū medium. Dicit doct. ꝙ distantia formaliter importat respectū inter extrema: respectus autem est in vno extremo ⁊ ad aliud terminatur: ⁊ econtra: ⁊ sic sunt ibi extrema.

Terti⁹ articulus.

De tertio principali scilicz si possibile sit hoc corpore ⁊ hoc loco manentibus. sed hoc corpore huic loco non presente: ꝙ hoc corpus non habeat hoc vbi. Dicit doc. ꝙ tale corp⁹ nō presens illi loco nō habet vbi in illo loco: quia nō circunscribitur illo loco. Tum etiam. quia si non est huic loco presens sm̄ cursum nature est in alio loco. ⁊ sm̄ naturaz non pōt simul habere duo vbi adequata: tum quia de inadequatis non est impossibile: vt patet in secundo di. 2. de loco angelorum. Uide ibi aliqua bona dubia. Si ergo corp⁹ non presens huic loco habet vbi in alio loco: sequitur ꝙ non habebit vbi in isto loco cui non est presens: aliter sm̄ cursum nature haberet duo vbi adequata: quia ab vtroq̃ loco perfecte circunscriberetur. Et quando loquitur hic de loco: non loquitur de loco formali: qui est circunscriptio: sed loquitur de loco materiali. i. de vltima superficie corporis continentis. ⁊ si non est presens illi superficiei non habebit vbi positiuum in illa superficie: siue non erit a tali superficie circuscriptum. Et addit doc. ꝙ manet iste locus quia manet vltimū corporis continentis. Respondet tacite obiectioni: quia forte diceretur scilicet hoc corpus non est presens huic loco talis locus non maneret: sed si maneret: hoc corpus esset in illo loco: sed ipso corpore non presente: locus non maneret. Et ideo dicit doc. ꝙ ipso corpore non presente adhuc manz locus: quia manet vltima superficies corporis continentis. ¶ Ibi. Contra hoc doct. probat: ꝙ si corpus non continet̄ non erit loc⁹: quia locus importat rationem continentis. q̄z

superficies absoluta circumscripta ratione continentis non habet rationem loci. Nunc autem continens cum dicat respectum non videtur manere nisi sit ad eundē terminū: igiꝛ quando continet aliud ⁊ aliud non videtur manere idem locus: sed quādo corpus non est presens huic loco non est idem contentum. Vult ergo ex ista ratione ꝙ si locus.a. successiue contineret.b.⁊.c. ꝙ non esset idem locus respectu.b. ⁊ c. si eēt p̄cise vnꝰ locꝰ respectu.c.⁊ aliꝰ respectu.b.⁊ q̄ꝫ primū.b. recedit a loco illo nō est ā pliꝰ ille locꝰ: licet.c. in eodē instanti subintret in eādem superficiē: quia superficies illa nūq̄ꝫ dicitur locus: nisi includendo respectum ad contentū: ⁊ quia quando continet.b. habet vnum respectum ad.b. sequitur ꝙ b recedente qui est terminus illius cuius non erit amplius ille locus. ¶ Respondet do. ſm intētionē phi.4. phy. ꝙ semper manet idem locus loquendo precise de loco materiali. ⁊ vult ꝙ vltima superficies etiam absolute sumpta dicatur locus. s. materialis. Vult enī ꝙ idem locus manet succedentibus sibi inuicem corporibus: quia quādo vnū corpꝰ subintrat aerem ⁊ actu facit distare latera aeris cōtinentis: ⁊ sic illa superficies vltima aeris continentis habet rationem loci materialis: ⁊ si mille corpora successiue subintrarent illam superficiem: semper manente illa superficie manet idem locus materialis. Tamen non manet idē locus formalis: qui est respectus continentis ad contentū qui respectus fundatur immediate in vltima superficie cōtinētis: ⁊ terminatur ad corpus contentum: ⁊ ideo non manente tali corpore presente illi superficiei corrumpitur ille respectus qui fundatur in superficie. Et sic cōcedo ꝙ variātur illi respectus continentis ad variationem cōtentorum Si etiam volumus tenere ꝙ manet etiam idem locus formalis: accipiendo locum pro respectu continētis ad contētum. dicit doc. ꝙ hoc mō sustinere: ꝙ licet respectus singulares fundati in eadem superficie continente variētur ad variationem contentorum: tn̄ non variatur respectus absolute sumptus continentis ad contentum: quia continens formaliter non respicit pro per se termino h̄ vel h̄ contentum: sed respicit contentum absolute ⁊ in communi: ⁊ quia semper in tali superficie continetur aliqđ corpus: ideo semper manet idem locus quia semper manet idem continens formaliter: non idem numero: quia ille respectus continentis variatur variato contento: sed manet idem continēs in cōmuni. Tamē prima responsio videꝛ melior ⁊ realior. s. ꝙ maneat idem locus materialis quantumcūq̄ꝫ succedant sibi inuicem corpora: ⁊ hoc est magis ad intentionem philosophi: ⁊ etiam magis ad intentionem doc. tamen vtraq̄ꝫ via est substentabilis ⁊c̄.

Quartus articulus. Expō lr̄e. Per modū q̄titatiuū itellige nō solū positionē de gn̄e q̄titatis ſꝫ etiā de gn̄e situs.

De quarto principali scilicet si hoc corpore ⁊ hoc loco manentibus: ⁊ hoc corpore huic loco. s. materiali presente: possibile esset hoc corpus non habere hoc vbi: sine illo loco materiali non circūscribi. Dicit Doc. ꝙ hoc potest tripliciter intelligi. primo ꝙ hoc corpus modo quantitatiuo sit presens huic loco sine alio corpore sic p̄sente: corpꝰ enī esse presens loco materiali modo quantitatiuo est ꝙ corpꝰ commensuretur illi superficiei ita ꝙ totum corpus correspōdeat toti illi superficiei: ⁊ pars corporis parti supficiei. ſm ꝙ ipse exponit in quarto. distin.10. vide ibi. 2°. potest intelligi ꝙ hoc corpus sit presens loco materiali ſm modū quātitatiuum: ⁊ ꝙ aliud corpus sit simul presens eideꝫ loco materiali ſm modum quantitatiuum. Tertio potest intelligi ꝙ hoc corpus sit presens huic loco: nō tamē ſm modū quātitatiuum: sed ꝙ absolute sit presens. ¶ De primo dicit ꝙ planum videtur ꝙ talis presentia nō potest esse sine vbi. s. passiuo: sicut non potest poni sine circumscriptione passiua corporis a loco: quia circumscriptio illa non videtur aliquid ponere vltra hoc qđ est corpꝰ esse presens huic loco modo quantitatiuo. s. tanq̄ꝫ coextensum ⁊ commensuralum. circūscribi enī corpus a loco nihil aliud est q̄ꝫ ipsum corpus commensurari loco. sic ꝙ circumscribi proprie dicit respectū totius contenti ad totum continens ⁊ partium contenti ad partes continentis siue dicit respectum totius correspondētis toti ⁊ partium correspōdentium totiꝰ ad partes cōtinentis. De hoc vide Doc. in quarto di.10. Et breuiter circūscriptio passiua siue respectus cōmensurati ad locuꝫ cui cōmensuratur: nihil aliud importat nisi ipsum vbi formaliter qđ est respectus contenti circumscriptiue terminatꝰ ad vltimam superficiem continentis: siue circūscribētis. ⁊ similiter vbi actiuum nihil aliud est q̄ꝫ respectꝰ siue relatio fundata in vltima superficie continentis circumscriptiue ⁊ terminata ad corpus contentum siue circumscriptum. ¶ Ibi. Sed hic est dubium: quia ista circumscriptio vel presentia non videtur dicere aliquid nisi respectum formaliter: ⁊ per consequens ipsum vbi nihil esset formaliter nisi respectus. hoc consequens videtur falsum: quia ſm phm̄.5.⁊.7. phy. ad relationem non est per se motus: sed ſm phm̄.5. phy. ad vbi est motus. ergo videtur ꝙ vbi non dicat respectum.

¶ Si dicatur ꝙ vbi per se importat ⁊ absolutum ⁊ respectum: ⁊ per illud absolutum qđ importat distinguiꝛ ab alijs generibus: que similiter important respectus: sed determinatos per determinata fundamenta: quia alij ⁊ alij respectus ſm speciem habent alia ⁊ alia fundamēta vt patet de equalitate que fundatur super quantitate: similitudo super qualitate: ⁊ sic discurrendo de alijs. ¶ Ibi. Cōtra. Doc. improbat hanc responsionem supponendo vnum. s. ꝙ vbi sit ꝑ se in aliquo genere ⁊ in genere determinato: modo si vbi importaret per se absolutum ⁊ respectiuum non esset vnus ꝑ se conceptus quod tamen requiritur: vt possit per se esse in genere vt sepius expositum est. ex absoluto enī ⁊ respectiuo non fit per se vnum: nec similiter absolutum cōtrahit respectum ad talem speciem in tali genere: quia contrahens per se aliquid ad constituendum tertium semper ex contrahente ⁊ contracto constituitur vnum per se: vt patet quādo rationale per se contrahit animal ad hominem: tunc ex animali ⁊ rationali fit homo per se: sed ex absoluto ⁊ respectiuo: vt dictum est non fit vnus per se cōceptus. ergo absolutum non per se contrahit respectiuum: ⁊ tamen si ex respectiuo ⁊ absoluto vnus per se constitueretur conceptꝰ: oporteret vel ꝙ absolutum contraheret per se respectiuum vel econtra: et in proposito oporteret ponere ꝙ absolutum cōtraheret per se respectiuum quia ponitur ꝙ respectiuū vbi distinguitur per absolutum (quod per se includit) ab alijs generibꝰ respectiuis. ¶ Ibi. Similiter ex eodeꝫ medio pōt argui vlterius: quia accipiaꝛ vterq̄ꝫ istorū cōceptuū per se: vterq̄ꝫ (si est cōis) est dicibilis de pluribꝰ in quid. ergo vtrobiq̄ꝫ ascēdēdo statꝰ est ad vnū conceptum cōissimum per se dicibilem de pluribꝰ: ⁊ tunc in vtroq̄ꝫ processu stabitur ad conceptū proprij generis in illo processu: vult dicere doc. ꝙ ex quo conceptus absoluti semꝑ ascēdēdo predicaꝛ in quid predicatur de omni absoluto in eodem genere: vt pꝫ in gn̄e substantie: ⁊ quantitatis. ⁊ qualitatis: similiter conceptus respectiui semper ascendendo in eodem genere: predicatur in quid de omnibus inferioribus illius generis. et sic sequiꝛ ꝙ conceptus absoluti non potest per se cōtrahere conceptū respectiui: patet: quia si conceptus alicuius communis absoluti vt conceptus albedinis per se contraheret conceptum cōmunem alicuius respectiui puta conceptum respectiui ad vbi. qui conceptus respectiuus vere dicitur in quid de conceptu respectiuo vbi. Tunc multa sequerentur inconueniētia sequeretur primo ꝙ absolutum eēt de essentia respectiui q̇dditatiue: sicut patet de differentia per se contrahente genꝰ que ponitur de essentia speciei ⁊ multa alia sequerētur que breuitatis causa omittunꝛ. ¶ Ibi. Hic dici pōt. Hic Doct. tenendo: ꝙ decem sint genera: ostendit quomodo.6. genera scꝫ actio. passio: situs. quando. habitus. ⁊ vbi. distinguantur a genere relationis que ponitur quartum genus. Et dicit ꝙ distinguuntur: quia sunt respectus extrinsecus aduenientes: ⁊ quartum genus est respectus intrinsecus aduenienss: qui respectus sepe declarati sunt a doc. ⁊ sic hic non oporteꝫ aliter insistere. ¶ Hac distinctione premissa de respectu intrinseco ⁊ extrinseco aduenientibus: respondet ad auctoritatē philosophi: ad quā etiaꝫ in multis alijs locis respōdet. Dicit ergo ꝙ licet philosophus neget motum ad relationeꝫ proprie dictam: que pertinet ad quartum genus non auteꝫ ad quemcunq̄ꝫ respectum pertinentem ad aliquod.6. generum: immo concedit ibi motum esse in vbi: qui ꝯmuniter non dicitur esse ad formam absolutam: quia vbi vt videtur non est forma absoluta: sed respectus corporis contenti ad locū continentem: licet aliqui velint: ꝙ vbi nihil dicat vltra sup̄ficiem cōtinentē. vt Greg. Arimi. ⁊ multi alij nominales q̊s improbaui in secundo dist.2. ¶ Nunc assignat rationem: q̄re respectus.6. generum possunt distingui a respectu quarti generis in terminando vel non terminando motum. Dicit ꝙ ex quo relatio intrinsecus adueniens: necessario consequitur extrema posita nunq̄ꝫ potest per se acquiri: sed tm̄ modo per accidens. alio. s. absoluto acquisito in altero relatiuorum ⁊ talia que non acquiruntur nisi per accidēs alio scilicet acquisito: negat phs in.5. physi. ꝑ se terminare motum: siue generationem: siue productionem. per se respectꝰ autem non necessario consequens extrema potest habere ꝓpriam nouitatem absq̄ꝫ nouitate vnius vel alteriꝰ extremi ideo potest habere propriam acquisitionem. Nam ita videtur esse de vbi quia deus potest conseruare idem locabile

⁊ eundem locum ⁊ tamen non manebit eadem circũscriptio
vt probat Doct. in quarto. dist. 10. quia corpus est absens
ab illo loco. Et hoc etiã potest natura facere ponendo aliꝺ
corpus presens illi loco: ⁊ tunc manebit idem locus mate=
rialis qui prius ⁊ corpus qꝺ prius manebit: ⁊ tamen nõ erit
circunscriptum ab illo loco. quia tũc circũscribitur aliud cor
pus. Dico etiam ꝙ manente eodem corpore etiam conten=
to ab eadem superficie. non manente tamen modo quanti=
tatiuo ꝙ adhuc deus potest facere: ꝙ tale corp⁹ nõ habeat
vbi circunscriptiuum: vt probat Doc. in quarto di. 10. ⁊ hoc
dixi ad euitandum hoc. s. quia forte diceretur. ꝙ stante per
fecta approximatione ⁊ presentia corporis loco materiali:
ꝙ necessario oriretur vbi qꝺ ponitur respectus: ⁊ sic vbi per
se acquiri nõ posset. Auctoritas philosophi: licꝫ hic aliquali
ter sit exposita tamẽ vide in tertio dist. prima. q. prima. vbi
eam prolixe exposui. similiter vide in secundo. ¶ Ibi. Sed
si queratur. Deinde mouet aliud dubium scilicet quomodo
potest respectus acquiri per motum. ⁊ per consequens suc=
cessiue nisi ponatur successio in aliquo absoluto. Dicit ꝙ cor
pus successiue secundum partem aliam ⁊ aliam fit presens
eidem parti loci. ita ꝙ tam ex diuisibilitate corporis ꝙ̃ loci:
sequitur diuisibilitas circũscriptionis corporis a loco: ⁊ di=
uisibilitas successiua est quando pars post partem acquirit
non est ergo diuisibilitas in respectu sine diuisibilitate in ab
soluto: sed est successio in respectu: qui est circunscriptio sine
successione in forma absoluta corporis vel loci. Et quomõ
hec littera clare intelligatur eam diffuse exposui in secun=
do. d. 2. de loco angelorum respõdendo ad argumẽta Gre.
contra Doc. vide ibi multa singularia dubia. ¶ Ibi. De se
cundo intellectu in isto articulo. s. an hoc corp⁹ haberet hic
vbi si simul cum ipso hic esset aliud corpus modo exposito.
Dicit Doc. ꝙ si vtrũqꝫ corp⁹ esset in eadem superficie modo
extenso ꝙ vtrunqꝫ esset in eodẽ loco materiali: ⁊ vtrũqꝫ ha
beret vbi proprium: ita ꝙ vtrunqꝫ haberet propriam circũ=
scriptionem passiuam accipiendo circunscriptionem passiuã
pro respectu circunscripti ad locum circunscribentem. Et sic
similiter in superficie circunscribente essent due circunscri=
ptiones actu siue duo vbi actiua correspondentia duobus
vbi passiuis. Et probat Doc. ꝙ vtrũqꝫ haberet vbi: quia cũ
vtrunqꝫ ponatur ibi: sicut contentum coextensum ⁊ cõmen=
suratũ loco materiali vel vtrunqꝫ erit locatum siue erit in
vbi: vel neutrum. si primo habetur propositum. s. ꝙ sint ibi
vbicaliter. Si secũdo erit ergo locus vacuus in quo ponun
tur duo corpora modo quãtitatiuo siue extenso: quod null⁹
diceret. Similiter vtroqꝫ isto amoto altero remanente illꝺ
remanens habebit hic vbi: ergo ⁊ nũc habet vbi alio simul
manente: patet: quia vt manet cum alio corpore simul non
habet in loco alium modum manẽdi ꝙ̃ habeat quando so=
lum manet alio corpore non manente: quia ita habet mo=
dum quantitatiuum cum alio corpore sicut quando manet
non cum alio corpore. ¶ Ibi. Istud patet per oppositum de
angelo: hic intendit probare: ꝙ si neutrum esset in vbi ꝙ lo=
cus esset vacuus. Et probat per oppositum de angelo: quia
si angelus sit simul cũ corpore: non habet proprie vbi in isto
loco. s. materiali: puta in quo corpus coexistens habet pro=
prie vbi: quia angelus non est ibi coextensus ⁊ cõmensura=
tus illi loco: nec replet illum locum. vnde si corpore amoto
solus angelus ibi maneret locus ille proprie diceretur va=
cuus: quia nullo corpore repletus nec est natus repleri nisi
aliquo corpore. opposita istorum sunt vera de corpore coexi
stente alteri corpori. s. ꝙ corpus coexistens ⁊ est coextẽsus
loco: ⁊ secundo replet locum. quia vero angelus: ⁊ si sit in
loco non est coextensus: nec replet alium locum: ideo nõ est
in vbi proprie. s. circunscriptiue: ⁊ per consequens locus ille
natus recipere corpus esset vacuus. Cum ergo corpus co
existens alteri corpori in eodem loco materiali coextenda=
tur loco: ⁊ repleat eum si ibi non esset localiter: tunc talis lo
cus esset vacuus ¶ Doc. instat probãdo primo ꝙ illa duo
corpora in eodem loco non habeant vbi: quia non possunt
esse duo vbi respectu eiusdem loci: quia vnius loci vna cir=
cunscriptio. Respondet doc. ꝙ non est inconueniens in eo=
dem loco materiali posse esse duas circunscriptiones acti=
uas terminatas ad duo corpora contenta vt ad duos ter=
minos: et similiter in alio et alio corpore ibi contento est
alia et alia circunscriptio passiua: siue aliud et aliud vbi pas
siuum. Sicut etiam in eodem albo possunt simul esse plures
similitudines terminatas ad diuersa alba: vt ad diuersos
terminos: et quodlibet album includit propriam similitudi
nem terminatam ad idem album: sic in proposito. ¶ Secũ
do instat: quia corpus locatum facit latera ꝯtinẽtis distare
sed hoc corpus qꝺ aduenit secũdo, nõ facit latera eiusdẽ di

quomõ re=
spectus di
catur acq̄ri
ꝑ motum.

Quẽmodũ
tenet doct.
in 3°. di. p̄=
ma. q. 2. re
spõdendo
ad vltimũ
p̄ncipale
ante oppo
situm.

stare: immo iam per aliud corpus quod prius fuit hic fuit
distantia inter latera Et confirmatur: q2 si vtrũqꝫ faceret
latera distare: igitur vtrũqꝫ esset mediũ inter ista distantia
Sed vbi est aliud ⁊ aliud medium per se: ibi vr̃ esse alia et
alia distantia: ⁊ ita inter eadem latera eiusdem loci esset du
plex distantia. ¶ Respõdet doc. ꝙ facere latera distare p̃t
dupliciter intelligi. vel effectiue: ⁊ sic agens distendens la
tus a latere facit distare. vel formaliter. ⁊ sic medium inter
ceptum facit formaliter distare. exemplum: ꝓijciens lapidẽ
in aere vel aqua ꝓijciendo facit latera aeris vl' aque dista
re effectiue: sed lapis subintrãs facit formaliter distare. Si
cut etiam ꝓducens albedinem in subiecto prius nigro: effe=
ctiue expellit nigredinem: sed albedo ꝓducta formalit' ex=
pellit nigredinem: q2 est forma incompossibilis nigredini.
Secundo modo concedendũ esset ꝙ vtrũqꝫ corpus hic. s. in
loco materiali extensiue existens facit latera hui⁹ loci dista
re: q2 vtrunqꝫ est mediũ inter extrema. primo modo neutrũ
corpus facit distare. Sed ipsum agens qꝺ primo diuidit h̄
latus ab illo: ⁊ tunc diuidit. qñ facit illa corpora esse simul
in tali loco: vel saltem vnum. Et per hoc p3 etiam quomõ
vtrũqꝫ replet: q2 nõ effectiue sed formaliter. Non enim est
maius incõueniens locũ plenum repleri de nouo aliquo re
plente formaliter: ꝙ̃ continens vnum sibi commensuratum
de nouo continere aliud simili modo ꝯtinendi. Vult inferre
doc. ꝙ si tu concedis: ꝙ duo corpora possunt simul replere
eundem locum ita ꝙ sicut vnum perfecte replet ⁊ aliud silr:
ꝙ etiam habes concedere ꝙ idem locus possit vtrũqꝫ ꝯtine
re localiter: cũ non sit maius incõueniens primũ ꝙ̃ secũdũ.
¶ Ad confirmationem illam diceretur ꝙ accipiendo distã
tiam ꝓ illa habitudine q̄ est in vno distante ad alterum vt
ad terminũ non est nisi vna distantia inter eadem extrema
siue sint plura media siue vnicum. nec illa est vero hoc mõ lo
quendo de distantia ꝙ vbi est aliud per se medium ibi ẽ alia
per se distantia nisi intelligatur aliud per se medium hoc est
aliud necessario requisitum tanꝙ̃ medium distantie: sed in
ꝓposito non req̄ritur illud tanꝙ̃ aliud: q2 ꝑ primum corpus
habetur sufficiens distantia. Si autẽ distantia acciperetur
alio mõ ꝓ dimensione media inter extrema q̄ distant/cõce
dendum esset sic loq̄ndo ꝙ inter latera cõtinẽtis duo corpa
est duplex distantia: patet: q2 due dimensiones: quia ⁊ duo
corpora. ¶ De tertio principali. s. ꝙ si hoc corpus esset p̄
sens huic loco sed nõ modo quantitatiuo hoc est non tanꝙ̃
coextensum loco nec commensuratum p̃t dici ꝙ tunc ꝓprie
non haberet vbi in hoc loco: q2 ꝓprie vbi est forma secun=
dum se diuisibilis cum secundum eam per se possit esse mo=
tus: vt supra patuit ⁊ ideo nõ conuenit alicui nisi diuisibili ⁊
per modum diuisibilis se habenti. corpus aũt quod nõ coex
tenditur loco sed est totũ presens cuilibet parti illius loci
(vt p3 a doc. in quarto. distin. 10. sicut p3 de corpore xp̄i)
non habet modũ diuisibilis in comparatione ad locũ. nec ꝑ
consequens habet vbi ꝓprie respectu eius loquẽdo de vbi
semper circunscriptiuo: q2 loquendo de vbi presentiali siue
diffinitiuo potest concedi.

In questione ista occurrunt aliqua dubia. Et p̄=
mo in hoc. Non potest aliquod corpus esse presens mõ quã
titatiuo alicui loco materiali puta alicui superficiei cõtinen
tis sine vbi. ¶ Secundo dubitatur in hoc scilicet ꝙ absolu= 2
tum ⁊ respectiuũ non possunt facere vnũ per se conceptũ.
¶ Tertio dubitatur in hoc. s. ꝙ respectus intrisecus adue 3
niens d2 ille qui necessario consequitur fundamentũ posito
termino: q2 nõ p̃t respectus magis intrinsec⁹ esse absoluto.
¶ Quarto dubitat' i hoc ꝙ respectus extrĩsecus aduenĩes
est ille q̄ nõ necessario ꝯseq̄t' fundamentum posito termino. 4
¶ Quinto dubitat' in hoc ꝙ respect⁹ intrinsec⁹ adueniens
nõ p̃t habere ꝓpriã nouitatem ꝑ se nisi prius aliquo abso= 5
luto prius acq̄sito in altero relatorum: ⁊ per ꝯñs tñ d2 ꝑ ac=
cidens acq̄ri: q2 p̄cise acq̄rit' alio absoluto prius acquisito.
¶ Sexto dubitat' in hoc ꝙ respect⁹ extrinsec⁹ aduenĩes p̃t
hr̃e ꝓpriã nouitatẽ absqꝫ nouitate vni⁹ vel alteri⁹ extremi. 6
¶ Septimo dubitatur in hoc ꝙ potest esse acquisitio re=
spectus esse successiua absqꝫ successione in aliq̄ absoluto. 7
¶ Octauo dubitatur in hoc. s. vbi ꝓprie est forma secũdum se
diuisibilis cum secundum eam per se possit esse motus. 8
¶ Contra primum dictum instatur sic ⁊ pono ꝙ sit corpus
pedale qꝺ actu contineatur in superficie pedali ita ꝙ totum
sit perfecte presens illi superficiei ⁊ pars parti ⁊ hoc modo
erit in illa superficie secundum modum quantitatiuum: q2
ibi est correspondentia totius ad totum et partium ad par
tes. Tunc quero aut necessario est in vbi aut non. si primo
ergo sequitur ꝙ illud vbi non erit respect⁹ extrinsecus ad=

Dubia no
tanda.
primũ du=
bium.

Contra p̄=
mũ dictũ.

ueniens cum necessario oriatur positis fundamēto ⁊ termino. Si secundo sequitur propositū vꝫ ꝙ erit in loco materiali siue continebitur in vltima superficie continentis ⁊ modo quantitatiuo ⁊ tamen non erit in loco formali siue vbi. Si dicatur ꝙ q̄uis non sit in vbi necessario absolute positis fundamento ⁊ termino: tamen posita coextensione siue cōmensuratione vnius ad aliud tunc est in vbi necessario. Contra. Tum quia illa coextēsio siue commensuratio aut est q̄d respectiuum aut precise dicit vtrū𝔮 extremum. Si primo. quero de illo respectu aut est extrinsecus adueniens aut intrinsecus. si primo. ergo non sequitur necessario ad fundamentum posito termino ⁊ similiter vbi sequens non erit respectus intrinsecus ⁊ per consequens poterit non esse etiā stante illa coextensione aut erit intrinsecus ⁊ sic ipsa posita vt respectu intrinseco adueniente necessario ponitur vbi ⁊ tunc sequitur ꝙ necessario prius ponitur respectus intrinsecus q̄ ponatur extrinsecus. Tum etiam: quia si posita necessario tali coextensione necessario ponitur vbi sequitur ꝙ vbi non erit respectus extrinsecus cuꝫ necessario oriatur ex natura rei. Si secundo ponatur illa commensuratio prout precise dicit vtrun𝔮 extremum: aut tunc ponitur vbi necessario ergo non est respectus extrinsecus: aut nō necessario. ergo poterit esse perfecta continentia ⁊ coextēsio vnius ad aliud sine vbi. q̄d est contra conclusionem in qua ponitur ꝙ est impossibile corpus cōtineri in loco materiali modo quātitatiuo ⁊ non esse in vbi formali. ¶ Secundo pricipaliter instatur. Et pono ꝙ angelus possit esse in loco: puta vnius miliaris vt in loco sibi adequato: ita ꝙ in maiori non possit esse quia non ponitur angelus precise in loco quantumcū𝔮 magno que omnia patent in secundo. d. 2 de loco angelorū hic posito quero tunc aut angelus est in vbi formali necessario aut non. si primo: ergo tale vbi non erit respectus extrinsecus adueniens: quia necessario oriretur ad fundamentuꝫ posito termino nec est maior ratio de vbi diffinitiuo q̄ de vbi circūscriptiuo: quia vtrū𝔮 vbi dicit presentiam contenti ad continens: licet aliter ⁊ aliter: quia vbi circunscriptiuum dicit presentiam cum perfecta coextensione formali corporis cōtenti ad superficiem continētem. Sed vbi diffinitiuū dicit presentiam absolute vt sic contenti ad cōtinens. Si nō est in tali vbi necessario. ergo erit respectus extrinsecus: et sic separabilis stante angelo in tali loco. hoc ideꝫ erit de corpore cōtēto in loco materiali q̄d nō necessario erit in vbi formali. ¶ Tertio instatur sic vbi circunscriptiuū ponit̄ a do. respectus extrinsecus adueniens. ergo posito corpore perfecte presente superficiei continentis s̄m modū quantitatiuū tale corpus non erit in vbi. consequentia patet. quia respectus extrinsecus adueniens nō necessario oritur positis fundamento ⁊ termino etiam perfectissime approximatis: vt patet de combustione que non necessario oritur posita perfectissima presentia ignis circa combustibile: vt patet de tribus pueris in camino ignis: ⁊ hoc est quia talis ꝯbustio siue actio siue passio est respectus extrinsecus: vt patet a do. sic erit in proposito. Perfectissima eñ presentia corporis cōtēti ad superficiem continentem est ꝙ sit perfecte p̄ns s̄m se totum ⁊ secundum omnes partes: ita ꝙ totum sit perfecte presens toti ⁊ partes corporis partibꝰ superficiei. ergo seq̄tur ꝙ stante perfecta approximatione ꝙ adhuc nō erit vbi cum vbi ponatur respectus extrinsecus. ¶ Quarto instat̄ tenendo s̄m Doc. ⁊ s̄m veritatem ꝙ vbi circunscriptiuū sit respectus extrinsecus adueniens; quero tunc quādo corpꝰ locabile sit presens superficiei cōtinētis siue locantis ⁊ hoc s̄m modum quantitatiuum ⁊ per te necessario est in vbi circunscriptiuo: a quo causat̄ illud vbi: siue ille respectus: aut immediate causatur a corpore contento et superficie continente: ⁊ tunc quero aut simpliciter necessario causat̄: ⁊ tūc non erit respectus extrinsecus adueniens: patet quia per hoc ponitur a doc. differentia inter respectum extrinsecus aduenientem ⁊ intrinsecus aduenientem: quia intrinsecus adueniens necessario oritur posito fundamento ⁊ termino sed extrinsecus positis fundamēto ꝓximo ⁊ termino nō necessario oritur. sequitur ergo ꝙ tale vbi nō necessario causet̄ a fundamēto ⁊ termino. Si causatur contingenter/contra. Tum quia poterit esse corpus cōtētū in loco materiali: modo quantitatiuo ⁊ tamen non erit in vbi. ⁊ sic ꝓpositū. Tū quia non videtur ꝙ contingenter possit causari: quia tā fundamētū q̄ terminus ponunt̄ cause omnino naturales ⁊ secūdū modū nature suo modo agentes ipsum vbi cū sola voluntas ponat̄ agens liberum. Aut ipsum vbi ponitur causari ab alio q̄ a fundamēto ⁊ termino ⁊ tūc quero de illo alio q̄d nō videt̄ assignandum: nisi dicatur ꝙ immediate causet̄ a fundamento ⁊ termino: sed non necessario simpliciter et absolute. quia possunt impediri a deo sicut et combustio in camino ignis ⁊c. Contra: quia tunc habetur intentum. s. ꝙ non necessario corpus coextensum erit in vbi: vt patet.

¶ Quinto ⁊ vltimo instatur sic: quia idem est iudicium de toto corpore contento ⁊ de partibus eius. quia sicut totum corpus habet ibi vnum vbi ita quelibet pars quantumcun𝔮 minima necessario habebit ꝓprium vbi: ⁊ sic vbi totiꝰ corporis erit integratū ex infinitis vbi partialibus: ⁊ tunc quero aut omnia illa vbi simul causabuntur aut successiue. non primo patet: quia corpus incipit prius contineri s̄cd̄m vnā partem: q̄ s̄m aliam: immo nū𝔮 est ꝑfecte ⁊ adequate presens quanto sup̄ quo mouetur nisi in puncto: vt patꝫ a doc. in s̄cd̄o dist. 2. q. 9. Non secundo: q̄r tunc illi respectus nū𝔮 essent simul: patet: q̄r qñ corpus intrat s̄m partem. a. ⁊ post immediate s̄m partem. b. a. perdit respectum quem habebat. q̄r relinquit respectū quem habebat ad partem priorem cui desinit esse presens subintrante parte. b. ⁊ sic de oībus alijs successiue. ¶ Respondeo ad omnes obiectiones premittendo aliqua. primo ꝙ corpus cōtineri a loco materiali s̄m modum quantitatiuū p̄t dupliciter intelligi. vno mō ꝙ sit presens illi loco tm̄ materialiter: ita ꝙ precise sit in tanta superficie continentis. ita ꝙ nō excedat nec excedatur. Ad rōnes p̄mi dubij p̄ābula declaratio. s̄cd̄o ꝙ sic sit presens ꝙ vltra hoc ꝙ non excedit nec excedit̄ sit etiam ꝑfecta commensuratio siue coextensio ita ꝙ sicut totum est presens toti sup̄ficiei continenti sic pars determinata siue signata corpis sit presens parti sup̄ficiei signate et determinate ⁊ talis commensuratio passiua in corpe cōtento d̄r forte/vbi passiuum: q̄r commēsuratio illa siue coextensio videtur precise importare relationē ipsius contenti ad continens. Et qñ doc. dicit ꝙ non p̄t contineri mō quantitatiuo quin sit in vbi/hoc dicit: q̄r talis continentia s̄cd̄m modum quantitatiuū nil aliud videtur esse q̄ circunscptio passiua q̄ proprie est vbi formale passiuum. sicut circuīscriptio actiua est vbi formale actiuum. S̄cd̄o p̄mitto ꝙ ponēdo ꝙ corpus ꝑfecte coextendi et cōmensurari sup̄ficiei non sit formaliter relatio: sed precise ipsa extrema cōmensurata siue sic coequalia ⁊ equalitas inter ea sit relatio intrinsecꝰ adueniens vel inequalitas. adhuc ibi erit respectus extrinsecus adueniens. ¶ Nec est incōueniens respectū extrinsecus aduenientē aliquo modo preexigere respectū extrinsecus aduenientem: ⁊ patet q̄r corpus locabile corpori locāti prius comparatur s̄m equalitatem vel inequalitateꝫ et stante equalitate vel inequalitate vtriu𝔮: adhuc nō sequitur vbi: quia bene p̄t esse equale ⁊ tm̄ actu non cōtineri nec circunscribi. Tertio p̄mitto ꝙ respectus extrinsecus adueniens ꝓp̄e dicitur ille qui non oritur necessario ad fundamentum posito termino sicut similitudo quia positis duobꝰ albis quantumcun𝔮 distantibus adhuc est sit̄udo. sit̄r posita cā ꝓductiua ⁊ ipso ꝓducto q̄uis maxime distantibꝰ ponitur relatio ꝓducentis ad ꝓductum et relatio ꝓducti ad ꝓducens. ⁊ sic dico de alijs relationibus intrinsecus aduenientibus. respectus vero extrinsecus aliq̄ñ necessario orit̄ Respectus itrinsecus non ex absoluta positione fundamenti ⁊ termini: sed ex po- et extrinsesitione fundamēti ⁊ termini positi sub aliquo alio respectu. cus aduexemplum: passio est respectus extrinsecus: q̄r posito passo niens q̄s. et actiuo absolute non sequitur in ipso passo respectꝰ passiuus tm̄ posito ꝙ actiuum inducat formaꝫ in passum. ⁊ tūc oritur respectus extrinsecus adueniens. s. inducentis ad inductum: vt patet a doc. ī quarto ī materia de eucharistia: ⁊ tunc posita tali relatione inducentis ad inductum ⁊ forme inducte in passo ad ipsum actiuum inducens de necessitate in ipso passo oritur passio que est respectus extrinsecus ad ipsum agens. respectꝰ ergo q̄ est passio dicitur extrinsecꝰ ꝓ quanto fūdamentū ⁊ terminꝰ absolute considerant̄: quia vt sic non necessario oritur: sed p̄missa aliq̄ alia relatiōe fūdamenti ⁊ termini vt prius exemplificaui tūc non dicitur extrinsecꝰ adueniens cum tūc necessario oriatur. Hoc idem dico de vbi formali quod est respectus extrinsecus adueniens prout comparatur ad fundamentum et terminū absolute et patet: quia stante corpore et loco non seq̄tur locatio passiua: quia si ponatur corpus actu non contineri: tunc non erit locatio passiua et tamen respectu vbi erūt tam fūdamentum q̄ terminus immo fundamentū proximū et ratio proxima fundandi: quia superficies corpis q̄ est ratio ꝓxima fundandi ip̄m vbi: vt supra patuit. Si tamen ponatur corpus perfecte contineri s̄m coextensionem ⁊ commensurationem necessario seq̄tur ꝙ sit in vbi et vt sic non erit respectus extrinsecus cū necessario oriatur stante tali continentia non ꝙ continentia illa passiua sit formalis ratio recipiendi ip̄m vbi: immo p̄cise erit sup̄ficies corpis. ¶ His Ad rōes ꝯ p̄mū dcm̄ p̄missis patet q̄d dicendū ad rationes contra. Ad primam

patet tenendo ꝙ talis p̄sentia siue coexistentia sit formalit̄ ipsum vbi. Si vero teneat̄ ꝙ non sit ip̄m. patet respōsio ex tertio p̄ambulo: q̄ꝛ vbi d̄ꝛ respectus extrinsecꝰ ꝓut comparatur ad fundamentū ⁊ terminū absolute: sed vt comparat̄ ad corpꝰ: vt contentū modo quantitatiuo tūc non d̄ꝛ extrisecus cū necessario oriat̄. vt exemplificaui de passione ⁊c̄. ¶ Ad scd̄m de angelo dico pariformiter ꝙ si angelū actu contineri a tali quantitate dicit ip̄m vbi: patet responsio q̊modo necessario est in vbi: q̄ꝛ ip̄a continentia passiua d̄ꝛ vbi Si vero teneat̄ ꝙ non sit formaliter ip̄a continentia. Dico tūc scd̄m tertium p̄ambulum scilicet ꝙ vbi tale dicit̄ respectus extrinsecus ꝓ quanto absolute comparatur ad ip̄m angelum vt ad fundamentū proximum et ad ip̄am quantitatem: vt ad ip̄m terminum quia si sit angelus extra illam quantitatem actu ponūtur fundamentū proximū ⁊ terminus ip̄ius vbi ⁊ tamen non ponit̄ necessario vbi. Sed posita continentia actuali ipsius angeli in tali quantitate necessario seq̄tur ipsum vbi. Ex his que supra exposui patet responsio ad alia duo argumenta immediate seq̄ntia: nec oportet aliter r̄ndere q̄ꝛ precise r̄ndendū est sicut ad duo p̄missa responsum est. ¶ Ad quintū q̄ꝛ importat aliq̄s difficultates: vide responsionem in scd̄o. dist. scd̄a de loco angelorum contra Gregorium.

Cōtra scd̄m dictum.

Contra secundum dictum instatur probando ꝙ ex absoluto ⁊ respectiuo possit per se fieri vnus conceptus: q̄ꝛ totum ⁊ principale fundamentum huius dicti est: quia tunc talis conceptus simul esset respectiuus ⁊ absolutꝰ: et sic non esset neq̄ respectiuus neq̄ absolutus. Et ego multipliciter insto. p̄mo: q̄ꝛ ex natura ꝯtrahibili ⁊ hecheitate fit vnus ꝑ se conceptus q̄ditatiuꝰ q̄ꝛ vnū singulare q̄d recipit p̄dicatione superiorum in q̄d: ⁊ t̄n̄ hecheitas nullo mō ꝑtinet ad quiditatē nec aliquo mō dicit q̄d: vt patꝫ a doc. in secundo. d. 3. q. 6. Sic in ꝓposito ex respectiuo ⁊ absoluto p̄t fieri vnus ꝯceptus respectiuus q̄uis absolutum nullo mō dicat respectum. ¶ Scd̄o instatur: q̄ꝛ suppositū est vnus ꝑ se ꝯceptus positiuus ⁊ absolutus ꝑ se in p̄dicamento substantie: ⁊ t̄n̄ suppositum constat ex natura singulari ꝑtinente ad predicamentū substantie ⁊ ex negatione duplicis dependentie. s. actualis ⁊ aptitudinalis: vt patꝫ in tertio. d. p̄ma. q. p̄ma ⁊ infra. q. 19. quoli. ⁊ t̄n̄ negatio formaliter non dicit entitatem positiuam nec absolutam nec respectiuam ergo a fortiori ex absoluto ⁊ respectiuo poterit fieri vnus ꝑ se ꝯceptus cū vtrunq̄ dicat entitatem positiuam. ¶ Tertio instatur: q̄ꝛ ex actu ꝑ se ⁊ potentia ꝑ se fit vnū ꝑ se vt patꝫ 8. meta. q̄ꝛ fit vnum simpliciter in actu ⁊ t̄n̄ potētiale vt pōtentiale non dicit actum. multo fortius ex respectiuo ⁊ absoluto fiet vnū in actu cum vtrunq̄ dicat actum. ¶ Quarto instatur q̄ꝛ persona diuina dicit vnum per se conceptuꝫ: vt patet ⁊ est vnum ens per se relatiuum tenendo cōmunē opi. s. ꝙ persona constituatur ꝑ relationem ⁊ t̄n̄ persona cōstat ex absoluto. s. essentia diuina ⁊ respectiuo: patet a doc. in pluribus locis. ¶ Quinto instatur sic: q̄ꝛ sicut ex conceptu omnino indifferenti ad absolutum et respectiuum ⁊ ex gradu intrinseco contrahente ipsum fit vnus per se cōceptus vel determinate absolutus: ⁊ vel determinate respectiuus: vt patet. quia si conceptus entis: qui nec est respectiuus nec absolutus contrahitur per absolutum fit cōceptꝰ determinate absolutꝰ: ⁊ si ꝯtrahitur ꝑ respectiuuꝫ fit ꝯceptus determinate respectiuus: sic sil̄r videt̄ posse dici ꝙ ex absoluto ⁊ respectiuo ꝯstituat̄ ꝑ se aliquod respectiuuꝫ. ¶ Sexto instatur: q̄ꝛ ex ꝯceptu non formaliter infinito fit ꝯceptus formaliter infinitus: patꝫ: q̄ꝛ ex cōceptu entis q̄ non est formaliter infinitꝰ: vt patꝫ a doc. in primo. d. 8. q. 2. ⁊ aliq̊ gradu intrinseco: puta infinitate intensiua fit vnꝰ ꝯceptus per se formaliter infinitus: patet: q̄ꝛ ex ꝯceptu entis qui nō est formaliter infinitus: vt patꝫ. Et t̄n̄ doctor expresse vult supra. q. 5. ꝙ quicquid formaliter includitur in ente infinito intensiuo sit formaliter infinitum intensiue ergo videt̄ a fortiori ꝙ si infinitū intensiue possit constare ex aliquo non infinito ꝙ etiā conceptus ꝑ se respectiuus possit cōstare ex absoluto ⁊ respectiuo. ¶ Septimo instatur: q̄ꝛ respectiuuꝫ necessario diffinit̄ per absolutum: q̄ꝛ per terminum qui est absolutus. vt patet a doc. in primo. d. 30. ergo non videtur repugnantia: quin etiā possit cōstitui conceptꝰ respectiuus ꝑ respectiuū ⁊ absolutuꝫ. ¶ Respondeo ad istas instātias tenendo dictū doc. verissimum. Ad primā dico ꝙ ex hecheitate nihil quiditatiuū constituitur cū nullomō pertineat ad quiditatem. ⁊ cum dicitur ꝙ singulare recipit predicationē in quid omnium superiorum/concedo: sed non ratione hecheitatis sed precise ratione nature incluse que dicit quid

Ad rōnes ꝯtra scd̄m dictum.

immo ipsa dicit totam quiditatē singularis: vt patet a do. in secundo. di. 3. q. 1. ⁊ 6. ⁊ vide singularissima que ibi exposui ⁊ adduxi. ¶ Ad secundum. Dico breuiter ꝙ suppositū formaliter sumptum prout. s. includit illam negationeꝫ nō est per se in predicamento substantie cum negatio nec per se nec reductiue sit in predicamento cum omnia predicamēta sint simpliciter entia positiua. nec per consequēs ipsa negatio facit nec pertinet ad conceptum per se: sed suppositū dicitur esse per se in predicamēto ꝓ quanto includit singulare p̄dicamenti substantie q̄d per se ponitur in tali p̄dicamento. Sicut etiam singulare vt singulare non recipit predicationem in quid sed si recipit hoc est precise ratione nature incluse que dicit propriā quiditatem. ¶ Ad tertium. Dico ꝙ forte cōcluderet si ex potentia obiectiua et actu fieret per se vnum in actu: puta ꝙ homo constitueretur intrinsece ex potentia obiectiua que non est formaliter ⁊ ex entitate actuali. Sed hoc est simpliciter impossibile. Ad philosophum dico ꝙ ipse loquitur precise de potentia subiectiua ꝑ se ⁊ non de potentia obiectiua vt subtiliter patet a doct. in secūdo. d. 12. q. prima. Et sic ex potentia per se subiectiua cuiusmodi est materia ⁊ ex actu per se. s. forma substantiali fit per se vnum cōpositum. Sicut etiam ex potentia subiectiua per accidens. s. ex subiecto in actu ⁊ ex actu per accidens. s. ex accidente fit vnum per accidens. modo talis potentia subiectiua siue per se siue per accidens semper est in actu ⁊ ideo non sequitur. ¶ Ad quartum: hoc forte importat maiorem difficultatem. Dico tamen ꝙ persona non dicit aliq̄d tertium resultans ex essentia ⁊ proprietate relatiua sed precise dicit ipsam essentiam cum proprietate relatiua: nec tamen erit vnum per accidens: quia relatio illa nullo modo informat essentiam: vt patet a doc. in primo dist. 5. q. 2. ⁊ 26. ⁊ in quo. q. 6. nec quasi informat nec denominat nec quasi: q̄d tamen requiritur ad hoc vt sit vnum per accidens. Dicitur tamen maxime vna vel quia maxime perfecta: quia essentia ibi inclusa est formaliter infinita vel maxime vna propter perfectaꝫ idemptitatem realem quia essentia simpliciter sibi idēptificat proprietatem personalem ꝓpter sui infinitatem. Dico secundo ꝙ tenendo ꝙ dicat vnū per se conceptum ex essentia ⁊ proprietate alium aliqualiter ab essentia ⁊ proprietate adhuc dico ꝙ nō erit simile: q̄a vbi respectiuū de quo doc. loquitur presenti. q. dicit vnū cōceptum per se primo modo ⁊ per consequēs quiditatiue nō potest in tali esse quiditatiuo constitui per absolutum ⁊ respectiuum: quia tunc erit ille conceptꝰ ⁊ quiditatiue respectiuus ⁊ quiditatiue absolutus: vt patet: modo in proposito de persona tenendo ꝙ dicat vnum per se conceptum quiditatiuum: hoc potest dupliciter intelligi. primo ꝙ dicat conceptum per se quiditatiuū: quia includit per se aliquid q̄d pertinet ad quiditatem ⁊ sic persona includit essentiam que dicit quiditatem perfectissimam: sicut etiam ponitur ꝙ singulare creatum dicit per se vnum conceptum quiditatiuuꝫ ratione nature dicentis quiditatem. ⁊ hoc modo conceditur ꝙ quasi dicat per se vnum conceptum quiditatiuū: ⁊ tunc nō est ad propositum de vbi vt Doc. loquitur: vult eñ ibi quod respectiuum ⁊ absolutum non faciant vnum ꝑ se conceptū quiditatiuum: ita ꝙ vtrunq̄ pertineat ad quiditatem ipsiꝰ Secundo potest intelligi ꝙ persona dicat vnum per se conceptum quiditatiuum sic ꝙ proprietas pertineat ad quiditatem sicut ⁊ essentia eo modo quo dicimus ꝙ animal ⁊ rationale constituunt hominē quiditatiue. Respōsio tamē p̄ma videtur melior ⁊ ad propositum magis. ¶ Ad quintum dico breuiter ꝙ non est simile: quia licet conceptus indifferēs ad absolutū ⁊ respectiuum non sit actu nec respectiuus nec absolutus: est tamen in potētia: quia ad vtrūq̄ contrahibili. ¶ Ad sextum. Dico breuiter primo. ꝙ sufficit ꝙ talis cōceptus sit potentia infinitus. Dico secundo ꝙ quando Do. dicit ꝙ quicquid includitur in ente infinito intensiue est infinitum intensiue hoc debet intelligi ꝙ inclusum in vltima actualitate ⁊ vere realiter. De hoc vide que exposui ibi scꝫ q. 5. quolib. ⁊ vide ibi singularia dubia. ¶ Ad vltimum. Dico ꝙ si respectiuū diffiniretur per absolutū diffinitione q̄ditatiua argumentuꝫ concluderet: sed in proposito nihil cōcludit: quia t̄m̄ diffinitur per additamentum ⁊ per aliquid omnino extra rōnem formalem respectiui cuiusmodi est absolutum. Et hoc expresse patet a doc. in p̄mo. d. 30. vbi vult ꝙ t̄m̄ diffiniatur per additamentum ⁊ nō aliter: ⁊ sic patet.

Persona indiuis nō dicit aliq̄d tertium resultans ex essentia et ꝓprietate relatiua.

Personā diuis dicere ꝑ se cōceptuꝫ q̄ditatiuum dupliciter.

Cōtra tertiū dictuꝫ.

Contra tertium dictum instatur ꝙ respectus intrinsecus aduenien s non necessario sequatur ad fundamētum posito termino: ⁊ accipio similitudinem que s̄m doc. est respectus intrinsecus: ⁊ suppono duo. primo ꝙ realiter di-

stinguatur a fundamento ⁊ ꝙ sit posterior fundamento. pri
mū patet a doc. in secundo di. 1. q. 4. scdm patet per ipsum
in primo dist. 26. ⁊ alibi sepe. s. ꝙ relatio preexigat extrema
ergo sequitur ꝙ est posterior fundamēto ⁊ termino. Ex his
arguo dupliciter. primo sic. Deꝰ pōt immediate cāre simi=
litudinem non concurrentibus fundamēto ⁊ termino vt cau
sis necessariis. ergo similitudo non oritur necessario posito
fundamendo ⁊ termino. ꝯsequentia patet: quia Deus cau=
sat contingenter. Tum etiam si imediate cātur a deo nō ori
tur necessario ex natura extremorū: añs ptz quia omne po=
sterius realiter distinctum ab alio quod non pertinet ad eiꝰ
esse intrinsecum: (quod dico ꝓpter compositū naturale qđ
distinguitur realiter a partibus ꝯponentibus ⁊ est posteriꝰ
eis quod deus non pōt imediate causare: q2 ille partes sunt
de intrinseca rōne ipsius) deus imediate potest cāre patet
quia ab omnibus conceditur ꝙ potest supplere omnē causā
secūdam extrinsecam qualis est effectiua. Sz similitudo est
realiter distincta ab vtroqz extremo ⁊ posterior eis nec ali=
quid extremū pertinet ad eius esse intrinsecū: vt patet. er=
go. Nec valet glosare illā propositionem ꝙ intelligit̄ de po=
steriori absoluto realiter distincto. quia doc. expresse ꝯcedit
ꝙ potest imediate cāre respectum extrinsecum aduenientē:
quia realiter distinguitur ab extremis ⁊ est posterior eis nō
ergo intelligitur de absoluto simpliciter. Nec valet glosare
ꝙ non intelligitur de respectu itrinseco: q2 ego arguo ꝙ nul
lus sit intrinsecus eo modo quo ipse ponit q. s. orit̄ necessa=
rio ad fundamentū posito termino. ¶ Secūdo istatur. De
us pōt imediate causare duo alba perfecta in aliquo instā=
ti. ⁊ in eodem nō cāre similitudinem inter illa: ergo similitu=
do non oritur necessario ex natura extremorum. ꝯsequentia
patet. quia si in illo instanti quo ponuntur alba non oritur
sequitur ꝙ non necessario oriatur: quia in quocunqz instanti:
ponitur causa adequata ⁊ necessaria alicuius effectus ⁊ nō
impedita necessario sequitur talis effectus: hoc patet. añs
probatur quia omne absolutum realiter distinctū ab alio ⁊
prius illo Deus imediate potest causare sine illo. Sed illa
alba sunt absoluta realiter distincta a similitudine ⁊ priora
illa ergo: maior huius syllogismi: patet etiam a Doc. Si di
catur ꝙ intelligitur de priori absoluto comparato ad abso=
lutum realiter distinctum ⁊ prius eo. non autem vt ꝯparato
ad respectiuum. Dico ꝙ hoc nihil est q2 fm ipsum absolutū
ꝯparatum ad respectum extrinsecus aduenientē potest deꝰ
immediate causare sine respectu extrinseco: patz: quia pōt
immediate causare ignem ⁊ combustibile sine actuali com=
bustione ⁊ hoc: quia illa sunt priora ⁊ realiter disticta ab ip
sa relatione que dicitur formaliter ꝯbustio. Si dicatur ꝙ nō
intelligitur de absolutis comparatis ad respectus necessa=
rio concomitantes ex natura extremorum. Et hoc est quod
ego improbo: ideo oportet rńdere ad instantias factas.
¶ Tertio istatur sic ⁊ quero a quo imediate causatur neces
sario ipa similitudo vt a causa totali ⁊ adequata: aut causa
tur a solo fundamēto: aut a solo termīo: aut ab vtroqz simul
si primo ergo posito tm̄ vno albo ꝑfecto erit similitudo. Si
dicat̄ ꝙ terminus concurrit: quero quomodo concurrit. non
vt cā: quia ponitur fundamentum totalis causa. non vt cau
sa sine qua non: quia posita totali cā nihil aliud requirit̄ ad
habendum effectum: hoc enim modo arguit Doc. in primo
dist. 3. q. 7. ꝯtra hen. qui ponebat animam eē totalem cau=
sam notitie: sed obiectum requirebatur vt cā sine qua nō. si=
ue vt terminus ⁊ hoc improbat: quia stāte cā totali: nihil ali
ud requiritur. vide ibi. Si secundo requiratur terminus: vt
causa partialis. Sed hoc non videt̄: quia tunc deitas sub rō
ne deitatis eēt necessaria causa dependentie creature: q2 il
la necessario terminat̄ ad deitatē sub rōne deitatis siue ad
voluntatē diuinā: ⁊ tūc volūtas diuina ꝯcurreret necessario
ad aliquid extra qđ doc. omnino improbat: immo si necessa=
rio causat ipsam relationem: sequitur ꝙ necessario causet ip
sam creaturam cum sint penitus eadem res realiter: vt ptz
a doc. in scdo di. prima. q. 5. Si tertio ꝯcurrit terminꝰ vt cau
sa totalis a fortiori: sequitur illud idē incōueniens de deo ꝙ
scz necessario causaret aliquid ad extra. ¶ Quarto instat̄
sic. q2 si silitudo necessario oritur ex natura fundamēti ⁊ ter
mini ita ꝙ necessario sit ad terminū: tūc q̄ro aut seipā ē ha=
bitudo ad terminū siue seipsa terminat̄ ad terminū aut alia
relationē terminat̄ ad ipsum. non primo. quia ipā eadem vt
ꝯparatur ad fundamentum non seipsa inheret sz inheren=
tia alia inhereret: vt etiā patet a doc. in secundo di. prima. er
go similiter vt comparatur ad terminum nō seipā termina
tur cū nō sit maior ratio de vno q̄z de alio Et si alia termina
tur illa alia erit realiter distincta a termino: ergo terminabi=
tur non seipsa sed alia, ⁊ sic processus in īfinitū. Et precipue
si ponatur dependere a termino: sequitur ꝙ dependebit de=
pendentia fundata in similitudine: ⁊ illa similiter depende=
bit ad terminum. ergo alia dependentia et sic in infinitum.
¶ Quinto instatur. Si similitudo oritur necessario a prin
cipiis intrinsecis fundamenti: ergo realiter idemptificatur
fundamento: hoc patet quando enim aliquod subiectuz ex
sua intrinseca ratione necessario et adequate producit ali=
quid in seipso illud sibi necessario idemptificat realiter. hec
videtur ꝓpositio docto. in scdo. d. prima. ⁊ sic similitudo eēt
realiter eadem ipsi fundamento: q2 terminus non poneret̄
causa ꝓductiua: sed tm̄ terminatiua. sicut etiā risibile idēp=
tificatur realiter homini: quia necessario oritur in ipso ho=
mine ex formali ratione intrinseca hominis. ¶ Sexto ista=
tur priori natura non repugnat posse eē sine posteriori na=
tura maxime a quo realiter distinguitur: hoc patet a doc.
in primo in secundo ⁊ in tertio: sed fundamentum ⁊ termi=
nus etiā simul sumpta sunt prius natura: patet: q2 fm doc.
in primo. d. 3. q. 5. ⁊ in secundo. d. prima ad absolutum in cā
sequitur absolutū in effectu: ⁊ post sequitur relatio causa=
ti ad cām ⁊ econtra. ergo non repugnat fundamento ⁊ ter=
mino simul sumptis posse esse sine relatione. ergo non ne=
cessario oritur. ¶ Septimo instatur si ad fundamentū ne=
cessario sequitur talis relatio posito termino ergo seq̄tur ꝙ
posita magnitudine eēntie diuine ⁊ patre qui ponit̄ extre=
mum equalitatis filii necessario ponet̄ equalitas filii ad pa
trem ēt filio non ꝓducto. q2 vnitas magnitudinis eēntie est
ꝓximum ⁊ immediatū fundamentū equalitatis filii ad pa
trem. Si dicatur q2 req̄ritur filius: ergo non orit̄ necessario
precise fundamento positis ⁊ termino. ¶ Octauo instatur
q2 si relatio intrinsecus adueniens: necessario orit̄ ad fūda
mentum posito termino quero an ꝑcise oriatur ab illis aut
aliqua alia cā supiore concurrente. Si pimo. ergo deus non
posset in intellectu suo imediate cāre notitiā intuitiuā sili=
tudinis inter duo alba nisi concurrentibꝰ ipsis albis: q2 si po
nuntur cā immediata ⁊ adequata ⁊ precisa entitatis rela=
tionis: sequitur ꝙ deus non continebit virtualiter illaz nec
per ꝯñs eius notitiam sic em̄ arguit doc. in pluribus locis.
Si scdo sequitur ꝙ deus poterit immediate cāre illam: q2
vt sic continebit causalitatem illorum.

Contra quartū dictū instatur ꝓbādo ꝙ respectꝰ Cōtra q̄rtum dictū.
extrinsecus adueniens non sit ille qui non necessario oritur
ad fundamentum posito termino: quia si sic eēt. multa incō
uenientia sequerentur. primo sequeret̄ ꝙ homo eēt actu ani
ma existente in celo ⁊ corpore in terra quod ē īpossibile. pro
batur cōsequentia. quia stante vniōe anime ad corpꝰ de ne=
cessitate homo est: hoc patet a doc. in tertio distin. 2. ⁊. 22. sz
stante anima in celo ⁊ corpore in terra: pōt stare vnio ipsoꝝ
adinuicem: quia vnio ponit̄ respectus extrinsecus: patet: q2
non necessario sequitur stantibus fundamento ⁊ termino: er
go deus immediate potest causare ipsam vnionem ⁊ sic ho=
mo erit corpore existente in terra ⁊ anima in celo quod ē ab
surdum. ¶ Secundo sequeret̄ ꝙ stante aliquo loco in orien
te: ⁊ aliquo corpore locabili in illo loco in occidēte ꝙ Deus
poterit ipsum facere in vbi respectu illius loci: patet: q2 vbi
fm ipsum est respectus extrinsecus adueniens: ⁊ sic corpus
existens in occidente actu erit circunscriptum a loco existē
te in oriēte: ⁊ sic erit vbicaliter in aliquo loco in quo actu nō
continebitur quod est absurdum. ¶ Tertio: vnio nature ad
suppositum nō eiusdem nature est respectus extrinsecus vt
patet a doc. in tertio di. prima. q. prima: ergo deꝰ posset vni=
re naturam humanam existentem in terra angelo existenti
in celo. patet: quia posito fundamento ⁊ termino non oritur
ille respectus ex natura extremorū: ergo Deus immediate
posset causare illam vnionem. Si dicatur ad omnia ista ꝙ re
quiritur necessario approximatio. hoc nihil est. Tū q2 doct.
absolute loquitur de illis ad differentiam respectus intrin=
secus aduenientis qui necessario oritur ex natura extremo=
rum etiam quantumcumqz distantium si duo alba distarent
in infinitum adhuc esset similitudo actualis. Tum etiam: q2
etiam si ponerentur anima ⁊ corpus maxime propiqua ita
tamen ꝙ anima non informaret corpus adhuc deus posset
causare vnionē inter illa: quia non oriretur ex natura extre=
morū: ⁊ tamen ex hoc non esset homo ⁊ ex alia pte esset ho=
mo: q2 ptibus vnitatis. ¶ Quarto instatur: quia passio pro=
prie accepta que ponitur respectꝰ extrinsecus sequit̄ formā
receptā in passo ab ipō agente ita ꝙ agens priꝰ habz respe
ctū producentis ad formā productam ⁊ respectū inducētis
ad formā inductam ⁊ isti respectus sunt intrinsecus: q2 ori=
untur necessario ex natura extremorū: quia posita forma in
materia siue ī passo ab ipō agēte sequunt̄ isti respectꝰ ⁊ pas=

fiō proprie accepta que est respectus patientis siue passi ad agens sequitur hos respectus: quia dicitur pati ab agente pro quanto recipit formam ab ipso. Tunc vltra. si passio nō necessario oritur ad fundamentum posito termino sequitur ꝙ poterit esse forma in passo ab agente ⁊ ꝙ passum non formaliter pateretur: nec in ipso esset passio respectus proprie accepta. quod videtur absurdum. ¶ Quinto instat̄ de actione proprie dicta que etiam ponitur respectus extrinsecus: quia similiter illa est posterior productione forme in passuꝫ siue in materiam. prius. n. forma producit̄ ꝙ̄ inducatur saltem loquendo de forma cui non repugnat posse per se stare ⁊ similiter prius inducitur ꝙ̄ intelligatur (vt dixi) passio. ergo ⁊ prius ꝙ̄ itelligatur actio: quia actio ⁊ passio sunt simul natura cum sint correlatiua. ergo si actio non necessario oritur positis fundamento ⁊ termino sequitur ꝙ stante forma inducta ab agente in materia ꝙ poterit non esse actio ꝓprie dicta. ¶ Sexto instatur ⁊ presuppono dictum doc. in primo di. 3. q. 5. ⁊ in secundo dist. 1. q. 2. ꝙ ad absolutum in cā sequit̄ absolutum in effectu. vnde vult ibi ꝙ omnis relatio necessario sit posterior fundamēto ⁊ termino: ergo absolutū in agēte immediate attinget aliquod absolutum in passo. s. formā ꝙ̄ sit respectus ipsius ad passum siue ipsius ad formam productam. ergo per diuinam potentiam poterit esse forma in materia ⁊ nullo modo erit necessario actio nec potentia cuꝫ ponuntur non necessario oriri ex natura extremoꝝ. ¶ Septimo instatur: quia si respectus extrinsecus non necessario oritur ⁊c. ⁊ acquiritur actione siue productione proprie quero a quo immediate cātur aut a deo īmediate: aut ab extremis. Si primo. ergo pōt ipsum non cāre qn̄ causat cum causet ɔtingenter: ⁊ sic stante forma inducta in materia ab agēte poterit deus non cāre nec actionē nec passionē. Tum ēt: qꝛ nō oīs respectus extrinsecus īmediate cātur a deo: vt pꝫ de vbi quod acquirit̄ ꝑ motū. ⁊ de actione ⁊ passiōe ⁊ de multis alijs. Si secundo. sequit̄ ꝙ cum necessario causet̄ ab extremis ⁊ ex natura rei: vt patet de actione ignis circa lignū ⁊ de passione in ligno ꝙ erit intrinsecus. nam tunc oritur necessario ex natura extremorum: vt pꝫ: ergo nulla erit differentia inter respectus intrin. ⁊ extra. ¶ Octauo instatur: quia sequit̄ ꝙ deus poterit cāre immediate talem respectuꝫ ⁊ ipm̄ in se conseruare: probatur: quia si talis respectus non necessatio oritur ex natura extremorū ⁊ propria actione acquiritur sequit̄ ꝙ productio prius ad ipsum terminat̄ ꝙ̄ intelligatur esse in subiecto. Sed si agens maxime primū pro aliquo instanti. pōt producere effectum in se potest ꝓ toto tp̄e sequente ipm̄ conseruare in se. Et hoc pꝫ a doc. in secūdo dist. 17. ⁊ in quarto dist. 43. Si enim agens creatum ꝓ aliquo instanti posset producere formam i se ⁊ nō i materia posset ipsam conseruare pro toto tp̄e sequenti: si. n. pro aliquo instanti nō necessario dependet a materia nec pro tp̄e sequenti vt exposui in secūdo di. 17. vide ibi. Si ergo respectus extrinsecus non necessario orit̄ positis extremis ⁊ propria actione natus est acquiri: sequit̄ ꝙ deus posset ipm̄ ꝓducere in se ⁊ non in alio. Et dixi si ꝓpria productione acq̄ratur ad differentiam forme substātialis in composito que non producit̄ ꝓductione alia a ꝓductione totius ɔpositi: iō non pōt pro aliquo instanti s̄m ph̄m esse sine subiecto. Et qꝛ etiā s̄m ph̄m anima intellectiua nō ꝓducitur alia ꝓductione a productione compositi: iō non pōt pro aliquo īstanti eē sine ɔposito. Et si posse produci pri⁹ alia productione a ꝓductione compositi posset esse sine composito. hec omnia patent a doc. in secundo dist. 17. ⁊ in quarto dist. 43. ¶ Nono instat̄: vt ɔclusio magis declaret̄. Si talis respect⁹ nō necessario orit̄ ex natura extremoꝝ ⁊ vere causat̄. sequit̄ ꝓcess⁹ in infinitum ⁊ ex parte passi ⁊ agentis. patet passio est hm̄ōi respectus ⁊ causat̄ ab agente in aliquo passo. ergo passum recipiendo illum patitur passione alia a prima ⁊ illa secūda passio est respectus extrinsec⁹ ⁊ vere cātur in passo. ergo recipiendo illā iterum patit̄ passione alia ab illa secunda ⁊ sic in infinitū. per hoc idem arguo de actione que recipit̄ in agēte: quia recipiendo illam patitur ⁊ sicut prius. ¶ Decimo ⁊ vltimo instatur: qꝛ vnio nature humane ad verbum est respectus extrinsecus: vt patꝫ a doc. in tertio dist. 1. q. 1. ⁊ in q̄lib. q. 19. ergo deus posset facere naturā humanam actu eē in verbo et dependere ad ipsum ⁊ sustentari in ipso ⁊ tn̄ nō erit formaliter vnita verbo quod est valde inconueniens.

Ad rōnes ɔtra t'tium dictum preambula et singularis declaratio

Respondeo ad instantias contra tertium dictū: premittendo aliqua necessaria. Primo tenēdo ꝙ fundamētū sit totalis ⁊ īmediata cā relationis ītrinsece. declaro qūo terminus necessario requirit̄. Dico ergo ꝙ terminus nō requiritur necessario vt cā neqꝫ totalis neqꝫ partialis ipsius relationis cū nō causetur ab illo sed requirit̄ propter formale eē relationis quia relatio formaliter est habitudo ad aliud ita ꝙ si nihil eēt ad qd̄ relatio terminaret̄ r'ro nullo mō esset. req̄rit̄ ergo aliud in rōne t'mini ad sui eē cū eē ei⁹ formaliter sit habitudo ad aliū i rōne termini non ꝙ terminus sit de intrinseca eius rōne: quia tunc absolutum eēt de quiditate relationis: sed requirit̄ vt aliquid extrinsecum ad qd̄ terminetur talis habitudo: vt pꝫ a doc. in quarto. di. 11. Siue ro teneat̄ ꝙ terminus concurrat actiue: tunc oportebit saluare qūo deus nō sit cā necessaria alicuius ad extra. iō mihi videt̄ ꝙ prima via sit tutior. ¶ Secundo p̄mitto ꝙ fundamentum relationis necessario ɔcurrit propter duo: primo vt immediatum ⁊ necessarium receptiuū illius. sic ꝙ eēt simpl'r impossibile talem relationem eē sine fundamento: vt patꝫ a doc. in quarto. in materia de eucharistia: secundo vt cā īmediata precise ⁊ adequata: ideo est impossibile ab alio cāri immediate. Si dicatur ꝙ non videt̄ necessario cōcurrere vt cā quia doc. supra. q. 7. dicit ꝙ deus potest producere īmediate omne cābile nō concurrente aliqua causa secunda ⁊ si extrema relationis sint necessaria dicit ꝙ cōcurrūt: vt effect⁹ prior. Dico primo ꝙ Doc. intelligit de effectibus absolutis qui proprie dicuntur causabiles ⁊ nō de relatiuis. Dico secundo ⁊ magis s̄m veritatē ꝙ doct. nō itelligit de effectib⁹ comparatis ad causam precisam adequatam ⁊ īmediatā q̄ proprie se hꝫ nō tm̄ in ratione cause effectiue: sꝫ necessario in ratione subiecti ⁊ patet: quia Deus non posset īmediate causare risibilitatē in homine: quia tunc homo posset eē risibilis ⁊ non risibilis cum deus sit causa mere ɔtingens. Nec valet dicere ꝙ ideo nō potest īmediate causare: quia illa passio est eadem realit̄ cum ipo homine. Sed hoc nihil est. Tū quia ideo est eadē realit̄: quia causat̄ necessario ⁊ immediate a pricipijs subiecti i ipso subiecto. ergo intelligit̄ ꝙ hō p̄us sit causa ipsius ꝙ̄ intelligat̄ eadem realit̄ ipsi homini: i illo ergo priori deus posset preuenire causando ipam si īmediate eēt causabilis a deo. accidit enī ꝙ ꝓducat vt eandem sibi realit̄. Tum quia posito ꝙ ꝓpria passio realit̄ distigueret̄ adhuc non sequit̄ ꝙ deus imediate possit illam producere: quia si sic sequetur ꝙ aliquando homo poterit eē non risibilis: quia deus posset ipsam non producere in ipso homine et sic non esset conclusio demonstrabilis potissime simpliciter necessaria: qꝛ aliqn̄ posset esse falsa: intelligitur ergo dictum doc. ꝙ deus potest immediate causare omnē effectuꝫ non concurrente aliqua causa secunda: dum talis effectus non sit talis ꝙ requirat causam precisaꝫ immediatam ⁊ adequatam. qui effectus formaliter ⁊ necessario est in ipso ꝓducēte. Sic est i proposito de relatione intrinsecus adueniente que habet fundamentum non tm̄ vt rationē proximā fundandi eam sed vt causam precisam immediatā et adequatam: ideo est impossibile ꝙ immediate ab alia producatur ꝙ̄ a fundamento proprio. nec fundamētū potest immediate producere nisi ponantur omnia requisita ad eius eē. cuiusmodi est terminus cū sit formaliter habitudo ad terminum. ¶ Istis premissis patet rn̄sio ad duo prima argumenta. Ad primū dico ꝙ quāuis relatio sit realiter disticta et posterior fundamento: nō tn̄ sequitur ꝙ immediate possit produci qꝛ eius esse immediate ⁊ precise depēdet a fundamento: vt supra dixi. Et posito ꝙ non esset causata ab extremis. tamē posito h̄. non sequitur ꝙ deus posset ipsam facere sine extremis: qꝛ ipsa requirit necessario extrema vnuꝫ in ratione fundamenti ⁊ aliud in rōne termini. Sed tūc nō oriretur ex natura extremorū: quia precise nō haberet esse ab extremis. ¶ Ad scd̄m Dico ꝙ posita causa necessaria precisa ⁊ immediata alicuius effectus necessario ponitur talis effectus sed positis fundamento ⁊ termino: ponitur causa hoc modo respectu relationis. ideo deus nō posset facere fundamentū ⁊ terminū sine relatione. sicut posito homine necessario sequit̄ risibilitas. sic in ꝓposito. Et cum instatur qꝛ potest facere prius esse sine posteriori a quo realit̄ distinguitur. Dico ꝙ ista ꝓpositio non est vniuersaliter vera: est maxime quando prius ponit̄ causa necessaria precisa ⁊ adequata posterioris a q̄ posterius essentialiter depēdet. ⁊ patet quia materia ⁊ forma ēt vnita sunt prius cōposito cū non causent ipsum nisi vt vnita. ergo deus posset facere materiam ⁊ formam simul vnita existere sine cōposito: non sequitur quia cōpositū necessario dependet ab illis vt exposui in secundo contra Tho. gaie. Sic dico in ꝓposito: Est ergo vera propositio vbi prius comparatur ad posterius realiter distinctum ⁊ cuius non sit causa precisa ⁊ immediata ⁊ necessaria. habet etiam alias limitationes quas vide in secundo. d. 12. q. 2. ⁊ alibi etiam. ¶ Ad tertiū. Dico ꝙ cātur a fundamēto vt a cā totali: ⁊ cum dicit̄ ꝙ tunc ter

minus nõ requirit: dico ꝙ necessario requiritur: quia relatio
essentialiter est habitudo ad terminum. Et ideo non est si=
mile de intellectione: quia ipsa non est formaliter habitudo
ad obiectũ. iõ bene argumentum doc. cõcludit ꝙ si obiectuȝ
nullo modo esset cã intellectionis. sed precise ipa anima ꝙ
tũc possȝ cãri itellectio obiecti sine obiecto pñte nec i se nec
in aliquo repñtatiuo: quia ipa intellectio est qualitas abso
luta nec est formaliter relatio siue habitudo ad obiectum vt
patebit infra. q. 13. Si secundo concedatur ꝙ terminus con
currit vt cã saltem partialis: tunc oportet concedere ꝙ de⁹
ex natura rei sit cã naturalis relatiõis ⁊ forte non esset incõ
ueniens de relatione sed de absoluto. Sed hoc ego non as=
sero: quia multa inconuenientia possent inde oriri: sed modo
transeo. ❡ Ad quartum. Dico ꝙ relatio seipa est habitudo
ad terminuȝ ⁊ seipa terminatur ad terminũ: vt patet a doc.
supra. q. 8. ⁊ cum dicitur ꝙ vt ꝯparatur ad subiectum nõ se=
ipa inheret. Dico primo ꝙ non est simile: quia inherentia cõ
sequitur accidens. ⁊ ideo accidẽs non est formaliter ipa in=
herentia ad subiectũ: vt patȝ a doc. in quarto in materia de
eucharistia. ⁊ in. 7. meta. sue: sed vt ꝯparat̃ ad terminũ se=
ipa est habitudo ad terminũ cũ formaliter ⁊ realiter sit ha=
bitudo ad terminum. Dico secundo ꝙ aliud est loqui de acci
dente absoluto: ⁊ aliud de respectiuo. primo modo accidẽs
inheret inherentia realiter distincta: cum illa sit separabil̃:
vt patet a doc. vbi supra: ⁊ in secundo di. 1. secundo modo di
co ꝙ relatio seipa inheret saltem realiter: quia talis inherẽ-
tia est idem realiter cum ipa. quia repugnat relationi esse si
ne termino talis inherentie: vt exposui in secundo dist. 1. q. 5
Sed prima responsio est magis ad propositum: quia hic for
te oporteret ponere ꝙ talis inherentia distinguatur forma
liter: sed vt comparatur ad terminum seipa formaliter ẽ ha
bitudo ad terminum. ❡ Ad quintum. Dico ꝙ ratio conclu=
deret si talis relatio non requireret aliud ad sui eẽ: sed quia
relatio requirit necessario terminũ ad sui eẽ cũ ipa sit eẽntia
liter ⁊ formaliter habitudo ad terminum est enim de intrin=
seca eius ratione eẽ formaliter ad aliud: vt patȝ a doc. in p̃=
mo. ❡ Ad sextum. Dico ꝙ posito ꝙ extrema sint prius na=
tura relatione: tamẽ quia illa necessario cõsequitur illa ex=
trema ex natura rei ⁊ sunt causa necessaria immediata p̃ci=
sa ⁊ adequata: ideo non sequitur posse esse sine relatiõe. Et
vltra dico ꝙ licet priori vt priori natura non repugnet posse
esse sine posteriori natura. tamen cõcomitanter potest repu
gnare sicut homini vt homo est prior natura non repugnat
posse eẽ sine risibilitate: tamẽ ꝯcomitanter: puta: quia ponit̃
causa necessaria precisa ⁊ adequata risibilitatis: ideo sibi re
pugnat posse eẽ sine illa. Sic dico in ꝓposito. ❡ Ad septi=
mum patȝ responsio supra. q. 6. quia non tm̃ requiritur im=
mediatum fundamentum ꝗ sȝ necessario requirit̃ extremum
habens tale fundamẽtum qd̉ est ei ratio fundamẽtalis quo
possit fili⁹ eẽ equalis pr̃i. Sed de hoc prolixe dictũ eẽ supra
q. 6. ❡ Ad Octauum. Dico ꝙ q̃uis notitia relationis de=
pendeat a notitia extremorũ: tm̃ qr deus virtual̃r ⁊ eminent̃
ꝯtinet extrema relationis s̃m eorũ totã entitatẽ: ⁊ per ꝯñs
s̃m totã cognoscibilitatẽ: ideo sine extremis concurrentibus
potest causare in intellectu diuino notitiam relationis. non
ꝙ immediate causet notitiam relationis non prius causan=
do notitiam extremorum: quia relatio non potest aliquomo
do cognosci distincte extremis non precognitis: sȝ potest im
mediate causare notitiam extremorum ipsis nullo modo cõ
currentibus ⁊ per consequens notitiam relationis inter il=
la extrema. Et sic patet responsio ad istas instantias.

Preambu-
la ad rões
ꝯtra quar=
tum dictũ,

Ad instantias contra quartum dictũ. pro maio=
ri itelligentia p̃mitto aliqua. Primo ꝙ omnes relatiões p̃=
mi. secundi. ⁊ tertij modi. sunt intrinsecus aduenientes: vt
ptȝ. 5. meta. capitulo de ad aliquid. vbi vult philosophus ꝙ
omnes iste relationes proprie dicantur ad aliquid ⁊ perti=
nere ad predicamentũ relationis. Secũdo premitto ꝙ rela
tiones huiusmodi que sunt intrinsecus aduenientes precise
in hoc differunt a relationibus extrinsecus aduenientibus:
quia ille de necessitate oriuntur positis fundamento ⁊ ter=
mino quantucunq̧ distantibus dummodo sint in rerum na
tura. ⁊ patet discurrendo per omnes tres modos. positis ꝓ
ducto ⁊ producente necessario sequitur inter eos relatio ꝓ
ducentis ad productum ⁊ econtra. positis etiam duobus al
bis vbicunq̧ sint necessario sequitur similitudo nullo alio q̃
uis modo req̃sito. Sed relationes extrinsec⁹ aduenientes sic
se hñt ꝙ posito fundamento ⁊ termino in rerum natura non
necessario sequit̃: vt patet de actione ⁊ passione: quia posito
igne ⁊ ligno nõ sequitur in igne actio nec i ligno passio nec
est necessariũ addere ꝙ sint approximata: quia si actio ⁊ pas
sio essent respectus intrinsecus aduenientes necessario ori=
rentur etiam igne ⁊ ligno in infinitum distantibus: vt pȝ de
equalitate inter duo equalia que necessario oritur duabus
quantitatibus positis etiam instantibus. Tertio premitto
ꝙ relatio extrinsecus: ita oritur necessario posito fundamẽ=
to ⁊ termino sicut relatio intrinsecus aliter tamen et aliter:
quia intrinsecus adueniens necessario oritur positis funda=
mento ⁊ termino ⁊ nullo alio necessario requisito ⁊ premisso
nec approximatio nec aliquibus alijs necessario requisitis:
sed extrinsecus adueniens dicitur necessario oriri quibusdã
alijs necessario requisitis preter fundamentum ⁊ terminũ
que tamen non necessario requiruntur nec vt terminus nec
vt ratio fundamenti. sed simpliciter preexigunt̃. Sicut etiã
ad esse compositi necessario prerequirit̃ vnio materie ⁊ for=
me que tamen nullomodo est causa cõpositi: vt patet a doc.
sed quia materia ⁊ forma non possent causare intrinsece ip
sum compositum nisi essent prius vnita. Sic dico in proposi
to ꝙ positis aliquibus preter fundamentum ⁊ terminum. ne
cessario sequit̃ talis relatio. exemplũ posito igne ⁊ ligno ab
solute nõ necessario sequit̃ nec in igne actio de genere actio
nis nec in ligno passio. sed inducta caliditate in ligno ab ipo
igne necessario sequitur in ligno passio qua formaliter pati=
tur ab igne ⁊ in igne sequitur actio qua formaliter agit in li
gnum. Similter positis absolute corpore et loco materiali
non necessario sequit̃ vbi: sed posito corpore in loco naturali
vt coextenso realiter sequitur vbi. Similiter posita materia
et forma absolute non necessario sequit̃ vnio: sed posita for=
ma in materia necessario sequitur vnio. Et sic de alijs. dicũ
tur ergo respectus extrinsecus prout respiciunt absolute ex
trema ⁊ dicuntur intrinsecus prout respiciũt extrema qui=
busdam premissis vt dispositionibus ad quas necessario se=
quuntur. ❡ His premissis. Respondeo ad instantias. ad p̃
mam. Dico ꝙ requiritur vnio que sequitur informationẽ for
me ad materiam ⁊ licet dicatur talis vnio respectus extrin
secus vt comparatur ad extrema absolute non tamen dicit̃
extrinsecus vt comparat̃ ad extrema quorum vnũ informa
tur ab alio: nec deus posset immediate cãre vnionẽ requisi=
tam ab esse homis: nisi forma actu esset in materia nisi dica=
tur ꝙ receptio forme in materia est vnio qd̉ nõ videt̃. Et cũ
dicit̃ in vna conclusione ꝙ respectus extrinsecus potest ime
diate causari ⁊ etiã ꝓpria causatione. hoc debet sane itelli
gi. s. ꝙ potest esse nouus sine aliqua nouitate alicuius abso
luti ptinentis siue ad fundamentum. siue ad terminum. ꝙ
dico pertinentis ad fundamentum vel ad terminuȝ. dico qr
actio nec passio proprie posset inesse nisi prius aliquo abso
luto causato in passo: sed illud absolutum nullo modo pti=
net ad rationem proximam fundamenti neq̧ ad terminuȝ:
quia nec fundat passionem nec terminat. Sed relatio intrĩ
secus non potest esse noua sine nouitate vel fundamenti vl̃
termini qd̉ bene nota. ❡ Ad secundum ⁊ tertium similiter
dico per idem. De vnione nature humane ad verbum si vl
tra dependentiam actualem ad verbum dicit alium respe=
ctum: dico ꝙ talis respectus oritur i natura humana ex na
tura rei. ❡ Et cum dicitur ꝙ immediate causatur a deo.
❡ Dico ꝙ ꝓpter hoc dicitur causari quia ab ipso immedia
te causatur dependentia nature ad verbum ad quam ime=
diate sequitur talis vnio ⁊ hoc sufficit. Si vero talis vnio
precise dicat dependentiam actualem ad verbum patet ꝙ
a solo deo causat̃. ❡ Ad tertium dico ꝙ vbi dicitur respe=
ctus extrĩsecus prout comparatur ad extrema absolute et
stante distantia extremorum non potest causari sed posita
coexistentia ⁊ commensuratio immediate sequitur talis re
spectus. s. vbi nisi dicatur ꝙ talis coextensio ⁊ commensu=
ratio dicatur vbi ⁊ tunc non potest haberi stante tali distan
tia: immo ad hoc vt habeatur necessario requirit̃ vnuȝ actu
contineri ab alio. ❡ Ad quartum de passione ⁊ quintum de
actione: patet responsio ex supradictis: ꝙ tũc inducta for=
ma in materia nec actio nec passio sunt respectus extrinse=
cus: quia tũc necessario oriuntur: sed dicunt̃ extrinseci: vt
comparant̃ ad extrema absolute sumpta: vt supra patuit.
❡ Ad sextum patet ꝑ idem. ❡ Ad septimum: patet re=
sponsio ex supradictis ꝙ stante tali dispositione necessa=
rio causatur a fundamento posito termino. sed dicitur ex=
trinsecus prout comparatur ad fundamentum absolute.
vt supra dixi. ❡ Ad octauum. Dico ꝙ si deus causat hmõi
respectum necessario causat in materia siue in subiecto et
nullo modo in se. ⁊ quomodo dicat̃ nouus supra patuit.
❡ Ad nonum Dico ꝙ subiectum non dicit̃ pati nisi recipi=
endo ab agente formam absolutam. hoc idem dico de actio
ne: sed de hoc alias prolixius exposui. ❡ Ad vltimum ptȝ
responsio ex supradictis.

Ad rões
ꝯtra quar=
tum dictũ,

Contra quintum dictũ.

quia tunc eēt verū dicere in isto instanti non ē: ⁊ in tempore immediato fuit. sed hoc ē falsum. ergo non habet primum instans sui non esse. nec similiter habet vltimum instans sui nō esse: quia tunc esset verum dicere: in isto instanti non est: ⁊ in tempore īmediato ad hoc instās erit: sed hoc est falsuz quia mutatio nec instās possunt esse in tempore. Et hoc est qd Doc. dicit. s. ideo nō habent nec primum nec vltimuz sui non esse. quia in toto tēpore precedēte terminato ad hoc instans: nec in toto tēpore īmediate sequente hoc instās habēt esse. Sequitur. In secundis. s. permanētib⁹ virtute naturali. est dare primum inesse: sed non vltimū. de primo patet: qꝛ verum est dicere: ꝙ genitum in isto instanti est: cum generatio sit in instanti: ⁊ in tempore īmediato nō fuit. ergo habet primum sui esse. de secundo patet: quia si corrumpenduz haberet vltimum sui esse in illo instanti vltimo haberet qualitates conuenientes ⁊ dic vt supra. Addit ꝙ huiusmodi permanentia habent primum instans sui non esse. ⁊ non habēt vltimum instans sui non esse. primum patet: quia de corrupto verum est dicere: nunc nō est ⁊ in tēpore īmediato fuit. ergo corruptum habet primum instans sui non esse. secundum patet: quia si haberet vltimum sui non esse: esset verū dicere: genitum in isto instanti non est in tempore īmediato erit. hoc autem est falsum quia generatio nō est in tempore sed precise in instanti. Sequitur. In alijs autez que virtute diuina producuntur ⁊ corrumpuntur potest esse vterqꝫ istorum modorum: ⁊ accipio angelum ⁊ dicatur. a. potest primo habere primum sui esse: quia verum est dicere ꝙ. a. nunc est ⁊ in tempore īmediato non fuit. ergo habet primum sui esse potest etiam habere vltimum sui esse: quia verum est dicere angelus nūc est: et īmediate post hoc nō erit: quia deus: vt supra patuit potest ipsum in tempore immediato annihilare. ergo habet vltimum sui esse: ⁊ si habet vltimum sui esse: non poterit autem habere primum sui non esse. patet: quia ad vltimum inesse immediate sequitur tempus. ⁊ sic nō habebit primum instans sui nō esse cū in tempore īmediato ad instans in quo habet vltimum sui esse corrūpetur vel annihiletur. Si tamen non haberet vltimum sui esse: poterit habere primum sui non esse: quia deus post aliquod tēpus pōt in vltimo instanti illius temporis annihilare. ⁊ tūc esset verum dicere. a. nūc non est ⁊ in tempore īmediato fuit. ergo habet primum sui non esse. potest etiam habere vltimum sui non esse. quia si deus in isto instanti non creet angelum: sed in tempore īmediato ad illud instans creet: quia hoc potest facere: tunc habebit vltimum sui non esse: quia verum esset dicere. a. in isto instanti non est: ⁊ in tempore īmediato post scilicet hoc instans erit. ergo habet vltimum sui nō esse. Et ratio istorū est: quia virtus diuina potest in quēcunqꝫ modū successionis vnius ad alterum qui non includit cōtradictionē. Sed ī modis pdictis nulla apparet ꝯtradictio. eēt bñ cōtradictio ꝙ. a. haberet vltimū sui eē: ⁊ īmediate post hoc haberet pmū sui nō eē: vt supra patuit. Esset etiā ꝯtradictio ꝙ a haberet vltimū sui non esse ⁊ ꝙ haberet primum sui esse patet: quia si haberet primū sui eē nō haberet in eodē instāti quo habet vltimū sui non eē: ⁊ tunc est verū dicere: ꝙ. a. in eodē instāti sit ⁊ non sit: aut in alio instāti: ⁊ tūc eē duo instātia īmediata. Et aliquis alius modus posset inueniri quez modo trāseo. ¶ Ad aliud de incipit ⁊ desinit dicit: ꝙ dupliciter exponitur. nā incipit exponiꝶ per positionē de presenti ⁊ negationē de preterito: ⁊ tunc habet primū sui eē; vt. a. in isto instāti est ⁊ in tēpore īmediato non fuit. ergo. a. incipit eē. secūdo per negationē de presenti ⁊ positionē de futuro: ⁊ hoc quando habet vltimum sui non eē vt. a. nūc nō est ⁊ in tēpore īmediato post hoc erit. ergo incipit esse. Similiter desinit exponitur dupliciter. primo. per negationem de presenti ⁊ positionē de preterito: vt qñ habet primū sui nō esse vt. a. in isto instanti nō est ⁊ in tēpore īmediato fuit ergo desinit eē. Secundo per positionē de presenti ⁊ negationē de futuro: ⁊ hoc quando habet vltimum sui esse: vt. a. in isto instanti est ⁊ in tempore īmediato post hoc nō erit. ergo. a. desinit esse. Dicit ergo Doc. ꝙ raptim transeuntia que precise durant per instans exponūtur ⁊ per incipit ⁊ desinit. per incipit vno modo tm̄. s. per positionē de presenti ⁊ negationē de pterito: vt instās nūc est et in tempore īmediato nō fuit ergo incipit esse: sed nō potest exponi per negationē de presenti et positionē de futuro: quia nō valet: instans nunc nō est et in tempore immediato erit. quia repugnat instās esse in tempore. Similiter exponitur per desinit: vno modo: scilicet per positionē de presenti et negationē de futuro vt mutatio vel instans nūc est: et in tēpore īmediato nō erit ergo desinit esse. Sed non potest exponi per negationem de presenti et positionem de preterito: quia non sequitur: instans

Incipit et desinit dupliciter exponūtur. Et est logica realium singulariꝶ notāda cōtra garrulos nominales.

nunc non est ⁊ in tempore immediato ante hoc fuit: non sequitur quia instans nec mutatio sunt in tempore. Et sic cōcedo: ꝙ si angelus tm̄ per instans duraret ꝙ haberet pmū et vltimum sui esse. ⁊ simul inciperet esse per positionem de presenti ⁊ negationem de preterito ⁊ desineret esse. exponēdo desinit ꝑ positionem de presenti ⁊ negationez de futuro eodem modo precise. vt dixi de raptim transeuntibus. Hec exposui ꝓ iunioribus ⁊ inexptis.

Ad argumentum principale doc. facit vnuz argumentum in principio questionis. pbando: ꝙ respect⁹ ad deum vt creantem ⁊ conseruantem. non sit idem: qꝛ respectus ad deum vt creantē separabilis est a respectu ad deū vt conseruantem. Et ratio huius est: qꝛ si creatura tm̄ duret per instans sicut pt: tunc tm̄ erit respectus ad deum vt creantem cum in primo instanti tm̄ creatur: ⁊ nullo mō habebit respectum ad deum vt conseruantem. patet qꝛ dꝛ cōseruari tm̄ post primuz instans creationis: vt supra patuit ergo. ¶ Respondet doc. ⁊ responsio stat in aliquib⁹ dictis. Primo. si creatura tm̄ durat per instans: tunc in ipsa ē vn⁹ respectus realis ad deum vt creantem: ⁊ est alius respect⁹ rationis: qui fundatur in ipsa ⁊ terminatur ad nō esse imediate precedens: vt supra patuit. Secundo. si vero creatura duret per aliquod tempus vltra primum instans creationis: dicit ꝙ ipsa habet eundem respectum realem ad ipsuz deum causantem ⁊ dantem esse pro tempore sequenti ⁊ est realiter simpliciter idem respectus realis: siue eadez depēdentia realis que est ipsius vt ad deum creantem: qꝛ in re ꝓ quocunqꝫ instanti eadem creatura realiter ponitur in eē et creatur. respectus tm̄ qui fundatur in ipsa vt existente in tempore sequenti ⁊ terminaꝶ ad ipsam: vt existentem in pmo instanti bene est alius a primo ⁊ vere separabilis: sꝫ realis dependētia semꝑ est eadem quantumcūqꝫ duret Et de hoc patuit aliqualiter supra: sed clarius in difficultatibus quas in secundo dist. 2. q. 1. posui.

Ad argumentū pncipale.

Circa multa dicta in hac. q. insurgunt nōnulla dubia. Primo circa hoc. eiusdē re ⁊ rōne ad idē re ⁊ rōne nō ē depēdētia eēntialis: nisi vnius ⁊ eiusdē rationis. ¶ Secūdo circa hoc. existentia creature pmanentis est eadē oīno in ratione ⁊ conseruatione: ⁊ ex pte termini est oīno idē re ⁊ rōne. s. velle diuinū. ⁊ habitudo nō solū ad creantē. sꝫ ad cōseruātē est habitudo depēdētie essentialis ⁊ eiusdē rōnis. ¶ Tertio circa hoc: velle diuinum omnino idem est ratio terminandi habitudinem rei create ⁊ conseruate: qꝛ velle diuinum respectu cuiuscunqꝫ volibilis semꝑ manet idem. ¶ Quarto circa hoc: psona diuia sꝑ est in fieri: qꝛ nūqꝫ ista psona pt habere esse: nisi accipiendo actualiter a pducēte. ¶ Quinto circa hoc. respectus qui est ipsius esse ad non eē immediate precedens non est realis: quia non est ad terminum positiuum: et respectus qui est ipsius esse ad esse idem quasi preexistens: vel magis cum illo priori existens non est realis pro quanto est eiusdem ad idem. respectus autem ipsius esse ad causam a qua est: est realis. ¶ Sexto circa hoc: res pmanens potest esse precise per instans.
¶ Septimo circa hoc: instās ⁊ mutatio tm̄ durāt ꝑ instās.
¶ Octauo circa hoc: pmanentia hñt primū sui eē ⁊ primū sui non esse: ⁊ hñtia vltimū sui esse: non pñt habere pmū sui nō esse. ¶ Nono circa hoc: in gñatione ⁊ corruptione naturali: corruptum non hꝫ vltimum sui esse: qꝛ tunc haberet qualitates conuenientes: saltem in tali gradu in quo possent stare: ⁊ si sic non subito abijcerentur. ¶ Decimo contra hoc: ⁊ raptim transeuntibus est dare: tam primuz qꝫ vltimum. s. inesse: sed non est dare primum ⁊ vltimum in non esse: quia non hñt: nec primum sui non esse. nec similiter vltimum sui non esse. ¶ Contra primum instatur multipliciꝶ probando ꝙ eiusdē re ⁊ ratione: ad idem omnino re et ratione: sit multiplex dependentia essentialis. Et primo. sic eadem creatura puta angelus omnino indistincta re ē fundamētum dependētie eēntialis causati ad causaz: finiti ad finem: mēsurati ad mēsuram: que dependētie terminantur ad aliquid omnino idem re et ratione. ergo eiusdem re et ratione ad idem re ⁊ ratione: est multiplex dependētia eēntialis. consequētia patꝫ: quia ille depēdētie sunt ex natura rei distincte: vt patet. Antecedens probaꝶ quo ad omnes illas dependētias eēntiales. De prima patꝫ: ꝙ idē angel⁹ omnino re indistinctus eēntialiter dependet dependentia causati: quia immediate creaꝶ a deo: q̄ dependētia terminatur ad ipsum deum omnino indistinctum. De scđa patꝫ: qꝛ idem angelus omnino indistinctus: est ens finitum ordinatum ad vltimum finem. ⁊ sic idem angelus dependet ab vl-

Dubia occurrentia circa dicta in. q.

Contra primuz dictū.

timo fine: vt a causa finali: que dependentia immediate terminatur ad eundem deum omnino indistinctum: quia omnino idem sub eadem ratione formali est causa efficiens et causa finalis omnium. loquendo de primo efficiente ⁊ vltimo fine: hoc patet a doc. in primo dist. 2. q. 1. Similiter tertia patet: q2 idem angelus indistinctus a parte rei est pfectio limitata: ⁊ ꝑ consequens necessario includens impfectionem: ⁊ omnē imperfectum essentialiter dependet a pfecto: ⁊ mensuratur ab eo: ⁊ talis dependentia mēsurati. s. ſm perfectionem immediate terminatur ad vltimum pfectuꝫ ⁊ vltimum pfectum est simpliciter idem a parte rei cum primo efficiente ⁊ vltimo fine: vt ꝓbat doc. in primo di. 2. q. 1. Cum ergo iste dependentie essentiales adinuicem differāt etiaꝫ preter omne opus intellectus: sequitur ꝙ in eodem indistincto ex parte rei fundātur immediate plures dependētie essentialis: q̄ etiam terminantur ad idē omnino indistictū a parte rei. Et dico indistinctum a parte rei: quia non ē necesse ponere indistinctum ratione: quia dependētia realis ⁊ eēntialis requirit p̄cise extrema realia. non eniꝫ variatur ex natura rei propter variationem respectus rationis: siue in fundamēto siue in termino. Et hoc dico: quia forte posset rn̄deri: ꝙ licꝫ idem angelus ex parte rei sit fundamētū omnino indistinctum respectu harum relationum eēntialium: tamē ſm alium ⁊ alium respectum rationis fundat aliam ⁊ aliam relationem. Et similiter licet sit idem terminus ex parte rei omnino indistinctus: tamē ſm alium ⁊ alium respectum ē ratio terminandi aliam ⁊ aliam relationem eēntialem. Sed hoc vt nō dixi impedit: quia hic loquimur de alia ⁊ alia relatione reali: ⁊ illa semꝑ requirit: tam fundamētum proximum: q̄ꝫ terminum ex natura rei. ¶ Scđo principaliter instatur. quia eiusdem omnino indistinctum a parte rei ad idem indistinctum a parte rei possunt esse plures relationes reales: ⁊ adinuicem realiter distincte. ergo nō videtur impossibile: ꝙ etiam possint plures dependentie ex natura rei adinuicem distincte. consequentia videtur nota: quia quecunqꝫ relatio realis eque requirit extrema realia ⁊ realiter distincta. eque etiam videtur repugnantia: ꝙ inter duo alba p̄cise sint plures similitudines. sicut ꝙ inter. a. ⁊ b. sint plures dependentie essentiales eiusdem rationis. ⁊ similiter videtur eque impossibile: ꝙ inter duo alba sint plures relationes reales alterius rationis: puta ꝙ inter ea sit relatio similitudinis ⁊ dissimilitudinis vel equalitatis: sicut ꝙ inter. a. ⁊. b sint plures dependentie: vel eiusdem rationis: vel alterius rationis. antecedens probatur: quia productuꝫ vniuoce includit relationem essentialis dependentie: quia dependet vt causatum ad causam: includit etiam relationem similitudinis: quia idem productum est simile producenti: includit etiam relationem equalitatis: quia productum vniuoce est equale ſm perfectionem essentialem ipsi producenti: includit etiam relationem realem identitatis: cum sit idem ipsi producenti saltem specifice: et econtra: et omnes iste relationes differunt adinuicem preter opus intellectus: vt patet. ¶ Si dicatur: ꝙ non est impossibile plures relationes alterius rationis fundari in eodem indistincto ex parte rei ⁊ terminari ad idem: ex parte rei omnino indistinctū. Sed est impossibile: ꝙ plures eiusdem rationis sint in eodem omnino indistincto: et ad idem omnino indistinctum. Contra: quia relationes alterius rationis maiorem distinctionem requirunt fundamento: vel in termino: q̄ꝫ relationes eiusdem rationis. patet: quia philosophus quinto meta. capi. ad aliquid assignat distincta fundamenta respectu relationum primi secūdi tertij modi. vt patet: ergo sequitur. ꝙ relatio primi modi ⁊ secundi modi magis repugnent in eodem fundamento q̄ꝫ due relationes eiusdem modi. et sic non videtur valere illa responsio: vt patet intuenti.

¶ Tertio principaliter instatur: quia videtur maior repugnantia simpliciter ꝙ in eodem respectu eiusdē possint fundari due relationes opposite: q̄ꝫ ꝙ in eodem indistincto ad aliud indistinctum possint fundari due relationes essentialis dependentie eiusdem rationis. patet: quia non ita formaliter repugnant: sicut relationes opposite. Sed in eodem penitus indistincto ⁊ respectu eiusdem: fundantur plures relationes opposite: vt patet de intellectu mouente se ad sui cognitionem: qui tunc simul fundat relationes oppositas: scilicet relationem mouentis ad mobile ⁊ relationem mobilis ad seipsum mouentem: vt patet a Doct. in primo. distin. tertia. q. septima. Hoc idem patet de voluntate mouente se: in quo tunc fundantur due relationes opposite: vt patet a doct. in primo distin. 2. parte secunda. q. 3. et dist. 26. ⁊ in secundo distin. 26. ergo si due tales pn̄t esse in eodem respectu eiusdē: multomagis possunt esse due eiusdē rationis in aliquo vno indistincto: que non terminentur ad illud idē. sed ad aliud sicut in primo vbi ponitur idem omnino indistinctum esse fundamentum ⁊ terminuꝫ. ¶ Quarto instatur. est magis impossibile: ꝙ idem dependentia essentiali ⁊ reali dependeat a se ipso: ita ꝙ imediate fundet relationem essentialis dependentie: que etiaꝫ terminetur ad se ipsum q̄ꝫ ꝙ idem habeat plures relationes essentialis depēdētie ad aliud terminatas: siue q̄ꝫ ꝙ simul depēdeat ab alio pluribus dependentijs eiusdem ratiōis. patet: quia primū includit manifestam repugnantiam apud omnes. s. ꝙ ideꝫ a se essentialiter depēdeat. secundum vero non ita manifestam repugnantiā cum ab aliquibꝰ negetur illa propositio. Doc. s. ꝙ idem non possit dependere ab alio pluribus depēdentijs vt patet in primo Ochā. Sed idem realiter potest a seipso dependere dependentia reali ⁊ essentiali. patet q2 mobile vt mobile essentialiter dependet a motore: vt patet. Sed idem omnino indistinctum potest mouere seipsum: vt probat Doc. in primo dist. 3. q. . ⁊ in secūdo dist. 2. q. 10. et dist. 25. q. vnica. ⁊ alibi etiam. ¶ Quinto instatur ⁊ redit quasi in idem: quia simpliciter videtur maior īpossibilitas: ꝙ due relatiōes reales ⁊ realiter opposite: simul possint esse inter extrema omnino ex parte rei idistincta q̄ꝫ ꝙ due relationes eiusdem rationis fundentur in vno ⁊ terminentur ad aliud realiter ⁊ essentialiter distinctum. patet: quia de natura relationis realis est: vel ꝙ preexigat duo extrema realiter distincta: vel ꝙ efficiat extrema realiter distincta. Sicut sunt relationes originis in diuinis constituentes personas diuinas: sed non est de ratione formali. ꝙ due relationes essentialis dependentie eiusdem rationis possint esse in eodem: quia si idem actu a pluribus depēderet haberet plures eiusdem rationis. Sicut etiam in eodem albo simul possunt esse plures similitudines eiusdem rationis licet ad plura alba.

¶ Respondeo ad omnes instantias premittendo aliqua. *Nota hec valde.* Primum ꝙ Doc in presenti conclusione loquitur tm̄ de pluribus dependentijs eiusdem rōnis ad idē omnino indistinctum: non ꝙ ille sint formaliter adinuicem repugnātes: sed quia inferūt incompossibilia: quia inferūt idem simul posse esse ⁊ non esse: vt patet in litera: quia si. a. essentialiter dependet. a. b. pluribus dependentijs ⁊ sufficienter ab vtraqꝫ seorsuꝫ sumpta. sequitur ꝙ. a. vel sit bis causatus: vel simul sit causatus ⁊ nō causatus: que sunt incōpossibilia. Secundum est ꝙ istud dictum Doc. non dicitur simpliciter impossibile: ex hoc ꝙ idem dependeat pluribus dependentijs totalibus ⁊ sufficiētibus ab eodem. Sed est simpliciter impossibile: ꝙ idē simul dependeat pluribus dependentijs eiusdē rationis: ⁊ totalibus a pluribus: non tamē essentialiter ordinatis. vt exposui in primo dist. 2. parte prima. q. 1. quia si sic dependeret. sequeretur illud idem impossibile quod Do. hic infert. vt patet ab ipso in primo dist. 2. q. 2. ⁊ q. de vnitate dei: ⁊ in secūdo: ⁊ quoli. ⁊ in tertio di. 1. ⁊ alibi sepe. ⁊ hoc Doc. intendit. Tertium premittendum non tamen pro nūc multū imorandum est: ꝙ forte idem omnino ex parte rei indistinctum. potest fundare plures relationes essentialis dependentie alterius ⁊ alterius rationis terminatas precise ad aliud omnino ex parte rei indistinctum: quia dicit Doct. in litera. Sic si essent plures depēdentie omnino essentiales inter extrema omnino eadem: sicut dependētia creature ad deum vt efficientem: ⁊ vt ad finem tamen iste videntur esse alterius rationis. Si enim essent eiusdem rationis essent sibi incompossibiles in eodem ⁊ ſm idem: ex quo videtur non esse apud ipsum incompossibile esse plures relationes depēdentie essentiales alterius rationis in eodem ⁊ terminatas ad aliud omnino indistinctum. Et hoc videtur mens Doc. His premissis patet responsio ad duas primas instantias pro quanto cocludunt cōpossibilitatem plurium relationū essentialium eiusdem rationis ad aliud omnino indistinctū quia hoc non videtur impossibile: nec esse contra cōclusionē premissam: quia ipsa loquitur tm̄ de dependentijs eiusdem rationis. Et cum vltra probatur: ꝙ videtur maior repugnātia ꝙ plures sint alterius rationis in eodem cum Arist. assignet diuersa fundamenta. Dico ꝙ omnes relationes que fundantur in creatura ad deum: vt relatio causati ad causam primam: relatio finiti ad vltimum finem: relatio mensurati ad primam mensuram sunt relatiōes precise tertij modi cum non sint mutue: ⁊ hoc patet a Doc. in primo dist. 3. q. 5. arti. primo contra Henri. vide ibi: modo relationes tam primi modi: q̄ꝫ secundi modi: sunt relatiōes reales ⁊ mutue vt patet ibi a philosopho. ¶ Si dicatur ꝙ hoc posito adhuc non soluitur ratio: quia idem potest ab eodē indistincto dependere pluribus dependentijs alterius rationis: patet q2 aliquis effectus productꝰ a sole: vt a causa totali potest de *Instat ex posito: contra se.*

pendere ⁊ dependentia causati: ⁊ dependentia mensurati
perfectionaliter. licet ego iste relationes vt comparate ad
deum: sint relationes tertij modi: quia deus non refertur re
latione reali ad creaturā: vt probat Doc. in primo dist. 30.
tamen vt comparate ad creaturā que potest referri relatio
ne mutua erunt secundi modi. s. relationes causati ad cau=
sam: ⁊ relationes similitudinis ⁊ equalitatis primi modi: et
mensurati ad mensuram tertij modi. Dico ergo ꝙ huiusmo
di relationes non fundantur immediate super eodem fun=
Solutio eiusdem. damento proximo: ⁊ sub eadem ratione considerato. nam
relatio causati ad causam fundatur. vel in supposito produ
cto: vel in termino formali sic ꝙ productio passiua magis re
quirit distinctionem fundamenti a producente: siue a rōne
formali producentis. relatio vero mēsurati fundatur imme
diate super magnitudine fundamenti: ita ꝙ causatuꝫ vt ab
solute consideratur habere esse ab alio fundat relationem
producti ad producens vt vero consideratur habere talem
magnitudinem perfectionis fundat relationem mensurati
⁊ sic non ponitur precise idem fundamentum proximuꝫ. Si
volumus etiam hoc applicare relatiōibus creature ad deū
Dico ꝙ non ponitur precise idem fundamentum proximuꝫ
siue eadem ratio fundandi. Ratio enim fundandi relationē
dependentie causati ad causam primaꝫ in ipsa creatura est
existentia absoluta ipsius creature prout ab alio accipit eē.
Ratio vero proxima fundandi relationem finiti ad vltimū
finē est entitas: vt sic limitata. Et si possent in ea distingui
ille entitates certum esset: ꝙ fm aliam ⁊ aliam entitatē fun
daret aliam ⁊ aliam relationem. ¶ Dico vltra ꝙ posito ꝙ
plures relationes dependētie essentialis possent esse in eo=
dem fundamento proximo: ⁊ sub eadeꝫ ratione formali ad
huc non sequitur ꝙ due dependentie eiusdem rationis pos=
sint esse in eodem omnino indistincto ex natura rei: quia ad
secundum sequitur incompossibilitas: quia vel idē esset bis
productum: vel simul esset causatum ⁊ incausatū: vt supra
patuit. Sed ad primum: nullum istorum sequitur. quia bene
posset poni: ꝙ idem omnino indistinctum ex natura rei esset
productum. puta ab. a. ⁊ esset mensuratum perfectionaliter
ab ipso: ⁊ sic de alijs. ¶ Ad secundum tenendo opini. philo
sophi. diceretur ꝙ inter Franciscum productum: ⁊ ipsum ꝓ
ducēs non esset proprie: nec similitudo: nec equalitas: quia
similitudo fundatur super qualitate: ⁊ equalitas super quā
titate. vt patet. 5. meta. c. ad aliquid. tamen ponendo simili
tudinem ⁊ equalitatem transumptiue in alijs predicamen
tis: vt patuit in. q. 6. huius. tunc dico ꝙ fundamentum pro
ximum equalitatis producti ad producens est vnitas ma=
gnitudinis ꝑfectionalis in vtroqꝫ extremo: vnitas dico spe
cifica. Et fundamentum proximum similitudinis est vnitas
perfectionis accidētalis in vtroqꝫ extremo. proximum vero
fundamentum identitatis est vnitas nature inter producēs
⁊ productum: vnitas. s. specifica. Sed fundamentum proxi
mum productionis passiue ad producens est entitas produ
cti absolute considerata pro quanto a producente accepit
esse ad qꝺ esse sic acceptum: sequitur talis relatio dependē
tie. Et de istis prolixe dictum est supra. q. 6. ¶ Ad tertiū.
Dico ꝙ si in eodē respectu eiusdē in se ⁊ absolute cōsidera=
to essent due relationes opposite esset simpliciter repugnā=
tia. si eñ in eodē albo absolute considerato essent simul si=
militudo ⁊ dissimilitudo respectu eiusdē albi sequerent incō
possibilia. s. ꝙ idē simul esset ⁊ nō esset cū similitudo ⁊ dissi=
militudo necessario requirāt diuersa fundamenta: qͣ simili
tudo fundat super vnū ⁊ dissimilitudo sup plurib⁹: vt patet
quinto meta. simile proprie fundat super vnitate specifica
qualitatis vt exposui in scđo dist. 3. q. 1. dissimile vero super
pluralitate specifica qualitatis. vt patet. Similiter si idē re
spectu eiusdē absolute consideratum ⁊ non respectu alicu=
ius tertij dependeret a se: siue fundaret relationes opposi=
tas. s. mobilis ⁊ mouētis. nō causando aliquid ī seipso esset
repugnantia modo in proposito: idē intellect⁹ respectu ter=
tij realiter distincti dicitur mouens ⁊ mobilis. mouens pro
quanto causat actum intelligendi in seipso: ⁊ mobilis pro
quanto recipit illum. Similiter voluntas dicitur mouēs se
pro quanto in se causat actum: ⁊ dicitur mobilis pro quan=
to recipit: ⁊ sic iste relationes opposite non insunt absolute
sed tm̄ respectu alicui⁹ tertij realiter distincti causati ab eo=
dem: ⁊ similiter ab eodem recepti. ¶ Ad quartum. Dico ꝙ
ratio concluderet si idem absolute ⁊ fm se essentialiter de=
penderet ab eodem: sicut ꝙ idem seipsuꝫ causaret quia hoc
est impossibile. Sed ꝙ idem quasi virtualiter a seipso depē
deat. puta respectu alicui⁹ tertij causati ⁊ recepti: nullū ap
paret īpossibile ⁊ sic hoc mō mobile pōt dependere a seipso
Sꝫ qñ dicit ꝙ idem non potest dependere pluribus depēdē

tijs eiusdem rationis. puta causati ad causam: intelligit ꝙ
fm se dependeat: ⁊ non fm aliquod accidens sibi. ¶ Ad
quintum: Dico ꝙ tales relationes si ponuntur in eodem sꝑ
sunt respectu alicuius realiter distincti: vt quando idē mo=
uet se: hoc est precise qꝛ causat aliquid realiter distinctuꝫ a
se: ⁊ illud idem causatum recipit. ⁊ sic hoc modo dꝛ fundare
relationes oppositas. de hoc vide in scđo disti. 25. q. vnica.
¶ Contra scđm dictum instatur. ⁊ primo contra primā par Cōtra scđm
tem. ꝓbando: ꝙ non sit eadem existentia respectu creantis dictum.
et conseruantis ex natura rei: illa non sunt penitus idem ex
natura rei que preter opus intellectus possunt fūdare duo
contradictoria. Sed existentia creature vt cōparat ad cre=
antem ⁊ ad conseruantem potest fundare duo contradicto
ria ex natura rei ergo. ma. est doc. in primo di. 2. parte. 2. q
1. ⁊ in secundo distin. 1. q. 5. mi. ꝓbatur supponendo ꝙ instās
eui habeant esse preter opus intellectus: ⁊ vnum imme=
diate succedat alteri. tenendo opi. quam videt tenere doc.
in secundo dist. 2. q. 1. ⁊ ꝙ talia instantia insint formalit eui=
terno: tunc sic. a. vt creatur ex natura rei conuenit precise
vnum instans eui qꝺ non conuenit sibi vt conseruatur. ptꝫ:
non eñ in eodeꝫ instanti eui: in quo accipitur. primo esse dꝛ
conseruari: sed precise in alijs instantib⁹ seq̄ntibus: vt etiā
patet a Doc. ergo ex natura rei aliq̄d sibi conuenit vt crea
tur qꝺ repugnat vt conseruatur. ergo in creatione ⁊ cōser=
uatione non est omnino eadem existentia preter omne op⁹
intellectus indistincta. ¶ Secundo ex eodem medio insta
tur: quia in primo instanti in quo creatur aliquid preter om
ne opus intellectus necessario conuenit: qꝺ in toto tempo=
re immediate sequenti in quo dicitur conseruari nō necessa
rio competit. ergo vt creatur ⁊ conseruatur: non est penit⁹
eadem existentia ex natura rei. consequentia patet: quia il=
la non sunt penitus eadem ex natura rei: quando ex natu=
ra rei: aliquid conuenit vni qꝺ non conuenit siue repugnat
alteri. antecedens ꝓbatur: quia. a. quando creatur est ne=
cesse eē. ita ꝙ est impossibile: ꝙ in illo instanti in quo creatur
non habeat eē existentie: quia omne quod est quādo est ne=
cesse est eē. primo peri her. in fine. ⁊ vltra: sꝫ in illo instanti in
quo accipit eē: non conueniret sibi necessario eē: sequeretur
ꝙ in eodem instanti posset non eē quod est simpliciter īpos=
sibile: qꝛ tunc de eodem simul verificarentur duo contradi=
ctoria: qꝛ tunc in eodem instanti simul eēt ⁊ nō eēt. Sed in
tempore immediate sequenti ad instans creationis: nō cō=
uenit sibi necessario eē. ptꝫ qꝛ deus in tempore immediate
sequenti potest ipsam ānihilare: vt probat doc. ī presenti. q
et in secundo dist. 2. q. 1. potest enim precise durare ꝑ instās
in quo creatur. ⁊ sic tm̄ haberet primum ⁊ vltimuꝫ instans
sui eē: vt supra patuit. ¶ Tertio instatur sic: ex eodem me Bona ar=
dio: qꝛ in primo instanti in quo accipit eē: ⁊ in quo dꝛ creari gumenta.
preter omne opus intellectus: conuenit sibi habitudo rea=
lis ad ipsum deum creantem: ⁊ in tempore immediate se=
quenti in quo dꝛ conseruari: non conuenit eadem habitudo
ad deum creantem. ergo existentia creature in creatione ⁊
conseruatione non est penitus eadem ex natura rei. Con=
sequentia patet: qꝛ aliquid ex natura rei conuenit sibi ī illo
instanti in quo vere creatur qꝺ non conuenit in tempore in
quo dꝛ conseruari: vt supra patuit. Antecedens probatur:
quia in primo instanti in quo vere creatur precise realiter
dependet dependentia reali ad ipsum deum: ita ꝙ talis de
pendentia pro illo instanti quo creatur: necessario sibi cōue
nit cum sit idem realiter ipsi creature: vt probat doc. in se=
cundo dist. 1. q. illa an creatio angeli sit idem qꝺ existentia
angeli. ⁊ similiter dist. 2. q. 1. Sed talis habitudo siue realis
dependētia: nō ꝯuenit necessario ipsi creature ꝓ tempore
immediate sequēti: in quo dicitur cōseruari. patet: quia tūc
potest nō esse: sicut ⁊ ipsa existētia creature. ¶ Quarto in
statur sic. Si eadem est existētia creature quādo creatur. ⁊
quādo cōseruatur. tūc sequitur ꝙ ipsa bis ꝓducatur. ⁊ bis
habeat eē: supponēdo ꝙ cōseruare realiter sit idem ꝙ crea=
re realiter: siue idem qꝺ efficere illꝺ idem eē. vt patꝫ a doc.
in secūdo dist. 2. q. 1. ⁊ hoc idem supponit in presenti. q. tūc
sic. ī primo istāti creatur ⁊ immediate accipit esse a deo. ⁊ in
tempore immediate sequēti cōseruatur. quero quomō cō=
seruatur. si cōseruat quia in illo tempore accipit ꝑ veram
actionem diuinam illꝺ idem esse: qꝺ habuit ī primo istāti: ⁊
vere tūc dicit creari sicut doc. cōcedit. ergo creatura idem
esse bis accipit ⁊ bis creat: qꝺ videt omnino impossibile. nō
eñ est itelligibile ꝙ. a. habēs nūc verum eē qꝺ iterum acci=
piat illꝺ idem eē: siue eadem actione qua primo habuit eē.
siue alia ⁊ alia actione: quia ꝓducere eē: est illꝺ simpliciter
ꝓducere de non eē ad eē. si enim prefuit quomō iterum pt̄
de nouo eē: ipso nō prius destructo: sꝫ eodē simpliciter ma=

uente. ¶ Quinto instatur: ꝙ non sit eadem existentia in creatione ⁊ cõseruatione omnino indistincta ſm rationem: vt supponit ipse ⁊ vt accipit minorē sub maiori. Nã ma. ꝓpositio fuit ista eiusdem re ⁊ ratione ad idem re ⁊ ratione. est vnica dependentia eẽntialis eiusdem rationis. Et mi. fuit ista. Sed existentia creature in creatione ⁊ conseruatione est vna re ⁊ ratione ⁊c. pbo modo ꝙ non sit vna ratione. hoc patꝫ ꝑ ipsum qui vult: ꝙ etsi creatio passiua ⁊ cõseruatio sint idem ex natura rei. tamē ratione distinguunt̄: quia existentia creature vt creat̄ proprie includit respectũ rationis ad non eē immediate precedēs. ⁊ vt conseruat̄ includit respectum ad seipsam vt accipientem eē in primo instanti. ⁊ isti respectus sunt alij ⁊ alij: quia ⁊ termini alij et alij. nam terminus primi respectus est nihil immediate p̄cedens. ⁊ terminus secundi respectus est existentia creature vt habēs eē in primo instanti: vel ponit̄ nihil non immediate: sed mediate precedens. ¶ Sexto instat̄ sic. illa non sunt penitus eadem ratione que possunt fundare duo contradictoria ſm rationem: siue ꝑ actum collatiuum intellectus. Hec patꝫ a doc. Sed creature existentia vt comparatur ad deum vt creantem: ⁊ ipsa eadem vt comparat̄ ad deum: vt conseruantem includũt contradictoria ſm rationem: patꝫ. quia vt ipsa comparat̄ ad deum vt creantem includit respectum rationis ad ipsum deum vt dantem esse immediate post non esse. ⁊ vt comparat̄ ad deũ vt cõseruãtem dicit respectum ad deum vt dantem esse post eē: vel vt dantem esse post non esse mediate. ⁊ isti respectus sunt necessario alij ⁊ alij. ergo ipa existentia creature non est omnino eadem ſm ratione in creatione ⁊ conseruatione.

¶ Septimo instatur contra secundam partem conclusionis. probando. s. ꝙ non sit idem velle diuinum. saltem rõne respectu creature vt create et conseruate. Et instatur sic. nihil est omnino idem ratione quod potest includere diuersa: comparationes passiuas ꝑ actum intellectus diuini. pꝫ istas quia alia ⁊ alia comparatio passiua dicit alium ⁊ aliũ respectum rationis: vt patet a Doc. in pluribus locis. Sed intellectus diuinus comparando deum ad creaturam: ⁊ vt creantem ⁊ vt conseruantem: siue cõparando ipsum velle diuinum necessario comparat ſm aliam ⁊ aliam comparationem probatur ista: qꝛ est impossibile idem eadem cõparatione passiua comparari ad diuersos terminos: vt patꝫ. sed creatura vt conseruata differt a seipsa vt creata. saltē ſm rationeꝫ. ergo vt sic dicit quasi duos terminos. sunt eñ distincta esse cognita. patet: quia vt cognoscitur habere eē immediate post non esse distinguitur ab alio esse cognito: quo cognoscitur habere esse immediate pꝰ esse: siue habere esse mediate post non esse. Si ergo intellectus diuinus comparat idem velle diuinum ad existentiam creature ſm aliud et aliud esse cognitum in ea: sequitur ꝙ alio respectu comparat velle diuinum ad creaturam cognitam habere esse immediate post non esse: siue vt dantem ei esse immediate post non esse: et alio respectu comparat vt dantem ei esse immediate post esse: siue mediate post non esse. ergo velle diuinum vt sic necessario includit alium et alium respectum. et sic non erit idem omnino indistinctum re et ratione. ¶ Octauo instatur. et redit quasi in idem qꝺ prius Supponendo vnum scilicet ꝙ respectus rationis: non tm̄ potest causari per actum intellectus: sed etiam per actum voluntatis: vt patet a Doct. in primo distinct. quadragesima quinta. Tunc sic. quando aliquid alia et alia comparatione passiua comparatur: illud necessario includit alium et alium respectum rationis: quia comparatio passiua: siue esse comparatum dicit respectum rationis. Sed voluntas diuina comparando velle suum quo vult existentiam creature esse immediate post non esse. et similiter quo vult eandem existentiam esse immediate post esse prehabitum: siue mediate post non esse comparat ipsum ſm alium et alium respectum. hoc patet. ¶ Nono instatur. supponendo dictum Doct. in pluribus locis: ꝙ esse cognitum vt cognitum dicit precise respectum rationis. et similiter esse volitum vt volitum. Tunc si includens necessario aliud et aliud esse cognitum necessario: includit alium et alium respectum rationis. vt patet: sed velle diuinum vt dantem eē creature immediate post non esse: et vt dantem esse immediate post esse: siue mediate post non eē. includit vel includere potest aliud et aliud esse cognitum. patet: quia aliter cognoscitur velle diuinum vt dat eē immediate post non eē et aliter cognoscitur vt dat esse mediate post non esse: siue immediate post eē. ergo non erit idem esse cognitum. et per consequens non erit idem velle omnino indistinctum ſm rationem. ¶ Decimo instatur contra tertiam partem, scilicet ꝙ conseruari siue relatio creature ad deum vt cõseruantem non sit relatio dependentie essentialis: quia relatio dependentie essentialis qua ipsa ſm suum esse dicitur depēdere ad aliud essentialiter a quo accipit esse imediate. fundatur in esse absolute pro quanto illud imediate causatur post non esse: quia si prehabuisset esse: non diceretur proprie depēdere ad aliud essentialiter: vt patet. modo relatio creature vt cõseruate non est huiusmodi. patet: quia non fundatur in existentia nisi precise vt prius habente esse. s. per creationem. ergo relatio creature ad deum conseruantem non est essentialis dependentia. ¶ Respondeo ad omnes instãtias premittendo aliqua. Primo. ꝙ illa propositio Doc. s. que possunt fundare duo contradictoria ⁊c̄. intelligitur absolute: sic qꝺ realiter potest cõuenire vni simpliciter ⁊ absolute repugnat alteri: ⁊ non comparãdo ad diuersa. ⁊ patet: quia eideꝫ lapidi in vno tempore potest sibi competere esse simpliciter album: ⁊ in alio sibi repugnat. patet: quia in isto tempore quo non ponitur actu esse niger potest esse albꝰ. et tamē albedo sibi in alio tempore repugnabit: puta in illo tēpore quo actu ponitur sub nigredine: ⁊ tamē erit idem oĩo lapis ex natura rei. quicquid ergo absolute potest competere vni preter opus intellectus: absolute nõ repugnabit illi preter opus intellectus. Sicut dicimus ꝙ essentia diuina distinguitur ex natura rei a proprietate: quia preter opus intellectus necessario ꝯuenit essentie cõmunicabilitas: ⁊ illa necessario repugnat proprietati. Sic dico in proposito de instanti cui. nam quocunqꝫ instans eui qꝺ cõuenit alicui omnino in distincto ex natura rei: ei etiam absolute poterit cõuenire: licet vnum instans cõueniat pro vna duratione ⁊ nõ conueniet pro alia duratiõe. Et sic patet responsio ad primam instantiam. ¶ Ad secundam. Dico breuiter ꝙ illud idem esse in primo instanti non cõuenit creature necessario sic ꝙ in illo instanti sit necessario. patet: quia in eodem instãti quo creatur potuit simpliciter non creari: quia voluntas diuina etiam in eodem instanti quo elicit actum adhuc consideratur vt prior natura actu elicito: vt patet a Doc. in primo dist. 39. ⁊ dist. 40. hoc idem patet de voluntate nostrã a Doc. in secundo dist. 25. ⁊ per consequens in eodem instãti in quo ipsaꝫ creat. adhuc intelligitur vt prior natura ipsa creatura: ⁊ per consequens quãdo creat põt ipsam nõ creare. ergo non conuenit sibi esse necessario pro illo instanti. verũ tamen est ꝙ quando in instanti: puta. a. in quo intelligit̄ iam habere esse ⁊ actu existere: ꝙ tunc pro illo instãti necessario est: quia tunc habet primum instans sui esse: quia verum est dicere in isto instanti est ⁊ immediate ante hoc non fuit. Et propositio philosophi scilicet omne qꝺ est ⁊c̄. est ꝓlixe exposita in primo dist. 39. ⁊ aliqualiter in secundo dist. 1. vide ibi. ¶ Et cum infertur ꝙ in tempore imediato potest non esse: concedo eodem modo sicut ⁊ in primo instanti: qꝛ sicut in primo instãti potuit non ⁊ esse in illo instanti quando est iam necessario est: quia in illo instanti vt iam est non potest non esse: sic in eodem tempore quo ponitur inesse potuit non poni: sed vt precise consideratur in illo tempore immediato habere esse ⁊ actu esse: tunc necessario est: quia vt est in tali tempore in illo tempore non potest non esse. ⁊ tamen immediate post illud potest non esse. ⁊ sic debet intelligi propositio philosophi ꝙ precise quando est vt est non potest non esse: si enim est in instanti. a. vt est in illo instanti nõ potest non esse. similiter vt consideratur esse in tempore. b. vt est in tali tempore non potest non esse. ¶ Ad tertium. Dico ꝙ eadem habitudo realiter conuenit creature ad deũ vt conseruantem que conuenit eidem ad deum vt creantē: quia ex quo est eadem realiter ipsa habitudo realis cum natura creata: stante eadem existentia omnino ex parte rei indistincta semper stat eadem habitudo realis: modo existentia creature semper est eadem: ⁊ ad deum creantē ⁊ ad deũ conseruantem. Et cum probatur: ꝙ non est eadem ⁊c̄. Dico ꝙ non diuersificatur illa habitudo realis ſm aliuꝫ ⁊ aliũ respectum rationis: quia vt est ad deum vt dantem esse immediate post non esse dicit alium respectum a se ipsa: vt considerata ad deum vt dantem esse immediate post esse: siue mediate post non esse. ¶ Ad quartum. dico ꝙ bis accipere esse: est proprie accipere illud idem esse immediate post non esse: sic ꝙ. a. immediate accipiat esse post non esse. ita ꝙ non esse imediate precedat ipsum esse: ⁊ illud idem. a. accipiat idem esse post illud idem non esse immediate precedens. et hoc est manifeste impossibile. Sed in proposito in tempore immediate sequenti dicitur accipere idem esse quod prius fuit: quia si deus illud idem non poneret in esse annihilaretur. est ergo idem esse pluries positum. De hoc vide que exposui in secundo dist. 2. q. 1. vbi eandem difficultatē adduxi;

Q. non sit idē velle diuinũ respectu creare et cõseruare, arguit̄.

Ad rõnes ꝓambula declaratio cũ responsionibus.

Optima solutio

Bis accipere esse quid sit.

Optima declaratio et doctrialis.

¶ Ad quintũ ⁊ sextũ. Dico ↄcedendo ꝙ non sit eadem existentia oĩno indistincta ſm rõnem vt comparat̃ ad deuz vt creantem ⁊ vt cõfirmantem. ⁊ cõcedo illam rõnem. Sed expono illam ꝓpositionem. nõ. n. intelligit Doct. ꝙ existentia in creatione ⁊ conseruatione: non possit diuersificari ſm alium ⁊ alium respectum: sed intelligit ꝙ ipsa existentia omnino indistincta re ⁊ rõne sit ĩmediatum fundamentum dependentie essentialis ad deum vt creantem ⁊ conseruãtem. Et q̃uis sint plures respectus rõnis: tamen illi respectus non sunt rõ: nec proxima nec remota fundandi huiusmodi depẽdentiam essentialem: sed sola existentia creature que simpliciter est eadem quantũcunq̃ duret. Et sic debet intelligi dictum Doc. ¶ Ad septimum. octauũ ⁊ nonum simul. Respõdeo ↄcedendo absolute illas tres rationes: nec sunt contra verum sensum propositionis. Intelligit̃ enim propositio. sic scʒ ꝙ est idem velle diuinum respectu conseruationis ⁊ creationis passiue. i. ꝙ dependentia essentialis ad deum vt creãtem ⁊ vt conseruantem terminat̃ simpliciter ad idem velle diuinum omnino indistinctũ re ⁊ rõne. i. ꝙ quãuis in tali velle sint plures respectus rõnis. tamen illi respect⁹ nullo modo sunt ratio nec proxima nec remota terminãdi talem dependentiam creature ad deum: sed est ipsum velle diuinum absolute consideratum. ¶ Ad decimum. Dico vt dicit Doctor declarando illam partem conclusionis: ꝙ ideo dicit̃ essentialis: quia per ipsam creatura accipit esse. ⁊ non est necesse ꝙ accipiat ĩmediate post non esse: vt ptʒ. ¶ Contra tertium dictum instat̃. probando: ꝙ velle diuinum non sit rõ formalis terminandi relationem creature: quia ex hoc sequuntur plura inconuenientia.

ↄtra tertiũ dictum.

¶ Primum est: quia sequit̃ ꝙ creatura necessario creetur. probatur sic. supponendo duo dicta. Doc. Primum quod est ratio formalis terminandi dependentiam causati ad causam est ratio formalis causandi. hoc patet a Doc. supra. q. 8. Secundũ est: ꝙ q̃uis velle vel nolle libere eliciatur. tamen ipso posito non agit libere: vt ptʒ a Doc. in secundo. ⁊ tertio. sola enim voluntas est que libere agit. Tunc sic: nullus actus voluntatis diuine est rõ formalis causandi aliquid libere: vt patet per scdm presuppositum: sed si est ratio causandi: erit simpliciter ratio causandi necessario. Sed velle diuinũ est rõ causandi creaturã. patet: q2 est ratio terminandi eius dependẽtiã: vt patet ꝑ primũ presuppositum. ergo velle diuinum erit ratio causandi creaturã mere necessario: ⁊ sic creatura habebit necesse eē.

Ad rõnes ↄtra tertiũ dictum.

¶ Rñdeo ↄcedendo rationem istam cum suis presuppositis. Sed dico: ꝙ dictũ Doct. debet sane intelligi. nõ eñ vult ꝙ velle absolute ↄsideratum sit ratio formalis causandi: sʒ q2 volũtas diuina ꝑ velle quo vult creaturã esse: libere vult ipsam: ideo dicit Doct. ꝙ est ratio terminandi: ⁊ per ↄñs ratio causandi. tamen in veritate: sicut etiam patʒ supra. q. 8. sola voluntas est rõ causandi ⁊ similiter terminandi: ⁊ multotiens Doct. accipit velle pro voluntate: sicut etiam aliqñ accipit voluntatem pro ipso velle. Sed de hoc alias.

ↄtra quartum dictũ.

¶ Cõtra quartum dictum instatur. probãdo: ꝙ secunda persona non accipiat esse a prima pro quocunq̃ instanti: quia sequerentur duo inconuenientia. Primum qð tunc diceretur conseruari: quia in secundo instanti comparatur ad seipsam vt accipientem esse in primo instanti sicut etiam patet de creatura que dicitur conseruari in tempore ĩmediate sequẽti ad instans in quo creatur. Secundum est: quia persona secunda in primo instanti quo accipit esse a prima: est simpliciter necesse esse. ergo pro instantibus seq̃ntibus non accipit amplius esse: quia tunc non fuisset in primo instanti simpliciter necesse esse. patet: quia si per impossibile non produceretur in esse in secundo instanti tunc non esset. ergo. ¶ Ad primũ Dico ꝙ conseruari proprie dicit dependentiam essentialem: qualis non est in secunda persona.

¶ Questio Tertiadecima.

Titul⁹. q. ĩgeniose exponitur.

AN actus cognoscẽdi et appetendi sint eẽntialiter absoluti: vl' essentialiter relatiui. Questio ista non q̃rit de actu terminato ad cognitionẽ quo ꝓducitur vel elicit̃ vel inducit̃ ipã cognitio: sed querit de actu cognoscendi qui. s. est ipsa cognitio actualis. ita ꝙ iste actus si dicat̃ actio non intelligit̃ ꝙ sit de genere actionis: q2 ipsa est sempꝫ ad terminũ aliquẽ accipientem aliquo mõ esse per ipsam actionem: sed ĩtelligit̃ ꝙ sit actio: hoc est opatio qua agens tanq̃ actu vltimo perficitur. Et breuiter ad cautius loquendũ. in tota ista. q. intelligit̃ hoc nomen actio pro actione de gñe actionis que. s. est actio ꝓductiua vel saltem aliquo mõ ad eẽ termini per ipsam ponendi. Et hoc nomen opatio intelligit̃ pro actu intrinseco quo ipsum operãs perficit̃ vltimate. Est igitur intellectus. q. An actualis cognitio sit essentialiter relatio ad obiectum cognitum. ⁊ similit̃ de actuali appetere. s. de actuali volitiõe: vbi tria sunt videnda. Primo ꝙ in omni intellectione ⁊ generaliter operatione quacũq̃ de qua loquimur est aliqua entitas absoluta. Secundo qualiter illud absolutum habeat aliquam relationem ad obiectum sibi annexam. Tertio an illa relatio sit actui isti essentialis.

Dearticulatio. q.

prima. ↄ°ne doctoris ꝓbatur.

Expõ lr̃e.

¶ Prima conclusio probatur tripliciter. Primo sit vltima perfectio (accipiendo perfectionem q̃ est in actu secundo) substantie viue non est sola relatio. Sʒ operatio est hmõi vltima perfectio qua supple coniungitur optimo. igitur talis operatio non est relatio. ma. probatur: quia sola relatio non summe appetitur appetitu naturali hoc est inclinatione naturali que non est operatio: vt patʒ a Doct. in secundo dist. 6. q. 2. ⁊ in quarto disti. 49. q. illa. an quis velit necessario beatitudinẽ vel appetitu electiuo. i. actu elicito voluntatis nature summe appetentis. Sed vltĩa perfectio nature viuentis: a tali natura summe desideratur desiderio naturali. De quo intelligi potest illud Aug. 13. de tri. c. 4. beati omnes esse volumus qð semper verum est: siue de beatitudine actu cogitemus siue nõ: q2 appetit⁹ siue naturalis ĩclinatio nõ p̃supponit necessario cognitionẽ aliquam: vt ptʒ a Doct. in pluribus locis. Ibidẽ etiã vult ꝙ q̃cquid aliud quisq̃ latenter velit ab hac voluntate cõi. s. desiderio naturali nõ recedit. Desiderat̃ etiã summo desiderio electiuo bñ disposito. i. actu voluntatis elicito. ⁊ si voluntas sit bñ disposita: tunc actu elicito vult ipsam beatitudinẽ ⁊ summe vult eam: lʒ non necessario. Minor ꝓbat̃ (. s. ꝙ vltima perfectio substantie viue sit operatio optima: ⁊ dr̃ operatio optima propter hoc: q2 terminatur ad optimum appetibile.) per philosophũ primo ⁊ decimo ethico. vbi vult ꝙ felicitas q̃ est finis vltimus nature intellectualis. ⁊ per ↄseq̃ns summe desiderabilis est operatio optima: vl' cõsistit in operõne optima. Idem vult. 12. metaphysice. capitulo. 6. vbi de deo loquens dt: ꝙ si non intelligat quid vtiq̃ est insigne. et statim post: si nõ est hoc qð sua intelligẽtia. i. actualis intellectio: sed potẽtia nõ est vtiq̃ optima substantia. nam ad ꝓbationẽ dicte ↄsequentie statim subdit. per intelligere enim ei honorabile inest. Idẽ habet̃. 9. meta. c. 7. vbi vult ꝙ act⁹ sit prior potentia non solũ tempore ⁊ ratione. i. diffinitione quia potentia diffinitur per actũ: sed etiam substantia. i. ꝑfectione: vnde in ꝓbatione illius membri: ꝙ actus ẽ prior potentia. substantia eñ perfectione. exemplificat ipse vt vir puero ⁊ homo spermate: q2 vir est perfectior puero ⁊ homo perfectior spermate: ⁊ conclusionem sic intellectam. s. ꝙ actus est prior potentia perfectione ibi probat: q2 gratia act⁹ tanq̃ finis sunt alia ordinata ad actum. ⁊ per ↄñs erit prior ſm perfectionem potentia. ⁊ omnia ordinata ad actũ sunt quasi in potentia ad actũ. Sed felicitas substantie intellectualis est vltimus actus siue vltima operatio ad quam homo ordinatur. ergo vt sic erit prior perfectione cum sit vltimus finis ad quem natura intellectualis ordinatur. et per ↄñs non erit essentialiter relatio: sed entitas absoluta. Siue illa btitudo accipiatur pro visione sicut dicit vna auctoritas Aug. visio inquit est tota merces: siue accipiatur pro fruitione siue dilectione: sicut dicit Aug. de doctri. christiana. summa merces est vt ipso perfruamur. Saltem in hoc oẽs conueniunt ꝙ finem vltimum ⁊ maxime desiderabilẽ dicunt esse operationem: vel in operatione ↄsistere. ⁊ sic pʒ prima ratio. ¶ Secundo principaliter probatur eadem cõclusio sic. relatio ꝓprie dicta non est noua sine nouitate fundamenti vel termini: vt patet per phm. 5. physi. vbi negat motum ad relationẽ. que auctoritas exposita est supra. q. 12. Sed operatio potest esse noua sine nouitate fundamẽti ⁊ termini. De fundamento ptʒ q2 illud qð exit de potentia accidentali siue ꝓpinqua ad actum non recipit aliquam formam nouam priorẽ ipsa operatione: q2 tunc non fuisset prius in potentia accidentali: sed essentiali: sicut etiam ptʒ de intellectu qñ recipit speciem intelligibilem ante actualẽ intellectionem: q2 respectu speciei intelligibilis est in potẽtia essentiali siue remota ad operandum ⁊ recepta specie intelligibili est in potentia accidentali siue propinqua ad operandum: vt declaraui in primo distin. 3. q. 6. sequit̃ ergo ꝙ quando intellectus immediate exit ad operationẽ: ꝙ tunc nihil noui recipit vltra illam operationem. ⁊ sic patet quomodo potest esse noua sine nouitate in fundamento. Secũda pars minoris est manifesta: patet enim ꝙ nihil absolutum aduenit visibili quando videtur actu. nec intelligibili quando intelligitur actu. ⁊ similiter de alijs. ergo talis opatio non est essentialiter siue formaliter relatio. ¶ Tertio principaliter arguitur ad idem: q2 omnis relatio realis ꝓpe

accepta necessario & ex natura rei consequitur posito fundamento proximo & termino. Sed intellectio nõ necessario cõsequitur positis potentia intellectiua & obiecto etiã approximatis: & nullo modo impeditis patet. Si dicatur q fundamentum proximum est aliquid medium inter potentiam et operationem: quod est posterius ipsa potentia. Sed ptz q tale quid non potest dari nisi ipsa operatio: quod enim est ꝓximum fundamentum aut est absolutũ iuxta illud. 7. de tri. c.2. omne quod relatiue dicitur: est aliquid excepto relatiuo que auctoritas est exposita in primo dist. 1. q. 2. & in. q. 1. quo li. vide ibi: aut precise non est illa relatio: cuius est fundamẽtum vel ratio fundandi. patet: q operatio non erit precise illa relatio cuius ponitur fundamentum: vel ratio fundandi quia fundamentum vel ratio fundandi relationem necessario distinguitur ab illa cuz necessario presupponatur illi. igitur operatio non est precise relatio ad obiectum. ¶ Ex hac conclusione sic probata: concluditur vlterius propositum sic si hec operatio essz precise respectus: tunc esset relatio quia respectus quem philosophus concedit aliquo modo conuenire operationi est proprie de genere relationis: et pertinet ad tertium modum relatiuorum: vt patet ex. 5. meta. cũ igitur operatio non sit precise relatio: vt probant rationes iaz posite: sequitur q non sit precise respectus: & per ꝯñs est ibi aliqua entitas absoluta: qđ est propositum in isto articulo.

Dubia ingeniosa. cũ solutionibus circa ꝑmũ articulum doctoris. & primo circa primam rõnem doctoris.

In isto articulo circa tria principaliter occurrunt

aliqua dubia. Primũ non videtur q prima rõ concludat ꝓpositum. s. q operatio sit entitas absoluta: ex hoc q vltima perfectio substantie viue non est sola relatio & vltima perfectio est felicitas. instatur probando: q vltima perfectio substantie viue non sit necessario entitas absoluta. Et ꝑmo sic. presupponendo qđ dicit Doc. in primo dist. 2. parte. 2. q. 1. ꝓbando per dictum phi. 12. meta. deum esse intelligentem: q2 vltima perfectio eius est in actu secundo quo perfecte vnit̃ obiecto perfectissimo: puta obiecto beatifico. ita q tota eius perfectio est coniungi tali obiecto. Suppono secundo quod ipse dicit in quarto dist. 49. q. 2. q beatitudo cõsistit in opatione que cõiungit imediate obiecto beatifico: & breuiter ex hoc potentia dicitur perfecte beata quando actu vnitur siue coniungitur obiecto beatifico. Tunc arguo sic. quãto potentia imediatius attingit obiectum beatificum: tanto est ꝑfectior loquendo de eius perfectione vltimata. Sed si ponatur operatio relatio formaliter qua attigitur obiectum beatificum: tunc potentia operans per ipsam imediatius attingit illud. ergo talis operatio magis debz poni formaliter relatio q̃ entitas absoluta. ma. est nota ex presuppositis: ex hoc enim dicitur vltima ꝑfectio substantie viue: quia per ipsam ꝯiungitur obiecto perfectissimo. ergo quanto imediatius tanto erit vltima eius perfectio. mi. similiter patet: quia ponendo operationem entitatem absolutam. tunc potentia ꝑ ipsam non attingit imediate obiectum: sed ponendo ipsam esse relationem operantis ad obiectum: imediate per illam attingit obiectum cum ipsa imediate terminet̃ ad illđ vt ad terminum. ¶ Secundo ex eodem quasi medio instatur. Sicut se habet perfectio creature vltimata vt ꝯsistit in actu ꝑmo. Sic se habet perfectio eius secunda vltimata que consistit in actu secundo. Sed perfectio prima vniuscuiusq ꝯsistit in hoc q magis appropiquat primo enti: siue enti perfectissimo vt patet a Doc. in quarto disti. 12. & quanto magis ei appropinquat ſm suam entitatem essentialem: tanto eẽntialiter erit perfectior. ergo eius perfectio secunda vltimata. tanto erit perfectior quanto imediatius attingit obiectũ perfectissimum. Sed precise imediate attigitur per relationem operantis que imediate terminatur ad obiectum perfectissimum: & per te & per phm talis perfectio secunda vltimata consistit in operatione. ergo illa operatio erit formaliter relatio. ¶ Confirmat̃. q2 intellectus quãuis habeat deum perfecte presentem in ratione entitatis: siue tm̃ entitatiue eo modo quo dicitur perfecte ꝑsens omni creature ex hoc non est beatus: vt patet. Et posito etiam q talis intellectus habeat habitum perfectissime inclinantem ad ipsum adhuc non erit beatus: quia vt sic non imediate attingit illud in ratione obiecti perfectissime attingibilis. Cum ergo precise attingatur per aliqđ qđ imediate terminat̃ ad illud: et illud non potest poni nisi respectus siue relatio operantis: et per operationẽ imediate accipitur: & vt est entitas absoluta nõ imediate terminatur ad illud. ergo operatio erit formalit̃ relatio que terminatur ad illud. ¶ Quarto instatur sic. Sicut se habet materia prima ad formam perfectissimam virtualiter continentem perfectionem oim aliarum formarum (si aliqua talis esset dabilis) & hoc quantum ad perfectã repletionem sue capacitatis: siue quo ad eius vltimam perfectam quietem. Sic se habet potentia beatificabilis ad obiectum vltimate beatificum: patet ista similitudo: quia vtrobiq3 fit comparatio ad vltimam perfectionem secundam. Sz materia prima dicit̃ perfectissime quietari: ex hoc q immediate suo modo attingit formam ꝑfectissimam: siue ex hoc q perfectissime vnitur illi: sed non perfectissime vnitur nisi mediante vnione fundata in materia & terminata ad formã illã ergo & potentia beatificabilis erit perfecte beata & quietata: ex hoc q perfectissime vnitur obiecto beatifico: & hoc non ꝯtingit nisi per relationem fundatam in illa & terminata immediate ad tale obiectum. Sed ꝯmuniter conceditur: & specialiter a Doc. in quarto dist. 49. q. 2. q vltima perfectio nature beatificabilis consistit in operatione qua vnitur obiecto beatifico & nõ imediate per ipsam vnitur nisi ponatur q sit formaliter relatio. ¶ Quinto instat̃ sic. appetitus naturalis ponit̃ ꝑfectissime quietari in obiecto eius ꝑfectissimo: ex hoc solo q ꝑfecte coniungitur illi. & non per aliquam entitatem absolutam mediam: vt patet. ergo hoc idem erit de appetitu rationali. ¶ Sexto instatur sic. quia Doc. in secundo articulo. probat q operatio vt ponitur entitas absoluta nõ erit vltima perfectio substantie viue: nisi pro quanto includit relationem terminatam ad obiectum beatificum. ergo debet poni operatio circa obiectum beatificum esse relationem mediam inter potentiam operantem & obiectum circa qđ est opatio. magis ergo ꝯcludit̃ ex illa ratione Doct. q vltima operatio substantie viue sit formaliter relatio q̃ entitas absoluta. ¶ Confirmatur ratio ista sexta: q2 ponendo operationẽ circa obiectum beatificum eẽ entitatem absolutam: & necessario includere relationem ad tale obiectum ad hoc vt dicatur vltima perfectio substantie viue est simplicit̃ ponere vltimam felicitatem hoĩs eẽ ens per accidens: quia dicit opationẽ cum relatione: siue entitatem absolutam cuz relatione. ¶ Confirmat̃ iterum: q2 si opatio substantie viuẽtis elicita circa obiectũ beatificum: non dicit̃ vltima perfectio eius. nisi pro quanto includit relationẽ imediate terminatam ad tale obiectũ. sequit̃ q talis relatio erit magis ꝑfectio eius vltima: tum q2 imediatius per ipsam substantia viuens attingit obiectũ: tum quia operatio sine ista non est vltima perfectio: & cũ ista ponit̃ vltima perfectio. ergo illa relatio erit magis vltima ꝑfectio. Ad euitanda erga ista incõuenientia videt̃ melius ponere opationem substantie viuentis esse formaliter relationem: q̃ entitatem absolutaz. ¶ Nono instatur sic. q2 si vltima ꝑfectio substantie viue ponitur entitas absoluta: & illa nõ immediate attigit obiectũ vt supra patuit. magis ergo videtur ponere ipsam in aliq̃ entitate absoluta perfectiore: puta in aliquo habitu ꝑfectissimo: q2 tunc magis illo ꝑficitur q̃ aliqua opatione absoluta & ex illa vt absoluta nullo mõ attingit obiectum: sed ponitur tm̃ ꝑfectio intrinseca & denominãs. Et si vltra ista requiritur aliqđ aliud quo immediate attingit̃ obiectum illud erit ꝑcise relatio. ¶ Decimo & vltimo: patet de alijs q̃ suo modo quietant̃ in obiectis eoꝝ quietatiuis. nam lapis in centro ꝑfectissime quietatur: loquendo de quiete ꝑtinente nature eius: & non dr perfecte ibi quietari nisi ꝓ quanto vnitur illi: qđ precise fit mediante relatione fundata in ipso et terminata immediate ad centrum: ergo sic videtur dicendum in ꝓposito: & sic magis videtur esse ponendum opationem hoĩs perfectam circa obiectum beatificum esse formaliter relationem q̃ entitatem absolutaz.

Rñdet ad rõnes ꝑmi dubij.

¶ Respondeo ad istas instantias: premittendo aliqua. Primo q aliquid alteri vniri potest multipliciter itelligi. Primo q vniatur sibi vt perfectioni eius intrinsece: qua formaliter perficitur: sicut materia vnitur forme: ita q talis vnio precise terminat̃ ad formam vt est eius simpliciter perfectio: hoc modo nulla potentia substantie viue dicitur vniri obiecto eius: quia obiectum vt obiectum non ponit̃ perfectio intrinseca potentie cuius est obiectum. & si aliquãdo contingat aliquod obiectum intrinsece perficere potentiam: tamen sub ratione qua est obiectum actu intelligibile non perficit eam formaliter: & sic potẽtia beatificabilis nullo modo est vnibilis obiecto beatifico vt perfectioni eius intrinsece: sed vt perfectioni extrinsece: vt patet a Doct. in quarto distin. 49. q. 1.

Aliqđ alteri vniri multipliciter ꝯtingit.

¶ Secundo premitto: q aliquid vniri obiecto vt perfectioni extrinsece potest dupliciter intelligi. vel q vniatur naturaliter. puta quia habet naturalem inclinationem ad illud: sicut graue vnitur centro: vel q vniat̃ attingendo illud i rõne vere a tali potentia preceptibili: ita q talis potentia vere percipiat illud in se vel in aliquo representatiuo. Primo modo potest vniri mediante sola relatione que terminetur ad illud. Sed secundo modo est impossibile vniri

mediante sola relatione: quia nulla relatio vt relatio precise est perceptiua formaliter obiecti. isto secundo modo ponatur potentia substantie viue vniri obiecto vt perceptibili ab ipsa actu suo elicito. ¶ Tertio premitto: ꝙ licet relatio immediate possit terminari ad obiectum perfectum ita ꝙ precise terminetur ad ipsum in ratione entitatis perfectissime. non tamen terminatur sub illa ratione qua actu est intelligibile vel amabile a potentia: sed precise terminatur ad ipsũ vt ad terminum talis relationis: sed operatio que ponit̃ vltima perfectio substantie viue terminatur ad obiectum vt ꝑ ipsam a potentia eius est intelligibile ⁊ vere perceptibile: ⁊ per consequens talis operatio non est precise relatio de genere relationis: cum per ipsam precise habeat obiectum vt terminus relationis: ⁊ non vt perceptibile. ¶ Quarto premitto: ꝙ non est de ratione operationis substantie viue coniungi obiecto in ratione perceptibilis: ꝙ includat aliquã relationem ad ipsum: nec realiter nec rationis. patz in deo vbi intellectio diuina perfectissime ⁊ imediatissime attingit eẽn tiam diuinam in ratione obiecti vere beatifici ⁊ vere perceptibilis a potentia cuius est talis operatio que nullam icludit relationem nec realem nec rationis ad ipsam terminatã vt patet a Doc. in quol. q. 15. sed quãdo operatio distinguitur ab obiecto: tunc includit relationẽ ad ipsum: sed hoc accidit. Et posito ꝙ ipsa relatio requiratur vt aliquid necessario preuium non tamen aliquid tribuit operationi vt dicat̃ formaliter perceptiua obiecti: sicut etiam vnio partium essentialium necessario requiritur vt quoddam preuium composito essentiali: tamen nullo modo est de essentia compositi. Sic in proposito dico: non enim potentia per intellectionem actu percipit obiectum: nisi talis intellectio actu terminetur ad ipsum: sed ipsam intellectionem actu terminari est ipsam dicere aliquam relationem ad ipsum. requiritur ergo talis relatio vt dispositio preuia: sʒ nullo modo pertinẽs ad esse formale operationis. ¶ Quinto premitto: ꝙ ex quo dantur gradus perfectionales in operationibus: ita ꝙ vna itrinsece est perfectior alia ⁊ non precise ratione termini vel fundamenti. sicut vna relatio dicitur intendi vel remitti. Seq̃t̃ ꝙ perfectio vltima intrinseca substantie viue: que ponit̃ operatio circa perfectissimum obiectum erit entitas absoluta intrinsece ⁊ formaliter sic perfecta aliter non diceretur talis substantia viua perfecte beata beatitudine formaliter inherente. Et vltra sequeretur: ꝙ omnes beati in patria: saltem illi qui sunt eiusdem speciei essent simpliciter equaliter beati beatitudine formali ⁊ inherente. patet: quia si visio deitatis in se esset formaliter relatio: certum ẽ ꝙ nõ potest formaliter nec intendi nec remitti: cum intensio ⁊ remissio relationis sit precise ratione vel fundamenti vel termini: sed in patria remanet semper idem obiectum ⁊ eadem potentia eque intensa et sic visio omnium eiusdem speciei esset simpliciter equalis si ipsa poneretur precise relatio. ex quo ergo ponit̃ substantia viuens vere beata et beatitudo extrinseca ⁊ intrinseca. beatitudo intrinseca erit aliquid absolutum. Et vltra sicut omnis substantia creata suo modo est perfectibilis vltimate aliqua forma absoluta. vt patz de elementis: quia ignis formaliter perficitur calore: aqua frigiditate: corpora mixta suis coloribus ⁊c. a fortiori perfectio vltimata substãtie viue: loquendo de perfectione intrinseca ⁊ inherente debet poni aliqua entitas absoluta in se formaliter perfecta: quam perfectionẽ habet principaliter ab obiecto vt a causa extrinseca: ⁊ quia perfectio vltimata talis substãtie ponit̃ operatio circa obiectũ eius ꝑfectissimũ: vt supra patuit per phm ⁊ Aug. merito talis perfectio debet esse entitas absoluta. ¶ His premissis respondeo ad argumenta. Ad primum dico: ꝙ ma. est vera qñ imediatius cõiungitur obiecto in ratione perceptibilis: ita ꝙ ei coniungat̃ percipiendo illõ si est potentia ꝑceptiua siue cognitiua: vel si est appetitiua actu elicito: vera est si coniungitur ei attingendo illud in rõne amabilis siue fruibilis. Et tunc mi. est falsa. s. ꝙ mediante relatione coniungat̃ ei modo predicto: qꝛ per relationem precise non attingit in ratione obiecti perceptibilis ⁊ beatificatiui: sed tñ per actum intelligendi vel volendi: non vt ponunt̃ precise relationes: sed vt qualitates absolute: vñ doc. in quarto dist. 49. vult ꝙ potentia potest dupliciter coniungi obiecto beatifico. s. formaliter hoc est ꝯiũctione formali que ponitur relatio: ⁊ fundamẽtaliter hoc est actu elicito potentie beatificabilis: secũdo modo est beatitudo formaliter non primo modo. ¶ Ad secundũ. Dico ꝯcedendo ma. recte intelligẽdo ipsam: qꝛ nõ habet̃ nisi ꝙ potentia vt beatificabilis non coniungitur imediatius q̃ʒ per oꝑationẽ vt entitatem absolutam que ponit̃ actꝰ scd̃s: sicut ⁊ creatura nõ coniungitur imediatius q̃ʒ per aliquam entitatem absolutã in ipsa: qꝛ homo imediatius appropinquat deo per intellectualitatem: q̃ʒ per substantiam vel q̃ʒ per viuens absolute ⁊ in hoc ꝯsistit perfectio hominis in actu primo. Si vero intelligatur de coniunctione formaliter: siue de appropinquitate formaliter que ponitur relatio. concedo ꝙ homo immediatius coniungitur deo per relationem que imediate terminatur ad ipsum. sic dicendo ꝯiunctione ꝯiungit̃ siue appropinquitate appropinquat: sicut ⁊ potentia beatificabilis cõiunctione coniungitur. Sed sicut in tali relatiõe formaliter non ꝯsistit vltima perfectio hominis intrinseca in actu primo: sed simpliciter in actu secundo: sic ⁊ vltima perfectio potentie beatificabilis non consistit in aliqua relatione qua imediatius coniungitur: sed simpliciter in actu secundo absolute qui actus est operatio formaliter perceptiua obiecti.

¶ Ad confir. Dico ꝙ requiritur coniunctio perceptiua obiecti que est in sola operatione actuali: vt supra patuit. ⁊ ideo non sufficit sola presentia obiecti in rõne obiecti intelligibilis: sʒ requiritur ꝙ sit presens in rõne obiecti actu perceptibilis a potentia cuius est tale obiectum: ⁊ vltra requiritur ꝙ vt sic presens actu attingat percipiendo illud qđ non potest fieri per aliquam relationem formaliter: neq̃ʒ per habitum etiam ꝑfectissimũ: qꝛ per illum tñ habitualiter cõiungitur.

¶ Ad quartum. Dico ꝙ ratio concludit pro me: qꝛ vltima ꝑfectio intrinseca ⁊ inherẽns materie non est vnio media inter ipsam ⁊ formam: sed est ꝑcise ipsa forma que vere perficit. Sic vltima perfectio nature beatificabilis que ꝯsistit in actu secundo erit aliqua perfectio absoluta inherens formaliter illi ⁊ nõ relatio que nullam addit perfectionẽ formal̃r. Et hoc est qđ dicit Doc. in primo dist. 1. q. 1. ꝙ sicut materia satiatur interinsece aliqua forma finita: sic potentia btificabilis satiat̃ intrinsece ⁊ formaliter aliquo finito. s. ipa operatione qua attingit obiectũ beatificum ⁊ extrinsece nõ satiatur nisi aliquo formaliter infinito. ¶ Ad quintũ de appetitu naturali. Dico ꝙ appetitꝰ naturalis ad btitudinẽ non satiat̃ nec quietat̃ illa naturali inclinatione: qꝛ cũ semper ⁊ necessario: ⁊ summe habeat eã: vt patet a Doc. in quarto dist. 49. necessario ꝓ quocũq̃ʒ instanti eẽt sũme beatꝰ. Sed dr̃ satiari qñ habet illud ad qđ summe inclinatur eõ mõ quo natũ est haberi: non põt aũt haberi vt perfectio intrinseca cũ primũ ẽns nullius creati possit esse perfectio itrinseca: sʒ tñ natũ est haberi vt cognitũ in cognoscente: siue vt amatum in amante: qđ precise fit per actum quo attingitur. Et appetitus naturalis est ad hñdum summum bonũ vt summe sibi commodũ: ⁊ summe sibi delectabile; ⁊ per ꝯñs inclinatur etiam ad actum q̃ immediate p̃t attingi vt summuʒ delectabile: ⁊ sic vltima perfectio eius intrinseca erit entitas absoluta. vcʒ perfectissima operatio ⁊ perfectio eius extrinseca erit summũ delectabile. ¶ Ad sextũ. Dico ꝙ doct. non vult ibi ꝙ talis relatio media aliquo mõ pertineat ad formalem rationem btitudinis formalis ⁊ inherentis cum ponat eam simpliciter in operatione ꝑfectissima que formaliter ⁊ intrinsece dr̃ operatio vere perceptiua obiecti: siue ẽ illud quo formaliter potentia attingit obiectum percipiẽdõ illud: licet actu per ipsam absolute acceptam non attingat illud. requiritur ergo precise vt dispositio preuia: sicut etiã humanitas nõ p̃t immediate esse a corpore organico: ⁊ aiã intellectiua vt absolute sumptis: que tñ sunt tota eius perfectio intrinseca essentialis: sed prerequirit̃ vnio eoꝝ adinuicem: que tñ nullo modo pertinet ad perfectionem intrinsecam ⁊ essentialẽ ipsius hois. Sic doc. intelligit i ꝓposito.

¶ Ad cõfir. Dico ꝙ vltĩa felicitas hois nõ erit ẽs ꝑ accñs qꝛ non ponitur aggregatum ex operatione et relatione: sic ꝙ hoc totum sit felicitas hois: sed ponatur precise ipa opatio circa obiectum btificum ⁊ relatio media ponit̃ precise vt dispositio. Sicut materia et forma sunt vere cause ꝑ se compositi: ⁊ tñ non causant nisi prius vnite. non eñ forma causat vt vnita: ita ꝙ vnio aliquo modo pertineat ad rõneʒ causandi: sed dicitur causare vt vnita: sic intelligendo actũ non causat nisi prius vniatur. Sic in proposito. ¶ Ad aliã confirmationem patet responsio ex superius dictis.

Visio hois vltĩa felicitas non sit ens ꝑ accidens

¶ Ad nonum. Dico ꝙ vltima perfectio substantie viue nõ ponitur absolute in entitate absoluta perfectiore: sed precise ponitur que est actus secundus quo substantia viua possit actu attingere obiectum beatificum: ⁊ sic bene concedo ꝙ ponitur in actu secundo perfectissimo qualis est operatio circa obiectum: ⁊ sic debet Doctor intelligi. ¶ Ad decimum ⁊ vltimum patet responsio ex dictis in illis preambulis. Similiter ex dictis respondendo ad obiectiones. Et sic patet resolutio dubiorum.

Secundo principaliter dubitatur de ratione se-

Nota bñ q sequũt̃ qm̃ ꝓfunde expositor profundus loquitur.

dubiū scd̄z circa scd̄am rōnē docto riscū argu mentis.

cunda que pn̄cipaliter consistit in hoc ꝙ non potest esse relatio de genere relationis noua nisi ꝑ aliqd̄ nouū absolutum: vel in fundamento vel in termino: sed intellectio potest esse noua stante precise eodem fundamento ⁊ termino. Instatur. probando ꝙ relatio proprie dicta possit eē noua nullo absoluto nouo pertinente ad rationem fundamenti vl̄ termini. Et primo sic. equalitas potest esse noua nullo absoluto prius acquisito: ⁊ pono casum ꝙ modo sint due quantitates inequales. ita ꝙ vna sit cubitalis: ⁊ alia bicubitalis: et post illa que est bicubitalis fiat cubitalis per ablationem ꝑtium: tunc iste due quantitates essent equales. ita ꝙ equalitas erit noua: ⁊ tamen nullum absolutum nouum est prius acquisitum: vt patet. per ablationem enim partis nihil absolutum nouum causatur in eo cui fit ablatio: vt patet experimentaliter. ¶ Secundo instatur: quia similitudo potest eē noua sine nouitate alicuiꝰ extremi: ⁊ presuppono ꝙ ratio ꝓxima fundandi similitudinem est vnitas qualitatis cum similitudo fundetur super vno: vt patet. 5. meta. c. ad aliquid. fūdatur ergo super vnitate specifica alicuius qualitatis puta super vnitate albedinis. sicut ergo albedo est ratio formalis fundandi similitudinē ad aliud album: ita albedo in alio albo est ratio formalis terminandi similitudinez: ita ꝙ non est ratio formalis terminandi vt actu existens: ita ꝙ existentia in ipsa sit ratio formalis terminandi vel fundandi: sed entitas formalis ⁊ quiditatiua. Sed talis fuit ab eterno: ⁊ tamē ab eterno non fuit similitudo: sed ex tp̄e: quia causato alio ⁊ alio albo in esse existentie fit noua ⁊ noua similitudo: ⁊ tamē quicquid pertinet ad rationem formalem fundandi ⁊ terminandi similitudinem fuit ab eterno: cum omne ens ſm esse quiditatiuum sit eternum. ¶ Tertio instatur: quia si nō potest esse noua sine nouitate alicuius absoluti sequitur ꝙ i. diuinis similitudo: equalitas. ⁊ identitas: sint penitus idem: qꝛ erit precise idem fundamentū ⁊ eadem ratio fundandi. s. vnitas essentia perfectissima: ⁊ vltra sequit̄: ꝙ vna nullo modo erit prior alia: ⁊ si vna est prior ⁊ alia posterior stante eodem precise fundamēto ⁊ termino: sequitur ꝙ vna potest eē noua sine nouitate extremi. ¶ Quarto instatur. ⁊ pono ꝙ sint duo alba vnum vt quatuor ⁊ aliud vt octo: inter que ē aliqualis similitudo: ⁊ post album vt octo fiat album vt quatuor tunc inter illa erit perfecta similitudo. ⁊ tamen nō erit aliquod absolutū de nouo acquisitum: ⁊ illa erit noua. vt patet. Tum etiam quia quero aut ista similitudo est eadem q̄ prius. aut alia. non primo: qꝛ illa fuit imperfecta. si alia: habetur propositum. s. ꝙ nullo absoluto acquisito fit noua relatio. Et vltra quero de illa similitudine que erat albi vt octo ad album vt quatuor: ⁊ post fit album vt quatuor: posito ꝙ illa imperfecta que erat fundata in albo vt octo non sit. q̄ro modo quō album vt quatuor remanēs sit simile alteri albo vt quatuor: aut noua similitudine ⁊ habetur ꝓpositum: aut antiqua. ergo simul album vt octo fuit simile albo vt q̄tuor perfecte ⁊ imperfecte: imperfecte quia album vt octo. perfecte quia album vt quatuor. ¶ Quinto instatur. ⁊ pono ꝙ nunc sit perfecta similitudo inter album. a. ⁊ album. b. ⁊ b. annihiletur: ⁊ post idem. b. reparetur stante eodem. a. tunc inter. a. ⁊. b. erit vera similitudo: ⁊ tn̄ erit precise idem fundamentum ⁊ idem terminus: vt patet intuenti. ¶ Rn̄deo ad primum. ꝙ dictum Doc. debet intelligi. s. ꝙ nō possit esse noua relatio nisi facta aliq̄ nouitate in extremis: ⁊ hoc acquirendo vel nouum absolutum: vel deperdēdo aliquod absolutum prius. Dico secundo ꝙ fieri nouum absolutū pōt pro nunc dupliciter intelligi: vel ꝙ totaliter de nouo acq̄rat̄ vel ꝙ habeat nouum modū essendi. ⁊ sic quātitas cubitalis separata a quātitate bicubitali est per se existens ⁊ habz rōnem totius: sed vt exn̄s in quātitate bicubitali hz precise rationem ꝑtis: ⁊ sic nō est noua relatio nisi nouo absoluto acq̄sito aliquo istorum modorum. prima tn̄ responsio magis vr̄ ad propositū. ¶ Ad secundū dico. primo ꝙ posito ꝙ existentia non requirat̄ nec vt ratio formalis terminandi: nec vt rō formalis proxima fundādi relationē. requiritur tn̄ vt cōditio requisita: ⁊ hoc sufficit. Dico secūdo ⁊ melius ꝙ nūq̄ ē similitudo realis actualis inter aliqua extrema: nisi rō formalis terminandi in vno extremo. ⁊ rō formalis fundandi relationē similitudinis in altero extremo sint in actu: nec est noua nisi sint noua. ¶ Et cū dr̄ ꝙ fuerūt ab eterno. dico ꝙ albedo ſm suū eē reale actuale ⁊ eētiale nō fuit ab eterno: fuit bn̄ tn̄ ſm quid. s. ſm esse cognitum vel possibile: vt patet a Doc. in primo di. 36. ⁊ vide singularia que exposui in secundo dist. 3. q. 1. modo nō est ratio formalis terminādi vel fundandi similitudinē realez actualē nisi sint in esse eētiali actuali ad qd̄ imediate sequit̄ actualis existentia vt gradus intrinsecus. ¶ Ad tertium patet responsio ex hisque exposui supra. q. 6. quoli. vbi similis difficultas posita est. ¶ Ad q̄rtum patet responsio ex dictis ad primum argumētū. ¶ Ad quintum. Dico ꝙ redeunte eodem extremo redit simpliciter eadē similitudo: vt patet a Doc. in tertio dist. 8. ⁊ in quarto dist. 43. vide ibi multa ad hanc materiam pertinentia.

Ad argumenta contra scd̄m dubium.

Aduer. circa hanc distinctionez

Tertiū dubiū circa tertiā rōnē doctoris.

Tertio principaliter dubitatur de tertia ratione principali que cōsistit in hoc ꝙ ad fundamētū proximū posito termino necessario sequitur relatio intrinsecus aduenieñs sed operatio non est hmōi ⁊c. Instatur primo: qꝛ ad prius essentialiter non videtur necessario sequi posterius a quo tale prius nullo modo dependet. ¶ Instatur 2°: quia adhuc non est probatum ꝙ stante perfecta presentia obiecti potētie ꝙ non necessario sequatur operatio: sicut stante perfecta presentia visibilis potentie visiue ⁊ amoto omni impedimēto videtur necessario sequi visio. ¶ Tertio instat̄: quia operatio est in continuo fluxu: qꝛ continue fit. ergo formaliter relatio. ¶ Quarto instatur. contra hoc qd̄ dicit ꝙ poneretur operatio relatio intrinsecus adueniens. Contra. tum qꝛ cōmuniter ponitur actio imanens. Tum qꝛ tertio de anima intelligere est pati. ergo videtur ꝙ sit passio. ¶ Respōdeo ad primum. patet responsio supra. q. 11. ¶ Ad secundum patet responsio a Doct. in. 4°. dist. 49. quia deus potest suspendere omnem actionem. ¶ Ad tertium patet responsio in p̄mo dist. 3. q. vltima in responsione ad vltimum argumentuz principale. ⁊ etiam in presenti. q. ¶ Ad quartum patet responsio hic in presenti. q. articulo 2°. ¶ Ad vltimum vide responsionem ad illam auctoritatem ph̄i datam a Doc. in primo dist. 3. q. 7. ⁊ etiam in 2° dist. 3. ⁊c.

Scd̄s articulus principalis.

De secundo principali (. s. qualiter absolutum in operatione aliquam relationē ad obiectū habeat) sunt tria principaliter vidēda ⁊c. Doct. primo adducit tres rōnes q̄bus ꝓbat ꝙ opatio necessario icludit relationē ad obiectū. Secundo ostendit qualiter hoc sit intelligēdum. Tertio respondet illis tribus rōnibus exponēdo quō intelligant̄. Circa primū. Pria ratio stat i hoc. vltima ꝑfectio nature opatiue non pōt esse sine reali relatione ad obiectū ꝑfectissimū circa qd̄ ipa nata est operari. opatio aūt est summa ꝑfectio talis nature ꝗ. ma. ꝓbat: qꝛ si sūma ꝑfectio nature viue diceretur aliq̄d vt ad se ipa substantia rei hoc mō eēt summa ꝑfectio: qꝛ substantia est ꝑfectior quocūq accidēte: vt pz. 7 meta. t. c. 4. vltima ergo ꝑfectio substātie viue est i hoc ꝙ vnit̄ obiecto ꝑfectissimo ꝑ opationem: sed nō p̄t sic vniri nisi includat necessario relationem realem ad illud. ¶ Confirmatur hoc: per illud Aug. 13. de tri. c. 5. vel. 15. vbi aliis diffinitionibus reprobatis ꝯcludit quasi ꝓ vera diffinitiōe beatꝰ igr̄ non est nisi habeat oīa que vult ⁊ nihil mali vult. Ex hoc arguitur quādo in ꝯcretis est predicatio ꝑ se p̄mo modo: sequit̄ ꝙ abstractum predicatur de abstracto. pz in exemplo album est coloratum. ergo albedo est color: qꝛ prima est vera ꝑ se primo modo: ⁊ per ꝯseq̄ns nō rōne subiecti igitur si hec est vera primo modo. beatus hz quicquid bene vult: sequitur ꝙ beatitudo est vt ita dicam habitio cuiuscunq bene voliti. nunc aūt habitio vel habere videtur ꝑ se importare relationem. ¶ De ista regl̄a a cōcretis per se p̄mo modo ad abstracta q̄ tenet precise: qꝛ concretum nō est verum de cōcreto rōne subiecti: sicut album est dulce est p̄cise verum rōne subiecti in quo tam albedo q̄ dulcedo fundantur: vt pz in lacte: ⁊ ideo non est vera p̄cise rōne extremoꝝ: sicut hic album est coloratum: est precise vera: qꝛ albedo includit formaliter colorem. Si dicatur hec est vera prio mō albedo est color. ⁊ tamen non sequit̄. ergo albedeneitas est coloreitas siue q̄ditas albedinis est quiditas coloris: ⁊ tamen arguit̄ a cōcretis per se primo mō ad abstracta. Dico ꝙ prima est vera: qꝛ etsi albedo non concernat subiectū: nec similiter color vtrumq tamē concernit suppositum ꝓpe nature: ⁊ ideo vnum predicatur de alio in primo modo. secunda vero est falsa: qꝛ neutrum concernit suppositum ꝓpe nature. immo est totaliter abstractuz ideo non p̄t vnū de alio formaliter predicari cū vt sic sint vltimate abstracta. Sed de hac materia vide que ꝓlixe exposui in primo dist. 5. q. 1. Semꝑ tamē tenet a ꝯcretis. per se primo mō ad abstracta vbi abstracta ꝯcernunt supposita ꝓprie nature. ¶ Scd̄o p̄ncipaliter arguit sic. Ad formam absolutam nouam pōt esse per se mutatio: ad operationem puta ad intelligere et hmōi. non p̄t esse per se mutatio ergo. ma. probatur: qꝛ forma absoluta p̄t acq̄ri subiecto. non tn̄ per accidēs ad acq̄sitionem alterius: sed per se ꝓpria acquisitione: qꝛ p̄t p̄mo per se succedere sue ꝓprie priuationi. mi. ꝓbatur ꝑ ph̄m. 7 physi. dicē. neq intellectiua parte anie est alteratio. sciens

Vide expo sito. ōnino vbi se remittit hic.

enim maxime ad aliquid dicitur: ⁊ multa ibidem tam in litera phi ꝙ̄ in ꝯmento videntur esse ad hanc intentionem. ¶ Tertio principaliter arguit sic. In cuius substantia ē relatio illud non est aliquid absolutum: sed in tertio modo relatiuorum in substantia vnius extremi. s. mēsurati est relatio. operatio enī refertur ad obiectum illo tertio modo. igitur. ma. probat: quia absolutum non includit in sua ratione formali relationem: qꝛ tunc esset per se ad alterum per illud respectum inclusum: ⁊ esset per se non ad alterum sed ad se quia ponit absolutum. mi. patet per ꝯmen. 5. met. vbi vult ꝙ in tertio modo relatiuorū relatio est in substantia alterꝰ extremi tm̄: sicut in rōne intellectus. i. actus intelligendi: ⁊ nō in ratione intellecti siue intelligibilis. i. obiecti: relatio inqt non est in substantia intellecti. s. obiecti: sicut est in substantia intellectus. i. actus intelligendi ⁊c. Ibi etiam illud verbum phi idem bis diceretur exponit sic. intellectus. i. actus intelligendi non refert ad intelligentem. s. ad potentiam intellectiuam: sed ad intellectum. i. obiectū: quia si ita esset. s. ꝙ simul referretur ad obiectum ⁊ potentiam: tunc intellectus constituerent per intelligentem. i. ꝙ actus intelligendi esset relatio per intelligentem vt per terminum. imō videtur esse econuerso. s. ꝙ intelligens vt intelligens constituatur in tali esse per actum intelligendi: ex quo sequeret ꝙ illud qd̄ cōstituit per aliud constituat illud: sicut ipse arguit ꝙ intellectus si diceretur ad intelligentem constitueretur per ipsum ita intelligit ꝙ cōstituitur per intelligibile ad qd̄ dicitur. nō autem constitueretur per illud si esset in se aliquod absolutū quia absolutum non includit necessario ꝙ sit ad aliud vt ad terminum: sicut relatiuum includit: vt patet: ⁊ sic patent ille rationes que postea soluentur.

De secundo principali huius secundi articuli in

quo Doctor declarat quō operatio includat relationem ad obiectum. Et recito istam literam vbi sunt alique difficultates annexe. licet alibi pro maiori parte sint exposite. Distinguo ergo de operatiōe ⁊ est distinctio manifestior in actu cognoscendi. potest tamen forte poni in actu appetendi: aliq est per se existentis: sicut que attingit obiectum in sua ꝓpa existentia actuali. Exemplum de visione coloris ⁊ cōiter in sensatione sensus exterioris. aliqua etiā est cognitio obiecti non vt exn̄tis in se: sed vt obiectum non existit: vel saltem illa cognitio non est eius vt actualiter existentis. Exemplum vt imaginatio coloris: qꝛ contingit imaginari rem qn̄ nō existit. sicut qn̄ existit. Consimilis distinctio ꝓbari pōt in cognitione intellectiua. hoc probatur. primo: qꝛ patet ꝙ aliqua intellectio potest esse non existentis: aliqua etiā potest eē obiecti exn̄tis vt existentis: qꝛ talem habebit beatus de obiecto beatifico: alioquin aliquis posset esse beatus in obiecto: esto per impossibile ꝙ ipsum non esset existens de quō dicit hr̄e claram visionem siue facialem propter hoc ꝙ actus eiꝰ cognoscendi tendit in illud vt in se presens in propria exn̄tia actuali. ¶ Secundo probatur idem: qꝛ quicquid est perfectionis in cognitione magis potest ꝯpetere cognitioni intellectiue ꝙ̄ sensitiue. nunc aūt posse attingere obiectum in se realiter ꝑfectionis est. vbi non vilesceret potentia attingēs propter imperfectionē obiecti. ergo intellectus potest habere actū quo sic attingat obiectū in sua reali existentia: saltē illud obiectū qd̄ est nobilius tali intellectu: vel eque nobile. Et si concedat de intellectu nr̄o: ipsum. s. posse habere talē actum cognitionis quo attingat rem vt exn̄tem in se pari rōne pōt concedi de quocūq obiecto: qꝛ intellectus noster est potētialis respectu cuiuscūq itelligibilis. ¶ Cōtra istā di. arguit primo: ꝑ hoc ꝙ itellectꝰ noster in cognoscēdo abstrahit ab hic ⁊ nunc ⁊ pari rōne ab omni ꝯditione existentis vt exn̄tis: igit non ꝯpetit sibi aliqd intelligere vt exn̄tis. Preterea. si sint due tales intellectiones possibiles intellectui nostro: tunc pari ratione eiusdem obiecti poterunt esse due tales: quero tunc quō distin. non numero tm̄: quia duo accidētia eiusdem speciei non possunt esse in eodem subiecto: nec specie: quia siue actus cognitionis accipiat speciem a potētia siue ab obiecto cum hic sit eadem potentia ⁊ idem obiectum non poterit poni differentia specifica. ¶ Ad primum illorum dici potest: ꝙ distinctio que cōmuniter ponitur inter cognitionem intellectiuam ⁊ sensitiuam ex parte obiecti: puta ꝙ intelligimus vniuersale sentimus singulare: ⁊ quecunq distinctio alia correspondens isti non debet intelligi tanꝙ̄ inter potētias disparatas ex equo: sicut est distinctio visꝰ in videndo colores ab auditu in audiendo sonos: sed debet intelligi distinctio intellectus a sensu: sicut potentie superioris cognitiue ab aliqua cognitiua subordinata sibi: ⁊ per cōsequens ꝙ potentia superior potest cognoscerere aliqd̄ obiectum sub aliqua ratione: quod obiectum vel sub qua ratiōe potentia inferior non potest cognoscere. non tamen oportet econuerso ꝙ inferior possit aliquod obiectum: vel sub aliqua ratione cognoscere quin superior possit etiā perfectiori modo obiectum illud cognoscere: ⁊ sub eadem ratione cognoscibilitatis ex parte obiecti: et sic potest concedi ꝙ intellectus non potest cognoscere obiectum. non vt hic ⁊ nūc: quia sub ratione quiditatiua absoluta. sensus autem nō potest sic cognoscere obiectum: quia est virtus limitata ad cognoscendū ipsum sub ratione existentis: sed non propter hoc intellectꝰ determinatur ad cognoscendum obiectum sub modo opposito: quia indifferens est ad cognoscendum ipsum sub vtroq modo. ¶ Ad scd̄m concedi pōt: ꝙ sint due cognitiones eiusdem obiecti simul sic: ꝙ non distinguatur obiectum ab obiecto: sicut essentia ab existentia: quia licet inter ista sit aliqua distinctio obiecti: tamen non sufficiens ad propositum: quia etiam ipsa existentia potest cognosci cognitione abstractiua sicut. n. essentiam sic et existentiam possum intelligere: licet non sit realiter extra intellectum. Dicentur igitur cognitiones distincte: ⁊ hoc sm̄ speciem propter rationes formales motiuas hinc inde: quia in cognitione intuitiua res in propria existentia est per se motiua obiectiue. in cognitione autem abstra. est per se motiuum aliquid in quo res habet esse cognoscibile: siue sit causa virtualiter continens rem: siue sit effectus pūta species vel similitudo representatiue continens ipsum cuius est similitudo. ¶ Ista distinctiōne actus cognoscendi supposita: potest dici ꝙ primus. s. qui est rei existentis in se necessario habet annexam relationem realem ⁊ actualem ad ipsum obiectum. Et ratio est. quia non potest esse talis cognitio nisi cognoscens habeat actualiter ad obiectum talem habitudinem que necessario requirit extrema in actu ⁊ realiter distincta. ⁊ que etiā naturam extremorum necessario ꝯsequit. ¶ In speciali aūt vr̄ esse duplex relatio actualis in isto actu ad obiectū. vna p̄t dici rl̄o mensurati vl̄ verius mēsurabilis ad mēsurā. alia pōt dici relatio vnientis formaliter in rōne medij ad terminū ad quē vnit. ⁊ ista rl̄o medij vnientis: spālior noīe pōt dici relatio attingētie alterius vt termini vel tendētie in alterū vt in terminū. ¶ Ista aūt distinctio duarum rl̄ōnū (. s. mēsurabilis ad mēsurā ⁊ attingētie ad terminū) satis vr̄ manifesta: qꝛ vtraq ab altera separi potest: sicut in essentijs superior habet rationem mensure respectu inferioris: nec tamen semper inferior habet respectu supꝰioris relationē attingentie de qua loquimur. Actus ēt voluntatis vel intellectus causantis totaliter obiectum videt habere relationē attingentie respectu eius vt termini intellectiōis vel volitionis: siue ista relatio sit realis siue tm̄ rōnis. non tn̄ talis intellectio vel volitio hēt respectu talis obiecti relatiōnē mēsurabilis. sed magis mēsure.

Pro maiori declaratione huius lr̄e insurgūt ali

Insurgūt dubia ep̄mo de sensatione.

qua dubia. Et p̄mo de sensatiōe sensus exterioris: qꝛ cognitio intuitiua nō fit ꝑ aliqd̄ rep̄ntatiuum: sed ꝑ p̄ntiā obiecti in se. mō cognitio sensitiua exterior causat a sensu et a spē sensibili exn̄te in organo: vt pꝫ a doc. in quol. q. 15. immo si spēs sensibilis non eēt in organo sensus nulla eēt sensatio exterior: vt pꝫ. Tum ēt qꝛ si in tali sensatione reqrit p̄ntia obiecti exn̄tis vt exn̄s in actuali exn̄tia. aut reqritur vt cā effectiua talis sensationis: aut vt p̄cise terminatiua. nō p̄mo qꝛ tunc non poneret spēs cā effectiua. Tum ēt qꝛ nō videtur ꝙ sensibile distans puta ꝑ miliare possit imediate immutare sensum ad sui sensationē. nō scd̄o: qꝛ si tm̄ reqrit vt terminus: ⁊ nullo mō vt cā effectiua posset eē ꝑfecta sensatio ipsius ēt ipso non exn̄te. pꝫ: qꝛ cā totalis illius eēt sensus ⁊ spēs sensibilis: ⁊ cā receptiua immediata eēt ipe sensus. Sic enī arguit doc. in primo di. 3. q. 6. ꝯtra Henri. c. qui ponebat aiam eē totalē cām intellectionis vide ibi. ¶ Rn̄deo. p̄mo ꝙ forte nō videt icōueniē s sensibile extra eē cām ꝑtialem sensationis exterioris: ⁊ cum dꝛ ꝙ nō p̄t immediate immutare potentiā distantē nisi immutet medium. Dico vt dixi in. 2°. di. 9. de locutione angelorum: vide ibi. ¶ Dico. 2°. ⁊ forte meliꝰ: ꝙ talis sensatio causat a sensu ⁊ a spē sensibili: ⁊ tunc reqritur obiectū vt actu exn̄s in ꝓpria exn̄tia.

Solutio.

¶ Et cū dꝛ ꝙ sufficit cā totalis sensationis q̄ est spēs cum sensu ⁊ cā receptiua eiusdē sensationis ꝑ rōnem doc. cōtra Henri. ¶ Dico ꝙ rō illa ibi valet ⁊ non hic: qꝛ hic spēs sensibilis rep̄ntat ipm sensibile cū ꝯditionibus materialibus, ibi vero nō. ⁊ ideo si sensibile non eēt in se p̄ns nulla est sensatio. De hoc vide doc. in primo di. 3. q. 6. Et de hoc alias erit sermo plixior. ¶ Secundo dubitatur. ibi posse attingere obiectū in se realiter ꝑfectiōis est vbi nō vilesceret po

scd̄z dubiū

tentia attingens propter imperfectionem obiecti: hoc videtur dubium: quia aut ponitur obiectum cauſa motiua potentie ad ſui viſionem aut preciſe terminatiua. Si primo. patz ꝙ potentia etiam vileſceret recipiendo notitiam intuitiuam ab obiecto perfectiſſimo: quia tunc ſe haberet in potentia receptiua: ēt poſito ꝙ illud obiectū eēt formaliter infinitū. vñ ſi eſſent duo formaliter infinita ꝛ realiter diſtincta: ꝛ vnū moueret aliud ad ſui notitiā illud aliud vileſceret: qꝛ tūc nō tm̄ ſe haberet in potentia receptiua qḋ eſt imperfectionis: ſed etiā dependeret ab illo alio in recipiendo perfectionē ab illo. Si 2° tunc nihil recipit ab obiecto. Si.n. notitia diuina terminaretur ad obiecta ſcḋaria: ſicut etiam forte terminat̃ ppter hoc non dicitur imperfecta. Et qḋ addit ꝙ intellect⁹ poteſt hr̄e actum quo attingat obiectum in ſua reali exiſtētia. ſaltem illḋ obiectum qḋ eſt nobili⁹ tali intellectu: vl̃ ſaltem eque nobile. hoc videtur dubiū: qꝛ ipſe Doc. vult expſſe in 2° diſt. 3. q. vltima. ꝛ in 4° diſt. 45. ꝙ angelus pōt intuitiue cognoſcere: puta lapidem ita ꝙ lapis concurrat effectiue ſaltem partialiter ad hmōi notitiam. ꝛ tñ lapis eſt valde ignobilior intellectu angeli. Et hic non oportet multum inſiſtere cum ipſe expreſſe hoc aſſerat. ¶ Rñdeo ad primā obiectionē: ꝛ dico ꝙ poſito ꝙ intellectus vt receptiuus perfectionis ab alio. aliquo mō vileſceret: qꝛ eſſet potentialis ad illud: qꝛ tamen intellectio nobilioris obiecti: ſic intellectum perficit ꝙ ipſe intellect⁹ quietat̃ ꝛ perficitur in tali obiecto. ideo quantum ad hoc non diceret̃ vileſcere: ſicut ſi hr̄et ab obiecto ignobiliori. Dico 2° ꝛ magis ad mentez doctoris ꝙ hic Doc. non loquitur ſm opi. propriam de notitia intuitiua reſpectu cuiuſcunqꝫ intellectus creati: quia multi negant ꝙ intellect⁹ angeli poſſit acquirere notitiam intuitiuam alicuius inferioris: quia nō eſt potentialis ab aliquo inferiori: vt patet in ſecundo diſt. 3. ꝛ in quarto diſt. 45. vide ibi. Et iō Doc. dicit ꝙ poteſt ſaltem habere intuitiuam reſpectu obiecti perfectioris vel equalis: quia hoc modo non videt̃ vileſcere ratione obiecti cum ſit vel nobilius vel eque nobile. Et quia intellectus noſter eſt potentialis reſpectu cuiuſcūqꝫ obiecti. ideo poteſt habere notitiam intuitiuam reſpectu cuiuſcunqꝫ obiecti intelligibilis. Et tamen ſm rei veritatē ꝛ ſm intentionem Doc. etiam quilꝫ intellectus angelicus ē potentialis reſpectu cuiuſcunqꝫ obiecti intelligibilis: vt ptz a Doct. in 2° di. 3. q. 11.

Solutio.

¶ Si ēt tertio volum⁹ alr̃ dicere poſſum⁹ dicere ꝙ Doc. hic loqt̃ de itellectu ex natura ītellect⁹ quia vt ſic nullam neceſſario includit iperfectionem: cū ſit perfectio ſimpliciter: ꝙ talis intellectus vbi inuenitur perfectiſſima rō intellectus (ſicut eſt de intellectu diuino: vbi iuenitur perfectiſſima ratio intellectus) poteſt habere notitiā intuitiuam reſpectu cuiuſcunqꝫ obiecti. dūmodo non vileſceret propter imperfectionez obiecti: quia ſi moueretur ab aliquo ente creato: tunc reciperet perfectionem ab illo. Nec valet dicere: ꝙ etiam vileſceret ab alio infinito realiter diſtincto. Dico ꝙ hoc verum eſt: ſed Doct. preſupponit incompoſſibilitatem plurium infinitorum: vt patet in prima diſt. 2. q. 1. partis prime. ꝛ q. de vnitate dei. Sed quando obiectum ē ſimpliciter idem potentie: tunc potentia non vileſcit reſpectu illius: quia nullo modo eſt in potentia receptiua: quia talis notitia eſſet perfecte idem realiter illi potētie. Sed ſi obiectum etiam infinitum eſſet realiter diſtinctum a potentia ꝛ moueret illā ad ſui notitiā ituitiuā: tūc cauſaret neceſſario notitiā realiter diſtinctā ꝛ ab obiecto ꝛ a potētia: vt clare expoſui in primo diſtin. 2. ꝛ in. q. de vnitate dei.

Rñſio ſingularit̃ notanda.

¶ Et qḋ dicit Doct. hic reſpondendo ad primam obiectionem: ꝙ ſenſus neceſſario eſt obiecti exiſtentꝭ vt exiſtens: ꝛ per conſequens vt habentis eſſe hic ꝛ nunc: videtur ſatis dubium: qꝛ videtur ꝙ ſenſatio non terminetur ad ſingulare vt ſingulare cum nulla potentia etiam intellectiua pro ſtatu iſto cognoſcat aliquod ſingulare ſub ratiōe propria: vt patet a Doc. ꝛ tamen ſi notitia ſenſitiua ſic terminetur ad exiſtens vt actu exiſtens ꝛ cum omnibus conditionibus materialibus: videtur ꝙ terminetur ad ſingulare ſub ratione propria ſingularitatis. ¶ Reſpōdeo vt dixi in ſecundo diſt. 3. vide ibi ſingularem gloſam pro iſta materia.

Nota de cognitione itellectus ꝛ ſenſus.

¶ Nota etiam in iſta reſpōſione ꝙ Doct. vult ꝙ intellectus cum ſit potentia ſuperior ſenſu ꝙ poſſit intelligere omne obiectū ſenſus ꝛ preciſe etiam ſub eiſdem conditionibus ſub quibus etiam ſenſus cognoſcit et non econtra: quia intellectus pōt cognoſcere et plura obiecta numero: et idem obiectum ſub alia et alia ratione ſub quibus rationibus nullo modo cognoſcit ſenſus: vt patet intuenti.

Dubiū valde notabile de notitia ituitiua.

Deinde occurrit dubium de notitia intuitiua ſcꝫ ꝙ illa dicitur intuitiua que eſt exiſtentis vt exiſtens actuali exiſtentia: ita ꝙ ſit in ſe preſens in actuali exiſtentia: quero aut exiſtentia preciſe requiritur vt ratio formalis terminandi notitiam intuitiuam: aut vt ratio formalis mouendi intellectum ad notitiā intuitiuam: aut nec ſic nec ſic: ſꝫ tm̄ vt conditio obiecti ſiue vt diſpoſitio obiecti. Et inſtatur pro nullo iſtorum modorum poteſt poni ipſa exiſtentia. Non primo modo. Et arguitur ſic primo. quia ratio formalis terminandi eſt ratio quiditatiua: vt patet a Doct. in primo diſtin. 1. q. 2. vbi dicit de fruitione: ꝙ ratio formalis terminandi talem actum eſt ratio quiditatiua: hoc idem videtur de viſione obiecti. Sed exiſtentia non eſt ratio quiditatiua: patet: quia ē gradus intrinſecus quiditatis. ¶ Secundo inſtatur: quia ſi exiſtentia lapidis eſt ratio formalis terminandi notitiam intuitiuam ipſius: ſequitur ꝙ intellectus diuinus non cognouerit eam ab eterno intuitiue: quia non fuit exiſtens ab eterno. Sequitur etiam ꝙ beatus non cognoſcat eam in verbo cum ibi non exiſtat. ¶ Tertio inſtatur: quia ſunt multa entia que non habent propriam exiſtentiam: vt ētia rationis vt priuationes negationes ꝛ huiuſmodi que tamen intuitiue cognoſcuntur ab intellectu diuino. patet: quia quicquid cognoſcit intuitiue cognoſcit cum cognitio abſtractiua ſit īperfecta. ¶ Quarto inſtatur ꝛ pono per poſſibile vel impoſſibile: ꝙ eſſentia lapidis vt prior exiſtentia ſua ſit realiter p̄ſens intellectui ꝛ non per aliquam ſpeciez ſed in ſe preſens certum eſt ꝙ tunc non cognoſcitur abſtractiue: quia cognitio abſtractiua fit per aliquid repreſentatiuum vt patet a Doc. ſi ergo intuitiue cognoſcitur: ſequitur ꝙ intuitiua non terminatur ad exiſtentiam vt exiſtentia. ¶ Quinto inſtatur: quia Doct. hic vult ꝙ in cognitione intuitiua res in propria exiſtentia moueat obiectiue. ergo non requiritur exiſtentia preciſe vt ratio terminandi. ¶ Sexto inſtatur: quia Doctor in quarto diſt. 10. dicit ꝙ non requiritur obiectum vt exiſtens vt preciſe in rōne termini: ſed requiritur vt ſit motiuū. vide ibi. ¶ Septimo inſtat̃: quia ſicut ratio formalis obiecti qetatiui volūtatis eſt rō perfectiſſima: que eſt rō quiditatiua. ergo ſimiliter rō formalis terminandi viſionem beatificam erit rō quiditatiua: quia in tali intellectus beati perfecte qetatur. ¶ Octauo inſtat̃: quia Doctor hic dicit ꝙ intuitiua ꝛ abſtractiua ſunt eiuſdē obiecti: ſic ꝙ non diſtinguitur obiectū ab obiecto: ſicut eſſentia ab exiſtentia: quia licꝫ inter iſta ſit aliqua diſtinctio obiecti: tñ non eſt ſufficiens ad ppoſitum: quia etiam ipſa exiſtentia poteſt cognoſci cognitione abſtractiua. ſicut enim eſſentiam ſic ꝛ exiſtentiam poſſum intelligere: licet non ſit realiter exiſtentem. hec ibi. ex quo ſequitur ꝙ ſicut exiſtentia poteſt cognoſci intuitiue et abſtractiue: ſic ꝛ eſſentia poteſt cognoſci intuitiue ꝛ abſtractiue. ergo exiſtentia non erit preciſa ratio terminandi.

Q. exiſtētia nō ſit ratio cāndi notitiam intuitiuam.

¶ Deinde inſtatur contra ſecundum membrum. pbando ꝙ exiſtentia non ſit ratio cauſandi cognitionem intuitiuaꝫ. Et primo ſic. Ratio formalis cauſandi eſt entitas quiditatiua ergo non exiſtentia. añs patet p doc. in primo di. 3. q. 6. ꝛ alibi ſepe: conſequentia patet: qꝛ exiſtentia non pertinet ad quiditatem cum ſit gradus eius intrinſecus: et per conſequens poſterior. ¶ Secundo inſtatur: qꝛ doc. in p̄mo di. 3. q. 7. probat ꝙ ſi obiectū non concurreret actiue ad cognitionem ꝙ cognitio nō ſpecificaretur ab obiecto nec vna diſtingueretur ſpecie ab alia. Sed talis ſpecificatio non p̄t eſſe ab exiſtentia vt exiſtentia. patet: quia exiſtentie non diſtinguuntur ſpecie cuꝫ ſint gradus intrinſeci. diſtinguūtur enim concomitanter. videlicet quia quiditates quaꝝ ſunt. ſunt diſtincte ſpecie. ¶ Tertio inſtatur. quia ſi exiſtentia lapidis neceſſario requiritur ad notitiam intuitiuam vt ratio mouendi: ſequitur ꝙ beatus non poterit intuitiue ipſum cognoſcere in verbo: quia vt ibi lapis non exiſtit ppria exiſtentia et tamen ipſum vt ibi intuitiue ipſe beatus cognoſcit. ¶ Quarto inſtatur: quia non eſt ratio terminandi notitiam intuitiuam ergo nec ratio cauſandi. antecedens ptꝫ ſupra. conſequentia probatur per Doc. ſupra. q. octaua vbi vult ꝙ ratio formalis cauſandi aliquid: ſit etiam ratio formalis terminandi ꝛ econtra. ¶ Quinto inſtatur: quia ſunt multa entia que habent propriam exiſtentiam: que tamen nullo modo poſſunt mouere intellectum: vt ſunt relatiōes reales que non poſſunt mouere intellectum: vt patet a doc. et tamen cognoſcuntur intuitiue. ¶ Sexto inſtatur: quia ſi exiſtentia eſſet ratio formalis mouendi ſequereur ꝙ non poſſet de obiecto haberi notitia intuitiua perfectiſſima: qꝛ notitia intuitiua quiditatis in ſe eſt nobilior notitia intuitiua exiſtentie eiuſdem. modo ratio mouendi in obiecto eſt ratio perfectiſſima. et ſic ſi exiſtentia eſſet ratio mouendi eſſet ratio perfectiſſima. ¶ Septimo inſtatur ſic. obiectum

sm suam entitatem quiditatiuam realem actualem est cognoscibile intuitiue: et tunc quero a quo causatur partialiter talis notitia intuitiua: aut a quiditate obiecti: aut ab eius existentia. Si primo habetur propositum: quia tunc existentia non erit ratio formalis causandi Si secundo contra: quia tunc existentia contineret virtualiter quiditatem obiecti. patet: quia contineret virtualiter eius notitiam intuitiuam ergo et eius entitatem. patet per Docto. in primo distin. 3. q prima. et in secundo distinctio. tertia. ¶ Octaua instatur: quia respectu cognitionis intuitiue sensus exterioris. existentia obiecti sensibilis extra non est ratio formalis mouendi sensum exteriorem ad sensationem: vt supra patuit. ergo nec similiter respectu cognitionis intuitiue respectu intellectus: cum non videatur maior ratio hic et ibi: vt patet ¶ Deinde instatur contra tertium membrum videlicet probando ꝙ nō requiritur existentia vt conditio obiecti nec in ratione mouendi nec terminādi: quia conditio talis obiecti ponitur proprie singularitas vt patuit in primo. d. 3. q. 6. vide ibi. Tum etiam: quia si obiectum in se vt prior existentia est ratio mouendi vel terminandi et sit perfecte presens potentie: patet ꝙ nihil aliud necessario requiritur ad hoc vt habeatur notitia intuitiua. Tum etiam patet ꝙ contra hoc facit ratio docto. in primo. d. 3. q. 7. contra Hen. ponentem animam intellectiuam eē totalem causam intellectionis.

ꝙ notitia intuitiua nō requirit existentia etc.

¶ Si dicatur ꝙ illa diuisio non est sufficiens: quia oportet addere aut quiditas est ratio terminandi et existentia ratio causandi aut econtra. s. aut quiditas erit ratio causandi et existētia ratio terminandi. Dico ꝙ hoc nihil est: quia in cognitione intuitiua quod ponitur ratio causandi notitiam tale ponitur etiam ratio terminandi. vt patz ex multis dictis doc. ¶ Respondeo ad omnes instantias pmittendo aliqua. primo ꝙ essentia rei sm suam entitatem realem actualem est prior existētia reali actuali ita ꝙ talis essentia est vera res habens esse simpliciter et verum esse actuale vt distinguitur contra esse possibile siue potentiale siue contra esse eius obiectiuum. et simpliciter est perfectior sua exñtia reali actuali ita ꝙ non est imaginandum ꝙ lapis sm suam entitatē quiditatiuam actualem extra intellectum precise dicatur vera res ratione existentie eius immo si per impossibile talis existentia nō eēt: eēt vera res realiter et simpliciter. De hoc vide que prolixe exposui in secundo. d. 3. q. prima: vbi multa singularia adduxi de eēntia et existentia. ¶ Secundo premitto ꝙ eēntia lapidis vt habens eē actuale et prius ipsa existentia actuali est perfectissima ratio mouendi intellectum ad sui notitiam intuitiuam et similiter ratio terminandi. Et si per impossibile eēt separata ab omni existentia adhuc eēt perfecta ratio tam mouendi q̃ terminādi. ¶ Tertio premitto ꝙ de eadem quiditate vt priore existentia potest haberi notitia abstractiua et intuitiua aliter et aliter si erit in se simpliciter presens propria presentialitate: tunc moueret intellectum ad notitiam sui intuitiuam et tunc illa intuitiua eēt obiecti in se presentis habentis verum eē reale actuale etiam posito per impossibile ꝙ actu non existeret. Si vero non eēt in se presens: sed in aliquo representatiuo puta in specie intelligibili: tunc mediāte illa specie posset haberi notitia abstractiua illius: et tunc talis notitia non requirit ꝙ obiectum habeat eē actuale sufficit enim habere eē potentiale: hoc idem dico de existentia. quando enim est in se presens sm suum eē actuale tunc habetur notitia intuitiua. quando vero est tm̄ pñs non in se sed in aliquo representatiuo: tunc de ea potest haberi notitia abstractiua. Sicut enim eēntia potest considerari sm esse potentiale et sm eē actuale: sic similiter est existentia sm eē tm̄ possibile siue obiectiuum et est illa que ponitur gradus intrinsecus quiditatis habentis precise eē potentiale et obiectiuum. est etiam existentia sm eē actuale et est que ponitur gradus intrinsecus quidditatis sm eē actuale. De hoc vide in secūdo. di. 3. q. 1. respondendo ad. q. principalem.

Notabilis doctrina de notitia intuitiua vbi q̃ ponderanda.

¶ Quarto premitto ꝙ eēntia puta lapidis quando est in se presens intellectui sm suum eē actuale causat notitiam intuitiuam sui spē distinctam a notitia abstractiua eiusdem non vt in se presentis sed presentis in aliquo representatiuo. ¶ Quinto premitto ꝙ quiditas lapidis non potest eē pñs in se intellectui sm eē actuale quin necessario sit presens sm eē existētie cū sit modus eius intrinsecus non tn̄ existentia erit ratio nec mouendi nec terminandi nec conditio obiecti necessaria sed vt gradus intrinsecus necessario cōñs ipsam quiditatem: patz: quia si talis existētia per impossibile non eēt adhuc quiditas vt in se presens posset intuitiue cognosci. Quando ergo doct. dicit ꝙ notitia intuitiua est obiecti existētis vt existēs est non intelligit ꝙ existentia actualis obiecti sit ratio formalis vel mouendi vel terminandi nec ꝙ sit cōditio necessario requisita vel in ratione mouendi vel in ratione terminādi respectu notitie obiecti sm esse quiditatiuum eius actuale: sed intelligit sic ꝙ est impossibile esse presens sm esse reale qui necessario sit presens sm esse existentie actuale. His premissis: patet responsio ad instantias. Ad primam contra primum mēbrum diuisionis concedo ꝙ existentia non est ratio terminādi sed ipsa essentia sm esset actuale ¶ Ad secūdum patet et dico breuiter: quia posset esse argumentū etiā de quiditate secundum esse reale ꝙ etiam sm tale esse non est ratio formalis terminandi notitiam intuitiuam intellectus diuini: sed precise est essentia diuina ita ꝙ non terminatur ad lapidem: sed mediate terminatur ad lapidem vt in essentia diuina relucentem vt patebit infra. q. 14. arti. 3.

Vide quō dr eē obiecti exñtis vt exñtis quia p. sunde loquitur expositor reuerendissimus.

¶ Ad tertium patet: et quomodo illa cognoscat deus intuitiue exposui in primo. di. 39. vide ibi quedam singularia.

¶ Ad quartum concedo argumentum illud si casus esset possibilis sed est simpliciter impossibilis. ¶ Ad quintum dico ꝙ hic Doc. non vult ꝙ existentia sit ratio mouendi sed bene vult ꝙ nunq̃ res actu moueat ad notitiam intuitiuam nisi actu existat non ꝙ existētia sit aliquo modo ratio formalis sed ipsa res sm esse suum actuale vt prior existētia actuali. est tamen impossibile ipsam mouere nisi actu existat propter necessariam concomitantiam existētie ad rem. ¶ Ad sextum concedo argumentum recte intellectum: nam ipsa entitas quiditatiua actualis nō necessario requiritur vt sic sit presens vt precise terminans: quia si non esset in tali esse adhuc posset terminare: sed requiritur vt mouēs et actu nō mouet nisi quando existit propter concomitantiam necessariam modo predicto. ¶ Ad septimum concedo argumentū illud. Et vltra dico ꝙ bene concludit si existentia non ponatur ratio quiditatiua primi obiecti. modo ponitur de ratiōe eius intrinseca et formali: vt patet a doc. in primo. di. 2. q. 1. et. 5. q. 1. art. 1. ¶ Ad octauum. patet responsio ex premissis.

¶ Ad primum contra secundum membrum diuisionis concedo illud. ¶ Ad secundum similiter concedo. ¶ Ad tertiū dico vt dixi ad secundum contra primum membrū diuisionis ¶ Ad quartum dico ꝙ existentia non est ratio terminandi notitiam intuitiuam ipsius essentie: sed est ipsa essentia: est tamen ratio terminandi notitiam suimet. quia ipsa īmediate terminatur ad existentiam. ¶ Cum dicitur ꝙ tunc esset ratio mouendi. ¶ Dico breuiter ꝙ quiditas actualis est rō mouendi intellectum ad notitiam non tm̄ sui intuitiuam sed etiam omnium virtualiter contentorum in ea. et sic est ratio mouendi intellectum ad notitiam intuitiuam ipsius existentie: quia continet eam vt gradum sibi intrinsecum: et tamen illa notitia immediate terminatur ad existentiam. Concedo tamen ꝙ ipsa quiditas sicut est ratio mouēdi siue causandi notitiam existentie ꝙ etiam est ratio terminandi dependentiam eius vt. s. causati ad causam: et sic intelligitur propositio doc. vt patuit supra. q. 8. vide que ibi exposui. ¶ Ad quintum dico ꝙ sufficit ꝙ talia entia virtualiter contineātur in aliquo quod possit mouere vt exposui in primo: di. 3. q. 3. Concedo tamen ꝙ existentia non est ratio mouendi: nec similiter quiditas actualis talium entium sed virtualiter cōtinēs talia entia est ratio causandi notitiam intuitiuam eorum et quantum ad esse eorum quiditatiuum actuale et quantum ad esse existentie. ¶ Ad sextū: patet quid dicendū. ¶ Ad septimum. patet similiter responsio ex supradictis. ¶ Ad octauū: patz respōsio ex his que dixi ad illud dubiū de sensatiōe. vide ibi. ¶ Si volumus tenere tertium membrum diuisionis. s. ꝙ existentia sit conditio requisita sic intelligendo ꝙ res ipsa actu non moueret intellectum ad sui notitiam intuitiuam nisi actu existeret: quia omnis motio realis et omnis actio realis necessario presupponit existentiam rei mouentis. et agentis et similiter nihil potest terminare dependētiam realem alicuius nisi actu existēs non ꝙ existētia sit aliquo modo ratio terminandi: sed tm̄ necessario presupposita ipsi rationi terminandi sicut etiam doc. in primo. d. 36. et in tertio. d. 2. dicit ꝙ creatio terminatur ad existens vt existēs non ꝙ existentia actualis sit ratio formalis siue terminus formalis creationis: immo est simpliciter ipsa natura sm entitatem suam realem actualem ad quam concomitatur existentia realis actualis vt gradus intrinsecus. sic dico in proposito. ¶ Ad primam rationem dico ꝙ licet singularitas sit conditio agentis siue producentis et similiter conditio producti: quia nihil est producens nisi actu singulare. nec similiter nihil est productum nisi vt singulare non tamen ipsa sola dicitur conditio agentis sed etiam existentia actualis est conditio requisita: quia nisi res actu existeret actu non posset agere: imo existētia ē magis intrinseca nature q̃ singu-

Existentia nō ē ratio terminādi notitiā intuitiuā essētie.

Quiditas actualis ē rō mouēdi intellectū ad notitiā intuitiuam sui et omniū īclusorū in ipsa.

Alius modus respōdendi sm tertiū mēbrū diuisionis prius posite

tatitas cum existentia sit gradꝰ eius intrinsecus nō sic sin=
gularitas. ¶ Ad secundum dico ꝙ existentia in obiecto re=
quiritur vt aliquid necessario presuppositū: quia est impos
sibile intelligere naturam actu mouere nisi actu existat. Di
co secundo ꝙ forte existētia requiritur vt conditio mouētis
⁊ si forte non requiratur. vt conditio rationis formalis mo
uendi. Argumentum vero Doc. in primo distin. 3. q. 7. bene
concludit quia presupponit ipsam materiam esse totalem
causam intellectionis obiecti ita ꝙ non ibi deficiat nec quā
tū ad ratiōnē formalē agendi nec quātum ad ipsum agēs.

Dubiū circa dictū doc. ꝙ notitia intuitiua et abstractiua de codē obiecto differunt specie.

Adhuc occurrit dubium. In hoc qđ dicit Doct.
ꝙ cognitio intuitiua ⁊ abstractiua respectu vnius et eiusdē
obiecti differunt specie. instatur sic. primo presupponendo
ꝙ. a. sit obiectum intellectus tam respectu notitie abstracti
ue ꝙ̄ intuitiue ⁊ instatur sic. idem inq̄tum idem semper na
tum est facere idem. ergo idē obiectum ⁊ sub eadē rōne for
mali non potest esse causa duarum specierū ⁊ maxime quā
do illud obiectū est simpliciter limitatū: qđ dico propter solē
q̄ propter sui illimitationē potest esse causa plurium specie
rū. modo lapis est obiectū omnino limitatum. ergo ab ipso
non possunt esse duo actus specie distincti. ¶ Secundo in
statur. Actꝰ distingūtur per obiecta: vt patet 2° de anima.
ergo respectu eiusdem obiecti nō pn̄t esse plures actus spe
cie distincti: quia si distinctio obiectorū necessario infert di=
stinctionem actuū: ergo vnitas obiecti necessario infert vni
tatem actus. valet consequentia per locum ab oppositis.

Considera bene oēs istas rōnes q̄m pulchre sunt.

¶ Si dicatur ꝙ hoc non est verū: quia eiusdē obiecti sunt
plures actus distincti specie: patet. quia visio eiusdem visi=
bilis ⁊ est imaginatio: ⁊ itellectio que differunt specie ⁊ tn̄
omnes sunt eiusdem obiecti: ⁊ sub eadem ratione formali:
quia potentia cognitiua superior cognoscit idem qđ ⁊ infe=
rior ⁊ sub eadem rōne formali: vt supra patuit. Restringo
ergo rōnem non comparando duas potentias adiuicem re
spectu eiusdem obiecti: Arguitur ergo sic. eiusdem potētie
simpliciter comparate ad idem obiectū non pn̄t esse plures
actus specie distincti cum actus necessario distinguantur ꝑ
obiecta. ergo vbi idem obiectū ad eandem potentiam com=
paratū necessario erit idem actus. ¶ Tertio instatur sic p̄
suppon ēdo dictū Doc. ꝙ eadē existentia pōt cognosci intui
tiue ⁊ abstractiue: vt supra patuit: ergo eiusdem existentie
numero pn̄t esse due notitie specie distincte: consequēs fal=
sum: quia existētia ꝓprie non dicit vnitatem specificam cū
tn̄ concomitetur naturam specificā: ergo nec cognitio eius
dem habebit vnitatem specificam: aliter actus cognoscen=
di nō haberet vnitatē ab obiecto. ¶ Quarto instatur pre
supponēdo dictū Doc. in primo. di. 1. q. 4. ꝙ diuersa appro
ximatio obiecti non variat rōnem formalem actꝰ. licet pos
sit variare quantū ad intēsionē ⁊ remissionē. ignis eñ cale=
faciēs lignū magis ⁊ minꝰ approximatꝰ nō variat calefa=
ctionē in se formalit: sed magis ap ꝓximatꝰ: magis intēdit
eā ⁊ minꝰ: minꝰ intēdit. Cū ergo obiectū in cognitiōe intui=
tiua ⁊ abstractiua itelligat magis ⁊ minꝰ ap ꝓximatū: siue
magis ⁊ minꝰ pn̄s potētie cognitiue: pꝫ: q̄a respectu intuiti
ue ē in se pn̄s respectu vero abstractiue nō est in se pn̄s: se=
quit ꝙ notitia nō variabit quantū ad eiꝰ rōnē formalē sed
forte quātū ad intensionē ⁊ remissionē siue q̄a vna erit ꝑfe=
ctior: puta intuitiua ⁊ alia imperfectior. s. abstractiua vel vna
certior. s. intuitiua ⁊ alia incertior. s. abstractiua. ¶ Quin=
to instat: q̄a sequit ꝙ eiusdē cōclusionis pn̄t esse plures scie
specie distincte: pꝫ q̄a notitia intuitiua obiecti vltimate cō
tinet virtualiter notitiā intuitiuā conclusionis: quia virtua=
liter continet notitiā intuitiuā primi p̄dicati ⁊ per ꝯsequēs
notitiam intuitiuam propositiōis imediate ⁊ imediata me
diatā: vt patet in prolo. q. 3. ergo vltimate continet intuiti=
uā ꝯclusiōis ꝯtinet et abstractiuā. eiusdē ꝯclusiōis mō p̄di=
cto. g̃ eiusdē ꝯclusiōis demōstrate pn̄t eē plres scie spē disti
ete qđ nullo modo videtur. Si dicatur ꝙ eadem conclusio
potest demōstrari ꝑ plura media ⁊ sic ex pluralitate medio
rum potest variari scientia conclusionis. Dico ꝙ hoc posito
non tn̄ concesso nihil est contra rationem. quia ratio preci=
se ꝓcedit de eodē medio intuitiue ⁊ abstractiue cognito.
¶ Sexto instatur: quia sequit ꝙ idem intellectus simul po
terit cognoscere idē obiectū intuitiue ⁊ abstractiue si diffe=
rūt specie sicut ipse arguit: q̄a licet sm̄ opi. aliquorū due noti
tie nūero distincte eiusdē obiecti nō possint simul esse in eo
dē intellectu: tn̄ non est inconueniens de distinctis specie: ⁊
sic sequit ꝙ idē intellectus cognoscet simul idē ꝑfecte ⁊ ipfe
cte qđ est absurdū. ¶ Septimo instat: ⁊ pono casū ꝙ p̄r
nitas cognoscat itutiue ⁊ abstractiue ⁊ notitia ituitiua ⁊ ab
stractiua eiusdem paternitatis ꝑ te differunt spē: tunc q̄ro
a quo intuitiua habet vnitatem specificam nō a paternita=
te: patet. q̄ a quo non habet entitatem ab eodē non hab̄
vnitatem non a fundamento ⁊ termino: q̄ tunc notitia nō
distingueretur ꝓpter distinctionem obiectorū nec diceret
ꝓpria notitia talis obiecti si ab eodē non haberet vnitatē.
¶ Octauo instatur ⁊ quero a quo cātur notitia abstractia
lapidis. non a lapide in se pn̄te: q̄ vt sic presens tn̄ causat
notitiam sui intuitiuam. non ab aliquo continente virtuali
ter ipsum lapidem vt doc. vr̄ dicere. q̄ quero de illo conti=
nente q̄ōo cāt: aut cāt vt in se pn̄s: ⁊ tunc vt sic sicut cāt no=
titiam sui intuitiuam ita ⁊ oīm virtualiter contentorū cū vt
sic sit agens ꝑ modum nature. si cāt non vt in se pn̄s quero
q̄ōo vt sic possit cāri aut cātur a spē itelligibili: ⁊ h̄ nō q̄ tūc
effectus virtualiter cōtineret cām ex quo. n. ponit sm̄ doc.
effectus obiecti: ⁊ cōtinens virtualiter notitiam obiecti ꝯti
net ēt virtualiter entitatem obiecti: vt pꝫ a doc. in primo d.
3. q. 1. sequit ꝙ si talis notitia abstractiua cāt a tali spē ꝙ ip=
sa spēs continebit virtualiter obiectum ⁊ sic effectus v̄tua=
liter cōtinebit entitatem cāe qđ est impossibile. ¶ Nono in
statur ponendo ꝙ abstractiua causet a specie intelligibili
vt tenet doc. in primo. di. 3. q. 6. ⁊. 8. ⁊. d. 17. ⁊ in secūdo. di.
3. ⁊ in. 4. d. 10. ⁊ in quolt. tunc sic si spēs talis cāt certū est
ꝙ in cāndo supplet vicem obiecti: ⁊ tunc q̄ro aut supplet vi
cem obiecti hn̄tis eē simpl'r ⁊ reale aut p̄cise supplet vicem
obiecti hn̄tis tn̄ eē possibile. Si primo sequit ꝙ cābit noti=
tiam intuitiuam illius: q̄ illud idem obiectum si immedia=
te cāret. cāret notitiam sui. si ergo h̄ modo supplet ⁊ ꝑfecte
supplet sequit ꝙ illa notitia erit intuitiua. Si secundo ergo
talis notitia non poterit eē obiecti hn̄tis eē simpliciter. sed
p̄cise vt hn̄tis eē sm̄ quid ⁊ possibile cuius oppositum expe
rimur. ¶ Decimo instatur de notitia abstractiua exn̄tie vt
exn̄tia distinguit ab eēntia a qua immediate causat non a
spē intelligibili ipsius existentie cum nō habeat ꝓpriā spēz
vt videt. q̄ gradus intrinsecꝰ rei nō habet ꝓpriam speciez
aliam a spē rei cuius ponit gradus: q̄ tunc videret habere
ꝓpriam ⁊ distinctaz formalitatem qđ est contra doc. in pri
mo. dist. 8. q. 2. respondendo ad principalia argumenta. nec
causat a spē intelligibili ipsius rei essentialis siue quidita=
tiue: q̄ ipsa spēs p̄cise repn̄tat obiecti quiditatem et non
existentiam illius: vt pꝫ: ergo vr̄ impossibile ꝙ respectu ip=
sius existentie vt existentia possit esse notitia intuitiua ⁊ ab
stractiua. ¶ Respondeo ad istas instantias. ad primam di
co primo ꝙ illa propō phi potest primo sic exponi. idez ma
nens idem ⁊ sub eadem dispositione tam respectu sui ꝙ̄ re=
spectu passi natum est facere idem ⁊ sic ignis manens idez
⁊ semper eque dispositus ⁊ circa idem passum semper natꝰ
est ꝓducere similem vel eundem effectum: tamen variatus
sm̄ aliam ⁊ aliam dispositionem ⁊ circa aliud passum forte
poterit aliud in spē ꝓducere. hoc saltem est verum de agen
te illimitato cuiusmodi est sol. Scđo p̄t exponi ꝙ propō est
vera de agente ꝑ modum nature ⁊ limitato ad effectus eiꝰ
dem spēi: q̄ de illimitato non est verum: q̄ idē sol sub eadē
rōne formali: p̄t ꝓducere plura spē distincta. Tertio p̄t ex
poni ꝙ idem manens idem nō solum sub eisdem dispositio=
nibus ⁊ circa idem passum: sed manens etiam idem sub ea=
dem actione non p̄t facere nisi idē nūero: q̄ eadē ꝓductio=
ne in creaturis p̄cise idem nūero ꝓducitur. est etiā hoc verū
in diuis. ¶ Applicando ad ꝓpositum. Dico ꝙ hic variat
⁊ agens ⁊ ratio agendi. nam in cognitione intuitiua agēs
est obiectum i se p̄sens ⁊ existens ⁊ rō agendi est quiditas
actualis obiecti vt dixi supra. Sed in cognitiōe abstractia
est spēs itelligibilis vt tenet ipse doc. ⁊ rō agendi est enti=
tas q̄ditatiua ipsius spēi: licet ergo respectu eiusdem obie=
cti q̄ditatiue accepti secundum entitatem q̄ditatiuam etiā
actualem sit cognitio intuitiua ⁊ abstractia non tamē vtra
ꝙ̄ ab eodem cātur. ¶ Ad secundum. Dico p̄mo ꝙ eiusdez
obiecti ad eandē potētiā ꝯparati nō pn̄t eē plures notitie
intuitiue spē disticte nec plures abstractie spē disticte sed
non est iconueniens respectu eiusdez ponere plures specie
disticta quarum vna sit intuitiua ⁊ alia abstractiua. Dico
secundo ꝙ eiusdē obiecti eodem modo dispositi ⁊ eodez mō
se habentis nō possunt eē plures spē distincte. Sed respe=
ctu notitie intuitiue obiectum ē in se p̄sens in sua actuali ex
istentia: ⁊ vt sic non p̄t esse nisi notitia intuitiua. Sed respe
ctu notitie abstractiue: non est in se presens sed in alio repn̄
tatiuo ⁊ vt sic non pōt haberi nisi notitia abstractiua. Dico
etiam tertio ꝙ phs loquitur de obiectis causatiuis actuū:
q̄ actus debent distingui per obiecta eo ꝙ accipiunt entita
tem ⁊ per consequens vnitatem ab illis: vt patet a doct. in
primo. d. 3. q. 7. vbi probat obiectū habere actiuitatem re=
spectu cognitionis: quia cognitio: vt inquit ibi specificatur
ab obiecto. in proposito dico ꝙ vbi est idem obiectū forma

Respōdet ad rōnes.

Idē inq̄tū idē / sp nātum est facere idē exponitur.

Aduerte respōsionē

le causatiuum notitie sui ꝙ non potest causare notitias specie distinctas loquendo de notitijs eiusdem obiecti (qđ dico propter obiecta in eo virtualiter contenta: quia quot obiecta specie distincta virtualiter continentur tot notitias specie distinctas potest causare: vt exposui in primo di.1.q.3.) Sed in proposito respectu notitie intuitiue obiectū motiuū est ipsa res in se actu exñs ⁊ in se presens. Sed respectu notitie abstractiue est species intelligibilis inmediatū motiuū licet partiale. ¶ Ad tertium. Dico breuiter ꝙ ille notitie distincte specie non est inconueniēs ꝙ distinguātur specie licet existentia nō sit proprie species sicut etiam eiusdez obiecti necessario sunt distincti actus specie .s. actus intuitiuus ⁊ abstractiuus: qa tales notitie a quocunqȝ causentur non sunt nate causari nisi vt specie distincte. ¶ Ad quartū patet responsio: quia hic ponitur aliud ⁊ aliud causatiuum siue motiuum ⁊ propositio doc. intelligitur de eodem causatiuo circa idem passum magis ⁊ min⁹ approximatū. Et sic concedo ꝙ idem obiecū in se presens in sua actuali existentia quanto magis approximatur potentie in ratione obiecti intelligibilis tanto notitia intuitiua erit intensior. Et sic debet intelligi propositio doc. ¶ Ad quintum. Dico ꝙ si accipiatur scientia proprie dicta que causatur per discursum syllogisticū illa proprie est in cognitione abstractiua cū sit de vniuersalibus. Si vero accipiatur sciētia prout est certa ⁊ infallibilis notitia ⁊ euidens de obiecto necessario cōcedo ꝙ eiusdē cōclusionis potest esse notitia intuitiua ⁊ abstractiua cum dicitur ꝙ est incōueniēs esse plures scientias specie distinctas respectu eiusdem conclusionis. Dico ꝙ erit incōueniens de pluribus sciētijs abstractiuis specie distīctis: vł de pluribus intuitiuis specie distinctis. ¶ Ad sextum. Dico ꝙ intuitiua paternitatis haberet vnitatem specificam a fundamento ⁊ termino continentibus ipsam virtualiter sicut ⁊ entitatem vt exposui in primo di.3.q.3. ⁊ hoc sufficit phs eīm loquitur de obiectis motiuis: vt dixi supra. ¶ Ad septimū. Dico ꝙ non simul stant notitia intuitiua ⁊ abstractiua eiusdem obiecti: quia quando obiectū est in se presens tunc agit ad sui notitiam intuitiuam inquantum pōt: ⁊ tūc impedit speciē intelligibilē agere respectu notitie abstractiue eiusdē obiecti. Dico secundo ꝙ forte nō est impossibile ꝙ idē simul cognoscatur intuitiue ⁊ abstractiue ⁊ ꝙ ſm vnam cognoscatur perfecte ⁊ ſm aliam imperfecte esset bene incōueniens ꝙ ipsum simul cognosceret abstractiue distincte et confuse. sed de hoc alias erit sermo prolixior. ¶ Ad octauū Dico ꝙ causatur a specie intelligibili. Cū inferꝭ ꝙ tūc ipsa cōtineret virtualiter obiectū. Dico vt dixi in scđo dist 3.q. 9. vide ibi singularia dubia. ¶ Ad nonū. Dico ꝙ prope nō supplet vicē obiecti: qa sequereꝭ ꝙ obiectū in se posset hmōi notitiā causare vt exposui in prolo.q.3. vide ibi. Et si aliquo modo licet improprie suppleat vicē obiecti supplet absolute quia illa specie pōt causare notitiā obiecti siue existentis siue nō existētis. ¶ Ad vltimū. Dico primo ꝙ pōt causari species intelligibilis existētie ab aliquo continente virtualiter ipsam existentiam: ⁊ tūc nō sequitur ꝙ habeat propriā formalitatē. Dico secundo ꝙ illa notitia pōt causari a specie intelligibili ipsi⁹ rei ꝯtinētis suo mō virtualiter ꝓpriā existētiā

Scīa multipliciter.

Sequitur in litera. Ibi de prima relatione. s. mēsurabilis

Nota de relatione mēsure et mēsurabił

Expō valde notāda circa textū

Prima cōclusio.

surabilis loquitur Ari. 5. me. ꝙ illa proprie pertinet ad tertiū modū relatiuorū. Et quia hec litera vsqȝ ibi. secundus actus cognoscendi est satis difficilis: ideo primo declaro ipsam ꝑ conclusiones. secundo exponā eaȝ de verbo ad verbū ¶ Sit ergo prima cōclusio ꝙ aliquid mensurari est intellectū de eius quātitate determinata ꝑ aliud certificari ⁊ ptȝ per exemplum. sit quantitas aliqua que ignoretur quantuȝ sit longa tunc poterit intellectus certificari per aliam quātitatē prius sibi notam: puta per quantitatem cubitalem: ⁊ tunc per replicationē quantitatis cubitalis sibi note tandeȝ poterit certificari quātitas pri⁹ ignota vł etiā si aliqua quātitas sit sibi nota per illam notaȝ superponēdo ignote ignota poterit cognosci. Hoc idem dico de mensurabili ſm perfectionem: puta si ignoratur perfectio asini per aliquā perfectionem sibi notam poterit perfectio asini cognosci: puta si cognoscatur ꝙ homo in genere aialiū sit perfectissimū aial: tūc per ipsum hoiem notū poterit cognosci perfectio asini per appropinquitatē ad perfectionē hois. ¶ Sequiꝭ secunda ꝯclusio. s. mēsurari importat respectū ad intellectum cui fit certitudo ⁊ ad mēsurā per quam fit certitudo. Exemplū mensuratur actu. a. per. b. ita ꝙ intellect⁹ certificaꝭ de. a. ꝑ b. tūc. a. vt actu fit notū itellectui ꝑ. b. habet respectū ad ipsum intellectū ⁊ ad ipm. b. sic intelligendo ꝙ intellect⁹ prius cognoscit. a. mēsurabile ⁊ b. qđ poniꝭ mēsura. sed. a. est sibi ignotum puta quo ad eius ꝑfectionem ⁊ tunc comparando a. ad. b. per b prius cognitum certificaꝭ de ipso. a. prius cognito: vt ergo intellectus certificaꝭ de. a. ipm a. dr tūc actu mensurari qñ intellectus actu de ipso certificatur ⁊ sic. a. vt actu mensuraꝭ: dicit relationem ad itellectum cui fit certitudo ⁊ est relatio certificati ad illud cui fit certitudo. Dicit ēt relationem ad. b. ꝑ qđ certificatur ⁊ est relatio certificati ad. b. certificans. ¶ Tertia ꝯclusio: prima relatio. s. mēsurati ad intellectum siue certificati de eius quantitate ad intellectum cui fit certitudo est relatio rōnis saltem nō est realis sicut nec relatio scibilis ad sciam: et patet qꝛ relatio certificati ad id cui fit certitudo fundatur immediate super esse cognitum ipsius certificati siue sup. a. vt prius cognitū modo relatio realis semꝑ est iter extrema realia et oriꝭ ex natura extremorum: sed non sic est i ꝓposito. Secunda relatio que est mensurati ad mensuram est relatio cāti non in esse sed i cognosci ad cām in cognosci. Exemplum asinus in re non cātur ab hoīe et tñ quantitas virtualis asini quo ad eius certitudinem dependet a quantitate virtuali hois ita ꝙ intelllectus certificaꝭ de quātitate asini ꝑ aliam quātitatem prius cognitam virtualem. s. ꝑ quantitatem hois ꝑus sibi notam. quantitas ergo asini quo ad mensurari siue quo ad certificari apud intellectum dependet a quātitate virtuali hois non in esse absolute sed i certificari ⁊ sic ipa quātitas virtualis hois non absolute mensurat quantitatem asini sed vt prius nota. i. ꝙ talis quātitas vt absolute sumpta nō certificat intellectum de quantitate asini sed certificat vt cognita ⁊ ꝑ ꝯñs mēsurari siue certificari apud itellectum aliquem ꝑ aliud est ipm dependere in cognosci siue in certificari ab illo alio vt a cā in cognosci. Hoc idem pȝ de scia. scibili. nō. n. intellectus actu certificatur de quātitate virtuali notitie nisi ꝑ obiectum: cuius est talis notitia: itaqȝ notitia illa dr actu mensurari ab obiecto ⁊ certificari apud intellectum qñ intellectus ꝑus cognoscit ꝑ actum reflexuȝ illam notitiā ⁊ comparat eam ad obiectū ꝑus cognitum qđ poniꝭ mensura eius: ⁊ tunc talis notitia actu mensuraꝭ qñ actu intellectus certificaꝭ de eius quantitate virtuali ⁊ obiectum actu mensurat notitiā qñ vt cognitum certificat intellectum de quantitate notitie. Dicit ergo notitia vt actu mensuraꝭ relationē rōnis ad intellectū cui fit actualis certitudo ⁊ dicit relationem rōnis ad obiectum ꝑ quanto actu mensuraꝭ siue ꝑ illud apud itellectum certificaꝭ. ¶ Quarta ꝯclusio sequens est ista. Et hꝫ est relatio realis quātū est ex ꝑte dependentie cāti ad cām q̄ dependentia est rōne extremorum non tñ ꝑ actuȝ intellectus cōparantis hꝫ ad illđ: tamen qꝛ ista habitudo dependentie nō q̄dem ipsius cognitionis q̄ bene est realis sed dependentie obiecti vt cogniti ad obiectū vt ꝑ qđ cognosciꝭ est iter extrema nō vt habētia esse reale: sed tñ vt habentia eē cognitū ideo ista habitudo non est simpł'r realis: nec tamen est ita pure relatio rōnis sicut illa que est vniuersalis ad singulare vel illa que est contradictorij ad contradictorium: vult dicere doct. in ista lr̄a primo ꝙ relatio notitie vt cāte ad obiectum cāns ipsam absolute est relatio vere realis: qꝛ ē iter extrema realia ⁊ realiter distincta. comparando ergo absolute notitiam ad obiectum vt per ipsum cātam est relatio vere realis comparādo etiam ipam vt mensurabilis ad obiectum est etiā realis: qꝛ est perfectio vere participata a perfectione obiecti ⁊ vere imitatur perfectionem obiecti ex parte tamen obiecto vt est cā effectiua ipsius dicit relationem realem vt cāntis ad notitiam vt cātam ⁊ sic iter illa est relatio realis mutua vt vero obiectum comparatur notitie vt quantitas virtualis participata a tali notitia quam ipa notitia nata est imitari vt imperfectum perfectum tunc tñ est parte notitie relatio realis ad obiectum econtra non est relatio realis. Secūdo dicit ꝙ habitudo obiecti vt cogniti puta notitie vt cognite ad obiectum. s. vt per qđ cognosciꝭ siue vt per qđ certificatur quātitas notitie est iter extrema nō habētia eē reale sed tñ vt habentia eē cognitum. ptȝ: qꝛ notitia vt certificatur apud intellectū de eius quantitate dependet simpł'r in cognosci ab ipo obiecto cognito: qꝛ vt sic certificat intellectum de quantitate notitie. Seq̄tur ⁊ ideo ista habitudo .s. mensurati ad mensurā non est simpł'r realis habitudo. s. certificati ad illud ꝑ qđ fit certitudo: nec tamē est ita rōnis sicut ē illa q̄ est vł'is ad singulare: qꝛ prima est tñ habitudo obiecti cogniti ad obiectum cognituȝ. Secunda vero est secunda intentio q̄ vel est precise comparatio vnius cogniti ad aliud cognitum vel aliq̄d derelictuȝ ex tali comparatione vt alias exposui. Nec sił'r est ita rationis sicut est illa q̄ ē contradictorij ad contradictorium: quia prima semper inter extrema positiua: quia inter rem mensurabilem ⁊ ipsam

Seđa conclusio.

Tertia cōclusio.

Mēsurari apđ itellectū aliquē ꝑ aliđ / q̄d.

Quarta ꝯclusio.

Lector sistegradū

mensuram vt cognitam tm̄. hec vero habet vnum extremuz purum nihil.

Quinta ꝯclusio.

¶ Sequitur quinta ꝯclusio in qua doc. ostēdit ꝙ relatio que pertinet ad tertium modum relatiuorum de qua intendit Ari. 5. met. non est mensurati ad mensurā: q² relatio mensurati actu ad mensuram actu est tm̄ relatio rōnis cum sit inter extrema vt cognita. ⁊ vltra est relatio mutua: q² mensuratum refertur ad mensuram: sed illa que est tertij modi ⁊ est realis in altero extremorum ⁊ non est mutua: q² nō realis in vtroqꝫ extremo sed in altero tm̄. Est ergo relatio mensurabilis hoc est apti nati mensurari ad mēsuram hoc est aptam natam mensurare. quod sic pt intelligi ex dictis: quia sicut mēsurari actualiter est actualiter dependere in cognosci: ita mensurabile dicit aptitudinem vel potentialē dependentiam in cognosci vel dicit dependentiam in cognoscibilitate. vnūqdqꝫ autē se habet ad cognoscibilitatē sicut ad entitatem. vult dicere ꝙ ex quo actu mēsurari puta. a. s. notitia per. b. s. ꝓ obiectuz est actu certificari apud intellectum per. b. ita ꝙ. a. ⁊. b. habent esse cognitū et dependent in cognosci: quia. a. non mēsurat actu siue nō certificat actu intellectum de quantitate. a. nisi vt cognitū ab intellectu nec similiter. a. actu certificatur de sua quantitate apud intellectum nisi vt actu cognitum. a. ergo vt actu mensuratum habet esse cognitum. a. vero vt precise mēsurabile per. b. est aptuz natum mensurari seu certificari apd intellectum per ipsum. b. ⁊ similiter. b. dicitur mensura aptitudinaliter: quia est aptum natum certificare intellectuz de quantitate. a. a. ergo vt mensurabile fundat relationez realem ad. b. ⁊ non econtra. non enim. b. esset aptum mensurare. a. nisi a. realiter dependeret a. b siue nisi realiter dependeret a b. in participando ipsum. b. siue imitando perfectionem. b. Sicut ergo. a. realiter dependet sm̄ entitatem a. b. saltem dependentia imitationis siue dependentia participationis ab ipso. b. ita dependet sm̄ cognoscibilitatez ab ipso. b. ⁊ per consequens. a. est aptuz natum mensurari ab ipso. b. hoc est aptum natum certificari apud intellectū de eius quantitate per ipsuz. b. vt supra exposui. Sequitur in littera igitur per mensurabile intelligitur illud substratum ratione cuius hoc est mensurabile et illud est entitas cāta vel participata vt sic in tertio modo relatiuorum. per hoc ꝙ est aliquid dici vt mensurabile ad mensuram intelligit̄ dici tanqꝫ dependens in entitate ad illud a quo participat entitatem vt sic sit simpliciter relatio realis ex parte mensurabilis in hoc tertio modo: q² illud intelligitur ens per participationem vel imitationem respectu alterius. Hic tamē aduerte ꝙ ens participatum siue per participationem dependens ab alio pt comparari ad illud vt cātum ad cām loquēdo de cā creata vel vt simpliciter vt participatuz ad illud a quo participat primo modo est relatio realis mutua. Secūdo mō est tm̄ relatio realis in substantia vnius extremi. s. in ente sic dependente ꝑ participationem. Exemplū in genere aialium pono ꝙ homo causet aliquod aial preter hoiem tunc animal cātum dependet ab hoie dupliciter: primo est dependentia cāti ad cām effectiuam: secundo est dependētia in participando perfectionem hois. primo modo est relatio realis mutua. Secundo mō est relatio tm̄ in vno extremo. s. mensurabilis ad mensuram ⁊ aliqn̄ iste dependētie separantur. aliqn̄ enim est dependētia causati ad cām sine dependentia mensurabilis ad mensurā: vt ptz in cātis vniuoce. hō. n. genitus ab hoie dependet dependētia cāti: nō aūt dependentia mensurabilis: q² non est natus mensurari ab alio hoie cum sit eque perfectus: ⁊ hoc loquendo de mensura rei: q² vnus ex natura rei non est mensura perfectiōalis alterius: posset tm̄ esse mensura non ex natura rei: sed quasi per accidens: puta si quantitas virtualis sortis esset mihi ignota: ⁊ quantitas platonis nota tunc per quantitatē platonis notam posset certificari de quantitate sortis ignota: sed h̄ non esset mensura ex natura rei: q² mensura ex natura rei est notior mensurato ex natura rei. de hoc vide doc. in secundo. di. 2. q. 3 ⁊. 4. Aliqn̄ etiaz est precise dependentia mensurabilis ad mensurā ex natura rei sine depēdentia cāti ad causam: patet: q² multa animalia realiter sunt mensurabilia ⁊ dependentia vt mensurabilia ab homie qui ponitur ꝑfectissimum animaliuz ⁊ tm̄ non sunt cāta ab ipō hoie: patet etiam: q² multa inferiora sm̄ perfectionem sunt mensurabilia a superioribus que tamen nullo modo cāntur ab illis: vt oia inferiora comparata angelis sic ꝙ angel⁹ est mēsura ex natura rei respectu oim̄ gn̄abilium ⁊ corruptibiliuz et omnia hmōi generabilia ⁊ corruptibilia vere dependēt vel dependentia imitationis vel participationis. ⁊ tm̄ nullo mō dependent dependentia cāti cum non causentur ab angelo. Aliqn̄ est vtraqꝫ dependentia. s. mēsurabilis ad mensurā ⁊ causati ad causaz: vt patet de notitia ī nobis que dependet ab obiecto vt cātum a cā saltem partialiter ⁊ vt mēsurabile ad mensurā. Et etiam omnia creata dependēt a deo vt cāta ad cām ⁊ vt mensurabilia ad mensurā tm̄ ex pte dei nulla est relatio realis ad creaturam: vt patet in primo di. 30. immo oēs relationes creature ad deuz sunt tertij modi cum nō sint mutue: vt patet a doc. in primo. di. 3. q. 5. cōtra Hen. vide ibi.

Ens ꝑticipatū pt cōparari multipliciter.

¶ Sequitur in litera ibi vlterius ad propositum. Hic specialiter intendit declarare quomodo notitia sit mensurabilis ab obiecto ⁊ quomodo includit relationem realem ad illud. Dicit ergo vlterius ad propositum cū aliquid possit multipliciter participare perfectionez ab alio actus cognoscendi sic participatiue se habet respectu obiecti sicut similitudo respectu cuius est non dico similitudo ꝑ communicationem eiusdem forme sicut est albi ad albū sed similitudo per imitationē sicut est ideati ad ideam. Nota in ista litera aliqua: primo ꝙ non quelibet participatio perfectionis ab alio dicit dependentiam mensurabilis ad mensuram: quia causatum vniuoce participat effectiue perfectionem cause vniuoce: ⁊ tamen non est mensurabile ex natura rei ab illa.

Nō qlibet ꝑticipatio ꝑfectionis dicit depēdētiā mēsurabilis ad mensuram

¶ Nec similiter participatio perfectiōis ab alio equiuoce dicit dependentiam precise mensurabilis que ponitur relatio tertij modi: sed vltra dicit etiam dependentiā causati ⁊ hec est relatio secūdi modi loquēdo de causa creata. bene tamen est verum ꝙ vltra illam est etiam dependētia mensurabilis ad mensuram ex natura rei. quia causa equiuoca est superior secūdū entitatem effectu suo: ⁊ sic ex natura rei nata est etiam ipsum mensurare. pōt eīn vt cognita certificare intellectū de quantitate virtuali sui effectus equiuoce producti. Secūdo nota ꝙ actus cognoscendi potest ꝑticipare perfectionem obiecti multipliciter. aliquando enim obiectum est perfectius actu cognoscēdi: vt patet de substātia: ⁊ vt sic potest esse anime intellectualis ⁊ hoc modo dependere ⁊ per substantiam certificari de sua quantitate virtuali ⁊ vt sic includit relationem realem ad ipsum obiectuz que precise est tertij modi Aliquando etiam participat ꝑfectionem obiecti equiuoce tamen partialiter: quia non ponit̄ obiectū causa totalis actus cognoscendi: vt patet a doc. in primo: di. 3. q. 7. ⁊ infra. q. 15. ⁊ vt dicit dependentiam causati ad causaz est relatio secundi modi: quia etiā obiectū refertur realiter ad actū: vt cā ad effectum: sed de talibus ꝑticipationibus non loquitur hic doc. quia nō sunt cōes omni actui intelligēdi. non enim omne obiectum est causatiuū sui actus vt patuit in primo. di. 3. q. 3. nec similiter oē obiectū est essentialiter perfectius suo actu intelligendi immo multotiens actus est perfectior. patet de albedinis intellectione que est essentialiter perfectior albedine cum sit qualitas spiritualis.

act⁹ cognoscēdi pōt ꝑticipare ꝑfectionem obiecti multipliciter.

Tertio dicit doc. ꝙ actus intelligendi proprie dicitur mensurabilis ab obiecto pro quanto ipsum imitatur sicut ideatum imitatur ideam: est enim cognitio similitudo obiecti ⁊ magis qꝫ species intelligibilis: vt patet a doct. in primo. di. 3. q. 6. Sicut enim perfectio ideati cognoscitur ꝑ ideam: ita perfectio actus intelligendi per obiectum. pro quanto ergo omnis actus intelligendi est imago seu similitudo sui obiecti ⁊ hoc per imitationē sicut posterius imitat̄ suum prius pro tanto dicitur mensurabilis ab obiecto ⁊ includere relationem realem ad ipsum ⁊ non econtra.

Vide singularem passum.

Si volumus etiam dicere ꝙ actus intelligendi est mēsurabilis ab obiecto pro quanto est simile similitudine imitatiōis quod sufficit ꝙ imitetur vel obiectum ad qd̄ immediate terminatur talis actus vel ꝙ imitetur aliud obiectum quod virtualiter continet obiectum proprium. ⁊ hoc dico: quia talis imitatio includit imperfectionem in isto actu et perfectionem in obiecto quod est imitabile ⁊ nulla obiecta sunt realiter imperfectiora suis actibus intelligēdi vt dixi supra ideo nō videtur forte ꝙ illi actus sic dependeant: ⁊ ideo sufficit ꝙ saltē depēdeāt ab alio ꝟtualiter ꝯtinēte ⁊ tale cōmuniter ponit̄ ꝑfectius. pōt tm̄ dici ꝙ ⁊ si act⁹ ex natura rei sit aliqn̄ ꝑfectior obiecto ꝓprio: tamē vt est similitudo obiecti secūdū imitationē erit imꝑfectior ⁊ vt sic erit mensurabilis. sicut etiam ideatū realiter licet sit ꝑfectius idea etiā denoīatiōe intrinseca: quia idea hominis ponitur precise eē cognitū hominis ab eterno: vt patet a doc. in primo. di. 35. tamē homo vt imitatur ipsam ideam erit imperfectior ⁊ sic mensurabilis ab idea suo tamen modo. sic in proposito.

De scdo actu cognoscēdi. s. abstractiuo. dicit do.

Expō lr̄e.

ꝙ scd̄s act⁹ cognoscēdi q. s. nō ē necessario existētis vt existētis nec necessario habet relationē realē actualē ad obiectū: q² relatio realis actualis reqrit per se terminū realē actualez tamen iste secundus actus pt poni habere ad obiectum rea

lationem realem potentialem ⁊ hoc primam de qua in precedenti membro dictum est. s. mensurabilis vel dependētie. non autem secundam. s. vnionis vel attingentie. pōt ēt ista cognitio habere ad obiectum relationem rōnis actualem. sed illā non necessario requirit ad hoc ꝙ sit ipsius obiecti. Tota hec littera declaratur a Docto per quattuor. primo ostendit qualiter cognitio abstractiua habet relationē realem potentialem ⁊ aptitudinalem. s. mensurabilis ad obiectum etiam non existens: hoc probatur: quia illud qđ habꝫ relationem actualem ad terminum existentem ⁊ quantum est ex parte sua vniformiter se habet ad illum ⁊ habet realem aptitudinalem ad illum terminum quādo nō est exñs patet de causa ⁊ effectu; quādo enim causa est ⁊ effectus similiter est: tunc causa habet relationem realem actualem ad effectum ⁊ econtra: qꝛ causa nata est sic semꝑ referri ad effectum qñ effectus est. sed quando effectus non est: tunc est apta nata referri realiter ad illđ: et sic dicit relationem realem aptitudinalem. dicitur relatio realis aptitudinalis: quia si sit in actu erit realis actualis. Sed notitia est hui⁹modi loquendo de abstractiua qꝛ ipsa est aliquid mensurabile per obiectum hoc est aptum natum in entitate sua dependere ad obiectum ⁊ hoc in speciali tali dependētia q̄lis est eius qđ est siłitudo ꝑ imitationē vel ꝓticipationē ad illđ cuius est similitudo. hec oīa quantū est ex parte fundamenti essent in actu si terminus esset in actu. Aduerte tñ ꝙ quā do Doct. dixit supra de prima relatione. s. mensurabilis ad mensuram que est notitie intuitiue que necessario requirit existentiam obiecti illa est realis actualis: quia actualis dependentia sm similitudinem imitationis. hec autem non est realis actualis necessario: quia non est necesse obiectuꝫ actu existere cum notitia abstractiua possit esse tam existentis q̄ꝫ non existentis. ⁊ si obiectum actu existeret tunc ad illud esset relatio realis actualis mensurabilis. s. notitie ad mensuram. s. ad obiectum actu existens et sicut prima. s. intuitiue est relatio notitie intuitiue mensurabilis: id est. apte nate mensurari scilicet talis notitia siue apte nate certificari apud intellectum per obiectum actu existens tanq̄ꝫ per mensuram vt aptum natum mensurare seu certificare itellectum de notitia modo preexposito. sic similiter respectu notitie abstractiue qñ obiectum est actu existens. tūc est relatio realis actualis ipsius notitie vt mensurabilis. i. apte nate certificari apud intellectum ꝑ obiectuꝫ actu exñs mō p̄expositō: ⁊ drñtia est inter intuitiuam ⁊ abstractiuam: qꝛ intuitiua actu non p̄t esse qui includat necessario relationē realem actualem vt mensurabilis ad obiectum actu exñs vt ad mensuram. abstractiua vero non necessario includit relationem realem actualem vt mensurabilis ad obiectum vt mensuraꝫ: qꝛ nec necessario requirit exñtiam actualē obiecti: vt supra patuit. includit tñ necessario relationem realem aptitudinalem ad obiectum actu non exñs qꝛ si actu existeret necessario includeret relationē realem actualem. s. mensurabilis ad obiectum vt mensuram. ¶ Scđm declarandum est de relatione attingentie ad terminū qui attingitur: ⁊ dicit ꝙ cognitione abstractiue non ꝯuenit talis relatio realis aptitudinalis: qꝛ non ꝯuenit fundamento q̄ꝫtū est ex ꝑte ei⁹ nec sibi cōpeteret in actu si terminus ponereť in actu: qꝛ terminus non est natus ꝑ illum actuꝫ attingi vt actu exñs. doc. hic vult ꝙ notitia abstractiua non includat relationem vnionis siue attingentie ad obiectū vt actu existens: qꝛ abstractiua notitia vt hmōi non terminať ad obiectum vt actu exñs: nec attingit ipm vt actu exñs: qꝛ tunc nō esset abstractiua. si ergo relatio actualis vnionis ad obiectū terminata siue relatio attingētie nō est nec p̄t eē realis. sequiť ꝙ relatio aptitudinalis vnionis siue attigētie nō erit relatio realis aptitudinalis vt supra exposui. Cōcedit tñ doc. ꝙ notitia abstractiua includit realē aptitudinalē. s. mensurabilis: qꝛ si obiectū eēt actu exñs. tunc esset ad illđ relatio realis actualis. s. mensurabilis ad mensurā: vt supra patuit. ¶ Tertium declarandum qđ diuiditur in duo est de relatione rationis in cognitione abstractiua. Et dicit sic doc. ꝙ relatio rationis p̄t dupliciter itelligi in cognitione abstractiua: p̄mo ꝙ terminus siue obiectū nō habeat esse reale: sed tm̄ esse i itellectu. s. vel sicut cognitū in cognoscente vel sicut repñtatum in suo repsentatiuo. vt qñ p̄cise hꝫ esse in spē intelligibili ipm repsentante. tunc ad ipm nō p̄t esse nisi relatio rōnis qꝛ relatio non p̄t habere verius eē q̄ꝫ terminus ad quem est. nunc aūt obiectum qđ terminat cognitionē abstractiuam non opꝫ hr̄e esse nisi in intellectu aliquo predictoꝝ modoꝝ. s. vel sicut cognitū in cognoscēte vel sicut representatum in representatiuo. Secundo p̄t intelligi sic. s. ꝙ actus intelligendi abstractiue obiectum pōt intelligi actu reflexo: quia intellectus pōt reflecti suꝑ illum actū cognoscendo illū. vt ptꝫ: cū em̄ ista intellectio abstractiua sit similitudo obiecti vt supra patuit ꝑ obiectū cognitū pōt cognosci reflectendo: ⁊ intellectus cognoscēs sic istā cognitionē pōt ipsum comparare ad obiectū. s. prius cognitū ipsa aūt notitia abstractiua sic ꝑ intellectum comparata refertur relatione rōnis a obiectū cognitū. ¶ Deinde dicit ꝙ inter istas duas relationes rōnis est vna differētia nā secunda sicut pōt esse obiecti nō exñtis ita pōt esse cognitiōis nō existētis: si tamē illa cognitio sit intellecta ⁊ cōparata per intellectū. hoc patet: quia transeūte notitia abstractiua obiecti adhuc ipsa nō exñte pōt abstractiue cognosci sicut etiam obiecto nō exñte pōt absolute cognosci ⁊ tunc ipsa nō exñte ⁊ tñ cognita pōt cōparare ad obiectū cuius erat ⁊ vt sic cōparata includit relationē rationis ad ipsum obiectū terminatā. Sed prima relatio rōnis nō pōt esse nisi actus existētis nō vt obiecti cogniti per aliquem actum reflexum nec ꝑ intellectum cōparātē. patet quia intellect⁹ per illā notitiaꝫ abstra. actu intelligit ⁊ attingit obiectum ⁊ sic illa relatio vnionis siue attingentie erit necessario in actu abstractiuo actu existēte. ⁊ hoc est qđ dicit. ¶ Ex hac differentia sequiť alia. s. ꝙ secunda relatio est rationis quātū est ex ꝑte vtriusq̄ꝫ extremi. patet quia ipsa fundať in actu abstractiuo vt cognito siue existat siue non; ⁊ terminatur ad obiectū: vt cognitū siue sit existens siue non vt supra patet. Sed prima quātum est ex parte obiecti est rationis: quia vt supra patuit nō terminatur ad illud vt existens sed vt representatū in specie intelligibili vel vt habēs eē cognitū ⁊ quantū est ex parte actus esset realis. quia videtur sequi naturaꝫ actus ⁊ nō tm̄ competere illi actui vt obiecto intellecto vel comparato. Aduerte tamen ꝙ multiplex apud doc. est relatio rationis vt relatio rōnis distinguitur contra relationē realeꝫ. est em̄ relatio rationis que mere causatur per actum collatiuū intellect⁹: vt omnis secunda intētio. Est etiā relatio rationis omnis comparatio relicta in obiecto cōparato a quacunq̄ꝫ fiat talis comparatio siue ab intellectu siue a volūtate siue ab imaginatiua siue a quacūq̄ꝫ alia potentia collatiua. de quib⁹ vide doc in primo. di. 45. ⁊ omnis talis comparatio semꝑ est inter extrema prius cognita. nō em̄ intellectus cōparat aliqua duo adinuicem nisi precognoscat illa. Adhuc omne esse cognitum vt cognitum ⁊ omne volitum vt volitū ⁊ omne sensatum vt sensatum potest dici relatio siue ens rationis: vt patet a doct. in primo. omnis etiam relatio que immediate fundatur in ente rationis est rationis licet terminetur ad ens reale. Et etiam omnis relatio que immediate nullo intellectu considerāte fundatur in ente reali ⁊ terminatur ad ens non habens esse reale actuale potest dici relatio rationis: ⁊ hoc loquendo de relatione actuali sicut est in proposito. Et etiam omnis relatio que ex natura rei fundatur in ente reali ⁊ terminatur ad nihil est rationis: vt supra patuit: potest tamen dici realis ratione fundamenti realis ad qđ ex natura rei concomitatur: quia tamē non terminať ad ens reale actuale dicitur relatio rationis: vt precise distiguitur contra relationē realem que est inter extrema realia. ¶ Ibi. Contra hoc. Doc. hic intēdit ꝓbare ꝙ relatio rōnis nō cōcomitetur actum realem cognoscendi: quia ens reale non requirit tanq̄ꝫ ad naturam eius consequens vel cōcomitans aliquod non reale igitur actus cognoscendi realis non habet relationem rationis consequentem ipsum ex natura sui. ¶ Respondet ꝙ per actum cognitionis obiectum habet esse cognitum ⁊ ideo potest naturam actus sequi aliqua habitudo que sit ad obiectum vt habens tale esse. s. cognitum. Ex hoc patet quartū quo modo. s. relatio rationis necessario concomitatur: quia hoc verum est de prima relatione rationis. nam sine secunda posset cognitio ipsa esse sicut actus rectus sine reflexo consequente. et multo magis posset obiectum terminare actum illum absq̄ꝫ hoc ꝙ haberet relationem rationis ad actum. secunda cōtingenter causatur post actum intellectionis. recte igitur non sunt in obiecto necessaria ratio terminandi actum. Et vult dicere breuiter ꝙ actus rectus cognoscendi abstractiue necessario includit relationem rationis que terminatur ad obiectum cognitum per illum actum cognoscendi. ita ꝙ obiectum cognitum est precisa ratio terminandi talem relationem. Et relatio ratiōis que fundatur in actu recto cognoscēdi abstractiue que causatur per actum collatiuum intellectus comparantis actum cognitum ad obiectum cognitum: ⁊ terminatur ad obiectum cognitum non oritur necessario nec necessario concomitatur ad talem actum: patet: quia talis relatio fundatur in actu vt cognito actu reflexo. modo potest esse talis actus absolute absq̄ꝫ hoc ꝙ cognoscatur actu re-

Marginal notes:

Qūo notitia abstractiua hꝫ relationē realem potentialē ⁊ aptitudinalem ostenditur a doc.

Pondera locū ꝓp instātias ⁊c.

Relatiōis rōnis apd icotū multiplex acceptio.

flexo: et posito etiam q cognoscatur actu reflexo: adhuc talis relatio non necessario concomitatur illum actum cognitū. patz: qꝛ illa causaṫ per actum collatiuum intellectus ꝯparantis ipsum actum cognitū ad obiectum cognitum. Si igr̄ non necessario concomitaṫ: sequiṫ q nec obiectum cognitum necessario includet relationē rōnis ad actum cognitum: qꝛ talis relatio in obiecto cognito causaṫ ꝑ actum collatiuum intellectus ꝯparantis obiectū cognitum ad actum cognitum. ꝛ sic tandem pꝫ quomodo obiectū cognitum non terminat primam relationem rōnis sub rōne talis comparationis ad actum cognitū cum illa non sit necessario in tali obiecto vt terminatiuo relationis actus cognoscendi abstractiue.

Doc. rñdz ad argumēta facta in pria parte h9 articuli.

Tertio principaliter in isto articulo respōdendū est ad argumenta facta in prima ꝑ. huius arti. Ad primuꝫ ꝯcedit q operatio q̄ est vltima ꝑfectio nature operantis necessario hꝫ annexam relationem: puta si loquamur de opatione btifica hois vel angeli ista est necessario exn̄tis vt existentis: qꝛ si sit cognitio est intuitia: si sit volitio necessario est concomitans intuitionem. Sed cum dꝛ q ipsa est vltia perfectio precise inquantū connectit cum obiecto. Dicit q vltima perfectio p̄t intelligi vel aliqua summa perfectio ꝑ se vna. vel perfectio integrata ex illa ꝛ oibus necessario cōcomitantibus. primo modo operatio est vltima perfectio ꝛ est simpliciter perfectior quocunqꝫ concomitante ipsam. ēt illa relatione quam formaliter importat connexio: qꝛ si possem habere operationem bti sine illa relatione essem btūs. non aūt essem beatus si haberem relationem sine opatiōe. istud patet de beatitudine dei qui formaliter ꝯsistit in operatione secundum illud phi. 12. me. vbi de deo loquens ait. Si non intelligat quid est insigne ꝛ vendibile: sed se habet quemadmodum sicut dormiens. ꝛ si intelligit ꝛ non est qꝺ sua intelligentia. s. sua actualis intellectio non est vtiqꝫ optima substantia. probat ꝯn̄aꝫ. per intelligere. n. ei honorabile que inest: ꝛ tn̄ beatitudo eius nō requirit relationem rōnis inter opationem ꝛ obiectum: qꝛ et si possit intellectus eius comparare actū suum ad obiectum tn̄ ista comparatio siue relatio rōnis non includitur in ipsa operatione. q̄ operatio ꝭm se est beatifica. nōn. n. videtur rōnale q magis de9 sit beatus formaliter aliqua operatione includente relationem rōnis q̄ꝫ q beatitudo angeli includat aliquam taleꝫ relationem. tn̄ beatitudo creata includit relationem ad obiectum sed realem: ꝛ hoc qꝛ nōn p̄t habere maiorem vnitatē cum obiecto q̄ꝫ vnitatem relationis: operatio aūt dei habꝫ cum obiecto veram vnitatem ꝛ idemptitatē: ꝛ ideo ibi nulla requiritur relatio ad hoc vt ipsa sola ꝛ absoluta sit plene beatifica. In h̄ pꝫ excellentia btitudinis diuine suꝑ creatā qꝛ illa vt absoluta est plene vltimū bonum eius. beatitudo creata non est vltimū nisi cum relatione annexa. Quando igitur dꝛ q est vltima perfectio inq̄ꝫtum connectit cum obiecto. Reduplicatio ista p̄t intelligi fieri vel rōne relatiōis vel rōne fundamenti proximi. primo modo neganda est. qꝛ ipsa formalis rō relationis: non est sibi rō essendi perfectionem vltimam. Secundo mō ꝯcedendū est q inquantū connectit hoc est inq̄ꝫtū est fundamētū ꝓximū ꝯnectēs sic est ꝑfectio vltima. ¶ Per idem pꝫ ad illam confir. beatus est qui habet. Si. n. habere intelligatur importare relationem tunc vel est descriptio ꝑ illud qꝺ concomitatur opationem btificam. vel hoc nomen btitudo non importat p̄cise absolutum sed cū respectu ad obiectuꝫ. Si aūt per hr̄e intelligatur operatio qua hꝫ obiectum. iuxta illud Aug. 83. q. 35. hr̄e deum nihil aliud est nisi nosse tunc hr̄e btificum nō importat ꝑ se relationē sed illa tantūmōdo ꝯcomitatur. ¶ Contra h̄. hic instat ꝓbando q opatio btifica nōn sit formaliter entitas absoluta qꝛ tunc aliquis posset esse beatus ꝛ nō formaliter connectus deo. ꝛ arguit sic. non est ꝯtradictio absolutū separari a relatione sicut prius a posteriori ꝛ maxie qn̄ non est relatio dependentie eēntialis. Igitur si opatio btifica sit absoluta posset ꝑ potentiā diuinā separari a relatione illa ꝛ tunc esset btūs ꝛ tn̄ non ꝯnectus deo. ¶ Preterea. posterius gn̄atione est ꝑfectius ꝭm phm. 9. me. sꝫ relatio si est aliud ab operatione absoluta est posterior generatione igitur.

¶ Ad primum. Dico q subiectū relationis q̄ꝫlis sit prius ipsa nō p̄t separari stante termino sicut album nō potest separari a si̇l̇itudine stāte alio albo ꝛ sic stante siue exn̄te obiecto btifico ꝛ actu intuitiuo illius obiecti nō p̄t act9 separari a tali relatiōe ꝯnectente. Et posito q possit separari ꝯcedo q tūc nō esset beatus: qꝛ beatus habet actum intuitiuū quo attingit obiectū btificum sed non posset tūc attigere.

¶ Ad secundum. Illa propo. phi debeṫ intelligi procedendo in eodem ordine: quia si in alio ordine vel genere sit aliquid posterius generatione non oportet q sit perfecti9: sic enim accidens esset perfectius forma substantiali ꝛ tn̄ isto modo est relatio posterior absoluto non enim in eodē ordine aduenit tanq̄ꝫ proprium complementum absoluti sed absoluto in se habēte propriam perfectionem completā ex illa perfectione consurgit relatio. de hac propositiōe vide do. in quarto. di. 12. ¶ Ibi. Ad secundum argumentum principale Doc. exponit illam propositionē phi acceptam ex. 7 physi. que talis est. neqꝫ in intellectiua parte aīe est alteratio. sciens enī maxime ad aliquid dicitur. Et recitando literā doc. exponā eam vbi opus erit expositione. Dicit ergo p̄mo q phs forte omnia illa dicit non ꝭm opi. propriā: sed ꝭm opinionem pla. vt patet per cō. vbi in fine cō. Ari. inquit intelligit in hoc loco non q hec sit opinio eius sed intendit declarare vim opi. hui9. hec ille. Sētentia etiā in se videtur illa quā imponit Aug. pla. in. 12. de ciui. dei. ꝛ phs p̄mo po. s. q addiscere nō sit nisi reminisci. ait enī sic. acq̄rere cognitionē in principio nō est generatio neqꝫ alteratio: homo enī fit sciens ꝛ intelligēs qn̄ aīa eius quiescit ꝛ firmatur quēadmodū quando surgit a somno. Et cōmen. exponit ꝛ in alia trāslatione apparet illa eadem sententia q nō mutatur anima in prima acceptione scientie sicut nec mutatur quando post impedimentum somni vel ebrietatis potest vti scientia qua prius nō potuit vti. Sn̄ia ergo platonis ꝭm phm ꝛ eius cōmē: fuit q anima nihil addiscit de nouo sed q̄cquid scit p̄us sciuit: si ergo scientia nō potest esse noua in homine sequitur q ad ipsam non possit esse generatio nec alteratio: quia omne acquisitum in aliquo per generationem vel alterationeꝫ est nouum in illo. cum tam generatio q̄ alteratio sit a priuatione ad habitum ꝛ priuatio semper est prior duratione habitu: ꝛ sic patet qūo ꝭm opi. Pla. in nobis ad scientiam nō sit nec generatio nec alteratio ꝛ quādo homo actu scit: puta hominem esse risibilem non acquirit illaꝫ de nouo: sed aliquando impeditur vt per somnum ꝛ ebrietatem vel per aliquid aliud ꝛ amoto impedimēto statim reminiscitur: vt qn̄ anima firmatur ꝛ quiescit per qꝺ intelligitur amotio omnis impedimenti. ¶ Secundo aliter Doc. exponit phm dicēs. Tamē pōt aliter dici q si Ari. ista dixerit ꝭm propriam opi. hoc fuit q motū ꝛ mutationē non dixit per se esse ad aliquā formam nisi que potest propria acquisitione acquiri ꝛ ideo ad nullam formam dicit esse motum que tn̄ acquiritur alia acquisita sicut est de relatione. vnde vult ibi q in qualitatibus illis non est alteratio que fiunt cum quedam alterantur. hoc est cum alteratio fit in alijs. densata enī aut rarefacta ꝛc̄ vult dicere q illa qualitas que immediate sequiṫ ad aliud per alterationem acquisitum non acquiritur per alterationem. ꝛ ponit exemplum de sanitate que proprie nō dicitur acquiri per alterationem: quia sanitas est commensuratio calidorum ꝛ frigidorum. ꝛ ideo sanitas non est prop̄9 terminus alicuius alterationis: sed aliqua alia alteratio ad aliquem gradum calidi vel frigidi: ꝛ tunc ipsum calidum vel frigidum erit commensuratum alijs qualitatibus corporis: ꝛ sic est sanitas. alteratio ergo erit ad aliquā qualitatem ad quam immediate sequitur sanitas ꝛ sic sanitas non dicitur terminus proprius alterationis. Sequitur in litera. Si autem hoc esset manifestum scilicet q scientia vel actu considerare siue actualis consideratio esset sola relatio satis pateret q ꝭm inten. Ari. ad illam non esset mutatio vel alteratio: ꝛ hoc patuit supra. q. 11. quia relatio propa non potest esse noua nisi propter nouitatem alicuius absoluti in altero extremorum. Sed probatum est in primo ar. q operatio nō est relatio sola ꝛ pari ratione vel maiori: nec habitus scientie: q̇a habit9 sciētie ꝓprie poniṫ in p̄dicamēto qualitatis. vnde videtur aliquid addendum. s. q Ari. nō cōcessit alterationem esse ad aliquam qualitatem nisi que potest primo acquiri sic q ipsa non tn̄ consequatur per accidens ad formā inductam sicut relatio: sed nec ei9 inductio necessario sequatur inductionē alicuius forme prioris: ꝛ tūc ista conclusio non est vera nisi de alteratione īmediata primo alterāti in illo ordine: vult dicere breuiṫ q aliqua forma īmediate cōcomitatur per accidens: quia. s. non acquiritur propria acq̄sitione sic q non esse eius īmediate precedat eē illius: ꝛ sic relatio dicitur acquiri tn̄ per accidēs: quia necessario sequitur ad fundamentum posito ꝛ termino: ita q licet producatur a fundamento posito termino nō tamē de nouo quia priuatio ei9 nullo modo precessit positis fundamēto ꝛ termino: ꝛ ideo diciṫ acquiri ꝑ accidēs: aliqua vero forma dicitur acquiri per se sed non proprie per alterationē vel gn̄ationē: quia licet nō esse eius immediate precedat esse: quia

Posteri9 gn̄atiōe ꝑfecti9 varie. pōt interp̄tari vt pꝫ infra.

tamen nō potest aliquo modo immediate acquiri nō aliquo alio prius acquisito. ideo non dicitur proprie terminus alterationis: sed illud prius acquisitum per alterationem ponit terminus alterationis. Et hoc modo ad scientiam. s. habitualem vel considerationē. s. actualem non est aliqua alteratio īmediata primo alteranti in illo ordine: quia primū tale. s. alterās est obiectū extra: puta color. cognitio aūt in ītellectu nō īmediate causatur ab obiecto extra vt extra: sed ab aliquo intra: quia intelligimus cū volumus nō aūt sentimus cū volumus. 2ᵒ de aīa. qꝛ ad intelligēdū habemus obiectū intra. s. per speciē intelligibilem per quā intelligimus obiectū abstractiue de qua hic phūs loquitur: quia de intuitiua que est obiecti extra vel nihil vel parum loquutus est. habita ꝗ pn̄tia obiecti per speciē intelligibilē statim intellectus intelligit cū vult: quia tūc habet oīa reqsita ad intellectionē. Et quō ista auctoritas intelligimus cū volumꝰ intelligatur vide que exposui in secūdo. d. 9. q. 2. ⁊ in. d. 42. nō autē sentimus cū volumus: qꝛ ad sentiēdū reqritur obiectū extra ⁊ ideo nō est in potestate nostra sentire cum volumus. ꝙ aūt intelligat de tali alteratione de qua dictū est ꝓbatur: quia parū ante cōcedit sensum alterari di. ⁊ ipsi sensus alterantur. patiūtur eñ. actio eñ ipsorum motus est per corpꝰ patiēte aliquid sensu. ⁊ patet quia sensus. puta visus alteratur a corpore visibili extra recipiēdo ab illo speciē sensibilē ⁊ inquātū ab illo recipit dicit ab illo pati passione tñ perfectiua ⁊ nō corruptiua ⁊ sic dꝛ alterari ⁊ simul recipiēdo sensationem. hic aūt negat partē intellectiuā alterari: ⁊ videtur assignare pro rōne quia notitia intellectiua nō accipit immediate ab obiecto extra quod est primū alterās in isto ordine. s. cognoscendi: sed mediante cognitione sensitiua. vnde ad ꝓbandū ꝙ nulla mutatio sit ad scientiā ait. ex ea eñ que est ſm partem experiētia vniuersalem accipimus scientiā. i. ꝙ ex illa experientia que accipit ſm partē anime sensitiuā accipimus post vniuersalē scientiā. i. ꝙ sciētia in parte intellectiua necessario p̄supponit notitiam sensitiuā. Et sic illud verbū sciens maxime ad aliqd dꝛ. debet intelligi sic ad aliquid. i. obiectū intra ⁊ non immediate ad obiectum extra qd̄ est primum alterans: ⁊ sic ista cōclusio sic particulariter intellecta de alteratione potest sufficere ad propositum suum ibi: quia cōclusionem illā ꝙ mouens ⁊ motum simul sunt: intēdit probare inductiue in singulis motibus ⁊ specialiter in alterationibꝰ videt habere instātiā de illis qualitatibꝰ que nō īmediate inducūtur a p̄mo alterāte: qꝛ ibi alteratū ⁊ si simul sit cū ꝓximo alterāte nō tñ cū primo in illo ordine de quo manifestius est ꝙ ipsum sit alterās. ꝓximū mouens intellectū possibilem est intellectus agens ⁊ species intelligibilis obiecti qd̄ immediate mouet intellectum possibilem ad cognitionem obiecti ⁊ ꝓximū mouens intellectum possibilem respectu speciei intelligibilis quam immediate recipit est fantasma ⁊ intellectus agens. vt patet a doc. in primo. d. 3. q. 8. ⁊ infra patet. q. 15. ⁊ hoc modo loquendo mouens ⁊ motum simul sunt. sed mouens remotum intellectum possibilem tam respectu speciei intelligibilis ꝗ intellectionis est obiectum extra. quod īmediate mouet aliquem sensum quo moto mouetur virtus fantastica qua mota mouetur intellectus possibilis. De ordine istiꝰ motionis. vide que exposui in primo. d. 3. q. prima. ⁊ secunda. ⁊ tertia. vult ergo philosophus ꝙ ad notitiam intellectiuam non sit alteratio nec mutatio pro quanto non immediate mouetur nec alteratur intellectus possibilis a primo alterante. i. ab obiecto extra. quod vt sic non potest immediate nec alterare nec mouere intellectum possibilem: ⁊ quia obiectum extra immediate mouet sensum ideo cōcedit sensum alterari ⁊ mutari ab ipso obiecto extra.

¶ Tertio modo posset dici ꝙ dictū Arist. est intelligendum de alteratione que est motus vel si est indiuisibilis est mutatio terminatiua vel cōtinuatiua motus vel saltē que est subiecti mobilis vel mutabilis ab aliquo agēte naturali. nullū istorū inuenitur in parte intellectiua: quia ipsa est indiuisibilis ⁊ ita nō subiectiua motus qui requirit subiectū diuisibile. ipsa etiam quia est indiuisibilis ideo non est presens localiter alicui agenti naturali: quia nō replet locū: agēs aūt physicū nō est actiuū nisi in passum sibi localiter presens: sensus autem per oppositum potest dici alterari: ⁊ quia ibi cōpositū quātū recipit. ⁊ quia ab agēte naturali cui est localiter presens tertiū dictū videtur satis verū sed nō videtur posse ex textu Ari. haberi ibi. Declaro aliqua in ista lr̄a. qd sit motus pꝫ tertio physi. mutatio indiuisibilis cōtinuatiua motus sunt mutata esse que continuant motum sicut pūcta linee que cōtinuāt lineā: ⁊ instātia in tp̄e que cōtinuāt tēpus. ita ꝙ sicut instās cōtinuās semꝑ est p̄ncipiū vniꝰ partis tp̄is ⁊ finis alteriꝰ sic mutatio siue mutatū esse qd̄ ponitur cōtinuatiuū motus est principium vnius partis motus ⁊ finis alterius vt exposui in secūdo. d. 2. q. p̄ma. Sed mutatio terminatiua motus est illa que īmediate terminat motū. semꝑ eñ motus terminatur ad aliqd̄ indiuisibile. scꝫ ad mutationē vel mutatum esse sicut tēpus vnius hore terminatur ad vltimū instās illius hore. Sed est aliqua mutatio que nec est cōtinuatiua nec terminatiua alicuius motus. patet: quia generatio substātie est mutatio ⁊ tñ nō est continuatiua nec terminatiua motus. vt patet a doc. in secūdo. d. 2. q. 4. Similiter qn̄ aliquid quiescit per aliqd̄ tēpus: ⁊ in vltimo instāti illiꝰ tēporis mutatur talis mutatio. nec est cōtinuatiua motus cū non sit principiū alicuius motꝰ: qa in motu nō est prima mutatio. vt pꝫ. 6. physi. nec est terminatiua motus: qꝛ illā nullus motꝰ precessit. ⁊ de hoc vide que exposui in secūdo. d. 1. q. 4. ⁊. 9. Cum ergo anima intellectiua non sit receptiua motus propter sui indiuisibilitatem: sequitur ꝙ non erit receptiua mutationis: nec continuatiue nec terminatiue motus: quia recipiens talem mutationem ſm quam dicitur mutari necessario est recipere ipsum motū: cum sit impossibile talem esse in aliquo sine motu. vt patet. Sed posito ꝙ sic non possit moueri vel mutari: poterit tamen immediate mutari mutatione que non est nec continuatiua nec terminatiua motus: sed aliqua alia mutatione transeunte immediate a priuatione ad habitum. Dicit doc. ꝙ ⁊ si hoc sit possibile tamen non est possibile ꝙ sic immediate mutetur ab agente naturali: quod est ſm philosophū agens corporale: ⁊ ꝙ non possit sic īmediate mutari probat per hoc ꝙ tale agēs nunꝗ agit in passum nisi approximetur sibi localiter loquendo de loco corporali ⁊ circunscriptiuo ⁊ sic oportet ꝙ tam agens naturale ꝗ passum sint in loco circunscriptiue si debeant sic localiter approximari: modo anima intellectiua non potest esse in loco circunscriptiuo.

¶ Ad tertium dicit doct. ꝙ in tertio modo relatiuorum sic conceditur relationem esse in substātia alterius extremi tm̄ sicut in duobus primis modis cōcedit relationem esse in substātia vtriusqꝫ extremi. vnde dicit ibi Commen. relatio est duobus modis: aut relatio est in substantia vtriusqꝫ extremi relati. aut in substantia alterius tm̄ non autem in duobus primis modis non includitur relatio essentialiter in vtroqꝫ extremo. immo vtrunqꝫ ſm se est absolutum: sed dicitur ibi relatio in substantia vtriusqꝫ extremi vt in fundamēto proximo siue ratione fundandi: ⁊ sic relatio in tertio modo est tm̄ in substātia alterius extremi: hoc plenius habetur in alia translatione vbi sic habetur. ſm numerum ⁊ potētiam dicta ad aliquid omnia sunt ad aliquid eo ꝙ ipsum quod quid est alteriꝰ dicitur ipsum quod est: sed non eo ꝙ aliud ad illud. mensurabile vero ⁊ consensibile ⁊ intellectuale eo ꝙ aliud ad ipsum dicitur ad aliud dicuntur. vult dicere ꝙ relatiuum primis duobus modis per se dicitur ad aliud ⁊ non tm̄ eo ꝙ aliud refertur ad ipsum. in tertio modo tm̄ vnum extremum est per se fundamentum relationis: reliquum vero dicitur ad aliud solum: quia aliquid est eius. i. quia aliud refertur ad ipsum sicut mensura solum dicitur ad mensurabile: quia mensurabile refertur ad mensuram. breuiter dici potest ꝙ hec est differentia istorum modorum. quia in primis duobus est relatio mutua: ita ꝙ in vtroqꝫ extremo est ratio fundandi relationem vnam ⁊ ratio terminandi relationem aliam. in tertio modo est relatio non mutua: quia ratio fundandi relationem est tm̄ in vno extremo ⁊ in alio ratio terminandi eādem.

¶ Et quod additur ꝙ idem bis diceretur ⁊c̄ potest Commentator ibi sic intelligi ꝙ aliquid dicatur cōstitui per illud ad quod essentialiter depēdet: licet illud non sit intrinsecum illi ⁊ sic constituitur per illud quod est mēsura eius. Si igitur intellectus diceretur ad intelligentem vt ad mensuram constituetur hoc modo per ipsum sed intelligēs cōstituitur per intellectum vt per formam suā: igitur eri-

circulus in constitutionibus: licet nō eodem modo con-
stituendi ⁊ hoc est impossibile dum tñ vtrunqꝫ constitu-
tum dependeat per se a constituente: quia nō potest esse
circulus per se dependentis: ⁊ hoc potest intelligi per
illud dictum Cōmen. ibi idem diceretur bis. ⁊ tunc idē
erit causa ⁊ causatū eiusdē. Sed facilius exponitur lite
ra Arist. ibidem ẜm aliam translationem: quia si intelle
ctus diceretur ad intelligentem vt ad mēsuram: ⁊ cum
dicitur ad intelligibile vt ad mensuram: idem vt mēsu-
rabile erit bis dictum. hoc est ad vtrunqꝫ duorum: vt ad
mensuram quod est inconueniens de duobus dispera-
tis. s. ꝙ vtrunqꝫ sit completa mēsura eiusdem. vult ergo
dicere ꝙ idem actus intelligendi non potest referri ad
intelligibile vt ad mensurā sibi adequatā ⁊ ad intelligē
tem. vt ad mensuram eiusdem adequatam.

Dubia circa textum doc.

Sunt aliqua in ista litera declaranda per solutio
nem aliquorum dubiorum. Primo ergo dubitatur de
hoc. s. ꝙ cognitio intuitiua q̄ est rei existentis vt existēs
est necessario habet annexam relationem realē ⁊ actua
lem ad ipsum obiectum. ¶ Secūdo dubitatur in hoc ꝙ
actus cognoscendi dicitur mēsurabilis ab obiecto vt a
mēsura eius per hoc quod est similitudo obiecti ẜm imi-
tationem sicut est similitudo ideati ad ideam. ¶ Tertio
dubitatur in hoc ꝙ cognitio abstractiua habet relatio-
nem realem potentialem seu aptitudinalem. s. mensura
bilis etiam ad obiectum non existens. Et ad obiectum
actu existens habet relationem realem actualem men-
surabilis ad mēsurā. ¶ Quarto dubitatur in hoc quod
dicit. s. ꝙ cognitioni abstractiue non cōuenit relatio at-
tingentie realis aptitudinalis: quia nō conuenit funda
mento quantum est ex parte eius nec sibi competeret in
actu si terminus poneretur in actu: quia terminꝰ nō est
natus per illum actū attingi vt actu existēs. ¶ Quinto
dubitatur in hoc. s. per actum cognitionis obiectum ha
bet esse cognitum: ⁊ ideo potest naturam actꝰ sequi ali-
qua habitudo que sit ad obiectum vt habens tale esse.
¶ Sexto dubitatur in hoc: scilicet ꝙ relatio fundata in
notitia abstractiua huius ponitur relatio ratiōis sequi
naturam actus: sic ꝙ intellectu nō comparāte nec actū
cognoscēte sequitur necessario relatio rationis ad obie
ctum cognitum. Et hec dubia pro nunc sufficiunt ⁊c̄.

Contra p̀mum.

¶ Contra primum instatur probando ꝙ cognitio intui
tiua non includit necessario relationem realem actua-
lem ad obiectum: ⁊ hoc loquendo de relatione vnionis
siue attingentie. Et primo sic presupponēdo aliqua. pri
mo ꝙ cognitio intuitiua necessario est rei existentis: ita
ꝙ est impossibile esse cognitionem intuitiuam nisi sit rei
existentis vt existentis: quia hoc est de formali ratione
ipsius vel saltem necessario competit sibi. vt patet a do
cto. in primo. distin. prima q. 2. di. 8. q. 3. in secundo. d. 3.
in quarto. ⁊. 10: ⁊. 49. in quoli. q. 7. ⁊. 13. ⁊. 14. ⁊ alibi se-
pe. Secundo suppono dictum doc. in secundo. di. 3. q. 5.
ꝙ illa relatio identificatur realiter fundamēto cui fun-
damento simpliciter repugnat esse sine termino. vt pa-
tet de dependentia creature ad deum que realiter iden-
tificatur ipsi creature. quia est simpliciter impossibile
esse creaturam sine deo vt termino. istis presuppositis
arguo sic per argumētū ducēs ad impossibile. cognitio
intuitiua necessario includit relationē realē actualē at-
tingentie ad obiectum existens vt existens. ergo talis
relatio realiter identificatur tali notitie: cōsequens est
impossibile. ergo ⁊ antecedens. consequentia probatur
per secundum presuppositum. ⁊ per primum. quia si est
impossibile talem notitiam esse sine termino: vt patet
per terminū presuppositū. ergo relatio erit realiter idē
illi: vt patet per secundum presuppositum falsitas con-
sequentis. patet. quia deus potest absolute conseruare
in intellectu notitiam que ponitur qualitas absoluta si-
ne obiecto existente actu. potest enim conseruare visio-
nem in oculo nullo visibili existente. vt etiam patet per
docto. Sed si notitia intuitiua necessario includeret ta-
lem relationem vt eandem sibi realiter esset simpliciter
impossibile ipsam posse conseruari obiecto actu non ex-
istente. ¶ Secundo instatur. Et presuppono ꝙ intelle-
ctus cognoscat per actum reflexum intuitiue actum re
ctum qui immediate terminatur ad obiectum primū: si-
ue ille actus rectus sit intuitiuus: siue abstractiuus non
curo: cum vterqꝫ in se sit qualitas absoluta actu existēs
in intellectu qñ cognoscitur intuitiue per actum refle-
xum: cum cognitio intuitiua sit necessario existentis vt
existentis. vt supra dixi. Tunc arguo sic. Si notitia in- Apparēs ratio et pulchra.
tuitiua necessario includit relationem realem ad obie-
ctum existens. ergo actus reflexus intuitiuus necessa-
rio includit relationem realem ad actum rectum. cōse-
quens est falsum: quia sequuntur impossibilia. primo se-
quitur ꝙ infiniti actꝰ actualiter existentes simul possūt
esse in eodē intellectu. patet. quia si actus reflexus ne-
cessario includit relationem realē ad actū rectum. ergo
actꝰ rectꝰ necessario actu erit stāte reflexo: ⁊ actꝰ simili
ter reflexus pōt intuitiue cognosci per aliū actū refle-
xū. cū sit ita qualitas absoluta: sicut actꝰ rectꝰ. ergo ille
actus secūdus reflexꝰ necessario includit relationē rea-
lem ad p̀mū actū reflexū: ⁊ primus nō pōt esse sine actu
recto: ⁊ secūdus reflexus nō pōt esse sine p̀mo reflexo.
ergo stante secūdo reflexo simul stāt ⁊ alij. sed secūdus
reflexus pōt ita intuitiue cognosci per alium reflexum
sicut ⁊ alij precedentes. ergo ꝓcedēdo in infinitum: se-
quitur ꝙ actu possent esse infinite cognitiones intuiti-
ue in eodē intellectu: ⁊ simul infinite relationes reales:
Sequitur secundo ꝙ deus non posset in intellectu con
seruare actum reflexum sine actu recto: qđ videt̃ incon
ueniēs. ¶ Tertio instatur ꝙ si cognitio intuitiua neces- Tertio instatur.
sario includit relationem realem actualem attingentie
ad obiectum realiter distinctum actu existens. sequitur
ꝙ notitia intuitiua in deo que intuetur lapidē actu exi-
stētem: necessario includet relationem realem attingē-
tie ad ipsum lapidem. consequens est impossibile. vt pa-
tet a doc. in primo. distin. tertia. vbi probat esse impossi-
bile deum realiter referri ad creaturam: nec valet dice
re ꝙ non intuetur lapidem vt actu existentem: quia deꝰ
cognoscit omnem creaturam etiam ẜm omnem cōditio
nem existētie: vt ostendit doc. in primo. d. 37. vide. Nec
similiter valet dicere ꝙ a sola essentia diuina mouetur
immediate ad cognitionem cuiuscūqꝫ obiecti. vt patet
a doc in prolo. quest. penul. ⁊ distin. 39. primi. ⁊ in secun
do dist. 3. ⁊ in quolib. quest. 5. ⁊. 14. ⁊ alibi etiā sepe. quia
hoc non impedit: quia loquimur hic de relatione attin-
gentie: siue vnionis: ⁊ non de relatione dependētie qua
notitia depēdet ab obiecto in esse: notitia eñ causatur
ab obiecto: sed relatio attingētie presupponit primam
dependētiam. vt patet. ipsa ergo notitia prius in se suo
modo causata ab obiecto necessario includit aliam rela
tionem realem. s. attingentie: ⁊ per consequens notitia
intuitiua in deo qua intuetur creaturam actu existentē
necessario includet relationē realē vnionis vel attingē
tie ad ipsam. ¶ Quarto instatur sic presupponēdo duo. 4
primo ꝙ omne habens propriam existentiam potest in-
tuitiue cognosci. ⁊ per consequens posset esse terminus
intuitiue cognitionis. secundo presuppono ꝙ omnis re
latio realis actualis saltem realiter distincta a funda-
mento ⁊ termino sit verum ens reale habens propriam
existentiam: ⁊ hoc patet expresse a doc. in secundo. dist.
1. questio. 5. vel. 4. vbi probat relationem habere verum
esse preter omne opus intellectus ⁊ preter esse funda-
menti ⁊ termini. Tunc arguo sic. cognitio intuitiua po-
test esse respectu relationis realis actu existentis pro-
pria existentia. ergo talis notitia necessario includit re
lationem realem actualem terminatam ad ipsam rela-
tionem. consequens est falsum. ergo illud ex quo sequi
tur. scilicet hoc ꝙ notitia intuitiua necessario includit
relationem realem ad obiectum actu existens. antece-
dēs patet per p̄supposita. consequentia patet per cōclu-
sionem doct. ꝙ relatio realis necessario includitur in no
titia ītuitiua respectu obiecti actu existentis. Falsitas
consequentis probatur. quia tūc relatio realis haberet
pro termino immediato relationem realem. quod est cō
tra doc. in primo. dist. 30. ¶ Quinto instatur: quia seque 5
retur ꝙ idem actus intuitiuus simul includeret saltem
tres relationes reales attingentie. vel vna relatio rea
lis simul esset ad tres terminos quorum vtrunqꝫ est fal
sum. ostenditur sequela. quia pono ꝙ quis actu recto in
tuitiue cognoscat lapidem: ⁊ actu reflexo intuitiue po
tentia reflectat se super actum rectum ⁊ sup̱ relationē
realem vnionis: siue attingētie fundatā in actu recto. ⁊
super obiectum p̀mū. s. lapidē. patet. quia vel actꝰ refle
xus necessario simꝉ icluderet tres rꝉōes reales ad illa tria
obiecta vel ꝙ vna sola reali refert̃ simꝉ ad illa tria. Et ꝙ

cōsequēs sit falsum. patet. quia ponēdo tres tales relationes. sequitur ꝙ idem actus simul erit vnitus tribus obiectis: tribus relationibus realibus qd non videtur. Sequitur etiam ꝙ ille tres essēt realiter idem illi actui: et probatur sicut supra probatum est in primo argumēto. Si vero ponatur tm̄ vna relatio in ipso actu reflexo ad illa tria obiecta: sequitur ꝙ vna et eadem relatio habebit simul tres terminos: et cum relatio necessario dependeat a termino simul a tribus dependebit: et sic posito vno illorum vere dependebit relatio. et remoto nō dependebit. ergo simul dependebit et non dependebit. vt patet ꝑ argumentū doct. quod sepe ī pluribus locis facit. Si dicatur ꝙ alio actu potentia reflectitur super actum primum et rectum: et super relationem et super obiectum. Contra: quia tunc sequitur ꝙ quis vno actu reflexo nō poterit cognoscere se cognoscere: qd non videtur: nec communiter tenetur: quia eodem actu reflexo super actum rectum scio me scire et me intelligere. Sed de hoc alias

6 ¶ Sexto instatur: quia ex hoc nō videtur sequi ꝙ actus quo intueor relationem realem inclusam necessario in actu recto beatifico sit actus magis beatificus ꝗ̄ actus rectus. Et arguo sic: ille actus est simpliciter magis beatificus quo potentia immediate attingit obiectum beatificum (et loquor non de relatione. sed precise de actu intuitiuo). Sed actu reflexo quo potentia intuitiue cognoscit relationem attingentie realem inclusam in actu recto et immediate terminatā ad obiectum beatificum. ipsa potentia immediatius attingit obiectum beatificum ꝗ̄ mediante actu recto ergo actus reflexus per illam relationē erit magis beatificus. qd est falsum. ma. est nota apud doct. presēti. q. et in quarto. di. 49. minor probatur. quia cognoscens relationem immediate terminatam ad obiectum beatificū immediate cognoscit obiectum beatificum: vt patet a do. infra. q. 14. articulo. 3°. sequitur ergo ꝙ actus reflexus: vel erit magis beatificus: vel saltem eque beatificus cum eque immediate potentia attingat obiectum beatificum ipso actu reflexo: sicut actu recto

7 ¶ Septimo instatur sic: Et quero an potētia actu rctō circa obiectum beatificum īmediate percipit obiectū. an mediāte relatione reali attingentie. Si primo sequitur ꝙ talis actus rectus intuitiuus nō necessario includit relationem realem ad ipsum obiectum. patet. quia talis relatio vnionis ponitur vt potentia vniatur obiecto attingendo illud. Si secundo. ergo sequitur ꝙ oportet potentiam prius attingere illam relationē. ꝛ sic erit processus in infinitum: quia quero aut illam immediate attingit. aut mediate. Si p̄mo non est maior ratio de attingentia ista ꝛ illa qua attingit obiectum. Si secundo. ergo mediāte alia relatione. ꝛ quero de illa alia. ꝛ sic processus in infinitum.

8 ¶ Octauo instatur. Et quero de visione beatifica. aut illa visio ꝛ formaliter absolute accepta est actus simpliciter ꝛ per se beatificus: aut est actꝰ beatificꝰ inquātum includit relationem illā. Si primo habetur propositum. quia vt sic non includit necessario relationem realem. Si secundo ergo visio illa erit actꝰ beatificus tm̄ per accidens ꝛ non per se: quia visio vt vnita dicit tm̄ vnum per accidens. ꝛ sic actus beatificꝰ non erit vnus per se.

9 ¶ Nono instatur sic. quia si actus intuitiuus. vt actus beatificus includit necessario relationem realem attingentie terminatam ad obiectū beatificum. ergo aliquis poterit ex puris naturalibus cognoscere obiectum beatificum in se. consequens est impossibile. vt patet a doc. quest. 1. prolo. ꝛ distin. 3. primi. ꝛ in secundo disti. 3. q. 9. ꝛ infra. q. 14. quoli. arti. 2. consequentia probatur. quia aliquis angelus ex puris naturalibus poterit intuitiue videre in angelo habēte actū beatificum. ꝛ ipsum actum beatificum ꝛ relationem necessario inclusam in tali actu beatifico. ꝛ per cōsequēs terminum illius relationis qui est obiectū beatificū. patet. quia naturaliter potest videre quicqd realiter ꝛ formaliter est in angelo. vt etiā videtur patere ſm̄ doct. in secūdo. di. 9 de locutione angelorum.

10 ¶ Decimo instatur sic. quia sequitur ꝙ visio diuina in intellectu diuino terminata ad essentiā diuinā necessario includet saltem relationem rationis terminatā ad ipsam essentiā. quod est falsum ꝛ cōtra doc. vt patet presenti. q. ꝙ aūt sequaꝛ patet per illā vulgatā ꝓpositionē Doc. in ꝓlo. q. 3. ꝛ singulariter. q. 1. quoli. s. quali est ordo īter aliqua vbi realiter distinguūtur. talis est vbi sola ratione distinguuntur. modo si visio in intellectu diuino esset realiter distincta ab essentia diuina necessario includeret relationem realem attingentie ad ipsam. patet per conclusionē doc. scilicet ꝙ cognitio intuitiua necessario includit relationem ad obiectū actu existens: ꝛ realiter distinctū. Sequitur ergo ꝙ ex quo visio diuina in intellectu saltem ratione distinguitur ab essentia diuina ꝙ vt sic necessario includat relationem rationis necessario terminatā ad ipsam essentiam diuinam: quod enim est simpliciter impossibile apud doc. ergo talis cōclusio non videtur vera.

¶ Secundo principaliter instatur contra secundum dictum probando ꝙ actus cognoscendi nō dependeat ab obiecto in ratione mensurabilis. Cōtra secūdū dcm̄ p̄mo instatur. Et presuppono primo ꝙ dependere ab alio in ratione mensurabilis ꝛ specialiter ſm̄ similitudinem imitationis sit simpliciter imperfectius ipsa mensura. Hoc patet. quia aliter nō imitaretur mensuram. Secundo presuppono ꝙ actus intelligendi precise dicitur mensurabilis ab obiecto cui est similis per imitationem. Istis presuppositis arguo sic primo. Si actus intelligendi est mensurabilis ab obiecto cui est similis per imitationem. sequitꝛ ꝙ actus intelligendi relationem realem erit vere mensurabilis a tali relatione: ꝛ sic perfectius simpliciter dependebit ab imperfectiori simpliciter: quod est impossibile. patet consequentia. quia actus ille vere est similitudo relationis vt obiecti ꝛ per imitationem. cum vt sic sit posterior ipsa: quia actus presupponit obiectum cuius est.

¶ Secundo instatur quia sequitur ꝙ vnus actus reflexus sit vere mensurabilis ab alio actu reflexo: quod 2
est falsum. Tum quia sunt eiusdem speciei vt patet. et per consequens vnus non imitatur essentialiter alium. quia tunc vnus esset essentialiter ꝑfectior: ꝛ alius essentialiter imperfectior. Siste hic gradū diligēs lector ꝛ pōdera. Tum quia non videtur ꝙ vnus actus sit similitudo per imitationem alteriꝰ actus eiusdem rationis: sicut nec vnum album est simile alteri per imitationem maxime si illa duo alba sint eque intensa. Probatur consequentia. quia primus actus reflexus potest esse obiectum immediatum respectu alteriꝰ actꝰ reflexi: qui est vere obiectum intelligibile: cum sit qualitas absoluta immo per se intelligibile ꝛ per se contentum sub adequato obiecto intellectus. ¶ Tertio insta- 3
tur. quia sequeretur ꝙ actus intelligendi intuitiuus esset vere mensurabilis ab actu intelligendi abstractiuo qui essentialiter est imperfectior. patet quia notitia intuitiua est perfectior abstractiua: vt patet a doc. presenti. q. ꝛ in quarto. disti. 49. Et intuitiua etiam respectu eiusdem obiecti differt specie ab abstractiua. vt pꝫ presenti. q. ꝛ in tertio. di. 3. ꝛ in secūdo. di. 25. ꝛ in quarto. di. 49. Et sic intuitiua erit specifice ꝛ essentialiter perfectior abstractiua: ꝛ per consequens perfectius specifice erit vere mensurabile ab imperfectiori specifice qd videtur simpliciter impossibile. consequentia probatur: quia pono ꝙ aliquis intellectus intelligat lapidem nō vt existentem ꝛ ꝙ post intelligat actu reflexo illam intellectionē abstractiuā vt existentem: ita ꝙ talis actus reflexus immediate terminetur ad ipsam vt existētem. ergo vt sic erit ille actus reflexus intuitiuus terminatus ad actum vere abstractum ꝛ per consequens erit mensurabilis ab illo. ¶ Quarto instatur sic. quia sequi- 4
tur ꝙ eadem albedo quātum est ex parte sua poterit eē mensura ex natura rei infinitarum vnionum simul: ꝛ sic infinite visiones si actu essent actu dependerent: vt mēsurabiles ab eadē albedine: ꝛ per cōsequēs ipsa albedo esset quasi infinite perfectionis: quia esse mensurā talē dicit formaliter perfectionē in tali mensura: cum vt sic sit vere imitabilis. ergo quāto plurium ponitur ex natura rei mēsura: tāto erit perfectior. ꝛ licet actu nō sit mēsura infinitor: tamen est eque perfecta: si ex natura sua ponitur sic mensura sicut si actu poneretur mensura: qꝛ ꝙ actu non sit mensura non est propter defectum ipsius mensure: cum sibi ex natura sua cōpetat: sed ꝑpter defectum mensurabiliū que actu non sunt posita. ¶ Quin- 5
to instatur sic. quia sequitur ꝙ actus intelligēdi ita erit mensurabilis ab illo obiecto a quo nullo modo dependet: siue ad qd nullo modoꝗ terminatur: sicut erit mensurabilis ad qd īmediate terminaꝛ. Et pono ꝙ sit visio siue cognitio intuitiua respectu vniꝰ albedinis: ita ꝙ ꝑcise terminetur ad illam albedinem numero. Tūc sic que-

libet alia albedo est eque essētialiter perfecta. sicut illa
ad quam actus terminatur: ergo ille actus ita erit simi-
lis per imitationem cuilibet alteri. ꝛ eque mēsurabilis
a qualibet alia: quod est falsum. nec valet dicere ꝙ cum
est similis illi ad quam terminatur: quia ab illa sola de-
pendet in essendo. ideo illam solam imitatur. Cōtra. q̄a
ꝙ actus intelligendi nō sit causatus īmediate ab obie-
cto cuius est actus. puta ꝙ causetur immediate a volun
tate diuina. tunc sequitur ꝙ non erit illi obiecto similis
per imitationem: quia ab illo non dependeret in essen-
do. sufficit ergo ꝙ terminetur ad obiectum: ꝛ tamen ex
hoc ꝙ terminatur ad obiectum non dicitur mensurabi-
lis. vt patet. quia prius dependet in rationem mensura-
bilis q̄ʒ ītelligatur terminari obiecto: siue vniri Sequi-
tur ergo ꝙ ille actus ita erit mensurabilis ab albedine
non intellecta: sicut ab albedine intellecta. ¶ Tertio

Cōtra tertium dictū p̄mo īstatur.

principaliter instatur contra tertium. probando ꝙ noti-
tia abstractiua respectu obiecti actu existentis non de-
pendet dependentia mensurabilis ad mensuram. sic ꝙ
non sit talis relatio realis: ꝛ arguitur sic primo. Omnis
notitia que mēsuratur ab obiecto dependet ab illo. ita
ꝙ est dependentia essentialis ad illud. sed notitia abstra
ctiua nullo modo dependet ab obiecto existente extra.
ergo non mensuratur: siue non est mensurabilis ab illo.
Maior est nota. quia mensuratum vel mensurabile ſm
perfectionem: siue ſm quantitatem virtualem necessa-
rio dependet a mensura dependentia essentiali. Minor
patet. quia talis notitia: nec in causari nec in esse aliquo
modo dependet ab obiecto actu existente. quia ip̄o non
existente potest vere ab alio causari ꝛ vere existere: pa-
tet. ergo nō dependet ab illo dependētia reali actuali.
2 ¶ Secūdo instatur. notitia abstractiua eo modo est mē
surabilis ab obiecto quo ponitur eiꝰ similitudo per imi-
tationem: sed talis notitia non ponitur similitudo obie-
cti existentis aliquo modo. ergo non est mēsurabilis ab
illo. maior patet per Doc. qui vult ꝙ ideo notitia sit men-
surabilis ab obiecto inquantum est similitudo eius per
imitationem. minor patet. quia notitia abstractiua est
precise similitudo per imitationem ipsius quiditatis ab
solute sumpte. et ꝙ existat actu. vel non existat acci-
dit ei. ergo ipsa notitia non includit relationem realem
actualē mensurabilis ad ipsum obiectum actu existēs.
3 ¶ Tertio instatur sic. illud quod est ratio formalis im-
mediate causandi notitiam abstractiuam est ratio for-
malis mensurandi illam: sed species intelligibilis est ra
tio formalis immediate causandi partialiter ipsam no-
titiam abstractiuam ergo erit ratio formalis mensuran
di siue terminandi dependentiam notitie mensurabilis
ad ipsam. ergo non obiectum actu existens. Maior pa-
tet. quia etiam in deo illud quod ponitur ratio formalis
causandi creaturam: ponitur etiam ratio formalis men
surandi. ꝛ patet etiam. quia in causante entitas perfe-
ctissima ponitur ratio terminandi dependentiam essen-
4 tialem ipsius nature vt mensurabilis. ¶ Quarto insta-
tur sic. aut notitia est mensurabilis actu ab obiecto non
existente vt existente: aut ab obiecto vt priore existen-
tia. Si primo contra: quia existentia vt existentia nō est
ratio formalis terminandi dependētias mensurabiles.
ꝛ hoc ſm quantitatem virtualem. vt patet in simili a Do
cto. in primo. distin. 1. q. 2. Si dicatur ꝙ existentia requi-
ritur vt conditio obiecti. Contra. quia ipse tm̄ ponitur
gradus intrinsecus qui presupponit entitatem perfe-
ctā in se. vt supra patuit. Si secūdo tunc habetur inten-
tum. s. ꝙ obiectum existens. vt existens non potest ter-
minare huiusmodi dependentiam. Sed precise termi-
nans erit quiditas absolute sumpta ipsius obiecti.
5 ¶ Quinto instatur sic. notitia abstractiua potest esse ali
cuius obiecti actu existentis ꝛ nullam perfectionem di
centis. vt patet de cognitione abstractiua alicuius re-
lationis realis ꝛ precipue de notitia relationis diuine
que nullam perfectionem dicit. ergo sequitur ꝙ talis re
latio poterit terminare depēdentiā ipsius notitie abstra
ctiue vt mensurabilis. quod nullo modo videtur possibi
le: quia tunc dependeret a tali relatione. ¶ Quarto p̄n

Cōtra q̄rtū dictū p̄mo instat.

cipaliter instatur contra quartū: ꝛ intendo probare. pri
mo ꝙ notitia abstractiua potest includere relationē rea
lem aptitudinalem. vel potentialem ad obiectum loquē
do de relatione attingētie. ꝛ arguo sic. Si obiectū actu
existeret posset notitia illa ad illud terminare. ꝑ q̄n actu
nō existit. sequitur ꝙ includat relationē realē aptitudi-
nalem. consequētia patet per ipsum Doc. qui hoc modo
probat relationē realē aptitudinalē. vt patet in litera.
antecedēs ꝓbatur. quia ipse cōcedit ꝙ notitia abstracti
ua potest esse tā obiecti existētis vel nō existētis. vt pa-
tet ab ipso in primo: ꝛ secūdo. dist. 3. ꝛ in quarto di. o. ꝛ
49. ꝛ in quol. q. 7. ꝛ presenti. q. ꝛ alibi sepe. Si ergo po-
test includere relationem realem actualē vnionis siue
attingentie ad obiectū. sequitur ꝙ q̄n obiectū actu non
existit: qd̄ tunc includit relationē potentialem: siue apti
tudinalē realē attingētie ad obiectū. Posset etiā multi
pliciter instari cōtra hanc cōclusionē: tm̄ ne sim tedio le-
gentibus omitto alia dubia sequētia. ¶ Respondeo ad

Ad rōnes ꝯ primū dictum.

obiectiones. primo contra primum dictum. Et pre-
mitto aliqua. primo ꝙ relatio vnionis: siue attingentie
fundata in notitia intuitiua: absolute loquēdo nō termi
natur ad existentiam: sic ꝙ existētia sit precisa ratio for-
malis terminādi. quia vt supra exposui in primo articu-
lo. entitas quiditatiua in se presens etiā vt prior existen
tia potest ītuitiue cognosci: sic ꝙ talis entitas actualis
perfecte presens est ratio formalis terminandi notitiā
intuitiuam. Solum ergo existentia in creatura quando

Existētia in creaturꝭ an sit rō formalis terminādi notitiā intuitiuā ꝛc.

est in se presens est ratio formalis terminandi notitiam
intuitiuam sui: quia existentia potest intuitiue ꝛ abstra-
ctiue cognosci. vt supra patuit. Secundo premitto ꝙ re
latio attingentie fundata in notitia intuitiua. ita ꝙ no-
titia illa est ratio formalis fundandi ꝛ terminata ad ob-
iectum existens. ita ꝙ existentia est ratio formalis ter
minandi quando ipsa intuitiue cognoscitur: vel entitas
prior existentia quando intuitiue cognoscitur. non est
sic intrinsecus adueniens ꝙ positis absolute fundamē-
to ꝛ termino sequatur talis relatio: sicut similitudo sta-
tim oritur positis fundamento ꝛ termino etiam quan-
tumcunq̄ distantibus: quia posita notitia in nobis respectu
lapidis ꝛ posita distantia maxima non sequitur relatio
attingentie: quia tunc intellectus noster attingeret in-
tuitiue obiectum quantumcunq̄ distans: quod non est
verum. Potest enim deus immediate causare in me no
titiam intuitiuā vnius anime existentis in celo ꝛ tamen
non videbo illam. Sed bene est inconueniens ꝙ ego ha

Pulchre valde ꝛ ingeniose loquitur hic de relatione attingētie siue vnionis.

beam notitiam intuitiuam alicuius obiecti includentē
relationem attigentie ad illud; ꝛ ꝙ nō videam illud. Ui
detur ergo requiri non tm̄ obiectum existens: sed etiam
in se presens presentia debita: ꝛ tunc stante presentia
obiecti: notitia intuitiua necessario includit relationem
attingentie terminatam ad obiectum existens: non ꝙ
presentia obiecti sit ratio formalis terminādi huiusmo-
di relationem: sed requiritur vt conditio requisita in ob
iecto: stante ergo presentia obiecti stat illa relatio: ꝛ po
tentia necessario videt illud obiectum amoto alio im-
pedimento. quod dico. quia bene posset esse obiectum
presens ꝛ actus intuitiuus: ꝛ tamen nō videretur: quia
deus posset hoc impedire: hoc patebit infra. questi. 14.
articu. vltimo. non tamen absolute intelligendo: sed sic
intelligendo ꝙ si ego in intellectu alterius videam ac-
tum intuitiuum terminatum ad aliquod obiectum: non
sequitur ꝙ necessario videam illud obiectum. vt osten-
dit Doctor infra. questio. 14. Sed si ego habeo actum ve
re intuitiuum respectu alicuius obiecti in se debite pre-
sentis: ꝛ ꝙ non videam illud. videtur impossibile stante
actu ꝛ presentia obiecti. Et ex hoc videtur sequi ꝙ rela
tio attingentie fundata in notitia intuitiua ꝛ terminata
ad obiectum in se presens non sit realiter idem illi noti-
tie: quia non repugnat notitiam illam actu esse obiecto
non presente. immo non existente: quia deus potest con
seruare omne absolutum sine alio a quo non dependet
necessario simpliciter: ꝛ dixi a quo non simpliciter neces
sario dependet: quia non posset conseruare totum essen
tiale sine partibus: quod tamen est absolutum: quia in-
trinsece dependet ab illis. posset etiam conseruare om-
ne accidens absolutum sine subiecto: quia non simplici-
ter necessario dependet a subiecto in essendo: ꝛ simi-
liter posset conseruare omnem effectum absolutum cu
iuscunq̄ cause secunde sine causa secunda extrinseca:
quia a nulla simpliciter necessario dependet sic ꝙ re-
pugnet ipso posse esse sine tali causa secunda: a sola eñ
causa prima simpliciter necessario dependet in esse et
in conseruari: patet ergo quomodo posset conseruare
notitiam intuitiuam respectu lapidis ipso lapide non

Effectus nō dependent nisi a p̄ma cā in

esse ⁊ conseruari simpliciter.

existente: et per consequens patet ꝙ relatio attingentie non est realiter idem tali notitie. Si etiam teneretur ꝙ stante notitia intuitiua respectu lapidis et ip̄o lapide actu existente quantumcunq; distante necessario sequitur relatio attingentie: siue vnionis: et ꝙ tamen potentia habens talem notitiam non videret lapidem ita distantem: forte non esset impossibile hoc ponere. quia illa relatio oriretur tm̄ ex natura extremorum quantumcunq; distantium: sed visio actualis requirit potentiaꝫ obiecti in se. Forte etiam posset dici ꝙ stante notitia intuitiua alicuius obiecti in se existentis: ꝙ potentia habens illam necessario videret etiam quantumcunq; distans: quia diceretur ꝙ requiritur debita presentia obiecti ad causandum notitiam intuitiuam: ita ꝙ lapis quantumcunq; distans non posset immediate mouere intellectum distantem ad sui notitiam intuitiuam. Si tamen deus immediate causaret notitiam intuitiuaꝫ lapidis quantumcunq; distātis in aliquo intellectu: intellectus ille notitia illa intuitiue cognosceret lapidem. Quicquid sit de istis. Respondeo ad rationem primaꝫ negando ꝙ relatio attingentie sit realiter idem cuꝫ notitia. Cum probatur: quia repugnat notitie intuitiue posse esse sine termino actu non existente: negatur ꝙ non possit esse. immo posset actu existere obiecto annihilato: quia in esse ⁊ in conseruari a solo deo simpliciter dependet. vt supra patuit.

Ad scd̄m.

¶ Ad secundum admitto casum. scilicet ꝙ quis potest actu reflexo cognoscere intuitiue actum rectum: siue ille actus rectus sit intuitiu⁹ siue abstractiuus. ¶ Et cum infertur ꝙ sequuntur impossibilia: negatur. et cum probatur primo. quia sequitur ꝙ essent actu infiniti actus simul: negatur. Posito enim ꝙ potentia actu reflexo cognoscat actum rectum et alio reflexo illum reflexum: et sic in infinitum. non tamen sequitur ꝙ possint simul esse actus infiniti. sed possent esse infiniti in infinitum successiue: sed nunꝙ̄ simul actu infiniti: vt alias exposui Et hoc non est inconueniens etiam apud doc. ⁊ August.

Vide quō ꝯcedūtur īfiniti actus in infinitum successiue.

¶ Cum etiam probatur per hoc ꝙ actus reflexus includit necessario relationem realem ad actum rectum terminatam: ⁊ per consequens stante actu reflexo: necessario erit actus rect⁹. ⁊ sic de secundo actu reflexo qui similiter necessario includet relationem realem ad actum primum reflexum. ⁊ sic in infinitum. Dico primo ꝙ actus reflexus non includit sic necessario relationem realem ad actum rectū. sic ꝙ sit impossibile ipsum esse non existente actu recto: quia certum est ꝙ deus potest conseruare actum reflexum. cum sit qualitas absoluta actu recto non existente: tamen potentia per illum actum reflexum nō cognosceret intuitiue actum rectum: quia nō esset nec aliquid aliud cognosceret per illum actum reflexum. Eodem modo dico de secundo actu reflexo ꝙ deus posset ipsum conseruare sine primo actu reflexo. Dico secūdo ꝙ etiā posito ꝙ actus reflexus primus non possit esse sine recto nec secundus reflexus sine primo reflexo: ⁊ sic ascēdendo in infinitum ꝙ adhuc non sequitur illud impossibile: scilicet ꝙ erunt infiniti actus simul: sed bene concedo ꝙ erunt infiniti in infinitum: ita ꝙ in infinitum erit vnus post alium. ¶ Ad secundum inconueniens cum infertur ꝙ deus non posset conseruare actum reflexum sine recto. Dico ꝙ hoc non sequitur: quia nō pono actum reflexum necessario simpliciter in esse ⁊ conseruari dependere ab actu recto. vt supra patuit.

Ad tertiū

¶ Ad tertium dico primo. ꝙ posito ꝙ deus intueatur lapidem in se existentem: ita ꝙ talis notitia terminetur proprie ad lapidem in se existentem ⁊ presentem: ꝙ adhuc non sequitur ꝙ talis notitia includat relationem realem attingentie: quia non refertur realiter relatione reali ad extra. Sicut etiam non sequitur causa effectiua in creaturis necessario includit relationem realem ad effectū. ergo ⁊ deus qui est causa prima omnium includit relationem realem ad effectum non sequitur. Et quare in creatura ⁊ non in deo. Vide causam assignatam a doc. in primo. dist. 30. Dico secundo ⁊ magis ad rem ꝙ notitia intuitiua in deo non terminatur ad creaturam vt in se actu existentem. patet. quia ab eterno ita perfecte intuitiue cognouit lapidem in se non existentem: sicut et nunc cognoscit. Dico ergo ꝙ notitia intuitiua dei non terminatur ad creaturam vt in se existentem: ⁊ in se presentem: sed terminatur ad essentiam diuinam in qua intuitiue videt quicquid videt: vel terminatur ad lapideꝫ vt precise relucentem in essentia diuina: ⁊ sic non sequitur quod infertur.

Quō de⁹ dicatur intuitiue cognoscere lapidem.

Ad q̄rtū.

¶ Ad quartum concedo presupposita illa. ⁊ cōcedo ꝙ relatio realis potest intuitiue cognosci. ⁊ concedo ꝙ talis notitia necessario includit relationem realem attingentie terminatam ad relationē. Et cum infertur ꝙ relatio tunc nō habebit absolutum pro termino: quod est cōtra doc. di. 30. Dico ꝙ doc. nō intelligit ꝙ relatio realis semper habeat ꝑ termino aliquod absolutum: ⁊ hoc loquendo de termino immediato. sufficit enim ꝙ terminetur ad aliquod absolutum mediate vel īmediate. Et hoc patet etiam apud doc. qui vult ꝙ vna relatio realis possit fundari in alia ⁊ terminari ad aliam: sicut patet de proportionalitate que fundatur in vna ꝓportione ⁊ terminatur ad aliam. vt exposui in primo. Est bene inconueniens apud doc. ꝙ relatio realis non habeat pro fundamento absolutum: sicut ipse sepe adducit Aug. 7. de tri. Omne quod relatiue dicitur est aliquid excepta relatione. Intelligit ergo ꝙ omnis relatio realis necessario presupponit fundamētum reale: ⁊ hoc mediate vel immediate. hoc idem intelligit de termino.

Nō sp rl̄o realis hꝫ ꝑ suo termino absolutū q̄d ⁊ h⁹ īmediate: sed mediate vl' immediate.

Ad q̄ntū.

¶ Ad quintum concedo casum ꝙ potentia reflectat se super actum rectum. super relationem attingentie actus recti siue fundatam in actu recto ⁊ super obiectum actu recto intuitiue cognito. Dico ꝙ non eodem actu reflexo quo cognoscit actum rectum cognoscit relationem attingentie ⁊ obiectum actus recti: sed vno actu reflexo cognoscit actum rectum ⁊ alio cognoscit relationem ⁊ alio obiectum. Si enim eodē actu quo cognoscitur actus rectus cognosceretur obiectū actus recti ⁊ relatio attingētie. sequeretur ꝙ angelus qui intuitiue cognosceret actum intuitiuum ⁊ beatificum in intellectu alterius ꝙ simul cognosceret obiectum beatificum quod est contra doc. vt patebit infra. q. 14. respōdendo ad principale argumentum. Nec similiter sequitur ꝙ cognoscat illam relationem attingentie cognoscendo ipsum actum rectum vt similiter patet a doc. vbi supra. Dico ergo ꝙ alio actu cognosceret actum rectū ⁊ relationem attingentie ⁊ ipsum obiectum: ⁊ sic nō sequitur inconueniens. Dico secundo ꝙ posito casu. scilicet ꝙ potest eodem actu reflexo intuitiue cognoscere actum rectum: obiectum in se ⁊ relationem: quod nō est inconueniens in illo actu simul fundari tres relationes reales terminate ad tria obiecta: sicut etiam in eodem albo possūt fundari plures similitudines terminate ad plura alba: sic est in proposito.

Notabilis responsio.

Ad sextū.

¶ Ad sextum concedo illam propositionem. scilicet ꝙ ille actus est magis beatificus quo attingitur immediatius obiectum beatificū: sed negatur ꝙ actu quo attingitur relatio attingentie sit huiusmodi. patet. quia ille immediate terminatur ad relationem illam que nullo modo ponitur obiectū beatificum. Actus vero rectus immeditate terminatur ad obiectum beatificum: sic ꝙ potentia illo actu primo et immediate percipit obiectum beatificum in se. Alio vero actu primo ⁊ immediate percipit relationem attingētie. immo non potest habere notitiā illius relationis nisi prius cognoscat obiectum beatificum in se. quia prius cognoscitur terminus relationis ꝙ̄ relatio. vt pꝫ a doc. in prolo. q. penul. ⁊ in primo. di. 8. ⁊ in quoli. q. 14. ⁊ alibi frequenter.

Ad septimum.

¶ Ad septimū dico primo ꝙ potentia actu intuitiuo perficit obiectum etiam posito per impossibile ꝙ non esset relatio media: quia nō est de ratione act⁹ ꝙ includat huiusmodi relationem. vt supra patuit. Cū infertur: ergo actus ille non includit necessario relationem attingentie. Dico ꝙ non includit necessario vt est act⁹ perceptiuus obiecti: sed includit tm̄ ex natura rei: quia posito tali actu ⁊ obiecto presente necessario includit relationem vnionis qua actus vnitur obiecto. ⁊ obiectum similiter vnitur actui relatione reali preter obiectum beatificum: quod non includit relationem realem ad extra: ⁊ illa relatio vnionis ex parte actus dicitur relatio actiua attingentie qua scilicet actus realiter attingit obiectum: ⁊ ex parte obiecti dicitur relatio attingentie passiua qua obiectum attingitur realiter. Dico secundo ꝙ posito ꝙ potentia mediante actu immediate non percipiat obiectum: sed tm̄ mediante relatione attingentie: non sequitur tunc ꝙ oportet ipsum prius attingere illam relationem: quia sufficit dicere ꝙ non attingit obiectum mediante actu: nisi pro quanto actus

Ad octauum.

vnitur obiecto. ¶ Ad octauum patet responsio ex supradictis. Dico enim ꝙ actus beatificus vt prior tali relatione est formaliter beatificus nec icludit ipsam in sua ratione formali ad hoc vt dicatur beatificus: vt patet de actu beatifico diuino. Actus tamen beatific⁹ in creatura includit eam nō vt aliquid pertinēs ad formalem rationem actus beatifici: sed includit ex natura extremorum īter què oritur necessario talis ratio vnionis quando realiter distinguuntur: ⁊ sic potētia vnitur formaliter obiecto per talem relationem.

Ad nonū.

¶ Ad nonū patebit responsio infra. q. 14. respōdendo ad principale argumentum. Uide ibi.

Ad decimum.

¶ Ad decimum patebit respōsio als. quia talis relatio non includitur in ratione act⁹ beatifici. vt supra patuit ⁊ infra patebit.

Nō bn̄ declarationē istā de mēsura perfectiōali. q₂ p hanc poterꝭ soluere multas difficultates.

¶ Ad instantias contra secundum dictum. Sed pro maiori intelligentia premitto aliqua. Primo ꝙ aliqua est mēsura perfectionalis qua mensuratur quantitas perfectionalis alterius: ⁊ illa est simpliciter alterius rationis a mensurato ⁊ loquor de mensura perfectionali qua mensuratur ꝓprie perfectio quiditatiua alterius. Et hoc modo species ꝑfectissima in genere mēsurat quiditatiue species contentas in tali genere: quia tunc cognoscitur perfectio quiditatiua asini per perfectionem quiditatiuā hominis: ⁊ talis mensura semper est perfectior mēsurato. Et hoc modo albedo in genere coloris mēsurat omnes species coloris. Et similiter perfectissima operatio mēsurat omnes species perfectionum: ⁊ sic de alijs generibus.

Mensura intensionalis quid.

Aliqua etiam est mensura perfectionalis: sed non essentialis ⁊ quiditatiua: quia per illam nō mensuratur quiditas: sed mensuratur aliquid eiusdem speciei tm̄ sm gradus intensionis. Et sic intensissima albedo mensura esset omnium aliarum albedinū quātum ad earum perfectionem intensissimam. ⁊ talis mensura est simpliciter perfectior mensurato non essentialiter ⁊ quiditatiue: sed tm̄ sm intensionē forme.

Mensura per imitationē q̇d.

Alia est mensura que nec quiditatiue mensurat: neqꝫ precise sm intensionē in eadem specie: sed mensurat aliquid vt est similitudo imitatiua illius. i. ꝙ tale quid precise dicitur mensurari vt imitatur aliud per quādam similitudinem: sicut dicitur ꝙ imago Cesaris est similitudo Cesaris per imitationem: quia est similitudo essentialiter posterior nata tm̄ representare Cesarē: ⁊ habet ab ipso Cesare ꝙ sit similitudo eius pro quanto tm̄ imitatur ipsum. Modo non est necesse talem mensuram esse simpliciter perfectiorē ipso mensurato: licet forte sit perfectior sm quid. Sic dico in proposito ꝙ intellectio puta albedinis est mensurabilis precise ab ipsa albedine vt ab aliquo imitabili sm similitudinem imitatiōis: ⁊ sic intellectio albedinis hoc modo est mensurabilis: quia vt similitudo eius necessario est posterior ipsa albedine ⁊ necessario imitatur illā: ipsam representando. Et ideo dicitur similis per imitationem: quia a quocūqꝫ causetur semper est nata ipsum per similitudinem imitari vt essentialiter posterius suū prius: quia actus intelligendi vt huiusmodi est posterior essentialiter obiecto quod imitatur: sed nō est sic vnū album similitudo alterius per imitationem: quia vnum albū vt huiusmodi nō est essentialiter posterius alio. nec natum imitari aliud sm similitudinem imitatiōis: quia ita aliud est simile illi: ⁊ sic idem respectu eiusdem est prius ⁊ posterius. Et hoc est quod dicit Aug. in. q. de duobus ouis que q̄uis sint omnino similia: tamē vnum nō est imago alteri⁹. siue vnū nō est similitudo alteri⁹ ꝑ imitationē: q₂ vnū ex sua ratione nō videtur magis esse posterius essentialiter ⁊ imitari aliud q̄ꝫ econtra. Sed actus intelligēdi ex sua ratione formali nat⁹ est esse posterior essentialiter suo obiecto: ⁊ natus est esse similis per imitationem. immo ex natura sua imitatur obiectū cuius est: ⁊ est naturalis similitudo obiecti non accipiēdo similitudinem pro relatione: sed pro re nata imitari modo predicto a quocūqꝫ causetur: vnde si intellectio lapidis esset immediate causata a deo in intellectu nostro illa ex natura sua esset similis obiecto per imitationem: quia ex sua natura nata est esse essentialiter posterior: ⁊ imitari ipsam albedinem: siue lapidem.

Siste hic quia egregie loquitur.

Posito enim ꝙ deus nunc crearet in me notitiā lapidis intuitiuam lapide non existente: ⁊ in tempore habito crearet lapidē in esse existentie adhuc illa notitia esset similitudo lapidis per imitationē: quia ex ratione sua nata esset esse posterior essentialiter ipso lapide: ⁊ similiter nata esset ipsum imitari: ⁊ esse similē modo predicto: quia licet de facto sit prior tm̄ hoc accidit sibi: cum hoc nō cōueniat ei ex natura talis notitie.

Nota hic quō albedo est essētialiter imperfectior notitia ei⁹.

Modo talis mensura non est semper perfectior sm suam entitatem ipso mensurato. patet. q₂ albedo est essentialiter imperfectior notitia eius: potest tamen dici perfectior pro quanto ipsa notitia nata est esse similitudo eius per imitationem. Secundo premitto ꝙ quodlibet obiectum natum intelligi per se est mensura respectu notitie ei⁹. q̇a ei⁹ notitia est ei⁹ similitudo per imitationem: quia ex natura sua essentialiter posterior: licet non mensuretur ab illo: quia non est de ratione obiecti ꝙ causet notitiam. immo accidit ei: sed de ratione eius est ꝙ possit ipsam terminare. ⁊ vt sic necessario est prius ipsa notitia ⁊ presupponitur illi vt assignabile per imitationem ab eius actu intelligendi. Nisi forte dicatur ꝙ notitia non dicitur similitudo per imitationem cuiuscunqꝫ obiecti: sed precise illius obiecti a quo in essendo dependet: quod tamen non credo esse verum: quia tunc multa essent obiecta que non essent hoc modo mensura suorum actuum. immo omnia illa que non sunt motiua intellectus: quod non videtur. ¶ Istis premissis patet responsio ad obiectiones. Ad primam concedo presuppositum loquendo de mensura primo ⁊ secundo modo: sed non tertio modo: ⁊ sic concedo ꝙ notitia relationis absolute est perfectior ipsa relatione: tm̄ sm quid potest dici imperfectior pro quanto imitatur sm similitudinem ipsam relationem.

Ad scd̄m. Nō solu. istas ⁊ scotizavticus

¶ Ad secundum de actu reflexo. Dico p̄mo ꝙ forte intelligitur de obiecto quod nō est operatio cuiusmodi est actus reflexus. Dico secundo ꝙ forte non est inconueniens ponere vnū actū reflexum esse mensuram: hoc modo respectu alterius actus reflexi. Cum dicitur ꝙ sunt eiusdem speciei. Dico ꝙ quāuis ī re sint forte eiusdem speciei: tm̄ vt vnus habet rationem obiecti intelligibilis: ⁊ ali⁹ habet rationem actus intelligendi: vnus potest esse similitudo alterius per imitationem: quia vt est actus intelligendi obiectum necessario ex natura talis actus imitatur obiectum vt posterius suum prius.

Ad tertiū.

¶ Ad tertiū cōcedo ꝙ actus abstractiuus vt habet rationem obiecti intuibilis est mensura actus intuitiui: quia notitia intuitiua vt sic est essentialiter posterior actu abstractiuo habente rationem obiecti. vt supra dixi. Nisi forte diceretur ꝙ non intelligitur de actu intelligendi ꝙ sit mensura vt dixi prius. tm̄ quia etiam actus intelligendi per se continetur sub obiecto intellectus ⁊ est per se intelligibilis: melius videtur dicendum ꝙ etiam actus intelligēdi vt habet rationem obiecti intelligibilis ꝙ sit mēsura actus intelligendi qui ad ipsum terminatur.

Ad q̄rtū.

¶ Ad quartum dico ꝙ non est inconueniens eandem albedinem esse mensuram hoc modo infinitarum visionum si essent actu: quia hoc non arguit perfectionem simpliciter: quia ille visiones essent eiusdem speciei. ⁊ ideo perfectio que sufficit ad mensurādū vnam sufficit ad mēsurandum aliam. Secus si ille visiones essent alterius speciei: quia tunc eadem perfectio finita in albedine forte non sufficeret. Tum etiam quia non est necesse talē mēsuram esse perfectiorem mensurato simpliciter: sed tm̄ sm quid. vt supra dixi.

Ad q̄ntū ⁊ vltimū.

¶ Ad quintum ⁊ vltimum. Dico breuiter ꝙ precise illud indiuiduum est mensura notitie que ad ipsum terminatur. ⁊ quāuis duo indiuidua sint eiusdem rationis ratione nature in qua conueniunt tamen hecheitates illorum sunt simpliciter primo diuerse: vt patet a doc. in primo in pluribus locis. ⁊ per cōsequens quelibet nata est intelligi propria intellectione. vt patet a doctore in secundo. dist. 7. q. vltima. siue. II. Ubi doctor vult ꝙ indiuiduum habet propriam entitatem additam ipsi nature. Et de hoc vide doct. et ea que exposui in secundo.

Ad rōnes ꝯ tertiū dictum.

¶ Ad istantias tertij dicti. Ad primam dico ꝙ mensuratum secūdum similitudinē imitationis non dependet proprie ab obiecto eo modo quo mensuratum quiditatiue dependet: tamen concedo ꝙ aliquo modo dependet cum ipsum imitetur: sed cum dicitur ꝙ non dependet ab obiecto extra: quia notitia abstractiua non erit respectu obiecti extra existentis. Dico ꝙ aliud est notitiam terminari ad obiectum: et aliud est ipsam dependere in ratione mensurabilis: quia bene concedo ꝙ non terminatur ad obiectum vt actu existēs: tamen in ratione mensurabilis dependet ab obiecto existente: quia est similitudo obiecti: quidditatiue ta-

men non refertur ad illud relatione reali nisi vt actu existens: non ꝙ existentia sit ratio formalis terminandi illam relationem: sed natura s̄m esse quiditatiuum reale actuale: qđ esse nunꝙ est sine actuali existentia: vt dixi ĩ simili de notitia intuitiua. ¶ Ad secundum concedo illã

Ad scđm. propositionem. s. ꝙ eo modo est mẽsurabilis ab obiecto quo ponitur eius similitudo per imitationem. ⁊ concedo ꝙ est similitudo obiecti s̄m esse quiditatiuũ obiecti: ita ꝙ obiectum s̄m esse quiditatiuum ponitur talis mensura: non tamen realiter refertur relatione reali ad quiditatem obiecti nisi illa quiditas habeat verum esse reale actuale: quod haberi non potest sine actuali existentia ꝙ illđ eẽ q̄ditatiuũ reale actuale intelligitur prius ipsa

Nota hic ⁊ caste cõsidera. existẽtia actuali: vt exposui in secundo. dist. 3. q. 1. Nota tamen ꝙ quiditas precise considerata s̄m esse quiditatiuum possibile ⁊ obiectiuum non ponitur mensura realis notitie abstractiue: sed vt habet esse reale actuale ponitur hoc modo mensura: ⁊ vt sic notitia dicitur actu dependere in ratione mensurabilis et includere realeꝫ relationem terminatam ad ipsum. ¶ At tertium nega-

Ad tertiũ tur illa maior. quia non ponitur esse mensura actus intelligendi: quia est ratio formalis causandi cum hoc sibi accidat. sed quia est simpliciter imitabile secundum similitudinem ab actuali notitia vt supra dixi. Si tamẽ teneatur ꝙ illud sit ratio formalis terminandi talẽ dependentiam quod etiam est ratio causandi. Dico ꝙ ⁊ si obiectum actu existens non sit causa immediata causãdi notitiam abstractiuam. est tamen causa remota: vt exposui in primo. dist. 3. vide ibi. Prima tamen responsio videtur melior et magis ad propositum. ¶ Ad quar-

Ad q̄rtũ. tum patet responsio ex dictis respondendo ad primam instantiam: quia existentia non ponitur ratio formalis terminandi nec conditio obiecti: sed ipsa natura secundum esse quiditatiuum reale actuale: q2 tñ nunꝙ tale esse est sine actuali existentia. ideo communiter dicimꝰ ꝙ terminatur ad existens inquantum existens non ꝙ ly inquantum stet r̄duplicatiue. sed tm̄ specificatiue que

Ad quĩtũ differentia patet alias. ¶ Ad quintum patet responsio

Ad rõnes ꝯ quartuꝫ dictum. ex supradictis quomodo etiam relatio potest dici mensura actus cognoscendi. ¶ Ad instantiam contra quartum dictum patet ex supradictis ĩ presenti. q. quia siue obiectum existat siue non existat. relatio attingentie fũdata in notitia abstractiua vt abstractiua nunꝙ terminatur ad obiectũ existẽs vt existẽs: vt patuit supra.

Opinio Ocham de notitia ĩtuitiua ⁊ abstractiua.

De ista autem notitia ĩtuitiua et abstractiua sic inquit Ocham in prolo. q. 1. Dico ergo ꝙtum ad illum articulum. ꝙ incomplexi est duplex notitia. quarũ vna potest esse intuitiua. et alia abstractiua: vtrum tamen alij velint vocare talem notitiam intuitiuam non curo. quia hoc solum intendo probare principaliter ꝙ de eadem re intellectus potest habere duplicem notitiam incomplexam specie distinctam. Sciendum autem ꝙ notitia abstractiua potest accipi dupliciter. vno mõ ꝙ sit respectu alicuius abstracti a multis singularibꝰ. et sic

Quõ eadẽ notitia possit dici ĩtuitiua ⁊ abstractiua. cognitio abstractiua non est nisi cognitio alicuius vniuersalis abstrahibilis a multis. De quo dicetur postea ⁊ si vniuersale sit vera qualitas existens in anima subiectiue. quod potest teneri probabiliter concedendum est ꝙ illud vniuersale possit videri intuitiue: et ꝙ eadeꝫ est notitia intuitiua et abstractiua illo modo recipiẽdo abstractiuam: et sic nõ distinguitur ex opposito. Aliter accipitur cognitio abstractiua secũduꝫ ꝙ abstrahit ab existentia et non existentia et ab alijs conditionibꝰ que contingenter accidunt rei vel predicatur de re: non ꝙ cognoscitur aliquid per notitiam intuitiuam qđ non cognoscatur per notitiam abstractiuam: sed idem totaliter ⁊ sub eadem ratione cognoscitur vtraꝗ notitia. Sꝫ distinguitur per illum modum: ꝙ notitia intuitiua rei ẽ talis notitia: virtute cuius potest sciri vtrum res sit vel non. si scit ꝙ sit res statim iudicat intellectus rem esse. ⁊ euidẽter concludit eaꝫ esse: nisi forte impediatur ꝓpter imperfectionem illius notitie: ⁊ eodem modo si esset ꝑfecta talis notitia: per potentiam diuinam conseruatã de re non existente: virtute illius notitie incomplexe cognosceret euidenter illam rem non esse. Similiter notitia intuitiua est talis: ꝙ quando aliqua cognoscuntur quorum vnum inheret alteri: vel vnum distat ab altero loco vel alio modo se habet ad alterum: statim virtute illius notitie incomplexe illaꝝ rerum: sciret si res inhererет vel non inhereret: si distet vel non distet. ⁊ sic de alijs veritatibus contingentibus: nisi ista notitia sit nimis remissa vel sit aliquod impedimentum. Sicut si sortes in rei veritate sit albꝰ: illa notitia sortis ⁊ albedinis virtute cuius potest euidenter cognosci ꝙ sortes sit albus: dicitur notitia intuitiua. Et vniuersaliter omnis notitia incomplexa termini vel terminorum seu rei vel rerum: virtute cuius potest euidenter cognosci aliqua veritas contingens: maxime de presenti: est notitia intuitiua. Abstractiua autem est ista virtute cuiꝰ de re contingẽti non potest sciri euidenter vtrum sit vel non sit. ⁊ per illum modum notitia abstractiua abstrahit ab existentia ⁊ non existentia: quia per ipsaꝫ non potest euidenter sciri de re existente ꝙ existit: ⁊ de non existente ꝙ non existit. per oppositum ad notitiam intuitiuam. Similiter ꝙ notitia abstractiua nulla veritas contingens maxime de presenti potest euidenter cognosci: sicut de facto patet ꝙ quando cognoscitur sortes ⁊ albedo sua in absentia sua: virtute illius incomplexe notitie non potest sciri: ꝙ sortes est vel non est: ꝙ est albus vel non albus: vel ꝙ distat realiter a tali loco vel non: ⁊ sic de alijs veritatibus contingentibus: ⁊ tamen certum est ꝙ ille veritates possunt euidenter cognosci: ⁊ omnis notitia complexa terminorum vel rerum signatarum: vltimate reducitur ad notitiam incomplexam terminorum vel rerum significatarum: ergo isti termini vel res vna alia notitia possunt cognosci ꝙ sit illa virtute cuius non possunt euidenter cognosci tales veritates contingentes. Et illa notitia est intuitiua: a qua incipit experimentalis notitia: quia vniuersaliter ille qui potest accipere de aliqua veritate contingenti experimentum: ⁊ mediante illa de veritate necessaria habet aliquam notitiam incomplexam de aliquo termino. vel de re quam non habet ille q̄ non potest sic experiri: ⁊ ideo sicut s̄m philosophum primo metaphysice. ⁊ 2. posteriorum. scientia illorum sensibilium que accipitur per experientiam de qua ipse loquitur. incipit a sensu ⁊ a notitia intuitiua sensitiua istorum sensibilium: ita vniuersaliter notitia scientifica istorum pure intelligibilium accepta per experientiam incipit a notitia intuitiua illorum intelligibilium. Est tamẽ sciendum: ꝙ aliquando propter imperfectionem notitie intuitiue: quia est valde imperfecta et obscura: vel propter alia impedimenta ex parte obiecti. vel propter alia impedimenta potentie cognitiue potest accidere ꝙ nulle vel pauce veritates contingentes de re sic intuitiue cognita possint cognosci. Ex istis possunt seq̄

Quõ notitia abstractiua ⁊ ĩtuitiua nõ differunt. alique conclusiones. Prima. ꝙ abstractiua ⁊ intuitiua notitia non differunt: quia abstractiua potest indifferẽter esse existentis ⁊ non existentis: presentis ⁊ non presentis. intuitiua autem tm̄ presentis ⁊ existentis realiter. quam differentiam ponunt aliqui qui loquuntur de illa materia. Nec secundo differũt: quia abstractiua nõ attingit obiectuꝫ in se sub perfecta ratione: sed tm̄ sub quadam diminuta similitudine. Intuitiua autem attingit obiectuꝫ in se sub perfecta ratione. sicut dicit quidã doct. quol. q. 6. Nec tertio differunt per rationes motiuas formales. ꝙ scilicet in cognitione intuitiua res in propria existentia est motiua per se obiectiue. in cognitione abstractiua est aliud motiuum in quo res habet esse cognoscibile: siue sit causa virtualiter cõtinẽs ipsã rem. vt cognoscibilem: siue sit effectus. puta species et similitudo representatiue continens ipsam rem cuius est similitudo. sicut dicit idem in quolib. q. 12. Nec quarto differunt. quia notitia intuitiua necessario habet annexam relationem realem et actualem ad ipsum obiectum: vt est presens in propria existentia. Abstractiua autem non habet admixtam talem relationem ad ipsũ obiectum: quamuis habeat relationem potentialem. s. mensurabilis et dependentie. non autem vnionis. ⁊ presentie: sicut idem dicit ibidem. Nec quinto differunt: q2 in cognitione intuitiua obiectum est presens in propria existentia. In abstractiua aũt obiectum est presens in aliquo perfecte representante ipsum sub ratione ꝓpria: et per se cognoscibile: sicut dicit idem in quol. q. 14. in li. 4. di. 10. q. 8. ¶ Primum patet per principia istorum que credo esse vera in hac parte. Nam in libro tertio. distin. 14. q. 1. probat. ꝙ nulla forma necessario est preuia in intellectu prior ipsa visione sic: quia si aliqua forma

est preuia ipsa visione: aut se habet ad visionem in ratione cause efficientis: aut in ratione cause materialis. si p̄mo modo. ergo potest fieri sine ea: quia quicquid potest deus per causam efficientem mediatam. hoc potest immediate. Si secūdo modo tunc ista forma si per se esset: tunc per se posset recipere illam visionem. Ita arguendo in proposito. aut ista res existens ꝛ presens habet se in ratione cause efficiētis ad notitiam intuitiuam vel ī ratione cause materialis aut formalis vel finalis. Si p̄mū detur: ergo potest fieri sine ea: quia quicquid potest deus per causam efficientem mediatam potest per se īmediate. ¶ Nec secundo modo: quia tunc re existente ꝛ destructo intellectu: posset recipere illam notitiam subiectiue. Similiter manifestum est ꝙ illa notitia intuitiua non est subiectiue in re intuita. ¶ Nec tertio modo manifestū est: nec quarto modo: quia omnis notitia potest esse quocūq; fine (excepto primo) destructo: q2 nulla res requirit plus existentiam finis secundi: q̃ efficiētis secundi. ¶ Si dicatur ꝙ obiectum requiritur in ratione obiecti terminātis. Contra: aut obiectum inquātum terminans habet rationē cause essentialis vel nō. Si sic: arguo sicut prius: si non tunc arguo sicut arguūt isti alij. omnis effectus sufficienter depēdet ex suis causis essentialibus: ita ꝙ illis positis omnibus alijs circūscriptis potest sufficienter poni effectus. Si ergo obiectum inq̃tum terminans non habet rationem cause essentialis respectu notitie intuitiue: ergo si obiectum ī q̃tum terminans destruatur s̄m omnem sui existentiā realem: potest poni notitia intuitiua: ergo ipsa re destructa potest poni ipsa notitia intuitiua: ꝛ ita notitia intuitiua p̄ se ꝛ necessario nō plus est existentis q̃ non existētis / nec plus respicit existentiam q̃ non existentiam ꝛc. per modum prius declaratum. Abstractiua autem nec respicit existentiam: nec non existentiam: quia per eam non potest haberi iudicium ꝙ res existit vel non existit.

Idē totalit' ꝛ sub eadē rōne formali est obiectum notitie intuitiue ꝛ abstractiue.

¶ Secundum patet: quia idem totaliter et sub eadem ratione ex parte obiecti est obiectum intuitiue ꝛ abstractiue. hoc patet: quia nulla est res saltem in istis inferioribus: nec aliqua alia ratio sibi propria: sub qua potest res intuitiue cognosci: quī illa cognita potest intellect' dubitare: vtrum sit vel non sit: et per consequens quin possit cognosci abstractiue: ergo omne illud ꝛ sub eadē ratione qd̄ erit obiectum intuitiue potest esse obiectum abstractiue. ꝛ manifestum est ꝙ quicquid reale potest cognosci abstractiue: potest etiam cognosci intuitiue. Similiter s̄m istos alibi. deitas sub ratiōe deitatis potest cognosci abstractiue: sed ista est perfectissima ratio dei. Similiter s̄m eos existentia potest etiam cognosci abstractiue. ¶ Tertium patet per argumenta contra primam differentiam. quia deus potest per idem totaliter causare vtrāq; notitiam: nec oportet ꝙ res moueat in propria existentia per se obiectiue: sicut probatū est. ¶ Quartū p3 p̄ illd̄ ꝙ relatio realis s3 eos nō p̄t terminari ad nō ens. obiectū aūt notitie ītuitiue p̄t eē nō ēs: sicut p̄batū ē: ꝛ post p̄babitur. ¶ Quintū patet p̄ idē: quia ad notitiam intuitiuam non requiritur ꝙ res sit p̄sens in propria existentia: sicut probatū est. ¶ Ideo dico ꝙ notitia intuitiua ꝛ abstractiua seipsis differunt: et non penes obiecta ꝛ penes causas suas quascumq;: q̃uis naturaliter notitia intuitiua nō possit esse sine existētia rei: que est vna causa efficiens notitie intuitiue vel mediata vel immediata: sicut alias dicetur. Notitia aūt abstractiua potest esse naturaliter ipsa re simpliciter destructa. Et si sic intelligat ponens p̄dictas differētias: veritatem videtur habere q̃tū ad istam notitiam q̃uis in aliquibus que spectant ad alias difficultates non contineat veritatem. de quibus dicetur in locis suis.

Intuitiua notitia p̄t eē de re nō existente.

¶ Ex istis sequitur ꝙ intuitiua notitia tam sensitiua q̃ intellectiua potest esse de re nō existente. ꝛ hāc cōclusionem probo aliter q̃ prius. sic omnis res absoluta distincta loco ꝛ subiecto ab alia re absoluta. potest per diuinā potētiam existere sine illa: quia non videtur verisimile ꝙ si deus vult destruere vnam rem absolutam existentem ī celo: necessitatur destruere vnam aliam rem existentem in terra: sed visio intuitiua: tā sensitiua q̃ intellectiua: est res absoluta distincta loco ꝛ subiecto ab obiecto viso: ergo illa visio potest manere: stella destructa. ꝛ multa alia ibi dicit de notitia ītuitiua ꝛ abstractiua. ¶ S3 quia īprobatio istius opiniōis satis p̄ōt elici ex his q̄ dixi supra ī dubijs: iō ad p̄n̄s nō ītēdo illā aliter īprobare

De tertio principali quod fuit an relatio actus intelligendi ad obiectum sit essentialis illi actui. Dicit p̄mo ꝙ relatio potest tripliciter se habere ad absolutum vno modo contingenter et per accidens vt similitudo ad albedinem: alio modo necessario: vt relatio creature ad deum: tertio modo secundum veram idemptitatem: sicut in diuinis relatio personalis se habet ad essentiā. sed non videtur ꝙ possibile sit amplior idemptitas que proprie dicitur idemptitas essentialis: quia nec relatio potest essentialiter includi in absoluto: quia idem esset essentialiter ad se et essentialiter ad alterum nec absolutum et relatio possunt includi in aliquo per se vno sic per se vno ꝙ sit vnius generis ꝛ ipsius sit cōceptus proprius per se vnus et ꝙ ipsum sit per se in vno genere. q2 sicut in rebus non potest fieri vnum per se ex distinctis nisi illa se habeant sicut proprius actus et propria potētia in eodem genere: vt patet per p̄hm. 8. metaph. sic nō potest aliquid esse habens per se conceptum vnum ꝛ cū hoc per se includens distincta nisi conceptus vnius sit per se potentialis et alterius actualis determinans illū potentialem. relatio et absolutum non possunt habere tales cōceptus quorum vnus sit per se determinabilis et alius per se determinans: quia si aliquis conceptus absolutus sit indifferens potest contrahi per conceptū absolutū quousq; sit determinatissimus sub genere absoluto. Similiter de conceptu relatiui sub genere relatiuo: neuter igitur per se est determinatiuus vel contractiuus alterius. quia vterq; sine altero natus est habere conceptum determinatissimum in propria coordinatiōe. Et hec lrā satis patet ex his q̄ dixi supra. q. 11. ī illo dubio an ex absoluto et respectiuo possit per se fieri vnus conceptus.

R̃e tripliciter se p̄t h̄re ad absolutum.

¶ Ex his ad propositum in actu cognoscendi: de quo queritur est aliqua entitas absoluta. vt patet in primo art. ibi etiam est aliqua relatio. vt patet in 2° art. ex isto vltimo habetur ꝙ respectiuum et absolutum non possunt constituere aliquid per se vnum: nec saltem vnius generis quod scilicet habeat conceptum per se vnum. Ex his sequitur ꝙ actus cognoscendi. vl' non est aliquid per se vnum vnius generis: vel non per se includit illa duo que probata sunt ibi concurrere: videtur autem probatum in primo articulo ꝙ essentialiter includit absolutum et specialiter in prima ratione: igitur videtur ꝙ actus talis non sit essentialiter relatiuus: sicut per se includens relationem: vel si dicatur ꝙ est quoddam totum includens ambo illa: tunc non est per se vnum essentialiter relatiuum. sed vnum per accidens essentialiter includens alteram partem. sic diceretur improprie ꝙ homo albus est essentialiter albus: hoc enim improprie dicitur: quia nihil essentialiter proprie dicitur de eo quod non est in se aliquid vnum essentialiter: sicut nihil potest esse verum de eo quod est in se falsum: sicut est illud cuius ratio includit repugnantiam: quod quia non est in se possibile: ideo nihil dicitur de ipso possibile: vel sibi esse possibile; sic in proposito quod non est per se vnum: nihil potest esse per se ei vere vel p̄ se vnum.

Absolutū ꝛ respectiuum non possūt ꝯstituere p̄ se vnum.

¶ Si queratur supponendo operationem esse per se vnam: ꝛ per consequens vnius generis ad quod genus pertinebit? Primo dico ꝙ per se est ī genere qualitatis: hoc probatur: discurrendo per genera. patet ꝙ non est in genere substātie: ꝛ similiter de omnibus alijs generibus preter q̃ de qualitate: actione: passione: relatiōe. Nō est aūt relatio nec actio: nec passio vt p3 ī p̄mo articulo. Et probatur tripliciter. primo per mediū commune: quia nullus respectus est vltima perfectio operātis: vt patet in primo art. ¶ Secundo quia actio est trāsmutatio alterius inq̃tum alterum. i. ꝙ actio est trāsmutatio alterius. s. passi inq̃tum est simpliciter aliud ab agente: ꝛ dicitur actio transmutatio non ꝙ passum transmutetur per illam: sed quia agens respicit passum inducens formam absolutam in illud s̄m quam dicitur vere transmutari a priuatione illius forme ad illam formam ad quam formam oritur in agente actio respectus qua agēs refertur ad passum. Nō em̄ actio respect' est p̄us termino p̄ducto in passo. Similiter passio est posterior que īmediate fundat' in passo: p̄supponit em̄ terminū p̄ductū ab agēte in passo. Cū ergo dicit' ꝙ actio ē principiū transmutādi aliud inq̃tū aliud. Si accipit' formas

liter pro actione respectus potest dici principium formale quo. s. trāsmutās trāsmutat: siue quo agēs agit formaliter. sicut album est simile formaliter similitudine: sed fundamentaliter est simile albedine. sic agens actione formaliter agit: sed fundamentaliter agit potentia actiua fundamentaliter accepta. Simile dico de passione. Sed operatio siue actus intelligendi vel appetendi non est huiusmodi. probatur: quia transmutatio tam actiua ꝙ̄ passiua necessario est ad aliquem terminum accipientem esse illa transmutatione: quia ſm terminū formalem passum se habet aliter ꝙ̄ pri⁹ Vult dicere ꝙ trāsmutatio relatio tam actiua ꝙ̄ passiua necessario p̄supponit aliquem terminum de nouo accipientez esse a pricipio transmutatiuo: ⁊ non habetur ille terminus ꝑ trāsmutationem que ponitur respectus. patet ille termin⁹ est quid absolutum: tunc absolutum non habet esse per respectiuū: sed sicut dicimus ꝙ genituz accipit esse per generationem actiuam formaliter acceptam. scilicet vt est relatio ex hoc solo ꝙ talis generatio terminatur tm̄ ad productum: non ꝙ productum accipiat esse per ipsam: quia vt sepe dictum est: ad absolutum in causa sequitur absolutum in effectu: prius est productum ꝙ̄ relatio producentis: sicut actio formaliter accepta ad passum quod prius accepit terminum nouum: ⁊ nisi in passo esset terminus de nouo productus: tunc non esset actio noua: nec passio noua. Vtraqꝫ ergo est ad aliquē terminum accipientem de nouo esse in passo. id est ꝙ actio terminatur ad passum pro quanto passum recipit nouuz terminum absolutuz ab agente: ⁊ passio similiter est ad agens pro quanto passum aliquem terminum absolutū de nouo recipit ab agēte. Et sic ista litera debet intelligi.

Expō singularꝫ lr̄e.

Modo actus intelligendi non est ad aliquem terminum accipientem esse per ipsum. id est ꝙ necessario presupponit in passo. scilicet in intellectu possibili aliquem terminum absolutum productum in intellectu possibili ſm quem aliter se habeat aliter nunc ꝙ̄ prius. patet. qꝛ intellectio nichil presupponit nisi obiectum ad quod terminatur ⁊ intellectum in quo recipitur. Non enim posito etiam quocumqꝫ absoluto etiam nouo in intellectu possibili ponitur intellectio. sicut ponitur passio: posito termino nouo in passo ab agēte. Sequitur. immo eo modo quo habet terminum ad quem. nec est productiua termini ad quem: nec eductiua de potentia passi: nec inductiua in passum: sed presupponit terminum. Omnis autem actio de genere actionis vel est productiua termini: vel eductiua: vel inductiua. immo eoipso quo ponitur actio talis in diuinis. puta generatio vel spiratio per ipsam aliquis terminus accipit esse. Pro intelligētia huius litere declaro aliqua. Primo ista distinguuntur adinuicem. scilicet potentia productiua termini potentia eductiua termini de potentia passiua: ⁊ potentia inductiua termini in passum. Prima respicit terminum absolute: sicut generatio que respicit genitum siue productum: accipiendo generationem vt est productio simpliciter: illa enim habet tm̄ productum pro termino: vt patet a docto. in primo. distinc. 2. ⁊. 5. q. 2. Secunda necessario respicit passuz in quod agat vt omnis potentia actiua creata que necessario presupponit aliquod passū quod est in potentia ad terminum: educere enim formā de potentia materie necessario presupponit materiam vt receptiuam talis forme: ⁊ sic potentia eductiua termini de potentia materie est potentia que necessario p̄supponit materiam vt receptiuam talis termini que si non presupponeretur esset impossibile producere talez formam cum necessario producat illam in materia. Sz potentia inductiua est que inducit terminū in materia. ⁊ hec potest ab aliis separari: quia de⁹ potest immediate inducere formam in materia ⁊ illam non necessario educere de potentia materie. patet. quia potest creare animam nulla presupposita materia ⁊ potest creare corpus organicum ⁊ inducere animam in illud. Sed in creaturis ista non videntur realiter separari: loquendo de termino formali qui recipitur in materia: quia producens formam necessario presupponit materiā. ⁊ sic educit eam de potētia materie: ⁊ similiter eā necessario inducit in materiā: cum non possit producere eam vt per se stantē. Scd̄o nota ꝙ actio vt est formaliter ꝑductio est relatio ītrinsec⁹ adueniēs cū sit respect⁹ ꝑducentis ad productū. Silr̄ actio vt est formaliter inductio in creaturis est respectus intrinsecus: quia est respectus inducentis ad inductum: inducta in materia forma necessario resultat relatio inducti ad inducens. et econtra: respectus inducentis ad inductum: et hoc modo non accipitur proprie actio. vt est de genere actionis cum sit respectus extrinsecus. tamen quicquid sit: siue actiua productiua. siue eductiua: siue inductiua: siue sit respectus extrinsecus: siue intrinsecus omnino habetur propositum de actu intelligendi ꝙ non sit actio aliquo istorum modorum.

Potētia ꝑductiua Potentia eductiua ⁊ inductiua quō distinguuntur.

Actio vt ē formalit: ꝑductio. siue inductio ē rl̄o ītrisece adueniens.

Tertio nota ꝙ actio dicitur productiua pro quanto terminatur ad productum id ē ꝙ producto posito inesse a producente necessario oritur in producente actio: siue productio que terminatur ad productum et sic est posterior producto. Et actio dicitur inductiua ꝑ quanto terminatur ad terminum inductum: ita ꝙ posito termino in materia statim in agente oritur relatio inducētis ad terminum īductum: et sic est posterior termino producto. Et dicitur actio eductiua pro quanto terminatur ad terminum vt eductum de potentia materie et sic presupponit terminum iam eductum: ⁊ sic dicitur relatio educentis ad terminum eductum. Et sic omnis talis actio necessario presupponit terminum nouum vel productum tm̄: vel inductum: vel eductum. Sed intellectio vt huiusmodi non est productiua termini. patet. quia ipsa non terminatur ad prius productum ab intellectu in quo est formaliter: nec est inductiua termini in passum. patet quia ipsa non terminatur ad aliquem terminum absolutum inductum ab intellectu in quo est in aliquod passum. nec similiter est eductiua termini. patz quia non terminatur ad aliquid prius eductum de potentia materie per intellectum in quo est formaliter: sicut actio productiua terminatur ad productum a principio productiuo in quo est: et quod formaliter denominat. Cum ergo intellectus tm̄ presupponat obiectum circa quod operatur. et nihil producit. ad quod intellectio formaliter terminetur vt ad productum: vel eductū vel inductum ab ipso ītellectu qui denominatur formaliter a tali ītellectione. sequitur ꝙ nullo modo erit actio de genere actionis. Nec similiter passio cuz illa presupponat aliquid prius productum in passum ab agēte ad quem refertur: vt supra patet. ¶ Tertio principaliter arguit̃. agens actione de genere actionis nunꝙ̄ est simpliciter perfectius per illam. immo ex perfectione sua complete agit communicando alteri perfectionē. Nūc autem operatio est perfectio simpliciter operantis. relinquitur igitur tandem ꝙ illud absolutum quod est in operatione sit aliquid de genere qualitatis. ¶ Deinde doc. postꝙ̄ enim probauit ꝙ operatio est qualitas absoluta. querit in qua specie qualitatis sit ponēda. Et duo dicit. Primum ꝙ videtur poni in eadem specie in qua est habitus generatus ex illis actibus: ⁊ quia talis habitus ponitur in prima specie qualitatis: ideo videtur etiam ꝙ operatio sit in eadem specie ponenda. Qualitas ei spūalis: siue sit in esse quieto vt hit⁹: siue ī fieri vt operatio actualis que etiam potest poni dispositio ad habitum: cum ad operationem frequenter elicitam sequatur habitus. Secundum est quod si teneatur Aristote. posuisse in tertia specie etiam operationes spirituales ꝙ forte poterit poni operatio in tertia specie in qua ponuntur passiones: siue passibiles qualitates: sed Aristote. ibi mentionem facit de passionibus corporalibus tanꝙ̄ manifestioribus: licet autem in anima sit distinguere operationem proprie dictam: cuiusmodi est delectatio vel tristitia in voluntate. quia operatio tendit quasi in terminum operationis. scilicet in obiectum quod est terminus operationis. Passio autem quasi a termino causata est in subiecto: sicut tristitia a tristabili causatur in voluntate. ⁊ tamen in hoc conueniunt. scilicet spiritualis operatio ⁊ passio: quia vtraqꝫ est in fieri vt in subiecto. patet: quia passio concomitatur operationem stante operatione: puta cum actu amoris circa delectabile stat delectatio sequens: et similiter stante actu nolitionis de obiecto nolito: et posito stat tristitia ipsis non stantibus: nec delectatio: nec tristitia stant. sicut ergo operatio habet esse in fieri. sic et passio sequens. et pro tanto vtraqꝫ posset dici passio pertinens ad tertiam speciem. quicquid autem dicatur circa hoc de p̄ma spē ⁊ tertia. hoc saltez videt̃ probabile ꝙ operatio sit in gn̄e qualitatis. ¶ Contra hoc videt̃

Opatio ē ī tertia spē q̄litatꝫ ſm phm̄.

illud phi. 9. meta. Quorum inqt nō est aliqd aliud op⁹ preter actionē: in istis existit actio: vt visio ī vidēte: ⁊ speculatio in speculante. Hic doctor per auctoritates et per rationes intendit probare ꝙ operatio non sit qualitas absoluta. Et patet primo per auctoritatem adductam per quam philosophus intendit probare ⁊ distinguere inter actionem transeuntem ⁊ immanentem. Vult igitur ibi ꝙ aliqua actio sit immanens: sicut exemplificat de visione ⁊ speculatione: tamen constat ꝙ iste sunt operationes: igitur operatio est actio ſm eum. ¶ Item philosophus. 3. de anima intelligere est quoddam pati.

¶ Item. 10. ethico. c. 2. vel. 3. dicit sic. non tamen si non qualitatum est delectatio propter hoc: neqꝫ bonorū: neqꝫ enim virtutis operationes sunt qualitates: neqꝫ felicitas. ¶ Item. 7. physicorū. sciens ⁊ cognoscens dicuntur ad aliquid. vbi Com. dignius extimatur esse de. c. ad aliquid q̄ꝫ de qualitate. ¶ Preterea per rationem. Absolutum non distinguitur specifice per aliquid extrinsecum: sed per propriam differentiam intrinsecam sibi et absolutam. Nunc autem operationes distinguūtur specifice per obiecta distincta specie: quia operationes circa distincta specie magis distinguuntur q̄ꝫ operationes que sunt circa obiecta eiusdem speciei. ista autem distīguuntur numero: igitur ille habent maiorem differentiam q̄ꝫ numeralem. ⁊ ita specificam. ¶ Preterea operatio habet propriam operationem ⁊ nobilitatem ab obiecto: vt videtur satis manifestum per illud. 10. ethi. c. 4. vel. 3. ſm vnumquodqꝫ optima est operatio optime dispositi ad potentissimum eorum que sunt sub ipsa: hoc est circa obiectum optimum talis operationis. Ex his ergo patet quomodo operatio non sit qualitas absoluta ⁊c. ¶ Respondet doctor ad omnes has obiectiones: et respondendo exponam literam docto. vbi necesse erit.

Expō notabilis.

Dicit ergo ꝙ operatio habet duas conditiones in quibus conuenit cū actione. Prima est ꝙ semper est in fieri non dico successiue. quia operatio est indiuisibilis: sed sic in fieri ꝙ in continua dependentia ad causam eandē. ⁊ ſm idem: sicut dependentia rei conseruate ad deū cōseruantem de qua dictum est prius. q. 1 . quol. ⁊ in. 2. di. 2. q. . Vide que ibi exposui. Est ergo operatio. puta ītellectio obiecti in continua dependentia ad causam eandē. puta ad intellectū ⁊ obiectū que integrāt vnā totalē causam: vt patebit infra. q. 15. ⁊ supra patet in primo. d. 5. q. 7. Et si ista causa per aliquod instans cessaret non esset illa intellectio. Secunda conditio est ꝙ operatio transit in obiectum: sicut in terminum: licet non accipiat esse per ipsam: quia presupponit in suo esse. id est ꝙ operatio non est ad obiectum vt productum a potentia cuius est operatio: sic ꝙ dicatur operatio productiua: pro quanto necessario terminatur ad productum vt ꝓductum: quia si etiam illud obiectum nullo modo esset productum. nec a potentia operatiua: nec ab aliquo alio: adhuc transiret in illud vt ad terminum presuppositum: dicitur enim actio productiua: vt supra dixi: pro quanto terminatur ad productum a potentia cuius est talis actio: non ꝙ vere accipiat esse per illam tanq̄ꝫ per aliquid prius vere dans esse: cum productum prius habeat esse q̄ꝫ intelligatur productio respectus: vt patet a docto. in primo. dist. 3. q. 3. ⁊ in secundo. distin. 1. q. 3. Dicit ergo ꝙ propter istas duas conditiones operatio potest dici actio. sicut propter istas significatur grammatice per verbum actiuum: quia intelligo: volo: video sūt verba actiua. Et propter easdem operatio dicitur actus secundus: vt distinguitur contra actum primum. nam actus primus proprie est in esse quieto ⁊ non tendit in aliud: vt patet de principio ꝓductiuo ⁊ de forma que est ratio formalis producendi: vt de intellectu: actus vero secundus est in continuo fieri: ⁊ semper tendit ī aliud vl'ī aliud vt obiectū: vt operatio: vel in aliud vt ꝓductum vt actio productiua.

Nota hic de actiōe īmanēte et transeūte.

Et ita ista distinctio actionis sic intellecta in transeuntem ⁊ in immanentem non est generis in species: sed vocis in significationes: nam actio transiens est actio de genere actionis actio immanens est qualitas: si equiuoce dicitur actio propter conditiones predictas. ¶ Alio modo potest actio de genere actionis diuidi in transeuntem ⁊ in immanētem. sicut superius in inferiora. nam non solum ad formam inductam per motum in passum: aut ab agente est actio de genere actionis: sed etiam ad formam īductā per mutationē in ipsomet agente. illa enim forma absoluta cum sit noua est terminus alicuius actionis ꝓprie dicte per quā accipit esse. quando igitur forma terminās actionem est extra ipsum agens: tūc actio illa trāsit: qn̄ ꝟo forma illa est in ipso agente: tunc actio est īmanēs. Vult ergo dicere doct. ꝙ quando productum realiter per veram productionem siue actionem recipit in ipso producente: talis actio: siue productio est immanens: quia est ad terminum non receptum ī aliquo extra ipm̄ agens: sed simpliciter est ad terminum receptū in ipso agente: et hoc mō omnis operatio nature viuentis q̄ ponitur qualitas absoluta vere per actionem de genere actionis producitur in ipso agente: et dicitur produci per talem actionē ex hoc ꝙ terminatur ad illam qualitatem vere productam et vt productam: vt dixi supra: quando vero agens producit formā in passo extra ipsū agens vt quando ignis producit calorem in ligno: quia calor recipitur in passo extra ipsum agens: actio terminata ad illud dicitur transiens. eo ꝙ est ad terminum extra agens receptum. Sequitur in littera. Distinctio istorum duorum modorum intelligendi actionē immanentem. patet. quia illud qd secundum primum intellectum dicitur actio immanens: hic dicitur terminus actionis immanentis secundum alium intellectum. ⁊ qd in alio secundo intellectu dicitur actio communiter intelligimus per hoc ꝙ est elicere. quando dicimus ꝙ potentia elicit operationem. et per hoc qd est dicere quando dicimus ꝙ memoria siue suppositum per memoriam dicit verbum: et per spirare quando dicimus ꝙ per voluntatem spirat quis amorem. Et licet omnia ista sint clara: tamen pro iunioribus expono aliqualiter litterā. Cum dicit primo ꝙ actio est ad formam inductam ī passum per motū ⁊cet. Intelligit ꝙ siue inducatur ī passū aliud ab agente per motum: vt qualitas et quantitas que ab agente naturali inducuntur per motum: siue inducatur per mutationem tm̄: vt forma substantialis in materia per ipsum generans: semper dicitur actio trāsiens. Similiter si generans in seipsum inducat formā. siue per motum: vt ignis qui forte in seipso producit calorem intendendo ipsum: siue per mutationem. vt quādo inducit formam in ipso ī istāti sēper dicitur actio immanēs: sic ꝙ actio immanēs propterea respicit terminum vt inductum in ipso agente: siue per motum: siue per mutationem: et actio proprie transiens respicit terminum vt inductum in aliud passum ab agente: et hoc siue per motum. siue per mutationem. Deinde prima distinctio que ponitur equiuoci in equiuocata: quando operatio dicitur actio immanens sic ponitur: qr ē q̄litas ī ipō operāte sic ꝙ nullo mō tēdit in ꝓductum vt supra patuit: actio vero de genere actionis necessario tendit in terminum accipientem de nouo esse ab ipso agente.

Vide hic quō operatio nō ē ꝓprie de genere actionis.

Actio ergo pro operatione est qualitas ⁊ in genere actionis. Secundo modo actio de genere actionis que necessario tendit in aliud: siue receptum in agente: siue in alio passo semper dicitur transiens: quia saltem transit in terminum de nouo accipientem esse: siue ille termin⁹ sit in agente: siue in alio ab agente: modo absoluto ⁊ respectiuo non ponitur aliquid limitatum dici vniuoce. et sic hoc nomen actio proprie conuenit actioni de genere actionis ⁊ improprie operationi pro quanto operatio aliqualiter cōuenit cum actione propter illas duas conditiones. ideo est diuisio equiuoci in equiuocata: cuꝫ ibi non diuidatur actio de genere actionis: immo actio de genere actionis precise ponitur pro vno membro diuisionis: ⁊ aliud membrum non est actio de genere actionis nisi tm̄ transsumptiue propter aliquas conditiones conuenientes sibi. Sed secunda diuisio actionis est vniuoci in vniuocata: quia ibi actio proprie de genere actionis diuiditur in transeuntem ⁊ immanentem: ita ꝙ vtraqꝫ est proprie actio de genere actionis: quia vtraqꝫ respicit passum quod vere mutatur ſm aliquam formā absolutam receptaꝫ in ipso passo ab agente. ⁊ tm̄ in hoc differunt: quia transiens respicit terminum vt inductū ab agente in aliud passum ab ipso agente. Sed immanens respicit terminum vt inductum in ipsum met agens vt in passum. Addit doctor ꝙ licet iste secundus intellectus de ista distinctione actionis tanseuntis et immanentis: sit verus: non tamen est de intentione philosophi: sicut prim⁹: vt patet ex eo quod dicit. 9. meta.

Nō est aliud opus p̄ter actionē: op⁹ vocat operatū: p̄ter autē illam actionem qua inducitur vel educitur operatio est aliquod opus: hoc est terminus operationis. puta ipsamet operatio. Et sequitur ibi. In istis existit actio: vt visio in vidente: vbi satis exprimit q visionem vocat actionem immanentem: non autem aliquam aliam cui visio sit terminus. ¶ Ad secundum q intelligere est pati Dicit q sicut esse album est habere albedinem: sic sentire vel esse sentientem est habere sensationem: sicut formam. Unde si obiectum vel [illegible] us causaret effectiue sensationem nō diceretur sentire: sed ip̄e sensus in quo subiectiue recipitur ipsa sensatio. Est igitur sentire recipe vel habere sensationem: ⁊ sic intelligere ⁊ recipere ītellectionem: quia licet intellectus s̄m aliquam operationem causaret in se intellectionem: tamen non diceretur intelligēs in hoc q causat: sed bene denominaretur aliquo modo a verbo significante talem actionem vel causationem: vtpote si esset impositum tale verbum intelligifico. id est intellectionem causo: sicut albifico id est albedinem in aliquo causo: qd igitur dicitur intelligere ē pati non probat q sit per se de genere passionis: sed q formaliter denominat p hoc q recipitur in aliquo subiectiue. vt sit sensus. ītelligere est ⁊ recipere intellectionem: ⁊ recipere est quoddam pati: saltem si recipere nō sit pati formaliter: sequitur tamen ad ipsum passio: siue pati formaliter. ¶ Ad aliud de. 10. ethico. pōt dici vno modo q operationes virtutis dicuntur rationes elicitiue operationum proprie dictarum ⁊ ille actiones bone sunt: quia generatio boni est bona: ille autem operationes actiōes non sunt q̄litates: sed p̄prie sunt de gn̄e actionis. Iste intellectus videtur haberi a Cōmentatore q̇ ad p̄bationem illius: neq̧ virtutis opatiões qualitates sunt. Dicit sic: siquidem operatio motio est operatiua. motio autem non est qualitas: hec ille. operatiua motio potest dici motio ad operationem. Et si obijciatur p hoc quod dicit: neq̧ felicitas potest dici q sicut nomen operationis sumitur hic minus proprie p actione terminata ad operationem proprie dictam. sic felicitas potest improprie sumi pro actione terminata ad ipsam ⁊ sufficit Ari. accipere operationes virtutis ⁊ felicitatez pro illis pro q̇bus sufficienter potest instare contra hāc propositionem: omne bonum est qualitas contra quam intendit facere instantiam. Declaro duo in ista litera. primo quomodo actio elicitiua dicatur bona. hoc nō debet intelligi q illa actio elicitiua sit proprie generatiua boni: siue opatiōis bone cū illa necessario sit posterior: sicut respectus est prior termino ad quē: sed dr̄ bona ex hoc q terminatur ad actum bonum. Sicut etiam cum dicitur cuius generatio est bona ipsum quoq̧ bonum: si intelligitur de generatione que est relatio ex hoc dicitur bona formaliter: quia immediate fundatur in generante bono ⁊ terminatur ad genitum habens bonitatē a generante. Sic dico q actio elicitiua: quia immediate fundatur in potentia operatiua bona ⁊ terminatur ad actum habentem suam bonitatem a potentia operāte dicitur bona: potentia autem dicitur bona in operando pro quanto elicit actum cōformiter rationi recte: vt patet in prolo. q. vltima. ⁊ in primo. d. 17. ⁊ in secūdo. d. 7. 40. ⁊. 42. ⁊ infra. q. 17. Pro quanto ergo est elicitiua actus conformiter se habēs rationi recte dicitur bona. ⁊ per consequens actus vt sic elicitus: erit formaliter bonus bonitate. scilicet morali. ⁊ per consequens actio elicitiua que fundatur in tali potentia sic operatiua: ⁊ terminatur ad actum vt sic elicitum dicitur bona moraliter: ⁊ hoc potius denominatione extrinseca: non eñ formaliter dicitur bona moraliter: cum sola operatio vl' habitus causatus dicatur sic bona vel bonus. Aduerte etiam q operatio virtutis: siue operatio virtuosa: vt sic nō est qualitas absoluta. q2 vt sic includit necessario respectum ad rationem rectam: vt patet a Doctore. in locis preallegatis: sed sufficit q operatio illa in se sit qualitas: licet postea possit circūstantionari diuersis respectibus: ⁊ sic patet quomodo actio elicitiua operationis virtutis: siue operationis virtuose dicitur bona. Et dicitur operatio virtutis. vel quia in se formaliter est recta: vel quia elicita a virtute: vel quia generatiua virtutis: tñ nō est de ratiōe actus virtuosi q sit a virtute: nec q sit gn̄atiu⁹ virtutꝫ: vt ptꝫ a doc. in quarto. distinctiōe quartadecima. questione secunda. Et vide q̄ exposui in prolo. questione vltima. ¶ Secūdum declarandum est de propositione illa omne bonum est q̄litas. contra quā instat Aristot. Sic arguendo. si omne bonum est qualitas. ergo operatio virtutis erit qualitas: quia operatio virtutis est bona: consequens falsum. ergo ⁊ añcedēs: scilicet omne bonum est qualitas. Dico q sufficit Ari. ad improbandum illud antecedens accipere pro operatione virtutis ipsam actionem elicitiuam que terminatur ad actum virtutis sic inferendo ex illo antecedente scilicet omne bonū ē qualitas ergo actio elicitiua act⁹ virtutis erit qualitas cum sit bona: vt supra patuit. consequens est falsum. scilicet q illa actio elicitiua sit qualitas. immo est actio de genere actionis: vt supra patuit. Et similiter potest argui de actione elicitiua felicitatis. Si omne bonum est qualitas: ergo operatio felicitatis erit qualitas accipiendo operationem felicitatis pro actione elicitiua felicitatis. Et patet q consequēs est falsum. quia actio elicitiua felicitatis ē actio de genere actionis. ¶ Ibi. Aliter potest dici ad illam auctoritatem. Hic do. dat aliam responsionem ad illā auctoritatem. 10. ethicorum. capitulo secundo. Et dicit q

Sētire qd sit. similr̄ ⁊ ītelligere

Declaratio p pulchra quō actio elicitiua dicat̄ bona.

Actio elicitiua felicitatꝫ ē actio de gn̄e actionis.

philosophus intendit tm̄ de qualitate inesse quieto: cū dicit. neq̧ virtutis operationes qualitates sunt. scilicet in esse quieto: quod apparet per hoc q negat ibi istā consequentiam. delectatio non est qualitas. igitur non est bona. Et probat q non sequitur per illam instantiā: neq̧ eñ virtutis operationes sunt qualitates: neq̧ felicitas. Antecedens enim in ista consequentia nō ē verum nisi de qualitate permanente. Nam delectatio vere est qualitas. sed in fieri. igitur sufficit sibi instare de illis que hoc modo non sunt qualitates: scilicet permanentes: sicut nec delectatio est qualitas: scilicet permanens. non sequitur. ergo delectatio nō est qualitas permanens. ergo non est bona: quia stat ipsam esse bonam. et tamen non esse qualitatem permanentem. Et similiter si intelligitur in illo primo antecedente. scilicet q omne bonum est qualitas permanens statim potest subinferri operationes virtutis sunt bone. Et similiter delectationes consequētes operationes virtutis sunt bone: ergo sunt qualitates permanentes: non sequitur: quia sunt qualitates tm̄ in fieri: vt supra patuit. Sequitur ibi. q autem delectatio sit qualitas. probatur ex dictis ibidem. Nam intendit doctor ostendere ⁊ probare q delectatio non est motio: siue motus. Omniuꝫ inquit motionum: siue motuum proprie videtur esse velocitas ⁊ tarditas. vel in se: vel in comparatione ad aliud: ⁊ hoc patet sexto ⁊ nono physicorum. Delectationi autem nullum horum existit. scilicet. nec tarditas: nec velocitas: transponere in delectationem velociter vel tarde est: non est autem velociter delectari. Vult dicere q delectatio non est velox. ⁊ ideo non est motus: sed contingit velociter transponi: vel transmutari ad eam. igitur potest esse terminus transmutationis velocis: ⁊ sic potest esse terminus motus. scilicet velocis vel tardi: sed s̄m philosophum quinto physicorum. tex. commen. 10. Motus non potest esse per se ad actionem ⁊ passionem igitur ipsa delectatio non est actio nec passio. ⁊ tunc discurrendo per omnia genera relinquitur q sit qualitas. Illi igitur qui fecerunt istam consequentiaꝫ. scilicet delectatio non est qualitas ergo non est bona: supposuerunt tanq̄ verum: omne bonum est qualitas habens esse quietum: sed delectatio non est huiusmodi. ergo delectatio non est aliquod bonum siue bona. ¶ Et ad istam maiorem tactā in enthymemate. Respondet philosophus per instantiam de operatione virtutis. Q2 autem non omnis operatio sit actio proprie dicta. probat per illud ibidem. capitulo quinto Appetere inquit delectationem extimabit quis vtiq̧ omnes: quod probat subdens. Quoniam ⁊ viuere omnes appetunt: vita autem operationem quedam est. hec ibi. quomodo vita vl' viuere posset dici actio de genere actionis. ¶ Ad aliud septimo physicorum. tex. commen. 20. Litera philosophi s̄m ea que dicta sunt in secundo articulo huius questionis. intelligenda est sic. quia scientie necessario est annexa relatio ad obiectum intra: ⁊ ita non est a primo alterante immediate nec per consequens ad ipsam supple scientiam est prima alteratio: vt supra patuit. Sꝫ illud qd Cōmē. addit exponēdo illud. s. q digni⁹ est q sit de capitulo ad aliquid q̄ de qualitate potest habere ali

um intellectum. de quo dicetur respondendo ad argumentum principale. ¶ Ad primam rationē dicit doc. primo ꝙ actus distinguuntur per obiecta tanq̃ per manifestiora: quia distinctio obiectorum est manifestior distinctione actuum: tamē intrinsece actus distinguūtur per suas ratiões formales intrinsecas ꝛ absolutas. Dicit secundo ꝙ actus distinguuntur per obiecta originatiue ꝛ effectiue: patet. quia actus dependēt saltem partialiter ab obiectis in entitate. ergo ꝛ in vnitate ꝛ distinctione. quia a quo quis habet esse siue entitatem: ab eo habet vnitatem ꝛ distinctionem. Sed non distinguuntur per obiecta formaliter ꝛ intrinsece: sed per ratiões proprias distinguuntur formaliter: per obiecta autem distinguuntur extrinsece. Et de hoc vide in simili doc. in primo. distinctiōe septima. tertiadecima. ꝛ vigesima septima. ꝛ alibi sepe. Preterea addit ꝙ si acciperetur ꝙ non distinguuntur per extrinseca. concedendum quidem essꝫ sic intelligendo: sicut per correlatiua: et per se terminos relationis: quia absolutum non requirit extrī secum vt per se correlatiuum: nec per se terminum correlationis. Possunt tamen distingui per aliqua extrinseca. Sicut causata distinguūtur per causas proprias: siue per illa ad que habent propriam dependentiam in entitate ꝛ vnitate. talia sunt subiecta respectu opationum. Nam intellectio distinguitur a visione: quia intellectio est in intellectu: vt in proprio subiecto: ꝛ visio est in potentia visiua: ꝛ sic visio ꝛ intellectio dicūtur distingui per diuersa subiecta: licet etiam possint distīgui per diuersas causas extrinsecas: tanq̃ per obiecta a q̄bus dedendent ac etiam causantur. ¶ Ad aliam rationem patet per idem: quia actus ꝛ si non sit essentialiter relatiuus: cum tamen sit per se medium vniens potentiam tali obiecto d:citur perfectior ex maiori perfectione obiecti: sed istam perfectionem non habet ab illo tāq̃ a principio extrinseco: sed sicut a causa extrinseca: vl' saltem ab aliquo extrinseco quod terminat dependētiā eius essentialem. ꝛ sic patet ex predictis. patet iste tertius articulus. scilicet quomodo relatio se habet tribꝰ modis ad absolutum. vnomodo cōtingenter ꝛ per accidens: alio modo necessario: ꝛ tertio modo per verā identitatem. ¶ Deinde addit ꝙ illa qualitas que vel est operatio. vel includit̄ in operatione non habet relationem ad subiectum in quo est magis essentialem q̃ alie qualitates. Et ideo si ponatur aliam qualitatem nō relatam essentialiter ad subiectum: de quo non est modo questio nec ista poneretur eētialiter relata ad subiectū. ¶ Et si dicatur opationem esse in fieri: ꝛ per hoc essentialius dependere a subiecto q̃ alias qualitates que sunt in facto esse: vel in quieto esse. Respondet hoc non variat dependentiam ad subiectum: sed tm̄ variat modum essendi ipsius forme in se: vel saltem in comparatione ad causam dantem esse: quia esse suum absolutum est in continuo fieri: sicut etiam esse absolutum creature: alie vero qualitates vt comparantur ad causam propriam ꝛ particularem habent esse in esse quieto tamen vt comparantur ad primam causam conseruantē semper sunt in cōtinuo fieri. Et hoc patet a Docto. in secundo distinc. 2. questione. 4. vbi vult ꝙ causatum tm̄ pro illo instanti quo accipit esse a causa sua particulari dependeat: ꝛ in tempore immediate sequenti a deo conseruetur: modo creaturam conseruari est ipsam continue a deo fieri et poni in esse: vt patet a docto. in secundo: distinctione. 2. questione. 1. Et vide ibi que exposui. Sed operationes non solum sunt in continuo fieri a prima causa vniuersali: sed etiam a causa propria particulari.

Nota quō actꝰ distinguūt̄ p obiecta.

Ad argumentum principale arguitur sic in principio questionis probando ꝙ actus sit essentialiter relatio. vel relatiuus. quia talis actus non potest intelligi nisi cointelligendo terminum: absolutum autem potest īntelligi non cointelligendo aliquid in ratione termini. ergo ꝛc. prima probatur. quia non potest intelligi ꝙ sit visio nisi alicuius visibilis sit vt obiecti. minor de se est manifesta. scilicet ꝙ absolutum potest intelligi non cointelligendo terminum. ¶ Respondet doctor ad hoc argumentum: ꝛ responsio stat in hoc: ꝙ licet operatio sm̄ dici videatur sic importare relationem ad obiectum propter nomen sic impositum: tamen sm̄ esse nullam essentialiter includit relationem ad obiectum. Et ideo dicit ꝙ si aliqua vox imponeretur ad precise significandum entitatem absolutā que est operatio vel in operatione et per se in genere qualitatis: significatum illius vocis posset intelligi non cointelligendo obiectum in ratione termini. Sed cōmuniter voces imposite ad significandum operationem important relationem. vel principaliter: vel connotatiue: ꝛ ratio est: quia operatio cōmuniter intelligitur sub respectu tendente ad obiectū: ꝛ sub modo quo intelligitur sub eo communiter significatur. Exemplū. species intelligibilis est qualitas absoluta: quod saltem oportet concedere eos qui ponunt speciem esse formalem rationem intelligendi. scilicet p se principiatiuam actus. ꝛ tamen communiter vocatur similitudo obiecti. non ꝙ illa sit relatio quā per se importat hoc nomen similitudo. sed quia ipsa ex natura sua est quedam forma imitatiua ꝛ representatiua obiecti. ideo dicitur similitudo talis. scilicet per imitationē: ꝛ etiam cum significatur per hoc nomen species: adhuc non significatur sub ratione absoluti precise: sed includendo illam relationem sub qua communiter intelligitur: vnde etiam species dicitur alicuius obiecti species. consimiliter est de vocibus significantibus operationē. Et aduerte cum dicitur ꝙ operatio vt est qualitas non tendit in obiectum ratione termini: quia tendere formaliter ad aliud in ratione termini ipsum terminantis: ita ꝙ sit impossibile ipsum esse: nisi sit tendentia formaliter in terminum talē: est essentialiter relatio vel relatiuum. Sed operatio bene tēdit ī obiectum vt obiectum. quia per illam cognoscitur obiectum. non tamen est essentialiter tendentia in illud vt in terminum terminantem: qꝛ si per possibile obiectum actu nō esset: adhuc a deo in intellectu posset operatio conseruari ꝛ habere verum esse: qꝺ tamen esset impossibile si esset essentialiter tendentia in obiectum vt in terminum terminantem illā. ¶ Deinde nota cū dicit de specie intelligibili sm̄ eos qui ponunt eam etiam rationē formalē actus intelligēdi: hic nō nominat opi. ꝓpriā qui expresse tenet ꝙ species intelligibilis est ratio formalis ꝓducēdi actū ītelligēdi partialis: tum quia etiam concurrit simul potētia: ꝛ hoc patere potest ex intentione sua in primo. distinctione tertia. questione sexta. et octaua ꝛ in dist. 17. ꝛ in secundo. distinctione tertia. questione nona et decima. ꝛ dist. 9. ꝛ in quarto. di. 10. ꝛ in quol. presenti. q. ꝛ alibi. Ponēdo ergo talem speciem esse rationē formalem producēdi actum intelligendi erit necessario entitas absoluta: quia nulla entitas relatiua potest esse ratio formalis producendi aliquid ꝛ maxime absolutū: vt patet per doct. in pluribus locis: ꝛ per philosophum. 8. phy. t. c. 10. Nota etiā cum dicit ꝙ species intelligibilis est similitudo obiecti. et hoc p imitationem: quia ex hoc videtur sequi ꝙ ipsa sit mensurabilis ab obiecto. ꝛ per ꝯsequēs īcludit̄ relationem realem ad obiectum. relationem scilicet mēsurabilis ad mensuram. qꝺ conceditur. ꝛ tunc dicit relationem realem ad obiectum. quādo actu existit: quando vero actu non existit. dicit tm̄ relationem mensurabilis potentialem. siue aptitudinalem realē: et dic pariformiter sicut dictum est de notitia abstractiua obiecti que dicit relationem realem ad obiectum nō existēs aptitudinalem tamen. et ad obiectū actu existens dicit relationem realem actualem mensurabilis ad mensuram. Aduerte etiam ꝙ aliter actus intelligendi est similitudo obiecti secundum imitationem et aliter spēs intelligibilis. De hoc vide que exposui in primo. distin. 3. quest. 6. ꝛ. 7. vide ibi. ¶ Sequitur in textu ibi. Et si arguas. hic instat probando ꝙ operatio includat essentialiter relationē ad obiectū. ꝛ maxie hic ꝓbat de aliq̃ opatiōe. ꝛ dicit aliq̃ opatio. puta illa que nō est obiecti existentis vt existentis non habet ad obiectum nisi relationem potentialem. nunc autem oportet coītelligere obiectum tanq̃ terminum actualis relationis: quia q̃ intelligit actum cognoscendi. oportet ꝙ coītelligat obiectum: non tm̄ vt cognoscibile: sed vt actu cognitū. igitur cognoscere importat relationem actualem: quia illa est relatio actualis que actu non potest intelligi nisi termino actu cointellecto. ¶ Respondet doctor. ꝙ relatio que quantum est ex parte fundamēti esset actualis: quia et fundamentum actuale: et propter non entitatem termini est potentialis ipsa denominat frequēter fundamentum vel subiectum quasi actualiter ieēt

Ad argumētū principale.

Nota de spē intelligibili.

Exemplum. conceditur ꝙ anima separata non est tm̄ inclinabilis ad corum: sed ꝙ inclinatur ad corpus. ⁊ tamen non non est ibi actualis inclinatio: quia terminus non est in actu scilicet corpus posito ꝙ corpus sit corruptum sed pro tanto actualiter denominat: quia quantū est ex parte anime actualiter inesset: sed non inest actu: quia terminus non est actu existens. Consimiliter dicitur ꝙ scientia practica dirigit: licz non sit actualis directio ſm̄ esse. puta. quando nulla alia potentia ab intellectu actualiter operatur nec dirigitur scd̄m eam. non enim scientia practica semper actu dirigit potentiam ad praxim: quia hoc non est de ratione habitus practici sed sufficit ꝙ sit directiua: vt patet a doc. in prolog. q. vltima ⁊ tamen conceditur ꝙ dirigit in praxim quod verum est q̄ꝫtum est ex parte fundamenti quod actu est positum: ⁊ si terminus esset in actu: tunc directio esset in actu. ¶ Consimiliter dicitur ꝙ albedo est mensura omnium colorum: ⁊ sic de p̄mo in quol. genere respectu posteriorum. licet aliquando nō sit actualis mensuratio propter defectuz termini: quia si nō ponitur mensurabile actu non erit actualis mensuratio. Similiter potest dici hic ꝙ quia relatio operationis ad obiectū semper quantum est ex parte eius inesset actu: quia fundamentum eius ponitur actu: et actu esset si terminus esset in actu ⁊ non est actu propter defectuz termini: ideo sub ratione eius quasi actualiter inherentis operatio intelligitur. et sic significat̄: ⁊ sic obiectū coitelligit̄ vt terminās actualē dependētiam. Istud quod dictum est verum esset si cointelligeretur semper obiectum sub ratione mensure: quia ratio mensurabilis est ibi potentialis: vt prius dictum est. nūc autem intelligendo operationem: oportet cointelligere obiectum tanq̄ꝫ illud quod attingitur per operationem. Doc. hic duo dicit. primuz ꝙ loquendo de relatione mensurabilis ad mensuram que ponitur relatio realis actualis in mensurabili si mensura est actu existens. ꝙ intelligendo actum intelligendi: siue ipsam operationem ex quasi significato nominis videtur intelligere relationem mensurabilis quasi in actu non ꝙ actu insit quando mensurat. scilicet obiectum nō est actu existens: sed quia quantum est ex parte fundamenti scz ipsius actus mensurabilis illa relatio actualis inesset. quia nihil deficit ex parte fundamenti ⁊ realiter iesset actu. si obiectum quod ponitur mensura esset in actu existens: et ideo propter defectum termini non intelligit ibi vere talem dependentiam realem actualem. scilicet mēsurabilis ad mēsuram: sicut patuit in alijs existentijs supra positis: quia intelligendo animam quasi intelligo ipsam actu inclinari ad corpus: que tamen actualis inclinatio non est quando corpus actu nō est: sed intellige ibi actualem inclinationē quātum est ex parte fundamenti. scilicet ipsius anime. Secundo modo est: ꝙ loquendo de relatione vnionis: siue attingētie ad obiectum. ⁊ hoc in actu cognoscendi abstractiue que necessario includit relationem rationis. scilicet relationem attingentie: non potest intellectus actu intelligere actū cognoscendi abstractiue: nec actu cointelligit ipsum obiectum tanq̄ꝫ illud quod attingitur per operationem ipsius potētie scilicet intellectus. ⁊ hoc patet tali exemplo: siue similitudine: scilicet. Si cognosco actum intelligendi abstractiue itelligo ꝙ est actus: siue operatio circa obiectum ergo cointelligo ipsum obiectum quod quidem per talem operationem attingitur. Sequitur: verius igitur videtur esse dicendum: ꝙ oportet obiectum cointelligi tali actui q̄ꝫ vt terminum attingentie: vel q̄ꝫ vt terminum mensurabilis. Et hoc manifeste patet. quia operatio attingentie qua mediante intellectus attingit obiectū requirit illud qd̄ attingitur: ⁊ in cognitione abstractiua: non oportet ꝙ ipsum obiectum actu existat: et hoc patet: qꝛ talis operatio non terminat̄ ad obiectū vt existens: vt supra patuit si operatio vt mensurabilis nō hꝫ sp obiectū existens vt mensuram: vt supra patuit. Ideo potest actu intelligi operatio: ⁊ nō cointelligi obiectum vt existēs. sed nō est sic de relatiōe attingētie: siue vnionis. Et dicit ꝙ ista attingentia est relatio rōnis in actu abstractiuo: sed qꝛ sub rōne illius attingentie relationis: siue relationis attigētie qd̄ idem est ꝯmuniter intelligitur: scilicet actus cognoscendi abstractiuus: ⁊ hoc attingentie actualis: licz illa non sit actualitas realis: sꝫ actualitas relationis rōnis: iō cōiter operatio significatur sub tali relatione actuali: ⁊ oportz obiectum cointelligi vt terminans talē relationem actualē. ¶ Sequit̄ ibi. Hinc ptz ꝙ illud Ari. in p̄dicamētis nihil phibet idē in pluribus gn̄ibus enuntiari: qd̄ non est verum de aliquo per se vno: sed de aliquo vno per accidens qd̄ etiam quandoq̄ꝫ vno noie significatur: sicut forte hoc nomen scientia: sed non propter hoc est verū ſm̄ diffinitionem scd̄m illd̄ 7. meta. ca. 3. diffinitio vero est: nō idem si nomen rationi significet. omnes. n. ratiōes essēt termini: hoc est diffinitiōes: ⁊ probando ꝯsequentiam subdit. Erit enim nomē qd̄ cuilibꝫ rationi idem. Quare et alias diffinitio erit. Vult dicere ꝙ tunc est vere diffinitio quando nomen. id est diffinitū significat idem qd̄ ratio siue diffinitio: vt hō significat humanitatem ⁊ animal rationale precise significat idē qd̄ homo. ideo homo ponit̄ vere diffinitum: ⁊ animal rationale ponitur ratio eius: siue diffinitio. Vnū vero per accidēs qd̄ necessario includit plura alteri⁹ ⁊ alterius generis: vel significat plura imediate: vt hoc nomē albū quod significat albedinem et hominē cui inest albedo: vel saltem vnum significat ⁊ aliud ꝯnotat. ⁊ sic album significat albedinem ⁊ connotat subiectū: ⁊ hoc est magis verū q̄ꝫ ponere ip̄m plura significare. et hoc pꝫ a doct. in lib. predicamentorū. Et ratio huius est: qꝛ ex subiecto ⁊ accidente nō potest fieri vnum per se. vt patꝫ. 8. meta. tex. com. sed tm̄ vnum per accidens. nunq̄ꝫ enim ex pluribus diuersorum generum potest fieri vnum ens per se in re: nec per ꝯsequens in conceptu: quia vnitas concept⁹ p se semper sumitur ab vnitate per se in re. Si ergo vnū p accidens nō potest per se significare vnum: sed vel duo: vl̄ vnū significare: ⁊ aliud quidem ꝯnotare. Sequitur ꝙ non potest proprie diffiniri: qꝛ diffinitio ⁊ diffinitum idem simpliciter significant. Et hic licet possem nōnulla adducere: ꝑpter multa mihi occurrentia: tm̄ quia facilia sunt non oportet multū immorari. Et qd̄ dicit de scientia que vno nomine significatur. vt patet. ⁊ tamen plura importat: quia scilicz importat entitatem absolutā de genere qualitatis ⁊ relationē ad scibile: ⁊ hoc vel actualē realē: vt ad scibile actu existēs: ⁊ hoc loquendo de rōne mensurabilis ad mensuram. Vel importat relationē rationis. scilicet vnionis: siue attingētie ad obiectū. quia notitia abstractiua tm̄ dicit relationem rationis ad obiectum: vt supra patuit: et proprie scientia est notitia abstractiua: vt alias exposui. Sciētia ergo erit i diuersis generibus: qꝛ vt includit qualitatē erit per se in genere qualitatis: ⁊ vt icludit relationē actualē realē mensurabilis erit per se in gn̄e relationis: ⁊ vt includit relationem ratiōis erit tm̄ reductiue in genere relationis: tenendo ꝙ relatio rationis tm̄ sit reductiue in genere relationis: vt doct. videtur tenere in predicamentis. Et cum dicit ꝙ scia ratione qualitatis est per se in genere qualitatis: intelligo ꝙ illa qualitas vel cōceptus illius sit per se in tali genere. Hoc idem dico de relatione. Si vero accipiatur scia vt includit simul vtrūq̄ꝫ: tunc ratione qualitatis est reductiue in genere qualitatis: ⁊ rōne relationis realis est reductiue in genere relationis. ¶ Ibi. Ex hoc posset intelligi dictum Auer. 7. phy. cōmen. 20. Dignius est inquit ꝙ sit de capitulo ad aliqd q̄ꝫ de qualitate. qd̄ forte verū est q̄ꝫtuꝫ ad illud qd̄ formalius est in significato noīs impositi ambobus: vl̄ illi toti p accn̄s qd̄ est absolutum sub respectu. Ex hoc etiam forte posset itelligi illud 5° meta. ꝙ aliqua dn̄r ad aliquid ſm̄ genus: vt medicina inquit eorum est que ad aliquid: qꝛ ipsius genus scia videtur esse eorum que ad aliquid: nomen forte speciei imponitur precise ad significanduꝫ qualitatem: ⁊ propter hoc non dꝛ ad proprium correlatiuum: nomen autem generis non imponitur precise ad significandum genus: siue qualitatem: sed ad significandum ipsam sub respectu. Et vult dicere breuiter ꝙ nomē speciei scientie scilicet medicina: que ponitur species scientie imponitur precise ad significandū qualitatem: ⁊ non imponitur ad significandum qualitateꝫ sub respectu ad aliud: nomen vero generis. scilicet scientie que ponitur genus non imponitur ad significandum precise qualitatem: sed imponitur ad significandum qualitateꝫ sub respectu ad aliud. scilicet ad obiectum.

¶ In isto articulo sunt multe difficultates: quas mō causa breuitatis transeo.

quō itelli. id phī nihil phibet idē in pluribus generibus enuntiari.

Questio Quarta decima.

AN anima sue naturali perfectioni relicta: possit cognoscere trinitatem personarum in diuinis. Et idem potest queri de angelo. ¶ Ad intellectuz huius questionis aliq̄ premittit doc. Prio de pfectiōe aie l̄ āgeli. Aia hūana ⁊ si in quocūq̄ꝫ statu siue nature institute siue destitute siue restitute hēat eā

Preābula ad q.

dem perfectionem naturalem intelligendo de illa quam ex necessitate nature requirit: tamen ad perfectionem naturalem supremam in solo tertio statu attingit in quo non tm̃ habebit supernaturalem perfectionem glorie: sed etiam perfectionem supremam ipsius nature. Nota ꝙ perfectio suprema naturalis anime est ꝙ sit soluta a corpore ꝙ in operando nullo modo indigeat corpore: nec sensu in corpore: imo vt sic: sic perfecte erit disponitur ad intelligendum sicut si ꝑfectionem naturalem intrinsecam. ⁊ hoc ponatur in corpore glorioso: tamen ad operandum operationes sibi proprias nullo indiget corpore: vt patet a doc. in primo. distinctione tertia. questione tertia. Et non intelligitur ꝙ anima in illo statu habeat aliquam perfectionem naturalem intrinsecam ⁊ positiuam quam prius non habuerit. Sed erit in perfectione suprema propter amotionem omnium impedimentorum: quia vt est alligata corpori pro statu isto non potest distincte intelligere aliquod mere intelligibile. vt patet a Doctore in primo. distinc. tertia. q. 3. ⁊ specialr̃ in. 2. di. vndecima. Sed vt in supremo statu poterit ex puris naturalibus intelligere omnia mere intelligibilia etiam cognitione intuitiua preter ipsum deum: cuius causa assignabitur in secundo articulo. Dicit ergo Doct. ꝙ posset intelligi. q. vel de illa perfectione naturali que semper habetur vel de ista suprema: ⁊ tunc in proprio intellectu bene proprie dicitur anima relicta ⁊c. Sed in secundo intellectu magis proprie queritur hoc modo. An anima ad perfectionem naturalem supremam reducta ex ista perfectione possit sic cognoscere trinitatem. Primus intellectus respicit animã absolute etiam pro statu nature destitute. De ipsa. s. ꝙ in statu nature destitute non potest ex puris naturalibus cognoscere trinitatem probauit Doc. in prima questione prolog. De ipsa vt in statu nature institute: patebit in secundo articulo. vbi probatᷣ ꝙ nec etiam vt in statu supremo. Ergo multo minꝰ nec ĩ statu nature institute in quo fuit Adam ante peccatum. Secũdus intellectus est de ipsa: vt precise in statu nature restitutẽ: siue vt in statu supreme perfectionis naturalis. Et licet proprie status nature restitute sit status glorie: non tamen questio intelligitur de anima: vt actu beata: quia vt sic actu videt trinitatem. Sed ip̃a vt est ĩ suprema perfectione naturali modo preexposito. ¶ Secundo premittit ꝙ animã posse cognoscere aliquod obiectum: vno modo potest intelligi ipsam posse recipere illam cognitionẽ. alio modo ipsam posse attingere in illam cognitionem ⁊ hoc vel ex se sola vl' saltẽ ex concursu causarum que nate sunt naturaliter concurrere ad illum effectum. Istorum duorum membrorum secundum infert primum: sed non econuerso: quia ad primum sufficit nuda capacitas quomodo lapis per oppositum non potest cognoscere: quia repugnat sibi recipere illum actũ. Ad secundũ requiritur ꝙ tali capacitati correspondeat aliqua causa etiam naturalis. quia vero difficultas est in secundo membro. q. (quia in primo membro ostensum est in prolo. q. prima quomodo intellectus noster etiam pro statu isto potest naturaliter recipere cognitionem cuiuscunq; obiecti) iõ de primo breuiter expediendo posset concedi ꝙ si intellectꝰ possibilis est propria potentia receptiua cuiuscunq; intellectionis: ita ꝙ licet requiratur aliquod preuium intellectioni non tamen tanq; potentia receptiua: vel ratio recipiendi: sicut superficies ponitur ratio recipiendi colorem. Tũc quodcunq; ens quod habet in natura sua intellectum possibilem põt ex natura sua cognoscere quodcũq; intelligibile: hoc est recipere intellectionem eius q̃tum est ex parte sui. Et qd̃ dicit de illo preuio: dicit quia in cognitione abstractiua req̃ritur species intelligibilis: vt probat in primo di. 3. q. 6. que tamen species: nec recipit illam intellectionem: nec est ratio recipiendi: vt alias exposui. Et forte in cognitione intuitiua substantiarum separatarum s̃m aliquos oportet ipsam animam eleuari per lumen supernaturale. De quo in primo di. 3. q. 3. ⁊ in quarto dist. 49. Sed quicquid sit illud non requiritur: nec vt medium receptiuum: nec vt ratio recipiendi: q2 tunc ipso lumine separato ab intellectu formaliter intelligeret: quia intellectio esset formaliter in illo. quod est impossibile. ¶ Tertio premittit ꝙ cognitio intellectiua de qua est questio potest intelligi dupliciter: scilicet perfecta aut imperfecta: ⁊ intelligo ad propositum non de perfectione intensiua quantum ad subiectum. id est in se considerata: ⁊ vt hñs esse subiectum: sed de perfectione ex parte obiecti: ꝙ scilicet illa intelligatur perfecta qua attingitur obiectum sub perfecta ratione sue cognoscibilitatis: hoc est per se propria ⁊ distincta. Et per oppositum imperfecta dicatur illa qua attingitur obiectum tm̃ per accidens: vel tm̃ in aliquo conceptu communi vel confuso concipitur obiectũ per accidens. Modo in proposito quando concipitur precise per aliquod quasi sibi accidens: vt cum concipitur deus non in se ⁊ distincte sed sub aliqua ratione attributali: vt expositum est in primo di. 3. q. 1. Et concipit̃ in conceptu cõmuni ⁊ confuso: vt cum concipitur in ente: vt concipiendo summum ens: vt explanatum est in primo di. 3. q. 1. ⁊ infra patebit p̃senti. q. ¶ Quarto premittit ꝙ cognitio distincta est duplex. mediata scilicet vel immediata. Dico immediatam quando obiectum nõ mediante aliquo alio obiecto intelligitur per quod vel in quo ĩtelligatur: ita ꝙ excluditur hic medium cognitum: non autẽ medium quod esset precisa ratio cognoscendi: vel intelligendi. Exemplum secundi quando obiectum cognoscitur per obiectum cognitum de passione que cognoscitur per obiectũ vt cognitum: ⁊ similiter relatio cognoscitur per extrema vt cognita: ⁊ oĩa obiecta secundaria cognoscũt̃ per essentiã diuinam vt cognitam: patet quando cognoscuntur ab intellectu diuino: ⁊ similiter talia obiecta cognoscuntur in ipsa vt cognita: vt infra patebit. Exemplum primi. patet. quia essentia vt essentia cognoscitur ab intellectu diuino immediate: ita ꝙ nõ requiritur aliud vt prius cognitum: tamen aliquando aliquid cognoscitur mediante alio non vt cognito: sed vt ratione formali cognoscendi: vt cum cognoscitur immediate homo mediante tamen ratiõe formali ipsius: loquẽdo de cognitione distincta ita ꝙ ratio formalis erit ratio causandi talem cognitionem: ⁊ ratio terminandi huiusmodi cognitionem. ¶ Ex istis sequitur ꝙ ad solutionem questõis tria sunt videnda. Primo de cognitione imperfecta. Secundo de perfecta immediata. Et tertio de cognitione mediata: ⁊ in quolibet istorum ad quam potest anima vel angelus attingere ex perfectione naturali vno modo vel alio modo intellecta. Et sic patet titulus huius questionis ⁊c. De articulatio. q.

Primꝰ articulus.

De primo articulo premittit vnum. scilicet ꝙ intellectus secundum philosophum tertio de anima habꝫ duplicem operationem. scilicet intelligentiam simplicium et intelligentiam complexorum. scilicet componere et diuidere ĩtellecta: et prima põt esse sine secunda et nõ econuerso. Componere enim extrema in propositione affirmatiua presupponit extremorum cognitionem. Et similiter diuidere: vt in propositione negatiua. Et hanc diuisionem premittit doc. q2 stat ꝙ intellectus cognoscat extrema alicuius ꝓpositionis: ⁊ ꝙ tñ non sit certus de veritate ꝓpositionis. Stat eñ ꝙ intellectus cognoscat summũ ens: ⁊ silr̃ summam trinitatem: ⁊ ꝙ tñ dubitet an sit aliqd̃ ens etiam summum: qd̃ sit trinũ ⁊ vnum. Et ideo doc diuidit hũc articulum in duos: in primo querit de simplicium intelligentia in secundo de complexorum intelligentia. ¶ De primo dicit ꝙ anima ex perfectione naturali etiam quã habet in statu isto qui est inter tres status infimus: potest habere intellectionem imperfectam istorum terminorum deus ⁊ trinus: non aũt perfectam. Potest enim ex cognitione huius entis abstrahendo cognoscere ens s̃m se: ⁊ sic de bono: ⁊ h̃ illo mõ quem tangit Aug. 8. de tri. c. 5. Bonum hoc bonũ illud tolle hoc ⁊ tolle illud: ⁊ vide ipsum bonũ si potes vtiq; deum videbis. Et ibidem inferius satis patet ꝙ non solum p̃t deus cognosci in isto conceptu boni quasi confuso: sed in conceptu quodammodo ꝓprio si intelligitur bonum ꝑ essentiam. vel bonum summum. Unde ait inferius. si posteris sine illis que participatione boni bona sunt perspicere ipsum bonum cuius participatione sunt bona: ꝓspexeris deum. ¶ Consimiliter per hoc verum potest intelligi ip̃m verum. ⁊ s̃m Aug. ibidem. c. 2. Deus veritas est: cum d2 veritas mane si potes in intellectione veritatis: ⁊ si intelligis veritatem non tm̃ in communi: sed per essentiam: iam habes conceptum quodammodo proprium deo. Breuiter dico ꝙ quodcunq; transcendens per abstractionem a creatura cognita potest in sua indifferentia intelligi: et tunc concipitur deus: sicut animali intellecto homo intelligitur. sed si tale transcendẽs ĩ communi intelligitur in ratione alicuius superioris perfectionis puta summum: vel primum: vl' infinitum iam habetur conceptus deo proprius quod nulli alij conuenit.

¶ Consimiliter abstrahendo a numero proprie accepto. q̃ scilicet est quantitas discreta rationem proprie discretionis haberi potest cõceptus eius quod est trinitas: ⁊ ad istũ modum acquirendi cognitionem simplicium istorum terminorum: deus ⁊ trinus sufficit natura anĩe etiam in hoc statu. Et hoc probatur primo: quia fidelis ⁊ infidelis ꝯtradicentes sibi de hac ꝓpositione. Deus est trinus ⁊ vnꝰ. non tm̃

contradicunt sibi de nominibus: sed de cōceptibus quod nō esset nisi vterqꝫ in intellectu suo haberet conceptum terminorum: vt exposui prima. q. prolog. ¶ Secundo probatur: quia fides que distinguit istum ab illo: cum non sit habitus inclinans ad assentiendum ex natura terminorum nō est ratio noscendi terminos: sed presupponit eorum notitiam: et pꝫ: qꝛ fides est tm̄ de complexis: vt expositum est in prima. q. prolog. Inclinat enim tm̄ ad assentiendum complexo nō ex ratione terminorum cum per fidem termini non cognoscantur. ¶ Tertio potest idem ostendi: quia abstractio entis ab hoc ente ⁊ summi ab hoc summo ī sensibilibus est naturalis ⁊ ista duo sibi coniuncta non habent repugnantiam ꝓpter quod ratio ista: ens summum non est ratio ī se falsa. sicut loquitur philosophus 5°. meta. c. de falso ꝙ illa ratio est in se falsa cuius partes includunt repugnantiam vt animal irrationale ⁊ illa non potest concipi aliquo actu simplici intellectus propter incompossibilitatem terminorum: quia incompossibile non est intelligibile: vt exposui supra. q. 3. ⁊ per oppositum ista: ens summuꝫ potest vno actu concipi. quia vnū non repugnat alteri: vt patet. ¶ De secundo principali. in isto prīo arti. scilicet de complexione terminorum vbi videndum est qualiter habens notitiam de predictis terminis. scilicet deus ⁊ trinus possit ex natura sua cognoscere veritatē huius propositionis. deus est trinus. Et cum possit de complexione illa haberi notitia credulitatis vel scientie: ⁊ hoc vl' scientie propter quid: vel quia videndum est que istarū posset haberi de isto complexo. Deus est trinus. An scilicet habita naturaliter cognitione terminorum scilicet dei et trini possit quis naturaliter scire euidenter propter quid hanc deus est trinus. Et posito ꝙ non propter quid. an euidenter possit illam demonstrare demonstratione quia. Vel an possit certitudinaliter credere hanc. ita ꝙ de illa complexione via naturali possit habere fidem acquisitam. Dicit doct. primo ꝙ notitia credulitatis potest haberi etiam via naturali. Et hoc probat: ⁊ anteqꝫ adducat probationem: pro maiori intelligentia premitto aliqua. Primo ꝙ credens alicui de aliqua complexione: necessario prius habet in se notitiā terminorum. scilicet illius complexionis. Docens enim veritatem huius. Deus est trinus ⁊ vnus: nō potest īmediate causare notitiam terminorum: nec notitiam complexionis: sꝫ bene intellectus prehabens notitiam terminorum a doct. extra potest excitari ad componendum istam: deus est trinus qua composita statim cognoscit illam. Sed quia illa nō est euidens ex terminis: ideo non assentit firmiter illi tanqꝫ vere ratione terminorum. nec similiter assentit illi firmiter propter aliquam complexionem īmediatam prius notā in qua virtualiter contineatur sicut conclusio demonstrabilis ꝓpt quid virtualiter continetur in premissis per se notis cum nō cognoscat intellectus pro statu isto naturaliter aliquam immediatam in qua virtualiter contineatur ista: vt supra in ꝓlo. q. 1. ostensum est. potest ergo assentire firmiter illi cōplexioni vt vere: quia credit testimonio alterius ipsam cōplexionem firmiter asserenti tanqꝫ veram. Sicut si haberem notitiam horū terminorum albedinis. ⁊ pape: sic in ꝯiuni possem in me formare hanc complexionem papa est albus: tamen firmiter non assentirem huic vt vere: quia non esset mihi nota euidenter ex terminis: possum tamen assentire illi vt firmiter vere: possum etiam firmiter credere alteri mihi asserenti illam veram tm̄: puta: quia credo firmiter hunc esse veridicē ⁊ si asserat ipsam esse veram: quia ipse vidit oculis ꝓpriis papam actu album: ⁊ sic firmiter possuꝫ assentire illi vt vere: quia firmiter credo testimonio fidedigno. Sic in proposito. Et quomodo doct. extra doceat intellectum nostrum: vide que exposui in secundo dist. 11. Secundo premitto: ꝙ qn̄ dicit doc. de ista deus est trinus: ita ꝙ ex naturalibus potest terminos cognoscere: non debet intelligi ꝙ cognoscit istos terminos in se nec intuitiue: nec abstractiue: qꝛ tūc cognosceret ipsum deum distincte: ⁊ sic cōplexio posset esse sibi nota etiam propter quid naturaliter vt ostensum est in prolo. q. 1. Sed cognoscit aliquod ens in confuso: quod nominat deum: ⁊ sic format hanc cōplexionem: aliquod ens est trinuꝫ ⁊ vnum: ignorando tamen illud ens in se: sicut exposui. q. 1. ⁊. 3. prolo. ista enim. aliquod ens est trinum ⁊ vnum etiā terminis sic confuse conceptis est vere credita. Ideo habitis terminis potest in se formare complexionem istam. Deꝰ est trinus ⁊ vnus: ⁊ assentire illi vt vere: quia credit firmiter alicui testimonio: cui plenam adhibet fidem: ⁊ sic ex frequētatis actibus potest in se generare habitum fidei acquisitum: qui inclinet prompte: faciliter: ⁊ expedite ad actum credēdi Tertio premitto ꝙ actus credendi proprie non est actus in-

declaratio ꝓpulchra līe quō intelligit aliquē natura liter posse hr̄e fidē acquisitam.

telligendi quo actu intelligit ipsaꝫ. Deus est trinus: sed est actus assentiendi quo firmiter assentit illi vt vere: ⁊ vt est actus acquisitus ex puris naturalibus est actꝰ assentiendi firmiter illi: vt vere: non absolute: sed quia firmiter credo testimonio alterius ipsam firmiter asserenti vt veram: non ꝙ aliquo modo mihi demonstret illam: quia tunc non assentirem illi propter testimonium fidedignum: sꝫ propter propositiones prius notas ⁊ euidentes. Probat ergo doct. quomodo quis potest naturaliter habere fidem acquisitam: quia scḋꝫ Aug. 11. de ci. dei. c. 3. Ea que remota sunt a nostris sensibꝰ quoniam nostro testimonio scire non possumus: de his alios testes requirimus eisqꝫ credimus a quorum sensibus remota esse vel fuisse non credimus. Et idem. 15. de tri. c. 13. vl' 23. Absit vt scire nos negemus que testimonio didicimꝰ aliorum: alioquin nescimus esse oceanum: nescimus esse terras atqꝫ vrbes que celeberrima fama commendat. ¶ Ex his ⁊ similibus auctoritatibus eius habemus ꝙ credere possumꝰ testimonio aliorum etiam tam firmiter vt illud credere dicatur apud eum scire: igitur magis possumus ⁊ magis credere debemus testi. magis veraci: ⁊ adhuc magis communitati qꝫ persone singulari. Nunc autem ecclesia catholica est cōmunitas maxime verax: quia illa maxime veritatem cōmēdat ⁊ mendacium reprehendit: igitur eius testimonio certissime credi potest: ⁊ precipue in illis in quibus illa plus damnat mendacium: puta de his que sunt fidei ⁊ moruꝫ. Potest igitur viator ex natura sua audita ⁊ intellecta ꝯmuni doctrina ecclesie firma credulitate assentire his que ipsa docet de fide ⁊ moribus inter que principale est de trinitate ī diuinis De ista credulitate acquisita videtur accipi illḋ ad Ro. 10. Fides ex auditu scilicet sane doctrine christi: de qua subdit auditus autem per verbum christi. de ista etiam potest accipi illud Augu. contra epistolam fundamenti. Ego inquit euangelio non crederem nisi me ecclesie auctoritas compelleret. ¶ Sed vltra istam fidem acquisitam habemus fidem infusam: ⁊ ad illam habendam: licet possit homo ex naturalibus se disponere: non tamen ex natura intrinseca: nec etiam concurrentibus quibuscunqꝫ causis naturaliter motiuis intellectus ad eam potest attingere: quia eaꝫ solus deꝰ infundit qui nō est causa naturaliter motiua intellectꝰ creati. Hic tm̄ aduerte qn̄ doc. dicit ꝙ quis p̄t naturaliter se disponere ad fidem infusam: hoc non debet intelligi sic absolute quasi homo ex puris naturalibus possit immediate ꝓducere dispositionem q̄ ex natura rei sit dispositio ad illaꝫ: qꝛ non est verum: sed sic intelligitur ꝙ deus ordinauit aliquos actus esse dispositionem ad fidem infusam: ad quos actus homo ex puris naturalibus attingere p̄t. Sicut clare exposui in quarto. di. 14. q. 2. qūo ex puris naturalibus pōt se disponere ad gratiam. vide ibi: ⁊ etiam in secundo. di. 5. q. 2. q̄. q. est de reportatis parisius. ¶ Deinde doc. comparat fidem infusam ⁊ acquisitam inuicem. Et primo ponit cōuenientiam: ⁊ secundo differentiam. Primo dicit ꝙ comparādo infusam acquisite quo ad actum credendi in hoc conueniunt ꝙ quando insunt eidem anime actus vnus ⁊ ideꝫ credendi elicitur sm̄ inclinationem vtriusqꝫ non ꝙ vnus eliciatur sm̄ acquisitam ⁊ alius precise sm̄ infusaꝫ quasi sint duo actus credendi: sed tm̄ est vnus ⁊ idem: ita actus credendi elicitus a potentia non elicitur quin ad eundem sꝑ vtraqꝫ fides inclinet quando simul insunt ille fides. Et hoc ostendit: qꝛ quando sunt due forme que naturaliter inclinant ad actum in eodem operante vtraqꝫ quantum est de se necessario ⁊ semper inclinat ad actum. Et ideo quandocunqꝫ actus elicitur: elicitur sm̄ inclinationem vtriusqꝫ. patet. quia si in eodem oculo essent due forme inclinantes ad actuꝫ videndi precise circa idem visibile: potentia visiua agēs sm̄ illarum formarum inclinationem ad actum videndi precise produceret vnum actum videndi respectu eiusdem visibilis: sic ꝙ vtraqꝫ precise inclinaret ad illum eundem actum: immo si essent mille tm̄ ad vnum inclinarent. An modo isti habitus fidei acquisite ⁊ infuse vltra inclinationem habeāt etiam actiuitateꝫ respectu actus credendi: hoc non est presentis speculationis. Vide tamen que dicit Doctor in primo. dist. decimaseptima. de habitibus. ¶ Sequitur in littera. Et si per hoc quod est actum credendi inniti fidei isti intelligatur actum elici sm̄ inclinationem eius: tunc concedendum est ꝙ actus credendi innititur vtriqꝫ fidei quia actus ille credendi elicitur a potentia sm̄ inclinationē vtriusqꝫ fidei: quando simul insunt potentie. ¶ Secundo ostendit in quibus differant adinuicem scilicet fides acquisita et infusa. Et primo dicit sic. Est tamen differentia vna qꝫtuꝫ ad hoc quod est actum elicere ista scilicet ꝙ ex fide acquisi-

Not. declaratio. qūo ītelligat qs ex puris naturalibꝰ se disponere ad fidē īfusā.

Qūo fidei īfusa ⁊ acq̄sita diffīt.

ta: etiam si sola insit potest elici actus credendi sicut certis
articulis testimonio fidedigno asserentis: ad que tamen nō
inclinat fides infusa. Hereticus etiam in vno articulo dissē
tit alijs articulis credendo: non ex fide infusa: cum illa non
possit stare cum heresi: ⁊ hoc de potentia dei ordinata: secꝰ
de absoluta. De hoc alias. Sed ex fide solum infusa non po
test quis elicere actum credendi: ⁊ hoc de lege ꝯmuni: licet
deus fidei infuse assistendo posset mouere intellectum ad as
sentiendum actualiter illi ad quod fides infusa inclinat. Sꝫ
tunc forte non ex sola inclinatione fidei istius eliceretur actꝰ
ille: scilicet assentiēdi: sed ex motione diuina: ⁊ multomagis
de lege ꝯmuni ex sola fide infusa non potest haberi actꝰ cre
dendi: hoc patet de puero baptizato: quia si postea nutrieṫ
in deserto: vel inter infideles: ⁊ nullam haberet doctrinam
de credendis nunq̄ȝ actum rectum credendi eliceret. Et ra=
tio est: quia fides infusa inclinat ad credendum ea que non
habent euidentiam ex terminis: nec includunt aliquam eui=
dentiam connexionis terminorum: si termini sint apprehen
si ex sensibus. ¶ Contra: nec fides acquisita includit ta=
lem euidentiam. Respondeo sm̄ aliquos ꝙ saltem includit
euidentiam de terminis qualis dicta est prius. s. illa que ha
beṫ sufficienter ex auditu: ⁊ euidentiā que est non repugnā=
tia terminorum. ¶ Alia differentia est quantū ad hoc ꝙ est
animam inniti fidei: quia fides infusa nō potest inclinare ad
aliquod falsum. inclinat autem virtute luminis diuini cuius
est participatio: ⁊ ita non nisi ad illud quod est conforme illi
lumini diuino. Actus igitur credendi inq̄ȝtum innititur isti fi
dei non potest tendere in aliquod falsum. Sed fides acquisi
ta ꝯmuniter inititur testimonio qui testis posset deficere: et
ideo illa fides non tribuit actui credendi inq̄ȝtum sibi initiṫ
ꝙ non possit sibi subesse falsum. frequenter tamen sibi non
subest falsum quando. s. testis eius testimonio inititur in te
stificando illud sit verax. Et dixi ꝯmuniter: quia deo imme=
diate reuelanti posset quis credere credulitate acquisita si
aliud non sit magis verum reuelari a deo q̄ȝ actum creden=
di vel noscendi causari imediate ab eo: in eo cui fit reuelatio
Et quandocunq̄ȝ ad idem inclinant fides infusa ⁊ acquisita
tunc necessario acquisite non subest falsum non ꝙ hec neces
sitas sit ex ipsa fide acquisita. sed infusa concurrente cū ipsa
ad eundem effectum. Innititur igitur actus credēdi fidei in
fuse tanq̄ȝ regule ⁊ omnino infallibili a qua actus habeat ꝙ
non possit esse falsus. sed initituг acquisite tanq̄ȝ regule mi=
nus certe: quia non per illam repugnaret actui ꝙ esset falsꝰ
vel circa falsum obiectum. ¶ Contra istas differentias po
test argui sic. qn̄ ad eundem actum concurrit regula fallibi=
lis cum regula infallibili ille actus non erit infallibilis: pro
batur per simile: quia ex duabus premissis quarum vna est
necessaria ⁊ alia contingens non sequitur conclusio necessa
rio: ⁊ ratio est quia quod dependet ex pluribus nō potest eē
perfectioris conditionis quocunq̄ȝ illorum: nunc autem qui
cunq̄ȝ actus credendi ad hoc ꝙ eliciatur dependet a fide ac
quisita mouente. igitur si illa sit fallibilis nunq̄ȝ actus elicitꝰ
erit ex principio tali quin sibi possit subesse falsū. ¶ Rn̄deo

Nota hic valde de inclinatione fidei infuse ⁊ acquisite

ad quodcunq̄ȝ inclinat lumen fidei īfuse illud est determina
te verum. Si autem ad idem simul inclinat aliud quod quā=
tum est de se posset inclinare in falsum non ab illo alio vt ta
le: si ab isto lumīe haberet ꝙ in illo actu non sit deceptus.
Sed non est sic de conclusione illata ab vna de necessario ⁊
alia de contingente: quia veritas cōclusionis ⁊ euidēs vnio
extremorum in conclusione est precise ab vnione extremoꝝ
in premissis: ⁊ quia extrema in premissis non habent simpli=
citer necessariam ꝯnexionem: licet vna premissa sit de neces
sario ⁊ alia de contingenti. Sicut hic. omne animal currit.
omnis homo est animal. nam in istis premissis maior ⁊ mi=
nor extremitas non haberet simpliciter necessariam conne
xionem: vt patet. quia currit ⁊ homo non necessario conne=
ctuntur: ideo in conclusione non sequitur necessaria conne=
xio: non. n. maior vnitas extremorum potest concludi in con
clusione q̄ȝ in premissis: vt expositum est in primo dist. 2. par
te. 2. q. 1. respondendo ad primum argumentum principale
conclusio. n. precise sequitur ex premissis pro quanto extre=
ma conclusionis connectuntur in premissis. Sed in proposi
to actus qui est ab inclinatione fidei infuse est necessario et
determinate verus. ⁊ ideo quicquid aliud cōcurrit cum fide
infusa semper ille actus erit determinate verus: etiam posi
to ꝙ fides acquisita inclinaret ad actū cui posset subesse fal
sum. quia potentia nunq̄ȝ eliceret talem actum prout esset
sm̄ inclinationem fidei acquisite: sed precise eliceret scd̄m in
clinationem fidei infuse. ⁊ ideo nunq̄ȝ posset talis actus esse
fallibilis siue falsus: non. n. veritas actꝰ est precise ꝓpter cō
nexionem habituum inclinantium: sicut veritas cōclusionis
est precise propter connexionem extremorum in premissis:
et ideo patet quomodo similitudo illa non tenet. ¶ Tertia
differentia posset poni que conuenit cum prima: que. s. est ꝙ
non percipio me inclinari per fidem infusam ad actum siue
scd̄m illam elicere actum: sed tm̄ percipio me assentire scd̄m
fidem acquisitam: vel eius principium. s. testimoniū cui cre=
do: quia si perciperem me habere actum scd̄m fidem infusaȝ
⁊ cum hoc scirem ꝙ scd̄um fidem infusam non potest haberi
actus nisi determinate verus perciperem ꝙ actus meus nō
posset esse falsus: quia ex hoc sequitur ꝙ perciperem ꝙ obie
ctum actus non posset esse falsum: ⁊ tunc scirem illud. i. in=
fallibiliter cognoscerem illud esse verum quod nullus expe=
ritur in se vt credo q̄ȝtumcunq̄ȝ aliquis habeat vtrāq̄ȝ fideȝ
⁊ scd̄m vtranq̄ȝ assentiat: tm̄modo igitur credimꝰ in vniuer
sali ꝙ tendens in aliquod complexum scd̄m inclinationem
fidei infuse in hoc non posset errare. quis autem et quando
scd̄m eam tendit: nec ipsemet tendens scit: nec alius: nec ali
quis certitudinaliter experitur. Sicut etiam patet de habē
te habitū charitatis infuse ⁊ charitatꝭ acq̄site q̄ȝuis sciat se
elicere actuȝ scd̄m charitatem acquisitā: quia percipit se pro
pte: expedite: faciliter: ⁊ delectabiliter illum elicere. que sūt
conditiones habitus acquisiti ⁊ non infusi: vt patet a doct.
in primo dist. 12. tamen anteq̄ȝ scit: ⁊ hoc de lege communi se
elicere illum actum scd̄m habituȝ charitatis infusum: quia
tūc esset certus se eē in charitate: sed tm̄ sit in vniuersali sci
licet ꝙ actus elicitus: scd̄m īclinationem charitatis infuse ē
vere meritorius ⁊ dignus vita eterna: vt patet in primo di.
17. Sic dicendum est in ꝓposito. ¶ Contra hoc arguit doc.
auctoritatibus Aug. probando ꝙ habens fidem īfusam co
gnoscat se habere illam: ⁊ per consequens percipiat se ope=
rari scd̄m illam. Unde Aug. 13. de tri. c. 1. Non sic inquit vṫ
fides in corde in quo est ab eo cuiꝰ est: sꝫ tenet eā certissima
scia: clamatq̄ȝ ꝯscia. Et post. illd̄ qd̄ credere iubemur vide=
re nō possumꝰ: ipsam tm̄ fidem qn̄ est in nobis videmus in no
bis. ¶ Rn̄det ꝙ intelligit sic fidē videri quomodo concediṫ
animam semper se noscere. non semꝑ ꝙ sit actus elicitus: sꝫ
quia semꝑ est ꝑfecta presentia obiecti actu intelligibilis: vn=
de subdit ibi. rerū absentiū presens est fides ⁊c. Ita ꝙ gn̄a=
liter illud ad qd̄ habet anima potentiam accidētale ꝓpin=
quaȝ noscendi hoc. Aug. dicit eā noscere. Hic tamē Aduer=
te ꝙ cōiter quando obiectū est actu presens potētie in rōne

bona declaratio.

obiecti actu intelligibilis: ꝙ ipsa potentia statim p̄t exire in
actum: qꝛ tunc ipsum obiectum: vt sic presens cum potētia
sunt perfecta memoria fecunda: ⁊ per ꝯn̄s ex hac expositio
ne auctoritatis sequitur ꝙ intellectus non tm̄ ꝓ statu isto
potest cognoscere ipsam fidem in se: sed etiam ipsam aīaȝ:
qd̄ tn̄ doc. negat hic de aīa: ⁊ supra in ꝓlo. q. 1. ⁊ in primo.
d. 3. q. 3. Et ꝙ memoria perfecta sit quando obiectum est p̄
sens perfecte in ratione obiecti actu intelligibilis ipsi potē=
tie. patet a doc. in primo. di. 2. parte. 2. q. 3. dist. 3. q. 7. et in
secundo. d. 1. q. 1. d. 3. q. 10. ⁊ disti. 9. ⁊ in quoli. ⁊ in pluribus
alijs locis: vide q̄ ibi exposui. Dico ergo ꝙ doct. accipit hic
obiectum esse presens vt actu intelligibile non ꝙ īmediate
ꝓ statu isto possit mouere potentiam: qꝛ bene sequeretur ꝙ
posset actu ītelligi. Sed sic est presens presentia reali. ꝙ si
intellectus non esset alligatꝰ statui isti. statim posset illd̄ in
telligere: qꝛ solutus ab isto statu (quem deꝰ ordinauit. s. sta
tuendo ꝙ intellectus non possit immediate moueri a mere
intelligibili etiam perfectissime presenti. nec etiā ab aliquo
sensibili immediate: vt patet in primo: di. 3. q. 3.) nullū esset
impedimentuȝ quin actu posset illud intelligere. Dico ergo
ꝙ fides est sic realiter presens intellectui in ratione obiecti
intelligibilis: ꝙ q̄ȝtum est ex parte sua non posset esse ma=
gis presens: ⁊ actu q̄ȝtum in se est esset in maxima propin=
quitate ad mouendum intellectum ad sui notitiam: ⁊ simili
ter intellectus posset immediate concurrere vt altera par=
tialis causa ad actum intelligendi. ita ꝙ nec ex p̄te intelle=
ctus: nec ex p̄te obiecti est aliqd̄ impedimentū nisi p̄cise or=
dinatio volūtatis que ordinauit ꝙ pro statu isto nullo mō
possit immediate moueri: nec a seipo: nec ab aliquo mere in
telligibili: vt patet. dist. 3. primi. ¶ Ibi. Aliter diceretur.
Dat doc. aliam responsionem ad auctoritatē dicit ꝙ Aug.
accipit fidem pro actu credendi: de qua ibidem parum post
subdit. Aliquando inquit rebus falsis accōmodatur fides:
hoc est aliquis actus credendi: ⁊ sic eliciens actum fidei p̄t
ipsum actu reflexo cognoscere illum: tamen credo ꝙ prima
responsio magis sit ad mentem Aug. ¶ Secundo doct. in
isto primo articulo ostendit: quomodo intellectus noster ꝓ
statu isto: nec etiam pro quocunq̄ȝ statu accipiendo ipsum
ītellectū mere ꝓ potētia naturali nullo supnaturali cōcur
rēte nō possit cognoscere trinitatē: nec demōstrare demon=

stratione quia:non.n.potest scire illud de causa demonstratione quia:quo circunscripto remanet in causa quicquid est necessarium ad causam:sed circūscripta per impossibile trinitate haberet quicquid necessarium est in deo ad causandū creaturam:quia ꝛ principium formale causandi perfectum ꝛ completum:ꝛ suppositum habens illud principium formale perfectum. Videtur autem ad causationem sufficere suppositum perfectum habens principium formale perfectum. Et nota ꝙ si hic doct. per impossibile circunscribat omnes ꝑsonas diuinas:ꝙ tunc accipit suppositum perfectum ꝓ aliquo per se stante simpliciter : licet non incōmunicabiliter:et sic deus est suppositum perfectum:quia simpliciter ꝑ se stās licet tamen cōmunicabiliter. Et hoc est quod dicit doct. in ꝑmo dist.4.q.2.ꝙ hec est primo vera. Deus creat:prout ly deus nō supponit pro aliq̄ persona.sed pro hoc deo singulari ꝛ tunc ratio formalis creandi in ipso deo esset voluntas eiꝰ: vt patuit in secundo dist.1.q.1.ꝛ quol.q.7. Si autem intelligit ꝙ sola persona patris maneat adhuc ipse pater posset creare ita perfecte sicut ꝛ nunc creat:quia esset suppositum perfectum habens perfectum principium creandi.scilicȝ voluntatem perfectissimam. De hoc vide doc. in secundo.di.1. q.1. Sed in ꝓposito per effectum vt effectus est deuenitur precise in cognitionem cause pro quanto dependet ab illo. Modo effectus non dependet ab eo vt trino : sed a deo vt vno:vt patȝ in prologo.q.1.ergo sequitur ꝙ intellectus per notitiam effectus non cognosceret trinitatem. ¶ De tertio principali.in isto articulo.scilicet de scientia propter quid dicit ꝙ non potest modo anima ex puris naturalibus attingere ad deum trinum propter quid:quia notitia eius quod est propriissimum subiecto non continetur virtualiter primo et eminenter nisi in per se ꝛ proprio conceptu subiecti vel in ipso subiecto sic concepto. Sed esse trinum est huiusmodi respectu dei : igitur non potest sciri propter quid de deo:nisi habito tali conceptu dei:sed talis nō habetur pro statu isto de lege cōmuni. Probatur maior:quia tale propriū:aut sciretur de subiecto proprio ꝛ per se concepto:ꝛ tunc patet veritas maioris. Aut sciretur de subiecto concepto in vniuersali vel indistincte:ꝛ de ipso sic concepto non potest sciri ꝓpter quid:nisi per conceptum illius proprium ꝛ distinctum. Exemplum.esse primam figurā non potest sciri propter q̄d de aliqua figura in cōmuni:nisi per medium proprium.scilicet per rationem circuli:nec mirum:quia predicatum ꝓpriū ad hoc ꝙ sciatur propter quid requirit medium propriū. Et circa hec omnia scilicet quia ꝛ propter quid:vide que exposui in.q.1.prolo.

Nonnulla dubia circa primū articulum.

In litera huius primi articuli occurrunt nonnulla dubia.primo in hoc. Anima ex puris naturalibus potest ex cognitione huius entis abstrahendo cognoscere ens i se. Et similiter et cognitione huius boni potest cognoscere bonum in se. Et similiter abstrahendo a numero proprie accepto quis est quantitas discreta rationem proprie discretionis haberi potest conceptus eius quod est trinitas. Et similiter quodcunq; transcendens per abstractionem a creatura cognita potest in sua indifferentia intelligi:ꝛ tunc concipitur deus quasi confuse sicut animali intellecto homo intelligitur.

secūdū dubiū. ¶ Secundo dubitatur in hoc.s.ꝙ quādo simul insunt fides acquisita ꝛ infusa ipsi aīe actus vnus ꝛ idem credendi elicitꝰ ſm iclinationem vtriusq;:quia quando sunt due forme que naturaliter inclinant ad actum in eodem operāte vtraq; quantum est de se necessario ꝛ semper inclinat ad actū.ꝛ ideo qñcunq; actus elicitur.elicitur ſm inclinationē vtriusq;.

tertiū dubiū. ¶ Tertio dubitatur in hoc.s.ꝙ ex sola fide infusa quis non pōt elicere actū credendi ꝛ hoc de lege cōmuni:qꝛ fides infusa inclinat ad credendū ea que non habent euidētiam ex terminis:nec includunt aliquam euidentiam connexionis terminoꝝ si termini sint apphensi ex sēsibꝰ.

qrtū dubiū. ¶ Quarto dubitatur in hoc.s.fides infusa non potest inclinare ad aliquod falsum:qꝛ inclinat virtute luminis diuini cuius est participatio:ꝛ iō non nisi ad illud qđ est conforme illi lumini diuino. Et fides acquisita potest iclinare ad aliquod falsum.

qntū dubiū. ¶ Quinto dubitatur in hoc.videlicet ꝙ quandocunq; ad idē inclinat fides infusa ꝛ acquisita:tūc necessario acquisite non subest falsum:non ꝙ necessitas sit ex ipsa fide acq̄sita:sed infusa concurrente cū ipsa ad eundem actum.

sextū dubiū. ¶ Sexto dubitatur in hoc.s.ꝙ non percipio me inclinari in actum ꝑ fidem infusam siue ſm illā elicere actū:sed tm̄ percipio me assentire ſm fidem acquisitam:vel eius principium.s.testimonium cui credo.

septimū dubium. ¶ Septimo dubitatur in hoc videlicet ꝙ non potest aliquis ex puris naturalibꝰ cognoscere trinitatē demōstratione qꝛ:circunscripta per impossibile trinitate haberetur quicquid necessarium est in deo ad causandū creaturaȝ.

octauū dubium. ¶ Octauo dubitatur in hoc.s.ꝙ anima ex puris naturalibus non potest scire propter quid trinitatem de ipso deo.

ꝯtra primū. ¶ Contra primum:ꝛ primo contra primam partem: probatur ꝙ anima ex puris naturalibus non potest ex cognitione huius entis abstrahendo cognoscere ens in se.

ꝑmo istaꝛ. Et primo instatur sic.quero a quo immediate causatur cognitio entis in se ex cognitione huius entis:puta huius albi: aut immediate causatur ab hoc albo cognito:aut ab hoc albo absolute aut a q̄ditate albedinis:vt priore sua hecheitate:ꝛ hoc aut cognita:aut absolute sumpta:aut specie intelligibili albedinis:aut specie intelligibili entis in se. Hec diuisio videtꝛ sufficiens:sed nullo istorum modorum causatur cognitio entis in se. Non primo:quia pro statu isto nullum singulare immediate mouet intellectum: nec ad notitiam sui:nec aliorum. Tum etiam:quia vt cognitum habet esse tm̄ ſm quid: albū etiam absolute acceptum non est presens intellectui:nec ꝑ se loquendo de albo singulari:nec ſm aliquam speciem propriam:quia pro statu isto non habetur species intelligibilis singularitatis sub ratione propria. Non secundo:quia quidditas vt cognita habet esse diminutum:ꝛ per consequēs vt sic non potest mouere intellectum:nec ad sui:nec aliorū notitiam. Nec similiter ipsa quiditas absolute sumpta quia vt sic non est presens intellectui. Non per speciem intelligibilem.vt patet a doct. in primo distinctione tertia questione sexta.ꝛ vt sic habet esse tm̄ diminutum: quia tm̄ esse representatum. Nec tertio:quia si species itelligibilis albi causat partialiter notitiam entis in se. Hoc non est possibile nisi prius in eodem intellectu causet notitiam omnium aliorū que immediatius se habent ad album: quia semper prius causat notitiam perfectiorem q̄ possit:vt patet a doc. in primo dist.3.q.2.ꝛ sic prius causaret notitiam albi:coloris:qualitatis:absoluti:ꝛ sic ascēdēdo: quod tamē non videtur. Tum etiam:quia species propria albi est eadem ipsi albo. patet: quia per ipsam tm̄ ipsum album est presens ꝛ nihil aliud:alter idem simul esset representatiuum magis et minus communis:quod non videtur scōm doct. in primo distinc. tertia q.6.contra Hen. Non quarto quia tūc quero a quo illa species entis in se sit causata.non a fundamento:qꝛ tūc illđ posset causare plures species diuersoruȝ obiectorum. Tum et qꝛ si sic sequeretur ꝙ non posset cāre spēm entis in se:nisi pꝰ vel simul cāret spēs oim̄ superiorum ipsius albi : qꝛ cum sit causa mere naturalis sp ꝓducit speciem ꝓpinquioris pmo obiecto.s.albo. Tum etiam qꝛ non ponitur causari aliqua species intelligibilis nisi respectu obiecti sensibilis. Modo ens in se non est possibile:vt patet.ergo non potest ꝓ statu isto cāri spēs intelligibilis ꝓpria ipsi enti in se.

2°. ¶ Secūdo instatur sic:si conceptus entis potest abstrahi ab hoc ente: quero aut abstrahitur ab aliquo posteriori in hoc ente:aut ab aliquo priori:ita ꝙ sit in re aliquid a quo abstrahitꝛ. Nō primo:quia proprie talis conceptus abstractus non esset quiditatiuus. Non secundo quia tunc in re.puta in Francisco esset entitas absoluta prior substantia corporea:viuēte:sensitiua:ꝛ rationali:sed hoc non videtur:quia quecūq; entitas pertinens ad esse Francisci:videtur ꝙ sit substantia:aliter ex nō substantia esset substantia:qđ est īpossibile.

3°. ¶ Tertio instatur sic:si ab hoc ente.puta Francisco pt abstrahi ens in se:siue absolute.tunc sequeretur ꝙ in Francisco essent plures singularitates constituentes ipsum in esse singulari quia a Francisco vt hoc ente abstrahitur ens : vt ab hac substantia abstrahitur substantia absoluta : vt hoc corpe abstrahitur corpus:vt hoc aīali abstrahitur anīal.et hoc hoīe abstrahitur homo. Iste pñe patent ꝑ doc. in. 4°. di.1.q.1.ꝛ di.2.ꝛ in primo.d.2.parte.2.q.1.qꝛ pt considerari Franciscus vt suppositum entis:suppositum substantie. corporis:aīalis:hoīs ꝛc. Si dicatur ꝙ non est incōueniens esse plures singularitates:vt patȝ de composito substātiali per se vbi partes hñt ꝓpriam singularitatem. Saltem isto de pluribus suppositis:qꝛ si a Francisco pñt hmōi conceptus abstrahi. Sequitur ꝙ idem Franciscus poterit considerari vt suppositum entis:vt suppositum substantie ꝛ sic de aliis descendendo.ꝛ vt est suppositum entis non intelligitꝛ tunc suppositum substantie:patet. quia vt supposito entis non repugnat pfectio simpliciter:sed bene repugnat vt supposito substantie generate:vt patet per doc. in pmo. dist.2. parte.2.q.1.ꝛ distinct.8.q.2.ꝛ in quol.q.1.5.ꝛ alibi.

4°. ¶ Instatur quarto:quia quero de illo ente in se abstracto quid sit.aut est actus intelligendi quo ipsum intelligo:aut idolum fabricatum intellectum:aut res cōcepta. Si pmo hoc non videtur. Tum quia ille actus non pdicatur in quid vt patet. Tum quia quero ad quid terminatur ille actus,

aut terminatur ad ens in se vt prius omni alio pertinēte ad esse Francisci: ꝛ tunc sequitur ꝙ tale ens erit potentiale ad substantiam: corpus: viuens: animal. ꝛ rationale cū vltimate ab omnibus istis perficeretur: ꝛ tunc querit quomodo cōtrahitur: aut terminatur ad ipsum Franciscum: siue ad ens ꝛ tunc sequitur ꝙ non cōsequitur ens vt in se: sed precise vt in Francisco: ꝛ vt sic non est commune alicui. Si secundo patet ꝙ non. Tum quia illud idolum nō predicatur in quid de Francisco: nisi accipiatur ab aliquo pertinente ad quiditatem Francisci prius ipso Francisco: ꝛ tūc vt prius queritur de illo: quid sit. an ens absolute: an substātia ꝛc. Tum quia intelligere illud idolum in se nō est intelligere ens in se. Si tertio ꝛ hoc non: quia res vt cōcepta est tm̄ vnum ens per accidens: ꝛ tale non predicatur in quid. Si dicatur ꝙ accipitur pro re ꝯceptibili habente esse preter omne opus intellectus: ꝛ tunc arguitur vt prius.

5. ¶ Quinto instatur ꝛ quero de ipso ente in se vt est cōmune deo et creature: vt dicit hic doc. pro quo accipitur. aut pro conceptu. aut pro actuali intellectiōe: ꝛ arguitur vt prius: aut ꝑ re: siue ꝑ realitate preter omne opus intellectus: ꝛ tunc sequitur ꝙ deus ꝛ creatura non tm̄ conueniunt in conceptu: sed etiam in vera realitate qđ est cōtra doc. in primo. dist. 8. q. 2. qui dicit ꝙ quamuis deus ꝛ creatura conueniant in conceptu ꝯmuni: non tamen conueniunt in aliqua realitate.

6. ¶ Sexto instatur: quia posito ꝙ ens possit in se considerari abstrahēdo ipsum ab hoc ente cognito: ꝛ vt sic abstracto concipitur deus quiditatiue confuse tamen sic concipiendo: aut concipitur homo quiditatiue: quia concipitur sub p̄dicato dicto in quid de ipso homine. Sed hoc non sequitur: quia oporteret prius probare ꝙ ipsum ens natum sit conuenire ipsi deo quiditatiue: sꝫ hoc non potest probari. Tum quia tale ens est posterius deo: vt patet a doc. in primo dist. 8. q. 2. Tum quia illud a quo acciperetur non esset in deo in vltima actualitate sicut nec conceptus dictus in quid de pluribus. nam quicquid est in deo preter opus intellectus est simpliciter in vltima actualitate vt pꝫ per doct. in pluribus locis.

ꝯtra scđaꝫ partem primi. ꝛc.

¶ Secundo instatur contra aliam partem de numero vbi dicit ꝙ abstrahendo rationem numeri discreti potest haberi conceptus terminatus. Hoc non videtur ad propositum. primo. quia persone diuine non numerantur: vt probat ipse in primo. dist. 24. Posito ergo ꝙ possit abstrahere rationem numeri discreti. puta a numero ternario trinitatem: ꝛ sic posito ꝙ concipiam illā: illa tamen non conuenit trinitati diuine: sicut conceptus entis deo conuenit ꝛ predicatur in quid de deo: ꝛ sic possum intelligere ꝙ aliquod ens est primum abstrahendo primitateꝫ ab ente ꝛ coniungendo ipsi enti: sed non sic videtur de trinitate quia accipiendo trinitatem sic abstractam non est verum ꝙ aliquod ens summum sit sic trinum vt patet.

scđo instat̄

¶ Secundo instatur sic querendo de isto predicato. scilicet trinū. vt cum dico aliquod ens est trinum: quid intelligitur per ly trinum. aut precise actus cognoscendi quo cognoscitur trinitas numeri discreti: aut intelligitur ipsa trinitas numeri discreti abstracta ab ista ꝛ ista trinitate discreta: aut aliquis conceptus qui dicatur huiusmodi trinitas. Non primo. Tū quia intellectio illa vere non predicatur: significatum enim rei predicatur. Tum etiam quia quero ad quid terminatur talis intellectio. si ad trinitatem numeri discreti: illa non cōuenit deo trino vt intelligere deum trinum: aut alteri trinitati. puta personarum in eadem natura: si illa non abstrahitur a numero discreto: vt patet. Non secundo. vt patꝫ: quia illa non conuenit deo trino de quo loquimur in ꝓposito. Nō tertio: quia quero quid correspondet illi conceptui? Tandē oportebit inuenire aliquod abstractum ab aliquo alio q̄ꝫ a numero discreto de genere quantitatis.

ꝯtra tertiā partem.

¶ Deīde instatur contra aliam partem in qua dicit̄ ꝙ cognoscendo ens in sua indifferentia cognoscendo deum confuse: sicut concepto animali in se concipitur homo confuse. Contra quia nihil concipitur confuse quod concipitur sub conceptu distinctissimo. Sed concipiendo deum vt precise in ente concipitur sub cōceptu distinctissimo: ergo deus vt in ente conceptus non cōcipitur confuse. Maior est nota. quia subiectum includit p̄dicatum. Minor patet: quia conceptus entis est conceptus in se distinctissimus: imo non potest concipi nisi distincte: vt patet a doct. in primo dist. 3. q. 2. qui vult ꝙ cognitio distincta. primo ꝛ principaliter incipiat a conceptu entis.

Rn̄sio ad oēs obiectiones.

¶ Respondeo ad omnes obiectiones premittendo aliqua necessaria. primo premitto ꝙ quando dicitur ꝙ conceptus entis in se potest abstrahi ab hoc ente cognito: hoc potest multipliciter intelligi. primo ꝙ hoc ens: puta hec albedo vt hec sit īmediate cognita ab intellectu ꝛ vt sic cognita potest abstrahere ens in se: ꝛ hic sensus est falsus: quia talis non potest primo ꝛ immediate cognosci ab intellectu pro statu isto. Secundo ꝙ hec albedo īmediate moueat sensum extreriorem ꝛ post imaginationem: sic ꝙ albedo extra causet specieꝫ sui sensibilem in organo vis⁹: ꝛ illa eadem species causet speciem sensibilem in imaginatiua que dicitur fantasia: et sic potentia visiua cognoscit albedinem in se presentem per speciem sensibilem impressam in organo visus: ꝛ virtus imaginatiua per ipsum fantasma cognoscit eandem albedinem etiaꝫ non presentem. et post fantasma vna cum intellectu agente causat specieꝫ intelligibilem in intellectu possibili: vt patet a Doct. in primo distinct. tertia questione octaua ꝛ infra. q̄stione decimaquinta. ꝛ sic tandem cognoscitur primo ipsa albedo per illam speciem intelligibilem qua ītellecta potest hec albedo intelligi: non tamen sub ratione propria singularitatis: vt patet a Doct. in primo.

ꝑ pulchra dist. de conceptu entis.

Et hoc modo potest intelligi dictum Doct. scilicet ꝙ ab isto ente. puta ista albedine q̄ vt singularis: non tamen sub ratione propria singularitatis primo apprehenditur a sensu exteriori et immediate post a sensu interiori et vltimo ab intellectu: sic tamen ꝙ intellect⁹ primo apprehendit eam in se quiditatiue ꝛ post vt singularem confuse tamē. Et hoc modo ab ente sic cognito potest abstrahi ens in se.

¶ Secundo premitto ꝙ tenendo. (vt credo esse verum: immo necessarium scḋm opi. doct.) istam veritatem scilicet ꝙ in cognitione abstractiua non concurrat obiectum intelligibile: sed tantum intelligibilis: vt alias exposui: potest sustineri primo ꝙ eadem species intelligibilis que immediate causatur a fantasmate vt primum ꝛ immediate representatiuum ipsius albedinis: possit non tm̄ partialiter causare notitiam abstractiuam ipsius albedinis: sed etiam ꝙ possit partialiter causare notitiam omnium essentialiter ꝛ virtualiter contentorūꝫ ī ipsa albedine: ꝛ sic potest immediate causare cognitionem omnium superiorum: ꝛ sic causare cognitionem entis in se: ꝛ etiam omnium passionum virtualiter contentarum: vt exposui in primo dist. 3. q. 2. ꝛ 3. ꝛ aliqualiter in secundo, dist. 3. Secundo potest sustineri ꝙ quodlibet essentialiter contentum in ipsa albedine habeat ꝓpriā speciem intelligibilē: ita ꝙ color habeat propriam: ꝛ sic ascēdendo vsqꝫ ad ens inclusiue. Et similiter ꝙ omne natural̄r ꝯceptum habeat propriam speciem intelligibilem. Sed omnes iste species ordinate causant̄ ab intellectu agēte ꝛ ab ipso fantasmate. Vel forte vna species causat aliam: vt puta spēs intelligibilis hoīs causat spēm coloris. ꝛ alias aliorum superiorꝝ. Sed hoc nō ita assero.

Siste hic gradu.

Rn̄sio ad argumētū p̄mū factū ꝯtra primū dubiū.

Istis p̄missis cum dr̄ tenendo opinionem doc. s. ꝙ singulare non immediate mouet: patet responsio ex primo preambulo q̄uo singulare moueat: ꝛ q̄uo non moueat. Et cum dr̄ de quiditate in se: concedo ꝙ ipsa non mouet cum tm̄ habeat esse diminutuꝫ. Cū dr̄ de specie intelligibili. Dico ꝙ tenendo primum modum de ipsa specie ꝙ ipsa immediate mouet ad notitiam albedinis in se ꝛ immediate post ad notitiam coloris: ꝛ sic ascendendo: ꝛ hic non ponendo aliud impedimentnm. puta imperium voluntatis de quo in. 2° . distinct. 9. ꝛ distinct. 42. vide que ibi exposui: ꝛ tunc habita cognitione entis in se p̄t intellectus saltem imperio voluntatis firmare se in cognitione entis in se: ꝛ hoc sufficit. Potes etiam dicere: vt dixi in primo. Tenendo etiam secundum modum. s. de pluralitate specierum intelligibilium potest dici ꝙ ordinate causantur ab ipso fundamento ꝛ intellectu agente. ꝛ tunc voluntas potest modo vti vna specie intelligibili modo alia sicut exposui in primo. di. 3. ꝛ in. 2. di. 9. Et de hoc vide que dixi in primo. dist. 3. q. 2.

Ad scḋum

¶ Ad scḋm dico breuiter ꝙ conceptus entis potest abstrahi ab aliquo qđ est actu in Francisco prius sicut etiam animal abstrahitur ab aliquo priori in Francisco puta a sensitiuo vel aliquo alio. Et cum infertur ꝙ tunc in Francisco esset aliquid pertinens ad esse ipsius: quod non esset formaliter substantia. Dico ꝙ oportet h̄ concedere: nec sequitur ꝙ ex non substantia fit substātia. immo si Franciscus est substantia fit ex substantia: q: fit ex ente vt contracto ad substantiam. Dico ergo ꝙ ens vt aliquo mō prius substantia creata est suo modo potētiale ad vlteriores differentias: vel modos intrinsecos: non tm̄ ē ita potentiale sicut res a qua accipitur animal: siue conceptus animalis ad animam intellectiuam a qua accipitur conceptus rationalis: cum sint diuerse res. sed forte eadem res includit aliquam realitatem quiditatiuam a qua accipitur conceptus entis: sicut forte ab eadem albedine accipiūtur distincti conceptus: ita ꝙ ab vna realitate albedinis accipitur ꝯceptus coloris ꝛ ab alia priore conceptus qualitatis: ꝛ ab alia adhuc priore accipitur ꝯceptus entis: ꝛ sicut ꝯceptus coloris accept⁹ ab vna realitate in albedine est ꝯtrahibilis ab alio ꝯceptu ꝯtractiuo siue determinatiuo accepto

ab vltima realitate albedinis: ita ꝙ realitas a qua accipit conceptus coloris est suo modo potentialis ad realitatē a qua accipitur conceptus differentie, puta concept⁹ disgregationis: sic pariformiter videtur dicendū ꝙ realitas a qua accipitur conceptus qualitatis sit suo modo potētialis ad realitatem a qua accipit cōceptus differentie contractiuus siue determinatiuus ipsius conceptus qualitatis ad colorē. Sic similiter potest probabiliter dici ꝙ realitas a qua accipitur conceptus entis in se sit suo modo potentialis ad realitatem a qua accipitur conceptus contractiuus: siue determinatiuus ipsius conceptus entis: siue ille conceptus contractiuus sit differentia: siue gradus intrinsecus: siue mod⁹ aliquis alius: de hoc nō curo. Et sic patet quomodo nullū est incōueniens in eadem re ponere plures realitates quidditatiuas ⁊ ad quiditatē rei vere preter oē opus ptinētes.

Ad tertiū.

¶ Ad tertium. Dico primo ꝙ esse plures singularitates ptiales in aliquo non tm̄ est inconueniens: sed est necesse illō ponere: vt patet in composito substantiali ex materia ⁊ forma vbi materia habet ꝓpriam singularitatem aliam a singularitate cōpositi ⁊ aliam a singularitate forme ⁊ similit forma habet propriam aliā a premissis. Et hoc patet a do. in secundo. di. 3. sic non videtur inconueniens ꝙ vniformit sint plures singularitates: quia plures entitates partiales esset tamen inconueniens. imo simpliciter impossibile ꝙ in eodem singulari possint esse plures singularitates totales vel vltimate: quia tunc esset singulare duabus singularitatibus completiue et eque perfecte ab vna sicut a duabus: ⁊ sic simul posset esse singulare ⁊ non singulare. q² circunscripta vna ⁊ posita alia esset: quia singularitas eius esset ⁊ nō esset: quia alia circunscripta. Hec consequentia patet a do. in plurib⁹ locis. In proposito tamē dico ꝙ nō essent tot singularitates quot entitates: siue realitates in Francisco nisi essent ibi realiter distincte: ⁊ patet: quia hec albedo est tm̄ vnum singulare ⁊ precise vna singularitate ⁊ non pluribus ⁊ tamen distinguūtur in ea plures realitates: vt supra patuit: sed quia nō distinguūtur ibi realiter: sed tm̄ vel ex natura rei vel formaliter. ideo non dicunt distinctas singularitates. potest tamen vnico verbo dici ꝙ tot sunt ibi singularitates quot sunt realitates pertinentes ad quiditatem. ita ꝙ si ille entitates distinguūtur adinuicem realiter similiter ⁊ singularitates distinguūtur realiter: si formaliter formaliter. si precise ex natura rei sic sunt distincta singularia ex natura rei ⁊ sic concedo ꝙ eo modo quo distinguūtur in albedie realitates eo modo sunt tot singularia: ⁊ tamen erit hec albedo tm̄. videlicet singulare totale ⁊ vltimatum: ⁊ sic pt3 quo modo hec albedo potest vere cōsiderari vt singulare entis: vt singulare coloris. vt singulare qualitatis: vt singulare albedinis: ⁊ hoc loquendo ex natura rei ⁊ non tm̄ cōceptibiliter: vt supra patuit. Et cū vltra infertur de supposito. puta ꝙ Franciscus potest considerari vt suppositū talis ⁊c. Dico ꝙ non accipit ibi doc. suppositum prout est incōmunicabile: ⁊ vt quo ⁊ vt qd̄ de quo ipse loquitur in primo dist. 2. parte. 2. q. 1. ſm ꝙ vt suppositum dicit negationem duplicis dependentie. scilicet actualis ⁊ aptitudinalis de quo do. in tertio. di. 1. q. 1. ⁊ infra in quol. q. 19. Sed accipit suppositū ꝓ singulari ētis. idest ꝙ perfectio simpliciter est melior in quolibet ente q̄3 suum incompossibile. Et sicut est melius simpliciter animam esse sapientem simpliciter q̄3 includere suū incompossibile: ⁊ tamen anima non est proprie suppositum. Similiter est melius simpliciter hunc colorem vt est singulare entis habere sapientiam infinitam q̄3 habere suum incompossibile: quia vt ipse color precise consideratur vt ens sibi nō repugnat talis perfectio: licet sibi repugnet vt est singulare coloris. Et ꝙ Do. nō accipiat ibi suppositū proprie de quo supra: patet quia ipse cōcedit ꝙ est melius simpliciter deum habere intellectum ⁊ volūtatem ⁊ sapientiam q̄3 habere eorum incompossibilia: ⁊ tamen ipse deus vt de⁹ nō est suppositum alicuius accipiendo suppositū modo preexposito.

Ad quartū

¶ Ad quartum. Dico primo ꝙ forte non erit inconueniens dicere ipsum ens in se esse actum intelligendi: quo intelligo Frāciscum vt ens absolute. Cum instatur ꝙ talis actus non predicatur in quid. Dico ꝙ predicari in quid de alio pōt dupliciter intelligi: vel quia est de quiditate illius de quo predicatur: vel quia accipitur ab aliquo pertinente ad quiditatem subiecti de quo p̄dicat: ⁊ hoc accipiēdo sub iectū nō pro termino: nec pro actu intelligendi quo intelligo Franciscū: sed pro significato ⁊ pro re Francisci. Primo modo concedo ꝙ non predicatur in quid: quia nullus act⁹ intelligendi est de quiditate alicuius subiecti. Secūdo mō p̄dicatur in quid: quia ille act⁹ intelligēdi accipitur ab entitate quiditatiua in Francisco: ⁊ hoc modo nō videtur forte inconueniens.

Predicari in quid pōt accipi dupliciter.

Cum secundo infertur ad quid terminatur ille actus intelligendi? Dico ꝙ ad entitatem quiditatiuam in Francisco. Et cum dr̄ ꝙ talis entitas erit potentialis ad vlteriores entitates. Dico primo ꝙ si ponatur ꝙ entitas absolute in Francisco nullo modo preter opus intellectus intelligitur ex natura rei prior. ꝙ tunc terminatur ad Franciscum vt precise consideratum sub ratione entis. Dico tm̄ ⁊ melius ꝙ terminatur ad realitatem quiditatiuam suo mō priorem omni alia realitate in Francisco: sicut in albedine distinguuntur realitates: vt supra patuit. Dico secundo ꝙ ſm aliquos posset concedi ꝙ ens in se qd̄ ponitur predicari in quid de decem predicamentis ponitur quoddam idolum fabricatum ab intellectu: quod tm̄ dr̄ predicari in quid non ꝙ sit de quiditate illius de quo predicatur: s3 q² accipitur ab aliquo pertinente ad quiditatem subiecti. Dico tertio ⁊ melius primo ⁊ secundo modo ⁊ magis ad mentem docto. ꝙ ens in se vt ponitur commune deo ⁊ creature accipitur pro aliquo conceptibili. ita ꝙ in Francisco sunt ex natura rei distincta conceptibilia. Potest enim concipi vt homo: vt animal: vt corpus. vt substantia vt ens: ita ꝙ in ipso est alia ⁊ alia realitas a quibus accipitur alius ⁊ alius conceptus: ⁊ sicut ab vna accipitur conceptus substantie: ita ab alia accipitur conceptus entis: aliter Franciscus nō posset vere cōsiderari: siue intelligi vt singulare hoīs: vt singulare aīalis vt singulare substantie: ⁊ vt singulare entis. Et vt intelligitur singulare substantie precise non intelligitur vt singulare corporis: nec similiter vt precise intelligitur singulare entis non intelligitur singulare substantie: nec corporis. Et concedo breuiter: q² realitas a qua precise accipit conceptus entis si esset realiter distincta ab alijs realitatibus perficientibus Franciscum ꝙ vere realiter perficeretur ab illis: sicut ⁊ nunc qm̄ genus ⁊ differentia accipiūtur ab alia ⁊ alia re realiter distinctis ꝙ res a qua accipitur genus realiter perficitur a re a qua accipitur differentia. Sed si realitas a qua accipitur conceptus entis non distinguitur ab alijs realitatibus realiter aliquo alio modo: tūc dico ꝙ eo modo quo distinguitur a posterioribus realitatibus: eo modo dicitur perfici ab illis: vt patet supra copiosissime de realitatibus in albedine. Et dixi de realitate entis in creaturis tm̄: q² in deo non pono aliquam realitatem priorem a q̄ accipitur conceptus entis: cum oīs realitas diuine eēntie sit in vltima ⁊ perfectissima actualitate: ⁊ per ꝯn̄s nullo mō est in potentia: nec quasi in potentia ad aliam: immo exn̄tia essentie diuine que est in vltima ⁊ perfectissima actualitate: ponitur de intellectu quiditatiuo ipsius: vt pt3 a doc. in p̄mo. di. 2. pte. 1. q. 2. di. 25. ⁊ in quo. q. 1. arti. 1. Et sic patet responsio.

Ad quītū.

¶ Ad quintum dico ꝙ conceptus entis ꝓut accipitur a creatura: accipitur ab aliqua realitate quiditatiua in ipsa creatura. Et sic ꝓprie dr̄ ille conceptus prior Francisco ꝓ quanto accipitur ab aliquo priori in Francisco. Et similiter dr̄ predicari in quid ⁊ esse de quiditate Francisci pro quanto accipitur a realitate pertinente realiter ad esse quiditatiuum Francisci: eo modo quo etiam ponimus aīal: siue hoīem actu predicari in quid de pluribus: non ꝙ conceptus hoīs sit simul de quiditate illorum. q² illud qd̄ sic predicatur: ponitur vnus conceptus numero in se formaliter: sed q² accipitur ab entitate pertinente ad essentiam Francisci ⁊c. ideo dr̄ de illis predicari in quid. Et de hoc vide q̄ exposui ꝑ longum tractatum in secundo. d. 3. q. 1. vbi de hac materia extant singularia dubia. Sed loquendo de conceptu entis ꝓut dr̄ predicari in quid de deo. Dico ꝙ talis cōceptus nullo modo accipitur ab aliqua entitate in deo quiditatiua ꝑfectibili: vel quasi perfectibili vlteriori entitate pertinente ad entitatem ipsius: q² in deo precise est vna entitas essentialis ⁊ quiditatiua que est natura mere intellectualis que vt consideratur prior omni suo attributo: ⁊ omni gradu intrinseco est simpliciter indistincta ⁊ singularissima: ita ꝙ non est ibi considerare aliquā realitatem aliquo modo contrahibilem ⁊ perfectibilem quiditatiuam: cuū sit vna tm̄ omnino preter omne opus intellectus indistincta. immo sic est vna ⁊ indistincta ꝙ ex se formaliter est hec ⁊ nullo modo est hec per hecheitatem aliquo modo distinctam preter opus intellectus ⁊ sibi vt priori aduenientem. est enī in vltima actualitate ⁊ perfectissima ⁊ de se formaliter hec et in tali priori nullam penitus pono distinctionē. ⁊ h̄ oīa possent ꝓbari ex diuersis dictis doc. in primo di. 2. parte. ⁊ et di. 5. q. 2. ⁊ di. 28. ⁊ in quol. q. 1. et in pluribus alijs locis. Concedo ergo ꝙ conceptus entis non accipitur ab aliqua realitate priore aliquo modo in essentia diuina: sed accipit immediate ab ipsa essentia omnino indistincta: ⁊ sic talis cōceptus nullo modo ponitur de quiditate dei. q² conceptus

Nota hic pulcherrie quō ꝯceptus entis p̄dicet in q̄d de deo.

qui ꝓprie ponitur de quiditate illius de quo p̄dicatur in q̄d accipitur ab aliquo pertinente ad esse quiditatiuum illius: sic tñ ꝙ illud de quo predicatur includat aliquid aliud p̄ter realitatem a qua accipitur conceptus dictus in quid: sicut patet de homine qui predicatur in quid de Francisco: quia Franciscus vltra naturam humanam a qua accipitur conceptus hominis includit etiam propriam singularitatē cōtractiuam humanitatis. ptꝫ ergo quomodo conceptus entis nullo modo ponitur de quiditate dei: predicatur tamen in quid de ipso deo: quia accipitur ab ipso deo p̄cise vt p̄ori omni attributo ꝛ omni gradu intrinseco: qui deus vt sic nihil aliud significat nisi naturam diuinam singularissimaꝫ p̄fectissime ex̄ntem ꝛ in vltima ꝛ p̄fectissima actualitate: q̄ sic tm̄ dicit esse quiditatiuum ꝛ precise vnum omnino preter omne opus intellectus indistinctum. Ex his apparet quomodo deus ꝛ creatura conueniunt in cōceptu entis et non in aliqua realitate communi: qꝛ nihil reale est aliquo modo commune deo ꝛ creature: sed precise est conceptus qui nō accipitur ab aliqua realitate potentiali deo ꝛ creature: sicut dicimus ꝙ conceptus hominis accipitur ab aliqua natura communi Francisco ꝛ Joanni. i. ab humanitate indifferente ad singularitateꝫ Francisci ꝛ singularitatem Joā. vt diffuse exposui in secundo. dist. 3. q. 1. Sed an decem genera conueniāt quiditatiue in cōceptu entis accepto ab aliquo communi ex natura rei ipsis generibus. Dico ꝙ nō haberem hoc ꝓ inconuenienti ꝙ tale commune sit diuersimode determinabile. Sed omittatur ꝓ nunc cum non multuꝫ faciat ad ꝓpositum nostrum. sufficit. n. ad ꝓpositum nr̄m habere ꝙ conceptus entis ꝓut p̄dicatur in quid de aliqua creatura ꝙ accipitur ab aliqua realitate quiditatiua ipsius. Sꝫ ꝓut p̄dicatur in quid de deo p̄cise accipitur ab ip̄o deo penitus indistincto. ¶ Ad sextam ꝛ vltimam instantiam: ad hanc partem ꝑtinentem. Dico breuiter ꝙ sufficit ꝙ ille conceptus entis possit accipi ab ip̄o deo omnino indistincto dicente perfectissimum esse quiditatiuum: ꝛ sic cōcedo ꝙ p̄t abstrahi ab ipso immediate ꝛ non ab aliquo priore in deo: vt supra exposui: ꝛ sic concipiendo ens in se tñ abstractum a creatura concipitur quiditatiue ipse deus nō in se quiditatiue: sed in aliquo conceptu quiditatiuo. i. ꝙ concipiendo aliquid in se: qđ natum est predicari de alio in quid. concipio illud aliud quiditatiue. i. ꝙ precise concipio predicatū natum dici in quid de illo: et sic concipiendo ens in se concipio deum quiditatiue. i. concipio aliquid in se quod natum est predicari in quid de deo: non tamen ꝙ sit de quiditate eius: sed qꝛ natum est abstrahi ab ipso deo qui dicit perfectam entitatem quiditatiuam. Sed de creatura predicatur in quid: ꝛ est de quiditate eius modo preexposito.

Ad sextuꝫ et vltimū.

¶ Ad instantias contra secūdam partem de numero ꝛc. Pro maiori intelligentia premitto aliqua. primo ꝙ accipiendo trinitatem non in se: sed in conceptu. puta ꝙ tres persone accipiant̄ ꝑ tribus conceptibus distinctis forte hoc mō isti conceptus possunt numerari. Sed de hoc dictum est in primo di. 3. q. 5. de vestigio trinitatis. ꝛ di. 24. vide ibi. Accipiēdo tñ personas ꝑ ipsis significatis certum est ꝙ non numerātur ꝓpter cām a doc. assignatam in primo. di. 24. vide ibi. Secundo p̄mitto ꝙ doc. non intelligit ꝓprie de numero: ita ꝙ cū dico aliqđ ens est trinum non intelligit de numero ternario proprie sumpto: sed intelligit de numero eo modo quo potest intelligi poni: ꝛ qꝛ numerus est primo nobis notus ex diuisione continui ꝛ aggregatione vnitatū sm̄ quas numeramus: ideo ab ipso numero ꝓprie accepto abstraho rōnem discretionis q̄ ponitur cōis oī numero: siue ꝓprie: siue improprie accepto. Et tertio p̄mitto ꝙ doc. nō accipit h̄ trinitatem sic absolute: sed sicut ab hoc ente abstraho rōnē entis in se ꝛ ab h̄ numero rōnem numeri in se ꝛ ab hac vnitate rōnem vnitatis in se ꝛ ab hoc supposito rōnem suppositi in se. ꝛ ab h̄ summo rōnem summi in se ꝛ coniungendo omnia ista formo hanc propositionem. aliquod ens summū est trinum ꝛ vnum. i. aliqđ ens summum vnum ꝛ idem perfecte est in tribus suppositis. siue aliqua natura summa oīo in se vna ꝛ indiuisa est simpliciter ꝛ perfecte in tribus suppositis realiter adinuicem distinctis: ꝛ sic pꝫ intentio doc. et per ꝯn̄s patet ēt responsio ad illa duo argumēta.

Ad instantias cōtra secundam partem.

¶ Ad instantias contra aliam partem. Dico breuiter ꝙ deus nullo modo dꝛ distincte cognosci per conceptum entis: qꝛ tunc dꝛ aliquid distincte cognosci quando cognoscitur sm̄ oīa ꝑtinentia ad esse illius: ꝛ sic albedo distincte cognoscit̄ qñ cognoscitur sm̄ omnes realitates a quibus accipitur alius et alius conceptus: ꝛ sic non posset distincte concipi in re nisi concipiatur sm̄ realitatem. a qua accipitur concept⁹ entis nec per ꝯn̄s conceptus albedinis posset distincte concipi: nec oēs conceptus pertinētes ad conceptum eius conciperentur ꝛ sic oportet ꝙ concipiatur primo conceptus entis. Sed in deo non sunt hmōi realitates: vt supra patuit: sed tm̄ vna realitas quiditatiua omnino indistincta que ex natura rei: vel totaliter scitur. vel totaliter ignorat̄: ꝛ vt sic nullo modo est resolubilis in aliquid prius: ꝛ per consequēs nō diceretur aliquo mō distincte cognosci per conceptum entis. ꝛ vt sic est non tm̄ summe simplex. sed etiam simpliciter simplex. Si vero accipiatur deus nō ex natura rei: sed pro conceptu. tunc forte conceptus entis includit̄ in tali conceptu. ꝛ per consequens posset ille conceptus distincte cognosci per distinctam cognitionem oīum pertinentium ad eius conceptum: ꝛ quia conceptus entis sic pertinet: tunc cognitio distincta eius. primo incipit a ꝯceptu entis. Sed postea est difficultas. vtruꝫ ab vna ꝛ eadem re omnino preter op⁹ intellectus indistincta p̄nt esse plures cōceptus quiditatiui: pro nunc omitto hanc difficultatem: alias tamen prolixe ꝑtractandam. Ad propositum tñ dico ꝙ q̄uis conceptus entis in se sit omnino distinctus: nec possit in se confuse concipi confusione partiū actualiū est tamen confusus confusione partium potentialium quia contrahibile ad omnia inferiora: ꝛ sic cognoscēdo aliquid vt precise in tali cōceptu cōcipitur confuse. Dico tamen breuiter ꝙ in proposito dꝛ aliquid cognosci distincte: quando in se cognoscitur ꝛ non precise vt in alio. ꝛ per consequens dicitur deus tm̄ confuse concipi vt precise concipitur in ente. Dicitur auteꝫ distincte cōcipi quando in se perfecte concipitur ꝛ cognoscitur. Ex his patet responsio ad illas duas instantias: nec oportet nunc aliter respondere.

ꝯtra sc̄daꝫ q̄stionē siue sc̄dꝫ dubiū. p̄mo istat̄.

¶ Secundo principaliter instatur contra secundam conclusionem probando ꝙ idem actus nō eliciatur a fide infusa ꝛ acquisita. Et primo sic. habitus specie distincti necessario inclinant ad actus specie distinctos. ptꝫ ista: quia sicut actus distinguuntur specie ex obiectorū specifica distinctione sic similiter habitus videntur vt specie distincti precise inclinare ad actus specie distinctos. Sed fides infusa ꝛ acquisita sunt habitus specie distincti. ptꝫ. q̄a supernaturale vt huiusmodi specie distinguit̄ a naturali: sicut etiam corruptibile ꝛ incorruptibile. Tū etiā: q̄a si essent eiusdem speciei posset infusus causari a causa naturali: ptꝫ quia si vnum indiuiduum p̄ot naturaliter causari etiā quodlibet eiusdem rationis poterit naturaliter causari. ergo est impossibile ꝙ vnus ꝛ idem actus credendi sit simul sm̄ inclinationem vtriusqꝫ habitus.

¶ Secūdo instatur sic plures habitus acquisiti specie distincti etiam: loquendo de habitibus fidei non possunt simul inclinare ad vnum ꝛ eundeꝫ actum. ergo nec multo minus habitus acquisitus et habitus supernaturaliter infusus. consequentia patet. Tum q̄a supernaturalis ꝛ naturalis minus conueniunt q̄ꝫ duo naturaliter acquisiti. Tum etiam: quia naturaliter acquisiti habēt euidentiam ex testimonio creato cui firmiter creditur nō sit supernaturalit̄. antecedēs patet: quia respectu huius articuli deus est trinus ꝛ vnus potest causari habitus inclinās ad actum respectu illius conclusionis: siue articuli. Et respectu huius articuli verbum caro factum est: potest acquiri alius habitus a deo precise inclinās ad assentiendū huic articulo: verbum caro factum est. ꝛ tamen isti habitus fidei nullomodo inclinant ad eundem actum. imo precise ad distinctos actus. 2°.

¶ Tertio instatur sic: quia si isti duo habit⁹ inclinant ad eundem actum eliciendum a potentia inclināt etiam ad conditiones sm̄ quas elicit actum: aliter non inclinarent potentiam ad actum eundem eliciendum. Sed precise habitus fidei acquisitus inclinat potentiā ad prompte faciliter expedite ꝛ delectabiliter actū eliciendum ꝛ non habitus infusus patet. quia iste sunt cōditiones precise habitus acquisiti ex frequentatis actib⁹: vt patet a doct. in primo. dist. 17. vbi vult ꝙ habitus charitatis non habeat has conditiones. ergo sequitur ꝙ isti habitus non inclinant ad eundem habitum. 3°.

¶ Quarto instatur ꝛ pono casum ꝙ q̄s acquisierit habitum fidei valde intensuꝫ de aliquo articulo includente falsitatem: puta ꝙ inclinet potentiam ad assentiendum huic. s. Deus nō est trinus ꝛ vnus: ꝛ post stāte illo habitu infundatur habitus fidei inclinans ad assentienduꝫ huic. Deus est trinus ꝛ vnus: quia hoc non repugnat. licet eñ habitus fidei infusus non stet cum actu quo quis assentit huic. Deus non est trinus ꝛ vnus: sicut nec charitas cuꝫ actuali peccato mortali: tamen stat cum habitu: sicut ꝛ charitas stat cum habitu vitioso: quia non statim habitus vitiosus deletur infusa gratia: vt patet a doc. in. 4°. di. 14. q. 1. hoc stante. patet ꝙ non sequitur ꝙ eliciatur actus idem sm̄ inclinationem vtriusqꝫ habitus. immo inclinant ad act⁹ oppositos. ꝛ tamen isti duo habitus sunt in eodem operante. 4°.

5 ¶ Quinto instatur. Et pono ꝙ habitus siue naturalis: si-
ue supernaturalis concurrat actiue ad actum: vt videtur te
nere doct. in primo. di. 17. ꝛ in. 3. di. 27. Ita ꝙ non tm̄ incli-
nent ad actum: sed partialiter concurrant: vt due cause par
tiales. Sed duo habitus specie distincti non possunt causa
re vnum ꝛ eundem actum specie ꝛ multominus vnum nume
ro: patet: quia sicut duo obiecta specie distincta non pñt eē
due cause partiales integrantes vnā: siue non integrantes
respectu vnius actus specie: vt patet in pmo. di. 3. q. 7. ergo
nec habitus specie distincti: quales sunt habitus infusus et
6 acquisitus. ¶ Sexto instatur per argumentum a maiori: si
de quo magis videtur inesse ꝛ non inest. ergo nec de quo mi
nus. Sed magis videtur ꝙ duo habitus solo numero diffe-
rentes possint inclinare potentiam ad eundem actum eliciē
dum ꝙ̄ duo habitus specie distincti. patet ista ma. sed duo
habitus solo numero differentes: puta habitus quo distin-
cte cognosco Franciscum ꝛ habitus quo distincte cognosco
Joannē. habitualiter tamen non possunt inclinare intelle-
ctum ad vnam cognitionem numero: vt patet. ergo. ¶ Si-
cut se habent due species intelligibiles specie distincte in eo
dem operante ad actum intelligendi sic se habent habitus
fidei infusus ꝛ habitus fidei acquisitus in eodem operante
ad actum assentiēdi. patet similitudo: quia eque species po
nuntur due forme in eodem operante respectu actus: sicut
ꝛ habitus illi. Tum etiam: quia ille species ponuntur quasi
habitus: vt patet a doc. in primo. di. 3. q. 6. Tum etiā. quia
ponūtur in eodē operante vt cause partiales actus cogno-
scendi: sicut illi habitus ponuntur in eodem operante cause
partiales actus assentiendi: nec videtur neganda ista simili
tudo. Sed due species intelligibiles non possunt concurre
re ad vnum ꝛ eundem actum cognoscendi qñ specie distin-
guūtur. vt patet. ergo nec isti habitus specie distincti: vt su
pra probaui ꝙ specie distinguūtur. Et posito ꝙ specie non
distinguantur adhuc stat ratio: quia due species intelligibi
les solo numero differentes: vt species intelligibilis Fran-
cisci ꝛ species Joā. que solo numero differunt non possunt
causare vnum ꝛ eundem actum numero intelligendi: vt pa
tet in 2°. d. 3. vide que ibi exposui: sic erit in ꝓposito de istis
Ad rōnes ꝯtra scdā ꝯclusionē siue scdꝫ dubiū. habitibus. ¶ Respondeo ad istas instantias. Ad primam
concesso ꝙ distinguantur specie illi habitus: nō sequitur cō
clusio. quia ma. est falsa loquendo de duobus habitibꝰ quo-
rum vnus est infusus ꝛ alius acquisitus comparādo eos ad
vnum ꝛ idem obiectum: sicut in proposito fides infusa respi
cit simpliciter idem obiectum quod ꝛ fides acquisita. Et sic
due forme in eodem operante respicientes idem penitꝰ ob-
iectum ꝛ inclinantes potentiam ad illud idem videntur sem
per inclinare ad eūdem actum. Et cum probatur de habi-
tibus acquisitis specie distinctis. Dico ꝙ nō est simile: quia
causantur ab actibus specie distinctis qui actus distinguū-
tur specie propter distincta obiecta a quibꝰ causantur. ꝛ sic
necessario vt sic specie distincti respiciunt distincta obiecta
specie distincta. ꝛ per cōsequens habitꝰ causari ab illis acti
bus dicuntur specie distingui ab obiectis specie distinctis q̄
immediate respiciunt: ꝛ per consequens nō possunt inclina
re potentiam ad vnum ꝛ eundem actum. vt patet. Si tamē
per possibile vel ipossibile illi habitus specie distincti incli-
narent potentiam ad idem simpliciter obiectum. Dico ꝙ po
tentia eliceret precise vnum actum sm̄ inclinationem vtriuſ
Ad scdm. ꝙ habitus. ¶ Ad secundum concesso antecedēte negatur
consequentia: quia plures habitus acquisiti specie distincti
necessario inclinant ad plura obiecta complexa forte specie
distincta: vt patet in exemplis. ꝛ per consequens non pos-
sunt inclinare potentiam ad vnum ꝛ eundem actum respe
ctu vnius ꝛ eiusdem obiecti complexi. Sed habitꝰ infusus
semper inclinat ad idem obiectū ad quod inclinat fides ac-
quisita: ideo inclinant potentiam ad eliciendum eundem ac
tum circa idem obiectum complexum. Nota tamē ꝙ loquē-
do de habitibus acquisitis non videtur ꝙ vnus ꝛ idem habi
tus inclinet ad assentiendum pluribus obiectis complexis:
quia vnus habitus potest esse precise causatus ex pluribus
actibus assentiendi huic complexo. Deus est trinus ꝛ vnꝰ
ita ꝙ precise inclinat potentiam ad eliciendum actum circa
illud complexum ꝛ respectu huius complexi. Christus mor-
tuus est potest causari alius habitus ex frequentatis acti-
bus assentiendi illi complexo ꝛ cum habitus semper incli-
net ad similes actus. sequitur ꝙ precise inclinabit ad actuꝫ
respectu eiusdem complexi. ꝛ sic videtur ponere plures ha-
bitꝰ acquisitos respectu alterꝰ ꝛ alterꝰ ꝯplexi: potest tamē
dici vnus habitus acquisitus aggregatus ex omnibus ha-
bitibus acquisitis. Sed habitus fidei infusus videt̄ tm̄ vnꝰ
inclinans ad omnes articulos ꝛ ꝯcurrens cuꝫ omnibꝰ alijs
habitibus acquisitis: sicut charitas infusa ponitur tm̄ vnꝰ
habitus ꝛ pt̄ concurrere ad omnes actus aliaꝝ virtutuꝫ in
voluntate existentium. Et sic videtur ꝙ idem habitus fidei
infusus habeat aliam ꝛ aliam inclinationem ad aliū ꝛ aliū
articulum: ꝛ sꝑ simul inclinet potentiam ad eliciendū actū
circa idem complexum circa qđ habitus acquisitus iclinat
ita ꝙ qñ vnus habitus acquisitus inclinat ad actum circa
aliquem articulum semꝑ infusus inclinat ad eundē actum.
¶ Ad tertiuꝫ dico: ꝙ habitus infusus absolute inclinat po Ad tertiū.
tentiam ad eliciendem eundem ad quem inclinat habitus
acquisitus: non tm̄ sequitur ꝙ potentia inclinata eodeꝫ mō
eliciat actum vt vtitur habitu infuso sicut qñ vtitur habitu
acquisito: qꝛ vt vtitur habitu tm̄ infuso tm̄ elicit actum ab-
solute: vt vero vtitur habitu acquisito: tunc elicit eundem
actum faciliter prompte ꝛc qꝛ iste sunt precise conditiones
habitus acquisiti. Dico secundo ꝙ potentia precise vtitur
habitu infuso qñ vtitur habitu acquisito ꝛ elicit actum pre-
cise sm̄ ꝙ inclinant ad actum eliciendum: sed tam acq̄situs
ꝙ̄ infusus tm̄ inclināt ad actum assentiendi ꝛ nō vnus ma-
gis inclinat ꝙ̄ alius cum vterqꝫ inclinet ꝑ modum nature.
sed facilitas ꝛ promptitudo operandi est a volūtate sic ha
bituata ꝛ hoc accidit. ¶ Ad quartum: ptꝫ responsio: qꝛ lo- Ad q̄rtum
quimur precise de habitu infuso ꝛ acquisito qui respiciunt
idem obiectum complexum ꝛ nō aliud ꝛ aliud sicut ponitur
in argumento. ¶ Ad quintum. Dico breuiter ꝙ non est si- Ad q̄ntuꝫ
mile: qꝛ duo obiecta specie distincta necessario causant ac-
tus specie distinctos ꝛ hoc est ex natura obiectorum. Sed
isti habitus precise vt respiciunt idem complexum inclināt
ad eundem actum ꝛ sunt precise in eodeꝫ operante.
¶ Ad sextum de spēbus intelligibilibus ꝛ de distinctis ha Ad sextū.
bitibus numero: ptꝫ responsio ex supra dictis: qꝛ nō sunt re
spectu eiusdem obiecti. ¶ Tertio principaliter instat̄: con Cōtra ter
tra tertiam conclusionem ꝓbando ꝙ etiam ex sola fide in- tiam ꝯclu-
fusa quis pt̄ elicere actum credendi: ꝛ arguitur sic. primo sioneꝫ siue
quicquid ponitur ratio formalis eliciendi aliquem actū: si dubium.
sit in supposito debito illa pt̄ immediate elicere actum: ptꝫ
ista a doc. in primo. di. 2. par. 2. q. 3. ꝛ d. 7. ꝛ in multis alijs Primo in
locis ꝛ specialiter in. q. 13. quoli. Sed intellectus hñs fidem statur.
infusam est ratio formalis eliciendi actum credendi tenen-
do sm̄ veritatem ꝙ habitus concurrat actiue ad actum. pꝫ
qꝛ tunc intellectus ꝛ habitus fidei infusus sunt due cause ꝑ
tiales integrantes vnam totalem ꝛ sufficientem respectu
actus eliciendi: patet qꝛ nihil aliud requiritur ex parte prin-
cipij actiui. Si etiam ponatur habitus inclinans ꝛ potētia
causa totalis eliciendi actum assentiendi adhuc habetur ꝓ
positum: qꝛ ille habitus inclinat potentiam ad eliciendum
actum credendi per modum nature ꝛ necessario. vt patet a
doc. in simili in primo. d. 17. ꝛ in quarto. dist. 49. q. prima:
habito ergo perfecto inclinatiuo ad actum credendi in po-
tentia nata elicere actum credendi vt causa totali potest
immediate elicere actum illuꝫ: ad queꝫ talis habitus fidei
infusus inclinat: ꝛ hoc prehabita cognitione terminorum ꝛ
complexione eorum. Si enim fidei habitus infusus iclinat
ad actuꝫ assentiendi huic complexo. Deus est trinus ꝛ vnꝰ
siue aliquod ens est trinum ꝛ vnum ꝛ intellectus habēs ta
lem habitum precognoscat terminos illius complexionis ꝛ
actu percipiat illam complexionem ꝛ habitus infusus ne-
cessario ꝛ per modum nature ꝛ determinate inclinet ad il-
lum actum; quia intellectus non pt̄ tūc vti tali habitu incli
natiuo ad assentiendum huic complexo. Deus est trinus ꝛ
vnus non videtur ꝛ alio in contrariuꝫ. ¶ Secundo instat̄ 2
idem manens idem semper natum est facere idem remoto
omni impedimento tam ex pte obiecti ꝙ̄ ex parte sui. Sed
fides infusa est simpliciter eadem ante habitum acquisituꝫ
que ꝛ post habitum ꝛ ante habituꝫ acquisituꝫ nullū appa
ret impedimentuꝫ. non ex parte obiecti: qꝛ potest esse circa
idem obiectum: puta aliquod ens est trinum et vnum. nec
ex parte habitus infusi: patet quia est eque dispositus ante
habituꝫ acquisitum sicut post. patet: quia habitus acquisi-
tus non ponitur vt dispositio habitus infusi: qꝛ tunc acquisi
tus non attingeret eundem terminum: quia dispositio ꝓ-
pria non est ad eundem terminum attingendum ad quem
est agens principale: nec ponitur habitus requisitus vt cā
particularis concausans habitui infuso: patet: qꝛ sic poni-
tur causa partialis habitus infusus. ergo sicut habitꝰ acq-
situs sine infuso potest inclinare potentiam ad actū elicien
duꝫ. sic econtra. habitus infusus sine acquisito. ¶ Tertio
instatur sic. potentia operatiua habens duas formas cir- 3
ca idem obiectum: quarum vna non est determinatiua alte
rius ꝛ eque inclinant ad actum eliciendum circa idem ob-
iectum ꝛ sm̄ vtriusqꝫ inclinationem potest elicere actū se-

quitur ꝙ sicut per acquisitam solam potest actum credendi
elicere: ergo ⁊ per solam infusam cum non appareat maior
4° ratio de vna q̃ de alia. ¶ Quarto instatur: ⁊ pono casum
ꝙ quis habeat habitum fidei infusum ⁊ non acquisitum et
assentiat tunc huic complexo aliquod ens est trinum ⁊ vnũ
quero an potentia eliciat hunc actũ assentiendi sm inclina
tionem habitus infusi aut non. non secundo: quia ponis ꝙ
habens habitum fidei infusum nunq̃ elicit actum credendi
nisi eliciat sm inclinationem fidei infuse. Si primo ergo ha
bens solum habitum infusum potest elicere actum credendi
5° sm inclinationem illius habitus. ¶ Quinto instatur sic. ha
bitus acquisitus nihil facit ad habitum infusum: ergo potẽ-
tia eque bene potest elicere actum sm inclinationem habit⁹
infusi: sicut sm inclinationem habitus acquisiti: consequen-
tia patet: quia si habitus infusus in nullo dependet ab acq̃
sito ⁊ est eque inclinãs ⁊ forte magis inclinans: quia nõ ita
potest secundum infusum solum sine acquisito sicut potest
sm acquisitum sine infuso: antecedẽs patet: quia infusus in
nullo dependet nec secundum esse nec sm inclinationem q̃
est idem sibi: patet: quia immediate creatur a deo ⁊ eque be
6° ne põt esse circa idem obiectum complexum. ¶ Sexto in-
statur sic. fides infusa eque inclinat ad credendũ ea que ha
bent euidentiam ex terminis ⁊ includunt aliquam euidentiã
connexionis terminorum si termini sint apprehensi ex sensi
bilibus sicut fides acquisita: ergo potentia habens tm̃ habi
tum infusum eque potest elicere actum secundum inclina-
tionem eius sicut secundum inclinationem habitus acquisi-
ti: consequentia patet per docto. qui ponit potentiam habẽ
tem habitum acquisitum posse dicere actum sm inclinatio-
nem illius habitus eo ꝙ inclinat ad credendum ea que ha-
bent euidentiam ex terminis ⁊c̃. Antecedens probatur: q̃a
habens fidem infusam potest ex suis naturalibus a sensi-
bilibus abstrahere ens in se ⁊ vnitatem ⁊ trinitatem coniũ
gendo adinuicem: vt supra patuit ⁊ potest formare idez cõ
plexum ex eisdem terminis sicut si haberet fidem acquisitã
hoc patet per experientiam. possum enim formare hoc com
plexum aliquod ens est trinum ⁊ vnum. cum ergo fides in-
fusa eque respiciat in eodem idem complexum ex eisdẽ pe
nit⁹ terminis qd̃ respicit fides acquisita sequitur ꝙ fides in
fusa ita inclinet ad credendum ea que habent euidentiaz ex
7° terminis sicut ⁊ acquisita. ¶ Septimo instatur sic. sicut se
habet voluntas ad habitũ charitatis infusuz respectu act⁹
meritorij ⁊ similiter ad habitum infusum spei respectu act⁹
sperandi sic se habet intellectus ad habitum fidei infusum
respectu actus credendi: patet similitudo: quia iste potentie
cõparantur ad habitus supernaturales sed volũtas adul-
ti habens solum habitum charitatis infusum sine aliquo ac
quisito potest meritorie diligere proximum: ergo secundum
inclinationem charitatis quia aliter non esset meritorius:
vt patet a doc. in primo. di. 17. hoc idẽ patet de habitu spei
8° infuso: ergo similiter erit dicenduz de habitu fidei infuso cũ
non videatur maior ratio de vno q̃ de alio. ¶ Octauo in-
statur sic: per argumentum a fortiori. intellectus potest eli-
cere actum credendi sine aliquo habitu neq̃ infuso neq̃ ac
quisito: patet quia potest assentire huic complexo aliquod
ens est trinum ⁊ vnum: quia potest immediate credere testi
monio fide digno: vt supra patuit: ergo a fortiori idem intel
lectus habens solum habitum infusum potest essentire tali
complexo ⁊ non assentiet nisi secundum inclinationem ha-
bitus infusi cum nullus alius habitus sit ibi ergo ⁊cetera.
9° ¶ Nono instatur sic: actus credendi magis dependet ab
habitu infuso q̃ ab habitu acquisito: ergo potentia magis
potest elicere actum secundum habitum infusum q̃ secun-
dum habitum acquisitum: ergo si potest cum solo acquisito
multo fortius poterit cum solo infuso. consequentia est no-
ta: quia si potest esse a solo acquisito a quo minus dependet
a fortiori potest esse a solo infuso a quo magis dependet.
Antecedens probatur: Tum quia habitus infusus se ha-
bet vt causa magis vniuersalis q̃ habitus acquisitus: quia
vnus ⁊ idem habitus acquisitus non respicit omnes arti-
culos: immo quot sunt articuli distincti tot sunt habitus ac
quisiti distincti: vt supra patuit. Sed vnus et idem habi-
tus infusus respicit ⁊ inclinat ad omnes articulos. vt supra
patuit. Tum etiam quia actus credendi est infallibiliter ve
rus vt precise est ab habitu fidei: ergo simpliciter magis de
pẽdet ab habitu fidei ĩfuso. ¶ Decimo instat: q̃a intellect⁹
10° habẽs duos habitus ex ĩperio volũtatis potest vti vno ad
agendũ ⁊ non alio: patet in simili: quia idem intellectus ha
bens plures species intelligibiles ex ĩperio volũtatis pote
rit vti vna ⁊ nõ alia: vt patet a doc. in scd̃o di. 9. ergo simili
ter in proposito habens habitum fidei acquisitũ ⁊ habituz

fidei infusum poterit vti vno ⁊ nõ alio: ergo sicut imperio
voluntatis potest vti habitu acquisito ad eliciendũ actum
credendi sine habitu infuso ita econtra videtur ꝙ intellect⁹
imperio voluntatis possit vti infuso sine acquisito. ¶ Rñ-
deo ad omnes istas obiectiones p̃mittendo prius aliqua p
maiori intelligentia. Primo p̃mitto ꝙ potentia habituata
⁊ agens vel sm solam inclinationem habitus vel etiam po
nendo habitum concurrere partialiter ad actum vt credo
esse verum: sm intentionez doc. in p̃io. d. 17. ⁊ in tertio. d.
27. sp potentia est principale agens ita ꝙ ipsa nõ agente
siue actum eliciente: nullus habitus quantumcunq̃ inten-
sus posset aliquo mõ elicere actum: sed potentia agẽte ipsa
p̃t vti habitu ad agendum vel sequendo precise eius incli-
nationem. i. eliciendo illum actum ad quẽ talis habitus in-
clinat vel etiam vltra inclinationem vtendo illo habitu vt
cã partiali respectu actus: h̃ patz a doc. in primo. d. 17. po-
tentia eñ sola cum obiecto: p̃t elicere actum circa obiectũ:
sed nõ ita pfectũ eliceret sine habitu sicut cũ habitu agen-
do sp equali conatu: vt probat doc. in primo. d. 17. ⁊ in ter-
tio. d. 27. ¶ Secundo premitto ꝙ potentia determinate
vtitur habitu acquisito ad eliciendum actus secundum illũ
habitum: q2 ille habitus est euidens non immediate sz me-
diantibus actibus ex quibus generatur qui actus dñr. eui-
dẽtes terminatiue ex hoc ꝙ terminatur ad complexum. pu-
ta hoc aliqd̃ ens est trinum euidens ex terminis nõ sic abso
lute intelligendo: q2 si terminaretur ad complexũ euidens
ex terminis. tunc ille actus nõ esset actus credẽdi: q2 fides
de obiecto complexo non stat cum euidentia illius: vt patz
a doc. in prolo. q. penul. ⁊ melius in tertio di. 24. Sed illd̃
complexum non est euidens ex terminis cũ sit propositio
mediata: vt patet in prolo. q. prima que nata est fieri eui-
dens per aliam immediatam: vt patet a doc. vbi supra ⁊. q.
presenti arti. primo. nec per actum fidei fit potentie euidẽs
mediate. q2 tunc potentia haberet aliam immediatam eui-
dentez ex terminis. ⁊ vltra actus fidei non stat cum euidẽ-
tia obiecti siue mediate siue immediate: vt patet a docto. in
tertio di. 24. Nec similiter hoc complexum aliquod ens est
trinum est euidens ex terminis euidentia experimentali: vt
patet. Dico tunc ꝙ hoc complexum aliqd̃ ens est trinum p̃
cise dr euidens ex terminis pro quanto assentio illi ꝯplexo
affirmato ab aliquo cui indubitanter credo p quanto ergo Nichabes
testis fide dignus asserit illud complexum esse verum pro quõ ppõ
tanto assentio illi complexo. ⁊ sic complexum illud dr eui- ista. s. aliq
dens ex terminis non absolute: vt supra patuit: sed dr eui- ens ē trinũ
dens: q2 assertum affirmatur esse verum prout constat ex il ⁊ vnũ ē eui
lis terminis: ⁊ hoc modo illi termini habent aliquam eui- dẽs ex ter
dentiam connexionis: q2 firmiter assentio illi complexo ex il minis.
lis terminis: q2 sic asserto ⁊ affirmato complexum ergo illd̃
non includit euidentiam connexionis terminorum absolu-
te: sed complexum vt assertum vt verum a testimonio fide
digno cui firmiter credo: vt sic includit euidentiam conne-
xionis terminorum que euidentia est a testimonio fide di-
gno. Et quia fides acquisita generatur ex frequentatis hu
iusmodi actibus: ideo ipsa inclinat ad ea. i. complexa que
habent euidentiam ex terminis ⁊ euidentiam cõnexionis
terminorum modo preexposito. Quia ergo intellectus ex-
peritur se elicere multos act⁹ quibus firmiter assentit tali
complexo ⁊ tandem experitur per frequentationem actuuz
elicere alios actus prompte faciliter expedite ⁊ delectabi-
liter: ideo experitur se habere talem habitum fidei acquisi-
tum ⁊ per consequens sm inclinationem talis habitus eli-
cit actum credendi: quia ille habitus est generatus ex pluri
bus actibus assentiendi quos experitur in se: ⁊ si nullus ac
tus assentiendi firmiter tali complexo non prefuisset in tali
intellectu ⁊ idem habitus quem nunc habet acquisitus ex
pluribus actibus esset immediate causatus a deo in illo in
tellectu intellectus ille non eliceret actum assentiendi illi
complexo: quia propter talem habitum non firmiter crede
ret: vt patet. Merito ergo dicit doct. ꝙ intellectus habens
tm̃ fidem infusam non eliceret actum credendi sm inclina-
tionem illius: quia nunq̃ firmiter assentiret huic complexo
deus est trinus ⁊ vnus: et hoc est. quia fides infusa non in-
clinat ad illa complexa que habent euidentiaz ex terminis
modo preexposito. nec per fidem infusam scit intellectus ta
le complexum esse assertum a deo nec ab aliquo teste fide
digno: ideo propter illam non elicit actum assentiendi: sed
bene propter habitum acquisitum elicit actum credendi: q2
multos precedentes causantes ipsum habitum prehabuit
quibus firmiter assentiebat illi complexo. ¶ Tertio pre-
mitto ꝙ habens fidem acquisitam ⁊ infusam quando elicit
actum fidei circa complexum verum: elicit sm inclinationẽ

vtriusq;: sed quando elicit fm fidem acquisitam experitur se elicere fm illam propter causam superius dictaz sed qn elicit fm inclinationem fidei infuse nullo modo experitur se elicere fm eius inclinationem sed tn̄ credit in vniuersali q habens fidem infusam quando elicit actum credendi q sp eliciat fm inclinationem eius. ¶ Istis presuppositis.

Ad rōnes cōtra tertiam conclusionem. Rn̄deo ad primam instantiam: concedo maiorem ad minorē dico q q̄uis intellectus cum fide infusa sit ratio formalis producendi actum credendi si haberet obiectum suo modo presens. s. complexum vt assertum z affirmatum tanq̄ verum a testimonio fide digno cui firmiter credo: tamen ad tale cō plexum non inclinat fides infusa. immo ipsa inclinat ad illō verum vt est a deo verum cum sic inclinet vt est participatio lucis diuine z pro quanto conformatur illi lumini.

Ad scōm. ¶ Ad secundum concedo. illam propositionem idem manens idem zc. z similiter concedo q fides infusa maneat eadem z ante acquisitam z post acquisitam. et concedo q acq̄sita nihil addit ifuse: nec ē dispositio ei⁹ z sic concedo q ipsa infusa sem per inclinat ad actū assentiendi obiecto cō plexo non tamen vt asserto ab aliquo teste naturaliter noto cui firmiter credo: sed inclinat ad illud vt est immediate ab ipso deo qui nec potest fallere nec falli cum in inclinādo ad huiusmodi actum conformetur lumini diuino vt dixi z quia non est notum intellectui hoc complexum esse immediate reuelatum a deo tanq̄ verum ideo non elicit actum fm inclinationem fidei infuse quando sola inest. Et q̄uis eliciat actum: fm fidem infusam quando elicit fm acquisitā tamē nescit se elicere actū fm infusam: quia tunc fm illum actum assentiret z firmiter illi complexo vt immediate reuelato a deo: sed precise fm illum actum assentit complexo vt asserto ab aliquo testimonio fide digno.

Ad tertiū et q̄rtum. ¶ Ad tertium: patet responsio ex his que dixi ad secundum argumētum. ¶ Ad quartum admitto casum illum. q2 est possibilis. z cū postea infertur: ergo potest elicere actum fm inclinationem fidei infuse z non fm acquisitum. Dico primo q quādo habet acquisitam causatam ex pluribus actibus vt dixi experitur se elicere fm inclinationem illius z experitur se assentire complexo affirmato vt vero a testimonio fide digno cui credo. z hoc quia prius firmiter assensit illi complexo aliquibus actibus assentiendi precedentibus ipsum habitum z ipm̄ causantibus. Et ideo concedo quod quando elicit actum priorem habitu acquisito illo actu firmiter assentit complexo vt sic testificato: z concedo q etiam elicit illum actum scōm inclinationem fidei infuse: sed hoc non est sibi notuz: vt supra patuit: z sic concedo: q tunc non inest ex hypothesi. itelligit ergo doc. q quando habet habitū solum fidei infuse q nō elicit actum precise scōm inclinationem illius. idest q illo actu firmiter assentiat complexo secundum q est elicitus secūdum inclinationem fidei: quia tunc assentiret illi complexo vt immediate reuelato a deo: sed illo actu priore habitu acquisito assentit complexo vt testificato zc. Si ergo potētia non eliceret talem actum nullum eliceret. z quando illū elicit ad illum fides infusa inclinat: z dico eodem modo sicut quando concurrit infusa cum acquisita.

Ad q̄ntuz et sextuz. ¶ Ad quintum: patet responsio ex dictis ad secundum argumentum. ¶ Ad sextum. negatur q fides infusa eque inclinet ad credenduz ea que habent euidentiaz ex terminis: quia non inclinat ad complexum vt testificatum testimonio fide digno alicuius creature rationalis vt supra patuit.

Ad septimum. ¶ Ad septimum. Dico idem esse de charitate z fide infusa: z de hoc magis patebit in tertio distinc. 26. z in primo distin decimaseptima.

Ad octauū ¶ Ad octauum. patet responsio: q2 bene concedo q intellectus potest immediate elicere actū credendi alicui complexo prehabita cognitione illius complexi: q2 potest firmiter assentire illi ex testimonio fide digno asserente illud vt verum: sed ex hoc non sequitur q possit immediate elicere ex sola inclinatione habitus infusi cum ille inclinet ad actū assentiēdi complexo vt immediate a deo reuelato vel testificato: vt supra patuit.

Ad nonū. ¶ Ad nonū. Dico q posito q actus credendi magis dependeat ab habitu infuso quo ad esse absolutum non tn̄ vt est actus firmiter assentiendi obiecto cō plexo testificato modo preexposito: immo vt sic simpliciter dependet a potentia z habitu acquisito vt supra patuit: et ideo aliquam conditionem ille actus habet ab habitu acq̄sito quam non habet ab habitu infuso: z similiter aliquā habet vt est ab habitu infuso quam nō habet ab acquisito: vt supra patuit.

Cōtra q̄rtam siue q̄rtum dubiū ¶ Quarto principaliter instatur: cōtra quartam probando q si fides infusa non inclinat ad aliquod falsum q nec etiā fides acquisita potest inclinare ad aliq̄d falsum quando simul concurrunt ad eūdem actum. Et arguo sic.

Primō instatur. primo: idem actus credendi simul est secundum inclinationem vtriusq; fidei scilicet acquisite z infuse: aut ergo ille idem actus elicitur ab vtraq; fide circa idem obiectum complexum aut circa aliud z aliud. Si secundo hoc non videtur quia tunc non esset idem actus: non em̄ eodem actu assentitur pro statu isto diuersis obiectis cō plexis siue diuersis articulis fidei. Si primo habetur propositum: quia tunc elicit simpliciter circa obiectum complexum verum: z tunc actus ille erit infallibilis prout innititur fidei acquisite sicut etiaz quando innititur fidei infuse.

2ᵐ. ¶ Secundo instatur: q2 actus credendi dicitur verus z infallibilis non ex se formaliter cū sit incomplexus z in incomplexo nō est veritas nec falsitas formaliter: sed forte virtualiter de quo expositum est in primo z aliqualiter in secundo: est ergo infallibilis denominatione extrinseca eo q terminatur ad obiectum complexum formaliter verum z infallibiliter verum. Sed est impossibile q sit idem actus numero secūdum inclinationem vtriusq; fidei. s. acquisite z infuse qui terminetur ad idem obiectum complexum: ergo si est infallibilis: quia elicitur secūdum inclinationem fidei circa hoc complexum deus est trin⁹ z vn⁹ sequitur q erit eque infallibilis quando elicitur secundum inclinationem fidei acquisite: quia ita inclinat ad idē obiectū complexum formaliter verum sicut fides infusa.

3ᵐ. ¶ Tertio instatur. z presuppono dictuz doc. in primo distin. 17. q quando sunt due cause partiales concurrentes ad eundem actū non erit substantia actus ab vna z intensio actus ab alia sicut dicebat vna opinio ibi improbata: sed simpliciter ab eodem est substantia z intensio actus: ita q tam ab vna causa partiali est substantia z intensio actus q̄ ab alia partiali licet actus sit perfectior ab vna q̄ ab alia. hoc stāte arguitur sic a simili. si actus assentiendi est tam secundum inclinationem fidei acquisite q̄ infuse z similiter intensio eius secundum vtriusq; inclinationez sequitur q etiam veritas seu infallibilitas actus que concomitatur actum erit fm vtriusq; fidei inclinationem.

4ᵐ. ¶ Quarto instatur: quia actus credē di vt innititur fidei infuse: z vt elicitur fm inclinationem fidei infuse est necessario infallibilis: quia necessario circa obiectum verum z vt innititur fidei acquisite siue vt elicit scōz inclinationem fidei acquisite potest esse fallibilis: ergo idez actus credendi numero erit necessario infallibilis z non necessario infallibilis: quia necessario infallibilis vt innititur fidei infuse z non necessario infallibilis: vt innititur acquisite fidei: hoc autem est inconueniens de vno z eodem actu. Sicut si idem simul produceretur a causa necessaria partialiter z ab alia libere z contingenter z diceretur q simul haberet necesse esse z ɔtingens eē. Sic in proposito.

5ᵐ. ¶ Quinto instatur. Et pono casum q quis eliciat actum credendi huic complexo Deus est trinus z vnus secundum inclinationem vtriusq; fidei z q ille idem actus continuetur a potētia circa idem obiectum complexum per horam: z q in medietate hore deperdatur habitus infusus: puta per peccatum mortale z per aliam medietatem continuetur a potentia precise secundum inclinationem fidei acquisite: tūc quero de illo actu an sit infallibilis necessario an nō. Si primo patet q non est infallibilis ex habitu infuso: quia tūc sibi nō pōt inniti cū sit ān͂hilat⁹ ex hypothesi: ergo erit necessario infallibilis prout innititur fidei acquisite. Si dicatur q non est necessario infallibilis desinēte habitu infuso. Cōtra: q2 tunc sequitur q manēte precise eodem actu z circa idez obiectum simpliciter erit mutatus de infallibilitate in oppositum eius quod videtur omnino inconueniens: vt patet intuenti. Sequitur ergo q idem actus credendi prout innititur vtriq; fidei erit necessario infallibilis.

Multū cōpiose et subtilit hic loqt̄ expositor. ¶ Respondeo ad omnes instantias premittendo aliqua. primo premitto q actus intelligendi dicitur habere veritatem z infallibilitatem ab obiecto quando ab ipso obiecto vt sic depēdet sicut actus intelligendi hominem esse risibilem est necessario verus z infallibilis eo q dependet ab obiecto necessario vero z infallibili: quia est impossibile tale complexum posse falsificari. aliquando est verus sed non necessario: vt quando dependet ab obiecto non necessario vero sed contingenter vero. sicut actus intelligendi quo intelligo hominem esse albū quod complexum potest aliquando falsificari. hoc idem dico de actu assentiendi quo assentit vero necessario vel vero cō tingenter.

Iste hic q̄d inuenies q̄d queris. ¶ Secundo premitto q quando duo habitus inclinant ad idem obiectum complexum sub eadem precise ratione ex parte obiecti ita q sit penitus idem obiectum z precise eadem ratio formalis in obiecto: tunc actus elicitus a potentia secundum inclinationem vtriusq; si erit infallibilis vt innititur vni habitu erit similiter infallibilis vt inni-

bitur alteri habitui: patet: qꝛ tota veritas ⁊ infallibilitas actus est a veritate obiecti complexi: patet: qꝛ si haberē duos habitus inclinantes ad assentiendum alicui complexo necessario ⁊ euidenti ex terminis sicut hoc complexū eēt: totū est maius sua parte: tunc illi habitus inclinarent ad eliciēdum actum euidentem circa tale complexum ⁊ sic act⁹ assentiendi esset ita euidens prout innititur vni habitui sicut ⁊ alteri cum vterqꝫ inclinet ad idem obiectum complexuʒ ⁊ sub eadem ratione a quo obiecto est euidentia actus. sic dico in proposito de actu credendi siue de actu assentiendi complexo vero. Tertio premitto ꝙ obiectū fidei infuse (siue simul necessarium siue contingens: qꝛ sunt articuli necessarij vt illi de trinitate ⁊ contingentes vt illi qui sunt ad extra) non ponitur illud obiectum verum precise: qꝛ inclinat ad illud vt in se verum ⁊ euidens: qꝛ tunc non esset fides: sed est obiectum verum: qꝛ reuelatum esse vera ab ipso deo immediate. Quis enim articuli fidei sint veri non tamen assentimus illis vt veris ex natura rei: sed assentimus qꝛ firmiter assentimus alicui homini vel communitati fide digne firmiter asserenti illum articulum esse verum. Fides ergo infusa ⁊ fides acquisita precise inclinant ad actū assentiendi eidem vero sicut huic. verbū est incarnatum non tñ precise inclinat ad assentiendum sub eadem ratione formali: quia infusa inclinat ad actū assentiendi illi vero vt reuelato a deo et asserente illud esse verum cui firmiter credendum est tanq̃ illi qui nullo modo potest fallere: nec falli. et ideo illi actui assentiendi vt precise innitit̄ fidei infuse non potest subesse falsum. Sed fides acquisita inclinat ad illud idem verum sub alia tamen ratione: quia assentit illi non ex euidentia terminorum: quia tunc non esset fides: sed precise assentit illi: quia firmiter assentit alicui homini: puta apostolis vel ecclesie asserenti illud complexum esse verum: et qꝛ tale testimonium ex natura sua posset aliquando errare vel decipere idem talis actus assentiendi prout innititur fidei acquisite non est infallibiliter verus. et ideo vt sic non repugnat posse subesse falsum: ⁊ licet communiter non subsit maxime quando credit ecclesie asserenti que vt creditur regitur a spiritu sancto.

Drīa int fidē acq̄sitā ⁊ īfusaʒ quo ad īclinationē ad actum.

¶ Istis premissis patet respōsio ad obiectiones. ad primam concedo ꝙ idem actus elicitur s̄m inclinationem vtrius fidei ⁊ circa idem obiectum materiale: qꝛ circa idem complexum sed non sub eadem ratione formali: qꝛ actus credendi vt est s̄m inclinationem fidei infuse est id quo assentit complexo vt a deo reuelato tanq̃ vero: et actus elicitus secundum inclinationem fidei acquisite est id quo potentia assentit eideʒ vero vt reuelato a creatura cui firmiter assentit vt testimonio fide digno illud vt verum asserenti.

Ad p̄muʒ Cōtra q̄rtū dubiuʒ.

¶ Ad secundum patʒ responsio ex dictis in prima responsione ad primum argumentum: quia quamuis sit infallibilis. quia respicit tale obiectum aliter tamen ipsum respicit vt innititur fidei infuse ⁊ aliter vt innititur fidei acquisite: vt supra patuit.

Ad scōm.

¶ Ad tertium. concedo dictum doc. i. primo distin. 17. sed postea negatur similitudo qꝛ intēsio actus ē intrinseca realiter actui ⁊ non potest produci aliquis actus in esse quin habeat suam intensionē: sed infallibilitas actus est precise: qꝛ respicit obiectum vt sic a deo reuelatum vt verum: ideo non sequitur necessario entitatem actus: sed precise dꝛ infallibilis: quia terminatur ad obiectum sub tali ratione consideratum.

Ad tertiū

¶ Ad quartum. concedo casum illum siue sit possibilis siue non: non curo et dico ꝙ stante tali actu elicito ⁊ fide infusa est infallibilis: qꝛ sibi non potest subesse falsum. Cum dicitur ꝙ tunc fides nō est cui actu initatur. Dico ꝙ hoc non refert: quia precise dicitur actus infallibilis pro quanto est elicitus secundum inclinationem fidei circa obiectum a deo reuelatum. stante ergo illo actu circa idem complexum: ita ꝙ obiectum complexum non mutetur semper stat infallibilis veritas actus cui non potest subesse aliquod falsum: quia ex quo fuit infallibiliter verus: qꝛ circa obiectum complexum a deo reuelatum vt verum sequitur ꝙ non mutato obiecto ⁊ stāte eodem actu ꝙ semper erit infallibiliter verus.

Ad q̄rtum

¶ Ad quintuʒ et vltimum. Dico ꝙ ille actus erit necessario verus circa idem obiectum non mutatū: qꝛ vt innititur fidei infuse terminatur necessario ad obiectum verum: ⁊ vt sic non potest esse fallibilis. quia licet absolute possit esse fallibilis a fide acquisita tñ tamen concurrente fide infusa cum acquisita est necessario infallibilis que infallibilitas est precise vt innititur fidei infuse: vt supra expositum est: et sic patet responsio ad instantias. ¶ Alia dubia que etiam importantnonnullas difficultates pro tunc omitto alijs subtilius indagantibus et forte melius intelligētibus Doctrinam Joannis Scoti ⁊c.

Ad q̄ntuʒ et vltimū.

De secundo articulo principali: vbi videnduʒ est

Scd̄s articulus. principalis

de cognitione perfecta ⁊ immediata an. s. anima pro quocūqꝫ statu possit cognitione perfecta ⁊ immediata attingere trinitatem. Dicit ꝙ licet notitia per se ⁊ propria et immediata possit distingui in intuitiuā ⁊ abstractiuam de qua supra habitum est. abstractiua perfecta trinitatis est notitia distīcta ⁊ immediata que immediate attingit ipsam ⁊ nō ꝑ aliō obiectum prius cognitum excludendo aliud in ratione obiecti cogniti non excludendo tamen aliud in ratione formali cognoscēdi: quia sic communiter species intelligibilis est ratio formalis causandi huiusmodi notitiam abstractiuā. Similiter intuitiua propria ⁊ perfecta ⁊ immediata est illa q̄ distincte attingit ipsam trinitatem vt in se perfecte presentē ⁊ ipsa immediate attingitur excludendo omne aliud in ratione obiecti cogniti non tamen excludendo aliud in ratione formali siue aliud potēs supplere vicem rationis formalis: ⁊ sic deitas est precise ratio cognoscendi ipsam trinitatem ⁊ ipsa sola vt comparatur ad intellectum diuinum est ratio mouendi ad notitiam intuitiuam deitatis ⁊ trinitatis Sed vt comparatur intellectui creato voluntas diuina est ratio formalis mouendi ⁊ in hoc supplet vicem obiecti siue rationis formalis obiecti visibilis: vt exposui in prologo. q. penultima. Et loquitur hic de notitia simplici tam abstractiua q̄ʒ intuitiua. s. perfecta ⁊ immediata: ⁊ nō loquitur de notitia complexa mediata ⁊ immediata ita ꝙ illa dicitur incomplexa perfecta ⁊ immediata que termiatur ad obiectū incomplexum distincte ⁊ immediate modo preexposito. ⁊ illa dicitur complexa ⁊ immediata que terminatur ad cōplexum notum ex terminis: quia omnis propositio immediata est etiam per se nota: vt patet per ea que exposui in primo: dist. 2. parte. prima. q. 2. notitia vero complexa est illa q̄ terminatur ad complexum non notum ex terminis. s. illa que terminatur ad conclusionem demōstratam. de hac complexa siue mediata siue immediata non loquitur in proposito. Sed intendit de incomplexa primo modo. s. immediata ⁊ ꝑfecta tam intuitiua q̄ʒ abstractiua. Et ponit hanc conclusionem. Anima non potest attingere ad notitiā dei propriā ⁊ immediatam ex perfectione sua naturali etiaʒ pro quocūqꝫ statu nature concurrentibus etiam quibuscūqꝫ causis naturaliter motiuis ipsius anime ad cognoscendū. Et idem diceretur de āgelo. Et ratio est: quia omnis talis intellectio scilicet per se ⁊ propria ⁊ immediata requirit ipsum obiectū sub propria ratione obiecti presens: ⁊ hoc vel in propria existentia: puta si est intuitiua vel in aliquo perfecte representante ipsum sub propria ⁊ per se ratiōe cognoscibilis si fuit abstractiua. Deus autem sub propria ratione deitatis nō est presens alicui intellectui creato nisi mere volūtarie. De presentia reali patet per illud Amb. super lu. in eius potestate satis est videri in cuius natura non est videri: videtur si vult si non vult non videtur. optime dicit ꝙ ei⁹ nature nō est videri supple a creatura: quia eius natura non est naturaliter causa actiua huius visionis. nec etiam aliqua natura creata que est naturaliter actiua pōt esse causa huius visionis vel perfecte presentie obiecti: quia non potest perfecte continere essentiam illam secundum entitatem suam: igitur nec secundum suam intelligibilitatem. Per idē etiā patet ꝙ nihil creatum potest esse causa eius presentie etiaʒ abstractiue apud intellectum: quia non potest causare aliquod representatiuum proprium ⁊ per se diuinitatis sub ꝓpria ratione cognoscibilitatis: quia tale representatiuum non potest causari nisi vel ab ipsomet cognoscibili vel ab aliquo perfecte continente ipsum sub ratione sue cognoscibilitatis. Et si igitur deus possit cognosci per aliquod representatiuum illud tamen non posset causari nisi immediate ab ipso deo illud voluntarie causante. ¶ Pro maiori intelligentia huius litere declaro aliqua. primo de causis motiuis anime respectu notitie. De notitia intuitiua obiecti cause naturaliter motiue sunt intellectus ⁊ obiectum in se presens vel aliquod ens creatum virtualiter continens perfectam entitatem obiecti. ⁊ iste tm̄ ⁊ proprie sunt cause naturaliter motiue ipsius anime causantes naturaliter notitiā ītuitiuā obiecti. nulla eñ alia causa videtur posse assignari nisi intellectus ⁊ obiectum in se presens vel aliq̄d creatū ꝟtualiter continens perfecte ipsum obiectum cum notitia talis precise causetur ab itellectu ⁊ obiecto in se presente vel aliquo supplēte vicē illius obiecti vel ipm̄ ꝟtualiter cōtinēte. ⁊ hoc patet a doc. in primo di. 3. q. 7. ⁊. di. 8. q. 3. Sed cause naturaliter motiue ipsius anime siue ipsius intellect⁹ respectu notitie abstractiue. sunt intellect⁹ ⁊ spēs intelligibilis obiecti q̄ species intelligibilis vel ē causata ab ipso obie

Pulchra ⁊ vtilis declaratio lr̄e Doct.

cto intelligibili siue immediate vt in intellectu angeli q̄ immediate potest recipere speciem intelligibilē ab ipso obiecto ita ꝙ non requiritur aliud medium immediate causatiuū: vt patet a doc. ī secūdo. d. 3. q. vltima. ꝛ. di. 9. vel mediate vt ī nobis pro statu isto: vbi obiectū sensibile extra nō īmediate mouet ītellectū causādo spēʒ sui ītelligibilē. sed tm̄ mediate pri⁹ cāndo spēʒ sēsibilē ī aliq̄ sēsu exteriori q̄ causā īmediate cāt alia spēs ī ꝟtute imagīatiā q̄ dr̄ fātasma ꝛ illa īmediate cum ītellectu agēte causat spēm ītelligibilem obiecti. Uel illa spēs ītelligibilis est causata in nobis ab aliquo obiecto. remote tamen virtualiter cōtinente entitatem obiecti intelligibilis. Exēplum primi in nobis patet de albo extra qd̄ prius causat speciem ī organo visus. ꝛ species illa causat aliam in organo imaginatiue que dicitur fantasma: ꝛ illa immediate causat speciē ītelligibilem ipsius albi partialiter tamen: ꝛ sic in cognitione abstractiua quidditatis albedinis iste ponūtur cause naturales: ita ꝙ īmediate cause notitie sunt intellectus ꝛ spēs ītelligibilis vt alias ꝓbaui: et mediate sunt obiectum extra et species obiecti ī sensu exteriori ꝛ fantasma in sensu interiori ita ꝙ iste ordinate se habent modo p̄exposito. Exēplum secundi posito ꝙ obiectuʒ. a. nec pro statu isto nec pro alio habeat virtutem mouendi intellectuʒ ad sui notitiā abstractiuam sed ꝙ virtualiter cōtineatur in aliquo sensibili et dicatur. b. tūc b. īmediate mouet sensum exteriorem causando speciem sui sensibilem ꝛ illa causat aliaʒ in sensu īteriori ꝛ illa causat speciem ītelligibilē primo ipsius. b. ꝛ post causat speciem intelligibilem. a. si potest habere illam: vel si non potest tunc eadeʒ spēs ītelligibil'. a. causat vna cum intellectu primo notitiaʒ. a. ꝛ deinde notitiam. b. et iste sole sunt cause naturales notitie abstractiue in ītellectu nostro. ¶ Secundo nota ibi de presentia obiecti in se ꝙ aliud est loqui de presentia obiecti reali et in se et non in ratione actu intelligibilis ꝛ aliud de p̄sentia obiecti vt actu ītelligibilis. quia p̄mo modo Deus est ꝑfectissime presens cum sit vbiqʒ per ꝑfectaʒ presentiam sed non secundo modo: tūc secundo mō dicitur presens quando actu potest mouere ītellectū ad sui notitiam intuitiuam loquēdo de ista presentia. Dico ꝙ hec est duplex. s. quedam est formalis ꝛ motiua quando. s. obiectum in se formaliter presens in ratione obctī actu ītelligibilis potest mouere ītellectū ꝑtialiter causando notitiam sui intuitiuam in illo intellectu. Quedā est presētia tm̄ formalis et nullo modo motiua: vt quando intellectui relatio realis est presens in ratione obiecti actu intelligibilis ꝛ tamen ipsa nullo mō potest causare notitiam sui est tamē presens virtualit'. i. ꝙ ipsa ꝟtualiter continetur in alio potente causare notitiam sui intuitiuam vt puta extrema absoluta illi⁹ relatiōis quādo sunt presentia in se causant primo notitiam sui deinde relationis virtualiter cōtente. Et loquendo de ista p̄sentia virtuali. Dico ꝙ quoddam obiectum cōtinet ꝟtualiter presentiam alteri⁹ in ratione obiecti intelligibilis sic ꝙ non potest immediate facere obiectum virtualiter contentum esse presens intellectui ī ratione actu intelligibilis nisi prius sit in se presens in ratione obiecti actu intelligibilis. i. nisi prius sit ī se presens potēs īmediate causare notitiam sui intuitiuam nūqʒ posset facere obiectum contentum virtualiter presens. et sic nūqʒ posset immediate causare notitiam intuitiuam contenti virtualiter nisi prius vel simul causaret notitiam sui intuitiuam. Et hoc modo obiectuʒ naturaliter motiuum per modum nature non potest facere aliud obiectum virtualiter contentum esse presens potentie in ratione obiecti actu ītelligibilis nisi prius fuerit in se presens presentia obiecti actu intelligibilis. et sic non pōt immediate causare notitiam intuitiuam obiecti virtualiter contenti in aliquo intellectu nisi prius causaret notitiā sui intuitiuā. Et sic sequitur ꝙ essētia diuina que virtualiter continet omne obiectuʒ nō potest facere aliquod obiectum contentum esse presens presentia obiectiua alicui intellectui etiam diuino nisi prius sit in se p̄sens presētia obiectiua eidem intellectui. nec potest immediate causare notitiam intuitiuam obiecti contenti ī aliquo intellectu nisi prius in eodem causaret notitiam sui intuitiuam: vt alias exposui supra ī quodlibet; ꝛ hic et etiam patet a doc. in p̄mo. ꝛ ī quodli. Dico secundo ꝙ quoddam continet virtualiter presentiam alterius obiecti sic ꝙ immediate potest facere illud contentuʒ esse in se presens presentia obiectiua et tamen ip̄um continēs nullo modo erit presēs presētia obiectiua. ꝛ tale cōtinens est continens volūtarium ꝛ non per modum nature. et sic voluntas diuina cōtinet hoc modo omne obiectum ita ꝙ in quocūqʒ ītellectu excepto diuino potest immediate causare presentiam obiectiuam cuiuscunqʒ obiecti etiam essentie diuine non causando siue non faciendo se presentem tali intellectui presētia obiectiua: et similiter potest immediate causare notitiam intuitiuam cuiuscunqʒ obiecti etiam ipsius essentie diuine nō causando notitiam sui nec intuitiuam nec abstractiuaʒ et hoc est quia est obiectum mere voluntarium. Et sic dicimus ꝙ deus non sub ratione deitatis sed sub ratione qua est volens est obiectum mere voluntariū respectu cuiuscūqʒ intellectus creati. sed respectu sui intellectus est obiectum mere per modum nature. Dico vltra ꝙ ipsa voluntas diuina non tm̄ continet omne obiectū voluntarie causando presentiam realeʒ illius respectu notitie ītuitiue sed etiam potest immediate causare p̄sentiam cuiuscunqʒ obiecti qua obiectum sit prius presentia obiecti intelligibilis abstractiue: quia potest immediate causare speciem intelligibilem cuiuscunqʒ obiecti etiam essentie diuine: vt patet in secundo. d. 3. q. 9. potest etiam immediate causare notitiam abstractiuaʒ cuiuscunqʒ obiecti non causando notitiam abstractiuā sui cuʒ sit obiectū mere voluntarium. secus est de obiecto non voluntario sed naturali ꝛ mouente per modum nature. quia tale non potest immediate causare speciem intelligibileʒ virtualiter contenti in aliquo ītellctū nisi in eodem intellectu simul vel prius causet specieʒ sui siue mediate siue immediate modo preexposito: nec similiter potest immediate causare notitiam abstractiuam virtualiter contenti nisi prius mediate vel immediate causet notitiam sui. ¶ Deinde nota ibi. nec etiaʒ aliqua natura creata q̄ est naturalit' actiua potest eē causa hui⁹ visionis et perfecte presentie obiecti: quia non potest ꝯtinere in se ꝑfecte essētiam illam secundum entitatē suam: igitur nec secundum suam intelligibilitatem. h̄ patet. quia potēs virtualiter continere effectum ꝓprium alicuius cause potest perfecte cōtinere entitateʒ illius cause. quia ex quo talis effectus sequitur ētitatem propriam non videtur posse īmediate causari nisi vel a causa propria et sibi adequata. vel ab aliquo perfecte continente entitatem illius cause: vt exposui in 2⁹. d. 2. Cū ergo notitia propria alicui⁹ obctī siue ītuitiua siue abstractiua precise sequatur entitatem obiecti sic intelligibilis. patet. quia illa notitia non potest esse notitia alterius obiecti: sed precise illius cuius est. statim sequit' ꝙ a nullo poterit immediate causari nisi ab ipso obiecto vel ab aliquo perfecte continente obiecti illius. Nec similiter p̄sentia obiectiua perfecta. que tunc est quādo obiectum actu potest intueri non potest immediate causari nisi vel ab ipso obiecto vel ab aliquo ꝑfecte continente ipsum. Et intelligo sic ꝙ causare presentiam obiectiā respectu notitie intuitiue est facere obiectum tale esse actu intelligibile intellectione intuitiua. i. ꝙ actu possit immediate causare notitiam illius intuitiuam: sic ergo. a. posse causare perfectam presentiam. b. ī ratione obiecti actu intuitibilis nihil aliud est qʒ. a. posse immediate causare notitiam intuitiuaʒ ipsius. b. que ponitur propria ipsi. b. et sic ꝓpria ꝙ nullo mō pōt alteri competere. ꝛ sic seq̄tur ꝙ. a. perfecte cōtineret entitatem ꝛ intelligibilitatem ipsius. b. Quando ergo obiectum īmediate dicitur causare presentiam sui in ratione obiecti intuibilis tunc est ipsum. b. immediate posse causare notitiam sui intuitiuam: quia vt sic presens est pars memorie perfecte vt exposui ī p̄mo. d. 2. ꝑte. 2. q. 3. ꝛ. d. 3. q. 7. exponendo titulum. q. ꝛ hoc idem in secundo. d. 3. q. 8. ꝛ. q. 10. et. d. 10. sed si aliud potest causare presētiam obiectiuā modo predicto obiecti actu intuitibil' hoc nihil aliud est qʒ posse actu causare notitiam intuitiuam illi⁹ obiecti. ꝛ per cōsequens perfecte continebit entitatem ꝛ intelligibilitatem illius obiecti. Cum ergo nulla creatura possit virtualiter continere entitatem dei sequitur ꝙ nec poterit causare presentiam obiectiuam eius modo p̄expositο nec eius notitiam. ¶ Deinde nota ibi. per idem etiā patet ꝙ nihil creatum potest eē causa eius p̄sētie abstractiue apud ītellectū. qꝛ non potest causare

Obm̄ sēsibile non īmediate mouet intellectū.

Presētia obiecti duplex.

aliquid qꝺ ſit repreſentatiuum proprium et per ſe diui-
nitatis ſub propria ratione cognoſcibilis: quia tale re-
preſentatiuum non poteſt cauſari niſi vel ab ipſomet co
gnoſcibili vel aliquo perfecte continente ipſum ſub ra
tione ſue cognoſcibilitatis. proprium repreſentatiuum
in cognitione abſtractiua eſt ſpecies intelligibilis obie
cti propria: vt patet a doc. in primo. d.3.q.6.ꝛ in ſecūdo

Nota hic quō ſpēs intelligibilis ꝓpria obiecti eſt duplex.

d.9. Hic tamen nota ꝙ ſpecies intelligibilis ꝓpria ob-
iecti eſt duplex. quedam dicitur ꝓpria formaliter ꝛ eſt il
la q̄ īmediate eſt repreſētatiua obiecti ꝛ īmediate cau-
ſatiua notitie obiecti. ꝛ ſic oē obiectū potēs habere ali-
quā ſpeciem p̄ciſe ip̄m repreſētantē dicitur habere pro
priū repn̄tatiuū formaliter quando actu repn̄tatur per
illā. ꝛ illa īmediate poteſt cauſare partialiter tamē no-
titiā abſtractiuam obiecti cui⁹ eſt. Alia eſt ſpecies ob-
iecti ꝓpria nō formalis ſed tm̄ ꝟtualis. ꝛ eſt quādo ob-
iectum non habet ꝓpriā ſpēm: quia tamen ſcd̄m ſuā en-
titatem ꝟtualiter cōtinetur ī aliquo obiecto hn̄te ꝓpriā
ſpeciem. tūc illa ſpecies eſt ꝓpria illi obiecto cōtento: qꝛ
tale ꝯtentū p̄ciſe natū ē cognoſci abſtractiē ꝑ illā q̄uis
nō ſit formalr̄ ſpēs illi⁹ ꝯtēta. Spēs ꝓpꝛia ꝛ formalis ob
iecti vel cāꝛ ab ip̄o obiecto ꝛ hoc mediate vel īmediate
mō p̄expoſito. vel ſi n̄ cauſaꝛ ab ip̄o obctō: n̄ p̄t tn̄ ab ali
quo cāri niſi ꝯtineat ꝟtualr̄ ētitatē obcti ꝓpt cām ſupi⁹
dictā qꝛ talꝭ ſpēs ē ita effect⁹ ꝓp⁹ obcti ſicut notitia in
tuitiua ꝛ hoc mediate vel immediate. Silr̄ loquēdo de
ſpecie ſecūdo modo. ſ. virtualiter illa nō p̄ōt cauſari niſi
vel ab obiecto cui⁹ poniꝛ ſpēs ꝓpria formaliter cōtinēte
ip̄m obiectū ꝟtualiter vel ab alio ſimul virtualiter cōti
nēte ſic vtrūqꝫ obm̄. ſ. obiectū cui⁹ poniꝛ ſpēs ꝓpria for
maliter ꝛ obm̄ cui⁹ poniꝛ ſpēs ꝓpria ꝟtualiter: qꝛ ſi. a. cō
tinet virtualiter. b. adequate. c. nō poſſet ꝯtinere virtua
liter. b. niſi etiā cōtineret virtualiter ipſum. a. Et ſic pꝫ
expoſitio hui⁹ lr̄e. ¶ Ibi. Cōtra iſtud Doc. inſtat ꝓbā-
do ꝙ aīa poſſit naturaliter cognoſcere ip̄m deū etiā di-
ſtincte: ꝛ hoc tā abſtractiue q̄ꝫ intuitiue. ꝛ ꝓbō eſt iſta.
Quicq̄d per ſe cōtineꝛ ſub p̄mo obiecto naturali alicu-
ius potētie ad illud potentia naturaliter p̄ōt attingere
alioq̄n obm̄ primū nō eſſet adequatū potētie ſed trāſcē
dens in rōne obiecti. nūc autē ens qꝺ eſt primū obiectū
naturale intellect⁹ veriſſime cōuenit ipſi deo: igitur po
tentia hn̄s tale obiectū p̄ōt naturaliter in ip̄m deū vt in
per ſe cōtentū. maior eſt nota ꝛ iam ꝓbata a doc. in ꝓlo.
q.1. minor etiā eſt nota ꝛ ꝓbata a doc. in p̄mo. d.3.q.3. vbi
vult ꝙ ens qꝺ poniꝛ adequatū obiectū intellect⁹ p̄dice-
tur in quid de deo hoc idē. d.8.q.2. ¶ Ibi diceretꝛ. Hic

Obiectū p̄mū naturale dupliciter.

doc. rn̄det huic rōni que etiā rn̄ſio habita eſt in ꝓlo. q.1.
Et dicit ꝙ obiectū p̄mū naturale p̄ōt dupliciter intelli-
gi. vno modo ad qꝺ potētia naturaliter inclinatur. alio
mō qꝺ potētia p̄ōt naturaliter attingere. ſ. cauſando no
titiā eius. ſiue qꝺ p̄ōt attingere cōcurrēte cōcurſu cau-
ſarum naturaliū. modo ens in ſua cōitate ſiue ſit cōitas
vniuocationis ſiue analogie nō curo modo: ꝛ ſi ponatur
obiectū adequatū cuiuſcūqꝫ intellectus creati loquēdo
de obiecto adequato p̄mo mō prout. ſ. ad qꝺ potētia ha-
bet naturalē incliuationē: nō tn̄ de obiecto adequato. ſe
cūdo mō qꝺ. ſ. ſit naturaliter attingibile ex cōcurſu cau
ſarū naturaliū: imo ſic loquēdo de tali obiecto attingibi
li naturaliter ꝓ quocūqꝫ ſtatu cuiuſcūqꝫ intellect⁹ crea
ti preciſe ens limitatū eſt obiectū adequatū: qꝛ preciſe
p̄ōt attingi virtute cauſe naturaliter motiue intellect⁹
.i. ꝙ oē ens creatū p̄ōt naturaliter mouere ꝛ per modū
nature potētiā cuius poniꝛ obiectū. imo tale vt eſt pn̄s
in rōne obiecti neceſſario mouet partialiter tn̄ ad noti-
tiā ſui ꝛ oīm virtualiter ꝛ eſſentialiter cōtentorū vt alꝭ
expoſui in p̄mo. di.3.q.2. Sed ens illimitatū ꝛ ſi moueat
per modū nature intellectū ꝓpriū. ꝛ per ꝯn̄s ſic dicaꝛ ob
iectū eius naturale: tn̄ vt cōparatum intellectui creato
nullo mō eſt obiectū naturale eius motiuū: qꝛ nō mouet
per modū nature ſed tm̄ libere. accipitur ḡ hoc obiectū
naturale potētie nō prout naturale diſtinguiꝛ ꝯtra ſup-
naturale: ſed vt diſtinguiꝛ cōtra voluntariū: ꝛ ſic accipi
tur obiectū naturale potentie qꝺ mouet ꝑ modū nature
ipſam potētiā: vel ſi nō poſſit mouere ꝓpter ſui imperfe
ctionē ſaltē ſufficit ꝙ virtualiter cōtineaꝛ in alio obie-
cto qꝺ moueat potētiā per modū nature ad notitiā ipſi⁹
obiecti virtualiter cōtenti. Dicit ḡ ꝙ loquēdo de obie-
cto naturali iſto modo oē ens creatum mouet naturali-
ter intellectū creatū ad ſui notitiā ꝛ virtualiter ꝛ eſſen-
tialiter cōtentorū. vel ſi nō p̄ōt formaliter mouere ſaltē
cōtinetur virtualiter in alio ente creato qꝺ mouet natu
raliter ſiue per modū nature ad notitiā virtualiter con-
tenti: mouet dico ipſum intellectū creatū: ſaltē loquen-
do de oī ente creato abſoluto: qꝛ oē tale vel formaliter
mouet per modū nature intellectū creatū: vel virtuali-
ter cōtineꝛ in alio obiecto creato per modū nature moti
uo intellect⁹ creati ad notitiā illi⁹ virtualiter contenti.
Et dixi de ente abſoluto: qꝛ ſunt alique relationes q̄ ter Nota hic.
minantur ad deū: ꝛ ſi ſint entia limitata ꝛ per ſe intelli-
gibilia tn̄ non poſſunt mouere intellectū ad ſui notitiā:
nec ſimiliter p̄ciſe virtualiter cōtinētur in alio obiecto
creato qꝺ poſſit per modū nature mouere intellectum
creatū ad earū notitiā: quia etiā depēdet earū notitia a
termino ſicut etiā ab ipſo dependēt in entitate. non pn̄t
ḡ cognoſci ex ſolo cōcurſu cauſarū naturaliū cū ad earū
cognitionē requiraꝛ cognitio termini. mō de⁹ nō mouet
intellectū creatū naturaliter. i. per modū nature nec ad
notitiā ſui nec ad notitiā cōtentorū in eo: ſed vt ſic p̄ciſe
mouet intellectū ꝓpriū: vt magꝭ infra patebit pn̄ti arti.
¶ Ibi. Sed nec ens adhuc in tāta cōitate acceptū. Hic Opi. Thome de obiecto adequato intellectus.
recitat opi. Tho. de obiecto adequato intellect⁹ huma-
ni loquēdo de intellectu ex natura potentie. Et dicit ꝙ
obiectū adequatū intellect⁹ hmōi loquendo de obiecto
adequato motiuo naturaliter nō eſt ens limitatū vt eſt
cōe oī enti creato: ſed eſt p̄ciſe quiditas rei materialis.
Et ponit talē rōnem. potētia ꝓportionatur obiecto. tri
plex aūt poniꝛ potētia cognitiua. quedā oīno ſeparata
a materia ꝛ in eſſendo ꝛ in cognoſcēdo vt intellect⁹ ſub-
ſtātie ſeparate. Alia eſt cōiuncta materie ꝛ in eſſendo ꝛ
in operando vt potētia organica ſicut ſenſus. Tertia q̄
eſt forme habētis eſſe in materia ſed ipſa nō vtiꝛ mate-
ria ſiue organo materiali in operādo. iſti triplici potētie
corrn̄det triplex obiectū ꝓportionatū. p̄me quiditas ſe-
parata oīo a materia. ſecūde ſingulare oīno materiale.
tertie igiꝛ corrn̄det q̇ditas rei materialis. q̄ licet ſit ī ma
teria tn̄ nō cognoſciꝛ vt ī materia ſingulari. Et hec opi
nio fuit pertractata in p̄mo. d.3.q.3. ꝛ in quarto. diſt. 45.
vide ibi. ¶ Ibi. Sed ſi illud intelligeretꝛ. Hic Doc. im-
probat opi. Tho. dicēs ꝙ ſi opi. intelligeret de ꝓprio ob
iecto intellect⁹ hmōi vt eſt talis potētia. ſequereꝛ ꝙ in-
tellect⁹ beati haberet ꝓ obiecto adequato quiditatem
rei materialis: ꝛ tūc nullū īmateriale poſſet naturaliter
cognoſcere: ꝛ ſic vna aīa nō poſſet naturaliter cognoſce
re nec ſeip̄am nec aliā cū nō cōtineaꝛ ſub q̇ditate mate
riali. vt pꝫ qꝺ eſt valde incōueniēs. vel ſi nō. nō maneret
eadē potētia que mō. i. ꝙ ſi intellect⁹ beati haberet aliꝺ
obiectū q̄ꝫ quiditatē rei materialis: tūc ſequereꝛ ꝙ non
eſſet eadē potentia hic ꝛ in patria: qꝛ eadē potētia ſemꝑ
manēs eadē habet idē obiectū adequatū cū quecūqꝫ po
tētie habeāt ſuū ꝓpriū obiectū ꝛ potētie diſtinguantur
etiā per actus ꝛ actus per obiecta. ſi ḡ hic haberet vnū
obiectū ꝛ in patria aliud tūc nō eſſet eadē potētia hic ꝛ
in patria qꝺ eſt abſurdū. ¶ Ibi. Nec valet dicere. Hic
Doc. improbat vnā rn̄ſionē Tho. ad rōnē cōtra opi. qui
dicit ꝙ intellect⁹ vt intellect⁹: licet nō poſſit attingere
ad ſubſtātias ſeparatas tn̄ vt eleuaꝛ per lumē glorie p̄t
attingere ad hmōi ſubſtātias ꝛ intellect⁹ beati eſt eleua
tus per lumen glorie. Hāc rn̄ſionē doc. improbat: quia
nullus habit⁹ eleuās potētiā p̄ōt habere obiectū quod
trāſcēdat p̄mū obiectū potētie: qꝛ tūc ille habit⁹ nō eēt
illi⁹ potētie: ſed vel eſſet in ſe potētia vel faceret potē-
tiā eſſe aliā ab iſta ſi haberet aliud obiectū p̄mū. Et pa-
tet hoc: qꝛ potētia prius q̄ꝫ intelligaꝛ habere habitū ha
bet ſuū obiectū adequatū. pꝫ. qꝛ habit⁹ potētie quicūqꝫ
ſit ille neceſſario p̄ſupponit potentiā ꝛ obiectū: qꝛ talis
habitus potētie inclinat potētiā ad eliciēdū actū circa
obm̄ circa qꝺ poniꝛ talis habit⁹ inclinari ꝛ ſic potētia p̄-
us hꝫ ordinē ad obiectū ſibi adequatū: q̄ꝫ intelligaꝛ ha-
bere habitū inclinātē ipſam circa aliqꝺ obiectū: ſi ḡ ha-
bit⁹ luminis glorie reſpiceret aliud obiectū q̄ꝫ obiectū
ꝓpriū qꝺ hꝫ ex natura potētie: ſeq̄retur neceſſario vel ꝙ
talis habit⁹ eſſet potētia aliqua cognitiua hn̄s ꝓ obie-
cto ſubſtātias ſeꝑatas qꝺ eſt abſurdū: vel ꝙ nō eēt ea-
dē potētia q̄ nūc: qꝛ vt nūc ex natura talis potētie hꝫ p̄-
ciſe ꝓ obiecto adequato quiditatē rei materialis. ꝛ tūc
per illud lumē haberet aliud obiectū: ſed diſtincta obie
cta arguūt diſtinctas potētias loquēdo de diſtinctis ob
iectis adequatis. vt pꝫ intuēti. Hec etiā rn̄ſio eſt impro

bata in p̃mo.d.3.q.3.ꝛ in quarto.d.45.vide ibi multa ad istã materiã pertinẽtia. ¶ Nũc Doc.assignat obiectum intellect⁹ ex natura intellectus: ꝛ etiã ꝓ statu isto assignat qu ͣle sit obiectũ:loquẽdo semꝑ de obiecto motiuo intellect⁹ per modũ nature vt supra dixi. Dicit ꝙ ꝙ obiectũ naturale hic est natural'r attingibile adeq̃tũ itellectui nr̃o:ꝛ si ꝓ statu isto sit q̃ditas rei materialis vel forte adhuc speciali⁹ q̃ditas rei sensibilis intelligẽdo non de sensibili ꝓprie solũ sed etiã de incluso essẽtialiter vel virtualiter in sensibili.vt exposui in p̃mo.d.3.vide ibi q.3. Tñ obiectũ adequatũ intellectui nr̃o ex natura potẽtie nõ est aliq̃d speciali⁹ obiecto intellect⁹ angelici: q̃a quicq̃d põt itelligi ab vno ꝛ ab alio. Et hoc saltẽ dꝫ cõcedere theolo. qui ponit istũ statũ nõ esse naturalẽ nec istã impotentiã intelligẽdi respectu multoꝝ intelligibiliũ esse naturalẽ sed penalem.iuxta illud.15.de tri.c.28. Certe inq̃t oculis tuis interiorib⁹ lux illa monstrauit.ꝛ subdit. Que igiꝶ causa cur acie fixa ipsã videre nõ possis nisi vtiq₃ infirmitas. Et de hoc supra ibidẽ. O tu aĩa mea vbi te sentis esse vbi iaces:sequiꝶ.agnoscis recte te esse in hoc stabulo quo samaritanus ille ꝑduxit illũ quẽ reperit multis a latronib⁹ inflictis vulnerib⁹ semiuiuũ relictũ. Tñ ph̃us qui statũ istũ diceret simpl'r naturalẽ homini.nec aliũ expert⁹ erat nec rõne cogente cõclusit diceret forte illd̃ esse obiectũ adequatũ intellect⁹ hm̃oi simpl'r ex natura talis potẽtie qđ percipit sibi eẽ adeq̃tũ ꝓ statu isto. Et sic poneret q̃ditatẽ rei sensibilis ꝓ obiecto adequato accipiẽdo sensibile vt exposui in p̃mo.d.3.q.3.vide ibi multa singularia ¶ Ibi. Cõtra ista arguiꝶ.

Quid est obiectũ intellectus ſm Sco.

Hic Doc.arguit ꝓbãdo ꝙ ens nõ tm̃ limitatũ: sed etiã illimitatũ sit obiectũ naturaliter motiuũ intellect⁹ creati:ꝛ ita ens vt est indifferens ad vtrũq₃.s.limitatũ ꝛ illimitatũ erit obiectũ adequatũ naturale.s.per actionem cause naturaliter agẽtis.s.per modũ nature agẽtis attingibile. Et sic intẽdit ꝓbare ꝙ etiã essentia diuina sit naturaliter.i per modũ nature motiua intellect⁹ creati causando naturaliter notitiã sui. Et arguit sic. primo. eiusdẽ obiecti p̃mi accepti ſm totã suã indifferentiã ad potẽtiã quã p̃mo r̃spicit acceptã ſm totã suã indr̃iamẽ idẽ modus se habẽdi in mouẽdo.s.naturaliter vel nõ naturaliter. Nũc aũt ens illimitatũ mouet naturaliter aliquẽ intellectũ vt diuinum.igiꝶ simili modo mouet quẽlibet intellectũ: alia minor est ista.aliqđ ens mouet naturaliter aliquẽ intellectũ causatiuũ igiꝶ quemlibet simili modo mouebit. Declaro prius maiorẽ anteq̃ inducam ꝓbationẽ doc. Cũ dicit eiusdẽ obiecti accepti ſm suam totã indifferentiã hic obiectũ acceptũ ſm suã indifferẽtiã nõ accipiꝶ pro illo cõceptu cõi.puta loquẽdo de obiecto intellectus qđ poniꝶ ens inquãtũ ens non accipiꝶ ens pro cõceptu entis indifferẽti ad om̃e ens:sed accipiꝶ ipsum pro quãto includiꝶ in oĩ per se intelligibili siue pro quãto cõprehẽdit oẽ per se intelligibile:ita ꝙ nõ precise tale ens vel tale:sed vt includiꝶ in oi ente. vt exposui in ꝓlo.q.1.ꝛ.d.5.p̃mi.vide ibi. Et potẽtia accepta ſm totã suã indifferentiã nõ accipiꝶ precise pro potẽtia in cõi:sed prout ipsa potẽtia includiꝶ per se in oĩ potentia ꝛ vt cõprehẽdit oẽꝫ potẽtiã q̃ respicit illd̃ obiectũ.tale obiectũ sic acceptũ put.s.icludit vel cõꝑhẽdit oẽ intelligibile habebit eundẽ modũ mouendi potẽtiam quã primo respicit. Et breuiter ista maior stat in vna ꝓpositione doc.in ꝓlo.q.3.ꝛ in secũdo.d.9.s.q̃n extrema alicuius proportionis comparanꝶ ad inuicẽ in rõne motiui ꝛ mobilis si aliq̃d vnũ extremi est motiuum alterius extremi qđlibet cõtentum sub illo extremo poterit esse motiuum contenti alterius extremi contenti sub extremo primo ꝛ adequato. Exemplũ sint ista extrema.s.calor sit extremũ motiuũ: sed aliud extremum mobile sit calefactibile que dicuntur prima extrema.si calor in ratione motiui respicit primo calefactibile in rõne mobilis. statim sequitur ꝙ si vnus calor contẽtus sub calore possit calefacere aliquod lignũ per modũ nature ꝙ etiã quilibet alius calor cõtentus sub calore possit idẽ calefactibile calefacere. Et vltra sequitur ꝙ si aliquod calefactibile contentum per se sub primo calefactibili potest calefieri ab aliquo calore ꝙ qđlibet calefactibile cõtentum per se sub primo calefactibili possit calefieri ab illo calore ꝛ eodẽ modo põt calefieri:quia si vnum calefit naturaliter ꝛ reliquum cum oĩa participẽt naturã primi extremi. Sic est in ꝓposito obiectum intellectus

Declaratio litere.

Nota hoc exemplũ.

ex natura intellectus ꝛ ipse intellectus oĩno indifferẽs ad oẽm intellectũ sunt extrema prima proportionis in rõne motiui ꝛ mobilis: quia primũ obiectum intellect⁹ est motiuũ per modum nature ipsius intellectus:ꝛ intellectus est mobilis ab illo obiecto. sequitur ꝙ si aliquod ens moueat vnũ intellectum per modum nature ꝙ etiã quodlibet aliud ens contentum sub obiecto primo eodẽ modo poterit mouere eũdem intellectum. Et similiter si aliquis intellectus natus est moueri ab aliquo obiecto quilibet intellectus contentus per se sub intellectu poterit moueri ab eodẽ obiecto. Et sic credo ꝙ illa maior doc.teneat virtute illi⁹ ꝓpositionis. Et maior sic declarata probatur a Doc.sic.primo inducendo de potentijs ꝛ obiectis earum primis siue adequatis ꝛ per se obiectis contentis sub illis primis. Secũdo ꝓbatur.quia obiectum ꝓpriũ ſm totã suã indifferentiã est adequatũ obiectũ ꝛ respicit potentiam ſm totum genus suum vt propriũ extremum:ꝛ expone vt supra exposui de extremis proportionis. Aliquis igitur est modus proportionis ſm quem hoc extremũ respicit illud:ille idẽ modus saluabitur inter quecũq₃ extrema particulariter cõtenta sub extremis istis primis quia particularia extrema ꝛ se respiciũt ſm hoc:quia includunt prima extrema:ꝛ ita se respiciunt eodem modo quo illa p̃ma. ¶ Secũdo arguit probãdo ꝙ deus mouet intellectum creatũ per modũ nature ꝛ arguitur sic. Oĩs actus ꝑcedẽs actum voluntatis est mere naturalis.i.elicitus per modũ nature: sed actio essentie diuine etiã vt est obiectũ mouẽs intellectum creatũ ꝑcedit actũ volũtatis igiꝶ ꝛc. maior patet: quia tm̃ sunt duo modi agendi. vnus per modum nature:ꝛ alius ꝑ modũ volũtatis:ꝛ nõ sunt plures nec etiã modus agẽdi indifferẽs.s. q̃ nec sit ꝑ modũ nature nec ꝑ modũ volũtatis: vt extat ꝓbatũ a doc. in p̃mo.d.2 parte.2.q.4.ꝛ.d.10.modus aũt agendi ꝑ modum voluntatis essentialiter competit soli voluntati:licet participatiue possit alijs conuenire illis.s.duntaxat q̃ sub sunt imperio volũtatis.vt patet a doc.in p̃mo.d.2. Sequitur ergo ꝙ nullũ aliud agens põt agere per modum volũtatis sic ꝙ per naturã talis agẽtis possit cõpetere. Et si aliqđ ens aliud ꝑticipatiue libere sicut aliq̃n intellectus imperio volũtatis elicit actũ: tñ ille actus sic elicitus necessario est posterior actu volũtatꝫ imediate elicito cũ ille sit actus imperatus:vt exposui in ꝓlo.q.vlt. Sed si act⁹ sit simpl'r prior actu voluntatis: ita ꝙ nullo mõ eliciaꝶ imꝑio volũtatis ille simpl'r erit elicit⁹ ꝑ modũ nature. Probaꝶ minor.q2 essentia vt essentia est obiectũ beatificũ:nõ aũt essentia vt volũtas vel vt volens igiꝶ mouere ad actũ beatificũ cõpetit essẽtie rõne qua vt essentia est ꝛ ꝑ ꝯñs illa erit ꝑor actione volũtatis. cõfirmaꝶ.q2 si per impossibile deus nõ esset volẽs essentia sua naturaliter moueret intellectũ ad vidẽdũ ipsam igiꝶ ꝛ mõ similiter mouebit cũ nõ moueat iquãtũ volẽs sicut nec est primũ obiectũ inquãtũ volẽs. ¶ Tertio arguit sic.obiectũ oẽ gignit notitiã actualiter sui loquendo tñ de obiecto motiuo ꝛ p̃mo ꝛ formaliter:vel saltem cõtineꝶ in alio ꝟtualiter qđ mouet per modũ nature ad notitiã cõtenti obiecti:siue obiectũ formaliter hoc ẽ ex rõne sua formali gignat notitiã sui siue cõtineaꝶ in alio mouẽte siue gignẽte notitiã illi⁹ semꝑ illa gignitio erit naturalis siue per modũ nature elicita.ꝛ ꝙ sit naturalis patet.q2 genitũ hoc modo dꝛ proles ſm Augu.9.de tri.c.vlti.dꝛ aũt proles siue fili⁹:q2 per modũ nature productꝰ.est.n.de rõne prolis ꝙ sit per modũ nature supra patuit in p̃mo.d.3.ꝛ.10.ꝛ in tertio.d.8.igiꝶ ista visio essentie cũ dicatur ꝓles in intellectu beati naturaliꝶ gignetur ab illa essentia. ¶ Quarto ꝛ vlti.arguit ꝓbãdo idẽ. Si voluntas necessario concurrat cum essentia in rõne principij motiui ad actum beatificũ intellectus creati quero quis est ordo essentie ꝛ voluntas in mouendo: voluntas non potest dici ratio motiua prima ꝛ essentia secunda:quia virtute ei⁹ est mouẽs.igiꝶ opꝫ dare ecõuerso.s.ꝙ essentia sit p̃ma ratio motiua.patet. Tũ q̃a essentia est perfectissima entitas tã formaliter q̃ originaliꝶ nõ sic volũtas.vt supra patuit.q.1.ꝛ.q.5.ꝛ in p̃mo.d.prima.q.2.di.8.q.3.est eñ origo oĩm perfectionũ ad intra. Tum quia ipsa poniꝶ ꝑncipiũ magis vniuersale cũ concurrat tam cũ intellectu q̃ cum voluntate: ꝛ sic est cõe p̃ncipiũ respectu intellectus ꝛ voluntatis.ꝛ ideo essentia nõ mouet nec ꝟtute intellect⁹ nec volũtatꝫ.imo ma=

Tm̃ sunt duo modi agẽdi.libere.s.ꝛ naturaliter.

gis econtra. Tum specialiter: quia tā intellectus ꝙ voluntas hñt virtutem mouendi ab eēntia. vt ptʒ in locis preallegatis ꝛ sic essentia erit principale mouens. Sed prima ratio motiua in mouendo tenet suum propriū modum mouendi. non enim determinatur ad mouendum illud qd est secundum sed determinat ipm ad mouenduʒ sicut videmus ꝙ actiuū naturalit ꝙtum est de se necessario agit in illa tñ actione in qua subiacet volūtati nō necessario agit sed potest contingenter agere ꝛ non agere non quidem ex se sed ꝓter contingentiā in voluntate ad agendū. Similiter si voluntas in agendo subiaceʒ principio naturaliter actiuo determinaret ab illo ad determinate agendū. Cū ergo eēntia diuina sit prima ratio motiua ꝛ volūtas secunda: sequitur ꝙ actio volūtatis subiacebit actioni eēntie diuine ꝛ sic eēntia determinabit voluntatē ad sic determinate agendū: ꝛ cum ipsa essentia vt eēntia agat mere nāliter ꝛ per modū nature: sequitur ꝙ illa q̄ simul erit a volūtate ꝛ eēntia erit mere naturalis ꝛ p modū nature elicita sicut est actio qua elicitur act⁹ beatific⁹. ¶ Ibi. Hic itelligendū est ꝙ motio. Hic Do. itēdit declarare ordinē motionū ꝛ q̄ sit simpliciter pria motio. Et recitādo lraʒ exponā eā. Dicit ergo quasi pmittēdo vnum. s. ꝙ motio omnino prima i entibus est necessario naturalis. quia omni motioni volūtatis est alia presupposita: patet: quia voluntas nullo modo agit nisi in precognitum. idest ꝙ nunꝙ elicit actū circa aliquod obiectum nisi illud sit precognitum nec similit elicit actū volēdo aliquod cōplexum contingēs nisi termini saltem precognoscantur. ꝛ sic patet quomodo motio volūtatis ad actum necessario presupponit aliam motionem scilicet motionem ad actum intelligendi qui necessario presupponitur. ꝛ talis motio ad actum intelligendi necessario presuppositum motione volūtatis est simplr naturalis: vt supra patuit i scda rōe. Et si aliqua motio i entib⁹ est nō naturalis maxie motio volūtatis ē nō nālis: ptʒ: qꝛ sola volūtas ē libera p eēntiā ꝛ p modū libertatis mouʒ siue agit. Itē aliq̄ motio pt intelligi esse ad terminū simplr īfinitū: aliqua aūt ad terminū finitū vel infinitū includentē finitū. ꝛ illa q̄ est ad terminū infinitū est simplr prior: quia nō pōt infinitū pexigere finitū. terminus infinit⁹ simplr in diuinis pōt multipliciter intelligi. vel p intellectione actuali essentie diuine qua intellectus diuinus formaliter intelligit essentiā. vel p volitione. vel p essentia q̄ ponit primus terminus formalis tā gñatiōis ꝙ spirationis diuine. Terminus finitus simplr sunt creature siue in esse obiectiuo siue in esse existētie. Terminus infinitus includēs finitū erit forte ipsum verbū tenēdo tñ ꝙ includit respectum ad creaturā de quo supra diximus. q. 8. licet hoc doc. improbet. vt ibi patet. Dicit ꝙ ꝙ illa motio q̄ est ad terminū infinitū simplr est prior: ꝛ sic motio q̄ est ad intra erit simplr prior motione ad extra cū pma sit simpliciter ad terminum infinitum. secunda tm̄ ad terminū finitum siue ad terminum infinitum includentem terminum finitum. puta si idea q̄ ponit esse cognitum rei ponat infinita participatiue que tamen includit terminum finitum. vel tenendo ꝛ melius ad propositū ꝙ intellectio creature qua deus intelligit ipsam creaturam ꝛ si sit in se formaliter infinita terminatur tñ ad creaturam finitam. ꝛ similiter volitio creature qua deus vult ipsam licet in se sit formaliter infinita terminat tñ ad creaturam volitā finitam. ꝛ iste vltim⁹ modus videt magis ad ꝓpositum Dicit ergo ꝙ motio q̄ est simplr ad terminū infinitū est prior simplr. illa vero q̄ est ad terminū finitum est posterior. vt pbat doc. subtilis in scdo. d. 1 q. 1. In isto pmisso secundo de termino. s. finito ꝛ infinito nō fit aliqua cōparatio motionis per modū nature ꝛ per modum voluntatis: sed motio per modum nature que est ad terminū simplr infinitū est prior motione q̄ est ad terminum finitū: ꝛ tñ vtraꝙ per modū nature: quia motio ad notitiā essētie diuine in intellectu diuino est per modū nature: ꝛ similiter illa q̄ est ad genitū diuinū: sed motio per modū nature ad terminum finitum est motio ad creaturā in esse cognito. ꝛ hec secunda necessario psupponit primam. vt pʒ a doc. in secundo. d. 1. q. 1. Similiter motio p modū voluntatis que est ad terminū simplr infinitū. puta ad volitionē qua voluntas diuina vult essentiam diuinam siue ad spiritū sanctū est simpliciter pōr motione per modū volūtatis q̄ est ad esse volitū creaturarū siue ad esse exñtie earū. ꝛ sic patet lra. ¶ Ibi. Sic igit loqui possum⁹. Hic intēdit ondere ordinē motionū in diuinis accipiēdo tñ motionē extēsiue ad intra: qꝛ simplr loquēdo ꝓprie de motione ad intra nulla est motio. improprie tñ ꝛ extensiue ponit nō motio sed quasi motio. nam vbi est motio ꝓprie ibi est receptiuū reale ꝛ realiter receptiuū alicui⁹ realiter distincti. vt pʒ in creaturis. modo nec intellect⁹ diuinus nec volūtas diuina aliqd recipiūt nec quasi recipiūt cū ista sonēt imperfectionē. vt pʒ a doc. in pmo. d. 5. q. 2. tñ eo modo quo pōt ibi nominari motio suo mō noietur intelligēdo semp excludere oēm imperfectionē vel quasi imperfectionē. Dicit ꝙ ꝙ pmum mobile motione naturali extensiue loquendo est intellectus diuinus: ꝛ ideo pmū motiuū motione naturali est essentia diuina vt est primū obiectū intellectus sui. prima motio est naturalis motio intellect⁹ diuini a suo obiecto. ꝛ cū naturale mouēs moueat mobile inquātū pōt illud autē obiectū pōt mouere ad intellectionē actualē sui: ꝛ hoc in intelligētia ingenita illi⁹ psone in qua pmo est essentia. i. in intellectu paterno q̄ intellect⁹ vt in patre dr ingenitus. i. nō cōicatus patri p ꝓductionē sicut cōicatur filio p gñationē. ꝛ spūi sctō per spirationē. Sequit ꝛ ad actualē motionē sui genitā. i. ꝙ essentia est rō mouēdi se motiōe naturali. s. cōicandi se filio genito: tūc eñ essentia mouet se i motione genita qñ p gñationē est rō cōicādi se genito. De quo plixe dictū est in pmo. d. 5. q. 2. Sequitur. ad vtraꝙ mouebit licet ordine quodā qꝛ qd est alicui pncipiū operādi opatiōe imanēte ꝛ ꝓducēdi ꝓductū distinctū quodāmō est prius pncipiū operādi ꝙ ꝓducendi. Et hoc satis patet a Doc. in pmo. d. 2. pte. 2. q. 3. ꝛ in secūdo. d. 1. Cū dicit doc. ꝙ essentia: vt essentia est primū motiuū intellect⁹ diuini p modū nature psupponit qd prius ꝓbauit. d. 5. q. 1. s. ꝙ simplr pma entitas in diuinis est essentia vt essentia que ponitur pma in eē reali perfectissimo. ꝛ ideo seqtur ꝙ ipa sit simplr primū obiectū motiuū intellectus diuini. Similiter quia intellectus diuinus est simplr prior volūtate diuina. vt patʒ. sequitur ꝙ pmū mobile ab essentia diuina erit ipse intellectus. prima eñ motio essentie diuine ꝛ oīno prima est motio ad sui notitiā ꝛ illa nō potest imediate esse nisi in intellectu diuino. sequit ꝙ pmū simplr mobile ab essentia diuina erit intellectus diuinus: ꝛ hoc loquēdo pcise de motione essentie diuine ad opationē: cōparādo simpliciter opationē ad opationē: pma opatio ꝛ simplr prima est intellectio essentie diuine ꝛ illa est in itellectu diuino ab essentia ipsa: ꝙ pmū motiuū naturale est essentia diuina ꝛ pmū mobile est intellect⁹ diuinus: sed comparādo ad ꝓductionē nō seqtur ꝙ intellectus sit prius mobile respectu notitie genite ꝙ volūtas diuina respectu opationis siue volitionis: qꝛ volūtas prius mouet: quasi recipiēdo volitionē essētie diuine ꝙ intelligat ꝓductio notitie genite. Sed cōparādo ꝓprie ꝓductionē ad ꝓductionē prior est ꝓductio notitie genite q̄ est per modū nature ꝙ ꝓductio spūs sancti q̄ est p modū volūtatis. ꝛ sic debet intelligi ista lra doc. ¶ Ibi. Si dicas. Hic doc. instat ꝓbādo ꝙ etiā ꝓductio sit imanēs: sicut ꝛ opatio ponit imanēs. vt patuit. q. 13. Rñdet ꝙ productio nō imanet quātū ad terminū operatio aūt oio imanet: vult dicere ꝙ actio imanēs ꝓprie est illa cui non correspōdet aliqd ꝓductū vt terminus talis actionis. ꝛ sic opatio. s. intellectio vel volitio dr actio imanēs: qꝛ p ipsam nō dr aliqd habere esse ꝓductū: sed ꝓductio. puta gñatio diuina nō dr imanēs: qꝛ p ipsam ꝓductū habet esse ad qd terminat. ꝛ sic distinguitur actio imanens ab actione trāseunte bm vnū modoꝝ ponendi. de quib⁹ vt sum est supra. q. 13. vide ibi quō distinguitur actio imanēs a trāseunte. ¶ Ibi. Similiter essentia est naturale motiuū ad intelligendū qdcunꝙ intelligibile simplex: sed non nisi prius illa essentia sit in oibus suis suppositis: nō quidē ꝙ sine hoc esset defect⁹ principij actiui: sed ex parte termini requiritur ordo. Hic nota primo ꝙ dicit ꝙ ipsa essentia mouet naturaliter intellectū ad notitiam omniū intelligibiliū incōplexoꝝ: quia forte intellectio cōplexi etiā necessarij erit ab intellectu cōponente terminos. Sed de hoc erūt specialia dubia. Deinde dicit ꝙ non pōt imediate mouere intellectū diuinū ad notitiā creaturarū nisi prius sit cōicata trib⁹ psonis. hoc ꝓbatum est in secūdo. d. 1. q. 1. quia productio necessaria qualis est diuina psupponit cōtingenti: ꝛ quāuis

Motio pma in entibus est necessario naturalis.

Ordo motionū in diuinis.

Productio obiectoꝝ incōplexoꝝ in esse cogni toē neces saria ſm quid tm̄.

productio obiectoꝝ incōplexoꝝ in esse cognito sit etiā necessaria tñ est tm̄ ſm quid ⁊ talis ꝑsupponit necessariā ſm esse simpl'r non ꝙ ex sui rōne ꝑsupponat illā: sed qñ cōparanť adinuicē. s. ꝓductio necessaria simpl'r ⁊ necessaria ſm q̇d ad idē ꝑncipiū ꝓductiuū vtriusq; ꝑ ꝑus est necessaria simpl'r ꝙ̄ necessaria ſm q̇d. ꝙ ḡ lapis non ꝓducať in esse cognito ab essētia diuina nisi ꝑus ipsa sit tribꝰ cōicata hoc nō est ex defectu ipsiꝰ essentie: q̄si non possit ꝓducere notitiā lapidis si prius nō sit cōicata tribus: q2 si ꝑ impossibile nō esset tribꝰ cōicata adhuc ipsa esset ꝑfectissima rō ꝓducēdi notitiā lapidis. Sed ordo iste prioris ⁊ posterioris est ꝑcise rōne termini: q2 tam productio ꝑsone ꝙ̄ ꝓductio notitie lapidis est ab eadē essentia vt a ꝑncipio formali ꝓductiuo: ita ꝙ nō cōparātur isti termini adinuicē. s. ꝑsona ⁊ notitia lapidis vt causatū ab alio sic ꝙ ꝓductio notitie lapidis necessario ꝑsupponat ꝑsonā vt rōnem formalē ꝓducēdi sed est simpliciter cōparatio vnius effectus posterioris ad alium priorē ita ꝙ qñ causa cōparať ad duos effectꝰ: vel quasi effectus sic ꝙ vnū imediatius respicit ⁊ aliū mediatius nō potest ꝓducere mediatius nisi prius ꝓducat immediatius ⁊ tñ si per impossibile imediatiꝰ nō esset: posset tñ ꝓducere mediatius. ⁊ hoc vide clarius in secūdo distin. ꝑma. q. ꝑma. ⁊ vide ibi dubia aliqua ad propositum.

¶ Sic igitur cōpleta est actio mere naturalis ⁊ ad terminū oīno ꝑmū. s. infinitū qui est notitia essentie diuine in intellectu diuino: vbi motio ꝑma est elicere vel quasi elicere intellectionē in intelligētia paterna. i. in intellectu patris: ⁊ huic proxima. s. motio est gignere verbum. Hāc sequitur actio que nata est esse ad terminū omnino primū. puta ad essentiā primā cōmunicandā: q̄ licet nō sit naturalis tñ est omnino necessaria. ⁊ hec est motio voluntatis: ⁊ hec quasi duplex. s. ad amare simplex ⁊ etiaʒ ad amorem procedentē: ⁊ hec duplex motio voluntatis correspondet duplici motioni naturali que dicta est esse in intellectu ad intelligere ⁊ dicere. id est ꝙ est talis correspondentia ꝙ sicut motio ad intelligere est prior motione ad dicere respectu eiusdem intellectus. sic motio in voluntate ad amare est prior motione ad spirare. Et vltra sicut ad primam motionem in intellectu immediate sequitur prima motio in voluntate. i. ꝙ sicut operatio voluntatis imediate seq̇tur intellectionē intellectus diuini: sic productio spiritus sancti immediate seq̇tur ꝓductionem verbi. ¶ Ibi Contra. actio naturalis in eodem precedit actionem nō naturalem. Hic Doc. instat probando ꝙ productio creature in esse cognito sit simpliciter prior omni motione voluntatis: cuius oppositū dixit supra. quia dixit ꝙ essentia diuina nō mouet ad notitiam creaturarū nisi sit prius cōmunicata tribus. ⁊ sic est necessario prior motio voluntatis ad intra ꝙ̄ motio essentie ad extra. Et arguit sic. Actio naturalis in eodem precedit actionem nō naturalem. nunc autem per te actione naturali intellectus diuinus intelligit creabile. igitur ista actio precedit omnem actionē voluntatis: ⁊ ita spirationē spūs sancti. Maior patet. q2 supra dixit ꝙ motio naturalis est oīno ꝑma. seq̇tur ꝙ si in eodē sint motio naturalis ⁊ motio libera: ꝙ motio naturalis erit simpliciter prior motione nō naturali. Et dicit in eodē operante: quia in alio ⁊ alio operāte pōt esse ecōuerso: q2 deus ad extra simpliciter mouet per modū volūtatꝫ. ⁊ multe creature per modū nature mouēt vt ignis. Deinde dicit in eodē operāte ⁊ nō in eadē rōne formali operādi: q2 īpossibile est idē esse rōnē formalē mouendi per modū nature ⁊ ꝑ modū volūtatis. vt pꝫ a doc. in ꝑmo. d. 2. sed bñ idē operans pōt habere duas rōnes formales operādi. vnā ꝑ modū nature: ⁊ aliā ꝑ modū volūtatꝫ. vt patet de eodē supposito hñte intellectū ⁊ voluntatem.

¶ Rñdet Doc. ad hāc rōnē di. ꝙ ma. est vera loquendo de eodē ordine ex ꝑte termini. hic aūt est alius ordo ex ꝑte primi termini ⁊ secūdi. ⁊ ideo naturalis in vno ordine seq̇tur nō naturalē in alio ordine. ꝑma eñ distinctio ordinis attēdiť ex ꝑte terminorū scd̄a ex ꝑte ꝑncipiorū quātū ad modū ꝑncipiādi.

Duplex ē ordo motionis naturalis in diuinis.

Pro intelligētia huiꝰ litere nota ꝙ duplex est ordo motionis naturalis in diuinis q̄ precise distiguitur rōne terminorū: sicut est motio essentie diuine respectu notitie sue ⁊ respectu notitie genite: ⁊ motio eiusdē respectu notitie creature que notitia est naturalꝫ. vt supra patuit. Una tñ terminať ad terminū hñtem esse simpl'r ⁊ infinitū vt illa q̄ terminať ad notitiā essentialē: ⁊ similiter illa q̄ terminať ad filiū siue ad notitiā genitā: alia ꝟo terminať ad esse cognitū creature siue ad esse obiectiuū: iste motiōes dicūť esse alteriꝰ ⁊ alteriꝰ ordinis rōne ꝑcise terminoꝝ. q2 ꝑma ad terminū simpl'r. alia ad terminū ſm q̇d ⁊ finitū. Similiter in volūtate est duplex ordo mouēdi per modū volūtatis qui precise distinguiť rōne terminoꝝ. vna est que terminať ad terminū infinitū siue ad amorē infinitū: vel ad amorē spiratū. alia tm̄ ad esse vel tm̄ volitū ipsiꝰ creature: vl' ad esse exñtie eiusdē. ⁊ sic hic ordo est duplex rōne terminorū. nō eñ distiguiť rōne ꝑncipiorū. q2 est idē ꝑncipiū q2 eadē volūtas tam respectu ꝑmi termini īfiniti. s. vel amoris essentialis vel amoris spirati. ꝙ̄ etiā respectu secūdi termini. s. vel esse voliti creature vel esse existentie eiꝰ. Similiter est de essentia. q2 est eadē ⁊ idem ꝑncipiū ꝓducēdi ꝑ modū nature tā respectu termini īfiniti. s. notitie essentialis vel notitie genite: ꝙ̄ etiā respectu secūdi termini. s. esse cogniti creature. ⁊ ideo iste ordo nō distiguiť penes ꝑncipia: cū sit idē oīno. Ad ꝓpositū. si fiat cōparatio motionis ꝑ modū nature: ⁊ motionis ꝑ modū volūtatis adinuicē in eodē ordine. i. vt cōparanť ad terminū infinitū ⁊ ꝑmū simpl'r: tūc motio naturalis est simpliciter ꝑor motiōe nō naturali: siue motiōe ꝑ modū volūtatis. ⁊ sic motio ad notitiā essentialē est ꝑor motione ad amorē essētialē. vt supra patuit. Aduerte etiā ꝙ motio essentie distiguiť ſm aliū ⁊ aliū terminū: q2 vt cōparať tm̄ ad ꝑationē est alia vt cōparať ad notitiā genitā. ita ꝙ ꝑma est ad terminū quasi ꝓductū: secūda vero ad terminū vere ꝓductū. Similiter dico de volūtate in qua distinguiť duplex motio adītra. vna terminatur ad amorē quasi ꝓductū. ⁊ alia ad amorē vere ꝓductū. Et sic adhuc isti ordines motionū ꝑcise distinguūtur rōne terminoꝝ. Si ḡ fiet cōparatio in eodē operāte motionū adinuicē in eodē ordine. s. motionis naturalis ad nō naturalē cōparādo illas tm̄ ad ꝑationē. patꝫ ꝙ motio naturalis est simpl'r ꝑor motione nō naturali: siue motiōe ꝑ modū volūtatis. Et similiter si fiat cōparatio motionis naturalis ad motionē nō naturalē in alio ordie. s. ad vere ꝓductū: tūc etiā motio naturalis est ꝑor nō naturali: ⁊ sic filius est ꝑor spū sancto. Si tñ motio naturalis vnius ordinis cōpareť ad motionē nō naturalē: siue per modū volūtatꝫ alteriꝰ ordinis. vt puta motio naturalis ad ꝓductionē ad motionē nō naturalē ad ꝑationē. nō seq̇tur ꝙ motio naturalis in eodē operāte sit ꝑor motione alia nō naturali. ⁊ ptꝫ. q2 gñatio filij in diuinis nō est ꝑor imo posterior volitione diuina: qua volūtas patris vult essentiā diuinā. Sic in ꝓposito. q2 motio naturalis que est ad ꝑmū terminū infinitū. s. ad ꝑationē intrinsecā essentie diuine q̄ est eiusdē ordinis cū motione ad operationē nō naturalē est simpl'r alteriꝰ rōnis siue ordinis cū motione naturali ad notitiā creature. ideo nō seq̇tur ꝙ talis motio naturalis sit ꝑor motione nō naturali. Si vero motio naturalis q̄ est ad notitiā puta lapidis cōpareť ad motionē nō naturalē q̄ est ad volitionem lapidis. tūc motio talis naturalis in eodē operāte est ꝑor motione tali nō naturali. pꝫ. q2 cognitio lapidis ad quā est motio naturalis essentie diuine est ꝑor volitione eiusdē: ad quā est motio nō naturalis volūtatis diuine. Et sic ptꝫ quō motiones naturales in eodem operāte q̄ sunt alterius ordinis distinguūť rōne terminorū tm̄. ⁊ similiter motiones nō naturales in eodē operāte q̄ sunt alterius ordinis distinguuntur tm̄ per distinctos terminos. vt supra patuit. Et hoc est quod dicit. s. ꝙ prima distinctio ordinum attēditur ex parte terminorū. vt supra patuit. ⁊ secūdo distinctio attēdiť ex ꝑte ꝑncipiorū quātum ad modū ꝑncipiādi. s. distinctio motionū naturalis. s. ⁊ libere attēdiť penes ꝑncipia. q2 illa dr̄ motio naturalis q̄ est a ꝑncipio agēte siue mouēte per modū nature. illa vero dr̄ motio libera q̄ est a ꝑncipio mouēte per modū voluntatis. ¶ Cōtra. ordo ꝑncipiorū est ꝑor ordine terminorū. sicut ⁊ ꝑncipiū termino. nā ꝑ ꝑncipiū capit esse: siue ꝓduciť siue cōicatur. Cū ḡ ꝑncipiū ꝑ modū nature sit prius ꝑncipio ꝑ modū volūtatis. seq̇tur ꝙ motio ꝑ modū nature sit prior motione ꝑ modū volūtatis. ⁊ sic terminꝰ termino. Rñdet ꝙ ista ꝓpō. ordo ꝑncipiorū est ꝑor ordine terminorū: est vera de termino totali q̄ vere ꝓduciť: sed nō est vera de termino formali qui solūmō capit esse ſm q̇d. mō q2 spūs sctūs capit esse simpl'r ꝑ motionē ꝑ modū volūtatis: ⁊ similiter filiꝰ ꝑ modū nature: bene

cōcedit̄ ꝙ motio ꝑ modū nature est ꝑ̇oꝛ motione ꝑ modū voluntatis: sed qꝛ motio ad notitiā lapidis est tm̄ ad terminū ꝭm q̇d. ideo motio ad spiritū sctm̄ ꝑ modū volūtatis est simpl'r ꝑ̇oꝛ ista motione. ¶ Ibi. Completo toto ꝓcessu oꝛiginis respectu ꝑ̇mi termini. s. essentie diuine cōicande. Seq̄tur oꝛdo alius respectu termini secūdi. s. essentie creabilis. Et quidē essentia diuina ī isto scd̄o oꝛdine mouet ꝑ̇mo ad ītellectionē simplicē oīs ītelligibilis. ⁊ hec ītelligētia. i. ītellectio actualis vt iā est in tribus suppositis. Nō aūt mouet ad distinctā notitiā veritatis cuiuscūq3 cōplexionis: qꝛ si moueret determinate ad cognoscēdā alterā ꝑtē cōtradictionis in futuris cōtingētibꝰ. cū naturale mouēs necessario moueat. sequitur ꝙ ītellectus diuinus necessario ītelligeret hāc ꝑtē ꝯdictionis foꝛe verā. ⁊ ita ⁊c. Aduerte tn̄ in hac lr̄a. ꝑ̇mo cū dicit ꝙ essentia diuina mouet ad ītellectionē simplicē oīs intelligibilis: ⁊ hec ītelligētia vt iā est in tribꝰ suppositis. Si dicit vt iā essentia est in tribꝰ suppositis. pꝫ supꝛa. qꝛ essentia nō mouet nisi vt in tribus. Si vero accipit intelligētiā vt est actualis ītellectio. sensus est ꝙ talis ītellectio nō terminat̄ ad creaturas nisi ꝑ̇us ipsa sit foꝛmaliter in tribꝰ: qꝛ tm̄ est vna intellectio in deo qua intelligit oīa. ⁊ nō diuersificat̄ in se: sed tm̄ ꝭm aliā ⁊ aliā transitionē siue terminationē ad aliud ⁊ aliō obiectum. vt patet in ꝑ̇mo. d. 39. nō potest ergo ītellectio diuina esse respectu creature nisi pꝛius eadē intellectio diuina sit foꝛmaliter in tribꝰ suppositis: siue personis. Nota secundo. cum dicit ibi Doc. ꝙ essentia nō mouet ad distictā notitiā veritatis cuiuscūq3 cōplexionis. hoc inferius declarabitur respōdēdo ad quedā dubia circa hoc dictū. ¶ Ibi. Si queratur. Hic mouet dubium circa dicta pauloante querēdo quare essentia diuina non eque necessario mouet ad notitiā cuiuscūq3 obiecti intelligibilis. cū idem videatur esse oꝛdo cuiuscūq3 ītelligibilis ad pꝛimū intelligibile. ex quo em̄ essentia diuina ponit̄ adequatū obiectū intellectus diuini in rōne motiui. vt patuit in ꝑ̇mo. q. pe. ꝓlogi. ⁊ di. 39. ⁊ supꝛa ī quol. ¶ Rn̄det Doc. di. ꝙ natural'r mouet. ⁊ ꝑ ꝯñs ad cognitionē nccārio cuiuscūq3 qꝺ ē possibile natural'r ⁊ necessario cognosci hmōi est quodcūq3 obiectū simplex. ⁊ etiā quodcunq3 cōplexum verū necessarium. non autē tale est aliquod cōplexū de existētia cōtingentis: quia nō est natū esse determinatū ad veritatem: cum repugnet cōtingēti vt cōtingēs esse veritatis determinate. s. necessario. ¶ Et si queras quare nō mouet necessario ad talem cognitionē de cōplexo habēdā qualis possit haberi de eo. puta quare cōtingens vt hmōi non est determinate verum. vt exposui de determinate vero. ⁊ per ꝯñs nō possit vt sic cognosci: ex quo tn̄ suo mō est cognoscibile: q̄re essentia diuina nō ꝑ̇ot mouere ad hanc cognitionem: vt qualēcūq3. ¶ Rn̄det dicēs ꝙ mouet ad cognoscēdū sub disiunctione: hoc foꝛe vel nō foꝛe. puta mouet ad cognitionē huiꝰ disiunctiue. Antichꝛistus erit futurus in tali tꝑe. vel Antichꝛistus nō erit futurus in tali tꝑe. non tn̄ mouet ad alterā partē determinate. puta non mouet intellectū ad cognoscendū determinate ꝙ Antichꝛistus puta foꝛet. qꝛ tunc vel intellectus diuinus posset errare. puta si oppositū posset euenire: vel si oppositū nō possit euenire: tunc nō esset verū cōtingēs. vt supꝛa patuit. Si em̄ moueret determinate ad cognoscēdum alteram partē illa necessario esset determinate vera. ⁊ sic Antichꝛistū foꝛe esset simpliciter necessario. Sed an hoc concludat. s. si essentia diuina necessario mouet ad notitiam huius Antichꝛistꝰ erit. ergo hec est determinate ⁊ necessario vera. hoc aꝑꝑebit in dubijs circa hāc materiā.

Completo toto oꝛdine motionis necessarie: seq̄tur motio cōtingēs: illa nō ꝑ̇ot esse ꝑ ꝑ̇ncipiū naturalis motionis. qꝛ illius nō esset nisi necessario moueret. igit̄ opoꝛtet illiꝰ motiōis ꝑ̇ncipiū esse volūtatē. Et fit hmōi motio cōtingēs oꝛdinate. ꝑ̇mo ad ītra: qꝛ nisi ipa determinet̄ in se ad volēdū alterā ꝑtē: nūq3 determinabit̄ aliquid ad extra. ꝑ̇mo igit̄ determinat se ad volēdū hoc foꝛe determinate. Scd̄o. ex hoc intellectꝰ vidēs hanc determinationē volūtatis: nouit hoc esse futurū. ecōuerso igit̄ est in motione necessaria ⁊ cōtingēti. qꝛ in necessaria ꝑ̇mū ꝑ̇ncipiū est naturale. ⁊ ideo ꝑ̇mo determinat̄ ad ꝓpꝛiā actionē. in cōtingēte ꝑ̇mū ꝑ̇ncipiū est liberum. huiꝰ actio in ꝑ̇mo oꝛdine: seq̄tur naturalis. Cōpleta motione cōtingēti ad intra: seq̄tur motio ad extra. Illa igitur est tota cōtingēs. ⁊ per ꝯñs īmediate ipsius volūtatis vt ꝑ̇ncipij. nullū igitur ītellectū creatū mouet essentia vt essentia: tanq3 motiuū per modū nature: sed oēm intellectionē illius essentie quā nō causat aliqꝺ creatū. īmediate causat volūtas diuina. ¶ In ista lr̄a nota ꝑ̇mo ꝙ licet motionis cōtingentis ꝑ̇ncipiū sit voluntas. non tn̄ seq̄tur ꝙ omne volitū vel ꝓductū sit cōtingens. imo aliqꝺ est simpliciter necessariū. vt patet de amoꝛe essentiali ⁊ spirato in diuinis que necessario sunt a volūtate diuina. ⁊ ratio huius est assignata a Doc. in pꝛimo distī. 10. ⁊ apparebit infra. q. 16. nec similiter sequitur: est ꝓductum necessario. ergo per modū nature. qꝛ spūs sanctus est ꝓductus necessario: nō tn̄ per modū nature. vt patet in pꝛimo dist. 10. ⁊ infra. q. 15. Secundo nota quō motio cōtingens fit pꝛimo ad intra: quia creatura ꝑ̇us ꝓducitur in esse volito q3 in esse reali. oīa em̄ quecunq3 sunt volita: sunt ab eterno volita: ita ꝙ ex tempoꝛe nihil est volitum. De quo vide in pꝛimo. distin 39. ⁊. 40. ⁊ ꝓlixius in. 45. nam voluntati diuine pꝛoponuntur termini vel opposita sub disiunctione. ⁊ tunc ipa sola nulla ratione dictāte determinat de altera parte. Et de huiusmodi determinatione vide doc. in ꝑ̇mo. di. 39. ⁊ q̄ exposui. Tertio nota cū dicit: ꝙ intellectꝰ diuinus vidēs deminationē volūtatis nouit hoc esse futurū: qꝛ q̄rit̄ a quo īmediate causatur ista visio in ītellectu diuino. Dico ꝙ posita tali determinatione volūtatis diuine visio illius determinationis causatur ab essentia diuina. de quo vide que supꝛa exposui in ꝑ̇mo distī. 39. vbi Doc. expꝛesse dicit. ꝙ īmediate est ab essentia diuina: ⁊ hoc magis apparebit in dubijs. Quarto nota cū dicit in motione necessaria pꝛimum ꝑ̇ncipium est naturale. hoc simpliciter non debet intelligi: quia ad spiritū sctm̄ est motio necessaria: ⁊ tn̄ eius pꝛincipiū est liberū. vt patet dist. 10. pꝛimi: sed intelligitur de motiōe necessaria que ꝑ̄cise respicit pꝛincipium ex sola natura pꝛincipij: ita ꝙ circūscripto quocūq3 extrīseco. necessario ꝓduceret quicq̄d ꝓduceret. Sed volūtas diuina vn̄ volūtas: etiā vnde diuina nō vult aliq̄d necessario. ⁊ hoc ex rōne absoluta volūtatis. Sed si vult aliquid necessario hoc est. quia ipsa vt foꝛmaliter infinita comparatur ad obiectū foꝛmaliter infinitum. ideo non potest non velle illud. vt patet a do. in pꝛimo distin. 10. ⁊ infra. q. 16. quando vero comparatur ad obiectum finitum vult illud contingenter ⁊ potest non velle. Sic pꝛīcipium naturale ex parte ipsiꝰ pꝛīcipij respectu cuiuscunq3 obiecti ex sua ratione necessario pꝛoducit quicquid pꝛoducit: ⁊ de isto necessario loq̄tur hic Doc. De hac differentia. s. necessarij quare vnū sit pꝛecise a pꝛincipio naturali ⁊ aliud a ꝑ̇ncipio libero patet infra. q. 16. Quīto nota ibi: In cōtingente ꝑ̇mū pꝛincipium est liberum huiꝰ actio in pꝛimo oꝛdine. seq̄tur naturalis. i. ꝙ accipiendo contingens vt ē a ꝑ̇ncipio libero semper sequitur ꝑ̇ncipiū mere naturale. ⁊ patet qꝛ volūtas nō ꝑ̄t ꝯtingēter velle lapidē vbi lapis pꝛius a pꝛincipio naturali. s. eē̄ntia diuina sit ꝓductꝰ ꝑ modū nature ī eē cognito: nec similiter ꝑ̇ncipiū liberū ꝑ̇ot ponere. a. in eē reali nisi ipsū. a. sit pꝛiꝰ positū ꝑ modū nature in eē cognito ab essentia diuina. Nota etiam ꝓ maioꝛi declaratione instantie superius facte de oꝛdine pꝛincipioꝛum ⁊ t̄minoꝛū ꝙ oꝛdo pꝛincipioꝛū vt comparatur ad terminos accipientes simpliciter esse: pꝛincipiū per modum nature est simpliciter pꝛius pꝛīcipio per modū voluntatis: ⁊ sic motio vnius est simpliciter pꝛioꝛ motione alterius. ⁊ sic motio essentie diuine per modum nature ad pꝛoductum realiter puta ad filium est simpliciter pꝛioꝛ motione voluntatis ad creaturam secundū eē reale: ⁊ ꝭm esse volitū. Si modo motio per modum nature sit ad t̄minū accipiētē eē ꝭm q̇d qꝛ ꝯmunicat̄ siue ꝓducit̄ ꝭm q̇d. puta motio ꝑ modū nature ad eē ꝯgnitū lapidis: qꝺ eē ꝯgnitū ē ꝓductū siue lapidi cōicatū ꝭm q̇d qꝛ lapis vt sic hēt tm̄ eē dimīutū: loquēdo de tali t̄mino nō seq̄tur ꝙ motio natural'r ad illum terminū sit ꝑ̇oꝛ motione nō naturali siue libera q̄ est ad terminū simpl'r: vt illa que est ad. f. s. vel amoꝛem essentialem. Cōparando ergo ꝑ̇ncipiū ꝑ modum nature ad t̄minū capiētē simpl'r esse per tale ꝑ̇ncipiū: ⁊ similiter comparādo pꝛīcipiū liberum ad t̄minū simpliciter. patet ꝙ motio ꝑ modū nature ē ꝑ̇oꝛ motione libera: ⁊ sic filiꝰ nccārio est pꝛioꝛ. s. s. ⁊ etiā creatura capiēte eē reale. Si ꝟo ꝑ̇ncipiū ꝑ modū

Aduerte hic.

Expositio litere.

nature cōparetur ab terminum capiētem esse ſm q̄d .s. ad eē cognitum lapidis: ⁊ principium liberum cōparet ad terminū habentē esse reale ⁊ simpliciter ⁊ hoc ad intra: tūc modus principiandi libere est prior isto mō principiandi ꝑ modum nature. Si vero principium liberum cōparet ad extra ad terminum capientem eē ſm q̄d: puta ad lapidē volitū vel capientē eē simpliciter reale puta ad lapidē in eē reali: tūc modus p̄ncipiādi libere. ⁊ similiter motio eius libera est posterior mō p̄ncipiandi ꝑ modū nature isto scđo mō. ⁊ similiter motio eius est posterior: vt patet.

Ad argumenta facta in isto articulo: quib⁹ ꝓbauit ꝙ eēntia diuina pōt imediate mouere itellectū creatū ad sui notitiā. Sed ante rñsionē p̄mitto vnū ꝙ mouere alid imediate ⁊ mouere alid mediate pōt itelligi multipliciť: mouere imediate alid puta cū dico. a. imediate mouet. b. ē sēs⁹ ꝙ. a. cāt aliq̄d qđ imediate recipiť i. b. ab ipō. a. ⁊ sic ignis imediate mouz materiā ligni ad formā substātialē ignis: qꝛ i tali materia disposita imediate causat formam ignis. Sed ignis calefacit lignū mediate. i. mediante calore quem hēt. ⁊ sic mediāte alio calefacit. id est mediāte actione alterius p̄cise. pōt etiam aliter itelligi mediate ⁊ imediate: sed iste modus sufficit ad ꝓpositū. Cum dꝛ de obiecto imediate ⁊ mediate motiuo. nota bñ: qꝛ aut loq̄mur de notitia abstractiua: aut de intuitia. De pria possum⁹ dupliciť loq̄. s. vel de abstractia i nobis ꝓ statu isto: ⁊ tūc dico ꝙ nulluz obctm̄ imediate mouz itellectū nr̄m ad sui notitiā. nec etiā imediate mouz ad spēz sui itelligibilē. Sed imediate mouz sēsū ex: loq̄ndo de obctō sēsibili: ⁊ p⁹ moueť ꝑt⁹ fātastica. ⁊ vltimo fātasma ꝓducit spēz itelligibilē: vt expositum sup̄ ar. 1. i dubijs. Vel loq̄mur de abst. i itellectu soluto. Dico tūc ꝙ nullū obctm̄ mouz imediate talē itellectuz ad sui notitiā abst. qꝛ prio cāt spēz itelligibilē q̄ postea imediate ꝑtialiť cāt notitiā abst. obiecti. De hoc vide Do. in scđo. d. 3 q. 11. ⁊ i quarto. d. 45. De ituitiua. dico ꝙ si obiectū sit motiuū formaliter ꝙ imediate mouet itellectū quem potest mouere. Si vero non sit motiuum. saltē cōtineť in alio virtualiter qđ mouet ad notitiam intuitiuā illius. ⁊ tale sic virtualiter contētum non dꝛ mouere mediāte alio: qꝛ mouens mediante alio nō dꝛ virtualiter cōtineri i illo: sicut ignis calefacit lignum mediante calore non continetur virtualiter in calore; qꝛ tunc esset eēntialiter iperfectior. Sed Doc. hic qñ loquiť de obiecto imediate motiuo amoto oī impedimēto: sic accipit: ꝙ tale obiectū ex natura sua vñ precise talis entitas obiectiua actione ꝓpria mouet intellectum ad sui: ⁊ oīm virtualiter vel essentialiter cōtētoꝝ notitiā. Et tale obiectum dꝛ ꝓprie imediate motiuum: qꝛ vt tale est causatiuū saltē partialiter notitie sui ⁊ oīm contentoꝝ. Et hoc patet in notitia intuitiua. In abstractiua ēt illud diciť imediate mouere intellectū ad spēm intelligibilē: ⁊ oīm contētoꝝ qđ ex natura sua potest illā causare. ꝙ modo nō imediate causet hoc non est ex natura obiecti: sed vel ꝓpter ordinez potentiaꝝ: vel ꝓpter peccatū: vt patuit in p̄mo dist. 3. q. 3. si em̄ esset ꝓportionate presens immediate posset causare spēm intelligibilē: vt patet i scđo dist. 3. q. 11. obiectum vero dꝛ mediate mouere intellectū: qñ non actione ꝓpria cōpetente p̄cise tali obiecto vt tale obiectū sed mouet actione alterius: ⁊ tūc dꝛ mouere mediate. i. mediante actione alterius p̄cise. Aduerte ēt ꝙ oē obiectum motiuum intellectus quodcūq; sit illud pōt mouere ipsum itellectū vel mediate vel imediate. ⁊ intelligo sic ꝙ obiectum motiuum imediate ex se formaliter ē pricipium imediate mouendi siue causandi notitiā sui ⁊ cōtentoꝝ. Sed obiectum motiuū mediate tm̄ est illud qđ licet ex se formaliter nō sit principium mouēdi imediate: tñ in se suo modo continet aliquam entitatem que sit ratio formalis imediate mouēdi: ⁊ non cōtinet illā tm̄ ꝑ accidens sicut ignis calorē: sed sic cōtinet illam ꝙ circūscripto oī peraccidens adhuc inest. habens ergo talem entitatē dꝛ obiectum ꝑ se motiuum itellectus: lꝫ mediate tm̄. Dico vltra ꝙ omne obiectū qđ est motiuuz mediate modo p̄exposito alicuius itellectus: est ex se formaliter ⁊ imediate motiuum itellectus sibi ꝓportionati: cuz tale sit maxime intelligibile: ⁊ ꝙ non moueat immediate omnem intellectum. si alium potest mouere hoc nō est ex impꝑfectione talis obiecti: sed qꝛ motio ad extra sibi repugnat: qꝛ sibi repugnat agere necessario ad extra: vt probat Doc. in primo dist. 8. q. vltima. ¶ His declaratis. Dicit Doc. ad p̄mam rōnem glosando ma. s. ꝙ est vera de obiecto imediate motiuo ꝙ habet eūdem modum mouēdi. s. vel ꝑ modum nature vel libere. Et sic obiectū cōparatum ad quēcūq; intellectū quez imediate potest mouere. precise hēt eundem modum mouendi. patet: qꝛ modus mouēdi sequiť naturam obiecti: ⁊ sic si aliquē potest per modum nature mouere ēt quemlibet aliū quem immediate pōt mouere mouebit per modum nature.

Ad rōnes factas in isto scđo articulo Scot⁹ rñdet.

Et similiter si aliquē intellectum quem mediate pōt mouere moueat ꝑ modum voluntatis: quēlibet alium quē mediate mouet mouebit precise ꝑ modum volūtatis: et sic patet ista propositio maio. Nunc aūt q̄stū ad primā mi. essentia diuina est imediate motiua sui intellectus: sed non intellectus creati. qꝛ intellectus diuinus est primum mobile oīno. et ideo primo moueť a prima forma motiua. qꝛ non pōt imediate mouere nisi p̄mo mō motionis: ⁊ nihil aliud natum est sic moueri. Si igiť cōcludas ꝙ eēntia diuina eodem mō mouet oēm intellectum concedatur quem imediate mouet: sed ille est solus intellectus diuinus: vt supra patet. Alia mi. s. ꝙ obiectū creatum naturaliter mouet. Verum ēst de itellectu quem imediate mouet. falsa aūt eēt si aliquem intellectū moueret mediāte actu volūtatis: quia illum non naturaliter moueret: sicut si volūtas mea posset libere causare itellectionez eēntie mee. Sed isto mō forte nō est de aliqua volūtate ⁊ eēntia creata: qꝛ quelꝫ essentia est imediate motiua intellectus creati: ⁊ ideo motione naturali. nulla aūt volūtas est motiua ad intellectionē ꝑfectam alicui⁹ eēntie vt essentia est: qꝛ nec ꝑfecte continet eā eminenter vel vnitiue: ⁊ qualitercūq; sit de obiecto creato mouente intellectū naturaliter: patet prius ꝙ nō est eadem rō de essentia diuina: qꝛ ipsa nō est imediate motiua alicuius itellect⁹ nisi primi. ¶ Nota aliqua i ista lr̄a. Primo. de p̄mo mobili simplr̄ ⁊ p̄mo motiuo simplr̄ qđ mouet tm̄ per modū nature: vt supra patuit. ⁊ illa sunt precise itellectus diuinus ⁊ essentia diuina vt essentia ⁊ vt prior omni etiam attributo ⁊ etiam vt prior voluntate. Secundo ꝙ omne obiectum creatum mouet naturaliter intellectum quem immediate mouet. Sed tunc est dubium de voluntate creata que etiam ponitur obiectum intellectus ⁊ immediate motiuum. an modo moueat illum naturaliter vel libere. Dic vt dixi in 2°. vbi adduxi opi. Ocham quam improbaui. Tertio nota cuz dicit ꝙ quelibet essentia creata est immediate motiua itellectus creati. ⁊ ideo motione naturali hoc non videtur absolute verum: quia essentia relatiua nullo mō mouet intellectum ad sui notitiam. intelligitur ergo de omni essētia creata absoluta. quia omnis talis est immediate causatiua notitie sui ⁊ contentorum: vt patuit in p̄mo distin. 3. q. 3. vide que ibi exposui: vbi dixi ꝙ etiam quantitas mouet intellectum creatum. ad sui notitiam ⁊ adduxi ibi Docto. in 4° in materia de eucharistia. Et nota cum dicit ꝙ nulla voluntas est motiua ad intellectionem perfectam alicuius essentie vt essentia est. quia nec perfecte eam continet eminenter vel vnitiue: quia hoc videtur concludere etiam de volūtate diuina ꝙ nō possit causare notitiam essentie diuine cum proprie non contineat eaz nec eminēter nec vnitiue. Sed dic ad hoc dubium: vt supra dixi in quolibe. vbi de hoc sunt mote singulares difficultates. ¶ Ad secundum dicit. ꝙ mouere ad actum beatificum non est primus actus essentia diuine. immo est proprie actus illius volūtatis. essētia enim vt quodammodo prior voluntate licet sit obiectum primum et immediatum illius visionis in ratione terminantis: tamen non est obiectum immediatum in ratione mouentis: sed tm̄ mouens remotum pro quanto mouet intellectum diuinum ad visionem precedētez illud velle quo mouetur intellectus Michaelis ad visionem. Et non intelligas hic de mouente remoto quod ēt attigit terminū pricipalē sicut dicim⁹ ꝙ mouens pricipale dicitur mouens remotum respectu agentis istrumentalis. de quo vide Doc. in 4°. dist. 1. q. 1. ⁊ similr̄ in 2. di. 3. Sed nec intelligitur de mouēte ꝛmoto nō attigēte ꝛminū p̄ncipalē: sed disponente ad ipsuz: qꝛ visio eēntie diuine vt in itellectu diuino non est dispō ad visionem qua Michael videt eēntiā diuiam: qꝛ si ꝑ ipossibile non eēt talꝭ visio adhuc Mich. posset videre eēntiā. sed itel

Expositio litere.

ligitur sic: ꝙ volūtas diuina nullo modo posset causare visionē essentie diuine nisi essentia diuina fuisset prius visa ab itellectu diuino per quā visionem eēntia est pñs voluntati diuine: ꝛ vt sit eēntia dr causa remota respectu causationis voluntatis diuine causantis visionē illius in itellectu Michaelis. i. ꝙ ipsa causat naturaliter aliqd necessario reqsitum ad hoc: vt volūtas diuina possit causare visionem in Michaele. ¶ Et ꝑ hoc patet ad confir. ibi positam: quia si illa essentia non esset formaliter volens nihil oīno posset causare ad extra: quia nihil posset causare nisi naturaliter: ꝛ quodcūqȝ extrinsecum cum sit formaliter possibile non posset eē a necessario nisi cōtingenter. ꝛ sic idem esset simul contingens ꝛ necessarium. contingens qꝛ ens simpliciter possibile: necessarium qꝛ ꝓductum a necessario. ¶ Ad tertiū. Dicit ꝙ essentia non habet rōnem motiui ad visionem sui in itellectu creato nisi inqȝtum presupponitur ipsam mouisse itellectum diuinum ad visionem que presupponitur ipsi velle diuino motiuo intellectus creati: non intelligiť ꝙ velle sit formaliter motiuum: sed ꝙ voluntas est motiua mediante actu suo: vt alias exposui. Non igiť se habent eēntia ꝛ voluntas vt mouens supius ꝛ inferius ꝓprie loquendo: sic intelligendo ꝙ vtrūqȝ attigat ipsum motū: siue ipsum terminum recipiēdū in alio. Sed tm̄ volūtas attingit intellectum creatum. tñ presupponit motionē intellectus diuini ad ipsa eēntia: sine qua ipsa voluntas non haberet illud velle quo mouet intellectum creatuȝ.
Quinto principaliter instatur cōtra quintum dubiū. probādo ꝙ primū mobile motione naturali nō sit ītelle- *ꝯtra quītū primo instat̄ et nota bn̄ has rōnes q̄n apparētes sunt.* ctus diuin⁹ ⁊ primū motiuū naturale essentia diuina. Prio sic. Et ꝑ̄suppono vnū. s. ꝙ infinitū simplicit̄ nullo mō dependet ab alio nec quasi depēdet: sed est simpl̄r ⁊ omnino indepēdens. hoc ptʒ a Doc. Tūc sic. omne mobile vel quasi mobile ab alio necessario depēdet: vł quasi depēdet ab illo. Sʒ intellectus diuinus nullo mō dependet: nec quasi dependet ergo non est ab aliquo mobilis. ma. patet: q̄ꝛ mobile ab alio aliquid recipit: vel quasi recipit ab illo aliter non esset mobile: ⁊ quando. a recipit aliquid. a. b. tunc. a. in eo ꝙ recipit a. b. dependet. a. b. ⁊ hoc patet a doc in primo disti. 30. mi. patet: q̄ꝛ intellectus diuinus est formaliter ⁊ simpliciter infinitus. ❡ Secundo instatur. ꝓbando ꝙ intellectus diuin⁹ *2°.* nullo modo sit mobilis ab aliquo: q̄ꝛ tunc haberet rationeʒ materie vel quasi materie. patet q̄ꝛ tunc haberet rationeʒ quasi receptiui ⁊ quasi passiui. Sed hoc simpliciter negat̄ a doc. in primo distin. 5. q. 2. vbi vult ꝙ essentia diuina in generatione filij non habet rationem nec materie nec quasi materie: q̄ꝛ hec sonant impfectionem in essentia diuina. et hoc idem sequitur in intellectu diuino. ❡ Tertio instatur: *3°* q̄ꝛ si intellectus diuinus est primo mobilis vel quasi mobilis respectu notitie essentie diuine: sequitur ꝙ quasi recipit illam ab essentia diuina. Sed hoc est impossibile: q̄ꝛ aut illa notitia est re distincta: aut rōne. alteruʒ oportet dari: aliter idem omnino re ⁊ ratione indistinctum esset receptiuuʒ et receptum. Sed talis notitia non distinguitur re. patʒ: q̄ꝛ est simpliciter eadem res cum essentia diuina. nec ratione: q̄ꝛ illa intellectio est prior omni actu collatiuo cum sit sim- *4°* pliciter prima. ❡ Quarto instatur: q̄ꝛ si intellectus diuin⁹ est mobilis ab essentia diuina ad notitiam genitam: tunc q̄ro quomodo illa notitia genita est in intellectu: aut in ītelle- *Pulchre q̄sita nota.* ctu absolute ⁊ ꝯmuni tribus personis: aut precise in intellectu patris: aut in intellectu filij. non primo: q̄ꝛ tunc talis notitia esset communis tribus ꝑsonis sicut ⁊ intellectus. non secundo: q̄ꝛ tunc ipsa formaliter denominaret patrem: sicut etiam infert Doc. ꝓ inconuenienti contra Henri. in primo dist. 2. parte. 2. ⁊ distin. 27. non tertio: q̄ꝛ tunc intellectus ꝑ̄supponeretur esse in filio: et sic filius haberet esse prius ꝙ̄ notitia genita: quod est impossibile cum filius ⁊ notitia genita tm̄ nomine differant: vt exposui in primo dist. 2. parte 2. q. 3. ❡ Quinto instatur: q̄ꝛ tunc intellectus diuin⁹ posset *5°.* mutari. patet: q̄ꝛ in eodem instanti q̄ est intellectus nō habet notitiam essentie. patet: quia ipsa notitia ex quo quasi producitur ab essentia: vt supra patuit. questione. 13. presupponit intellectum. si ergo in illo primo instanti quo intellectus diuinus intelligitur: non intelligitur habere illam notitiam et post intelligitur habere. ergo mutatur. ꝓbo consequentiam: quia tunc transit de contradictorio in

contradictorium qui transitus non potest fieri sine mutatio
6° ne: vt patet a Docto. in primo dist. 39. ⁊ alibi sepe. ¶ Sex-
to arguo. probando ꝙ essentia diuina non sit primum moti-
uum. ⁊ primo sic. idem non potest esse principium quo et qđ
producendi. patet: quia principium quo est ratio formalis ꝓ
ducendi. Principium vero quod est illud in quo ponitur ta-
lis ratio formalis: vt patet discurrendo in omnibus. Sed es
sentia diuina est principium quo producendi notitiam in in-
tellectu diuino. ergo non mouet primo intellectum diuinum
⁊ tamen in illo priori in quo persona non intelligitur est ve-
ra intellectio essentie diuine. ¶ Septimo instatur sic. Si es
7° sentia mouet intellectum diuinum ad sui notitiam. ergo mo
uet propter finem cum mouens per modum nature: si est ꝑ
se mouens moueat propter finem: vt patet secundo physi.
si ergo ipsa mouet propter finem: ⁊ finis primo mouet effici
ens: vel quasi efficiens. ergo essentia prius mouetur scilicet
a fine. ⁊ tunc quero aut a seipsa: aut ab alio. quocunq̃ dato
habetur ꝙ motio finis erit prior motione essentie diuine re-
spectu intellectus sui. ⁊ sic motio ipsius per modum nature
8. respectu intellectus sui non erit simpliciter prima. ¶ Octa
uo instatur sic. Si essentia est primum motiuum per moduз
nature tam ad notitiam ingenitam q̃ȝ ad notitiam genitam
aut est primum motiuum inquantum essentia et vt prior in-
finitate: aut vt actu infinita aliud non videtur dandum. nō
primo: quia tunc non haberetur notitia formaliter infinita:
quia a non infinito formaliter non potest formaliter esse in-
finitum. non secundo: quia tunc essentia vt essentia non eēt
primum motiuum. Tū etiam: quia essentia vt essentia ponitᷣ
primum subiectum theologie in se ⁊ non sub ratione infini-
tatis: vt patet supra in prolo. questione tertia. ⁊ eo modo q̊
ponitur primum subiectum theologie in se ponitur obiectū
9° intellectus sui. ¶ Nono instatur: quia quero quare non po-
nitur sic primum motiuum per modum nature ipse intellect⁹
cum ipse ponatur ita causa intellectionis essentie sicut essen
tia. nam essentia et intellectus apud Docto. ponuntur duo
principia partialia actus intelligendi: vt patet in primo di-
10 stinctione secunda. ¶ Decimo instatur sic: quia tunc seque-
retur ꝙ si essentia est motiua per modum nature ad notiti-
am sui essentialem ꝙ talis notitia erit similitudo naturalis
ipsius essentie per imitationem. ⁊ sic erit vere mensurabilis
ab essentia: sed hoc videtur esse contra rationem infiniti in-
Ad rōnes tensiue. ¶ Respondeo ad omnes instantias premittendo
ꝯtra quītū aliqua satis necessaria. Primo: quia iste rationes vel saltez
plures videntur tenere ex illa vulgata propositione Doct.
scilicet qualis est ordo inter aliqua vbi realiter distin. talis
est vbi sola ratiōe distin. ⁊ sic si intellectus esset realiter disti
ctus ab intellectione diuine essentie esset realiter receptiu⁹
notitie ab essentia. cum ergo nō realiter distin. eo modo quo
Profundis distin. eo modo recipit notitiam illam. hanc propositionem
sime loqᷣ aliqualiter declaro vltra ea que supra exposui questio. pri-
expositor ma. Et hanc expositionem pono saluo semper meliori iudi-
hic. cio: nec intendo quouis modo contradicere nec verbis nec
intentioni Doct. nec hic nec alibi. Dico ergo ꝙ quando ali-
qua comparatur adinuicem: que vt distincta realiter habēt
talem ordinem realiter: illum eūdem hñt vbi distinguuntur
ratione vel ex sola natura rei. Et sic si comparantur duo fi-
nita quibus formaliter non repugnat aliqua imperfectio:
puta quia subiecto accidentis non repugnat formaliter ista
imperfectio ꝙ sit receptiuum alterius: tunc quando subie-
ctum ⁊ accidens comparantur adinuicem vt realiter distin-
cta talem ordinem habent ꝙ subiectum est realiter recepti-
uum talis accidentis ⁊ realiter perficitur ab illo. si ergo tm̄
ratione distinguerentur talem ordinem haberent: scilicet ꝙ
subiectum saltem scḋm rationem esset receptiuum. ⁊ hoc est:
quia vt realiter distincto: talis imꝑfectio non repugnat. Sz
si ponatur subiectum formaliter infinitum intēsiue cui vt sic
simpliciter repugnat omnis imperfectio si cōparetur ad ali-
quid quod est denominatiuum illius ex natura sua: ita ꝙ il-
lud sit realiter distinctum nunq̃ȝ esset realiter receptiuū. pa-
tet: quia infinitum cui formaliter repugnat omnis imperfe-
ctio non potest esse realiter receptiuum alterius realiter di-
stincti. ergo si illud aliud non sit realiter distinctum: sed tm̄
ratione: tunc non erit receptiuum scḋm rationem: quia or-
do inter aliqua scḋm rationem precise accipitur inter illa ꝑ
comparationem ad realiter distincta inter que est talis or-
do realis. Ex hoc sequitur: ꝙ intellectus diuinus nullo mo-
do est receptiuus nec quasi respectu notitie essentie diuine:
quia si per possibile vel impossibile esset realiter distinct⁹ nul
lo modo esset realiter receptiuus illius: quia infinito intensi
ue realiter repugnat omnis imperfectio: et per consequens
nec modo est aliquo modo receptiuus notitie etiam sola ra-

tione distincte. ¶ Si dicatur ꝙ Doct. multotiens applicat
hanc propositionem diuinis: vt patet questione tertia pro- Instantia
lo. vbi dicit: ꝙ si attributa essent realiter distincta ab essen- doctrialis.
tia ꝙ essent realiter causata. ergo vbi sola ratione distin. sal
tem intelliguntur scḋm rationem causata. patet etiam su-
pra questione prima ⁊ secunda. vbi hanc propositionem ap
plicat diuinis. Dico saluo meliori iudicio: ꝙ semper Doct. in
telligit si eis non repugnat imperfectio. nam in prolo. nō ac solutio pō-
cipit attributa vt formaliter infinita: quia vt sic si essent per derando.
impossibile realiter distincta repugnaret eis posse causari ⁊
realiter ab alio dependere: ergo vt sic repugnat etiam eis
saltem posse causari scḋm rationem. fit ergo comparatio ab
solute comparando attributum absolute non vt infinitum.
Et similiter fit comparatio intellectus absolute sumpti cui
vt realiter distincto non repugnat hec imperfectio ꝙ sit rea
liter receptiuus. ergo vbi sola ratione distinguitur sic scḋm
rationem erit receptiuus. Et sic posset de omnib⁹ alijs dici.
¶ Si tamen hec expositio non placet quam credo esse ve-
ram. potest dici breuiter ꝙ vbi realiter distinguuntur. reali-
ter vnum est receptiuum ⁊ se habet per modum materie. et
sic dicit imperfectionem: vbi tamen vnū transijt in perfectā
identitatem alterius sicut est in diuinis: tunc nulla in re ē
imperfectio: licet scḋm nomen appareat aliqualis imperfe-
ctio: quia non habemus vocabula propria quibus explice-
mus quomodo intellectus diuinus dicitur mobilis ab essen
tia. ¶ Ex his patet solutio ad plures rationes. Ad primaз solutio ad
dico: ꝙ intellectus non dependet nec quasi ab essentia: quia tres instan
est perfecte idem ⁊ essentie et notitie quasi producte tenen- tias.
do secundum modum exponendi propositionem. Et qđ di-
citur in alio argumē. ꝙ Doct. negat in primo dist. 5. q. secun
da. essentiaз esse quasi materiā. Dico ꝙ non negat ibi ꝑcise
quia si natura diuina esset realr̄ distincta a ꝓprietate: puta
a gn̄atione siue actiua siue passiua: ꝙ tunc eēt vere materia
vt de qua generaretᷣ fili⁹: ⁊ sic nunc sit quasi mat̄ia respectu
generationis: q2 non distinguitur essentialiter a generatio-
ne. Sed negat ibi absolute habere se quasi materiaз: q2 nec
eēt vere materia si esset realiter distincta. Et ratio. q2 ipsa
essentia est terminus formalis generationis. ergo nullo mō
nec materia nec quasi materia: vide ibi. Nec vult ibi ꝙ gn̄a
tio siue actiua siue passiua denominent eēntiā: nec sint act⁹
actuantes ipsam. nec quouis modo informantes: sed sunt
actus ꝑsonales determinantes. non naturam: sed hyposta
ses. ⁊ sunt actus non ꝑficientes naturam diuinam: sed ra-
tiones subsistendi in natura diuina. Et de hoc vide ꝓlixe
in primo distin. 5. q. secunda. ⁊ distin. 26. Si tm̄ teneantur
prima expositio ꝓpositionis vulgate patet quid dicendū:
q2 infinito intensiue repugnat simpliciter omnis īperfectio.
Et sic patet responsio ad tres primas instātias. ¶ Ad q̄r Ad q̄rtum
tam. Dico ꝙ notitia genita potest multipliciter accipi: licet notitia ge-
tm̄ improprie. Primo ꝓ constituto ex proprietate ⁊ eēntia nita multi
diuina: puta ꝓ constituto ex essentia ⁊ dictione passiua qua pliciter.
dr̄ verbum siue notitia genita. Secundo pro ipsa ꝓprieta-
te absolute. s. pro dictione passiua nam dictio passiua. gene
ratio passiua. verbatio passiua. ⁊ filiatio in re. idem precise
importans ⁊ solo nomine vel sola ratione differunt. sicut fi
lius: genitum: verbum: notitia genita: que exposita sunt in
primo distin. 2. parte. 2. q. 3. Tertio modo accipitur notitia
genita: ꝙ notitia essentiali que dicatur genita. i. communica
ta filio per generationem ⁊ appropriata filio. Primo mō.
patet: ꝙ nihil presupponit in quo sit formaliter: q2 est perso
na perfecta per se subsistens: ⁊ quamuis possit concedi: ꝙ
essentia mouet ad hanc notitiam. non debet tm̄ intelligi ꝙ
moueat quasi producendo illam in aliquo quasi receptiuo:
q2 repugnat supposito posse recipi vel quasi recipi: sed dicitᷣ
mouere accipiendo mouere ꝓ producere. et tūc sensus est.
mouet ad notitiam genitam. idest est ratio formalis ꝓdu-
cendi notitiam genitam per se subsistentem: sed non sic de
notitia essentiali: cum dr̄ mouet ad notitiam eēntialem. in-
telligitur tunc ꝙ mouet intellectum ad illam notitiam qua
si ipsam recipiendo. Si secundo dico: ꝙ talis proprietas ꝑ
mo est in essentia. non autem vt actus perficiens nec deter
minans. sed vt ratio subsistēdi: vt supra dixi. Quentur aut
est in essentia absolute sumpta. Dico ꝙ est in essentia nō vt
absoluta sumpta: nec etiā vt ipsa est in patre. sed in ipsa vt
communicata filio: q2 tunc intelligo communicari quando
ponitur terminus formalis generationis. non enim intelli-
gitur communicari filio vt preexistenti: de hoc vide. doct. in
primo distin. 5. q. secunda in illis dubijs que ipse facit. Si
tertio modo accipitur. patз ꝙ illa notitia eēntialis est in tri
bus personis: tamen est appropriata filio ⁊ per generatio-
nem sibi communicatur. ¶ Ad quintum. Dico ꝙ quam- Ad quintum

nis in aliquo priori signo intellectus diuinus non intelligatur habere notitiam essentialem: ⁊ in aliquo signo posteriori intelligat illam habere: tamen ex hoc non sequitur ꝙ mutetur. Cum probatur per hoc ꝙ transitus de contradictorio in contradictorium non est sine mutatione. Dico ꝙ non quilibet transitus facit mutationem: sed quando subiectum transit proprie a priuatione ad habitum: vel econtra. ⁊ priuatio proprie est prior duratione habitu. Et de hoc vide Doct. in primo distinc. 2. parte secunda. q. 3. vbi similiter arguit: essentia diuina non habet generationem filij in aliquo priori signo ⁊ post habet. ergo mutatur: non sequitur: vide ibi responsionem ⁊ expositionem responsionis. Et clarius vide in primo dist. 39. vbi prolixe exposui illam propositionē Doct. qua sepe vtitur. scilicet transitus de contradictorio ⁊c. ¶ Ad sextum de essentia diuina. Cum dicitur ꝙ essentia diuina nō potest esse primum motiuum: quia idem non potest esse principium quo ⁊ quod producendi. Dico breuiter: ꝙ quo et quod differunt ad inuicē nec pono ꝙ essentia vt essentia sic abstractiue accepta moueat: quia vltimate abstracto non conuenit hoc adiectiuum mouere: vt patet a Docto. in primo distinc. 5. q. prima. Dico ergo ꝙ principium quod mouendi est deus qui mouet: ⁊ principium quo siue ratio formalis est deitas siue essentia diuina: vt patet in simili a Docto. in primo distin. 4. q. secunda. Secus postea de principio quo ⁊ quod notitie genite: quia principiū precise quo est essentia. ⁊ principium quod est aliquod suppositum: vel deus vt precise supponit pro supposito patris: vt exposui in primo disti. 4. q. 2.

Ad sextum (margin, beside "nem ⁊ expositionem responsionis")

Ad septimum. ¶ Ad septimum. Dico primo ꝙ illa propositio: scilicet omne agens agit propter finem. vera est quando proprie agit effectum qui vere est ordinabilis ad finem: quia tunc agit propter finem ipsius effectus: vt prolixe exposui in secundo distinc. 2. Dico secundo ꝙ primum agens per modum nature agit tm̄ ex necessitate nature: etiam si propter nullum finem ageret adhuc necessario ageret: vt patet a Doct. in primo dist. 2. q. 1. in illis preambulis. modo essentia diuina vt essentia ponitur simpliciter primum agens per modū nature. Dico tertio ꝙ posito ꝙ essentia diuina ageret propter finem q̃ tunc ageret propter se ꝯmunicando notitiam sui intellectui suo qua vltimate beatificetur in ipso primo mouente. Cum dicitur ꝙ motio finis est prior motione propter finem. Dico ꝙ illa motio esset tm̄ metaphorica: vt patet a Doct. in primo dist. 2. q. 1. ⁊ tūc talis motio esset tm̄ amor naturalis quo eēntia se amat.

oē agens agit pp finē qn̄o itelligitur. (margin)

ad octauū ¶ Ad octauum. Dico ꝙ est primum motiuū inquantum essentia: id est ꝙ ratio formalis mouendi est ipsa essentia: tamen actu non mouet nisi vt infinita. non ꝙ infinitas sit ratio mouendi: vt alias exposui.

ad nonum. ¶ Ad nonum. Dico ꝙ ideo essentia diuina dicitur simpliciter primum motiuum: quia est mouens intellectum diuinum: ⁊ non mota: sed non sic est de intellectu: vt patet in primo dist. 3. q. 7.

ꝯtra sextū dubiū pmo instatur.

Sexto principaliter instatur contra sextum.

probando ꝙ essentia non moueat ad intellectionem omniū simplicium. Et primo instatur: quia si essentia diuina moueat intellectum diuinum ad notitiam omnium simplicium: sequitur ꝙ huiusmodi simplicia habebunt prius aliquod eē: quia non precise habent esse cognitum. Et quero tunc quod esse habent oportz dicere ꝙ esse obiectiuum: vt exposui in primo distin. 36. ⁊ in secundo dist. 3. q. 1. dist. 1. q. 1. Et tunc quero a quo habent illud esse: oportet dicere ꝙ ab essentia ⁊ intellectu: vt exposui in primo dist. 1. q. 1. in quibusdam dubijs. ⁊ sic essentia diuina prius mouebit ad esse obiectiuum simpliciū: ⁊ post ad notitiam eorum. Sed primo probo ꝙ non moueat ad esse eorum obiectiuū: quia causa naturalis causans per modum nature ⁊ non impedita causat effectum perfectum quantum potest causare: quia causat scdm̄ totam eius virtutem. hoc patet a Doct. in primo dist. 3. q. 2. ⁊ dist. 8. q. vltima ergo si essentia cum intellectu mouent naturaliter ad eē creaturarum. ergo producit illa perfectius quantum potest producere. ergo producit in esse existentie ab eterno: quia esse eorum reale ⁊ existentie est perfectius esse q̃z esse possibile tm̄. Nec est dicendum: ꝙ ipsa essentia cum intellectu nō possit producere: quia est infiniti vigoris intensiue: nec similiter dicendum est: ꝙ repugnet eis habere esse existentie ab eterno: quia probatum est in secundo dist. 1. q. 3. ꝙ non repugnat permanentibus posse causari ab eterno: ⁊ hanc positionem tenet ibi Doct. vt patet intuenti.

Diligenter aduerte circa has rationes. (margin)

2° ¶ Secundo instatur sic. Sicut se habet voluntas ad suum obiectum ita intellectus ad suum cum sint potentie circa idem obiectum ⁊ sub eadem ratione consideratum: vt patet in primo distinctione tertia questione tertia. Sed voluntas diuina sicut potest producere omne producibile in eē volito: ⁊ ita ⁊ in eē existentie: vt patet ergo similiter intellectus diuinus ⁊ essentia. sicut potest producere omne producibile in esse cognito: ita potest illud idē producere in esse existentie. cum nō sint minoris virtutis q̃z voluntas ⁊ eadem obiecta ex natura sua sunt producibilia in esse existentie: nec hic apparet ratio: quare magis voluntas q̃z essentia ⁊ intellectus.

3° instatur. te egregie. ¶ Tertio instatur. Si essentia per modum nature producit hominem in eē obiectiuo. ergo producit ipsum perfecte in tali esse q̃tum potest. ⁊ tunc quero aut potest ipsum perfecte producere: aut precise producit secundum perfectionem quam nunc habet in tali esse. si primo. ergo homo ab eterno habuit perfectius esse quiditatiue q̃z de facto habuerit. patet: quia ab eterno produxit secundum totam virtutem suam. ⁊ tunc si habuit perfectius quiditatiue. ergo non fuit homo: quia gradus quiditatiuus additus speciei variat ipsam. Si secundo. ergo essentia precise producit hominem in tali esse secundum ꝙ homo fuit producibilis. ergo prius habuit esse producibile q̃z fuerit in tali esse productum. et tunc quero in quo fundatur illud esse producibile non in se: vt patet. ergo in esse saltem obiectiuo precedente. ⁊ sic prius habuit esse obiectiuum q̃z fuerit productum in tali esse quod est impossibile apud Docto. vt patet in primo distinctione trigesimasexta. et distinctione. 45. et in secundo distinctione prima questione prima. ⁊ infra in q̄l. ⁊ alibi sepe.

4° ¶ Quarto istatur sic. Si essentia diuina producit per modum nature omnes terminos simplices in esse obiectiuo. ergo ab eterno: ⁊ simul produxit illos: sed illi sunt infiniti. patet: quia infinitas indiuiduorum non repugnat i eadem specie: quia species ex sua natura potest esse in infinitis indiuiduis: vt patet a Doct. in primo distinctione secūda parte prima. q. vltima. ⁊ parte secunda. questione quarta ⁊ in quolibe. q. 2. ergo actu fuere producta infinita simul in eē obiectiuo ⁊ in esse possibili qđ fundatur in esse obiectiuo. ergo ⁊ voluntas diuina potest simul velle infinita indiuidua esse in esse volito. ergo pōt simul velle esse infinita in esse existentie. ⁊ sic actu possunt eē infinita in actuali existētia. Si dicatur ꝙ repugnat simul esse actu infinita in esse existentie: q̄ro vnde sit ista repugnātia: aut est ex parte volūtatis diuine aut ex parte creature. nō primo: quia voluntas diuina est infiniti vigoris. Tum etiam: quia doct. in primo distin. 2. parte prima q. prima. ostendit quomodo ipsa potest simul causare infinita: ita perfecte simul infinita sicut quodlibet seorsum. nō secūdo: quia non repugnat ex parte creature quin actu sint simul infinita in esse obiectiuo ⁊ in esse possibili fundato in esse obiectiuo. ergo nec repugnat quantum ad eorum esse existentie: oportet enim assignare rationem diuersitatis q̃ non facile videtur assignari posse.

infinitas idiuiduorū non repugnat in eadem spē. (margin)

5° ¶ Quinto instatur sic. Et accipio rationem Docto. quam facit in primo distin. 8. q. vltima. probando ꝙ deus non causat aliquid ad extra per modum nature: quia tunc causaret effectum perfectissimū quem posset: ⁊ sibi non repugnat causare infinitum effectū. ergo causabit illum necessario. ergo omnia entia erunt illud vnum infinitum. Et ratio est: quia causabit omnia causabilia propter hoc ꝙ causat omnia causabilia que potest causare: ⁊ ita perfectissimum. et ita omnia illa erunt illud vnum causatum: et tunc omnia erunt vnum. vide ibi. Ex hoc arguo. essentia diuina est eque infiniti vigoris sicut voluntas diuina: ergo producit effectum perfectum quantum potest: ⁊ hoc in esse obiectiuo ⁊ sibi non repugnat posse producere infinitum in tali esse. ergo actu producit cum necessario sm̄ vltimum virtutis sue producat. ergo actu erit infinitum ens productum in esse obiectiuo. ergo omnia entia in esse obiectiuo erunt precise illud vnum ens. quod videtur impossibile: ergo essentia diuina non est productiua per modum nature simplicium terminorum.

Nota hos argu. (margin)

6° ¶ Sexto instatur. probando specialiter ꝙ essentia diuina non moueat ad notitiā simplicium: quia quero aut notitia essentialis essentie diuine qua intellectus diuinus intelligit essentiam est de se omnium intelligibilium. id est ꝙ in suo esse perfectionali includit ꝙ actu sit omnium intelligibilium: aut non. Si secūdo. ergo non est infinita: quia vt ostensum est in primo distinc. 2. parte prima. q. prima. ⁊ infra q. 15. quolibe. ad notitiam formaliter infinitam concomitatur ꝙ sit actu omnium intelligibilium. Si primo. ergo ipsa posita actu habetur notitia omnium intelligibilium. ergo non producitur notitia oīum intelligibilium ab essentia diuina. illa enim notitia habetur ante productionem personarum. positis ergo obiectis intelligibilibus statim mediāte illa notitia eēntiali intelligunt ab intellectu diuino. q̄n̄o ergo post productionem personarum

7° causat ab essentia diuina notitia simpliciuz. ¶ Septimo in
statur. quia si essentia mouet ad notitiam obiectorum simpli
cium. ergo illa notitia erit naturalis similitudo illorum obie
ctorum. ꝛ hoc per imitationem: patz supra. q. 13. vbi habitũ
est ꝙ notitia obiecti est naturalis similitudo obiecti per imi-
tationem: ꝛ tunc vltra sequitur ꝙ talis notitia depẽdeat de
pendentia reali ad obiectum actu existens: vt supra patuit.
8. q. 13. ¶ Octauo instatur sic. Si essentia mouet per modum
nature ad notitiam simplicium. ergo talis notitia in intelle-
ctu diuino fundat relationem rationis ex natura rei q̃ quan
tum est ex parte fundamenti est relatio realis: vt supra pa-
tuit a Doct. q. 13. quol. ergo si illa relatio rationis terminare
tur ad obiectum actu existens ꝛ realiter distinctum esset ve
re realis: quia tunc extrema essent vere realia: et illa oritur
ex natura extremorum: vt patet supra. q. 13. ergo notitia di
uina includit relationem realem ad creaturam saltem quan
tum est ex parte talis notitie: ꝛ si obiectum cognitum esset
9° actu existens esset vere realis. ¶ Nono instatur. Si essen-
tia diuina mouet ad notitiam omnium terminorum simpli-
cium: aut mouet ad eandem precise que est essentie diuine.
aut ad aliam. non primo: quia tunc eadem notitia esset bis
producta. non secundo: eo ꝙ in intellectu diuino sit tm̃ vna
notitia: vt probatum est primo distin. 2. parte prima. q. 1.
¶ Decimo instatur sic: quia tunc sequitur: ꝙ obiectum secũ
10 darium habeat eẽ cognitũ ab eterno: sed esse cognituz est re
latio rationis: vt patet a Doct. in pluribus locis: quero tũc
in quo fundatur: ꝛ forte non est dabile. ꝛ vltra. omnis rela-
tio rationis causatur per actum alicuius potentie collatiue
ꝛ hoc non per actũ rectũ: sed per actũ collatiuuz: sed illa ob
iecta habent simpliciter esse cognitum per actum rectum in
tellectus diuini: vt patet: et non per actum collatiuum quo
comparatur vnum cognitũ ad aliud. ¶ Respõdeo ad istas
istantias. Ad primam concedendo ꝙ huiusmodi intelligibi-
Ad rõnes lia sunt ab essentia ꝛ intellectu: quia ex quo producit notiti
ꝯtra sextũ am illorum: sequitur ꝙ contineat ea virtualiter scd̃m totam
Ad primũ entitatem eorum saltem obiectiuã. ꝛ sic potest immo neces-
sario producit illa in esse obiectiuo ꝛ possibili. Cum instatur:
quia tunc produceret siue causaret ea in esse realis existen-
tie. negatur. Cum probatur: quia essentia est infiniti vigoris
ergo potest illa producere scd̃m esse existentie. Dico ꝙ non
sequitur nisi ꝙ possit producere perfectissime in esse obiecti-
uo: in esse possibili: ꝛ in esse cognito: quia non potest aliter ꝓ
ducere. oporteret enim probare: ꝙ possit producere in esse
existentie. ꝛ tunc bene sequitur ꝙ tunc produceret in perfe-
Quare est cto esse existentie sibi competente: sed non probatur ꝙ possit
ꝙ eẽntia di producere in esse existentie. Cuz queritur vnde est repugnã
uina nõ p̃t tia ꝙ nõ possit producere in esse existentie. dico ꝙ potest po-
ꝓducere ni repugnantia tam ex parte essentie diuine q̃ꝫ ex parte ob-
eẽ exñtie. iecti producibilis. ex parte essentie est repugnantia: ex hoc
quod est causare aliud a se. quia ex hoc ꝙ causat: sequitur ꝙ
contingenter causat. id est non necessario simpliciter: ex hoc
vero ꝙ causat per modum nature: sequitur ꝙ simpliciter ne
cessario: ꝛ sic causaret necessario: ꝛ non necessario. vnde Do
ctor in secundo dist. 1. q. 3. dicit ꝙ est implicatio contradictio
nis: causare: ꝛ necessario causare: hoc idem in primo dist. 8.
q. vltima. modo essentia vt essentia si causaret tm̃ per modũ
nature et necessario simpliciter causaret. vt patet hic et su-
pra. Ex parte vero effectus est etiam repugnantia scilicet ꝙ
sit causatus simpliciter per modum nature: quia hoc inclu-
dit manifestam contradictionem: quia tunc idem eẽt possibi
le ꝛ necessariũ. necessariũ ĩquãtũ ꝑ modũ nature ꝛ mere ne
cessario causatum. possibile inquantum habet eẽ causatum:
et sic idem esset necessarium et possibile: hoc totum patet a
doct. vbi supra. Et dixi causans per modum nature et neces
sario simpliciter ad differentiam secundarum causarum: qꝛ
licet multe quantum est ex natura sua causent effectus su-
os per modum nature et necessario: non tamen necessario
simpliciter cum causent in virtute voluntatis diuine contin
genter causantis: vt patet a Doct. in primo dist. 2. parte pri
ma. q. 1. ꝛ patet quia causans simpliciter necessario a nullo
potest impediri: eẽntia vero diuina si causaret: causaret sim
pliciter necessario. ¶ Ad secundam instantiam concedo is-
Ad scd̃m lam similitudinem vt precise ille potentie comparantur ad
sua obiecta ꝛ non plus habetur nisi ꝙ sicut ĩtellectus potest
producere in eẽ cognito: ita et voluntas põt producere ĩ es-
se volito: ꝛ hoc modo proprie respiciũt sua obiecta: quia po
tentie ille vt operatiue: hoc modo comparantur adinuicem
ꝙ sicut intellectus potest operari circa aliquod obiectũ: pu-
ta intelligendo illud: ita volũtas circa idem obiectum ꝛ sub
eadem ratione volendo illud. Si vero comparantur vt po-
tentie productiue: patet ꝙ hoc non conuenit etiam volunta
ti. vnde voluntas: quia tunc competeret omni volũtati. mo
do voluntas creata non est productiua alicuius entis abso
luti preter actum volendi ꝛ nolendi. Tamen si accipiat vo-
luntas vnde infinita: ꝛ intellectus vnde infinitus: ꝛ ad intra
adhuc est vera comparatio: quia sicut intellectus potest eẽ
productiuus alicuius suppositi infiniti: ita volũtas potest eẽ
productiua alicuius suppositi infiniti. ꝛ patet: quia produ-
cit spiritum sanctum. ¶ Si vero comparat ad extra adhuc
est aliqualis ꝯparatio: qꝛ sicut voluntas ꝓducit. a. in eẽ rea
li ꝛ eẽ existentie actuali: ita intellectus producit idẽ. a. in eẽ
reali ꝛ in eẽ existentie possibili tm̃ et obiectiuo. quia. a. prece
dit ab eterno scd̃m esse obiectiuum ꝛ possibile: ꝛ scd̃m existenti-
am in eẽ obiectiuo ꝛ possibili ipsum eẽ reale actuale: et hoc
tam scd̃m eẽ eẽntie actuale q̃ꝫ scd̃m eẽ existentie actuale: q̃
omnia patent in secundo dist. 3. q. 1. Sed quare intellectus
non põt ꝓducere in eẽ reali actuali ꝛ in eẽ existẽtie actuali. Quare est
Et ego quero quare voluntas diuina nõ põt ꝓducere crea- ꝙ itellect⁹
turam quantũ ad eẽ eius obiectiuum ꝛ simpliciter possibile. diuinus nõ
Dico ergo: qꝛ intellectus est talis entitas ꝛ voluntas talis: p̃t ꝓduce-
iõ vnũ conuenit vni qd̃ repugnat alteri. Dico tamen ꝙ qꝛ in re in eẽ rea
tellectus agit mere per modũ nature: ꝛ nõ posset producere li actuali ꝛ
aliud a se nisi causando illud. statiz sequitur repugnantia. s. exñtie. ꝛ vo
ꝙ causet ꝑ modũ nature vt supra exposui. Volũtas ṽo agit luntas sic.
mere libere et contingenter ad extra: ideo conuenit sibi pos-
se causare aliud a se: quia vt sic causat possibile. ¶ Ad ter- ad tertium
tium. Concedo ꝙ essentia producit illud in tali eẽ scilicet ob
iectiuo perfectius quantum potest. Et cum queritur an pos
sit homines producere ĩ perfectiori esse obiectiuo. dico ꝙ nõ
potest perfectius producere: quia si homo in esse obiectiuo
et quiditatiuo haberet perfectius esse iam non esset homo:
vt supra patuit. Cum infertur: ergo producit hominem secũ
dum quod est producibilis. Dico ꝙ esse sic producibile: aut Nota.
comparatur ad causam productiuam: aut ad ipsum produ-
cibile. primo modo concedo: ꝛ tunc sensus est: homo in eẽ ob
iectiuo est precise sic producibilis: secũdum quod eẽntia di-
uina est rõ producendi: ꝛ tunc non sequitur ꝙ prius fuerit in
tali eẽ ꝓducibilis. ĩmo ante eẽ eius obiectiuuz nullo modo
erat producibilis: ita ꝙ eẽ producibile p̃cesserit ꝛ hoc passiue
sic intelligendo. ideo essentia p̃t hominem producere in esse
obiectiuo sic sicut est producibilis. immo econtra sequitur.
ideo homo est producibilis in esse obiectiuo: qꝛ essentie diui
na p̃t eum sic producere. Sicut etiam de esse existentie. nõ
sequitur: ideo deus potest producere hominem in esse exi-
stentie aptitudinali: siue possibili siue obiectiuo: qꝛ sic prius
est producibilis in tali esse: sed econtra: ideo est producibi-
lis in tali esse existentie obiectiuo: qꝛ deus sic potest ꝓduce
re immo magis sequitur: qꝛ essentia diuina actu ꝓducit ho
minem in esse obiectiuo: ideo homo habet tale esse: ꝛ nõ ecõ
tra. Sed de existentia actuali aliter dr: qꝛ tunc ista non est Obiectio.
vera. ideo homo est producibilis in esse actualis existentie:
qꝛ voluntas diuina potest eum sic producere. immo econ-
tra sequitur: ideo voluntas potest producere hominẽ in ac-
tuali existentia: qꝛ homo est producibilis in actuali exñtia.
prius. n. habet illud esse possibile per actum intellectus di-
uin⁹ ꝛ essentie diuine. Si dicatur esse ꝯtingens siue eẽ possi
bile est a voluntate diuina: qꝛ prima contingentia est a vo-
luntate diuina: vt patet a doc. in prolo. q. vltima. in primo Solutio.
distinc. 2. q. 2. distinc. 8. q. vltima: distinct. 39. distinc. 44.
et 45. in secundo distinct. 1. q. prima. in quoli. q. 7. et alibi
sepe. Dico ꝙ aliud est loqui de altera parte contingentis
determinate: puta ꝙ homo erit aliquando actu existens: et
aliud est loqui ꝙ possibile est hominem aliquando existere.
primo modo attenditur contingentia voluntatis diuine: qꝛ
ipsa actu suo determinat de altera ꝑte illius disiunctiue. s.
homo erit aliquando existens vel non existens: sed secũdo
modo hoc est simpliciter ab intellectu diuino cõcurrente es
sentia diuina: ꝛ hoc patet expresse a doct. in primo distinct.
43. ꝛ vide que ibi prolixe exposui. ꝛ similiter in primo dist.
3. q. 4. de sinceris veritatibus. ¶ Ad quartum. concedo ꝙ Ad q̃rtum
essentia diuina actu producit infinita indiuidua in esse ob-
iectiuo ꝛ possibili ꝛ esse cognito: quia quot sunt producibi-
lia siue quot sunt possibilia absolute et necessario ab eterno
fuerunt in esse obiectiuo et possibili producta: quia hoc to-
tum intellectus diuinus et essentia diuina agunt quicquid
agunt per modum nature et necessario. ¶ Cum infertur: ꝙ
etiam voluntas diuina poterit illa eadem producere in ac Aduerte
tuali existentia ꝛ simul in actu. ꝛ per consequens infinita in locum.
actu: qꝛ est infiniti vigoris sicut ꝛ essentia diuina. Dico pri-
mo ꝙ forte hoc non esset impossibile (quicquid philosophi

dicant) q2 non apparet forte manifesta repugnātia: ꝙ actu sint infiniti homines. Certum est ꝙ nulla apparet repugnātia ex parte voluntatis diuine cum sit formaliter infinita: ⁊ contineat eminenter ⁊ virtualiter causalitates omnium secundarum causarum etiam infinitarum: vt patet a Doct. in primo dist. 2. q. 1. ⁊. dist. 8. q. vltima. immo quantum est ex parte sua potest simul producere infinitas species in actu: etiā eque perfecte infinitas sicut vnam illarum: vt patet a Doc. in primo dist. 2. q. 2. partis prime. Sed de hoc an sint possibilia infinita in actu simul: vide que exposui super distinc. 14. tertij. Dico secundo: ꝙ voluntas non potest simul producere infinita indiuidua in actuali existentia: quia talis infinitas simpliciter repugnat in entibus. ¶ Cum dicitur talis infinitas nō repugnat in esse obiectiuo: siue in esse possibili. dico ꝙ talis infinitas in eē possibili pōt dupliciter intelligi. primo ꝙ sint infinita indiuidua in esse possibili ⁊ in esse existentie non actuali sed possibili. idest ꝙ illa infinita indiuidua habentia ab eterno esse obiectiuū ⁊ possibile ꝙ sint simul possibilia in esse existentie. Secundo ꝙ illa infinita in esse possibili absolute ⁊ obiectiuo possint esse in actuali existentia non simul: sed successiue. primo modo est simpliciter impossibile: sed non secundo modo: quia voluntas diuina posset perpetuare successionem indiuiduorum in infinitum: quia sic sunt possibilia existere. Sed quare est impossibile primo modo: non videtur forte alia ratio assignāda nisi natura entis creati que non compatitur talem infinitatem simul in actuali existentia. Sicut etiam ꝙ albedo et nigredo sint compossibilia in eodem subiecto non videtur alia ratio assignanda nisi ratio terminorum. nam quecunq̧ repugnant: suis rationibus formalibus repugnant: sicut etiam quecunq̧ conueniunt: suis rationibus formalibus conueniunt: vt patet a Doct. in primo distin. 2. dist. 13. in secundo ⁊ in tertio dist. 1. q. 1. ⁊ in quol.

Quare est ꝙ volūtas diuina non pōt pducere actu infinita indiuidua.

¶ Cum dicitur possunt esse infinita in actu in esse obiectiuo ergo ⁊ in esse existentie. Dico ꝙ in istis et multis alijs: licet sint rationes a priori non tamen nobis sunt note pro statu isto. tamen aliqua sunt compossibilia in aliquo scdm esse diminutum ⁊ scdm quid: que tamen non sunt cōpossibibia scdz esse eorum reale ⁊ perfectum. ⁊ patet. nam albedo ⁊ nigredo etiam in summo sunt compossibilia in esse cognito in eodem intellectu: ⁊ similiter similitudo albedinis ⁊ similitudo nigredinis sunt compossibiles in eodem subiecto. scilicet in eodem intellectu. ⁊ tamen nigredo ⁊ albedo scdm esse earū intensum non sunt compossibiles in aliquo subiecto: ⁊ quare de hoc non potest euidens causa a priori assignari: sic videtur dicendum in proposito: ꝙ bene possunt simul esse: immo de facto sunt infiniti homines simul in esse obiectiuo ⁊ in esse possibili: ⁊ similiter in esse cognito. ⁊ tamen est repugnātia ꝙ infiniti homines sint simul in actu in actuali existētia. Et hoc sufficit. multe tamen cogruentie ⁊ persuasiones possent ad hoc adduci quas breuitatis causa transeo pro nunc.

Aliqua eē possibila in eē scdz q̇d q̄non sunt possibilia i eē reali.

¶ Ad quintum. Dico primo ꝙ ratio illa Doct. non concludit forte absolute: vt exposui in primo dist. 8. q. vltima. Tamen posito ꝙ ibi concludat. loquendo de esse existentie effectus: tamen in proposito nullo modo concludit: quia quāuis producat albedinem infinitam in esse possibili. posito ꝙ albedo possit intendi in infinitum: tamen vt sic nullam perfectionem actualem includit. sed tm̄ potentialem. Sicut etiam licet simul sint producti infiniti homines in esse possibili ⁊ obiectiuo: tamē scdm esse actualis existentie nō possunt simul esse. sic videtur dicendum in proposito. Et vltra. ꝙ in tali eē obiectiuo nihil potest esse infinitum nec quiditatiue: quia si esset aliquas species infinita quiditatiue in esse possibili et obiectiuo illa posset produci in esse realis existentie: quod tamen est impossibile. non potest ergo esse aliquid intensiue infinitum in esse obiectiuo siue in esse cognito siue in esse possibili: cum sit esse diminutum ⁊ scdm quid tm̄: vt patet a doct. in primo distinc. 36. q. vnica. ⁊ distinc. 35. ⁊. 39. ⁊ in secundo distinc. 1. q. 1. ⁊. in quoli. q. 14. ⁊ alibi sepe. Sed non est sic accipiendo rem in suo esse reali ⁊ actualis existētie.

ad quintū.

¶ Respōdeo ad aliquas instantias que sunt contra notitiam. Ad primam que est sexta i ordine. premitto aliqua. primo: notitia deitatis que immediata ⁊ primo est suo modo causata a deitate vt obiecto: ⁊ intellectu vt potentia formaliter infinitis est formaliter infinita et est simpliciter idem essentie et itellectui: et est tm̄ vnica re: id est preter omne opus intellect⁹ et est id quo intellectus diuinus est perfecte beatus: cū sit optima eius perfectio que consistit in actu secundo quo perfectissime coniungitur obiecto infinito beatifico. Et ex se est tante perfectionis: ꝙ ipsa nullo modo variata preter opus intellectus est non tantum essentie diuine sed omnium obiectorum intelligibilium. immo in infinitum infinitorum obiectorum relucentium tamen in sola essentia diuina: vt patebit infra. q. 15. articulo vltimo: siue articulo secundo principali. Secundo premitto ꝙ quando dicitur ꝙ eēntia diuina mouet ad notitiam omnium aliorum intelligibilium. ꝙ hoc potest intelligi multipliciter. primo ꝙ quot sunt intelligibilia incomplexa: tot sint notitie saltem preter opus intellect⁹ distincte. ⁊ hic sensus non solum est falsus: sed simpliciter impossibilis: vt ostensum est in primo distinc. 2. parte prima q. 1. Secundo ꝙ tantum sit vna notitia omnium intelligibilium: nec re nec ratione in se aliquo modo distincta: ita ꝙ nō referatur ad obiectū distincta aliqua relatione rationis: sed ipsa in se sola sine aliquo respectu primo sit perceptiua formaliter omnium obiectoruz: ⁊ hic sensus est possibilis: quia non apparet manifesta necessitas: ꝙ deus includat aliquez respectum ad extra nec realem nec rationis: vt patet a Docto. in primo distinc. trigesima. ⁊ tunc quando dicitur ꝙ essentia mouet ad notitiam aliorum obiectorum: non debet intelligi ꝙ actu causet nouam notitiam: aliam ab illa que est eēntie diuine: aliam dico nec re nec ratione: sed quia causat obiecta secundaria que continēt in se virtualiter secundum totam eorum entitatem: siue quia facit ea actu itelligentia quibus productis in eē obiectiuo et actu intelligibilibus eadem notitia: que primo est eēntie: est etiam illorum obiectorum.

ad sextum

Essentiaz diuinā mouere ad notitiā aliorū multiplr.

Sed tunc eēt difficultas de contingentibus que immediate continentur in voluntate diuina ⁊ non in essentia vt essentia: vt patet questione presenti: quomodo tūc eēntia moueat intellectum diuinum ad huiusmodi obiectorum notitiam: quia in primo distinc. trigesimanona dicit expresse ꝙ huiusmodi notitia est ab essentia diuina. Dico ꝙ quamuis essentia vt eēntia non contineat immediate hoc contingens Antichristus erit tali hora. quia hec mere dependet a sola determinatione diuine voluntatis: tamen ipso contingenti iam posito ⁊ determinate volito: essentia continet illud quo ad eius notitiam: quia facit illud esse presens in sua essentia in ratione obiecti actu itelligibilis. ⁊ sic posito presente intellectui diuino in rōne obiecti actu itelligibilis ipse intellectus diuinus eadem penitus notitia ⁊ re ⁊ rōne indistincta qua cognoscit essentiam diuinam. cognoscit etiaz illa obiecta complexa contingentia. Et hoc patz a Docto. in pmo dist. 36. vbi sic dicit ad literam. potest poni aliter ꝙ intellectus diuinus aut offert simplicia: quorum vnio est cōtingēs in re: aut si offert complexionem: offert eam sicut neutrā: ⁊ voluntas eligens vnam partem. scilicet coniunctionez istorum pro aliquo nunc in re: facit illud determinate esse verum. hoc erit pro. a. hoc autem existentē determinate vero: essentia est ratio intellectui diuino intelligendi istud verum. ⁊ hoc naturaliter quantum est ex parte essentie: ita ꝙ sicut naturaliter intelligit omnia principia necessaria quasi ante actum voluntatis diuine: quia eorum veritas nō dependet ab illo actu ⁊ essent cognita ab intellectu diuino si per impossibile non esset volēs: ita essentia diuina est ratio cognoscendi ea in illo priori instanti nature: quia tunc sunt vera. non quidem ꝙ illa vera moueant intellectum diuinū: nec etiam termini eorum ad apprehendendum talem veritatē: q2 tunc intellectus diuinus vilesceret: quia tunc pateretur ab alio ab essentia sua: sed sicut essentia diuina est ratio cognoscēdi simplicia: ita ⁊ cōplexa talia ⁊c. vide ibi. Ex qua littera: patet expresse quomodo essentia diuina cōtinet contingentia quo ad eorum notitiam. Et sic patet quomodo eadem notitia non producatur bis.

obiectio pl chra ⁊ curiosa.

Solutio.

Quō eēntia diuina continet cōtingentia.

¶ Tertio potest intelligi sic: ꝙ sit tm̄ vna notitia re penitus indistincta: sed ratione diuersificata sm̄ obiectorum distinctionem: ⁊ sic quot sunt obiecta intelligibilia tot sint respectus fundati in tali notitia. et terminati ad distincta obiecta: sicut etiam Doctor videtur tenere in primo distinct. 39. ⁊ tunc diuina eēntia intelligitur mouere ad notitiam horum obiectoruz quatinus facit eandem notitiam esse actu illorum obiectorum. non ꝙ causet immediate illos respectus rationis: sed quia quasi causando illam notitiam causat illos respectus quatinus immediate causat fundamentum in quo fundantur illi respectus rationis ex natura fundamenti ⁊ actu causat illos quatinus actu cāt terminos illoꝝ respectuum: qui termini tunc sunt in actu quando actu relucent in essentia diuina vt obiecta actu itelligibilia: quibus actu positis statim in notitia illa oriuntur ex natura fundamēti huiusmodi respectus: ⁊ terminantur ad illa obiecta secundaria. non vt in se: sed vt relucentia in essentia diuina: qui tamē respect⁹ dicūtur rationis pro quanto terminantur ad obiecta secundaria non habentia esse in se: sed vt tm̄ habentia esse obiectiuum ⁊ relucentia in essentia diuina: que vt sic nō habent eē reale actuale. nec existunt in existentia reali actuali ⁊ per

consequens dicunt habere esse rationis prout relatio ratio
nis dicitur omnis illa que distinguitur contra realem rela=
tionem que proprie est inter extrema realia ⁊ realiter distin
cta: ⁊ oritur precise ex natura extremorum: vt exposui supra
q.13. non ꝙ sit relatio rationis: prout relatio rationis dicit
illa que causatur per actum collatiuum alicuius potentie.
Alia solutio ad primã rõnẽ et melior. ¶ Istis premissis patet responsio ad primam rationem: si=
ue tenendo vnam viam siue aliam. Posset etiam dici ⁊ for=
te melius ad euitandas aliquas difficultates: ꝙ notitia di=
uina qua intellectus diuinus intelligit omnia intelligibilia
ante actum collatiuum intellectus diuini est simpliciter ea=
dem respectu omnium intelligibilium: ⁊ omnino indistincta
re ⁊ ratione. potest tamen dici alia ⁊ alia pro quãto ipsa po=
test actu intellectus diuini comparare ad aliud ⁊ aliud ob=
iectum vt actu cognitum: ita ꝙ intellectus diuinus illa vna
⁊ eadem notitia omnino indistincta re ⁊ ratione intelligit
omnia obiecta: ⁊ ipsis postea intellectis potest intellectus
diuinus ipsam comparare vt cognitam ad alia ⁊ alia obie=
cta cognita: ⁊ tunc ipsa notitia vt cognita ab intellectu di=
uino est imediatum fundamentum fundans relationes ra=
tionis terminatas ad alia ⁊ alia obiecta cognita vt cognita
⁊ hoc modo potest intelligi distincta actu per aliam ⁊ aliam
comparationem. ⁊ potentialiter potest intelligi distincta: q2
ipsa vt cognita est potens potentia propinqua comparari
ad aliud ⁊ aliud cognitum. ⁊ ipsa vt actu non cognita ẽ po=
tens potentia remota comparari ad aliud ⁊ aliud obiectum
⁊ sic patet quomodo essentia diuina potest intelligi mouere
per modum nature ad notitiam oĩm intelligibilium. ¶ Ad
ad septimũ septimam instantiam. Dico primo ꝙ si intelligatur ꝙ notitia
lapidis in intellectu diuino sit similitudo lapidis ĩ se per imi
tationem. hic sensus est falsus: quia tunc aliquo modo imi=
notitiã lapidis in intellectu diuino esse similitudinẽ lapidis. 3. pt itelligi. taretur creaturam. Si vero intelligatur ꝙ sit similitudo na
turalis lapidis: vt precise relucentis in essentia diuina hoc
modo posset cõcedi: accipiendo tamẽ similitudinem decla=
rationis: quia sic est declaratiua ipsius lapidis vt in essentia
diuina relucentis. Tertio potest intelligi ꝙ ipsa sit primo et
immediate similitudo naturalis essentie diuine: ⁊ si esset rea
liter distincta ab ipsa ⁊ non esset formaliter infinita. tunc p=
fecte imitaretur essentiam: quia ab ipsa proprie in sua enti=
tate dependeret ⁊ haberet esse: ⁊ hoc modo proprie est esse
similitudinem per imitationem. respectu vero aliorum obie
ctorum relucentium in essentia diuina esset similitudo natu=
ralis per imitationẽ scd̃m q̃d tñ. cum nullo modo depende
ret ab illis. esset enim secundaria similitudo pro quanto eẽt
declaratiua ⁊ manifestatiua taliũ obiectorũ: vt exposui in p̃
mo distinc. 2. parte secunda. ⁊ dist. 27. ⁊ in secundo dist. pri=
ad octauũ ma. q. 1. ⁊ supra in quol. q. 8. ¶ Ad octauum. Dico primo ꝙ
non habeo pro inconuenienti: ꝙ talis notitia fundet ex na=
tura rei relationem ad omnia obiecta secundaria quatinus
ipsa est fundamentum reale. ⁊ concedo ꝙ si ipsa notitia diui
na respiceret obiecta secundaria in suo esse reali ⁊ actualis
existentie. i. ꝙ terminaretur ad illa vt actu existentia in se:
tunc talis relatio esset vere realis: sed casus est simpliciter
impossibilis: quia tunc intellectus diuinus vilesceret. termi
natur enim precise ad obiecta secundaria quatinus ipsa p̃=
scd̃a solu°. cise relucent in essentia diuina: vt supra dixi. Dico secundo
⁊ forte melius: ꝙ talis notitia nullam relationem includit
ad obiecta secundaria. ⁊ hoc ex natura rei: quia non appa=
ret aliqua ratio: ꝙ talis notitia infinita includat huiusmo=
di relationem: sicut apparet in notitia creata propter sui fi=
nitatem ⁊ limitationem. vt patet in simili a Doct. in primo
dist. 30. vbi ostendit quomodo omnis causa creata dicat re=
lationem realem ad effectum. ⁊ tamen causa prima nullam
ad nonũ et decimum. includat relationem realem: vide ibi. ¶ Ad nonum patz re
sponsio ex supradictis. ¶ Ad decimum. Dico ꝙ tale esse co
gnitum si accipitur precise pro relatione rationis quod fun
datur in esse obiectiuo. ita ꝙ lapis primo producitur ab eẽn
tia diuina in esse obiectiuo: ⁊ post mouet intellectum diuinũ
ad notitiam illius. ⁊ tunc dicitur lapis cognitus. ⁊ sic ipsum
cognosci si sit aliquid saltem rationis fundatur in esse obie=
ctiuo lapidis: ⁊ hoc sufficit. ¶ Alia dubia ab aliis subtili°
inuestigentur. sunt enim ibi nonnulle singulares instantie.

tertius articulus principalis. **De tertio principali dicit Doct. ꝙ anima ex na=**
turalibus in quocunq; statu: vel angelus non potest cogno
scere essentiam diuinam sub ratione propria mediate sic in=
telligendo. ꝙ per obiectum cognitum medium: vel in obie=
cto cognito medio cognoscatur ratio eius: quia nihil potest
Expõ lre. per se distincte intelligi hoc modo mediate: nisi in illo medio
cõtineatur essentialiter vel virtualiter: ⁊ hoc perfecte: id est
scd̃m totam rationem sue cognoscibilitatis. essentia diuina
sic in nullo alio continetur. igitur. maior exponitur prius: et
deinde probatur. Cognosci per medium cognitum proprie
loquendo est quando tale medium vt prius cognitum cau=
sat notitiam illius: ⁊ sic dicimus proprie loquendo: ꝙ cogni
tio demonstratiua cognoscitur per principia nõ absolute sũ
pta: sed vt cognita. Et similiter dicimus: ꝙ veritates contẽ=
te in aliqua scientia cognoscuntur per subiectum vt cogni=
tum: in quo continentur: vt patet in prolog. q. 3. An modo re
quiratur cognitio actualis an sola habitualis: de quibus su=
pra dixi in prologo respondendo ad rationes Greg. vide ibi
Si actualis ponitur: tunc sensus est: ꝙ veritas contenta co
gnoscitur per notitiam medii: scilicet subiecti: ita ꝙ notitia
subiecti est formalis ratio causandi notitiam veritatis con=
tente. Si habitualis sufficit: tunc sensus est: ꝙ veritas con=
tenta cognoscitur per subiectum vt habitualiter notum: ⁊ di
citur habitualiter notum: non per aliquem habitũ: sed quã=
do est perfecte presens vel in se vel in aliquo representati=
uo in ratione obiecti actu intelligibilis: tunc est habitualiter
notum: quia est in potentia propinqua ad cognosci: non ta=
men actu cognoscitur veritas contenta nisi prius medium
continẽs actu cognoscatur: quia necessario prius mouet ad
notitiam sui q̃ȝ ad notitiam contentorum: ideo contentũ nõ
potest actu cognosci nisi simul vel prius actu cognoscat̃ con
tinens. Et de rigore sermonis ly per: importat formalem ra
tionem cognoscendi: cum dico. a. cognoscitur per. b. notatur
ꝙ. b. sit formalis ratio cognoscendi. a. Cognoscere vero. a. in
b. cognito proprie nõ notatur ꝙ. b. sit formalis ratio cogno=
scendi. a. sed magis notatur ꝙ. a. reluceat in. b. sicut dicim°
ꝙ imaginatum relucet in imagine. ideo cognoscendo imagi
nem alicuius ipsum dicitur cognosci in imagine cognita: q2
cognita imagine cognoscitur imaginatũ: ⁊ tamen imago nõ
ponitur ratio formalis cognoscendi imaginatum. Sed ali=
quando accipitur. a. cognosci in. b. vt in ratione formali co=
gnoscendi: sed non accipitur tunc ita de rigore sermonis. do
ctor autem vt videtur accipit medium vt est formalis ratio
cognoscendi: quia illud proprie virtualiter vel essentialiter
continet entitatem secundum totam cognoscibilitatem illi°
quod sic cognoscitur. Exposita sic maiore de medio. probat̃
ꝙ tale mediũ nõ ꝯtineat virtualiter vel eẽntialiter entitatẽ
talis cognoscibilis. ⁊ ꝓbatio eius patet in littera: ⁊ de hoc
vide que dixi in secundo distin. 3. q. 10. Et hic adducit ꝓba=
tionem maioris. dicens q2 obiectum quodcunq; si moueat
ad aliquam notitiam. tunc scd̃m vltimum virtutis motiue mo
uet ad propriam ⁊ perfectam notitiam sui: igitur nec po=
test mouere ad notitiam simpliciter perfectiorem illa: ⁊ per
consequens ad notitiam propriam perfectioris obiecti. Hic
sunt duo. primum est ꝙ obiectum motiuum intellectus ad
sui notitiam producit illam perfectam quantum potest: q2
mouet ad illam scd̃m totam virtutem suam. precise ergo scd̃m
perfectiorem entitatem quam habet in se formaliter conti
net totam cognoscibilitatem sui. ita ꝙ non maiorem. patz:
q2 cognoscibilitas sequitur entitatem: ita ꝙ perfectior co=
gnoscibilitas: sequitur vel est entis perfectioris. si ergo conti
neret perfectiorem cognoscibilitatem necessario contineret
perfectiorem entitatem. Cum ergo precise moueat ad noti
tiam sui scd̃m totam virtutem: sequitur ꝙ precise causet co=
gnitionem perfectam quantum obiectum est precise cogno
scibile. ⁊ si caret perfectiorem necessario esset maioris per=
fectionis ⁊ entitatis. Secundum est ꝙ si. a. perfectũ preci=
se vt duo non potest causare nisi notitiam correspondentẽ
perfectioni. a. vt duo: sequitur ꝙ ipsum a. existens precise
perfectionis vt duo non poterit causare notitiam perfectã
obiecti perfectioris puta vt quattuor: quia est impossibile.
a. continere cognoscibilitatem eius: nec per consequens en
titatem eius: et sic patet. ¶ Doctor instat primo contra
rationem probando ꝙ non sequitur: ꝙ si. a. continet notiti= Instantia doctoris.
am. b. ꝙ propter hoc contineat entitatem. b. quia sufficit ꝙ
cã contineat. virtualiter illud cuius est causa: ita ꝙ ad hoc
ꝙ sit causa: non oportet ꝙ contineat illud cuius non est cau
sa. nunc autem quicquid moueret ad distinctam et perfec=
tam notitiam essentie diuine. non propter hoc oportet ꝙ
esset causa illius essentie: sed tñ causa illius notitie: licet
igitur non contineat illam essentiam: vt probabitur: si ta=
men contineat illam notitiam vt puta q. sit perfectius ea: si
cut substantia est perfectior accidente: hoc sufficit ad hoc ꝙ
moueat intellectũ ad talem notitiam. videtur autem ꝙ illa
notitia possit eminenter contineri in substantia angeli vel
anime: cum illa substantia sit multo perfectior q̃ȝ notitia: ⁊
multo imediatior ipsi obiecto. s. diuino imediatione essen
tiali: sicut dicimus ꝙ vna essentia est perfectior alia eẽntia

liter: quia immediatior prime substantie de qua immediatione vide Docto. in quarto distin. 12. ¶ Rn̄det Doc. dicēs ꝙ nihil sufficienter continet continentia virtuali ipsam notitiam nisi contineat obiectum cognoscibile tanq̄ propriuʒ representatiuum eius. scilicet formale vel eius representatiuum virtuale. species autem propria obiecti ⁊ si sit respectu eius diminuta in entitate: tamen continet ipsam primo modo tanq̄ scilicet representatū per ipsam formaliter. Sʒ quando non est representatiuum formale obiecti: oportet ꝙ contineat virtualiter tale representatiuum proprium. Et quando est representatiuum sicut obiectum cognitum: tūc oportet ꝙ contineat aliud obiectum quod per ipsum debet cognosci.

Rn̄so doct.

Expō notabilis.

¶ Pro maiori intelligentia huius litere nota primo ꝙ in cognitione abstractiua representatiuum formale dicitur proprie species intelligibilis que ponitur eius similitudo naturalis ⁊ per imitationem: vt supra patuit. q. 13. Sed proprie non dicitur representatiuum formale: ex hoc solo ꝙ est similitudo naturalis obiecti: sed ex hoc ꝙ obiectū est per ipsam presens in ratione obiecti: actu itelligibilis nō ꝙ obiectum sic presens per speciem sit ratio formalis causandi notitiam sui sed simpliciter species ipsa: quia obiectū vt sic presens non habet esse reale actuale: sed tm̄ diminutū ⁊ species ibi habet verum esse reale: vt patet a Docto. in primo disti. 3. q. 6. ⁊ sic ponitur species esse formaliter rationē formalem intelligendi obiectū abstractiue: ⁊ hoc modo dicitur obiectum per ipsam esse presens potentie vt actu intelligibile. ipsa em̄ species continet obiectum tm̄ formaliter: q̄a ipsa est immediata causa cognoscendi obiectum.

Obiectū p̄sens p spēʒ itelligibilē nō ē rō formalis causandi notitiā sui sed species.

Si dicatur ꝙ etiam videtur ꝙ ipsum contineat virtualiter: quia continet notitiam eius. ergo ⁊ entitatem eius: vt patet p illaʒ ma. Doct. s. ꝙ continens virtualiter notitiam alicuius virtualiter continet entitateʒ eius. modo species est posterior obiecto perfectione.

Instantia ad hoiem.

¶ Ad hoc patet responsio: in secunda dist. 3. q. 9. vide ibi singularia dubia: vbi specialiter mota est hec difficultas de specie intelligibili essentie diuine in intellectu angeli: ⁊ hoc non oportet aliter replicare Secundo nota ꝙ representatiuū virtualiter in notitia abstractiua. est illud quod habet i virtute sua posse immediate causare representatiuum formale. scilicet speciem intelligibilem illi⁹ obiecti. Si ergo a. continet propriam speciem. b. virtualiť: sequitur ꝙ. a. continet virtualiter entitatem. b. probatur: q̄ a. quando causat speciem sui siue mediate siue immediate causat eam ſm totam virtutem suam: ita ꝙ sicut. a. natum est representari per speciem vt quatuor. si non est impeditū producit eam perfectam vt quatuor: quia sic. a. precise est itelligibile vt quatuor. ⁊ sic illa species tunc representat. a. vt intelligibile vt quatuor: quando est tante perfectionis ꝙ potest producere (partialiter tamen) notitiam abstractiuā vt quatuor ipsius. a. quia tunc. a. est perfecte presens in ratione obiecti actu intelligibilis. modo predicto. Et dixi mediate vel immediate: mediate quia pro statu isto nullum obiectum causat immediate speciem sui in intellectu. sed primo in sensu exteriori: vt exposui supra. q. 13. ⁊ in primo di. 3. q. 3. ⁊ prima ⁊ secunda. immediate quia vt comparatur ad intellectum solutum puta ad intellectum angeli potest immediate causare saltem partialiter speciem intelligibilē: sui vt patet a Doc. in secundo distin. 3. q. 11.

Nullū obiectū p statu isto pōt cāre imediate spēm sui i intellectu

Si ergo obiectum precise causat immediate vel mediate speciem sui perfectā quātum potest. sequitur ꝙ precise erit ipsum obiectum tante perfectionis quante requiritur ad causandum illam speciem. ergo si causat perfectiorem speciem. necesse est ꝙ sit maioris perfectionis in se. aliter non posset eā causare. Sequitur ergo ꝙ si causat speciem alterius obiecti que necessario in proprio obiecto requirit tantam perfectionem: ꝙ non poterit ipsam causare nisi contineat virtualiter vel eminēter perfectionem illius obiecti: et hoc ſm totam eius entitatem: vt exposui in secundo dist. 3. q. 10. patet ergo quomodo representatiuum virtuale obiecti: aut continens virtualiter representatiuum formale obiecti oportet ꝙ contineat virtualiter totam entitateʒ obiecti. ⁊ sic si. a. posset causare speciem propriam essentie diuine que dicatur. b. ipsum. a. contineret virtualiter entitatem. b. quia species illa cum sit proprium ⁊ formale representatiuum precise ipsius. b. ita ꝙ illa species nata est causare notitiam. b. ita perfectā ⁊ distinctam quātū. b. est cognoscibile abstractiue ab intellectu. sequitur ꝙ species illa requirat tantam perfectionē: vel maiorē in obiecto virtualiter continente ipsam quantā requirit in proprio obiecto. Sed obiectuʒ proprium si immediate p duceret ipsam produceret precise ſm totaʒ virtutem. ita ꝙ perfectius nō posset producere. Dicit ergo Doc. ꝙ nihil sufficienter continet continentia virtuali ipsam notitiam: nisi contineat obiectum cognoscibile tanq̄ proprium representiuum eius. s. formale vel virtuale: idest ꝙ obiectum sic continens notitiam necessario. vel est formale representatiuuʒ obiecti. sicut ponitur spēs. vel virtuale: idest ꝙ possit causare spēm propriam obiecti: cui⁹ dr̄ continere notitiam. Dixi tm̄ de representatiuo formali vel virtuali in cognitione abstractiua obiecti. Eodem mō videtur dicendum in notitia intuitiua: representatiuū formale obiecti in notitiā intuitiā eius est illud qd̄ immediate p̄t causare notitiam intuitiuā eius: q̄ per illud tale obiectum est presens in ratione actu cognoscibilis intuitiue. virtuale vero est qn̄ non immediate causat notitiam nec est immediate causatiuuʒ eius: sed cōtinet virtualiter aliud qd̄ est formale representatiuū eius qd̄ immediate est ratio formalis causandi notitiam eius intuitiuam.

Rep̄sentatiuū formale ⁊ virtuale quid.

Exemplum primi: lapis in se presens potētie: est formale representatiuum sui. q̄ vt sic presens est actu cognoscibilis intuitiue ⁊ actu potest notitiam sui intuitiuam immediate causare: vel si aliud immediate causaret notitiā intuitiuam lapidis diceretur formale representatiuū eius modo preexposito. Exemplum scd̄i. voluntas diuina non causat immediate notitiam lapidis intuitiuam: tamen immediate causat aliquid qd̄ continet virtualiter ſm totam eius entitatem: qd̄ causatum potest immediate cāre notitiam intuitiuam lapidis: siue potest esse eius formale rep̄sentatiuum. tunc voluntas diuina ponitur precise rep̄sentatiuum virtuale ipsius lapidis. vsq̄ huc dixi de representatiuo formali vel virtuali: siue in notitia abstractia siue intuitiua qn̄. s. tale representatiuū nō ē representatiuū vt obiectum cognitum: sed absolute. patet. q̄ species intelligibilis non cāt notitiam obiecti vt cognita: nec similiter continens ipsam virtualiter cāt eam vt cognituʒ. ⁊ sic de alijs. Deinde nota ꝙ aliquando representatiuuʒ representat vt cognitum. videlicet ꝙ ipm̄ vt cognitum cāt notitiam obiecti representati. ⁊ hoc modo tale representatiuū continet aliud: q̄ vt cognitum non representat se: q̄ tunc vt cognitum cāret notitiam sui qd̄ non est intelligibile. oportʒ ergo qd̄ contineat aliud qd̄ possit cognosci per ipsum vt cognitum. Siue loquamur de cognito abstractiue siue intuitiue. Sed de rep̄sentatiuo non vt cognito nōn est necesse ꝙ aliud contineat. patet: q̄ obiectum in se presens ⁊ motiuum: ad sui notitiam dr̄ representatiuum sui. idest ꝙ vt sic est actu intelligibile: et vt sic potest immediate cāre notitiam sui. Et hoc est quod dicit. Et sic patet ista littera.

¶ Secundo principaliter arguit contra conclusionem. probando ꝙ angelus ⁊ anima possint cognoscere deitatem distincte ex proprijs naturalibus. ⁊ arguit sic primo. illud quod est imago propria alicuius obiecti videtur posse distincte cognosci illud cuius est imago. sic enim sensus visus distincte cognoscit obiectum in speculo. nunc autem non solum angel⁹: sed etiam anima est imago dei ſm Aug. 14. de tri. capitu. 8. vterq̄ autem potest cognoscere seipsum ex puris naturalibus: sicut de ipsa anima de qua minus videť: vnde Aug. 14. de trinita. capitulo vltimo: quoniam semper se nosse: semperq̄ seipsam velle comprehendebatur: simul etiam sp̄ sui meminisse semperq̄ seipsam intelligere et amare comprehenderetur quamuis non semper se cogitare disceretam ⁊c. ⁊ libro. 14. capitulo. 4. vel. 9. diximus mentem noscere semetipsam. nihil enim tam nouit mens q̄ illud quod sibi presto est: nec menti magis quicq̄ presto est q̄ ipsa sibi: idest ꝙ ipsa est sibimet perfecte presens in ratione obiecti actu intelligibilis saltem loquendo de anima a corpore soluta.

Arguit sco. scd̄o ꝯtra conclusionem.

¶ Secundo instat. per hoc ꝙ intellectus creatus btūs potest naturaliter cognoscere suum actum beatificum: igr̄ per illum potest naturaliter cognoscere obiectum. consequentia ista probatur. Tum q̄ actus est naturalis similitudo obiecti. immo videtur esse expressior similitudo q̄ esset species intelligibilis ipsius obiecti si poneretur. igitur obiectum potest distincte cognosci per ipsum: vt per naturalem similitudinem sui. Tum q̄ non videtur ꝙ actus possit cognosci vt est huius obiecti nisi cognosceretur hoc obiectuʒ sub ea ratione: sub qua ipsius est actus: sed actus est ipsius obiecti sub ratione propria ⁊ perfectissima obiecti: aliter non esset actus beatificus.

¶ Respondet Doctor. Primo ſm opi. aliquorum. negando ꝙ anima vel angelus possint ex suis naturalibus cognoscere se distīcte nec similiter actum beatificum. Et hoc Doct. improbat: q̄ anima ⁊ angelus ⁊ actus beatificus per se continentur sub obiecto primo motiuo intellectus tam anime q̄ angeli. ideo sequitur ꝙ ex puris naturalibus possunt ista cognosci distīcte ab intellectu tam aīe q̄ angeli. Secundo dat responsionem propriam concedendo vnū ⁊ negando aliud: cōcedit ꝙ ange-

Resp̄sio scoti.

tus potest seipsum distincte cognoscere:idest q̄ potest essen
tiam suam s̄m totum suum esse absolutum perfecte cogno=
scere. Et hoc probauit in secūdo dist.30.q.8.supponendo q̄
obiectum actu intelligibile habet partialem causationez re
spectu intellectionis: ⁊ similiter intellectus aliam partialez
Et ex hoc arguit probando q̄ angelus possit cognoscere se
ipsum per essentiam suam. ¶ Et primo sic.omnis causa p=
tialis que est in actu sibi perfecto proprio s̄m q̄ talis causa
potest causare causalitate sibi correspondēte effectū: ⁊ quā
do est vnita alteri cause partiali in suo actu potest cum ea
perfecte causare:sed essentia angeli est de se in actu primo
correspondente obiecto:quia de se est actu intelligibilis.et
etiam de se est vnita intellectui : sicut obiectum in coniun=
ctione vtriusq̄ cause partialis.ergo potest immediate cum
alia causa partiali vnita habere actum perfectum intelle=
ctionis respectu sue essentie. ¶ Preterea 2° in intellecti=
bus habētib⁹ species intelligibiles.iste species virtute ob=
iectorum cum intellectu causant intellectionem: in quibus
tamen obiecta habent esse diminutum : ergo si in se habent
tale esse absolutum ⁊ esse simpliciter.s.actu intelligibile pos
sent melius ⁊ verius causare eundem effectuz.quia quicq̄d
potest causari ab aliquo diminute tali in aliquo esse virtute
alicuius simpliciter:talis pōt ab illo simpliciter tali causari
sed essentia angeli vt in se est presens itellectui suo:q̄ essen
tia est simpliciter tale.s.actu intelligibilis in se : qualis ipsa
est s̄m quid in specie intelligibili:igitur si in specie intelligi=
bili vbi habet esse tale s̄m q̄d potest causare intellectionem
multo magis hoc potest vt est in se s̄m esse simpliciter. Et
vide que ibi exposui.Hoc idem dicendum est de anima: vt
patebit in 4°.distin.45.Sed negat aliud.s. q̄ angel⁹ vel
anima possit cognoscere se sub illo respectu siue relatione
qua refertur ad ipsum deum sub ratione deitatis quia non
pōt naturaliter cognosci relatio nisi naturaliter precogno=
scatur terminus:vt patuit in prolo.q.1.⁊ penultima. ⁊ dist.
8.q.1.⁊ sic sequitur q̄ nō potest se cognoscere sub illa ratio
ne formali qua est imago:quia sic posset cognoscere relatio
nem qua refertur vt imago ad imaginatum. ⁊ sic oporteret
prius cognoscere ipsam trinitatem distincte ad quam termi
natur relatio imaginis:sed trinitatem naturaliter non pōt
cognoscere:vt patet ergo nec seipsum vt maginem. Et pro
ista responsione videtur esse illud Aug.15.de tri.c.24: vel
7.qui vident inquit suam mentem ⁊ in ea trinitatem istam
scz memoriam intelligentiam.i.actum intelligendi ⁊ volun
tatem.i.actum volendi(memoriam perfectam accipit pro=
ut comprehendit intellectum ⁊ voluntatem cuz obiecto:vt
patet in primo dist.3.q.vltima)nec tamen credūt ea que in
telligunt esse imaginem dei. speculum quidem vident : sed
vsq̄ adeo non vident per speculum:vt.s.ipsum speculuz q̄d
vident sciant ipsum esse speculum.i.imaginem.i.q̄ c̄suis vi
deant me.intelligentiam ⁊ voluntatem que sunt vere ima=
go dei.non tamen vident eam sub illa ratione qua sunt ima
go dei:siue sub illa ratione qua referuntur ad imaginatuz.
¶ Contra hanc responsionem arguit Doc.dupliciter. Pri
mo sic.relatio imaginis vel est idem cum essentia anime vel
angeli:vel saltem necessario consequens naturam eius: igi
tur per ipsam cognitam potest ipsa relatio cognosci. ante=
cedens probatur:quia ipsa relatio dependentie essentialis
vel est idem nature dependenti:vel necessario consequitur
quia si contingenter aduenire nature natura posset esse si
ne illa dependentia ⁊ ita non essentialiter depēderet. ⁊ hoc
satis probatum est a Doc.in 2° di.1.q.5.vel.4.relatio aūt
imaginis videtur esse relatio dependentie imitantis ad illō
q̄d imitatur: vt exposui in primo dist.3.q.vltima.consequen
tia patet:quia si talis relatio est idem realiter nature:sequi
tur q̄ natura ⁊ relatio sunt simpliciter vna res realiter ⁊ p
consequens cognoscens distincte naturam distincte cogno
scet illud quod est eadem res cum natura. ¶ Secundo sic.
potentia potest cognoscere quodcunq̄ contentum sub suo
obiecto primo naturali.nunc aūt sub ente naturali limitato
q̄d est obiectū naturale intellectus creati continetur illa re
latio imaginis:quia ipsa non est infinita cuz sit in fundamē
to finito. ¶ Respondet Doct.ad primū q̄ relatio non pōt
cognosci nisi cognoscatur vtrunq̄ extremum:q̄n igitur fun
damentum non includit terminū in ratione cognoscibilita=
tis ipsum non est causa sufficiēs ad cognoscendū relationē
quia relatio in ratione sue cognoscibilitatis includit tā ter=
minū q̄3 fundamētū.i. q̄ fundamentum ⁊ terminus sunt q̄
precise ⁊ immediate mouēt intellectū ad notitiā relationis
oporteret ergo q̄ fundamentum includeret virtualiter ter=
minum relatiōis s̄m totā suā entitatē:ad hoc vt esset cā suf
ficiens mouendi intellectum ad notitiaz relationis,sicut de

Nō pōt naturalit' cognosci relatio nisi termino naturaliter precognito.

us qui ponitur terminus relationis creature:pōt immedia
te mouere intellectū creatū ad notitiā relationis termina=
te ad ipsum ⁊ fundate in creatura ipsa creatura nō concur
rente:quia ipse deus virtualiter continet totā entitatē fun
damenti:sic in proposito fūdamentuz non est causa suffici=
ens nisi contineat virtualiter totam entitatem termini.mo=
do est impossibile q̄ creatura contineat deum sub ratione
deitatis.Et cum arguitur q̄ ipsa relatio necessario conseq̄
tur fundamentum. Ex hoc non sequitur q̄ per ipsum possit
perfecte cognosci nisi esset entitas absoluta : ad cuius co=
gnitionem non requiritur aliud cognosci in ratione termi=
ni:q2 talis entitas absoluta p̄t distincte cognosci quocunq̄
alio extrinseco non pertinente ad rationem formalez eius
⁊ intrinsecam circūscripto.Sed non est sic de relatione : q̄
necessario includit terminum non vt aliquid sibi intrinsecuz
et pertinens ad suum esse quiditatiuum:sed requirit q2 ipsa
relatio est formaliter tendentia in terminum. ¶ Contra.
Hic probat q̄ solum fundamentum sit sufficiens ratio co=
gnoscendi relationem ⁊ arguit sic.q̄d includit aliud in enti=
tate includit in cognoscibilitate.fundamentum illud inclu=
dit relationem istam in entitate si necessario consequitur ip
sum.igitur includit ipsam ⁊ in cognoscibilitate. ¶ Rn̄det
q̄ non includit eam in entitate vt totalis causa:sed vt pri=
ma causa supposita tn̄ alia causa.s.termino:q2 ⁊ ipsuz fun=
damentum illam aliam cām supponit. Similiter concedit
q̄ includit eam in cognoscibilitate presupposita alia cā ei⁹
in cognoscibilitate.⁊ hoc si simpl'r simpl'r:si alicui alicui:s3
isti cognoscenti.s.angelo vel anime ⁊ hoc naturaliter siue
ex causis naturaliter motiuis non presupponitur obiectuz
siue terminus esse naturaliter cognoscibilis : ⁊ ideo l3 fun=
damentum sit huic naturaliter cognoscibile non sequitur re
lationem huic esse naturaliter cognoscibilem:q2 nec termi=
nus eius est naturaliter cognoscibilis.Aduerte tn̄ q̄ funda
mentum est cā illius relationis fundamentalis:q2 immedi
ate recipitur in ipso.⁊ etiam causa suo modo immediate ef
fectiua:terminus vero:⁊ si ponatur cā in ratione terminā=
di:cum sit simpliciter impossibile ipsam esse actu ⁊ non esse
ad talem terminum cuz ipsa sit formaliter tendentia in ter
minum tn̄ q̄ terminus sit cā effectiua ipsius totalis siue p=
tialis videtur satis dubium per ea que dixi supra. q. 11. nec
hoc expresse habetur a Sco.Sufficit ergo q̄ relatio in sua
entitate ⁊ in cognoscibilitate dependeat a termino in ratio
ne precise termini cum ipsum necessario ad suum esse requi=
rat : vnde si per possibile vel impossibile posset immediate
cāri ab alio q̄3 ab extremis adhuc necessario req̄reret extre
ma ad suum eē pertinentia:q2 ex quo est formaliter ad aliō
si illud aliud non eēt nec ipsa eēt de hmōi materia prolixe
dictum est supra.q.11.in dubijs ibi positis. Ponitur ergo
fundamentum vt cā eius proxima vt ipsam terminās in ra
tione fundamenti.⁊ ponitur alia cā terminus vt terminās
necessario eius dependētiam:q2 ergo necessario depēdet a
fundamento in quo ponitur:q2 est impossibile ipsam eē si=
ne fundamento ⁊ similiter necessario dependet in suo esse a
termino ideo quantum ad hoc ponitur fundamentum cā p
tialis:⁊ terminus alia cā partialis non faciendo mentionē
de cā effectiua.Sed q2 teneo q̄ causetur effectiue etiaz ad
ad mentem doc.⁊ q̄ tm̄ effectiue a fundamento. hec dicere
volui. ¶ Ad secundum. Dicit doct. q̄ ens limitatum et ad
se : vel si etiam est limitatum et ad alterum tamen limita=
tum est naturale obiectum intellectus creati.Sed entitas
limitata in se que est eēntialiter ad alterum illimitatum nō
est naturaliter intelligibilis ab intellectu creato sicut nec
terminus sine quo ipsa intelligi non potest. modo relatio
creature ad deuz licet sit in se formaliter limitata est tamē
ad terminum simpliciter illimitatum. et sic potest dici illi=
mitata terminatiue. ¶ Dicit etiam doc.q̄ licet iste ratiōes
pbabiliter videantur saluare q̄ absoluta entitas anie vel
actus beatifici posset naturaliter intelligi ab anima : licet
naturaliter non possit intelligi ab ea relatio ad terminum:
nec per consequens oporteat deuz intelligi in ratione ter=
mini illius relationis.Tamen rationes ille de anima et de
actu videntur habere aliam difficultatem. vnam commu=
nem:q2 per illud quod est naturalis imago obiecti potest ip
sum obiectum cognosci:licet per hoc quod est imago nō co
gnoscatur relatio imaginis.Exemplum per speciez albi in
oculo videtur album. licet non cognoscatur relatio illius
speciei ad album.ita est de intellectu ponendo speciem in=
telligibilem.Et ratio est quia relatio illa fundata in specie
sensibili vel intelligibili non est formalis ratio cognoscen=
di obiectum sed illa forma in qua fundatᷣ relatio. Igitur in
proposito:licet non naturaliter intelligatur relatio anime

Aduerte. q̄uo fundamentum ⁊ t̄min⁹ dn̄r diuerso aspectu cāe relationis

vel actus beatifici ad deum: tamen qꝛ est tale fundamentum quod ex se est similitudo obiecti per ipsum poterit cognosci obiectum. ¶ Videtur autem stare ratio prius facta de actu: qꝛ actus videtur esse formalis similitudo obiecti ꝛ actualior ꝙ species intelligibilis si poneretur respectu. s. essentie diuine. igitur si per speciem obiectum potest distincte intelligi vel cognosci magis vel eque poterit intelligi ꝑ actū.

Instat hoc. contra se.

¶ Videtur etiam stare aliud qḋ fuit ibi tactū: quia ꝙ actus intelligatur vt est obiecti ꝛ non intelligatur obiectū sub illa ratione sub qua terminat actum videtur esse contradictio: nunc autem ex naturalibus anima que beata est potest cognoscere ex natura sua actum beatificum vt est beatificus ꝛ per consequens vt est obiecti beatifici. quia ꝛ si nō habeat actum illum ex natura sua tamen super illū actum iam existentem potest reflecti ꝛ hoc virtute sua naturali. Qḋ ꝑbo primo per illud. 15. de trini. ca. 11. vbi dicitur. Qui dicit scio me viuere vnum aliquid se scire dicit. proide si dicat scio me scire me viuere duo sunt. ꝛ sequitur: sic potest addere tertiū ꝛ quartum ꝛ innumerabilia si sufficiat. potest inꝙ virtute naturali si tñ sufficiat ad continuandum istos actus reflexos. Et hoc dicit: quia non posset hmōi actus cōtinuare nisi semper presupponēdo omnes alios premissos simul esse. puta si habeo centesimum actum reflexum simul habeo. 99. precedentes ꝛ sic de aliis. ꝛ propter hoc dicit: si sufficiat ad continuandum in infinitum hmōi actus reflexos. ¶ Hoc ꝑbatur secundo: quia si ad actum reflexiōis requiritur aliqḋ supernaturale pari ratione ad nouum actum nouum supernaturale: ꝛ tunc sicut in infinitum potest procedi in actibus reflexionis. sic in infinitum requiritur aliud ꝛ aliud supernaturale quo reflectatur. ¶ Confirmatur: quia actus tertius haberet se ad secūdum sicut reflexus ad rectum. si igitur posito actu recto nō potest anima reflecti super illum nisi virtute alicuius supernaturalis ad hoc eleuantis. pari ratione nec per tertium potest reflecti super secundum nisi per aliḋ supernaturale. ¶ Hoc ꝑbatur tertio. quia intellectus actū quem habet potest percipere ꝛ experiri. ꝛ hoc sm propriam perfectionem illius actus ꝛ ex natura ipsius potentie: sicut quando video ex virtute potentie naturalis percipio me videre: ꝛ possem illud ex ratione virtutis visiue ꝑcipere si esset reflexiua sicut intellectus.

Rñdet ad instantias

¶ Rñdet do. ad istas instātias ꝑ mittendo vnā distinctionē. s. ꝙ aliqḋ esse mediū in cognoscēdo potest itelligi dupliciter. Uno modo ꝙ sit medium cognitum sic ꝙ per ipsum cognitum cognoscatur aliud: sicut cognoscitur conclusio per principium. Alio modo ꝙ nō sit medium cognitum sed ratio cognoscendi solum: sicut species sensibilis in sensu est ratio sentiendi. pmo modo nihil est medium cognoscendi obiectum illud nisi contineat in se cognoscibilitatem illius obiecti: sm quam istud cognoscitur ꝑ illud: quia si istud excedat illud in cognoscibilitate: tunc illḋ qualitercunꝙ perfecte cognitum deficiet ab isto cognito in cognoscibilitate. Et hoc patet. quia si. a. cognoscitur per. b. vt cognitum. ita ꝙ. b. vt cognitum sit ratio cognoscendi. a. siue causandi notitiam perfectam ꝛ distinctam. a. sequitur ꝙ b. continebit. a. sm totam eius cognoscibilitatem. patet. quia b. vt sic est causa sue cognitionis ꝛ causat ipsam sm totam suam virtutem: ꝛ per consequens causat illam quātum est cognoscibile: vt supra exposui. Si ergo vt sic cognitum causat notitiam alterius quantum ipsum est cognoscibile: sequitur ꝙ cōtinebit cognoscibilitatem illius ꝛ ꝑ consequens entitatem. Sed non potest continere cognoscibilitatem obiecti perfectioris: patet quia tunc vt cognitum causaret notitiam perfectam illius quantum est cognoscibile. hoc autem est simpliciter impossibile. quia vt causat cognitionē sui causat perfectam quantum potest. ergo ad causandum illā requiritur tota eius perfectio ꝛ virtus. Si ergo ponatur causare perfectiorē qualis est illa que est pfectioris obiecti nō poterit causare ꝑ pfectionē quā precise habet ad causandū cognitionē sui perfectā: ergo per maiorem perfectionem et per tantā pefectionē quāta requiritur ad causandum notitiam perfectam perfectioris obiecti. sed obiectū imperfectius non habet tantā perfectionem quāta requiritur: ergo si posset causare vt cognitū cognitionē perfectioris obiecti necessario contineret illud sm totā eius cognoscibilitatem. ꝛ per consequens sm totā eius entitatē ꝛ sic patet rō. ¶ Sed loquēdo de medio secūdo modo qḋ scilicet est ratio cognoscēdi nō vt cognitū. dicit ꝙ aliquid potest esse mediū cognoscendi aliud licet cognoscibilitas sua propria deficiat a cognoscibilitate illius: dū tamen sit natū ducere in illud vt cognoscibile. ꝛ sic species intelligibilis hoc mō ponitur mediū cognoscendi: qꝛ potest esse ratio formalis cognoscendi obiectū cuius est talis species: vt supra patuit. Et ꝑ hoc patet responsio ad primum: qꝛ licet anima sit imago dei tamē non est nata esse mediuꝫ cognoscendi deum scdo modo: qꝛ si vt cognita esset sic medium necessario contineret entitatem dei perfectam. Sed si ponitur medium tñ ponitur medium primo modo vt haberi potest ex auctoritate Augustini supra adducta. qui videt suam mentem ꝛc. Mediuꝫ aūt cognoscendi secundo modo respectu istius medii vt cogniti est aliquod proprium formale representatiuuꝫ ipsius aīe et per illud cognoscitur anima sub propria ratione tanꝙ ꝑfectissimum representabile per illud: ꝛ per consequens per illud non potest intelligi deus sub ratione sue intelligibilitatis: sed tñ in aliquo diminuto intelligibili imitante et participante intelligibilitatem eius. ¶ Per idem ad secūdum: qꝛ actus est similitudo cognita: ꝛ talis non sufficit ad cognoscendum illud cuius est actus. sicut species intelligibilis in vno intellectu visa alii intellectui videnti eam non sufficeret ad perfecte cognoscendum obiectum cuius est. ¶ Contra. actus in illo intellectu cui inest est ratio perfecta attingendi obiectum tanꝙ presens per illuꝫ actum igitur ēt cui iste actus est presentialiter notus: ille per illuꝫ actum notum poterit attingere illud obiectum: qꝛ per illum actum ꝛ in illo habet idem obiectum sibi presens. ¶ Rñdeo. intellectus cui actus inest: per illum vt rationem primam attingendi attingit obiectum supposita tamen ꝑsentia obiecti propria. cui autem ille actus est cognitus nō habet illum: vt sibi propriam rationē attingendi. Sed ad hoc ꝙ habeat actum quo formaliter attingeret: oportet habere alium actum: ꝛ cum hoc propriam presentiam obiecti. Nota ꝙ aliud est esse rationem propriam intelligendi siue causandi notitiam obiecti. ꝛ aliud est esse rationem propriam et proximam attingendi obiectum: quia primo modo ponitur causa actus intelligendi: secundo modo ponitur precise ipse actus intelligendi: quia potentia habens illum formaliter attingit obiectum ꝛ actu per illum percipit obiectū in se. Et ideo posito ꝙ nunc habeam actum: quo intelligo lapidem in se presentem si cognosco illum actum in me nō propter hoc cognosco obiectum cuius est: patet quia ille actus secundus non terminatur ad obiectum i se sed precise ad actum rectum quo intelligo obiectum in se. ꝛ ideo sola visio actus non sufficit ad videndum obiectum illius actus: quia oportet videre obiectum per actum immediate ad ipsum terminatum: licet ergo actu recto immediate terminato ad obiectum videam obiectuꝫ quando est presens: non tamen sequitur ꝙ per illū actum siue in me siue in alio videam obiectum: quia actus ille rectus ꝛ si sit similitudo obiecti cognita non tamen est ratio causandi notitiam distinctam obiecti cuius est. ¶ Ad aliud cum arguitur ꝙ anima ex natura sua potest reflecti super actum beatificuꝫ vt beatificus est: hoc posset negari: verum quidem est ꝙ potest reflecti sed non nisi virtute illius virtute cuius habꝫ actum rectum. Nec plus probat auctoritas Aug. quia nō dicit ꝙ possit semper ex sola natura. sed si habet actum rectū ꝑt reflecti super illum vel ex virtute illius per qḋ hꝫ actuꝫ: et nō sequitur illud icōueniens de ꝓcessu in infinitū: qꝛ idē supernaturale sufficit ad actum rectum ꝛ ad oēs reflexos: s. ipsa voluntas diuina que causat actuꝫ rectum btificum. ¶ Ad idem etiam de sensu. patet: quia ꝙ percipio me videre esto ꝙ hoc non sit per potentiam visiuam: tñ non est per potentiam inferiorem sed per superiorem: cuius est cognoscere visionem.

In isto articulo sūt aliqua parua dubia. Primo in hoc ꝙ nihil potest intelligi per aliquid vt per mediū cognituꝫ nisi tale mediū contineat illud virtualiter vel eētialiter sm totam eius cognoscibilitatem. Quero primo quid intelligitur per medium cognitum: vt cognitum. aut intelligitur de medio cui inest cognitio propria. aut de cognitione qua cognoscitur. Si primo: ergo non est ratio cognoscendi vt cognitum: sed est ratio cognoscendi vt precise entitas talis. Si secundo: contra quia talis notitia non est ratio causandi cognitionem alterius: quia tunc contineret illud secundum totaꝫ cognoscibilitatem: quod non videtur de cognitione maxime quando per medium cognitum cognoscitur substantia aliqua. ¶ Secundo instatur: quia cū accipitur per medium cognitum vt cognoscitur aliud. aut lꝫ vt accipitur reduplicatiue: ꝛ tunc sequitur ꝙ esse cognitū illius medii esset causa cognoscendi aliud: quod est falsum quia vt sic habet tm esse diminutum. aut accipitur: specificatiue ꝛ tunc sensus est ꝙ tali medio vt sic cognito non repugnat ꝙ per ipsum aliud causetur. ꝛ tunc quero vt prius: qꝛ aut causat vt habet precise esse cognituꝫ. aut absolute: aut

Dubia circa lram.

Primo instatur.

1a

vt est aliquod totum per accidens. quocunq̄ dato sequitur
3° inconueniens. ¶ Tertio instatur: ⁊ accipio aliquod princi=
pium per quod vt cognitum cognoscitur cõclusio. puta ista
conclusio: homo est risibilis: per hoc principium cognitum
animal rationale est risibile. Tunc quero dicatur principiũ
a. ⁊ conclusio. b. notitia. b. a quo immediate causatur. aut a
notitia. a. ⁊ hoc non: quia talis notitia contineret conclusio
nẽ s̄m entitatem suam totam. aut causatur ab. a. absolute:
⁊ tunc. a. contineret totam entitatem. b. ⁊ per consequens
extrema ipsius. b. ⁊ sic contineret entitatẽ hominis qui po
nitur vnum extremum: q̄d non videtur quia contineret seip
sum. aut causatur ab. a. includente tam principium q̄ con=
4° clusionem ⁊ hoc est tm̄ vnum per accidens. ¶ Quarto sic:
quia ponitur deus sub ratiõe deitatis esse primum subiectũ
theologie in se vt primo notum: vt patet in prologo questio
ne. 3. ⁊ sic vt primo notus continet omnem veritatem in illa
scientia contentam: ⁊ sic per ipsum vt primo notum potest
causari notitia omnium veritatum contentarum in theolo=
gia in se. Tunc sic. ipse vt primo notus ponitur subiectum
theologie beatorum: ergo vt primo notus continet notitiã
omnium veritatum theologicarum respectu intellect⁹ bea
ti creati: ⁊ tunc mouebit necessario talem intellectum ad no
titiam non tm̄ sui sed ⁊ omnium contentorũ. patet: quia nõ
ponitur voluntas sic subiectum: vt supra patuit. ¶ Respõ
ad ratiões ꝯtra p̄mũ dubium. deo premittendo vnum. ꝙ quando doc. dicit ꝙ per medium
cognitum cognoscitur aliud: sic debet intelligi ꝙ. a. si poni=
tur ratio formalis causandi notitiã. b. ꝙ nunq̄ poterit cau
sare notitiam. b. nisi prius s̄m totam virtutem suam causet
in eodem intellectu notitiam sui perfectam. quia obiectum
motiuum per modum nature pri⁹ necessario mouet ad sui
notitiam perfectam: q̄ ad notitiam alterius: quia non põt
a. causare notitiam. b. in intellectu. c. nisi. a. sit perfecte pre=
sens. c. ⁊ vt sic prius necessario causat notitiam sui perfectã
quantum potest: vt etiam supra exposui ⁊ non potest perfe
ctiorem causare: quia scd̄m totã eius virtutem ⁊ perfectio
nem quam habet causat. perfectiorem causare non posset
nisi haberet in se maiorem perfectionem: ⁊ per consequens
non potest causare notitiã. b. in. c. si. b. est perfectius intelli
gibile q̄. a. nisi contineret totam intelligibilitatem siue to=
tam entitatẽ. b. cum ad perfectam notitiã. b. requiratur tan
ta perfectio. Dicitur ergo mediũ vt cognitũ causare notitiã
alterius ⁊c̄. quia per cognitionem ipsius medij arguim⁹ de
cognitione alterius vel perfectioris vel imperfectioris: q̄a
si. a. vt presens. c. causat necessario cognitionem sui perfe=
ctam vt. 4. ⁊ perfectiorẽ causare non potest. Si causat co=
gnitionem. b. vt duo perfectã signũ est ꝙ. a. continet perfe=
ctionem. b. que requiritur ad cognitionem ipsius. b. Si ve=
ro. b. sit cognoscibile vt. 6. que cognitio requirit in causa p=
fectionem forte vt. 7. tunc talis cognitio non poterit causa
ri ab. a. quia tunc contineret entitatem. b. vt. 7. sed tm̄ ha=
bet perfectionem. vt. 4. quia non potest causare notitiã ni
si perfectam vt. 4. Hoc modo debet intelligi per mediũ co
gnitum. non ꝙ cognitio eius sit causa: nec ꝙ necessario req̄=
ratur: sed quia tale medium non posset causare vt obiectũ
notitiam alterius obiecti nisi prius causaret sui notitiam:
Sed non est sic de specie intelligibili: quia ipsa causat noti
tiam obiecti: ⁊ tamen non causat prius notitiã sui. Si etiã
dicatur ꝙ notitia obiecti virtualiter cõtinentis aliud est ra=
tio causandi notitiam illius: non requiritur tunc ꝙ talis no=
titia cõtineat virtualiter entitatem illius obiecti sed sufficit
ꝙ sit notitia perfecta talis obiecti virtualiter continẽtis ali
ud obiectum sicut etiam dixi in prologo. questione. 3. respõ
dendo ad rationes Grego. vide ibi. prima tamẽ responsio
videtur melior ⁊ magis ad propositum: scilicet ꝙ obiectum
sit notum habitualiter: ⁊ tamen non causat notitiam alte=
rius nisi actu sit prius cognitum: non ꝙ cognitio sit forma=
lis ratio causandi sed ipsum obiectum vt actu notum habi=
tualiter: idest vt presens intellectui in ratione actu intelli=
gibilis. vt exposui in prologo. vbi supra. ¶ Hoc premisso:
R̄ño ad p̄mũ scd̄m ⁊ tertium. patet responsio ad primum argumentũ. et similiter ad alia
sequentia. Cum dicitur in tertio argumento. Dico secundũ
primum modum ꝙ principium continet conclusionem. idest
ꝙ medium in tali principio: scilicet animal rationale conti=
net conclusionem idest inherentiam passionis ad subiectum
non enim intelligo ꝙ contineat subiectum sed sufficit ꝙ cõ=
tineat predicatum ⁊ inherentiam ipsius ad subiectuz: ⁊ hoc
modo est ratio cognoscendi huiusmodi inherentiam quam
virtualiter continet. Nam cum dico ꝙ principium continet
veritatem conclusionis nihil aliud intelligo nisi ꝙ continet
conformitatem siue inherentiam predicati ad subiectũ: vt
exposui in prolog. questiõe. 3. articulo primo: vide ibi singu=
larem expositionem. ¶ Ad quartum: patet responsio: q̄ꝛ Ad q̄rtum
non ponitur deus vt primo notus esse ratio formalis conti
nendi omnem veritatem: ita q̄d notitia illa contineat: sed
d̄ꝛ continere vt primo notus habitualiter id est vt perfecte
presens intellectui in ratione obiecti actu intelligibilis: tm̄
in aliquo intellectu non potest immediate causare notitiã
alicuius contenti nisi prius causet notitiã sui: in intellectu
creato non causat notitiam sui ⁊ per consequens nec alte=
rius: sed voluntas diuina potest supplere vicem talis ob=
iecti: vt exposui in questione. 3. ¶ Secundo principaliter
Dubiũ secundũ princ̄ipale. Primo instatur. dubitatur: q̄ꝛ Doc. videtur concedere ꝙ qñ medium cogni=
tum continet aliquid virtualiter vel essentialiter ꝙ possit
causare notitiã illius perfectam. Contra. primo: q̄ꝛ causa
effectiua siue equiuoca siue vniuoca continet virtualiter ef
fectum ⁊ tm̄ non omnis effectus cognoscitur per cãm tanq̄
per medium cognitum: patet de multis. nam per solem co
gnitum non cognoscunt̄ omnes effectus solis. Nec valet
dicere ꝙ sol non continet aliquem effectum scd̄m totam ei⁹
entitatem: q̄ꝛ ad omnem effectum solis principaliter cõcur
rit cã prima. immo plus dependet a cã prima vt ptꝫ. Con=
tra. Tum quia non sequitur. Deus continet omnem effec=
tum scd̄m totam entitatem. ergo cognoscendo deuz sub ra
tione ꝓpria poterit cognoscere omnem effectum perfecte
non sequit̄: vt supra patuit. Tum etiam: q̄ꝛ Deus continet
etiam passionem hoĩs. ⁊ tm̄ non cognito Deo potest imme
diate cognosci passio per subiectum cognituz. ⁊ hoc est: q̄ꝛ
virtualiter continet illam. ergo sic erit de sole. ¶ Secundo 2°
instatur: q̄ꝛ voluntas diuina continet virtualiter omnez ef=
fectum ⁊ tm̄ ꝑ ipsam vt cognitam etiam perfectissime non
cognoscitur omnis effectus: immo nec potest cognosci: vt
patet de beatis perfecte cognoscentibus ipsam voluntatẽ
diuinam qui tm̄ possunt de nouo acquirere cognitionẽ mul=
torum vt patet a doct. in quarto dist. 45. ⁊ in scd̄o. disti. 3.
questione vltima. ¶ Tertio instatur: q̄ꝛ homo continet eẽn
tialiter omnia superiora ⁊ tm̄ homo cognitus non est ratio 3°
cognoscendi omnia superiora perfecte: patet q̄ꝛ superiora
sunt ratio cognoscendi hominem distincte: vt patet a doct.
in primo distinctione. 3. q. 2. aliter sequeretur circulus: quia
tunc idem respectu eiusdem puta. a. respectu. b. esset ratio
cognoscendi. b. ⁊ econtra. b. esset ratio cognoscendi. a. Silr̄
hoc idem videtur de homine respectu partium eẽntialium:
q̄ꝛ homo continet eẽntialiter animam ⁊ corpus ⁊ tm̄ ꝑ ho=
4° minem cognitum non cognoscitur distincte anima. non eñ
humanitas cognita causat notitiam distinctam ipsius aĩe.
¶ Quarto instatur: q̄ꝛ paternitas in nobis continet eẽn=
tialiter omnem conceptum superiorem. et tm̄ ipsa cognita
non est ratio cãndi cognitionem superiorum. ¶ Respõdeo Ad rõnes ꝯtra scd̄m
Ad primaz concedendo de illo q̄d continet scd̄m totam ei⁹
entitatem. Cum instatur de deo. Dico ꝙ sic debet intelligi
ꝙ quando obiectum continet plura virtualiter scd̄m totam Ad primũ
entitatem: qñ causat notitiam sui per modum nature in ali
quo intellectu ꝙ etiam p̄t cãre notitiam oĩm virtualiter cõ
tentorum: immo amoto impedimento necessario causat. et
sic essentia diuina que necessario mouet intellectum diuinũ
ad sui notitiam etiam necessario mouet ad notitiam omniũ
contentorum. intelligitur ergo qñ obiectum sub ratione ꝓ
pria immediate causat notitiã sui. Sed non qñ illa notitia
causatur ab alio sicut causatur visio a volũtate diuina. Cuz
d̄ꝛ secundo de passione. Dico ꝙ ideo d̄ꝛ subiectum cõtinere
entitatem passionis ꝓ quanto continet scd̄m q̄d ponitur cã
necessaria ⁊ immediata ⁊ precisa ipsius. Et dico si per im=
possibile deus non eẽt ⁊ homo eẽt adhuc contineret homo
suam passionem ⁊ ideo per hominem cognitum posset co=
gnosci passio. sed non est sic de sole: q̄ꝛ si deus per impossi=
bile non eẽt et sol eẽt: sol non posset ꝓducere aliquem effe=
ctum cum talis effectus necessario depẽderet a prima cã:
tenendo ordinem essentialem sic. s. ꝙ sit impossibile scd̄am
cãm aliquid causare non concurrente prima causa. ¶ Ad
scd̄m. Dico ꝙ si voluntas diuina necessario moueret intel= Ad scd̄um
lectum creatum ꝑ modum obiecti ad suam notitiam ꝙ etiã
moueret ad notitiam omnium cõtentorum. Sed q̄ꝛ tm̄ mo
uet contingenter ad sui notitiaz non sequitur ꝙ cognoscẽs
voluntatem diuinam cognoscat omnia contenta. ¶ Ad Ad tertiũ
tertium. Dico ꝙ si homo posset immediate causare notitiã
sui distinctam posset etiam cãre notitiam distinctam omni=
um superiorum: sed talis notitia distincta non potest ha=
beri sine notitia superiorum. Dico ergo: ꝙ homine cognito
per speciẽ intelligibilem possunt omnia superiora cognosci
vel per eandem speciem vel per aliam et aliam sicut expo=
sui supra questiõe. 13. que tm̄ dependent a primo obiecto eo
modo quo exposui. ¶ Ad quartum. Dico ꝙ conclusio doc.

Ad q̃rtum intelligitur de illo medio cognito qđ est motiuum alicui⁹
intellectus ad sui notitiam: quia tunc potest mouere ad no
titiam cõtentorũ. sed relatio nullo modo est motiua ad sui
Dubiũ ter notitiam. ❡ Tertio principaliter dubitatur de hoc quod di
tiũ pncipa cit ꝙ si fundamentum includeret terminun scđm suam co-
le. gnoscibilitatem: ꝙ tunc includeret relationem ꝟm suam co
ↄtra pmo gnoscibilitatem: quia pono ꝙ. a. includat. b. secũdũ cogno-
instatur. scibilitatem. b. ⁊ tunc sequitur ꝙ possit causare relationis
notitiam sine. b. hoc autem est falsum: quia ipsa relatio est
formaliter habitudo ad. b. ergo non potest perfecte cogno-
2º sci sine. b. ❡ Secundo instatur: quia idem videtur ꝙ si ter-
minus includeret fundamentum ꝟm totam cognoscibilita-
tem fundamẽti ꝙ tunc cognito termino posset statim cogno
3º sci fundamentum qđ nõ videtur. ❡ Tertio: quia Deus sub
ratione deitatis ponitur terminus relatiõis creature: vt mẽ
surabilis essentialiter ad ipsum vt ad mensuram. ergo co-
gnito deo vt termino talis relationis necessario cognosce-
retur ipsa relatio: nec valet dicere ꝙ talis notitia causaret̃
a voluntate: q̃a ipa nõ ponitur terminus talis relatiõis: nec
vt terminus continet ipsam relationez: quia terminatur ad
Rñ̃o ad p- ipsam. ❡ Respondeo premittendo vnũ ꝙ quando dicit do.
mũ ⁊ scđm ꝙ si fundamentum contineret terminum ĩtelligitur sic ꝙ fũ
damentum vt presens intellectui in ratione obiecti actu in-
telligibilis necessario causaret notitiam sui perfectam ⁊ im
mediate post causaret notitiam termini contenti ⁊ post no
titiam relationis: ⁊ sic relatio illa non posset actu cognosci
non precognitis extremis. Et sic patet ratio ad primam cũ
dicitur ꝙ tunc posset cognosci relatio sine termino si intelligi
tur sine termino causante vel cõcausante notitiã relationis
cõceditur quia ipsa tñ esset causata a fundamento. Si ve-
ro intelligatur sine termino vt precognito tunc negatur. q̃a
requirit̃ saltem termin⁹ vt precognitus. ❡ Per hoc patet
responsio ad secundum. Concedo eñ ꝙ si terminus contine
ret virtualiter fundamentum relationis ꝙ primo causaret
notitiam sui secundo notitiã fundamẽti ⁊ tertio notitiã re-
lationis: ⁊ ꝙ posset causaret notitiã relatiõis sine fundamẽ
Ad tertiũ. to: vt concausante sed non sine fundamẽto vt saltem preco
gnito: ⁊ sic patet. ❡ Ad tertiũ dico ꝙ ⁊ si deus sub ratione
deitatis ponatur terminus relationis dependentie mensu
rabilis ⁊c. Non tñ sequitur ꝙ causet notitiã sui. Nec requi
ritur ad hoc ꝙ cognoscatur talis relatio ꝙ notitia sit causa
ta a deo sub ratione deitatis. sed sufficit ꝙ volũtas diuina
in aliquo intellectu causet notitiam termini sub ratione ꝓ-
pria ⁊ notitiam fundamenti sub ratione propria ⁊ notitiaz
relationis talis. ⁊ tunc bene verum est ꝙ relatio illa non po
test distincte cognosci extremis nõ precognitis licet nõ cau
santibus huiusmodi cognitionẽ: nec aliud requiritur vt pa-
tet ↄsideranti. ⁊ sic patet respõsio ad istas istãtias. ❡ Quar
quartũ du to principaliter dubitatur de hoc ꝙ species intelligibilis est
biũ pncipa medium cognoscendi obiectum licet cognoscibilitas sua ꝓ
le. pria deficiat a cognoscibilitate obiecti dum tamen sit natũ
cõtra quar ducere in illud vt cognoscibile. Instatur primo: quia si spe-
tũ dubiũ p cies est ratio cognoscendi obiectum ergo est causa cognitio
mo instat̃. nis illius. ergo continet entitatem obiecti siue eius cogno-
scibilitatem quecunq; sit illa. Sed est impossibile ꝙ imper-
fectius simpliciter contineat perfectius: immo est impossi-
bile ꝙ causatum immediate ab aliquo contineat illud. sed
lapis immediate causat speciem suam in intellectu angeli
si ponitur presens. immo essentia angeli immediate causat
speciem sui in intellectu suo: vt patet a Docto. in secundo.
distinctione tertia questione. II. ⁊ sic species angeli contine
2º ret ipsum angelum. ❡ Secundo instatur sic: si causat noti-
tiam obiecti aut causat notitiam abstractiuam perfectam
secundum ꝙ obiectum est intelligibile abstractiue perfecte
ergo non continet ipsum obiectum deficiendo a cognoscibi-
litate eius: quia causat notitiam ita perfectam quantũ ob-
iectum natum est intelligi: aut non causat perfectam noti-
tiã: ergo per speciem aliquam non haberet̃ distincta ⁊ ꝑfe-
cta notitia obiecti Si dicatur ꝙ causat distinctam ⁊ ꝑfectã
abstractiuã sed nõ intuitiuã. Contra. Tum quia species sen
sibilis in sensu exteriori causat intuitiuam ⁊ perfectã: ⁊ tũc
vt prius arguat̃: quia si causat visionẽ perfectaz quantum
ipsum obiectum est visibile: ergo sequit̃ ꝙ continet obiectũ
visibile secundum totam suã visibilitatem: ⁊ sic non deficit
a visibili secundum eius visibilitatem. Si ĩꝑfectam causat
ergo sequitur ꝙ nunq̃ poterit haberi visio perfecta alicui⁹
visibilis cum visio tñ causetur a potẽtia ⁊ a specie in orga-
no. Tum etiã: quia loquendo de abstractiua si per speciem
cognoscitur obiectũ abstractiue quantum vt sic est cogno-
scibile sequitur ꝙ saltẽ vt sic contineat totam ei⁹ cognosci-
bilitatẽ ⁊ tamẽ species ipsa ẽ simpliciter ĩperfectior ipso ob

iecto cum sit imitatiua ipsius. ❡ Tertio instatur: q̃ si con- 3ª
ceditur ꝙ species est ratio sic cognoscendi ⁊ per ↄñs vt sic
continet cognoscibilitatem obiecti quare etiam non conce-
ditur ꝑ ipsum contineat vt cognita. videtur eñ ꝙ ex quo ip
sa est presens ipsi intellectui et ꝑfecte presens cum ipsum
actu informet ꝙ etiam prius causet cognitionem sui q̃ ob-
iecti ⁊ sic poterit eodem modo dici modicum vt cognitum
sicut etiam conceditur de alijs medijs vt cognitis vel sal-
tem oportet assignare differentiam istorum. ❡ Rñdeo p̄-
mittendo aliqua: primum illud qđ proprie est ratio cogno- Respõsio
scendi aliud tanq̃ ꝑ medium cognitum sic virtualiter con ad rõnes
tinet illud ꝙ nullo mõ continetur ab illo: immo omnino sibi ↄtra quartũ
repugnat sic posse contineri: q̃ sic causans vt obiectum co- dubium. ⁊c.
gnitum modo preexposito est essentialiter perfectius con-
tento qđ per ipsum cognoscitur tanq̃ per mediũ cognitũ:
et hoc satis patet ex superius declaratis. Et ideo tale me-
dium nũq̃ p̄t causare notitiaz contenti nisi prius causet no
titiam sui perfectaz quantũ p̄t: vt supra patuit. Secundũ
est ꝙ medium ꝓprie non vt cognitum sed qđ est ratio co-
gnoscendi primo obiectum: cuius ponitur tale medium si-
cut species intelligibilis: sꝑ vel dependet in esse ab obiecto
primo vel saltem natum est dependere: qñ enim species la
pidis causatur immediate ab ipso lapide in intellectu ange
li talis species dependet actu a lapide si vero talis species
causaretur a deo immediate adhuc eo modo representa-
ret lapidez: sicut si esset immediate causata a lapide: vt pa
tet a doc. in primo ⁊ secundo ⁊ sic nata est contineri ab ip-
so. Dico ergo ꝙ tale medium non dr̃ continere obiectum in
se: nec scđm eius entitatem: nec scđm cognoscibilitatem cũ
vel dependeat ab obiecto: vel sit natũ dependere si ab alio
causet̃. hꝫ eñ ab obiecto ꝙ sit rõ sic cãdi: q̃ obiectũ cãdo
id scđm suã entitatẽ cãt ẽt illđ ꝟm ↄditiones consequentes
ipsum. Dicitur ergo diminute continere cognoscibilitatem
obiecti ex hoc solo ꝙ immediate est ratio causandi notitiã
obiecti abstractiuam. ⁊ in hoc: q̃ supplet vicem obiecti ⁊ ꝑ
ↄñs non sequitur ꝙ contineat obiectum secundum cogno-
scibilitatem: immo ipsum obiectum continet suam cogno-
scibilitatem abstractiuam etiam perfectam quantum ip̄m
est sit cognoscibile: licet causet eam mediante suo effectu
dando sibi naturam talem ꝙ causet non cognitus notitiam
abstractiuam obiecti et etiam notitiam abstractiuam con-
tentorum in tali obiecto. vt supra dixi. Non est ergo simile
de medio vt cognito et de isto medio. Multa alia dubia es-
sent circa multa alia dicta in isto articulo que tamen cau-
sa breuitatis pro nunc transeo.

❡ Questio Quintadecima.

POsito ꝙ beatus in pa-
tria habeat verbum de creatura vi-
sa in essentia diuina. ❡ Utrum re-
spectu illius verbi creature intelle- Titulus. q̃
ctus possibilis habeat se pure passi- exponitur.
ue. Dicitur non queritur si de obiecto be
atifico possit haberi verbum nec de
obiecto secundo modo viso in illo lo
co primo nec si aliud sit verbum ob-
iecti primi ⁊ secundi: sed supponitur de obiecto secundario
haberi verbum. ⁊ queritur qualiter intellectus possibilis se
habeat in eius formatione. Incipiendo igitur a manifesti-
oribus primo inquiretur de formatione verbi secundũ mo
dum intelligendi quem nunc experimur. ⁊ secundo appli- De articu
cabitur ad intellectionem in patria. ❡ De primo supposi- latio. q.
to ꝙ intellectio perfecta: puta diffinitiua de obiecto diffini-
bili siue sit verbum illius siue non: saltez non est sine verbo
ipsius: ⁊ per ↄñs si quis actiue se habeat ad intellectionez
illam perfectam ipsum quodam modo actiue se habebit in
formatione verbi. de causa igitur intellectionis in nobis ꝓ
statu isto tria sunt videnda. Primo ꝙ in parte intellectiua
est aliquod principium actiuũ respectu intellectionis. Se-
cundo. vtrum illud actiuum sit aliquid anime intellectiue
vel tantummodo sit obiectum representatiuum obiecti: qđ
dicatur esse in anima ꝓ tanto ꝙ sit in ipsa sicut accidẽs ei⁹
vel representatiuum: non autem sicut aliquid nature eius.
Tertio dato ꝙ sit aliquid anime inquiretur si est intellectus
agens vel possibilis. ❡ Prima conclusio probatur. s. ꝙ re
spectu intellectionis in nobis sit aliquod actiuum. Et ar-
guitur sic. intellectio aliqua in nobis est noua vt experitur
quilibet: q̃ nunc ↄperior me intelligere aliq̃d qđ prius non
intelligebã. ergo intellectio noua ⁊ illa est forma absoluta

vt probatum est supra.q.13.arti.primo.omnis autez forma absoluta cũsit termin⁹ actiõis habet aliqđ principiũ actiuũ ꝑ qđ accipit eẽ.igitur respectu nostre intellectionis noue est aliqđ principium actiuum.illud est intrinsecum supposito in

Expõ lr̃e. telligenti:vt patet secundo de anima cõmento.6. Hic duo sunt notãda:nota pmũ de intellectione noua:quia accipitur hic intellectio noua que de nouo nullo alio presupposito habet esse ita ꝙ non dicitur precise noua propter nouitatez alterius sicut relatio intrinsecus adueniẽs dicitur precise noua propter nouitatem alicuius absoluti ad qđ necessario sequitur:vt patuit supra questione.10.ꝛ13.modo intellectio dicitur noua:quia stante obiecto ꝛ intellectu nullo alio posito potest immediate causari.loquitur ergo de nouitate imediata:ita ꝙ non precise dicatur noua propter nouitatem alterius ad qđ necessario sequaꝛ.Secundo nota de principio intrinseco siue de principio precise existẽte in ipsa anima respectu intellectionis in nobis:quia hic loquitur tñ de intellectione abstractiua quia de intuitiua nõ est presens q̃stio quia nunc experimur abstractiuam sed non intuitiuam:vel saltem est dubium de intuitiua pro statu isto.ꝛ de ista philosophus vel parum vel nihil loquutus est:sed forte in omnibus locis in quibus locutus est de intellectione nostra loq̃tur de abstractiua.respectu ergo istius ponitur principium intrinsecum actiuum:videlicet species intelligibilis que est subiectiue in intellectu possibili.si teneatur tamen ꝙ notitia talis causetur ab obiecto saltem partialiter tũc ille erit pñcipiũ intrinsecũ.Sed in ꝓposito loquiꝛ de pn̄cipio intrinseco absolute:siue ex pte aie siue ex pte obiecti sed post determinabit de vnoquoq;.Et ꝙ respectu intellectiõis in nobis sit pñcipium intrinsecum actiuum.patet per philosophum secundo de anima tex.c.60.Differt autem supple in intellectu ꝛ sensu:quoniam hec quidem actiua operationis extra sunt vt visibile ꝛc.ꝛ sequitur.causa autem quoniam singulariũ secundum actum est sensus.idest ꝙ sensus terminatur ad singulare actu existens.scientia autem vniuersaliũ.hec aũt in ipsa quodammodo sunt anima:vnde intelligere in ipsa q̃dem est cum velit.sentire autem non est in ipsa.necessariuz autem est esse sensibile.hec ille. Nota tamen pro intelligentia huius auctoritatis:quia non ponitur obiectũ extra:puta visibile esse actiuum immediatum respectu visionis:immo est ipse sensus ꝛ species visibilis obiecti existens in organo visus.tamen sensibili actu extra nõ existente ꝛ approximato potentie nunq̃ esset visio illius:quia visio perfecta necessario terminatur ad obiectum extra actu existens ꝛ in ꝓpria existentia presens:ꝛ ideo q̃uis sensus visus habeat in se speciem visibilis:nunq̃ posset causare visionem visibili non presente in propria existentia:ꝛ hoc modo dicitur ꝙ sensus non habet in se vnde possit sentire:quia dependet a sensibili extra : quod tamen sensibile dicitur causa remota sensationis:quia causat speciem sensibilem in organo sensus.ꝛ vltra requiritur presentia sensibilis vt possit haberi de ipso sensatio.Sed quia anima cognoscit obiectuz abstractiue:ꝛ talis cognitio non requirit existentiam obiecti cum non terminetur ad ipsum inquantum existens:vt supra patuit questione.13.sed sufficit species intelligibilis existens in anima.ꝛ ideo anima intelligit cum vult:quia etiam obiecto annihilato habet in se omnia requisita ad intellectionẽ abstractiuam de qua est sermo nunc.Secus esset de intuitiua quam nõ posset habere sine presentia obiecti in propria existentia:vt supra patuit questione.13.Sit igitur hec conclusio tanq̃ certa:scilicet ꝙ alicuius intellectionis noue pñcipium actiuum sufficiens est supposito intelligenti intrinsecum.Et tunc arguitur vltra per diuisionem.vel illud principium pertinebit ad voluntatem vel ad patrem sensitiuaz vel ad partem intellectiuam vt distinguitur contra voluntatem ꝛ sensum.non potest dari primum saltem in prima intellectione:quia ipsa precedit omnem actum volũtatis.de hoc vide docto.in secundo distinctione.42.Nec est dare secundum:scilicet ꝙ illud principium sit precise in parte sensitiua.relinquitur igitur ꝙ sit in parte intellectiua Secunduz scilicet ꝙ nõ sit in parte sensitiua probatur.Primo sic.effectus equiuocus semper est minus nobilis sua causa equiuoca vt habetur super.13.geñ.de quo vide Doc.in quarto di.12.Sed intellectio est simpliciter perfectior phantasmate ꝛ quacũq; ꝑfectione que est in parte sensitiua:quia itellectio est ꝓprie perfectio nature itellectiue que inquãtũ talis nobilior est tota sensitiua. ¶ Hic tamen aduerte ꝙ rõ nõ ita

Quomõ cã equoca est nobilior suo effectu — simpliciter concludit nisi recte intelligatur.nam intellectio actualis est etiã nobilior specie itelligibili ꝛ tamen equoce causatur ab illa.ꝛ similiꝛ visio albedis est nobilior ipsa ꝛ tamen equiuoce causatur ab ipsa saltem:vt a cã remota.similiꝛ species intelligibilis est perfectior fantasmate:ꝛ tñ equiuoce causatur ab illo:vt patet questione presenti.ꝛ i pmo.d.3 q.8.Dico ergo ꝙ ratio bene concludit de cã totali equiuoca:sicut etiam ipse dicit in quarto.d.12.ꝛ nõ sp de partiali. si ergo poneretur fantasma vel aliquid existens in pte sensitiua totalis causa intellectionis ratio concluderet.ꝛ sic ratio debet intelligi. ¶ Secundo probatur idem. Angelus non sp habet omnem intellectionem quam pt habere:quia cum possit intelligere quodcunq; intelligibile vel haberet vnicam que simul esset omnium intelligibilium vel haberet tot distinctas quot correspõdẽt oĩbus intelligibilibus:quorum vtrunq; videtur eẽ impossibile:qꝛ primum poneret nimiam perfectionem illius intellectionis : immo videtur ꝙ infinitam:qꝛ nec intellecto diuina excederet eam quantuz ad intellectionem obiectorum.scđm videtur ponere nimiã perfectionem intellectus.s.ꝙ ita distincte cognosceret õnia per distinctos actus simul sicut vnum obiectum ꝑ vnum actum.Sequitur igitur ꝙ cum possit quodcunq; intelligibile intelligere ꝙ possit habere aliquam intellectionem nouaz. Sed in tali perfectionis est habere notitiam habitualẽ perfectaz ꝑ quam intellectus sit in potentia accidentali tñ ad intelligendum:sicut expositum est in primo.d.3.q.6.vide ibi.vnde philosophus tertio de aĩa loquens de intellectu possibili:dicit.cuz aũt sic singula fiant nesciens dꝛ qui scđz actum:hoc autem confestim accidit cum possit operari per seipsum est quidem igitur ꝛ tũc potentia quodammodo nõ tñ similiter ꝛ ãte addiscere.vult dicere ꝙ quando habet habitum per quem potest ex se operari:licet tunc sit in potentia aliqua non tñ essentiali que est ad formam siue ad principiuz operandi sed tantummõ accidentali ad operationẽ. ꝛ hec est dispositio perfectior eiusq; de potentia opãdi exit in actum operandi. ¶ In ista littera nota aliqua:primum est de notitia habituali aliquando accipiꝛ habitualis ꝓ habitu acquisito ex frequentatis actibus : de quo non est hic sermo.aliquando accipitur notitia habitualis propter quãdam similitudinem ad huiusmodi habituz primo modo di-

Notitia habitualis multipliciꝛ accipitur. — ctum:quia sicut habens habitum acquisitum prompte ꝛ statim potest exire in actum sic habens notitiam isto secundo modo.Est ergo notitia hoc secundo modo principium perfectum productiuum notitie actualis ꝛ est memoria fecunda que includit presentiam obiecti vel in se:qñ est respectu notitie actualis intuitiua : vel in alio representatiuo vt in specie itelligibili respectu notitie actualis abstractiua. Et de huiusmodi notitia habituali loquitur sepe Doct.in pmo distinctione.2.parte.2.distinctione.6.ꝛ distinctione.27.et distin.3.questione.7.ꝛ alibi sepe:ita in presenti loquitur p̄cise de habituali in angelo ꝛ hoc tñ respectu notitie abstractiue:qꝛ habet in se species quiditatum intelligibilium : de quo vide doc.in secundo distinctione.3.q.10.ꝛ distinctio.9 ¶ Secundo nota de potentia essentiali ꝛ potentia accidẽtali siue potentia remota ad agendum siue propinqua. potentia essentialis est remota accidentalis propinqua. Et de hoc vide exposita in primo:distin.6.ꝛ distin.7.ꝛ in secũdo.distin.3.nec oportet hic multum immorari. Et qũo angelus possit acquirere cognitionem actualez nouam de obiecto prius habitualiter noto:vide doc.in secundo distinctio.3.q.10.ꝛ.q.81.ꝛ que ibi exposui. ¶ Hic recitat vnam opinionem que dicit ꝙ angelum posse habere nouam intellectionez est mere creditum:quia philosophi precipui hoc nõ viderunt.Preterea hic etiam diceret ꝙ angelum ad quamlibet intellectionẽ quam habet moueretꝛ immediate a deo. ¶ Contra hoc.licet forte philosophus qui posuit intellectionem angeli idem cum substantia angeli diceret consequenter intellectionem esse ab eo a quo est substantia. Et licet catholicus dicens intellectionem illam qua angelus intelligit se esse coeuam angelo et quasi propriam perfectionem consequentem naturam necessario : posset aliquo modo dicere illam immediate a deo iuxta illam propositionem probabilem : accidens proprium coeuum substantie cuius est:est a generante illam substantiam.tamen de accidente per accidens quod contingenter inest non videtur probabile dicere ꝙ hoc sit a generante.Et confirmatur:qꝛ licet deus possit immediate causare quamcunq; intellectionem in angelo : tamen si aliquam non causaret vt pote huius obiecti:sed derelinquat angelum sibi ꝛ ordini causaruz naturaliter actiuarum:non videtur ꝓbabile ꝙ angelus nõ possit attingere ad intellectionem huius obiecti:cum aĩa sic sibi ꝛ causis naturalibus relicta ad eius intellectionem possit attingere naturaliter lz mediante sensu.Istud qđ dꝛ de philosopho videtur facere ad propositum nostruz:quia si philosophus vidisset aliquã intellectionem nouam posse

competere angelo dixisset ipsum aliquando esse in potentia accidētali ad intellectionem: quia hec est dispositio perfectior eius quod aliquando est in potentia ad intelligēdum. igitur ille qui tenet siue per rationem: siue per fidem aliquā esse intellectionem nouam in angelo consequenter dicat angelum quandoqꝫ ad illam esse in potentia accidentali. sicut philosophus consequenter diceret ad illud: quod ipse tenet: magis autem concordat cum philosopho: qui tenēs aliquod antecedens: concedit consequens quod philosophus etiam concederet: si illud antecedens teneret ꝙ̄ ille qui tenendo illud antecedens negat illud cōsequens: quia Aristo. illud non negaret concedendo illud antecedens. ¶ Tertio propositum probatur per auctoritates. 15. de tri. ca. 7. vel. 14. dicit August. Quod excellit in anima mens vocatur: ⁊ post: homo non secundum omnia que ad naturam eius pertinent: sed secūdum solam mentem imago dicitur. Et libro. 14. capitulo. 8. Imago ibi inuenienda in nobis est. quo etiam natura nostra nihil habet melius. ¶ Ex istis auctoritatibus ⁊ alijs similibus habetur ꝙ tota imago est in parte intellectiua accipiendo intellectiuam pro ea que transcendit sensitiuam. Sed imago includit parentem ⁊ prolem: vt patet. 9. de trini. capitulo vltimo et alibi multotiens. igitur in parte intellectiua est parens gignēs illam notitiam que est proles: ⁊ per consequens principium actiuum respectu intellectiōis. Qui igit̄ poneret phātasma vl̄ aliquā formā talem in parte sensitiua esse rationem immediate gignendi notitiam actualem non saluaret: vt videtur rationem parentis in mente propria accepta. ¶ Preterea August. 15. de trini. capitulo. 23. Memoria hominis et maxime illa quam pecora non habent id est qua res intelligibiles ita continentur vt non in eam per corporis sensus venerint habꝫ in hac imaginem trinitatis imparem quidem: sed tamen qualemcūqꝫ similitudinem patris. hoc exponit capitulo. 13. in fi. sic. Hoc verbum nostrum de scientia nostra nascitur quēadmodum ⁊ illud de scientia patris natum est. ⁊ capitulo. 21. vel. 63. Memoriam inquit tribuens omne quod scimus.

¶ Ex istis habetur ꝙ illa memoria quam pecora non habēt hoc est proprie intellectiua pro tanto habet similitudinem patris. quia de ipsa vel de scientia que est in ea nascitur verbum nostrum sicut verbum eternum nascitur de scientia patris. satis expresse videtur in istis auctoritatibus velle ꝙ in parte intellectiua proprie accepta sit principium actiuū respectu intellectionis. ¶ Nota aliqua in ista litera. Primo de intellectione coeua angelo qua seipsum intelligit ꝙ non concomitatur necessario naturam eius ita ꝙ posita natura angeli necessario sequatur talis intellectio quia illa causatur in ipso angelo per essentiā ipsius angeli: vt patet a Docto. in secūdo dist. 2. q. 8. ⁊ vide que ibi exposui. ⁊ licet sit de facto illa intellectio in eodem instanti quo ponitur angelus esse. non tamen ponitur necessario: quia posset eē natura angeli sine tali intellectione non tm̄ per potentiam diuinam sꝫ etiam per potentiam naturalem: quia voluntas angeli posset intellectum angeli auertere a consideratione sue essentie ⁊ conuertere ad aliud obiectum. ⁊ quomodo possit hoc volūtas: vide que dicit doct. in secundo. dist. 44. ⁊ que ibi notaui. Et posito etiam ꝙ illa sit in eodem instanti. primo in quo angelus accipit esse adhuc esset causata ab ipso: quia nō est impossibile naturam tm̄ per instans durantem posse immediate ⁊ in eodem instanti causare actum aliquem et potest ex natura sua elicere: de quo vide doct. in secundo dist. 5. q. 2. q̄ questio est de reportatis parisius. Si tamē talis intellectio necessario concomitaretur naturam angeli sicut passio subiectum: tunc posset concedi ꝙ esset a causante naturā angeli. Et ꝙ dicit de accidente proprio coeuo substantie cuius est ⁊ necessario concomitante hoc non debet intelligi vt aliqui intelligunt de aliqua qualitate accidentali absoluta nec proprie de aliquo accidente absoluto: quia nullum tale necessario concomitatur substantiam cū omne tale sit vere separabile a substantia. vt patet a doct. in quarto dist. 11. Et si dicatur ꝙ ignis determinat sibi aliquem gradum caloris quo non posito non est substantia ignis. Dico duo: primum ꝙ calor in igne sic determinato causatur a substātia de hoc vide Doct. in quarto. distin. 11. ⁊ . 12. vel. 13. posito tamen casu ꝙ esset tale accidens necessario consequēs naturam substantie cuius est ⁊ hoc ex natura precise ipsius substātie potest concedi ꝙ tale accidens sit causatum a causante substātiam: si tamen non ponatur immediate generari a substantia illius accidentis. Secundo nota ibi. esse in potentia accidentali ad ītellectionem est dispositio perfectior eius quod est in potentia ad intelligendum: non intelligitur ꝙ esse sic in potentia accidentali sit perfectius ꝙ̄ non esse: quia melius

Expō lre notabilis.

est esse in actu intelligens ꝙ̄ in potentia: q: ⁊ deus actu omnia intelligit ⁊ non est aliquo modo in potentia ad aliquam intellectionem producendam: intelligit ergo sic ꝙ loquendo de intellectu qui est in potentia ad intelligendum ꝙ tunc est in perfectiori dispositione ad intelligendum quādo est in potentia accidentali siue propinqua siue dispositissima: ꝙ̄ quādo est tantum in potentia remota: quia primo modo statim potest exire in actum cum vt sic habeat actu omnia requisita ad producendum actum sed secūdo modo non potest statim exire ad actum cum vt sic deficiat sibi aliquid necessariū ad hoc vt statim possit exire in actum. Tertio nota expositionem auctoritatum. prima cum dicit ꝙ homo secundū mētem tantum dicitur imago. Et sciendum ꝙ imago accipitur dupliciter: aliquando habitualiter aliquādo actualiter. que distinctio patet a Doc. in secūdo distinctione vigesimaquarta. imago actualiter includit memoriam perfectam actualem intellectionem et actualem volitionem. prima pars includit intellectum cum obiecto presente vel in se vel in aliquo representatiuo ⁊ etiam includit voluntatem: quia tunc representat patrem vt perfecte fecundum: quia ratione intellectus cum obiecto est productiuus filij ⁊ ratione voluntatis est spiratiuus spiritus sancti: ⁊ hoc patet a doct. in primo distinctione tertia questione vltima. 2. pars q̄ est actualis notitia obiecti representat filium. tertia pars que est actualis volitio obiecti cogniti representat spiritum sanctum et hoc dicitur imago actualis. Imago vero potentialis siue fundamentalis siue aptitudinalis est memoria fecūda que includit intellectum et voluntatem et obiectū actu presens in ratione obiecti intelligibilis et amabilis. ⁊ hoc totum dicitur imago fundamētalis et dicitur hoc totum memoria fecunda: quia statim potest exire in actum. siue in notitiam actualem obiecti et amorem illius que sunt postea due partes vltime actuales representantes filium et spiritū sanctum. secundo modo accipiendo imaginem imago dicitur mens id est memoria fecunda ⁊ perfecta modo preexposito. Et addit ꝙ imago includit parentem ⁊ prolem parens est mens que est productiua ratione intellectus ⁊ obiecti notitie genite. s. notitie obiecti q̄ notitia pfecta dr̄ ꝓles siue verbū: vt patꝫ a Doc. in primo distin. 27. ⁊ ratione voluntatis est productiua volitionis obiecti que volitio adhuc dr̄ proles. Sicut ergo parens actiue se habet respectu ꝓlis etiaꝫ loquendo de vtraqꝫ ꝓle: vt patet a doc. ī tertio dist. 4. Sic mēoria fecūda est ꝓductiua ꝓlis. Alie auctoritates. s. quō verbum nostrum nascitur de scīa nostra accipiunt sciam ꝓ scīa habituali. s. ꝓ memoria: vt patebit infra. ⁊ in primo. d. 6. q. 27. ¶ In isto articulo sunt aliqua dubia. primo in hoc. intellectio est ꝓprie perfectio nature intellectualis vt intellectualis est que inquantum talis nobilior est tota aīa sensitiua. ⁊ ita perfectio intellectus perfectior est pfectiōe sensitiue. ¶ Secundo dubitatur in hoc: si angelus haberet vnicam intellectionem respectu omnium intelligibiliū illa intellectio esset formaliter infinita. q: nec intellectio diuina excederet eam quantum ad multitudinem obiectorum.

Mo. tertiū

dubia prīcipalia circa pmū articulum notanda.

Dubiū secundum.

¶ Tertio dubitat̄ in hoc. Si intellectus angeli ita distīcte cognosceret oīa intelligibilia per distinctos actus sicut qō libet eorum seorsum esset nimia perfectio in ipso angelo.

Dubiū tertium.

¶ Instatur contra primum ꝓbando ꝙ forma perficiens perfectius perfectibile non sit simpliciter nobilior forma q̄ immediate perficit imperfectius perfectibile. Et primo sic q: sequeretur ꝙ forma accidentalis esset perfectior forma substantiali. patet: quia substantialis perficit materiam ⁊ accidentalis perficit substantiam completam que est multo perfectior materia ergo. ¶ Secundo instatur: etiam loquendo in ordine formarum accidentalium ⁊ arguitur sic. causa equiuoca est perfectior suo effectu. hoc patet sepe a doc. sed phantasma causat speciem intelligibilem: vt ptꝫ a doc. presenti questione. ⁊ in primo distin. 3. q. 8. ⁊ non causat nisi equiuoce: ergo phantasma est perfectius specie intelligibili: ⁊ tamen phantasma est perfectio sensitiue vt sensitiue: ⁊ species intelligibilis est perfectio intellectiue vt intellectiua est cum tm̄ in intellectu possibili immediate recipiatur ergo. ¶ Si dicatur ꝙ phantasma est causa equiuoca non totalis sed tm̄ partialis: ⁊ talis causa non est ꝑfectior suo effectu. Contra: ⁊ probo ꝙ etiam causa equiuoca partialis sit simpliciter nobilior toto effectu. Et suppono primo dictum Docto. in primo distin. 17. ꝙ quando due cause partiales concurrunt simul ad aliquem actū ꝙ vtraqꝫ attingit actum secundum substantiam ⁊ intensionem actus: ita ꝙ talis actus ⁊ secundum substantiam ⁊ scd̄m intēsionem est ab vtraqꝫ causa ꝑtiali. Suppono secūdo ꝙ vna nō producit actū in virtute alterius. ⁊ hoc patet a Doct. ꝑ-

Cōtra primum dictū instatur primo.

2°

senti questione: ⁊ in primo dist. 3. q. 8. ⁊ distin. 17. ⁊ alibi se-
pe. Tunc sic. actus elicitus aut secundum totum est ab vna
sicut ab alia aut tantum secundum partem. si primo. ergo
causa partialis equiuoca est perfectior suo effectu. Si secū-
do hoc non videtur: quia vtraqꝫ precise attingit ipsum effe-
ctum ⁊ secundum substantiam ⁊ secundum intensionē. Tū
etiam: quia pono ꝙ effectus sit simpliciter indiuisibilis qua
lis est species intelligibilis ⁊ actus intelligendi. ergo sequi-
tur ꝙ phantasma quod immediate ponitur in sensitiua par
te sit nobili⁹ aliqua forma immediate recepta in intellectu
3°. possibili. ❡ Tertio instatur: quia forma non dicitur perfecti
or eo ꝙ communicatur perfectiori perfectibili: patet hoc qꝛ
communicari accidit sibi. Tum etiam: quia talis perfectior
esset tantum denominatione extrinseca: quia a receptiuo si
ue a subiecto perfectiori ⁊ non denominatione intrinseca de
qua est sermo: quia dicimus ꝙ intellectio est in se formaliter
perfectior q̄ forma recepta in sensitiua parte aliter seque-
retur ꝙ relatio rationis que est subiectiue in subiecto perfe-
ctiori esset simpliciter nobilior intellectione que immediate
ponitur in subiecto imperfectiori: puta ꝙ relatio rationis sit
in natura angelica. intellectio sit in itellectu humano quod
non videtur. intelligitur ergo de perfectione intrinseca ⁊ for
4°. mali. ❡ Quarto instatur sic. quia si intellectio ideo est nobi
lior: quia in subiecto nobiliori siue quia est perfectio subiecti
nobilioris statim sequitur. ꝙ omnis itellectio perficiens eū
dem intellectum sit eque perfecta hoc nō videtur verum: qꝛ
vna itellectio est nobilior alia: puta illa que est perfectioris
5° obiecti. ❡ Quinto instatur: quia visio albi videtur simplici
ter nobilior notitia abstractiua eiusdem albi ⁊ tamen notitia
abstractiua est in intellectu: ⁊ visio in potentia visiua: ante-
cedens patꝫ. quia illa terminatur ad obiectum actu existēs
⁊ notitia terminatur ad obiectum non vt existens: ergo vi-
sio erit simpliciter nobilior notitia abstractiua eiusdeꝫ albi.
6° ❡ Sexto instatur sic. si itellectio est nobilior: quia perfectio
nobilioris nature: sequitur ꝙ intellectio quam habet intelle
ctus de lapide erit nobilior intellectione quam habet homo
de eodem lapide. consequens falsum: quia ille intellectiōes
sunt eiusdem speciei. quia eiusdem obiecti. antecedens pa-
tet: quia natura itellectualis angeli est multo excellētior na
7° tura intellectuali hominis. ❡ Septimo instatur sic. illa
operatio est simpliciter perfectior que est propinquior et
immediatior sue mensure perfectionali: q̄ illa que est remo-
tior: sed albi visio actualis est propinquior et immediatior
ipsi albo vt obiecto mensuranti q̄ intellectio eiusdem ab-
stractiua: ergo talis visio erit simpliciter perfectior intelle-
ctione. maior patet: quia perfectio mēsurabilium est penes
accessum ad suam mensuram perfectionalem: vt patet etiā
a Docto. minor patet: quia visio immediate causatur ab al-
bo ⁊ intellectio eiusdem remotissime ab illo causatur: vt su-
pra patuit questione. 13. ergo visio immediatius imitatur ip
8° sum album vt mensuram suam q̄ intellectio eiusdē. ❡ Oc-
tauo instatur sic. Illa operatio est simpliciter nobilior ⁊ per
fectior que respicit idem obiectum sub nobiliori conditione
q̄ illa que respicit idem obiectum non sub illa conditione no
biliori. Sed visio albedinis respicit ipsam simpliciter in esse
realis existentie et vt singularis que singularitas sicut ad-
dit perfectionem nature singularis: vt patet a Docto. in pri
mo dist. 5. q. 2. ⁊ in 2°. dist. 7. ⁊ questione. 11. ita cognitio sin-
gularitatis videtur habere aliqualem perfectionem. et hoc
patet a Docto. in secundo distinctione. 3. questione. 11. intel-
lectio vero eiusdem albedinis abstractiua non respicit eam
secundum suum esse realis existentie nec vt singularem que
sunt conditiones multo excellentiores q̄ habere esse tantū
obiectiuum siue possibile quod esse respicit ꝓprie notitia ab
stractiua: vt patet a Docto. in questione. 13. quoli. maior pa
tet. quia actus specificatur ab obiecto: vt patet a Docto. in
primo. distinctione. 3. questione. 7. ⁊ presenti questione im-
mo actus capit nobilitatem ab obiecto: vt patet a Doct. in
primo. distinctione. 3. questione. 7. et quanto respicit ob-
iectum sub conditionibus nobilioribus tanto nobilior dici-
tur: vt patet a Docto. in tertio distinctione. 27. vbi vult ꝙ
amor qui respicit deum sub ratione deitatis sit perfectus: qꝛ
respicit ipsum sub nobilissima conditione. Hoc idem in pro-
lo. questione. 3. vbi vult ꝙ notitia theologica que respicit ob
iectum theologie sub perfectissima ratione ⁊ conditione sit
nobilissima ⁊ perfectissima. ❡ Nono instatur sic. si intelle-
9° ctio est perfectior absolute: quia est perfectio nobilioris na-
ture. quero aut hoc intelligitur: quia immediate recipitur in
nobiliori natura aut quia perficit nobiliorem naturam: ali-
ud non videtur dandum. Sed nullo istorum modorum: se-
quitur propositum: ergo, non primo: quia vt supra dixi for-

ma perfectior ipsa intellectione immediate informat natu-
ram imperfectiorem: vt patet de forma substantiali. non
secundo patet: quia a natura ignobiliori potest immediate
causari effect⁹ nobilior q̄ intellectio: patet quia ab igne q̄ ē
imperfectior natura intellectuali immediate causatur sub-
stantia que est perfectior omni accidente vt patet per philo
sophum. 7. meta. tex. commēti quarti. Immo substantia se-
parata a materia que est perfectissima inter omnes substā-
tias creatas non potest immediate causare aliquam substā
tiam nec immediate transmutare materiam ad formam: vt
supra patuit questione. 7. Non tertio: quia aliqua forma es
sentialiter ⁊ formaliter perfectior intellectione immediate
perficit naturam ignobiliorem. patet de anima intellectiua
que immediate perficit corpus organicum quod tamen est
imperfectius intellectuali natura. ❡ Decimo instatur sic. 10
Si intellectio est perfectior eo ꝙ nobiliorem perficit naturā
sequitur ꝙ illa operatio erit simpliciter perfectior que poni-
tur perfectio nobilioris potentie siue intelligatur ꝙ subiecti
ue sit in nobiliori potentia siue ꝙ sit immediate elicita a no-
biliori potētia siue ꝙ sit formaliter perfectiua nobilioris po
tentie. Sed quocunqꝫ istorum dato non sequitur ꝙ opera-
tio nobilioris potentie sit simpliciter perfectior operatione
ignobilioris potentie. probatur quo ad singulas partes: qꝛ
aliqua est volitio potentie volitiue oio ignobilior aliqua in-
tellectione potentie intellectiue que potentia intellectiua vt
supponit ⁊ probatū est in quarto dist. 49. est formalr imp-
fectior potentia volitiua. ꝙ aūt aliqua intellectio sit perfe-
ctior patet in multis: quia cognitio distincta vltimi finis est
simplr perfectior volitione lapidis. Tum quia terminat sim
pliciter ad obiectū perfectius. Tum quia imediatius potē-
tia intellectiua per illam coniungitur obiecto perfectissimo:
q̄ potentia volitiua volitione qua vult lapidē. mō sic imme
diate coniungi fini vltimo est singularis perfectio in opera-
tione sic ꝯiungente: vt patet a doct. supra. q. 13. quoli. art. 1.
⁊ scdo. hoc idem in quarto. di. 10. ⁊. 49. intellectio ergo ta-
lis siue accipiat: vt est subiectiue in intellectu siue vt causa-
ta ab itellectu: siue vt formalr perfectiua intellectus ē sim-
pliciter perfectior ipa volitione lapidis: siue consideret iquā
tū est subiectiue in voluntate: siue inquantū causata a volū
tate: siue inquantum perfectiua volūtatis. Hoc etiam patꝫ
a doc. in ꝓlo. q. vlti. vbi concedit ꝙ aliqua intellectio sit for-
maliter nobilior aliqua volitione. Patet etiaꝫ: qꝛ nolitio ob
iecti q̄ ponitur actus posituus voluntatis. vt patet a doc. i
pmo. d. prima. ⁊. d. 47. ⁊ in scdo. d. 6. q. 2. ⁊. disti. 42. et in
tertio. d. 30. ⁊ in quo. que nolitio ponit formaliter perfectio
potentie volitiue: non est formaliter perfectior omni intel-
lectione vt patet per multas intellectiones discurrendo.
❡ Posset etiaꝫ principaliter instari contra hoc quod dicit
in hoc dicto. s. ꝙ natura intellectualis est simpliciter perfe
ctior natura sensitiua. qꝛ licet sit verum vbi intellectiua et
sensitiua distinguuntur: tamen vbi eadem est anima in eo-
dem posset multum dubitari sed h̄ pretermitto pro nunc
alias forte declarabitur. ❡ Respondeo ad omnes instan-
tias premittendo aliqua. primo ꝙ doc. non loquitur hic de Nota inge
quacūqꝫ perfectione simpliciter accepta sed precise de per- niosā i doc
fectione secunda adueniente nature habenti esse perfectū. tore decla
et sic non loquitur de perfectione que nata est esse pars es- rationem.
sentialis alicuius sicut sunt forme substantiales que lꝫ per
ficiant materiam tamē vltra hoc sunt partes intrinsece cō
positi per se. de istis ergo non est sermo, sed precise est ser-
mo de perfectionibus aduenientibus nature habenti esse
completo. Secundo premitto ꝙ natura quelibet habet suā
perfectionem natam sibi competere: ⁊ hoc patet in omnib⁹
naturis dicentibus perfectioneꝫ: quod dico: qꝛ aliquod ens
est ita vltimate imperfectum ꝙ non ordinatur ad vlteriorē
perfectionem nature: vt patꝫ de relationibus: vt dicit doc.
Et sicut est ordo in naturis natis perfici perfectione secū-
da: ita videtur ꝙ sit ordo in perfectionibus secundis: ita ꝙ
natura perfectibilis perfectior nata est etiam habere per-
fectionem respectus perfectiorem. vt patet discurrendo in
naturis. Et non loquor hic precise de naturis que specie
distinguntur. quia vna potentia visiua specie distincta ab
alia circa idem obiectum non habent visionem specie disti-
ctam: ita ꝙ sicut vna est perfectior potentia essentialiter
et quiditatiua alia ita ⁊ visio vnius sit quiditatiue perfe-
ctior visione alterius respectu eiusdem visibilis: potest ta-
men esse perfectior intensiue sed de tali non est presens ser
mo sed est sermo de perfectione secunda essentiali ⁊ quidi
tatiuaque specifice vel genere distinguitur ab alia. Est er
go sermo de naturis: siue specie siue genere distictis natis
habere perfectionem eiusdem rationis sicut dicimus ꝙ om

nes potentie sensitiue conueniunt in hoc ꝙ nate sunt habere operationes sensitiuas vt vltimas perfectiones secundas. Et omnes potentie intellectiue nate sunt habere intellectiones eiusdem rationis sic ꝙ conueniunt quiditatiue in conceptu ĩtellectionis. Et sic dicimus ꝙ potentia intellectiua que est perfectior omni potentia sensitiua nata est habere perfectionem secundam cuiuscunqꝫ potentie sensitiue: et sic dato quocunqꝫ intellectu etiam infimo in natura intellectuali est perfectior essentialiter omni potentia sensitiua etiam perfectissima ⁊ sic ille intellectus natus est habere perfectionem secundam excedentem omnem secundam potentie sensitiue. ¶ Tertio premitto ꝙ perfectio secunda nature mere intellectualis est essentialiter ⁊ formaliter perfectior omni pefectione secunda nature sensitiue ⁊ non est sic ꝑfectior: quia precise fundatur ĩ tali natura sic perfecta: quia tunc sequeretur ꝙ omnis perfectio fundata ĩ tali natura nõ esset eque perfecta. immo si per impossibile intellectio fundaretur immediate in potentia visiua ⁊ visio immediate fundaretur in intellectu: adhuc intellectio esset essentialiter perfectior visione. Nec ꝑcise dicitur perfectior. quia causata a tali natura perfectiore: quia tunc quodlibet causatum ĩmediate a tali natura esset eque perfectum. immo si esset immediate ab alio causata esset eadem que nunc: quia respectus ad aliam ⁊ ad aliam causam non variat rationem formalẽ rei: vt patet a doc. in pluribus locis. Nec precise dicitur perfectior: quia immediate perficit naturam perfectiorem: qꝛ tũc relatio aliqua eẽt eque perfecta que ĩmediate perficit creaturam intellectualem. Est ergo perfectior formaliter. quia precise talis entitas: ⁊ nulla alia causa videtur assignanda manifestatur tñ illa perfectio qꝛ ẽ ꝑfectio nature ita ꝑfecte Intelligit ergo doctor ꝙ natura intellectualis vt huiusmodi nata est habere perfectionem secundam excellentiorem omni perfectione secunda nata competere nature mere sensitiue. ⁊ maxime illa perfectio secunda precipue est perfectior qua natura nata est coniungi perfectissimo ꝯtẽto sub adequato eius obiecto.

ad rões cõtra primũ.

¶ Istis premissis patet rñsio ad instantias. Ad primã dico primo ꝙ intelligitur de perfectione secunda: que nõ est nata eẽ pars essentialis alterius. Dico secundo ꝙ intellectio dicitur perfectior omni perfectione secũda nature sensitiue: quia talis entitas ⁊ non precise quia est perfectio talis nature.

ad secũdũ.

¶ Ad secundum dico: ꝙ species ĩtelligibilis non causatur a phãtasmate vt a causa totali: qꝺ requiritur ad hoc vt cã equoca sit perfectior suo effectu. Cum queritur a quo causatur. Dico ꝙ partialiter a phantasmate ⁊ partialiter ab intellectu agente: vt infra patebit presenti. q. ⁊ supra patuit. ⁊ in primo. dist. 3. q. 8. Cum dicitur ꝙ secũdum totum esse est ab vtraqꝫ causa. admittitur sed non seorsum sumptis sed simul concurrentibus: ita ꝙ alia nõ causante effectus non erit. concluderet bene si precise ab vna: ita enim ille effectus est a duabus simul sumptis ꝙ quacũqꝫ minima entitate illius effectus assignata precise est a duabus simul sumptis: licet tamen principalius ab vna qꝫ ab alia: vt satis patuit in primo. dist. 3. q. 8. ⁊ patet presenti questione.

ad tertium

¶ Ad tertium cõcedo: ꝙ intellectio nõ dr̃ perfectior ex hoc solo ꝙ ꝯmunicatur nature perfectiori: immo sic cõmunicari presupponit totam perfectionem illius qꝺ ꝯmunicatur verum tamẽ est: ꝙ ei⁹ perfectio aliqualiter manifestat̃ eo ꝙ nature perfectioris ponitur esse perfectio.

ad quartũ.

¶ Ad quartũ: patꝫ responsio ex supra dictis: quia precise non dicit̃ ꝑfectior: qꝛ sic perficit.

ad quintũ.

¶ Ad quintũ. Dico ꝙ notitia abstractiua est nobilior quacunqꝫ sensitiua. Cum probatur ꝙ sensitiua terminatur ad exñs: dico ꝙ ex hoc solo non dicitur perfectior: qꝛ ꝑ⁹ dicit̃ intellectio formaliter perfectior qꝫ ĩtelligat̃ ad aliꝺ emanare. ¶ Et cuꝫ dr̃ ꝙ est perfectioris obiecti hoc nihil ẽ qꝛ intellectio est a perfectiori potẽtia: et vltra dico ꝙ ex sua natura est perfectior: vnde etiã dico ꝙ quando ab eodem ꝑcise obiecto causat̃ visio ⁊ ĩtellectio vtraqꝫ habet ab obiecto effectiue suã perfectionẽ sibi competẽtem sic ꝙ ĩtellectio nata causari ab obiecto. a. necessario causatur vt perfectior qꝫ causet̃ visio ab eodẽ obiecto ⁊ tunc obiectũ illud est suo modo illimitatũ ad plures effectus quorum vnus necessario ẽ perfectior alio.

ad sextum et septimũ.

¶ Ad sextũ: patet responsio ex supra dictis ¶ Ad septimũ dico ꝙ intellectio potest habere duplicẽ mẽsuram vnã essentialem ⁊ aliã per similitudinem imitationis

intellectionis mẽsura duplex.

De prima vera est ꝓpositio: quia proprie mẽsura essentialis est mensura sm̃ quantitatem virtutis: ⁊ hoc modo in genere operationum intellectio si nõ est prima saltẽ est propinquior prime qꝫ aliqua sensitiua. Et similiter si oẽs operationes ꝯparent̃ prime operationi infinite in diuinis intellectio simpliciter est propĩquior qꝫ aliqua sensitiua. Dico scđo ꝙ etiã loquendo de mensurabili sm̃ similitudinem imitationis adhuc intellectio est perfectior similitudo naturalis obiecti secundum imitationem qꝫ sensitiua. Et cum dicitur ꝙ sensitiua terminatur ad existens: vt existens: dico ꝙ precise habet̃ ꝙ tũc includit relationẽ realem mensurabilis ad ipsum obiectũ: ⁊ intellectio quãdo obiectũ actu non existit includit tñ relationẽ realem aptitudinalem siue potentialem mensurabilis ad ipsum obiectũ: ⁊ qñ obiectum actu existit includit actualem realem: tamen siue includat relationẽ realem siue non intellectio ex sua natura est magis similitudo obiecti naturalis secũdũ imitationẽ qꝫ aliqua operatio potentie sensitiue. Et de hac mensura prolixe dixi supra. q. 13.

¶ Ad octauum patꝫ rñsio ex supradictis: quia dicitur perfectior ex sua natura intrinseca et non ex hoc solo ꝙ terminatur ad obiectum sub conditionibus nobilioribus. bene tamẽ verũ est ꝙ si loquamur de operationib⁹ eiusdem generis: puta intellectionibus ꝙ illa intellectio est simpliciter perfectior q̃ terminatur ad perfectius ĩtelligibile siue ad idem ĩtelligibile sub conditionibus ꝑfectioribus qꝫ alia que terminatur: vel ad ĩperfectius intelligibile vel ad idem sub conditionib⁹ imperfectioribus. ¶ Ad nonũ patet responsio ex supradictis: qꝛ scꝫ ex natura sua formali est perfectior. ¶ Ad vltimũ. Dico primo ꝙ forte omnis actus volubilis erit perfectior si tenet̃ ꝙ actus voluntatis ex natura sua sit perfectior. Dico scđo ⁊ melius ꝙ aliud est loqui de potẽtijs partis intellectiue vt intellectiue ⁊ aliud de potentijs intellectiue vt ꝯparãtur ad sensitiuam: qꝛ primo modo si accipiatur ĩtellectio perfectissima ⁊ volitio perfectissima. puta visio ⁊ fruitio eiusdẽ: fruitio ex natura sua est simpliciter ꝑfectior visione. Et hoc mõ dicit doc. in prolo. q. vltima ꝙ debet fieri ꝯparatio perfectissimi in vna specie ad perfectissimum in alia specie. vide ibi. sic est in ꝓposito. Ex his patet solutio ad omnes instantias

¶ Secundo principalr̃ contra secundum instatur: probando ꝙ posito ꝙ idem actus intelligendi sit omniũ intelligibiliũ etiam si intelligibilia essent actu infinita et simul eodem actu intellecta ꝙ talis actus intelligendi nõ esset infinitus formaliter ⁊ intensiue. — ad octauũ. cõtra scđm dubiũ istat̃ primo.

Et primo arguit̃. eũdem actũ simul eẽ pluriũ obiectorũ est simul habere plures respect⁹ ad illa obiecta qꝛ plures terminationes siue transitiones super illa obiecta Sed idẽ habere plures respect⁹: siue rõnis: siue reales. ex hoc nõ est perfectius intensiue. patet: quia si idẽ albũ includeret actu infinitas similitudines ad ĩfinita alba nõ esset infinitum formaliter. Sic dico in ꝓposito ꝙ eodeꝫ actu intelligendi simul intelligerem infinita obiecta simul habere infinitos respectus ad illa: ⁊ sic non seqtur ipsum eẽ actu infinitum intensiue.

¶ Scđo instatur ⁊ pono ꝙ actus intelligendi diuinus nõ sit in se formaliter infinitus: ⁊ ꝙ tñ il- 2°
le actus sit infinitorꝫ obiectorum non sequitur tunc. ꝙ sit infinitus intensiue: qꝛ si sic tunc eius ĩfinitas depẽderet ab aliquo extrinseco: qꝺ est simpliciter impossibile. Confirmatur qꝛ si actus intelligendi diuinus non esset obiectorum scđariorꝫ adhuc esset formaliter infinitus: ⁊ patet de facto: qꝛ in primo instanti quo terminatur ad essentiam est formaliter infinitus: ⁊ tñ in illo instanti non est ad obiecta scđaria: vt supra patuit in 2°. di. 1. q. 1. ⁊ in ꝓlo. q. penul. ⁊ di. 39. et alibi si ergo non diceretur formaliter infinitus ex hoc quod esset ad obiecta ĩfinita.

¶ Tertio instatur ⁊ pono ꝙ sint in-
finita obiecta eiusdem speciei vt puta actu infinite partes 3°
eiusdem ꝯtinui que obiecta sint eque perfecta: ⁊ ꝙ eodẽ actu simul ꝑfecte intelligantur: sed ꝙ non sint intelligibilia: q̃ro tũc aut ille actus ex hoc est formaliter infinitus. aut non Si scđo habetur intentuꝫ. Si dicatur ꝙ debet ĩtelligi de infinitis obiectis specie distinctis. Contra: qꝛ doc. in primo. di. 2. parte. 1. q. 1. in illis preãbulis: vbi ꝓbat intellectum diuinum esse formaliter infinitum: qꝛ intelligit actu infinita ⁊ exemplificat ibi de infinitis partibus continui. ergo. Si primo. Contra quia tanta perfectio precise requiritur ad cognoscenduꝫ plura eque perfecta ⁊ eiusdem speciei sicut ad cognoscendum vnum: patet. quia si idem calor produceret duos calores tanta perfectio sufficeret ad producendum duos gradus: qꝫta ad producendum vnum gradum: siue vnum calorem. Sic in proposito.

¶ Quarto instatur sic. 4°
Idem intellectus creatus eodem actu intelligendi finito potest eque perfecte intelligere duo obiecta: ⁊ eque perfecte duo sicut vnum illorum seorsum. ergo ⁊ infinita: quia sicut patꝫ. quarto physicoruꝫ. tex. commenti. 55. Si duo corpora possunt simul esse in eodem loco. ergo ⁊ infinita. Et similiter si idem corpus p̃t simul esse in duobus locis: ergo ⁊ in infinitis: vt patet a doc. in 2°. dist 2. ⁊ in 4°. di. 10. q. 2 ergo sic videtur in proposito. Ergo idẽ actus infinit⁹ potest esse infinitorum obiectorum: antecedens patet. quia beatus eodem actu perfecte videt se in essentia diuina: ⁊ per=

fecte videt aliam quiditatem. Et confirmatur: quia voluntas diuina pōt causare in me actum intelligendi quo eque ꝑfecte videam duo obiecta. sicut vnū illoꝝ seorsum.
5° ¶ Quinto instatur: quia actus voluntatis est formaliter perfectior actu intellectus: ⁊ tamen si aliqua voluntas simul eodem actu vellet infinita obiecta: ille actus ex hoc non esset formaliter infinitus. Patet etiam de actu volūtatis diuine qui cōtingenter transit super obiecta volita: ⁊ tamen ex hoc nō est magis perfectus ꝙ transeat super mille: sicut super vnū: aliter adueniret sibi noua perfectio si transiret super plura: qđ est impossibile. ergo erit simile de eodem actu itellect⁹ creati.
6° ¶ Sexto instatur sic. intellectus creatus eodem actu formaliter finito potest intelligere distinctissime obiectum infinitum intensiue. ergo eodem actu potest infinita obiecta ꝫ numerum ⁊ in se formalr̄ finita perfecte intelligere. dico eodem actu finito. Antecedens conceditur a doct. ⁊ consequētia patet. quia non minor perfectio requiritur in actu quo cognoscitur infinitum intensiue q̄ȝ infinitum scđm numerū. immo maior: quia simpliciter maior perfectio obiecti.
7° ¶ Septimo instatur: quia si infinita perfectio est in actu intelligēdi qui ponitur esse infinitorum obiectorum simul. ergo si ponatur idem actus intelligendi esse simul simpliciter scđm numerum: vt puta ꝙ sit actu infinitarum partium continui. a. ⁊ infinitarum partium continui. b. ⁊ sic de alijs: vel ꝙ sit simul infinitorum hominum: infinitorum equorum ⁊c. Tunc ille actus adhuc erit perfectior: ⁊ sic perfectior infinito: qđ est impossibile.
8° ¶ Octauo instatur sic. intellectus angeli eodem actu perfecte potest intelligere. puta lapideȝ q̄ȝtum est intelligibilis. ita ꝙ intuitiue perfecte videt ipsum lapidē q̄ȝtum est intuitibilis: ⁊ videt eodem actu finito. ergo eodem actu finito videt simul infinitas partes lapidis cum sit diuisibilis in infinitum: ⁊ tamen ille actus erit simpliciter finit⁹. Antecedens patet: quia intellectus angeli potest intelligere omne creatum q̄ȝtum est intelligibile: ⁊ ꝙ vnico actu. patet. quia lapis ponitur vnum obiectum integratum ex omnibus partibus eius. Consequentia patet: quia non intelligeret distincte ⁊ perfecte ipsum lapidem nisi simul perfecte intelligeret omnes partes: quia totum non distincte concipit̄ nisi simul concipiantur partes illius.
9° ¶ Nono instatur. Sicut idem obiectum simul potest intelligi infinitis intellectionibus. ergo idem actus potest esse infinitorum obiectorum. Antecedens patet. quia si idem obiectū esset presens simul infinitis potentijs intellectiuis intelligeretur. consequentia patet. qꝛ non apparet maior ratio de vno q̄ȝ de alio. ¶ Decimo instatur: quia actus intelligendi quo intellectus diui-
10 nus intelligit essentiam suam: est ita perfectus quando terminatur ad diuinam essentiam solam: sicut quādo terminatur ad infinita obiecta: ⁊ si nullo modo intelligeret infinita obiecta intelligibilia: adhuc esset formaliter infinitus: vt patuit in primo dist. 2. q. 1. partis prime. Ergo ex his patet ꝙ actus intelligendi in angelo etiam si esset infinitorum obiectorum non esset infinitus.

Rñsio ad instantias.

¶ Respondeo ad omnes instantias premittendo aliqua. Primo aliquid dicitur esse infinitum formaliter etiam quocunq̄ȝ alio extrinseco circūscripto stante sola ratione formali illius. Sicut essentia diuina: et breuiter omne infinitum intensiue: ⁊ sic intellectio intellect⁹ diuini: que est formaliter infinita: ⁊ necessario stante sola ratione formali illius omni alio circūscripto esset formalr̄ infinita.

Infinitum formalr̄ simpliciter.

actũ: ſed tm̄ per actum voluntatis quo actus acceptatur. Dicit doc. ꝙ iſte due relationes fundate in actu. p quas actus dicitur formaliter meritorius ſunt relationes rationis. de prima patet. qua actus acceptat̃ a deo. nam eſſe acceptatum. ſiue eſſe volitum dicit tm̄ relationem rationis. Sicut etiam eſſe cognitum. ex hoc enim ꝙ actus diuine voluntatis quo vult obiectum: terminatur ad ipſum obiectum. dicitur obiectum habere eſſe volitum: ⁊ talis relatio eſt tm̄ ens rationis: quia non oritur ex natura alicuius rei. Similiter ſecunda relatio q̃ fundatur in actu in ordine ad premium: qua actus non dicitur abſolute acceptus: ſicut mediante prima. ſed qua actus dicitur acceptus in ordine ad premium eſt tm̄ rationis: quia preciſe ineſt actui per actum diuine volũtatis acceptãtis actũ in ordine ad premium. ¶ Ibi. Nõ ſolũ eñ intellectus. Deinde doc. declarat quomodo per actuȝ voluntatis poteſt cauſari in obiecto relatio ratiõis: quia non in obiecto ex natura obiecti: quia tũc eſſet realis: ⁊ dicit ꝙ ſicut intellectus cognoſcendo obiectũ cauſat relationem rationis in obiecto. ita voluntas volẽdo obiectum ſiue acceptando cauſat relationem rationis. ⁊ hoc poteſt dupliciter intelligi tam in intellectu q̃ȝ in voluntate. vno modo intellectus cauſat relationem rationis in obiecto cognoſcendo illud in ſe. ita ꝙ obiectuȝ per actum cognoſcendi dicitur habere eſſe cognitum. ⁊ ſic obiectum vt cognitum habet relationem rationis ad actum cognoſcẽdi ⁊ talis relatio rationis non eſt ibi cauſata per actum comparatiuum quo comparat vnuȝ ad aliud: ſed ẽ cãta per actum rectum cognoſcendi qui terminatur ad obiectum. Et hoc eſt qd̕ dicit Doc. in primo. diſt. 35. ⁊. 36. ꝙ obiecta ſecundaria vt cognita abſolute dicunt relationẽ. ſ. rationis terminataȝ ad actum cognoſcendi ⁊ non econtra: niſi forte dicatur ꝙ actum cognoſcendi terminari ad aliud ⁊ aliud obiectũ dicat etiã reſpectum rationis vt videtur tenere Doc. in primo di. 3. ⁊. 9. ſed de hoc alias: ſicut ergo intellectus cognoſcendo obiectum: dicitur obiectum includere relationem rationis per actum cognoſcẽdi: que nihil aliud eſt niſi eſſe cognitum. Sic ſimiliter volũtas volendo obiectum ſiue acceptando dicitur tale obiectum habere relationẽ rationis: que eſt eſſe volitum ſiue eſſe acceptũ. Et ſi dicat̃ ꝙ obiectum eſſe cognitum vel eſſe volitum eſt tm̄ denominatione extrinſeca ⁊ non intrinſeca. nam per actũ cognoſcendi qui formaliter non eſt in obiecto cognito ſed in potentia cognoſcente dicitur obiectum eſſe cognitũ vt ptȝ a doc. in quarto. d. 1. q. 1. vbi vult ꝙ creatura in ĩtellectu diuino habet ſimpliciter pfectius ⁊ verius eẽ q̃ȝ ĩ ſe. Dico ꝙ doc. nõ negat ibi eſſe cognitũ ꝙ ſit relatio rationis intrinſece denominãs obiectũ. ſed denominatiõe extrinſeca bene dicit̃ creatura habere ſimpl'r verius eẽ in intellectu diuino cognoſcente q̃ȝ in ſe: quia dicitur eẽ in intellectu diuino per actũ intellectus diuini: q̃ eſt formaliter infinitus. pro quãto ergo denominatiõe extrinſeca denominat̃ a tali actu infinita: dicit̃ denominatiõe extrinſeca habere ſimpliciter veri⁹ eſſe q̃ȝ in ſe: vt ibi patet. Dico etiã ꝙ ſicut intellect⁹ poteſt cauſare relationẽ rõnis cõparãdo vnũ obiectum cognitũ ad aliud obiectum cognitũ: vt ſatis ptȝ. ſic ſimiliter volũtas põt cauſare relationem ratiõis comparãdo vnum obiectũ volitum. ¶ Et addit doc. ꝙ ratio cõmunis: quare intellect⁹ ⁊ voluntas poſſunt cauſare talẽ relationem rationis in obiecto eſt rõ immaterialitatis: q2. ſ. ſunt potẽtie immateriales ⁊ non organice. Sȝ hec nõ eſt p̃ciſa ratio: q2 et alique potẽtie organice ſenſitiue poſſunt cauſare relationem ratiõis non tm̄ cognoſcẽdo obiecta ſed etiã cõparando vnum ad aliud: vt ptȝ a doc. in primo. d. 4. ⁊. 5. ¶ Deinde doc. declarat. quomõ relatio cauſata p actũ voluntatis põt dici relatio ratiõis: ⁊ quomodo non. põt enim dici relatio ratiõis: vel quia cauſata a potentia rationali proprie accepta. vel quia cauſata a potentia rationali improprie accepta ſiue tm̄ participatiue. Prio modo relatio rationis dicitur tm̄ cauſari ab intellectu: qui ꝓprie dicitur potentia rationalis. Secũdo modo relatio cauſata per actum voluntatis poteſt dici rationis: pro quanto eſt a potentia rationali participatiue tm̄: que diſtinctio ſatis patet a doct. in primo. diſt. 2. Loquẽdo vero de relationibus cauſatis per actum aliarum potentia non poſſunt dici relationes rationis: quia nullo modo cauſat ea potentia rationali nec proprie: nec participatiue. proprie tamen loquendo de relatione cauſata per actum voluntatis talis relatio non dicetur relatio rationis. ſed magis relatio voluntatis vt etiam alibi patet a docto. ¶ Ibi vlterius meritoriũ. Hic doc. declarat duas alias conditiones requiſitas ad actũ meritoriũ. Prima eſt ꝙ actus meritorius ad hoc vt dicatur meritorius connotat ſiue preexigit vnam relationẽ rationis ad voluntatem ipſius merẽtis. vt libere elicientem vel imperantem actum. ideſt ꝙ nullo modo aliquis actus volũtatis ſiue elicit⁹ ſiue impatus poteſt eſſe meritorius: niſi includat hanc relationeȝ: qua dicatur libere elici: ſiue imperari. ⁊ intelligo de actu imperato vel reſpectu ipſius voluntatis vel reſpectu alterius potentie. Exemplum primi cum voluntas actu ſuo imperat ſibi vt eliciat actum. ſicut volens triſtari de peccato imperat ſibi diſplicentiam ſiue nolitioneȝ peccati: ita ꝙ talis nolitio dicitur actus imperatus: vt patet a doctore ĩ quarto. diſtin. 14. q. 2. Exemplum ſecundi. vt cum volũtas imperat alijs potentijs vt eliciant actum circa obiectum. Dicit ergo ꝙ nullus actus voluntatis ſiue elicit⁹ ſiue imperatus nunq̃ȝ acceptatur a deo vt meritori⁹ niſi ſit libere elicitus vel imperatus. nam hec eſt circunſtãtia cauſe neceſſario requiſita ad actum moralem ſciliȝ ꝙ actus moralis ſit libere elicitus vel imperatus vt pȝ a doc. in ſecundo. d. 40. ſed actum eſſe meritoriũ p̃ſupponit ipſũ actũ prius eſſe perfecte moralem: vt ptȝ a docto. ĩ ſecũdo. di. 7. ⁊ in p̃ſenti. q. art. 3. ¶ Secunda conditio requiſita eſt ꝙ requirit relationẽ rationis: ſiue habitudinem ad formã ſupnaturaleȝ qua acceptatur ip̃a pſona: vel potentia operans que ponitur eſſe gratia vel charitas: non enim actus alius acceptatur vt dignus premio: niſi perſona operans ſit accepta ſm̄ illud gene. quarto. reſpexit deus ad Abel ⁊ ad munera eius. prius ad Abel: ⁊ poſtea ad munera eius: quia non placet oblatio non dilecti: oportet ergo ꝙ actus meritorius ĩcludat hãc habitudinem ſiue relationem rationis ꝙ ſit elicitus a perſona non tm̄ libere eliciente: ſed vltra ꝙ tal' perſona ſit grata ⁊ accepta deo. ⁊ hoc per habitum ſupnaturalem qui ponitur vt quidam decor in anima per quem eſt grata ⁊ accepta deo in ordine ad vitam et'nã: vt dicit doc. in primo. dſt. 17. Nota tamen ꝙ hanc ſecũdam conditionem non requirit actus meritorius neceſſario ⁊ abſolute quaſi ſit ſimpliciter impoſſibile actum eſſe meritorium niſi ſit a perſona grata per habitũ ſupnaturalem: quia deus de potẽtia ſua abſoluta poſſet acceptare actum ⁊ perſonam elicienteȝ actũ in ordine ad vitam eternam ſine quocũq̃ȝ habitu ĩfuſo: vt clare ptȝ a doc. in primo. diſtin. 17. ſed hoc non poſſet de potẽtia ordinata. ¶ Ibi. Sed qualis requiritur habitudo act⁹ ad charitatem vt ſit meritori⁹. Deinde doc. declarat an actus dicatur meritorius ex hoc ſolo ꝙ libere elicitur a pſona habẽte charitatem: an vltra hoc requiratur aliud. Et dicunt quidam ꝙ ſufficit primo modo: quia ſi perſona eſt grata quilibet actus talis pſone erit grat⁹. ¶ Cõtra hoc Doctor inſtat: quia perſona habẽs charitatem põt elicere actum peccati venialis: quia peccatũ veniale ſtat cũ charitate: per quã ſemper perſona eſt grata: ſi ḡ quilibet actus eius eſſet meritorius vite eterne: tunc peccatũ veniale eſſet meritorium vite eterne qd̕ eſt abſurdum. ¶ Dicit̃ a tenentibus iſtam opinioneȝ: ꝙ bene quilibet actus perſone grate non includens aliquid repugnãs ad beatitudinem habendam eſt meritorius. mõ peccatũ veniale includit aliq̃d repugnans ⁊ ſic non eſt meritorius: vult ergo iſta opinio ꝙ omnis actus non includens aliquam circunſtãtiam mali ſi eſt a perſona habente charitatem ſemper eſt meritorius. ¶ Contra hãc reſpõſionem inſtat doc. probando ꝙ a perſona habente charitatem poſſunt eſſe multi actus non includẽtes aliquam circunſtantiam mali qui tamẽ nõ ſunt vere meritorij. quia habẽs charitatem põt elicere actum indifferentẽ: qui. ſ. nec erit actu malus moraliter: nec actu bonus moraliter: ptȝ: quia põt elicere aliquem actum non ordinando ipſum: nec actualiter: nec virtualiter ad vltimum finem: vt cũ quis põt in loco ſecreto facere ſermonem aliquem: nec actualiter: nec virtualiter ordinando ad vltimum finem. talis actus nõ erit moraliter bonus: quia non habet omnem circunſtantiam requiſitam: nec moraliter malus: quia non includit aliquam circunſtantiam mali: ſed erit actus tm̄ indifferens. ſ. nec bon⁹: nec

malus moraliter. ⁊ de tali actu vide que exposui super secundo doc. di. 7. ⁊ tñ ille actus indifferens nõ erit meritorius: patet: quia ratio meritorij preexigit actum moraliter bonum: vt patet a doc. in secundo d. 7. Et qđ dicit doctor actum ordinari virtualiter ad vltimum finem hoc est virtute alicuius actus immediate ordinati ad illum. Exempli gratia: quis vadit ad ecclesiã vt dicat aliquam orationem ordinando illam ad vltimum finem: quando actu orat distractus aliqualiter non cogitãs de fine dicit orationem que actu non ordinatur ad vltimuȝ finẽ: quia nec actu cogitat de illo: tamen illa oratio dicitur virtualiter ordinari ad vltimum finem quia tunc est elicita siue prolota in virtute alterius actus immediate ordinati ad vltimum finem. videlicet in virtute huiꝰ actus quo proposuit velle facere orationẽ in ordine ad deum: ⁊ de hoc vide doct. in quarto. d. 6. ¶ Dicit ergo doc. ꝙ ad hoc: ꝙ actus sit meritorius non sufficit ꝙ habeat charitatem inexistentem: sed vltra hoc requiritur ꝙ talis actus eliciatur a voluntate ſm inclinationem charitatis inexistentis: ⁊ charitas nunꝗ̃ inclinat nisi ad actum moraliter bonum vt patere potest ex his que dicit doc. in secũdo. d. 7. ⁊ ꝙ hoc requirat actus meritoriꝰ clariꝰ pȝ a doc. ĩ p̃mo. d 17. ¶ De t̃tio pricipali. s. an dilectio nãlis ⁊ dilectio meritoria differãt spẽ. ⁊ dicit ꝙ non differũt specie: ⁊ hoc loquendo de per se dr̃ia quã important per se ratio naturalis ⁊ ratio meritoria: non auteȝ per accidens: de differentia. s. aliqua concomitante: puta differentia obiectorum: vel aliqua tali intelligendo etiam de differentia actus specifica in esse nature. vult dicer e. an rõ formalis qua actus dicitur naturalis: ⁊ ratio formalis qua actus dicitur meritorius differant specie. i. an iste relationes differãt specie: quarnm vna formaliter inest actui naturali: per quam dicitur actus naturalis: ⁊ alia inest actui meritorio per quam actus dicitur formaliter meritorius. ex hoc patet ꝙ loquitur de ratione formali meritorij in se: ⁊ de ratiõe formali naturalis in se: ⁊ non per accidens. s. de differentia aliqua concomitante: puta de differẽtia obiectorum vel aliqua tali: puta: quia ratio meritorij respicit ꝓ obiecto premiuȝ eternum ⁊ ratio naturalis non: vel quia ratio meritorij respicit deum vt acceptantem. ratio naturalis non: vel etiam: quia ratio meritorij respicit habitum charitatis pro principio productiuo vel inclinatiuo: ratio actus naturalis non: sed potest esse a sola voluntate vel a solo habitu naturali: vel quia ratio meritorij respicit agens supnaturale. ratio autem naturalis tm̃ agens naturale. ⁊ omnes iste differentie dicunẗ accidere rationi meritorij ⁊ rationi naturalis: ⁊ sũt extrinsece. non enim agens supernaturale vel premiuȝ eternũ vel Deus vt acceptãs: formaliter denominat illam relationem rationis in qua formaliter consistit rõ meriti. licet ergo agens supernaturale ⁊ naturale differãt specie ad inuicen: non tamen sequitur ꝙ ratio per se meritorij que respicit agens supnaturale. ⁊ ratio per se naturalis que respicit agens naturale: dicãtur per se differre specie sed tm̃ per accidẽs denominatione extrinseca. ⁊ de tali dr̃ia non loquiẗ hic. Et h̄ est qđ dicit Doc. ibi. Non auteȝ per accidẽs de differẽtia. s. aliqua cõcomitante: puta de differentia obiectorum vel aliqua tali ⁊c. que differentia: vt aliquid extrinsecum concomitatur rationẽ meritorij. Et ꝙ addit ibi. intelligendo ẽt de dr̃ia actus specifici in esse nature vult dicere ꝙ actꝰ dilectiõis naturalis precise acceptꝰ ſm substãtiã ⁊ intensionem vt prior relatione qua dr̃ naturalis: que per accidens inest actui: ⁊ actus dilectiõis meritorie precise acceptus ſm substãtiã ⁊ intensionem actus. vt prior relatione: que inest illi actui per accidẽs per quam dicitur meritorius: isti actus sic absolute considerati ĩ suo esse nature. siue vt precise sunt due qualitates absolute nõ differũt specie. Sunt ꝉ due cõclusiones: prima est de ratiõibus formalibꝰ per se meritorij ⁊ per se naturalis: q̄ ratiões insunt actibus. alia ẽ de ipsis actibus absolute cõsideratis: ⁊ vult ꝙ nec actꝰ absolute cõsiderati differãt spẽ: nec similiẗ rõ ꝑ se naturalis: ⁊ rõ ꝑ se meritorij q̄ insunt actibꝰ differãt specie. Aduerte etiam: ꝙ quãdo dicit ꝙ talis actus non differunt spẽ: puta dilectio naturalis ⁊ meritoria vt sũt simpl'r eiusdẽ obiecti: quia nulli dubiuȝ ꝙ dilectio hoĩs ⁊ dilectio dei differũt spẽ: tenendo ꝙ dilectio sit partialiẗ ab obiecto: vt videẗ tenere doc. in secundo. d. 25. loquitur ꝉ de dilectione eiusdem obiecti. s. ꝙ dilectio dei naturalis ⁊ dilectio eiusdem meritoria nõ differunt specie. ¶ Ibi. Hec conclusio sic intellecta ⁊c. Hic do. prio probat ꝙ actus dilectionis non diciẗ distingui spẽ. nec per rationẽ naturalis: nec per rationẽ meritorij. i. ꝙ dilectio dei absoluta que distinguiẗ spẽ a dilectione lapidis naturali. non diciẗ distĩgui specie per se ꝑ rationem meritorij: nec dilectio lapidis dicitur distingui specie a dilectione dei ꝑ rationem naturalis: patet: quia forma absoluta non distinguiẗ formaliter specie per aliquã relationẽ. siue ꝑ aliquem respectũ. Tum quia tunc respectꝰ esset de ratione formali ⁊ quidditatiua absoluti. qđ sepe improbatũ est a doc. Tum quia diuersoꝝ gñm ⁊ non subalternatiȝ positorum: sũt diuerse spẽs differẽtes: sed dilectio ⁊ respectꝰ ꝑtinent ad diuersa genera: patet: quia dilectio ẽ qualitas absoluta. vt probatũ est supra. q. 13. ⁊ pertinet ad genꝰ qualitatis ad qđ genus non pertinet respectꝰ. ¶ Ibi. Si istius rationis altera p̃missaꝝ negaretur: puta: quia forte ista negaretur ꝙ actꝰ dilectionis sit qualitas absoluta: cuius tamen oppositũ subtiliter est ostensum. q. 13. posito tamen ⁊ non concesso ꝙ actus dilectionis non sit forma absoluta: sed respectiua realis tamen adhuc dicit doct. ꝙ saltem iste due propositiones sũt vere scilicet ista. nulla res preter opus intellectus siue absoluta siue relatiua dicitur per se distingui specie per solum respectum rationis siue per respectum non realem: aliter respectus rationis esset de quidditate respectus realis quod est impossibile. Et similiter ista est vera. ratio meritorij. vt huiusmodi: non importat formaliter nisi respectum rationis: siue vnum: siue plures non curo: quia precise dicit respectuȝ rationis ad voluntatem acceptantem: ⁊ ad premium retribuendũ: vt supra patuit Stat ergo ratio scilicet ꝙ nulla dilectio etiam posito ꝙ tm̃ sit relatio realis potest distingui spẽ ab alia per respectum meritorij: siue per respectum naturalis. ¶ Ibi. Diceretur ꝙ ⁊ si iste rõnes concludãt ꝙ nõ distĩguitur actus ab actu ĩ gñe nature. i. ꝙ actꝰ dilectionis naturalis p̃cise acceptus ſm substantiam ⁊ intensionem actꝰ: ⁊ actus dilectionis meritorie precise acceptus secundũ substantiã ⁊ intensionem: qđ idẽ est dicere ꝙ in gñe nature: isti actus sic accepti non differunt specie ab inuicẽ tamẽ possunt distingui in genere moris: puta ꝙ dilectio naturalis vt est actus moralis includens omnem circũstantiam requisitam ad actum moralẽ: vt sic distinguiẗ specie ab actu meritorio formaliter accepto: quia ratio moralis cum dicat tm̃ circũstantias actus dicit precise respectum. ⁊ forte aliqua circunstãtia: vt circũstãtia finis. dicit tm̃ respectũ rationis: patet: quia ꝙ aliquis velit hũc actũ ꝓpt' hũc finẽ nõ videẗ diceř ĩ actu nisi řlõnẽ voliti ⁊ per actum voluntatis ad talem finem relati: cũ ergo relatio per quam actus dicitur moralis ⁊ relatio ꝑ quam actus dicitur moralis: et relatio per quam actus dicitur meritorius differant specie. sequitur ꝙ actꝰ moralis differat specie ab actu meritorio. ¶ Ibi. Contra hoc. Hic doctor instat: adhuc probando ꝙ actus dilectionis naturalis vt perfecte moralis: non differat specie ab actu dilectionis meritorie: vt perfecte meritorie. Et anteꝗ̃ formem rationem declaro vnum dictum scilicet quid dicatur proprium potentiale respectu forme Dicitur proprium potentiale: respectn forme: quando talis forma non est nata recipi: nisi in tali potentiali: nã corpus organicum vt precise habens talia ⁊ talia organa: qualia habet corpus humanum est ita proprium potentiale: siue susceptiuum anime intellectiue: quod illa non posset in alio corpore recipi. ⁊ breuiter dicitur proprium potentiale forme specifice quod natum est facere cum tali forma per se vnum in genere. Dicit mõ doc. ꝙ proprium potentiale ad formam specificam: non distinguitur specie ab illa: patet ista: quia qđ distĩguiẗ specie ab alio est per se complete in aliquo genere sed qđ ẽ proprium potentiale siue receptiuũ forme specifice nõ est per se: ⁊ completiue in aliquo genere: sed tm̃ reductiue. quia partes compositi essentialis sunt tm̃ reductiue in genere: vt patet a doctore in secundo. distin. prima q vltima. tale ꝉ potẽtiale non distĩguiẗ spẽ a forma specifica ad quã ẽ ĩ potẽtia: ⁊ hoc pȝ ꝑ exẽplũ do. Si aĩal eẽt tm̃ ꝯstitutũ per formã animalis ⁊ non per formã specificã sub aĩali: illud nõ eẽt distinctũ specie ab aliqua spẽ sub aĩali: quia esset propriuȝ potentiale respectu forme

specifice: vult dicere: ꝙ ex quo animal est genus ad omnes species contentas sub animali: per consequens per aliam ⁊ aliam differentiam est contrahibile: ad aliam ⁊ aliam speciem: ita ꝙ animal est potentiale respectu differentiarũ cõtentarum sub eo. si ergo animal precise cõstitueret aliquid sub animali per solaꝫ formam animalis: puta ꝙ tale constitutum precise includat formã animalis: ⁊ non aliam formam specificam contentã sub animali: tale sic constitutum nõ esset distinctum specie ab aliqua specie sub animali: quia illud tale esset in potentia ad formam specificam sub animali. sic est in proposito: quia actus ꝑfecte moralis est proprium susceptiuuꝫ ⁊ potentiale ipsius meritorij. non pt ergo ĩmediate recipi: nisi in actu perfecte morali: vt patet a Doc. in secundo di.7. Si ergo actus meritorius: vt meritorius esset per se in aliquo genere: tunc actus moralis. vt moralis cum sit proprium potentiale respectu meritorij nõ posset distingui specie a ratione meritorij. ¶ Ibi. Dicereť ꝙ tũc actus moralis. Hic Doc. adhuc arguit: ꝓbando ꝙ actꝰ moralis acceptus in specie moris: vt. s. est actus virtutis moralis: nõ distĩguať spẽ ab actu meritorio accepto: vt est actus virtutis supernaturalis. s. charitatis: qđ tamen est falsum ꝙ autem distinguãtur specie isti actus: probatur: quia actus distingũtur specie quoruꝫ habitꝰ: qui vel inclinãt ad huiusmodi actus vel sunt principia elicitiua eorũdem actuum specie distinguntur: hoc ptꝫ discurrendo quasi per omnes habitus specie distinctos sed habitus virtutꝫ supernaturalis: puta charitas ⁊ habitus virtutis moralis. puta habitus amicitie distingũtur specie: ⁊ hoc in genere moris. s. inquãtum sunt actꝰ talium virtutũ. i. ꝙ actus virtutis moralis acceptus in genere moris: siue vt est moralis distinguitur specie ab actu meritorio: quia actus meritorius est supernaturalis: ⁊ moralis est actus naturalis accipiendo naturale: prout est in potestate voluntatis: vt supra patuit. ¶ Respondet doctor ꝙ actus moralis: puta dilectio dei perfecte moralis: prouť. scilicet includit omnem circunstantiam pertinentem ad actum moralem: est proprium potentiale respectu dilectionis meritorie: ita ꝙ ratio meritorij non est nata immediate recipi nisi in actu perfecte morali: sicut eťn dilectio: vt nude accepta. i. vt caret omni constantia morali est proprium potẽtiale respectu omnis circunstantie pertinentis ad actũ moralem: ita ꝙ ẽ vere perfectibilis omni circunstantia morali. primo enim est perfectibilis circunstantia obiecti: ⁊ deinde vlterioribus circunstãtijs requisitis ad actũ moralem: sic talis dilectio perfecte moralis erit propriũ potentiale actus meritorij siue rationis formalis: per quã talis dilectio perfecte moralis dicitur meritoria. ⁊ hoc clariꝰ patebit ĩfra. d.18. arti.1. ⁊ ĩ scđo. di.7. ¶ Et cum probatur ꝙ tales actus differãt specie per hoc ꝙ virtutes illorũ differũt spẽ. Dicit doc. ꝙ ista ꝓpositio si habet veritatẽ erit vera de speciebꝰ disparatis: siue de habitibus disparatis: supple quorum vnus nõ ordinatur ad ꝑfectionem alterius. Sed in proposito: charitas ordinať vt perfectio completiua habitꝰ amicitie dei naturalis: nõ ꝙ charitas perficiat formaliter habitum amicitie cũ immediate perficiat voluntatem: sed ex hoc dicitur ꝑficere: quia inclinat ad actum meritorium: quia est cõpletiua perfectio actus perfecte moralis. nam dilectio dei vt est a voluntate ⁊ ab habitu morali amicitie dei est bñ perfecte moralis sed nõ meritoria. vt vero eadem dilectio est ab habitu charitatis: siue vt a principio inclinatiuo siue vt a prĩcipio elicitiuo est formaliter meritoria. licet ꝫ isti habitꝰ differant spẽ: tamẽ actus nõ differunt specie ab inuicem: quia idem actus est ab vtroqꝫ habitu licet vt meritoriꝰ sit tñ a charitate. ¶ Ibi. Cõtra hoc. saltẽ actus vt est charitatis. siue meritoriꝰ. Hic doc. arguit ꝓbando ꝙ actus ꝑfecte moralis saltem erit in spẽ vlteriori siue perfectiori: licet nõ sit in spẽ disparata: qꝛ nunqꝫ species disparata ꝑficit aliã. Et vult dicere ꝙ sicut actus nude cõsideratus nõ est in spẽ disparata respectu actꝰ moralis: cũ sit ꝑfectibilis omni circũstãtia morali: tamẽ ille actus vt ꝑfecte moralis videť ꝙ sit in ꝑfectiori specie. pꝫ: qꝛ vt nude consideratus ꝓcise est in spẽ actus: sed cõsideratus vt ꝑfecte moralis est in spẽ moris. Sic idẽ actus ꝑfecte moralis vt cõsideratus: vt ꝑfecte meritorius: tũc erit in vlteriori ⁊ ꝑfectiori spẽ: qꝛ tunc erit in spẽ meritorij. ¶ Respõdet doc. duobus modis. Primo modo concedendo rationem illã. ꝙ sicut dilectio naturalis vt perfecte moralis habet quandam ꝑfectionem specificam: quaꝫ non habet nude cõsiderata. sic etiã dilectio dei naturalis perfecte moralis: vt ẽ meritoria habet quandã rationẽ siue ꝑfectionẽ specificã. s. rationem meritorij. quam non habet considerata vt tñ moralis: ⁊ sic ratio meritorij erit ratio specifica ꝯpletiua bonitatis moralis precedentis. non autẽ est ratio specifica disparata a bonitate morali precedente: quia tũc non esset perfectio illius bonitatis moralis. ¶ Secũdo modo dicit doct. ꝙ ratio meritorij non est aliqua rõ specifica completiua actus moralis. patet: quia actus preĩtelligitur perfecte moralis ante rationem meritorij: ⁊ ꝑ consequens ratio meritorij non pertinet ad perfectionẽ intrinsecam actus moralis. sed tñ addit respectum ad voluntatem acceptantem. Sed si meritorium non ꝑ̄supponat precise bonitatem actus moralem: sed bonitateꝫ quã tribuit charitas ⁊c. vult dicere doc. ꝙ si actus puta dilectio dei: vt ẽ elicita a charitate hẽt aliquã bonitatẽ intrinsecam priorem ratione meritorij quam bonitateꝫ non habet habitus moralis: tunc talis dilectio ab habitu morali habebit ꝙ sit perfecte moralis: ⁊ a charitate habebit vlterioreꝫ bonitatem intrinsecam: ⁊ per consequens actus perfecte moralis: vt est elicitus a charitate habet vlteriorem bonitatem specificam quam charitas sibi tribuit: ⁊ sic licet ratio meritorij non importet talem bonitatem vlteriorem: que est a charitate tñ preexigit eam: patet: quia ratio formalis meritorij est acceptari ad premium eternuꝫ: sed deus nũqꝫ acceptat actũ nisi vt elicitum a charitate: vt supra patuit art.1. ⁊ in primo. di.17. ⁊ sic ratio meritorij ꝑ̄supponit actuꝫ priꝰ esse elicitum a charitate: ⁊ ꝑ consequens preexigit aliquam bonitatem in actu quam charitas sibi tribuit. ⁊ ꝙ preexigit vlteriorem bonitatem moraleꝫ: videtur probabile: quia alias posset actus esse meritoriꝰ: qui tñ nullam haberet bonitatem: vltra bonitatem moraleꝫ. Aduerte tñ ꝙ tenendo ꝙ actus non habeat a charitate vlteriorẽ bonitateꝫ: tunc posset dici ꝙ actus vt perfecte moralis nõ habens vlteriorem bonitatem esset vere meritoriꝰ: qꝛ voluntas diuina posset illũ acceptare in ordine ad premiũ eternuꝫ ⁊ ponẽdo ꝙ nullo mõ esset a charitate: sed hoc de potentia dei absoluta: vt patet a do. di.17. Si etiã ponatur ꝙ non sit meritoriũ: nisi sit elicitus a charitate: vt est verum de potentia dei ordinata: vt patet art.1. ⁊ ĩ primo. di.17. ⁊ in tertio. di.27. adhuc nõ est necesse ꝙ talis actꝰ elicitus a charitate habeat vlteriorem bonitatem moraleꝫ ad hoc: vt sit meritorius. qꝛ sufficit ꝙ actꝰ ꝑfecte moralis sit elicitꝰ a charitate: licet vt ab ipsa nõ habeat vlteriorem bonitatem sibi intrĩsecã: ⁊ hoc patꝫ a do. ĩ pº. d.17. ⁊ videť ꝓbabile ꝙ sicut actꝰ vt ẽ ab habitu ꝑfecte morali habet bonitatem moralem: ita videť ꝙ vt est a charitate que ẽ suprema ꝩtus habeat aliquã vlterioreꝫ bonitatẽ: ꝓpter quã deus acceptat illuꝫ actũ vt meritoriũ.

¶ Ibi. Contra hoc. Hic arguit presens doctor probando ꝙ actꝰ nõ habeat necessario vlteriorẽ bonitatẽ a charitate: patet: quia si de quo magis videtur inesse ⁊ non inest. ergo nec de quo minus: sed magis videť quod actus non possit dici moralis nisi sit elicitus a virtute morali: qꝫ ꝙ necessario habeat illam vlteriorem bonitateꝫ vt elicitur a charitate. licet actꝰ possit esse perfecte moralis sine habitu morali: quia ad hoc vt sit moralis sufficit ꝙ sit elicitus a sola potentia conformiter dictamini recto: vt subtiliter patet a docto. in prologo: questiõe vltima. ⁊ distin.17. primi. ĩmo actus potest esse virtuosus: ⁊ si non sit gñatiuus virtutis nec elicitꝰ ad hĩtu virtutꝫ: vt patet a docto. in quarto. distinc 14. q.2. sed sicut actꝰ moralis potest habere eandem bonitatem sine habitu morali sicut cum habitu morali: sic ille idem actus eandem bonitatem quam habet ab habitu charitatis poterit habere sine habitu charitatis: ⁊ hoc est qđ dicit doc. ¶ Respondet ꝙ bene ratio probat ꝙ omnem illam rectitudinem posset habere: quia conformitatem eandeꝫ ad regulam q̃ est dictamen verum: ⁊ ideo in moralibus haberetur eadem bonitas moralis: vel non est sine ea: ⁊ de hoc vide prolixe doct. in prologo. q. vlti ⁊ di.17. primi in secundo. d.7. ⁊ d.42. in tertio. di.33. ⁊ 36. in quarto. dist.14. q.2. in quolib. q.18. vbi prolixe pertractatur ista materia. Sed in proposito actus charitatis vltra re

ctitudinem: hoc est vltra conformitatez sui ad cognitio
nem directiuam habet propriam bonitatem ex hoc q̄ ē
ſm inclinationem charitatis: siue ex hoc q̄ est elicitus
a charitate. immo esse ſm illam inclinationem siue esse
sic elicitum a charitate est actum habere propriam bo-
nitatem charitatiuam ſm quaz actus acceptatur a deo
sed non est sic de virtutibus moralibus: quia tota recti-
tudo actus potest esse ex sola conformitate actus ad so
lam rationem rectam siue dictamen rectum ꝛ habitus
moralis ponit non propter rectitudinem actui dandaz:
sed vt per ipsum voluntas actum rectum eliciat facili-
ter ꝛ delectabiliter. ¶ Ibi contra conclusionem que te
netur in solutione. q. Hic Doc. arguit probando q̄ dile-
ctio naturalis vere differat specie a dilectione merito-
ria siue supernaturali: ꝛ arguit a simili: quia sicut cogni
tio naturalis de deo ꝛ cognitio supnaturalis ipsius que
est a fide infusa vere differunt specie: sic ꝛ dilectio natu
ralis ꝛ dilectio supernaturalis: q̄ aūt ille cognitiones
differant specie ꝓbat: quia illa cognitio cui potest sub-
esse falsuz differt specie ab illa cognitione cui nō potest
subesse falsum: hoc patet per philosophū. 6. ethi. ca 3. q̄
vult q̄ suspitio ꝛ opinio quibus potest subesse falsum di
stinguātur specie ab habitu intellectuali cui non potest
subesse falsum: qualis est habitus sciētificus: qui est de-
terminate verus: cum ergo cognitiōi dei naturali possit
subesse falsum: vt patet de actu fidei acquisite: de quo
dictum est in tertio. di. 23. ꝛ in quolib. q. 14. articulo pri-
mo quomodo fidei acquisite naturali potest subesse fal-
sum: ꝛ fidei infuse non potest subesse falsum vide ibi.
¶ Rn̄det doc. ꝓmo negādo illud aīs. s. q̄ actus fidei ac
quisite: ꝛ actus fidei infuse de eodē obiecto differāt spe
cie. imo nec aliqn̄ differunt numero: patet: quia quis eo
dem actu potest firmiter credere deum esse trinū ꝛ vnū
ex aliqua certitudine accepta ab aliquo testificāte illud
ꝛ illud idem credere ſm inclinationem fidei infuse: ita
q̄ idem actus credēdi: simul pōt esse a fide acquisita ꝛ a
fide infusa: ꝛ ille idem actus qui est a fide infusa posset
dici supernaturalis: quia est ab habitu supernaturali. ꝛ
potest dici naturalis vt est a fide acquisita que est habi-
tus naturalis. Et de hoc vide doc. i tertio. d. 28. ꝛ i quo-
lib. q. 14. arti. primo: ꝛ vide que ibi exposui: pōt ergo es-
se idem actus in re: ꝛ ille idem actus: vt est naturalis est
potentialis ad illam ꝑfectionem quam recipit a fide in-
fusa. modo propriuz potentiale non distinguitur specie
a perfecto habente vltra illud potentiale propriam ꝑfe
ctionem. vt supra patuit. ¶ Ad ꝓbationez aītis. Dicit
Doc. vnum singulare. q̄ cognitio certa cui. s. nō potest
subesse falsum: dꝫ distingui spē a cognitione non certa:
sed non quecumq̄ certa sed sola illa que habet propriā
certitudinem intrinsecam: ꝛ hoc vel a se. s. formaliter:
vel ab obiecto vt includitur in ipso supple virtualiter:
vel ab aliqua per se causa. Exemplum: cognitio princi-
pij seipsa est certa vel ab obiecto. s. a principio qđ ē a se
verum manifestū vel saltem est manifestum ex terminis
qui sunt per se cā euidentie principij ꝛ includuntur i ip-
so. ꝛ quō hoc. vide doc. in primo. d. 2. q. 2. ꝛ di. 3. q. 4. sed
conclusio est certa tm̄. ꝑ principium tanq̄ per cām sue
certitudinis: talis ḡ cognitio sic certa bn̄ distinguit spē
a cognitiōe. nō sic certa qualis est suspitio: ꝛ opinio que
nō est cognitio certa aliquo istorū modorū. Sed i ꝓposi-
to cognitio fidei infuse nullo istorū modorū est certa: sꝫ
tm̄modo est certa ab aliquo extrīseco. s. a deo reuelāte ꝛ
infundēte tale lumē fidei. vt ꝑlixe ptꝫ a doc. in tertio. d.
23. ꝛ 24. ꝛ vide q̄ ibi exposui. illud em̄ lumē fidei infuse:
qꝛ est participatio quedā luminis diuini nō pōt inclina-
re itellectū nisi in aliqđ determiate verū. ꝛ sic certitudo
illa q̄ est in cognitiōe fidei infuse: est tm̄ ex quadā cōpa-
ratione ad qđdā extrinsecū infallibile. s. ad volūtatē di-
uinā reuelātē cui cognō illa ꝯformat. nō ē aūt ex ipa in-
trīseca ꝑfectiōe act⁹ cognoscēdi: qꝛ eque ꝑfectus esset
actus q̄tū ad qđlibet intrinsecū sibi: si eq̄ intēse elicere-
tur ꝑcise ſm fidē acquisitā. ¶ Ibi. Cōtra. saltē istā cer-
titudinem habet a ꝑ se cā sua ꝛ hoc sufficit. Hic doc. ar-
guit ꝓbando q̄ cognitio dei q̄ est a fide infusa: ꝛ cogni-
tio q̄ est a fide acqsita adhuc differāt spē: qꝛ ꝓma cogni
tio habet certitudinē a ꝑ se cā. s. a fide infusa: q̄ nō incli-
nat nisi ad determinatū verū: vt supra patuit. secūda nō
habet certitudinē ab aliqua ꝑ se causa: qꝛ si aliqua esset
eēt fides acqsita: sed illa ex rōne sua nō inclinat indeter

minate verum: quia fidei acquisite potest subesse falsū.
vt supra allegaui. ¶ Rn̄det doc. q̄ posito q̄ fides infu-
sa siue sit cā elicitiua actus: siue tm̄ inclinatiua ad actū
talis actus nō hēt maiorem certitudinez vt est elicit⁹ a
tali fide: sicut si nullo mō esset elicitus: certitudo em̄ na
ta est inesse intellectui de actu suo excludēs nō tm̄ de-
ceptionē sed etiā dubitationē. ꝛ hoc nō ē nisi itellect⁹ ꝑ
cipiat illud a quo actus hēt q̄ sit certus: qꝛ si nihil pōt ꝑ
cipe: vnde sit certus videt̄ q̄ possit dubitare. intellectus
aūt nō ꝑcipit illud principiū certificās. Exemplū. non
em̄ habeo cognitionē certā de hac ꝓpositione. totuz est
maius sua parte nisi percipiā terminos ꝛ vnionē termi-
norū: q̄ sunt causa talis certitudinis: sic in ꝓposito actus
fidei infuse est certus nō ex hoc solo q̄ sit ab habitu: sꝫ
qꝛ habitus inclinās ad talē actū est ab eo q̄ nō pōt falle
re nec falli: nisi ḡ percipiā principiū dans certitudinem
actui: nunq̄ habebo certitudinē de actu: sed tale princi
piū viator ꝑcipere nō potest. ¶ Ibi. Alia ꝓbatio aītis
hec probatio ponitur supra in illa ratione parum post di
ctū phi. 6. eth. de suspitione ꝛ opinione ibi. ꝓbat̄ etiam
aīs de cognitione naturali sciētifica de deo de qua vide
tur manifeste q̄ differat spē a quacumq̄ credulitate de
deo. Et hoc pꝫ: qꝛ si quis haberet notitiam certā ex eui-
dentia rei: sicut habēs notitiā huius deus est tri. ꝛ vn⁹ q̄
cognitio est ex euidētia rei: vt ptꝫ a doc. in tertio. d. 24.
tūc hēret notitiā certā ex euidētia rei. sꝫ hn̄s notitiā hu
ius de⁹ ē tri. ꝛ vn⁹ ex solo actu credēdi: talis notitia nul
lomō ē certa ex euidētia rei. ꝛ tunc tales notitie ex suis
ratiōibus formalib⁹ spē distinguerent̄. Sed cū postea i
fertur: ḡ similit̄ actus volūtatꝫ. s. naturalis ꝛ meritori⁹
distiguunt̄ spē: qꝛ quādo cognitiōes ꝑuie differunt spē
actus volūtatꝫ sequētes differūt spē: qꝛ illa q̄ sunt eius-
dem spēi non ꝑexigūt ꝑ se nisi aliqua eiusdē spēi. Dicit
doc. q̄ si tales actus volūtatꝫ necessario reqrant cogni
tiones specie distinctas q̄ tunc tales actus possunt esse
specie distincti: ꝛ hoc patet: nam fruitio in via ꝛ fruitio
in patria preexigunt necessario notitias specie distin-
ctas. Et ideo distiguūtur specie: vt exposui in tertio. d.
31. fruitio em̄ i via ꝑexigit notitiam fidei ꝛ fruitio i pa-
tria preexigit claram visionem dei que notitie specie
differunt: vt patet a doct. in tertio. dist. 31. ꝛ in secundo.
dist. 25. ꝛ in quarto. dist. 49. ꝛ vide que ibi exposui preci
pue in tertio. Et qđ dicit quando volitiones necessario
preexigunt notitias: hoc dicit tenendo opinionez quaz
videtur tenere in secundo. d. 25. q̄ obiectū vel cognitio
obiecti est partialis causa volitionis: ꝛ tunc si obiectuz
est presens voluntati per actus intelligendi specie dis-
tinctos necessario causabit actus voluntatis correspō-
dentes specie distictos. Et de hoc vide que ꝑlixe expo
sui super tertio doc. dist. 31. sed i ꝓposito dilectio natu-
ralis dei: ꝛ dilectio meritoria nō necessario preexigunt
tales notitias specie distinctas. patet: quia si quis na-
turali ratione sciens deum esse bonum eliciat actum
fruitionis circa ipsum. ꝛ alter credens ipsum esse bonū
eliciat actum fruitionis circa ipsum. nec prim⁹ act⁹ re-
quiritur per se ad habendam dilectionem vt scientific⁹
nec secundus vt creditiuus: sed vterq̄ requiritur sub q̄
daz ratione ꝯmuni. s. vt ostēsiu⁹ obiecti diligibilis: opꝫ
ergo addere q̄ tales volitiones necessario ꝑexigant no
titias vt specie distinctas ¶ Consimiliter etiam posset
dici ad aliaz probationem antecedentis de credulitate
infusa ꝛ acquisita esto q̄ illi actus differant spē: hoc nō
est per se iquantum sunt ꝑuij ad diligere. hoc est iquan-
tum ꝑcedunt ipsos act⁹ diligendi non reqritur differē-
tia specifica illorum. exemplū si alicui demōstratiē cō
cluderetur hoc esse volendum ꝛ alteri dialectice siue ꝓ
babiliter: tn̄ act⁹ quo iste volet hoc. s. demōstratū eē vo-
lendum. non differt specie ab actu quo alius vellet idem
tm̄ probabiliter ostensum esse volendum: quia i illis co
gnitionibus inquantum sunt preuie non requiritur ista
differentia specifica: licet in se differant specie. ¶ Ad
uerte tamen q̄ sunt actus specie disticti qui necessario
preexigunt intellectiones vt specie distictas: vt patet
de fruitione dei in se siue vt clare visi: et de fruitiōe eius
dez dei enigmatice cogniti: quia iste fruitiones non dif
ferrēt specie nisi obiectum esset aliter et aliter appro-
ximatuz voluntati scilicet per aliā ꝛ aliā notitiā spē dif
tictā. vt supra exposui i tertio. di 31. similiter volitiōes
spē disticte respectu obiectorum specie distinctoꝝ ꝑex-

igũt cognitiones specie distinctas: quia talia obiecta non sunt presentia voluntati: nisi per cognitiones specie distinctas: patet: quia cognitio specificatur ab obiecto ⁊ quomodo exposui in primo. d. 3. q. 10. Sunt etiam aliqui actus voluntatis qui preexigunt notitias specie distinctas: qui tamen non differunt specie: sed non preexigunt necessario: quasi impossibile esset volũtatem habere actum circa idem obiectum nisi esset demonstratiue ostensum vel nisi esset ꝓbabiliter ostensum. vt patet in exẽplis datꝫ a doc. Nec valet. notitie specie distingũt ⁊ sũt ꝑtialiꝭ cause act⁹ volũtatꝫ ꝙ ⁊ act⁹ volũtatꝫ spẽ distigunꝭ. quia effectus eiusdẽ rationis possunt esse a causis specie distictis: vt patet de mure genito ab alio mure ⁊ de mure genito a sole. ⁊ sic nõ quecumqꝫ notitie specie distincte causant partialiter actus volũtatis: vt patet de notitijs positis in exẽplis doc. ⁊ tamẽ sunt alique notitie spẽ distincte: ꝗ necessario causant partialiꝭ tm̃ actus voluntatis specie distinctos: vt supra dixi de notitia intuitiua dei ⁊ de notitia enigmatica ipsi⁹. Et quare alique notitie specie distincte causant actus voluntatis specie distinctos ⁊ quare alique non: non videtur assignanda alia ratio nisi quia sunt tales entitates. ¶ Ultimo loco soluendum est argumentum principale. Arguit sic doc. ꝓbando ꝙ dilectio naturalis ⁊ dilectio meritoria differant specie: quia eliciuntur a principijs diuersis specie: ergo differũt specie. añs patet: quia dilectio meritoria elicitur a charitate: ⁊ dilectio naturalis elicitur a voluntate siue ab habitu naturali: ꝓbatio cõsequentie: quia non est maior differentia in principiatis ꝙ in principijs immo maior. patet: quia pluralitas principiatorũ effectiue stat cũ vnitate pricipij effectiui: plures enim effectus possunt esse ab eadem cã. sed pluralitas cãrum arguit necessario pluralitatem effectuum. videtur ergo vel ꝙ tanta sit distictio in causatis quanta in causis vel maior. ¶ Respõdet doct. primo sic. tenendo vnam opinionem de habitu. s. ꝙ habitus ẽ cã actus non ꝭm substantiam vel intensionem actus: sed precise ꝭm modum actus. puta ꝙ actus sit prompte faciliter ⁊ delectabiliter elicitus: ita ꝙ actus ꝭm substantiam ⁊ intẽsionem sit ꝓcise a potentia: ⁊ modus actus siue sit vnus modus vel plures sit precise ab habitu. tunc posset concedi talem modũ differre specie a substantia actus suo tamẽ modo. ⁊ hoc dicit: quia talis modus nõ est proprie species: tamẽ eo modo quo posset ꝯcedi species: differt specifice a substantia actus. Et ista responsio ꝭm aliquos videtur habere probabilitatem loquendo de illo modo quẽ habitus attribuit actui. s. delectabiliter vel faciliter vel ꝓmpte vel expedite operari ⁊ talem modum habitus acquisitus attribuit actui. ille enim modus nõ est ab habitu infuso. vt patet a doc. in primo. d. 17. Vel si vltra hoc dicatur ꝙ habitus aliquis puta virtutis tribuit virtuosis vltra modum supradictum recte vel virtuose agere: ita ꝙ actus non tm̃ habeat ab habitu modum supradictum: sed etiam ꝙ habeat suam rectitudinem ab habitu. Sed an habitus sit cã substantia actus ⁊ intensionis: vel etiam ꝙ sit cã rectitudinis in actu: vel ꝙ tm̃ inclinet potentiam ad actum eliciendum. hec omnia prolixe tractantur a doc. in primo. d. 17. Posito tamen ꝙ habitus sit cã modi supradicti: ⁊ similiter sit causa rectitudinis in actu tamen nullus istorũ modorũ in actu. s. rectitudo actus ⁊ facilitas ⁊c. potest esse ꝓpri⁹ charitati vel actui meritorio: quia modus propri⁹ act⁹ meritorij inquantum meritorius dicit tm̃ actum acceptũ volũtati diuine in ordine ad premium reddendũ. nunc autem nihil aliud est actum acceptari a voluntate diuina in ordine ad premium ꝙ voluntatẽ sic acceptare. i. quia voluntas diuina acceptat actum ĩ ordine ad p̃mium: ideo actus habet esse acceptatum. ⁊ per ꝯñs esse acceptatum: qđ ẽ modus actus meritorij est tãtũ a volũtate diuina sic acceptante: ⁊ per consequens talis modus: qui ẽ proprius actui meritorio: nõ est cãtus a charitate. ⁊ hoc patet: quia nulla res cãta potest eẽ ratio formalis voluntati diuine qua sic acceptet actũ ⁊ hoc ĩtelligendo vt ratio formalis mediat inter potentiam ⁊ actũ: sicut habitus mediat inter potentiam ⁊ actum: tale eñ medians inter potentiam ⁊ actũ meritorium non videtur esse nisi charitas que tamen charitas non dat actui illum modum. qui est sic acceptari. Alij vero modi supradicti non sunt proprij actui meritorio: quia etiam pñt competere alijs actibus. Tenẽdo ergo ꝙ habit⁹ sit tm̃ cã modi ipsius actus: ⁊ modus proprius actus meritorij sit sic acceptari. sequitur ꝙ charitas non erit causa actus meritorij: nec quantuꝫ ad substantiã actus nec quantum ad modum ꝓprium. ⁊ sic negaretur illud añs. quo dicitur ꝙ charitas est cã act⁹ meritorij. ¶ Potest igitur aliter dici. Ad argumentum concedendo aliqualiter. s. ꝙ habitus supernaturalis: puta charitas ⁊ habitus naturalis: puta habitus amicitie dei acquisitus differant specie: ⁊ aliquo modo sũt cã actus: nõ tñ semper sequitur: principia elicitiua differunt specie. ergo actus eliciti differunt spẽ ⁊ si est vera. est vera de principijs totalibus elicitiuis. quia ab illis hñt totaliter actus charitatem suam. ⁊ ꝑ consequens vnitatem suaꝫ ⁊ distinctionem. Et nota ꝙ ista est semꝑ vera. principia totalia elicitiua operationũ siue actuum specie distĩcta: vt huiusmodi semꝑ eliciũt actus spẽ distinctos: qꝛ tales act⁹ specificantur ab illis prĩcipijs: ⁊ tamen ista non est semper vera cause totales specie distincte producunt effectus semper specie distinctos: vt patet. a Doc. in primo. distĩ. 2. parte. 2. q. 4. vbi vult contra Auerroim. ꝙ aliqua eiusdem speciei specialissime possunt esse a causa totali equiuoca: ⁊ a causa totali vniuoca. vide ibi. ⁊ quare hoc non videtur alia ratio assignanda. nisi quia tales entitates. De hoc tamẽ vide que prolixe exposui super secũdo docto. di. prima. q. vltima. Addidit etiam doc. ꝙ illa est vera de principijs partialibus: dum tamen sunt principia disparata ⁊ per se requisita inquãtum sunt disparata: qꝛ si sint subordinata vel per se non requiratur ꝙ sint disparata non oportet ꝙ actus specie distinguantur. de prĩcipijs partialibus requisitis vt disparatis: patet exẽpluꝫ de obiectis specie distĩctis: puta lapide ⁊ hoĩe: quia ab illis sunt actus cognoscendi specie distincti: quia tales actus preexigunt necessario talia principia partialia inquantũ disparata. De principijs vero partialibus subordinatis supra patuit de habitu charitatis ⁊ de habitu morali: similiter patet de voluntate ⁊ habitu qui sũt pñcipia partialia actus: tenẽdo ꝙ habit⁹ sit partialis causa actus: vt videtur tenere Doc. in primo dist. 17. ⁊ tamen voluntas ⁊ habitus concurrũt ad eundem actum: licet specie distinguantur: ⁊ hoc est quia habitus in causando actũ subordinatur voluntati: quia voluntas vtitur habitu cum voluerit. in proposito charitas non est principium totale actus: nec partiale disparatuꝫ sed subordinatum voluntati: vt clare patet a doc. in primo. dist. 17. nec similiter charitas est per se requisita non solum ad substantiaꝫ actus: patet: quia actus dilectionis dei posset esse a sola voluntate sine charitate: vt patet a doc. in primo dist. 17. ⁊ in tertio distĩ. 27. nec est rectitudo requisita ad actum inquantũ meritorius: patet: quia dicitur meritori⁹ quia acceptatus: qđ esse sic acceptatũ est a voluntate diuina: vt supra patuit: sed tm̃ requiriꝭ vt quoddam preuiuꝫ ad hoc ꝙ act⁹ sit acceptabilis: sed nec requiritur tale preuium necessitate ordinis eẽntialis causarum. puta ꝙ actus nullo mõ esset acceptabilis a deo. nisi preuia charitate in voluntate sed tm̃ requiritur vt preuia necessitate dispositionis voluntatis diuine que cõtingenter disposuit non acceptare actum nisi sit elicitus secundũ inclinationẽ charitatis: vt patet in p̃mo dist. 17. Et addit ꝙ prĩcipiuꝫ distĩguens prĩcipiatum specie ab alio principiato vel est per se principium illi⁹ ĩ se. s. quãtũ ad eẽ illi⁹ prĩcipiati sicut obiectũ cãtat actũ vl ẽ prĩcipiũ ei⁹ ꝭm illđ ꝭm qđ distĩguiꝭ spẽ sicut dictũ ẽ supra de mõ act⁹ tenẽdo ꝙ sit ab hĩtu. vl siẽ prĩcipiũ dispositiue distĩguẽs: opꝫ ꝙ ꝑ se disponat ad hoc ꝙ ꝭm ordinẽ eẽntialẽ cãrũ hoc vt distĩctũ causeꝭ: pꝫ de organizatiõe corꝑis hũani q̃ est talis dispositio ad aĩam ꝙ illa vt distĩcta spẽ ab aĩa sensitiua causaꝭ: sꝫ nullũ istoꝝ ꝯpetit actui ꝑ hĩtũ charitatis: ⁊ sic patet argumentum.

¶ Questio Decimaoctaua.

CIrca qõnem. 18. querit Doc. An actus exterior addat aliquid bonitatꝫ vel malicie ad actũ interiorem. ¶ Ubi. Ista q̃stio. primo doct. declarat quõ intelligaꝭ titulus. q. ⁊ dicit p̃mo ꝙ nõ ĩtelligaꝭ de bonitate nãli act⁹ ĩterioꝛꝫ. s. volũtatꝫ ⁊ act⁹ exterioꝛ. i. potẽtie sẽsitie: qꝛ mãifestũ ẽ: qꝛ alia

est bonitas naturalis actus exterioris ⁊ actus interio-
ris: quia isti actus immediate eliciuntur a diuersis potē
tijs. s. interior a voluntate exterior a potentia sensiti-
ua: licet actus exterior aliquando eliciat̄ a potentia sen
sitiua per imperium voluntatis. Secundo dicit ꝙ nō i-
telligitur questio de actu exteriori in vno supposito ⁊ de
actu interiori in alio supposito: nec etiaꝫ intelligitur de
actibus illis in eodem supposito in diuersis temporibus
puta si aliquis nunc solum habet interiorem ⁊ alius siue
in alio tempore habeat exterioreꝫ: sed intelligitur. q. de
illis actibus quando sunt coniuncti: puta quando in eo-
dem ex actu interiore sequitur exterior: vt cum q̇s vult
actu elicito aliquem offendere stante illo actu elicito im
perat actum exteriorem in potentia sensitiua quo actu
occidit: licet enim actus occidendi exterior sit posterior
actu elicito interiori: tamen dicitur coniūctus interiori
ex hoc ꝙ sequitur ad actum elicitum interioreꝫ. Tertio
titulus. q. non est intelligendus de dubitatiōe bonitatꝫ
⁊ malitie sm̄ intensionem: sed sm̄ extensionem. i. ꝙ non
queritur an bonitas actus interioris intendatur per ac
tum exteriorem sed precise querit̄ an bonitas moralis
vel malicia actus exterioris sit simpliciter alia a bonita
te vel malicia actus interioris: ita ꝙ sint due bonitates
vel malicie illorum actuum adinuicem distincte: qr ma-
nifestum est ꝙ actus interior: puta dilectio alicuius ob
iecti per actum exteriorem circa illud obiectum causali
ter vel occasionaliter intenditur. vt cū quis amat formo
sam mulierem per actum exteriorem fornicationis sal-
tem occasionaliter actus amoris interior intenditur: ⁊
ideo titu. q. non intelligitur de bonitate vel malicia ac-
tus interioris sm̄ intensionem: puta ꝙ actus interior sit
intensior ex actu exteriore sequente. ¶ Est igit̄ ītelle-
ctus. q. iste in quo precipue hꝫ difficultatem. an actꝰ ex-
terior quando in eodem supposito est cōiunctus actus ī
terioris habeat propriam bonitatem moraleꝫ distinctā
a bonitate morali actus interioris. ¶ In hac. q. sic ītel-
lecta: tria sunt principaliter videnda. Primo a quo ac-
tus habeat bonitatem moralem vel maliciam. Secun-
do an ab eodem habeat actus ꝙ sit laudabilis vel vitu-
perabilis: siue culpabilis. Tertio si est alia bonitas vel
laudabilitas in actu exteriori: q̄ꝫ in interiori. ¶ De pri-
mo. Hic Doc. declarat. primo quid sit bonitas moralis:
vt per hoc cognoscat̄ quid sit malicia ei opposita: ⁊ secū
do declarat a quo actus habeat bonitatem moralem vel
malitiaꝫ ei oppositā. Et licet iste articulus primus sit sa
tis clarus hic ⁊ spāliter ex his que dicit doc. in prologo
q. vltiā: ⁊ di. 17. p̄mi ⁊ in scd̄o. d. 7. 40. ⁊. 42. ⁊ in t̄tio. di.
33. ⁊. 36. ⁊ in quarto. di. 14. ⁊ vide que ibi exposui p̄serti
in. q. vltima prolog. ⁊ di. 7 secundi: tū̄ propter inexper-
tos in via doc. interpono hunc articulum. Dicit ergo p̄-
mo ꝙ bonitas moralis actus est integritas eorum oīm
que recta ratio operantis iudicat debere ipsi actui con-
uenire vel ipsi agenti in suo actu conuenire. i. ꝙ tūc actꝰ
dicitur bonus moraliter quādo sic elicitur vel imperat̄
a voluntate sicut recta ratio dictat esse eliciendum sic ꝙ
actus dicatur bonus moraliter: vel quia habet oēs cir
cunstantias quas recta ratio iudicat actui ꝯuenire. vel
dicitur bonus moraliter quando agens elicit actum sm̄
omnes circunstantias quas recta ratio ipsius agentis
iudicat conuenire ipsi agenti in suo actu. i. in eliciendo
ipsuꝫ actum. ¶ Ibi hec descriptio declaratur. Hic doc.
declarat bonitatem moralem actus ꝑ cōparationeꝫ ad
bonitatem entis siue entitatiuam q̄ dicit̄ bonitas essen-
tialis. ⁊ non accipit̄ hic bonitas entis: siue entitatiua ꝓ
ut est passio entis. sed accipit̄ pro ꝑfectione essentiali en
tis in se: ita ꝙ talis bonitas essentialis siue ꝑfectio: que
est integritas vel ꝑfectio essentialis entis in se importet
positiue negationem imꝑfectionis. ꝑ qđ excludit̄ imꝑ-
fectio ⁊ diminutio. i. ꝙ bonitas essentialis loquendo de
bonitate ꝑfecta entis importat entitatem positiuā ꝑfe-
ctam ad quā concomitanter sequit̄ negatio imꝑfectio-
nis: sicut bonitas essentialis primi entꝫ dicit positiue en
titatem ꝑfectam ad quā cōcomitat̄ negatio oīs imꝑfe-
ctionis: nam negatio imꝑfectionis nō p̄ōt necessario ali
cui inesse nisi ꝓpt̄ entitatē positiuam: vt supra patuit in
p̄mo. d. 3. q. 1. vide q̄ ibi exposui. sic pariformiter bonitas
entis secundaria q̄ est suꝑueniens entitati essentiali est
integritas conuenientie vel intregra conueniētia eius
cui debet cōuenire vel alterius sibi: ⁊ iste due conueniē-
tie connexe cōmuniter sunt. s. qū̄ integra cōueniētia cō
uenit illi cui debet conuenire. sicut pꝫ de sanitate q̄ dicit̄
bona homini: quia sibi cōueniēs: ⁊ cibus dr̄ bonus quia
habet saporem sibi conueniētem: ⁊ ideo bonitas cibi est
conueniens sapori ad cibum: ita ꝙ prima dr̄ sanitas bo-
na homini: quia conueniens sibi: ⁊ similiter sapor dr̄ bo-
nus cibo: qr sibi conuenit: ita ꝙ cibus dr̄ denominatiue
bonus: quia habet saporem sibi conuenientem. ⁊ hec in-
tegra conuenientia dicit̄ conuenientia eius alteri cui de
bet conuenire: secunda cōuenientia alterius sibi: vt pꝫ
ibi. Exemplum vtriusqꝫ potest haberi ab Augusti. 8
de trini. c. 3. ⁊. 8. Bona inquit valitudo sine doloribus
⁊ lassitudine. hec pro prima conuenientia: quia valitudo
est bona homini quia est ei inconueniēs. ⁊ subdit. ⁊ bo-
na facies hoīs dimēsa pariliter: ⁊ affecta hilarit̄: ⁊ lucu
lenter colorata. h̄ ꝓ secūdo. vnde non dicit̄ hic bona fa-
cies hominis: quia ꝯueniens hoī: sed dicit̄ in se bona fa
cies: qua habet omnia ꝯueniētia ad bonā faciē: ⁊ hoc est
qđ dicit: vel alteriꝰ sibi. Si em̄ diceret̄ bona facies ho-
minis: quia cōueniēs homini cui debet ꝯuenire. hec essꝫ
prima cōuenientia. sed quia dicit̄ bona facies in se non
quia alteri ꝯuenit sed quia ꝯueniētia faciei cōueniūt si-
bi dicitur secūda cōuenientia: quia talis facies dicit̄ bo
na habendo illa que sibi ꝯueniūt. ¶ Sequitur ⁊ est diffe
rentia. Hic Doc. declarat aliqualē differētiam inter p̄-
mam integritatē siue conuenientiam integrā ⁊ secūdā.
de prima: quia illud qđ est ꝯueniens alicui dicitur bonū:
hoc est illi ꝑfectio vl̄ bonitas sed nō dicitur denoīatiue
vel accidētaliter bonum in se. patet cū enim dicit̄ valitu
do est bona homini: quia conueniens homini: non dicit̄
valitudo bona in se formaliter sicut accipitur in secūdo
mēbro. Unde de secundo membro dicit. Illud autē cui
aliquid conuenit dicitur denominatiē bonū eo ꝙ habet
illud qđ sibi cōuenit. sicut facies hoīs dicitur in se deno-
minatiē bona: quia hēt oīa conueniētia faciei. ¶ Sequi
tur. ⁊ ī prio est denoīatio quasi forme a subiecto. patet:
quia valitudo denoīat̄ bona: quia ꝯueniēs tali subiecto
puta hoī. sicut aīa dicit̄ humana ex h̄ ꝙ cōuenit homini.
sic aliquid dr̄ bonū hoī: qr bonū humanū: ⁊ sic valitudo
hoīs dicit̄ bonū hūanum: qr ꝯueniens hoī. Sed ī 2° mē
bro ecōuerso est denoīatio subiecti a forma vt cuꝫ dicit̄
facies bona: quia ītegritas faciei siue ītegra ꝯueniētia
q̄ est bonitas faciei denoīat ipsā facieꝫ: ⁊ simil̄r cū dicit̄
hō est bonꝰ. sm̄ illud bonū suum: puta quādo habet bo-
nitatē sibi ꝯuenientē: sm̄ illam bonitatem dicit̄ bonꝰ ita
ꝙ est ibi denoīatio subiecti a forma bonitatis. ¶ Sequi
tur. actꝰ aūt natꝰ est ꝯuenire agenti ⁊c. Hic Doc. decla
rat qūo actꝰ potest dici bonꝰ dupl̄r ⁊ quia est ꝯueniens
hoī. puta actus debellandi hostē dr̄ bonus qr cōueniēs
hoī debellāti: ⁊ sic denoīat̄ bonus quasi a subiecto: quia
ideo bonus: qr cōueniēs tali subctō: ⁊ si actus debellā-
di hēt bonitatē aliquā sibi ītrīsecā: tūc talis actꝰ erit bo
nꝰ denoīatiue tali bonitate: ita ꝙ ibi erit denoīatio sub-
ctī a forma. Et hº ē qđ supra dixit ꝙ iste due cōueniētie
ꝯtualiter sūt cōnexe ⁊ precipue in actu morali qui dici
tur bonus: qr cōueniens alteri: ⁊ dr̄ bonus: qr habet ali
quā bonitatem intrinsecā qua formaliter dicit̄ bonus.
Et non tm̄ iste due cōuenientie sunt cōnexe in actu mo
rali. sed ⁊ sunt gn̄aliter connexe in actu naturali ⁊c. vult
dicere ꝙ actus non tm̄ dr̄ bonus bonitate accidētali si-
bi inherente qualis est bonitas moralis que est rectitu-
do actus sibi conueniens: sed etiā bonitate naturali sibi
conueniēte. Exemplum. actus dilectionis p̄ōt intelligi
hr̄e duplicē bonitatē videlicet naturalē ⁊ accn̄talē. naꝫ
dilectio vt est quiditatiue ens habet bonitatem siue ꝑfe
ctionem essentialem sibi conueniētem: puta. quia est ta-
lis entitas siue talis qualitas. ⁊ hec dr̄ bonitas natura-
lis siue essentialis: q̄ nihil aliud est nisi perfectio quidita
tiua actus. p̄ōt etiā habere bonitatem accidētalem: pu-
ta rectitudinem q̄ est bonitas moralis. ¶ Ibi. Ista con
uenientia. Nūc doc. declarat quō bonitas essentialis di
catur ꝯuenire: ⁊ dicit ꝙ ista ꝯuenientia bonitatis essen-
tialis alicui vel est ex natura extremorū: puta cōparan
do lapidem ad hominem: quia lapis habet talem bonita
tem essentialem sibi ꝯuenientem: ⁊ homo: quia hō hēt
precise talem bonitatem essentialem sibi conueniētem.
⁊ hoc est qđ dicit: ex natura extremorum. Uel si talis cō
uenientia bonitatis essentialis: puta ꝙ talis bonitas cō
uenit vni ⁊ talis alteri: debeat reduci ad iudicium ali-

cuius intellectus adhuc erit cõueniẽtia naturalis. puta si aliquis actu iudicet lapidi talẽ bonitatem essentialẽ esse conuenientẽ ⁊ talẽ homini: adhuc talis cõueniẽtia bonitatis essentialis erit naturalis. pꝫ quia hoc precise erit cũ intellectus sit mẽsura cõueniẽtie. hoc est ad iudiciũ illius intellectus: qui est mẽsura totiꝰ nature. s. intellectus diuinus. iste quidẽ intellectꝰ sicut perfecte cognoscit quodcũqꝫ ens: ita ꝑfecte cognoscit cõuenientiã vel discõueniẽtiã vnius entis ad alterũ: ⁊ qꝛ ꝑfecte cognoscit Soꝛ. cõuenire cũ Joan. in tali ꝑfectione vel bonitate essentiali ⁊ in tali bonitate discoꝛdare ab asino: ideo ꝑfecte iudicat talẽ bonitatẽ essentialem esse cõuenientẽ soꝛ. ⁊ Joan. ⁊ esse discõuenientẽ asino. ¶ Ibi. vlterius aliqđ agens. In ista lr̃a vsqꝫ ibi: sicut igiť pꝫ. plura dicit Doc. primo ꝙ est aliqđ agẽs qđ nullo modo iudicat de actu suo: an scilicet cõueniat sibi an alteri sit sibi cõueniens: nec illum habet in potestate sua: vt sunt omnia agentia sine cognitione: tam intellectiua: q̃ȝ sensitiua: talia em̃ agentia nullũ penitus iudiciũ habẽt: sed in actibus suis vel ex solo impetu nature regulantur ⁊ agũt ꝓpter finẽ: vel regulatur a ꝑ̇ma regula oĩm que est deus: ⁊ hoc magis videť. vt patet a Doc. in ꝑ̇mo. d. 2. q. 1. in ꝑ̇ma rõne qua pꝛobat deũ habere intellectũ ⁊ volũtatem: ⁊ similiter in vltima. Secũdo sunt alia agẽtia que tm̃ agũt per cognitionẽ sensitiuã. ⁊ talia siue habeãt iudiciũ de suis actibꝰ: an. s. sint sibi ꝯueniẽtes: siue nõ: tñ illi actus cũ nõ sint in potestate taliũ agentiũ: vltra bonitatẽ naturalẽ nullã aliam vidẽtur habere. vt pꝫ de visione elicita a sola potẽtia visiua que ꝑ̃ter bonitatẽ naturalẽ sibi cõuenientẽ. puta ꝙ est ꝑ̃cise talis entitas nullã aliã videť habere: ⁊ dico vt tm̃ elicita a potẽtia sensitiua: qꝛ si esset elicita a tali potẽtia ex imperio volũtatꝫ posset habere bonitatẽ vel malitiã moꝛalẽ. vt infra patebit arti. 3°. ⁊ patuit supꝛa in ꝓlogo. q. vlti. ⁊ in. 2°. dist. 42. ⁊ in. 3°. d. 33. Tertio sunt alia agentia. s. per intellectũ ⁊ volũtatẽ: que habẽt actus suos in ꝑtãte sua: ita ꝙ cõtingẽter possunt illos elicere ⁊ nõ elicere: ⁊ talia agẽtia possunt per intellectũ iudicare de cõueniẽtia actꝰ ⁊ nõ tm̃ de cõueniẽtia ꝑ̇mo mõ supꝛadicta. an. s. illi actus sint boni: qꝛ cõueniũt tali agẽti sicut valitudo est bona: qꝛ cõueniẽs homini sed etiã de cõueniẽtia secũda: q̃ est integritas cõueniẽs actui qua cõuenientia dicũtur foꝛmaliter boni: sicut facies dꝛ foꝛmaliť pulchꝛa: qꝛ habet circũstãtias sibi cõueniẽtes: talia ergo agẽtia nata sunt habere regulã intrinsecã rectitudinis in suo actu: ⁊ illa est potẽtia intellectiua q̃ iudicat de actu suo ⁊ de actibꝰ aliarũ potẽtiarũ. vt supꝛa patuit. q. vlti. ꝓlogi. ⁊ in solis istis agẽtibus põt esse actus bonus habẽs bonitatẽ moralẽ: sed nõ sufficit ad illã. s. bonitatẽ moꝛalẽ ꝙ in agẽte sit potentia iudicatiua de cõueniẽtia sui actus: sed opꝫ ꝙ actu recte iudicet de actu ⁊ scđm illũ rectũ iudicium actus fiat. Uult dicere ꝙ nõ sufficit ad bonitatẽ moꝛalẽ actus: ꝙ quis habeat potẽtiã iudicatiuã patet. qꝛ habẽs talẽ potẽtiã si actu haberet cognitionẽ erroneã et eliceret actũ cõfoꝛmiter illi cognitioni: ille actꝰ nõ esset rectus: ⁊ tñ haberet potẽtiã iudicatiuã: si etiã haberet cognitionẽ rectã ⁊ nõ erroneã ⁊ actu non eliceret actũ cõfoꝛmiť tali cognitioni: adhuc actꝰ nõ esset rectꝰ: ad rectitudinẽ ĝ actus reqritur ꝙ cõfoꝛmiter eliciatur dictamini recto: siue cognitioni recte actu ⁊ foꝛmaliter dictãti: nõ tm̃ de actu eliciẽdo: sed de oĩ circũstantia requisita: ⁊ talis cognitio dꝛ vere pꝛactica: de qua ꝓlixe dictũ est in ꝓlogo. q. vlti. ⁊ ĩ ꝑ̇mo di. 17. Cõsimiliter tale agẽs per intellectũ ⁊ volũtatẽ talẽ actũ elicit qualẽ h̃. in sua ꝑtãte. Habet aũt in potestate sua talẽ actũ qualem cognoscit ⁊ elicit: quia potestas liberi arbitrij vel foꝛmaliter vel cõcomitanter cõsistit in cognitione ⁊ electione: de quo libero arbitrio alś patebit. Sic igitur patet quõ bonitas moꝛalis actus est conuenientia iudicatiua ſm rectã operationẽ operantis de qua conuenientia actus moꝛalis vide que pꝛolixe pertractat Doctoꝛ in ꝑ̇mo. dist. 17. ¶ Ibi. Quod aũt addebať oĩm eoꝝ que debẽt cõuenire actui sic declarať. Nũc doc. declarat que sũt circũstantie necessario requisite ad bonitatẽ moꝛalẽ actꝰ. Et pꝛimo pꝛemittit vnum anteq̃ȝ declaret circunstantiam obiecti vel finis ⁊c. Et dicit ꝙ omne iudicium incipit ab aliquo certo. Pꝛimum iudicium de conuenientia nõ potest pꝛesupponere aliquam conuenientiam dictatam ab illo intellectu: quia tunc non esset pꝛimum iudicium pꝛacticũ. Si em̃ ꝑ̇ma cõueniẽtia actus dicitur esse pꝛimo dictata ab illo intellectu: ⁊ dicitur pꝛima cõuenientia dictata a pꝛimo iudicio intellectus dictante: si esset alia conuenientia pꝛioꝛ dictata illa non esset nisi a pꝛioꝛi iudicio dictante: ⁊ sic pꝛimũ iudiciũ nõ esset pꝛimum. Dicit ergo ꝙ pꝛimũ iudiciũ de cõueniẽtia actus anteq̃ȝ iudicet de tali conuenientia pꝛesupponit aliquod certũ a tali potentia iudicatiua: nã iudicatũ ⁊ illud certum est natura agẽtis: ⁊ potẽtia agẽdi qua agit: ⁊ ratio quiditatiua actus: si em̃ intellectꝰ vult iudicare an aliqua volitio sit cõueniẽs volũtati: necesse est pꝛius ipsum cognoscere naturam ipsius agẽtis: ⁊ potentiã volitiuã ⁊ actũ volendi: nisi em̃ ista cognosceret nõ posset aliquo mõ iudicare: an actus cõueniat tali agẽti: sicut q̇s nõ põt iudicare voluntatẽ esse cõuenientẽ homini: nisi ꝑ̃cognoscat tã hoiem q̃ȝ volũtatẽ: sed ꝑ̃cognitis natura operãtis: ⁊ potẽtia eliciẽtis: ⁊ rõne q̇dditatiua actꝰ ex rõne q̇ditatiua istoꝝ ꝑ̃cognita cõcludiť hũc actũ: puta volitionẽ eẽ cõuenientẽ huic agẽti. s. homini ſm istã potẽtiã. s. volitiuã. ¶ Ulterius ex rõnibꝰ istoꝝ triũ. Deinde doc. declarat quõ intellectꝰ iudicat de circũstãtijs actus cõueniẽtibus: puta de circũstãtia obiecti finis: modi. tꝑis. ⁊ loci. ⁊ dicit ꝙ habita cognitiõe operãtꝫ: ⁊ potẽtie ſm quã q̇s opatur: ⁊ ipsiꝰ opationis siue actꝰ: pꝛimo iudicat de circũstãtia obiecti: q̃ est ꝑ̇ma circũstãtia reqsita ad actũ moꝛalẽ: habita em̃ cognitione. puta actꝰ comedendi ⁊ agẽtis cui cõuenit sic comedere: ⁊ potẽtie ſm quã inest actus comedẽdi: statim iudicat ꝙ talis actus comedendi conuenienter trãsit sup̱ cibũ restauratiuũ deperditi: nõ aũt sup̱ illud qđ nõ est natũ esse nutrimẽtũ: sicut lapꝫ vel aliq̇d hmõi. puta fenũ: qđ licet alij aĩali esset nutrimẽtũ: nõ tñ homini: ⁊ hec est ꝑ̇ma circũstãtia actꝰ: sic ꝙ actꝰ trãseat sup̱ obiectũ cõueniens: ⁊ hoc ſm dictamen rõnis. Aliter talis cõueniẽtia obiecti nõ diceret pertinere ad bonitatẽ moꝛalẽ. vt patet a Doc. in 2°. d. 7. Sequitur. Ista determinatio obiecti est ꝑ̇ma determinatio q̃ pertinet ad genꝰ moꝛis: nõ tãq̃ȝ dr̃ia determinans aliq̇d in illo gñe. s. moꝛis. sed tanq̃ȝ potẽtiale receptiuũ determinationis moꝛalis. Actꝰ em̃ dꝛ bonus ex gñe ex hoc solo ꝙ trãsit super obiectũ conueniẽs ſm iudiciũ rõnis: ita ꝙ tale obiectum sic conueniens nõ est aliqua differẽtia determinãs aliquid ĩ genere moꝛis: qꝛ est simpliciter pꝛimũ pꝛesuppositũ: ⁊ potentiale respectu aliaruꝫ circunstãtiarum: ita ꝙ nisi actus trãsiret super obiectũ conueniens: nullo modo esset capax alicuius circunstãtie moꝛalis: puta finis ⁊c. Sicut si actus diligendi haberet pꝛo obiecto malum culpe: talis actus nunq̃ȝ posset esse bonus moꝛaliter: qꝛ bonitas moꝛalis necessario ꝑ̃supponit actum esse bonum ex genere: siue hr̃e obiectũ conueniens. non em̃ dilectio ſm rectã rõnem nata est trãsire super malum culpe: qꝛ malum non est diligibile cum sit pꝛiuatio boni. ¶ Ibi. In ista aũt bonitate specifica q̃ diciť bonitas ex circunstãtia: talis est pꝛocessus. pꝛima em̃ bonitas videť esse ex circunstãtia finis: qꝛ ex natura agentis ⁊ actionis ⁊ obiecti pꝛecognita statim concluditur ꝙ talis actus siue actio non debet competere tali agenti: nisi in oꝛdine ad talem finem: ⁊ debet talis actꝰ eligi ⁊ appeti pꝛopter talem finem. Et addit ꝙ ista circunstãtia finis non est ipsius actus vt pꝛecise in esse reali positi: sed est ipsius actus vt voliti: ⁊ per actum voluntatis ad talem finẽ relati: immo nõ minus est electio bona: que fit ꝓpter finem debitum: esto ꝙ per actum illum elicitum extra non attingatur finis electionis q̃ȝ si attingeretur: ⁊ hoc ꝓlixe patꝫ a Doc. q. vlti. pꝛolo. ⁊ pꝫ lr̃a: de alijs circunstãtijs. s. modi: tẽpoꝛis: ⁊ loci: licet Doc. in scđo. distĩ. 40. vbi etiã pꝛolixe enumerat circunstantias moꝛales: ponat circunstãtiã cause efficientis: vt. s. actus eliciatur libere: de q̃ vide ibi. ¶ Contra. Hic doc. arguit pꝛobãdo ꝙ huiusmodi circunstãtie non ꝑtineãt ad bonitatem moꝛalem: pꝫ: qꝛ bonum est q̃litas ex. 10. ethi. Uirtus etiã est q̃litas: et pꝫ in pꝛedicamentis: sed circunstãtie sunt tm̃ relationes. ergo non ꝑtinent ad bonum moꝛale. ¶ Respõdet doc. ꝙ ſm phm̃. 7. physi. t. c. 17. Uirtus oĩs ⁊ malicia ad aliquid sunt: ⁊ ꝑ consequẽs actum esse virtuosum vel moꝛalem impoꝛtat relationẽ: vel plures relationes. Dicit enim foꝛmaliter cõfoꝛmitatem ad rõnem rectã: siue ad dictamen rectum: ita ꝙ circũscripta tali cõfoꝛmitate actꝰ nõ esset bonꝰ moꝛaliter ⁊ de hoc clariꝰ vide Doc. ĩ ꝑ̇mo. d. 17. ⁊ hoc mõ actꝰ ver-

re moralis non est qualitas absoluta: sed dicit̃ qualitas a Ph̃o pro quãto habet modũ denominandi vel predicandi qualitatis sicut sanum vel pulchrum. Sed an habitus vel actus moralis sit quiditatiue relatio: vel tm̃ denominatiue. vide Doc. in p̃mo dist. 17. ¶ Ibi. Iuxta secundã partẽ auctoritatis Dionysij. Auctoritas Dionysij de diui. nomini. est ꝙ bonũ est ex vna ⁊ tota causa .i. ꝙ bonũ morale est ex causa integra ex omnibus circũstantijs. ⁊ hec est prima pars auctoritatis. Sequitur secũda pars. malum autem est ex particularibus defectibus: puta ex carentia circunstãtie debite: vel ex positione male circunstantie. Et hoc declarat Doct. ⁊ dicit ꝙ actus vno modo dicitur malus moraliter malitia opposita priuatiue bonitati in actu. Exemplum. Si actus caret aliqua circũstantia morali: quã natus est habere dr̃ malus priuatiue: que priuatio circunstantie opponitur priuatiue circũstantie actuali debite. Alio modo dicit̃ malus cõtrarie: ⁊ hoc est quãdo non tm̃ caret circũstantia debita: sed includit positiue circunstantiam malam. Nam sicut dare eleemosynã amore dei cum alijs circũstantijs est bonus moraliter: sic dare eleemosynã persone indigẽti nõ ordinãdo illã ad debitũ finem est malus priuatiue: quia est ibi priuatio debiti finis. Dare vero tm̃ propter libidinem: vt propter finem: talis actus est malus contrarie: quia includit circunstantiam finis mali que suo modo cõtrarie opponitur circunstantie finis debiti. Et de istis malitijs priuatiue ⁊ contrarie. vide Doc. in secundo dist. 7. ⁊ que ibi exposui. ¶ Ibi. Ex dictis de bonitate morali. Sequitur correlarie ꝙ in eodẽ actu substrato potest esse multiplex bonitas moralis: qr̃ idem actus potest esse recte circunstantionatus non solum multis circunstantijs particularibus: que non sunt multe bonitates: sed integrant vnam bonitatem: sed et potest esse complete circunstantionatus omnibus circũstantijs pertinentibus ad vnã virtutem: ⁊ etiam omnibus pertinentibus ad aliam virtutem: ⁊ ita s̃m dictamina diuersa perfecta prudentie respectu multoꝝ finium propriorum. Nam quilibet habitus virtutis habet intelligere propriam prudẽtiam: que est quoddam dictamen rectum: siue cognitio practica dictãs de actu talis virtutis: ita quot sunt virtutes specie distincte in volũtate: tot possunt esse habitus prudentie specie distincti in intellectu dictantis de actibus illarum virtutum: ex quibus habitibus prudentie generatur prudẽtia in homine. s. habitus generalis prudentie cõmunis omni habitui prudentie. Et de hoc vide Doct. in primo disti. 17. Dicit ergo doc. ꝙ idem actus potest elici a volũtate s̃m inclinationem plurium virtutum: que virtutes inclinãt ad illum actum eliciendum vt cõformiter se habẽt suis dictaminibus proprijs: ⁊ sic vnum dictamen potest dictari de tali fine: ⁊ aliud de alio fine: ⁊ sic de alijs: ita et idem actus potest elici a voluntate ordinando illum ad fines sic dictatos s̃m ꝙ alia ⁊ alia virtus inclinat. Exẽplum. Vado ad ecclesiã ex iustitia: quia teneor per obedientiam ex voto: vel vado etiã ex charitate ad deũ vt orem: vel vt exhibeam deo cultum latrie: vado etiã ad ecclesiam ex charitate fraterna vt edificem proximũ: ⁊ sic patet quomodo idem actus est elicitus ad alium et alium finem s̃m ꝙ alia ⁊ alia virtus inclinat. Et addit ꝙ in quocũqꝫ actu siue bono bonitate morali: siue vltra etiam bono bonitate meritoria quãto currunt plura motiua ordinate agendi tanto melior est. vt patet in exemplo supra posito. Consimiliter in eodem actu possunt cõcurrere multe malitie: tot quidem quot sunt dictamina de oppositis que deberẽt inesse. vt pꝫ. De istis habitib⁹ virtuosis quomodo simul possunt cõcurrere ad eũdem actum. vide doc. in quarto. d. 14. q. 2.

De secundo articulo principali in quo doc. declarat An actus ab eodẽ habeat ꝙ sit laudabilis: siue vituperabilis: siue culpabilis. Et dicit ꝙ aliq̇d esse laudabile vel vituperabile: imo generalius premiabile ⁊ punibile cõtinẽtur sub hoc cõmuni q̇d est imputabile: ⁊ illi⁹ cõmunis est vna ratio. hec. s. actũ esse in libera potestate agẽtis. Vult dicere ꝙ act⁹ ex hoc dr̃ imputabilis: qr̃ est in potestate agẽtis. i. act⁹ imputat̃ agẽti vel ad laudem: vel ad vituperiũ: vel premiũ: vel ad penã ex hoc solo ꝙ est in potestate agẽtis: qr̃. s. agens põt ipsum elicere vel nõ elicere. Si eñ nõ esset in potestate agẽtis non posset sibi imputari: nec ad laudẽ: nec ad vituperiũ. Sequitur. Et licet ad istam potestatẽ cõcurrant intellect⁹ ⁊ voluntas: nunq̃ tñ fertur nisi in precognitũ. vel forte etiã tenendo ꝙ talis actus sit causatus a volũtate partialiter ⁊ ab intellectu. i. ab actu intelligendi obiectum siue ab obiecto cognito: tñ illa indifferentia qua actus potest elici ⁊ non elici complete est a sola volũtate: quia sola voluntas habet hanc indifferentiam siue indeterminationem: ꝙ potest eundem actum elicere. intelligẽdo diuisim in sensu. s. diuisionis ⁊ non compositionis. i. ꝙ voluntas in eodem instanti quo intelligitur: prout actu elicitiuo potest ipsum elicere ⁊ non elicere: non ꝙ coniunctim simul possit elicere ⁊ nõ elicere: sed diuisim. i. ꝙ in illo instanti quo elicit actum: ⁊ quo intelligitur prior actu potuisset non elicere actum. Et similiter in illo instanti quo actũ non elicit potuit ipsum elicere: ita ꝙ est simpliciter indifferens ad hoc. ¶ Hic tamen aduerte ꝙ actus tunc dicitur esse in potestate voluntatis libere precise in illo instanti quo illum elicit: quia in illo instãti quo elicit actum: adhuc intelligitur p̃or actu elicito. ⁊ per consequens in illo instanti quo elicit potest nõ elicere. Sed non est intelligibile ꝙ simul habeat actũ elicitum ⁊ non elicitum: nec ꝙ simul eliciat ⁊ non eliciat: nec ꝙ cõiunctim põt simul elicere vel nõ elicere: ita ꝙ possibilitas eliciẽdi ⁊ nõ eliciẽdi possit simul r̃duci ad actũ. s. ꝙ simul eliciat ⁊ non eliciat: sed bene in eodẽ instãti quo vna possibilitas reducitur ad actum potuit alia reduci: si prima non reduceretur. Et de hoc vide prolixe doc. in primo distinctione. 39. ⁊ que ibi clare exposui. ⁊ aliqualiter in secundo distinctione. 25. Dicit ergo doct. ista inquam indifferentia vel indeterminatio ad alteram partem nõ potest complete reduci: nisi in ipsam voluntatẽ: quia quecunqꝫ alia potentia actiua est naturaliter actiua: ⁊ ita determinate vnius quãtum est de se. idest vni⁹ partis contradictionis. Agens enim per modum nature dicitur precise determinari ad vnum effectum: siue numero: siue specie: sed dicitur determinari ad alteram partem contradictionis: sic ꝙ vtraqꝫ pars non est in potestate eius. puta ꝙ ignis approximatus passo posset ipsum calefacere ⁊ nõ calefacere: qr̃ sic determinat̃ ad calefaciendũ: ꝙ amoto omni impedimento de necessitate calefacit: sed nõ est sic de agente libero quia tale sic est circa obiectum volibile: ꝙ amoto omni impedimẽto potest ipsum velle ⁊ non velle: ita ꝙ in illo instanti quo elicit actum volendi potest non elicere actum volendi: sic ꝙ tale agens ex semetipso potest se determinare ad alteram partem contradictionis. vt patet nono metaphysi. tex. commen. 10. Aliter simul ageret cõtraria. Si eñ voluntas esset indeterminata ad velle ⁊ nolle circa idẽ. nec ꝙ cõiunctim posset simul elicere vel non elicere: ita ꝙ possibilitas eliciendi ⁊ non eliciendi possit simul reduci ad actum circa idem obiectum: vel ad velle ⁊ nõ velle: siue ad nolle ⁊ nõ nolle: ⁊ non esset in potestate sua se determinare ad alteram partem: tunc simul vellet obiectum ⁊ nollet: vel simul vellet obiectum ⁊ non vellet. Sequitur. quia igitur actus eius sic indeterminate est in eius potestate: supposita tamen intellectione: ideo talis act⁹ per se est imputabilis agẽti: vel ad laudẽ: vel ad vituperiũ: vel ad premiũ: vel ad penã. Unde Aug. secũdo de libero arbitrio. Satis compertum est ⁊c. Motus inquit si culpe deputatur non est naturalis: sed voluntarius: ⁊ accipit ibi motum voluntatis pro actu volũtatꝭ quo volũtas mouetur in obiectũ. Dicit ergo: ꝙ si tal' motus: vel actus deputatur culpe. i. sit ĩputabilis agẽti ad culpam: talis inquã motus non est naturalis: sed voluntarius: quia si actus esset productus per modum nature: ⁊ necessario nõ posset agẽti imputari ad culpam: sed si imputatur ad culpam: vel ad laudem: erit voluntarie productus. Sequitur. In illa auctoritate Augu. Motus inquam quo voluntas conuertitur: nisi esset voluntarius: ⁊ in nostra potestate positus nec laudandus eẽt hõ: neqꝫ culpandus vt satis patet supra questõne. 16. ⁊ in secundo distintõne. 37. Et sic patet qũo ĩputabile ad laudem: siue ad culpam est in potestate agentis: ita ꝙ imputabile duos respectus importat: Unuꝫ ad potestatem: siue dominium agentis: vt scilicet libere sit in plena potestate ipsius agentis. Et alium respectũ ĩportat ad aliq̇d corrñdẽs actui v' agẽti s̃m iustitiã. ⁊ hoc ꝓpter ip̃m actũ: ita ꝙ agẽti ꝑ actũ: qui est in potestate sua im-

putatur laus vel vituperium. Et addit ꝙ secundus respectus sequitur ad primum: quia enim iste est dominus sui actus: ideo actui ⁊ agenti debetur aliquid propter actū: puta laus vel vituperium: vel premium: vel pena. Sequitur. Primus respectus. s. quē actꝰ importat ad agens manet non variatus per se in actu bono vel malo: quia tam actus bonus q̄ malus non potest dici bonꝰ vel malus: nisi q̄a est in potestate agētis. Sed secūdus respectus ipsius actus variatur: nō quidem formaliter secūdū bonū vel malum: sed presupposita differētia boni vel mali: que attenditur sm conuenientiam vel discōuenientiam aliquam dictam in primo articulo. variatur penes aliqua correspondentia ipsi ⁊ illi: quia aliud ⁊ aliud correspondet. nam actui bono moraliter correspondet laus vel premium: ⁊ actui malo moraliter correspōdet vituperium vel pena: ⁊ sic actus bonus moraliter imputatur agēti ad laudem vel ad premium: ⁊ actꝰ malus moraliter imputatur agenti ad vituperium ⁊ ad penam. Sequitur. Actus autē neuter vel indifferens: qui .s. nec est moraliter bonus: nec etiam moraliter malus. vt supra exposui questione. 17. Talis actus si est in potestate agentis: adhuc erit imputabilis: vel vt quodam modo vituperabilis. i. dicitur talis actus imputari agēti ad vituperium: ex hoc ꝙ potuit illum ordinate elicere ⁊ sibi dare rectitudinem qua esset moraliter bonus: vel si non sit imputabilis ad vituperium: saltem potest dici vt nō laudabilis imputari: ⁊ hoc ꝓpter defectū eius. s. agentis: qui potuit talem actum laudabiliter egisse. Et hoc patet ꝙ non ab eodem formaliter est actus bonꝰ bonitate morali ⁊ imputabilis: quia actum esse bonū moraliter habet ex conuenientia regulam. s. ad dictamen rectum. siue ad prudentiam: ita ꝙ dicitur bonus moraliter: quia conformiter elicitur dictamini recto. vt supra patuit articulo primo. Et actus dicitur imputabilis ex hoc ꝙ est in libera potestate agentis. vt dixi supra. Sequitur. Laudabile aūt ⁊ vituperabile ambo ista important. s. ꝙ actus laudabilis importat ꝙ sit conformis dictamini recto: ⁊ quod sit in libera potestate agentis. et actus vituperabilis importat ꝙ sit difformis dictamini recto: ⁊ ꝙ sit in potestate agētis: quia licet laudabile ⁊ vituperabile formaliter dicāt hoc qđ est imputabile cū determinatione illius ad quod est imputabile. i. ꝙ laudabile non dicit precise imputabile quia p̄t esse ad laudem ⁊ ad vituperiū: sed dicitur imputabile cum determinatione. formaliter dicit̄ imputabile ad laudē vel ad premiū: ⁊ vituperabile dicitur formaliter imputabile ad vituperabile ad vituperium: vel ad penam. Licet ergo dicāt formaliter imputabile cum determinatiōe ⁊c. Tamen materialiter connotant illud propter qđ ipsum est ad hoc imputabile. s. laudabile connotat bonitatem moralem: propter quam actus est imputabilis agēti ad premium: ⁊ vituperabile cōnotat malitiam: ꝓpter quā actus est imputabilis agenti ad penam. ¶ Ibi. De imputabili tamen distingui potest. Dicit doc. ꝙ imputabile potest dupliciter accipi. sicut etiam actus voluntatis potest dupliciler accipi. Uno modo pro actu volūtatis elicito. Alio modo pro actu volūtatis imperato in aliis potentiis. Loquendo ergo de actu elicito voluntatis dicit ꝙ omnis talis actus cum sit in potestate voluntatis est imputabilis: vel ad laudem ⁊ premium: si est elicitus conformiter regule recte: vel ad vituperium ⁊ ad penā. si est elicitus difformiter regule recte: vel non ad laudē si est indifferens: puta si est elicitus a voluntate: nec cōformiter nec difformiter regule recte. Et actus voluntatis elicitus est magis in potestate voluntatis q̄ actꝰ imperatus: quia ad eliciendum talem actum voluntas nihil presupponit nisi cognitionem obiecti cum quis elicit actum. Sed executio actus imperati dependet a potentia sensitiua: que agit per modum nature: ⁊ aliquando actus imperatus in potentia sensitiua potest impediri impotentia ad actum illum ne eliciatur. Nota etiā ꝙ sicut actus volūtatis elicitus est per se p̄mo bonus vel malus moraliter. vt patet a doc. questione vltima prologi. ⁊ in secūdo distinctione. 42. ⁊ in tertio distinctiōe. 33. ita est per se primo imputabilis formaliter: ⁊ sic actus imperatus in aliis potentiis a volūtate est tm̄ materialiter bonus vel malus. vt patet a doc. in secundo distinctione. 42. ⁊ in tertio distinctione. 33. ideo non per se primo: nec formaliter: sed secundario ⁊ materialiter dicitur imputabilis. Et ratio est: quia virtꝰ vel malitia formaliter est ab actu volūtatis elicito. vt patet. ⁊c.

De tertio principali potest dici ꝙ actus dilectionis naturalis ⁊ meritorie non differunt specie: ⁊ hoc loquendo de per se differentia: quam important per se ratio naturalis: ⁊ ratio meritorii: non autem per accidens de differentia. s. aliqua concomitante. puta differentia obiectorum: vel aliqua tali: intelligendo etiam de differentia actus specifica. Nunc doc. declarat principale intentū. s. quō actus exterior imperatus a volūtate habet bonitatē moralem propriam aliam ab illa quam habet actus elicitus: ⁊ similiter habet ꝓpriam malitiam. Secūdo declaratur quomodo actus exterior bonus vel malus non habet propriam imputabilitatem. ¶ De primo probat doc. auctoritate ⁊ ratione quomodo actꝰ exterior imperatus habet propriam bonitatem vel malitiam aliam a bonitate vel malitia actꝰ interioris elicit. Auctoritas est Aug. 13. de trinitate. capitulo. 5. vel. 14. Mala inquit volūtate vel sola quilibet miser efficitur: sed miserior potestate qua desiderium male voluntatis impletur perfecto: quāuis ⁊ si male volēdo miser esset: minus tamen esset si nihil eorum que perperā voluisset habere: potuisset. hec ille. Et patet ꝙ hoc non potest intelligi de miseria pene: quia desiderans ⁊ nō potens habere quod desiderat plus habet de pena q̄ ille cuius desiderium impletur. Intelligit ergo de miseria culpe cū dicit: sed miserior potestate qua desiderium male volūtatis impletur: ⁊ sic actus malus exterior addit ad miseriam culpe: que prefuit in actu interiori. ¶ Secūdo probatur ratione supponendo quod dictum est in primo articu. ꝙ bonitas moralis est ītegritas eoꝝ: q̄ sm rectā rationem operātis dictantur debere cōuenire ipsi actui. Tunc sic quicunqꝫ actus formaliter habēt aliam ⁊ aliā integritatē supradictā habēt aliā ⁊ aliā bonitatē moralem: cum bonitas moralis sit talis integritas: sed actus exterior imperatus sm dictamen rectum siue sm rectā rationem habet aliam integritatem ab integritate actꝰ eliciti. Probat̄ minor. quia recta ratio non dictat actui conuenire debere: quod impossibile est sibi conuenire. Nūc aūt actui exteriori īpossibile est cōuenire illud qđ cōuenit actu īteriori: ⁊ hoc ītelligēdo de vtroqꝫ actu. vt in esse reali supple elicito: ⁊ de eo quod sibi conuenit in tali esse. Licet enim actui exteriori inquantum est obiectum volitum ⁊ non vt actu elicito a potentia exteriori posset aliquo modo competere denominatione quadam extrinseca: illud quod realiter conuenit actui exteriori: non tamen idem eodem modo cōuenit illi ⁊ isti: quia bonitas moralis conuenit formaliter ⁊ intrinsece actui interiori: ⁊ tm̄ extrinsece actui exteriori pro quanto actꝰ talis est volitus: sicut etiam obiectum cognitum ab intellectu diuino: puta lapis dicitur eternꝰ denominatione extrinseca: quia intellectio diuina qua lapis intelligitur est formaliter vita eterna. Sic in proposito: quia actus elicitus a voluntate formaliter bonus quo volūtas vult actum exteriorem: talis actus exterior denominatione extrinseca dicitur bonus moraliter: quia tm̄ bonitate morali formaliter inexistente actui interiori: tamen actus exterior denominatione intrinseca habet aliam integritatem sibi conuenientem: qua dicitur moraliter bonus. Et hoc patet: quia potentie operatiue. s. exterior ⁊ interior non sunt capaces eiusdem actus: immo nec eiusdem rationis: nec per consequens actus illi erunt capaces cōueniētie eiusdē rōnis. Si dicat̄ ꝙ quāuis illi actꝰ sint alteriꝰ rationis: tm̄ cōuenientie siue integritates: quibus dicūtur boni moraliter sunt eiusdē rōnis. Dicit doc. ꝙ hoc etiā cōcesso actꝰ exterior saltē habebit aliā cōueniētiā ⁊ integritatē numero distinctā ab illa que cōuenit actui interiori: ⁊ hoc sufficit ad ꝓpositū. ¶ Cōtra ista instat̄. Nūc doctor tribꝰ mediis instat probādo ꝙ actus exterior nō habeat aliā bonitatē a bonitate actus interioris. ⁊ arguit sic. Primo eadē est veritas actꝰ intelligēdi: ⁊ ipsiꝰ obiecti intellecti. pꝫ. q2 sicut veritas p̄ncipii ē īmediata: sic notitia talis p̄ncipii erit īmediata. ⁊ similiter sicut veritas ꝯclusionis est mediata: puta notitia eiusdē cōclusiōis erit mediata: siue veritas mediata. ⁊ sic pꝫ añs. ḡ pari rōne eadem est bonitas actus volēdi ⁊ obiecti voliti. Cū ḡ volūtas actu elicito conformi recte rationi velit actū exteriorē: ita ꝙ actus

exterior habet ratione͂ obiecti voliti: ⁊ no͂ est bonus mo=
raliter: nisi q̄r sic volitus: ⁊ per co͂seque͂s eade͂ erit boni=
tas moralis actus volendi. ⁊ obiecti voliti scilicet actꝰ
exterioris. ¶ Co͂firmatur ista ratio. q̄r vbi vnu͂ propter
aliu͂: ibi tm̄ vnu͂: sed actus exterior no͂ habet bonitatem
moralem: nisi tm̄ propter bonitate͂ actus interioris: igi=
tur est ibi tm̄ vna bonitas. ¶ Respo͂det doc. primo ꝙ po
sito ꝙ veritas actus intelligendi: que est formaliter ip=
sius actus intelligendi sit quoddam rectum. Alio modo
scilicet obiectiue. s. ipsius obiecti intellecti: ⁊ hoc inqua͂
tum obiectu͂ habet esse in ipso intellectu. Uult dicere ꝙ
veritas actus intellige͂di q̄ est co͂formitas ipsius actus
ad obiectu͂ intellectu͂ talis co͂formitas siue veritas de=
nominat formaliter ⁊ intrinsece ipsiꝰ actꝰ intellige͂di: ⁊
q̄r talis actꝰ sic co͂formis terminat̄ ad obiectu͂ cognitu͂
obiectiue ⁊ denominatiue extrinseca denoi͂at ip̄m obie
ctu͂: sicut visio denominat formal'r ipsam pote͂tia͂ visiua͂
⁊ obiectiue siue denoi͂atiue extrinseca denoi͂at obiectu͂
. s. calore͂ cu͂ dr̄ color visus. Sic in ꝓposito po͂t co͂cedi ꝙ
eade͂ bonitas moralis denominat actu͂ vole͂di ⁊ obiectu͂
volitu͂ vt volitu͂. s. actu͂ exteriore͂ vt volitu͂: tn̄ alio modo
denoi͂at actu͂ interiore͂. s. actu͂ vole͂di. s. denominatione
intrinseca ⁊ formaliter: ⁊ actu͂ exteriore͂ tm̄ obiectiue si
ue terminatiue: siue denoi͂atione extrinseca loq̄ndo se͂p
de actu exteriori vt p̄cise volito: qui po͂t h̄re esse volitu͂:
siue actu existat: siue non existat: loquendo tn̄ de actu
exteriori in esse reali: talis actꝰ habet alia͂ bonitate͂: q̄r
etia͂ realiter habet alia͂ co͂uenientia͂ ad ro͂ne͂ recta͂: ideo
em̄ p̄cise ⁊ formaliter est eade͂ co͂formitas: siue co͂uenie͂
tia actꝰ interioris ⁊ exterioris ad ro͂nem recta͂: vt supra
patuit. ¶ Ad co͂firmatione͂ dicit doc. ꝙ illa co͂firmatio
est ad opposítu͂: q̄r si actꝰ exterior hꝫ co͂formitate͂ ad ro͂=
nem recta͂ ꝓpter co͂formitate͂ actꝰ interioris ad ro͂nem
recta͂: sequit̄ ꝙ habet alia͂ co͂formitate͂ ⁊ ꝓpria͂: q̄r co͂for
mitas actꝰ interioris ad ro͂nem recta͂ formaliter ⁊ ime=
diate sibi inest: hoc est no͂ mediante aliquo alio actu: sed
co͂formitas actꝰ exterioris formal'r ⁊ tm̄ mediate: q̄r tm̄
media͂te actu interiori conformi sibi inest: ⁊ per ꝯn̄s illa
ꝓpositio est nega͂da vel expone͂da. s. ꝙ vbi vnu͂ ꝓpter ali=
ud ibi vnu͂ tm̄. Si g̃ actꝰ exterior habet bonitate͂ ꝓpter
actu͂ interiore͂. Seq̄tur ꝙ habebit alia͂: q̄r si esset simpl'r
eade͂: tunc eade͂ esset causa suiipsius. pꝫ. q̄r bonitas me=
diata suo mo͂ est causata ab imediata: ⁊ si ta͂ mediata q̄ꝫ
imediata est tm̄ vna: tu͂c ide͂ est causa suiipsiꝰ: vel si non
ponit̄ causa sed tm̄ mediu͂ respectu bonitatꝫ exterioris:
ita ꝙ bonitas actꝰ interioris mediat inter ro͂nem recta͂
⁊ bonitate͂ actꝰ exterioris: tu͂c si est eade͂ bonitas seq̄tur
ꝙ ide͂ erit mediu͂ respectu suiipsius: vel ro͂ mediandi re=
spectu suiipsiꝰ: q̄d est impossibile: ⁊ ponit multa exe͂pla
quibꝰ oste͂dit qn̄ aliq̄d est tale ꝓpter aliud: puta bonum
ꝓpter aliud: ꝙ illud habebit ꝓpria͂ bonitate͂ ⁊ alia͂. ptꝫ in
actibꝰ intellectꝰ: q̄r licet co͂clusio sit vera ꝓpter veritate͂
p̄ncipij tn̄ habet ꝓpria͂ veritate͂: q̄r ꝓpria͂ co͂formitatem
eius q̄d affirmatur ad existe͂tia͂ rei: ⁊ ad ipsos terminos
ꝓprios co͂clusio͂is. Na͂ ista co͂clusio homo est risibilis ha
bet ꝓpria͂ ꝯformitate͂. s. p̄dicati: q̄d affirmat̄ de subiecto
ad existe͂tia͂ rei. i. q̄r tale predicatu͂ dr̄ de tali subiecto si=
cut in re risibile co͂uenit homini: habet etia͂ ꝓpria͂ co͂for=
mitate͂ ad terminos ꝓprios: q̄r sicut oratio habet alios ⁊
alios terminos: ita habet alia͂ ⁊ alia͂ co͂formitate͂. no͂ em̄
co͂clusio est vera formaliter veritate p̄ncipij: sed est ve=
ra veritate mediata ⁊ demo͂strata: ⁊ p̄ncipiu͂ est verum
veritate imediata ⁊ indemo͂strabili: ⁊ per hoc exemplu͂
pate͂t etia͂ alia exe͂pla seque͂tia. ¶ Ibi. Si dicas ꝙ veri
tas no͂ co͂uenit alicui extra intellectu͂: sed tm̄ actui intel
lectus vel obiecto vt est in intellectu: g̃ a simili bonitas
moralis no͂ conuenit actui exteriori vt exterius elicito
sed p̄cise vt obiecto actꝰ vole͂di: ita ꝙ nullo mo͂ est bonꝰ
nisi q̄r actu volitus. ¶ Rn̄sio. ꝯn̄a negari posset iuxta il
lud. 6. metaphy. no͂ est falsum ⁊ veru͂ quide͂ in rebus: vt
q̄d quide͂ bonu͂ veru͂: q̄d au͂t malu͂ falsum sed i me͂te. Ali
ter posset negari an̄s: q̄r si itellectꝰ aliquis sit regula in=
tellecti: sicut est de itellectu diuino exe͂pla͂te ⁊ regula͂te
creatura͂: illud po͂t dici verum: no͂ tm̄ vt est actu cognitu͂:
sed etia͂ vt est in se: q̄r s̄m esse suu͂ in se est exe͂platu͂ ⁊ co͂=
formis exe͂plari: puta q̄r lapis sic est in re sicut intelligit̄
ab intellectu diuino ⁊ tu͂c est veritas lapidis exemplati
ad suu͂ exe͂plar: q̄d est itellectus diuinꝰ: vel actꝰ intelle=
ctus diuini: vel esse cognitu͂ ipsiꝰ lapidis: q̄d circa cogni

tu͂ est idea lapidis: siue exemplar ipsiꝰ: s̄m q̄d exe͂plar p
ducit lapide͂ in esse reali. de quo vide doc. in p̄mo. di. 35.
non ꝙ sit idea respectu actualis existe͂tie: q̄r idea no͂ po=
nitur respectu co͂tinge͂tis. vt ꝓbat doc. in p̄mo d. 35. sed
ponit̄ p̄cise respectu entis in esse possibili vel obiectiuo:
puta idea hoi͂s est esse cognitu͂ ipsiꝰ hoi͂s in suo esse quid
ditatiuo: ⁊ tunc volu͂tas diuina co͂tingenter ꝓducit ho
mine͂ in vero esse esse reali: sicut in suo esse obiectiuo re=
lucet in ꝓpria idea: siue ꝓprio esse cognito: ita ꝙ idea si=
ue esse cognitu͂ hoi͂s terminat̄ ad esse quiditatiuu͂ hoi͂s
q̄d est ens possibile ꝓduci in esse reali: ⁊ sic pꝫ quo͂ veri=
tas siue co͂formitas que est exemplati ad exe͂plar ime=
diate fundat̄ in ipso exemplanti: no͂ vt precise cognito:
sed vt habente esse absolutum. ¶ Secundo principali=
ter arguit: quia sicut non est alia malitia actus interio=
ris ⁊ exterioris: ita no͂ est alia bonitas. pꝫ de malitia que
formaliter est tm̄ carentia iustitie debite s̄m Ansel. de
conceptu virgi. lib. 1. capi. 7. ergo iustitia debita actui: q̄
est rectitudo actus est tm̄ in actu voluntatis: ita ⁊ iniu=
stitia que est care͂tia talis rectitudinis erit p̄cise in actu
volu͂tatis. ¶ Rn̄det doc. distingue͂do de iustitia habitua
li ⁊ actuali: habitualis est habitꝰ ꝟtutis: ita ꝙ accipitur
hic iustitia habitualis non pro iustitia habituali proprie
sumpta: que est virtus ad alterum. de qua quinto ethi.
que diuiditur in iustitiam habitualem punitiuam ⁊ pre=
miatiuam: que iustitia habitualis habet sub se multas
species. de qua vide doc. in tertio. d. 34. ⁊ in q̄rto. d. 14.
q. 2. Sed loquitur hic de iustitia habituali: accipie͂do iu
stitiaꝫ habituale͂ pro omni habitu ꝟtutis moralis natu
raliter acquisito. Accipitur etiam a Doc. iustitia habi=
tual' pro habitu supnaturali. s. pro charitate: de qua pa=
tet a Doc. in 2°. di. 6. q. 2. ⁊ specialit̄ in 4. di. 14. q. 1. Ali
qua͂do accipitur pro iustitia orginali habituali: que etia͂
dicitur habitus supnaturalis: vt patet a Doc. in 2°. dist
29. Sed hic in proposito accipit iustitia͂ habituale͂ omni
bus modis supradictis. Iustitia vero actual' est tm̄ re=
ctitudo actus: que rectitudo nihil aliud est nisi quedam
co͂formitas: vel ad rectam ratione͂ naturalem: vel ad re
ctam ratione͂ supnaturalem: de quibus regulis vide do
cto. in. 4. di. 14. q. 2. ⁊ actus per tale͂ rectitudine͂: siue co͂
formitate͂ dicitur moraliter bonus: ita ꝙ talis co͂formi=
tas que e͂ iustitia actualis immediate fundatur in actu:
vt patet a doc. hic ⁊ in. 2. di. 34. ⁊. 37. ⁊ in. 4. di. 14. q. 1.
Sed iustitia habitualis imediate fundatur in volunta=
te. Nota etiam ꝙ duplex est rectitudo actus actualis:
Una tm̄ naturalis ⁊ in se ⁊ qua͂tum ad regula͂: vt o͂nis
rectitudo actus: que precise est s̄m dictamen naturale͂.
Alia potest dici supernaturalis non ꝙ insit actui super=
naturali: sed quia inest a regula supernal'iter acquisita
vt cum quis elicit actum dilectionis trinitatꝫ co͂forme͂
fidei infuse: que dictat deum ee͂ diligendu͂ inq̄ꝫtum est
trinus ⁊ vnus. Dicitur ⁊ aliquando rectitudo supnatu
ralis ⁊ dispositiue meritoria: vt qua͂do actus est a chari=
tate: si tn̄ charitas producit in actu aliqua͂ realitate͂ que
sit dispositio ad hoc vt actus acceptetur ad premiuꝫ vt
videtur probabile: vt supra patuit. q. 17. ⁊ rectitudo su=
pnaturalis istis duobus modis: licet sit naturaliter cau
sata: ⁊ quantum ad hm̄o͂i causatione͂ possit dici natural'
tn̄ quia est ab habitu supnaturaliter causato potest dici
supnatural'. Est etia͂ rectitudo mere supnaturalis ip̄ro
prie tn̄ qualis est acceptatio passiua qua actꝰ acceptat̄
a diuina volu͂tate in ordine ad p̄miu͂ eternu͂. Sed in ꝓpo
sito no͂ accipit̄ rectitudo actus vltimo ⁊ penultimo mo=
dis sed bene alijs medijs. Nota etia͂ ꝙ rectitudo actus
est duplex. queda͂ est p̄cepta vel p̄cepto diuino: vel p̄ce=
pto legis nature. Exe͂plu͂ p̄mi. Honorare pare͂tes loco
⁊ tp̄e ⁊ insta͂te necessitate est actꝰ p̄ceptus: ita ꝙ opposi
tu͂ facie͂s peccat mortaliter. Exe͂plu͂ secu͂di. Colere deu͂
est p̄ceptu͂ legis nature stricte sumptum. vt pꝫ a doc. in
tertio. d. 32. Alia rectitudo no͂ est p̄cepta: sicut vouere
castitate͂ no͂ est p̄ceptu͂: sed tm̄ co͂siliu͂. Aduerte etiaꝫ ꝙ
ꝓprie loque͂do p̄uatio rectitudinis p̄cepte debere inesse
actui semp̄ est pctm̄ mortale. Aliq̄n e͂ pctm̄ veniale qn̄
talis rectitudo no͂ est p̄cepta debere inesse. Aliq̄n recti
tudo actꝰ no͂ est p̄cepta debere inesse actui: ⁊ tn̄ p̄uatio
rectitudinis: puta orare amore dei cu͂ alijs circu͂sta͂tijs
no͂ semp̄ obligat ⁊ tn̄ si ore͂ ꝓpter inane͂ gloria͂ p̄mo ⁊ p̄n
cipalit̄ erit pctm̄ mortale: q̄r ⁊ si ista circu͂sta͂tia. s. amo=
re dei no͂ semp̄ sit p̄cepta: tn̄ circu͂sta͂tia opposita co͂tra=

ria: que est alius finis est simpl'r prohibita. Multa alia possent dici que breuitati causa transeo. ¶ Ad propositū applicādo dico q si accipiat' iustitia habitualis p habitu morali siue p habitu supnāli: ⁊ hoc formalit' loquēdo dico q sicut talis iustitia est formaliter in volūtate: ita ⁊ priuatio talis habitus erit formaliter in volūtate: quia priuatiue opposita nata sunt inesse eidem successiue. Iniustitia vero actualis que est carentia rectitudinis opponitur priuatiue iustitie actuali: siue rectitudini actuali: ⁊ sicut talis rectitudo actualis imediate fundatur in actu: ita iniustitia actualis ⁊ carētia rectitudinis actualis immediate fundatur in actu ⁊ mediate in potētia cuius est act9. sic ergo actus exterior potest esse rectus formaliter. i. potest habere rectitudinem propriam sibi formaliter inherentem: que dicitur iustitia actualis: ita potest habere carentiam talis rectitudinis: que dicitur iniustitia actualis: ⁊ sic actus rectus: siue exterior siue interior nō dicitur rectus formaliter a iustitia habituali: potest enim esse rectus etiam q nō sit ab aliquo habitu generatus. vt patet a Docto. in primo. di. 17. ⁊ in. 4. di. 14. q. 2. Et cum dicit hic q stante iustitia habituali potest haberi actus peccati venialis: vel actus indifferēs Hic specialiter loquitur de iustitia que est charitas: cū qua stat actus indifferens: qui. s. nec est formaliter malus: nec formaliter bonus. Et similiter act9 peccati venialis. vt patet a Doc. supra. q. 17. ⁊ in primo di. 17. Dicit etiam q idem actus manens siue cōtinuatus per horam si est rectus: quādiu manet eius rectitudo manet: ita q idem actus manens non potest mutari a recto in non rectum. patet. quia inrectitudo non posset inesse nisi per alium actum: cui pcise inesset talis rectitudo: nec simpliciter actui recto continuato per horam pōt inesse rectitudo pro vna parte puta priori puta pro medietate hore: ⁊ pro alia parte non rectitudo: quia vt dixi non posset fieri non rectus nisi mediante alio actu cui rectitudo inesset. ⁊ hoc patet a Docto. in secundo distin. 28. vbi dicit q quando quis actu vitat peccatum pro toto illo tpe quo vitat peccatū nō pōt peccare: quia nō posset peccare nisi per alium actum. ¶ Quādo igitur dr q iustitia non est nisi in voluntate: verum est de iustitia habituali: que quidem iustitia est rectitudo pter se seruata: seruatum enim proprie conuenit habitui vel magis extendendo: verum est de iustitia actuali primaria: que est imediata conformitas actualis ad rationem: qualis est tm in actu voluntatis elicito: ⁊ talis iustitia dicitur propter se seruata: quia voluntas illā propter se seruat: hoc est tenet illam in actu suo: quoniā illa iustitia recta elicit. idest q volūtas elicit vnum actum rectum illa iustitia: quia talis iustitia est formaliter rectitudo actus. Si autē sit sermo de iustitia actuali secundaria: siue mediata que formaliter est in actu exteriori imperato: talis iustitia non est subiectiue in voluntate: sed tm causaliter pro quanto scilicet imperat talem actum exteriorem: ⁊ ita de ista adhuc potest aliqualiter saluari distinctio illa iustitie: quia illa est rectitudo voluntatis: nō vt voluntati formaliter inherens: sed voluntatis vt imperantis: est etiam propter se seruata tanq effectus volūtarie positus. ¶ Ex isto sequuntur quedam correlaria per que etiam declaratur propositum. Primum q manēte eadem iustitia habituali: tot sunt iustitie actuales quot sunt actus eliciti conformiter inclinationi iustitie habitualis ⁊ vna potest esse intēsior alia: si vnus actus eliciatur cum maiori conatu q alius. ¶ Secundū. quot sunt act9 mali tot sunt malitie actuales. patet: qr actus sicut natus est habere bonitatem siue rectitudinem: ita ⁊ carentiā illius que dicitur malitia actualis. ¶ Tertium. malitie eo modo differūt quo bonitates opposite que deberent inesse: quia priuationes precise distinguūtur: sicut habitus oppositi adinuicem distinguūtur. Et hinc patet q non solum distinctio vitiorum philosophice loquendo: que vitia formaliter priuatiue opponūtur bonitatibus moralibus traditis a philosopho: sed ⁊ patet distinctio peccatorum theologice loquēdo: nec dicūtur tm distingui per distinctionem cōuersionis: scilicet per aliam ⁊ aliam conuersionem ad creaturam. vt aliqui dicunt: quia illa nec per se constituit nec etiam distinguit peccatum vt peccatum: sed talis distinctio accipitur fm rationem ppriam huius priuationis que est formalis ratio distinguendi vnam malitiam ab alia priuatiue: sicut ⁊ bonitas opposita est ratio distinguēdi positiue: ⁊ hoc magis patet a Doc. in secundo dist. 34. Apparet ergo quō vnū peccatū est grauius alio peccato: quia actus eo modo quo debet habere bonitatem maiorem siue in specie: eodem modo si caret tali bonitate maiori debita: ille actus est peior priuatiue: ⁊ si habeat cōditionē aliquam positiuā repugnantem illi bonitati: tūc est peior contrarie. Apparet etiam quomodo peccata possunt continuari in infinitum in damnatis: nec tm natura eorum nec habilitas aliqua corrumpitur. ⁊ hoc clare ostensum est in secundo distin. 34. vide ibi. ¶ Ibi. Quid ergo adimit peccatum additum peccato. Dico vt dicit Doc. in secūdo distin. 34. q formaliter adimit iustitiam actualem cui formaliter opponitur: non q adimat illā: sic q prius infuerit: sed que deberet inesse. vt ibi prolixe expositū est. ¶ Ad aliū de auersione. Dicit doc. q auersio ab vltimo fine potest intelligi. vel q sit actualis auersio: qualis est nolitio finis siue odium dei: ⁊ dicitur auersio formalis: quia sicut amor dei imediate ⁊ formaliter conuertit ad deum: sic odium dei imediate auertit a deo. si tamē tale odiū sit possibile. De quo vide doc. in secundo dist. 9. q. 1. ⁊ distin. 43. Loquēdo de tali auersione patet q est tm actus voluntatis imediate ab ipsa elicit9. Alio modo potest intelligi auersio mediata siue virtualis que potest poni acceptatio aliqua voluntatis incompossibilis volitioni finis: saltem efficaci vel cōsecutioni finis: sicut quādo volūtas vult omnino aliquid inordinatū: ⁊ deordinans a cōsecutione finis. puta aliquid contra preceptum diuinū: sine cuius obseruatione nō est possibile consequi finem: vt quādo vult aliquid cōtra precepta secūde tabule: ⁊ quō hec auersio dicat' virtualis. vide Doc. in secūdo distin. 35. ⁊ que ibi exposui. ⁊ isto etiam modo intelligendo auersionē auersio est act9 solius volūtatis. Tertio modo largius potest dici auersio quecūq malitia separans a fine efficaciter volendo vel cōsequendo: ⁊ talis malitia potest esse in actu voluntatis imperato: quia cū imperare actum sit malū nō stat voluntatē efficaciter velle finem vltimum: nec etiam ipsum posse efficaciter consequi: ⁊ hoc tertio modo auersio potest esse actus alterius potentie imperatus a volūtate: vt actus fornicandi qui imperatur a voluntate cōtra preceptum dei qui precipit non fornicari. Et de huiusmodi materia: scilicet conuersionis ⁊ auersionis. vide prolixe Doc. in secundo dist. 35. ⁊ quomodo specialiter potest esse peccatum in actibus aliarum potentiarū. vide in secūdo dist. 42. ¶ Sequitur in littera. Sicut igitur referibilitas vel quasi ordinabilitas ad finem potest dici conuersio: sic inordinabilitas potest dici auersio. qn igitur accipitur q nō est nisi vna auersio in actu interiori ⁊ exteriori: verum est duobus primis modis intelligēdo. imo non est talis auersio nisi in actu interiori: ⁊ si sic intelligatur q auersio sit formalis ratio in peccato: negādum est. imo sufficit illa inordinabilitas actus imperati: que posset dici auersio tertio modo dicta. Qd etiā additur ibi de libidine si libido intelligatur esse improba voluntas. hoc est immoderatum velle: libido non est formaliter in omni peccato: sed vel formaliter vel causaliter concurrit ad peccatum. Si igitur libido vel cupiditas debet esse conuertibile cum peccato oportet extēdere ista non tm ad actum interiorem voluntatis imoderatum: sed etiam ad actum imperatum ⁊c. Et quia tota ista litera vsq in finem satis clara est ex his que dixi supra. Ideo aliter non expono eam.

¶ Questio Decima nona.

Circa questionem decimamnonā querit Doct. an in Christo vnitas nature humane ad verbū sit sola dependentia nature assumpte ad personam verbi. ¶ In hac questione sunt tres articuli principales. Primus quis modus vnitatis sit hic ponendus. Secūdus est qualiter ipsa vnitas sit possibilis quantum est ex parte persone assumentis. Tertius est qualiter sit possibilis quantum est ex parte nature assumpte. ¶ Licet hec questio quātum ad omnes articulos sit subtiliter pertractata a Docto. in tertio distinctione. 1. questione. 1. ⁊ ibi sit per mē prolixe exposita: tamen quia aliqua pauca vltra ea que

ponātur tres ⁊ sꝑ ipsa plus valet illi cui fit in priori gradu:
puta si quis sic intendat: ꝙ quantum pōt oblatio valere ali=
cui alij ab offerente tm̄ valeat ipsi. a. ⁊ tunc post ipsum. a.
quantum valere potest alicui alteri valeat ipsi. b. ⁊ post. b.
ipsi. c. ⁊ hoc siue ꝑ. a. intelligatur vna sola ꝑsona siue mul=
te: ꝓ quibus vult in eodem gradu orare. Esto igitur ꝙ ex
ordine ecclesie vel ex beneficio tenetur quis offerre medio
mō: ⁊ hoc in primo gradu ꝓ vno non preiudicat tn̄ illi si me
dio modo in secundo gradu applicat virtutem oblationis
alij: ⁊ sic de quibuscunqꝫ gradibus: qꝛ nunqꝫ applicatio fa=
cta in gradu posteriori sibi abstrahit aliquid illi cui facta ē
in gradu priori. ¶ Cui autem fieri debet applicatio et in
quo gradu dubium est. An scilicet curatus debeat prius ap
plicare oblationeʒ suo parochiano: ꝙ̄ patri vel matri. Di=
cit Doct. ꝙ de lege nature videtur magis obligari parenti
bus: et illi legi preiudicare non potest positiua obligatio:
nec quisqꝫ recipiens obligationem debet velle sibi sacerdo
tem obligari contra rectum ordinem legis nature: ⁊ ita in
terpretandum est: ꝙ obligans sacerdotem nunquam vo=
luit sacerdotem sibi sic obligari quin sacerdos possit libere
reddere semper patri et matri illud in quo eis tenetur. Po
sito etiam ꝙ pater ⁊ mater sint parochiani alterius sacer
dotis: qui tenetur ꝓ eis offerre sacrificium: sicut pro alijs
parochianis. Adhuc videtur dicendum: ꝙ magis teneať
patri ⁊ matri. quia ius nature sic obligat: loquendo tamen
de iure nature large sumpto: vt patet in tertio distinc. 37.
¶ Scđa conclusio est: ꝙ loquendo de alijs sacerdotibꝰ nō

obligatis mō supradicto: tales ⁊ si magis possint ꝓ suo libito applicare bonum ⁊c. debent tamen applicationem suam conformare beneplacito summi sacerdotis quantum possūt de illo verisimiliter concipere quod difficile quādoq̄ʒ est cōcipere in speciali de hac persona vel illa. probabilius tamen ꝯcipitur magis in cōmuni: puta parentibus: benefactoribꝰ principibus. ⁊ prelatis: iuxta illud apostoli prime ad Timo. secundo capitulo. Obsecro ergo. primo ⁊c. pro mortuis etiā iuxta illud secundi Machab. duodecimo. Sācta ergo ⁊ salubris est cogitatio pro defūctis exorare. Et adhuc sic sistēdo in ꝯmuni dubium est quibus debet offerens medio modo applicare sacrificium: ⁊ hoc in gradu priori: ⁊ quibus in gradu posteriori. nam in aliquibus est maior indigentia: sicut in mortuis qui non possunt pro se mereri q̄ʒ in viuis: ⁊ in peccatoribus q̄ʒ in iustis: qui per propriam gratiam quam habēt possunt mereri non sic peccatores ⁊ magis indigēti videtur iustum prius subuenire. tamen ex alia parte videt̄ maior vtilitas: vtilius est enim viatori gratiam augeri. ⁊ ex consequēti merita q̄ʒ mortuo solam penam remitti: videtur etiā quis magis obligatus fratri suo existenti in charitate q̄ʒ peccatori: qui nec deum diligit nec a deo diligitur: sicut iustus ac timens deum timore filiali. Tutius ergo videtur applicationem facere generalē talem: videlicet. Digneris domine oblationem istam specialiter acceptare pro illis pro quibus nosti me teneri: specialiter offerre: ⁊ in illo gradu in quo nosti me teneri pro illis. Et si in speciali determinetur ab aliquē: puta ad patrem vel matrem: vel aliquos puta ad benefactores particulares: tutius est: ꝙ fiat applicatio sub hac cōditione: si tibi placet. Et iste modus applicandi debet intelligi fieri non tm̄ a celebrantibus non obligatis: sed etiā a celebrantibus obligatis. ¶ Ibi. De tertio in isto articulo dici potest: ꝙ scilicet missa non tm̄ valet virtute sacrificij applicata pluribus in eodem gradu ⁊c. Dicit Doct. ꝙ bonum debitum virtute sacrificij plus valet applicatum petro: q̄ʒ si applicaretur sic petro ⁊ alijs. ⁊ loquor de bono debito ecclesie non specialissime nec generalissime. sed tantum specialiter: siue medio mō accepto. Et ꝙ plus valeat soli petro: ⁊ simul petro ⁊ alijs probatur eisdem rationibus: quibus in primo articulo principali probatum est de bono debito merito personali ipsius celebrātis. ¶ Ibi. Sed hic est quoddam dubium speciale scilicet an meritum qđ est virtute sacrificij sit infinitum: ⁊ per consequēs bonum debitum tali merito sit autem infinitum. Dicit Doct. primo ꝙ bonum correspondens merito ecclesie non correspondet precise bono contento in eucharistia: id est ꝙ bonum debitum merito ecclesie non est precise tantum bonum quantum est christus contentus in eucharistia: quia loquendo de tali bono equale est etiā quādo eucharistia seruat̄ in pixide. quia vt ibi ita perfecte christus continetur: sicut quando eucharistia est in manibus sacerdotis: ⁊ tunc bonum debitum ecclesie virtute sacrificij nō plus valet ecclesie quando sacerdos offert sacrificium in ꝑsona ecclesie q̄ʒ quando eucharistia seruatur in pixide. Secundo dicit ꝙ vltra bonum contentum in eucharistia quod est expresse correspondet ecclesie aliud bonum quod sibi debetur virtute oblationis sacrificij indistincte loquendo de oblatione siue scʒ intelligat̄ ipsa consecratio: siue perceptio sacramenti: siue oblatio vel operatio aliqua sacerdotis in ꝑsona ecclesie. Et addit ꝙ nūq̄ʒ talis oblatio est deo accepta ⁊ ordinata ad bonum reddendum ecclesie: nisi sit offerentis accepti: ⁊ per consequens existentis in gratia: ⁊ hoc probat multis auctoritatibus. Ex hoc sequitur ꝙ oblatio facta ab existente in peccato mortali non est meritoria: nec deo accepta: nec ad aliquod bonum ordinata a deo reddendum nec sibi nec ecclesie: quia tunc talis offerens non mereretur: sed magis demeretur. ¶ Ex istis patet ꝙ sicut eucharistia non precise ratione rei contente plene acceptatur: sed oportet ꝙ sit oblata sic vcʒ a sacerdote potestatem habente specialiter offerendi: vtrum sacrificium: vt minister ecclesie: nec etiam plene acceptatur oblata: supple vt sit meritoria nisi ratione bone voluntatis alicuius offerentis non autem precise ratione ipsius voluntatis celebrantis: quia hoc pertinet ad meritum personale non ad virtutem sacrificij nec etiam eucharistia siue oblatio acceptatur immediate ratione voluntatis ipsius christi offerentis: quia christus ⁊ si hic offeratur vt contentus in eucharistia: non tamen hic immediater offert sacrificium: vt patet ad hebreos. 9. Christꝰ semel oblatus est supple a seipso offerente. quia scilicet obtulit se ipsum patri in morte: alioquin videretur ꝙ celebratio vnius misse equiualeret passioni christi si idem esset offerens immediate ⁊ oblatus: certum est autem ꝙ missa nō equiualet passioni christi: quia talis passio oblata a christo quo ad sufficientiam fuit meritoria etiam pro infinitis: ⁊ quo ad efficaciā fuit singulariter meritoria quo ad predestinatos: vt patet a Doct. in tertio dist. 19. immo missa specialiꝰ valet pro quāto ibi est specialior commemoratio oblationis quam christꝰ obtulit in cruce iuxta illud luce. 22. Hoc facite in meam commemorationem: quia fit missa tam representando illā oblationem in cruce: q̄ʒ per eam obsecratio vt scilicet per ea videlicet obsecrationē deus acceptat sacrificium ecclesie. obsecratio etiam ꝯmuniter fit per aliquid magis acceptum ei q̄ rogatur q̄ʒ sit sibi supplicatio obseruantis: si enim supplico pro salute anime patris: vt hoc mihi facias suppono tibi magis acceptam esse salutē eius q̄ʒ supplicationem meam: vnde propter illam acceptam vellem supplicationem meaʒ acceptari ⁊ propter vnumquodq̄ʒ tale ⁊ illud magis. primo posterio. tex. cam. 5. ¶ Sic ergo patʒ ꝙ eucharistia oblata acceptatur non ratione voluntatis christi vt offerentis hoc est instituentis oblationem ⁊ dantis sibi valorem ⁊ acceptationem: tamen non equiualeret: nec acceptaretur vt passio christi: ⁊ ita esset meritum finitum: cui correspondet bonuʒ debitum virtute sacrificij. Ex quo ergo meritum quod habetur virtute sacrificij siue ratione voluntatis generalis ecclesie offerentis sacrificium siue ratione voluntatis christi offerentis ⁊ instituentis tale sacrificium: tale meritum est finitum: ⁊ per consequens certi et determinati gradus. Sequitur ꝙ bonum correspondens tali merito secundum strictam iustitiam erit finitum et certi ac determinati gradus: siue loquendo de bono applicato specialissime: siue generalissime: siue specialiter: et per consequens patet ꝙ bonum debitum virtute sacrificij specialiter: siue medio modo plus valet petro. si sibi soli applicetur q̄ʒ sibi valeat si simul sibi ⁊ alij applicetur. Et quod dicit de merito passionis christi non vult Doct. ꝙ meritum passionis christi sit formaliter infinitum etiam acceptatum cum omni circunstantia ad suppositum diuinum: vt subtiliter probat Doctor in tertio distinctione decimanona. Et hoc loquendo intensiue: tamen extensiue potest esse infinitum pro quanto deus potuit acceptare illam passionem pro infinitis personis: vt patet. Siue ergo tale meritum sit intensiue finitum vel infinitum vel etiam extensiue adhuc passio christi oblata ab ipso est simpliciter magis meritoria q̄ʒ eucharistia ēt oblata ab ipō christo. ¶ Addit etiam Doc. ꝙ talis oblatio precise acceptatur a deo rōne volūtatis eccl'ie militantis: ⁊ non triumphantis. ¶ Contra. Si est solius ecclesie militātis: ergo si nullꝰ viator esset in grā virtus sacrificij esset nulla. Rn̄det doct. ꝙ si sic esset virtus sacrificij minime valeret ecclesie: tm̄ nō sic ē. qꝛ nunq̄ʒ erit ecclesia militans sine aliquo qui sit in charitate ⁊ hoc ex ordine dei: iuxta illud Luce. 22. igitur rogaui ꝓ te petre: vt nō deficiat fides tua. ¶ Arguit etiam: qꝛ si acceptaretur rōne voluntatis ecclesie militantis. Seq̄retur ꝙ si vnus solus esset in grā ꝙ bonum debitum ecclesie eq̄retur merito ꝑsonali illius existentis in grā: patet qꝛ si meritum personale sit vt octo ipsius celebrantis existentis in grā: bonum correspondens erit vt octo. cuʒ ergo bonum debitum ecclesie sit ratione bone voluntatis existentis in gratia videtur sequi ꝙ tale bonum equetur merito personali illius solius existentis in gratia. Dico ꝙ non sequitur: qꝛ deꝰ magis acceptat illam oblationem que fit virtute sacrificij q̄ʒ acceptet opus personale. ¶ Deinde mouet aliam difficultatem scilicet quomodo ad meritum istud concurrit motus illius qui nihil cogitat de oblatione cuiusmodi est aliꝰ a celebrante nec assistens sibi. Respondet ꝙ et si non sit in eo motus actualis: tamen sufficit motus virtualis vel habitualis quo vult deū acceptare partes ecclesie. Propter ista argumenta dici p̄t sicut dicitur respondendo ad argumentum principale huius questionis in fine. ¶ Secundo dicitur ꝙ istud meritum est ad meritum passionis christi nō ꝙ tunc christus mereatur: sed quia quando passus est meruit ꝙ istud meritum esset ad meritum illud applicabile. Tertio dico ꝓ ꝓpria instantia ꝙ nunq̄ʒ erit ecclesia militans sine aliquo qui sit in charitate ex ordinatione dei: iuxta illđ dictum christi. Luce. 22. Ego rogaui pro te petre: vt non deficiat fides tua.

Marginal note: nota hic.

De tertio articulo principaliter quod erat si sacerdos soluat debitum simul dicendo missam pro pluribus quibus obligatur. Et primo Doc. declarat quot modis potest sacerdos se obligare. primo potest obligare missam ex sola liberali promissione: secundo ex stricta obligatione loquendo de liberali promissione. dicit ꝙ est in potestate promittentis tm̄ promittere quantum voluit et ad tm̄ se obligauit et non plus siue ad tm̄ quantum voluit precise

Marginal note: Quot modis p̄t sacerdos se obligare.

verbi gr̄a quis nullo mō obligatus ad dicendū missam. si dicat al. cui ꝓ quo non tenetur celebrare. puta ex aliquo bn̄ficio recepto ego intendo applicare meritum misse tibi talis obligatio ē mere liberalis. ⁊ ī isto casu tm̄ se obligauit ꝙtū voluit se obligare: si tamen iste intellectus possit sine mendacio stare cum verbis que habentur: extra de spon. c. ex literis: vbi glosa in fine dicit secundum promissionem sit interpretatio: quia liberum fuit ⁊ licitum stipulatori verba lata concipere: ⁊ tunc si reddat sicut intendebat in promittendo soluit debitum. Secundo modo loquendo de stricta obligatione ⁊c. primo declarat per quid intelligit strictam obligationem: ⁊ dicit ꝙ nō intelligit strictam obligationem que est per conuentionem legalem qualis est inter vendentē ⁊ emētem nec per conuentionem que est per aliquā ꝯmutationē scꝫ spiritualis in temporalem: quia illa videtur simoniaca: nec valet dicere ꝙ sacerdos cōmutaret pro aliquo tēporali suum laborem temporalem: quia non est verisimile ꝙ aliq̄s vellet sibi tantum dare pro labore corporali in illo actu: vt patet. Dicit ergo ꝙ eleemosyna liberaliter offertur cū mendicatione orationis ⁊ accipiens eleemosynam tenetur secūdum iustitiam orare pro mendicante suā orationem: ⁊ tunc s̄m iustitiam liberaliter tamen (accipiendo. s. liberaliter sine conuentione ⁊ ꝯmutatione) obligat se ad orandum pro benefactore: vel si talis recipiēs beneficiū sit particularis persona vel si sit cōitas aliqua: tunc vel prelatus illi⁹ cōitatis recipientis beneficium obligat se pro tota illa cōitate ipi benefactori: vel ipsam totam obigat. vel ipsa tota se tota obligat: ⁊ quelibet istarum obligationum potest esse stricta: licꝫ non sit s̄m commutationem huius pro illo: puta misse ꝓ beneficio: quia tūc esset simonia. Hoc exposito ponit duas cōclusiones. prima quod aūt verba obligationis quibus se intelligat ad dicendum missam si sunt certa et simpliciter determinata: puta ad hunc intellectum scꝫ dicendo: obligo me ad dicendum missam pro isto benefactore vna cum alijs ꝓ quibus teneor: tunc dicēdo missam pro illis pluribus soluit debitum. Secunda conclusio est ꝙ obligans se ad dicendū missam pro aliquo: ita specialiter sicut potest sacerdos specialius pro alio a se celebrare: hoc est quantum potest ⁊ meritum personale ⁊ virtutem sacrificij alicui alij speciali⁹ applicans: ⁊ quo ad hoc dicit Doc. ꝙ sic obligans si pro aliquo vno non potest pro duobus satisfacere: ⁊ hoc si obligans sacerdotem ad dicendum missam intendat eum sic obligare.

Prima cō clusio doc.

Scd̄a.

Et posito etiam ꝙ sacerdos sic dicat: ego dicam pro te vnā missam: pro se tantummodo supradicto. s. ꝙ applicet sibi bonum misse: quātum potest sibi applicari adhuc tenetur dicere missam tm̄ pro isto quia verba obligatiōis si obligatio est licita sunt accipienda s̄m intellectum quem habet ille cui fit obligatio: vt patet in secunda. q. 5. c. quacunqꝫ. quacunqꝫ arte verborum quis iuret: deus ita accipit sicut ille cui iurat̄ intelligit. ⁊ dicit de obligatiōe licita: quia si obligaret eum ad illicita: tunc obligatus non tenetur seruare: et sic exponendum est illud: extra de iureiurando. c. veniens. ¶ Ibi. Sed que est cōis intelligentia habenda de talib⁹ verbis: puta cū q̄s dat eleemosynā sacerdoti: dicēs. do tibi hāc eleemosynā vt dicas mihi vnam missam: an per huiusmodi verba per se intendit obligare sacerdotem ad dicendum illam missam ꝓ se tm̄. Dicit doc. sic videtur inquantum obligans districte sacerdotem ad celebrandum per se intendit obligare eum ad illud quod est sibi vtilius. Dū tamen illum ad illud liceat ipsum obligare: nunc autem ꝙ maximum bonum quod debet̄ virtute meriti personalis: ⁊ etiam virtute sacrificij ipsius loquendo de bono specialiter: siue medio modo applicādo ꝓut distinguitur contra bonum applicandum specialissime et generalissime prout in primo ⁊ secundo articulis expositum est: medio modo alicui applicādi totum reddatur isti est istō vtilius ꝙꝫ ꝙ non totum reddatur ⁊ hoc licet: quia nō est contra charitatem ꝙ vnusquisqꝫ bonum spirituale sibi procuret quantum potest sine preiudicio alterius: ergo iste si intēdit sacerdotem obligare. s. ꝙ totum illud bonum sibi debeatur: non autem sibi deberetur totum: si simul pro altero celebraretur: sicut declaratum est in primo articulo quantum ad illud quod debetur merito personali: ⁊ in secundo art. quātū ad illud quod debetur virtute sacrificij. Si ita esset. tūc celebrans pro duobus non solueret debitum isti. ¶ Ibi. Sꝫ nūquid in casu aliquo speciali satisfacit iste qui tenetur ad vnā missam pro eo si celebrat simul pro eo ⁊ alio. Hic recitat vnā opinionem que dicit ꝙ vbi est rationabilis ꝯsuetudo qualis est ꝙ anniuersaria celebrentur in ecclesijs in quibus corpora sepeliuntur ⁊ in quibus ipsi mortui dum vixerunt perceperunt ecclesiastica sacramenta. Si ergo cōtingat plura anniuersaria concurrere satis fit illis multis per vnam missam: quia iste non obligatur ad impossibile vel omnino ad inconueniens illi ecclesie in qua ministratur: cuiusmodi esset ibi eodem die plures missas pro mortuis solenniter celebrare. secus est de pauperibus religiosis ⁊ sacerdotibus nō curatis nec collegiatis: tales. n. tenentur ad singulas missas propt̄ singulas obligationes: nec excusaret eos consuetudo de nō celebrando plures missas eodem die: quia tantum licet eis ad illa se obligare de quibus fuerint certi ꝙ possint complete soluere. ¶ Ibi. Aliter dici potest. Hic doc. expresse videt̄ tenere ꝙ non possit satifieri in vna missa solenni simul pluribus anniuersarijs: ⁊ hoc si illa missa sit obligata vni anniuersario: quia tunc tenetur satis facere secundum intentionē obligantis. vt supra patuit. Dicit tamen ꝙ ille qui obligauit sacerdotem ad anniuersarium potest cedere iuri suo: vt sacerdos non teneatur celebrare missam tantum pro se: sed ꝙ etiam sic possit celebrare pro alijs: ⁊ tunc in isto casu potest sacerdos obligatus ad dicendum missam pro vno etiam simul fatisfacere pro alijs ex cessione illius obligātis. Et addit ꝙ si aliquis nesciens modum illius ecclesie intendit simpliciter obligare ad tantum ad quantum obligauit sacerdotem simplicem non curatum: non videtur ꝙ iste satisfacit nisi sibi reddatur tm̄ in ecclesia collegiata. s. propria missa quātum teneretur reddere sacerdos non curatus. quia consuetudo specialis est isti incognita: ⁊ licite ignota: quia iste non tenetur scire consuetudines speciales ecclesie. si tamen sciret tales consuetudines ⁊ cederet iuri suo: vt supra dixi: tūc posset satisfieri pro eo ⁊ alijs: si igit̄ vult sacerdos ꝓpter suam consuetudinem sibi notam alleuiari exprimat eaꝫ ignoranti illam: ⁊ si consentiat ꝙ s̄m illam consuetudinem sibi satisfaciat bene quidem: quia tunc satisfacit sibi ⁊ alijs s̄m cōsuetudinem illius ecclesie in eadem missa. Si vero nō consentiat: tunc non satisfacit. ¶ Quod ergo allegat̄ rationabilis consuetudo tanq̄ꝫ satisfaciens. Dicit Doctor ꝙ licꝫ absolute possit esse rationabilis consuetudo scilicet ꝙ in eodem die in hac ecclesia non dicatur missa solennis pro mortuis: nisi vna: tamen in casu aliquo scilicet quia iustitia requirit ꝓ singulis obligationibus singulas missas dici: tunc nō potest esse rationabilis consuetudo vt vna tantum dicatur: quia eque requiritur iustitia in ecclesia collegiata: sicut a simplici sacerdote nisi ille cui sacerdos tenetur: velit cedere iuri suo saltem implicite acceptando pro se cōsuetudinem illius ecclesie quam non debet presumi acceptare nisi talis consuetudo sit sibi nota. ¶ Et cū dicitur ꝙ non tenetur ad impossibile vel ad inconueniens: dicit ꝙ si est ꝯsuetudo in hac ecclesia approbata factum est simpl'r incōueniēs hic plures missas dici mortuis eodem die isti non licet se obligare aliquibus obligationibus ex quibus sequeretur scd̄um iustitiam debere plures missas dici. Si ergo obligatus est ad vnam missam illo die non obliget se ad aliam: quia esset inconueniens in hac ecclesia: et lꝫ sit rationabilis consuetudo de vna missa: tamen non stat absolute esse ratiōabile ꝙ simul satisfaciat alijs: vt supra dixi et patet tota littera sequēs vsqꝫ in fine. q.

nota hic q̄ mō in vna missa solenni non pōt satisfieri ꝓ plurib⁹ anniuersarijs

¶ Questio Vigesimaprima.

Circa questiōem vigesimam primam siue vltimam querit Doct. An ponens mundi eternitatem possit sustinere aliquem vl'iter bene fortunatum.

Titul⁹ q̄ōnis exponitur.

¶ Questio ista non querit de quocunqꝫ modo ponendi eternitatem: sed precise de modo ponendi philosophi: an scilicet cuꝫ illis principijs philosophi que ponuntur octauo physicorum propter que ponit mundum esset eternum posset stare aliquem esse benefortunatum: non potest autem aliquarum positionum compossibilitas videri vel repugnantia nisi vtraqꝫ positio videtur. Hic ergo primo videndum est de positione ponentis aliquem esse benefortunatum ⁊ specialiter illa que tangitur in libris de bona fortuna que dicitur fuisse Aristote. secundo videndum est de positione huius mundi eternitatis que habetur ex octauo physicorum ⁊ multis alijs locis Tertio patebit si est inter istas positiones repugnantia.

De articulatio. q.

¶ Quantum ad p̄mum p̄t sn̄ia philosophi de bona fortuna ad duo reduci: p̄mo an bona fortuna sit: ⁊ quomodo sit. Scd̄o propter quid sit: siue propter quam cām sit. primuꝫ istorum requirit tria. Primo: an fortūa sit. Secūdo an bōa fortūa. Tertio: an aliquis sit benefortunatus. ¶ De pri=

mo habetur succincte veritas in tribus conclusionibꝰ. Pri=
ma est affirmatiua ⁊ communi conceptui plurium consona
scilicet ꝙ aliquid euenit a fortuna. ⁊ hoc philosophus nō p
bat. sed supponit manifestum esse ⁊ consonum communi cō
ceptui plurium ⁊ talem philosophādi modum habuit com=
muniter Arist. quia supponit semper communiter concessa
sicut patet: ponens locum esse immobilem: sicut communi=
ter omnes concipiunt: licet hoc inquirendo per rationem vi
deatur difficile: vt patet quarto physico. tex. com. 41. vbi
vult in fine textus ꝙ locus sit vltimum continentis immo=
bile primi: vbi aliter non probat locum esse immobilem: sed
supponit vt concessum cōmuniter: ⁊ quomodo illa diffinitio
loci intelligatur. vide doc. in scdo. di. 2. q. 6 de loco angelo=
rum. Hoc etiam modo ponit tempus esse idem numero vbi
ꝙ quia cōmuniter omnes hoc concipiunt. si autem non: nō
erit. vult dicere ꝙ si motus factus: puta in vna hora sit vnꝰ
numero: ita ⁊ tempus mensurans illum motum erit vnum
numero. Hoc ergo modo philosophandi poterat philoso=
phus accipere tanꝗ cōmuniter concessum ꝙ aliquid euenit
a fortuna. manifestum est enim ꝙ agēti a proposito aliquid
euenit preter intētionem: ⁊ illud dicitur fortuitum siue effe=
ctus fortuitus: ⁊ talis effectus sic euenientis fortuna est cā:
qualis autem causa sit patet secundo physi. tex. cō. 52. vbi
phs declarat ꝙ fortuna est causa per accidens eorum que
eueniūt in minori parte actione agentis a proposito. ⁊ acci=
pitur hic in minori parte pro quanto eueniunt preter inten
tum agentis a proposito: vt prolixe patet a Doc. in primo.
dist. 2. q. 4. vnde phs secundo physicorum. tex. cō. 22. Ma
nifestum itaqꝫ ꝙ fortuna causa sit sm accidens in his. s. ⁊ eo
rum que in minori sunt sm propositum eorum que propter
hoc sunt. i. que sunt propter finem: vbi circa idem ⁊ intelle=
ctus ⁊ fortuna est: idest ꝙ agens a fortuna est agens per in
tellectum: sicut ⁊ agens a proposito est agēs per intellectū
diceretur tamē: ꝙ agens per intellectum ⁊ a proposito est
causa per se effectus: q̄m intēdit: agēs vero per intellectū
⁊ a fortuna est tm̄ causa per accidēs effectus qui euenit p̄=
ter intentionem agentis per intellectum ⁊ a proposito.

Secunda conclusio. ¶ Secunda conclusio est ꝙ fortuna nō est aliqua cā per se
distincta a natura ⁊ intellectu siue proposito: immo eadē vo
luntas que respectu effectus intēti est per se causa talis ef
fectus respectu effectus non intenti dicitur esse fortuna. in=
tētū quidē euenit a pposito. ⁊ ideo causatur voluntarie. nō
itētū euenit preter propositū ⁊ iō causat fortuite: vult dice
re ꝙ eadem voluntas dicitur agēs a proposito ⁊ agēs a for
tuna: dicitur agens a pposito respectu effectꝰ intēti: ⁊ hoc
mō est per se cā secūda talis effectꝰ: respectu vero effectꝰ
qui euenit preter eiꝰ intētionē dicitur agēs a fortuna: ⁊ sic
est causa tm̄ per accidēs: fortuna ergo q̄ est causa per acci=
dēs nō distinguit per se a voluntate: quia eadē volūtas di=
cit ⁊ agēs a pposito ⁊ fortuna. pōt tamē distingui per acci
dēs prout volūtas cōparatur ad effectum intentum distin
guitur a seipsa vt cōparata ad effectū non intentum: quia
primo modo dicitur voluntas agens a pposito: ⁊ causa per
se effectus. Secūdo modo dicitur fortuna ⁊ causa per acci
dēs effectꝰ. falsa est ergo positio paganorum imaginantiū
fortunam esse quādā deā cui tanꝗ cause per se attribuunt
effectus quos videmus fortuite euenire: ⁊ forte proper istū
intellectum malum paganorum reprehendit Aug. seipsū
primo retra. c. primo. non mihi inquit placet totiens appel=
lasse fortunā ⁊c. catholici aūt potius debēt talia attribue=
re prouidentie diuine saltē generaliter prout. s. voluntas di
uina generali influentia influit in omnē effectū. ¶ Tertia

Teria conclusio conclusio est ꝙ fortuna nō est causa totalis. hoc est ꝙ nihil
sic euenit a fortuna quin etiam eueniat ab aliqua causa per
se intēdente. i. ꝙ omnis effectus fortuitꝰ habet aliquā cau=
sam per se intēdentē talē effectū. licet em̄ inuentio thesauri
sit effectus fortuitus: vt cōparatur ad fortem fodiētē terrā
vt inueniat fontē: quia talis thesaurus non erat intentus a
forte: tamē inuētio thesauri erit effectus per se intētus ab
aliqua causa superiori iuxta illud pla. in thimeo. nihil est cu
ius ortum non precessit legitima causa. ⁊ Augu. quinto de
ciui. tex. cō. 9. dicit. Cicero concedit nihil fieri si causa effi
ciens nō precedat ⁊ hoc rationabiliter concessit: quia quod
non est a se non potest habere esse nisi a causa efficiēte: ⁊ ibi
requirit aliqua causa per se siue intēdens: qa sub intentio
ne cause vniuersalioris cadūt plures effectus: ⁊ ita sub in
tentione cause prime cadunt omnes: sed quādo alicuiꝰ effe
ctus nō apparet causa proxima per se siue intēdēs: tūc ille
dicitur effectus fortuitus vel casualis: vt. s. cōparat ad illā
cām primā: ⁊ sic intelligēdū illud Augusti. de aca. quōnibꝰ
in pricipio: vbi dicit fortasse nihil aliud in rebus casum vo=
camus. nisi cuius ratio secreta est. Et hanc opinio. tangit
philosophus in isto libro capitulo. 2. Si aūt inquit a fortu=
na nihil dicendum est fieri: sed nos alia existente causa: p=
pter non videre. hoc est: qr non videmus eam. s. causam ai
mus fortunam esse causam ⁊c. ¶ Ibi. secundum in ista pti
cula. nunc doc. ostendit secundū principale in primo arti=
culo qd erat: an sit bona fortuna: dicit ꝙ hoc explicatur in
vna conclusione ⁊ duplici distinctione. Conclusio est h bo=
nam fortunam esse est communiter concessum: ⁊ hoc osten=
dit: qr manifestum est ꝙ alicui agenti a proposito siue effe=
ctum intendenti euenit preter intentionem aliqd bonum: ⁊
ita cum bona fortuna dicatur bonus effectus fortuitus: vl
magis pprie: licet minus vsitate bona fortuna dr cā boni
effectus non intenti ab agente a pposito: ⁊ illa duo sine se
inuicem esse non possunt. i. ꝙ bona fortuna includit ꝙ sit cā
per accidens effectus boni: et ꝙ talis effectus bonus sit p̄=
ter intentionem agentis a pposito: ⁊ qr hoc causari vide=
mus ideo bonam fortūam esse manifestū est. hanc diuisio
nē quasi vocis in significationes: puta ꝙ bona fortuna vel
accipitur p causa effectus boni non intenti vel p ipso bo
no effectu nō intento: tangit philosophus in libro de bona
fortūa capitulo primo. cām frequenter aimus ipsam eē. cā
autem alienum a nomine: causa em̄ ⁊ cuius est cā aliud est:
idest ꝙ causa ⁊ effectus sunt aliud ⁊ aliud: ⁊ sic bona fortu
na vt accipitur p cā per accn̄s effectus boni nō intenti est
aliud a bona fortuna: vt accipit p effectu bono nō intento.
¶ Ibi. Ulterius autem: nunc ponit duplicem distinctionē
bone fortune positam a philosopho in libro de bona fortu= Fortū a bona dupl'r.
na: q̄ duplex distinctio accipitur penes effectus bone fortu
ne: nec per se. nec per accidens est ab agente a pposito: et
per consequens non est pprie fortuna. sed casus. vt patet
secundo physicorū tex. com. 59. 60. ⁊ 61. vide ibi. alio mō
bona fortuna est in his que sunt in nobis ex natura cui pre
ter cognitionem suam acciderit aliqd bonum operari bene
fortunatū aimus sint. ratione em̄ habens impetum bonū
et hoc adipiscens dr benefortunatus: vel clarius intēdens
vnum sm rationem: ⁊ in exequendo illud adipiscens aliud
bonum non intentum dr in hoc habere bonam fortunam:
hoc modo accipitur pprie bona fortuna. s. q̄ est respectu
eorum que sunt in potestate nostra: siue respectu eorum q̄
sunt ab agente a proposito preter intentionem: sed impro
prie siue causatur: accipit bona fortuna etiam respectu eo
rum: que non sunt in potestate nostra ⁊ pprie respectu ta=
lium dr casus. Secunda distinctio bone fortune secundum
effectus est penes per se ⁊ per accidens: ita ꝙ effectus bo
nus preter intentum communiter effectus per se bone for=
tune ⁊ malum non accipere dr effectus per accidens bone
fortune: vult dicere ꝙ bona fortuna pprie ⁊ per se est pro=
sequi bonum non intentum. Fugere autem siue declinare
malum non intētum: hoc est tm̄ per accidens. ¶ Ibi. Ter=
tium in hoc articulo. Nunc Doc. declarat tertium principa
le in isto primo articulo quod erat an aliquis sit benefortu
natus: ⁊ dicit ꝙ hec declaratio stat in quadam diuisione p̄=
mi membri: primum est ꝙ nullus dr benefortunatus eo ꝙ
simul sibi bene accidit fortuite. Secundum ꝙ nullus dr be
nefortunatus ex hoc precise ꝙ sibi semper fortuite bene ac
cidit: qr siue intelligatur sic ꝙ cum omni proposito suo an=
nexum est aliquod bonum fortuitum: siue sic ꝙ cuicunqꝫ p=
posito suo. s. cuicunqꝫ effectui intento annexum est aliquod
fortuitum ipsum est bonum: ⁊ dicit ꝙ neutrum istorum sem
per accidit sine speciali miraculo ⁊ hoc non solum intelligē
do vniuersaliter absolute: puta in omni actu intento anne
xum sit fortuitum ⁊c. sed ⁊ in tali actu. puta in actu militari
vel negociatiuo non semper in actu militari intento vel ne
gociatiuo annexum est bonum fortuitum sine speciali mira
culo. Tertium membrum aliquis dr benefortunatus: qr si=
bi vt in pluribus benefortunate accidit. vnde sm philoso=
phum primo ethico. cap. 9. Nam inquit vna quidem hirun
do non facit ver. nec vna dies eodem modo beatum ⁊ feli=
cem: nec vna dies nec exiguum facit tempus ⁊c. Similiter
vnus actus ⁊ vnus euentus effectus fortuiti non facit ho=
minem dici benefortunatum: sed qn̄ accidit ei vt in pluribꝰ
vnde dicit Aristo. in libro de bona fortuna insipientes exi=
stentes diligunt multa: idest multa intendunt. ⁊ ideo qnan=
do habent actiones per se intentas ad quas preter eorum
intentiones euenerunt vt in pluribus bona dnr bn̄fortūati.
¶ Ibi. Sed est ne aliquis vlr benefortunatus. dicit ꝙ hoc
pt dupliciter intelligi. sicut etiam supra dictum est. vno mō
vt cuilibet intento ab eo per se sit semper annexū aliquod
bonum per accidens. Alio modo sic vt sit talis ꝙ qn̄cun=
qꝫ est annexum sibi aliquid fortuitum tale fortuitum sit bo

num ⁊ dicit docto. ꝙ neutro modo aliquis dicitur benefortu
natus ſine ſpeciali miraculo: quia nullus poteſt eſſe quin in
actione ſua alijs cauſis contingentibus concurrẽtibus poſ
ſit aliquod malum per accidens concurrere: quia in poteſta
te ſua non eſt concurſus aliarum cauſarũ ſcilicet vt fodiẽs
fodiat buffonem vel ad ſerpentem niſi deus faceret ex mira
culo concurſum cauſarum ſpecialium ad hoc: ſed vt in plu=
ribus poteſt aliquis eſſe bene fortunat[9] ⁊ hoc loquẽdo quã
tum ad bona ſimilia coniuncta ſimilibus propoſitis ſiue in=
tentis: vt quando euenit victoria coniuncta volũtati bellan
di aliquando quantum ad diſſimilia bona diſſimilibus pro=
poſitis: vt quando voluntati bellandi euenit ſanitas coniũ
cta ⁊ voluntati mercandi euenit victoria q̃ in inimicum. vo=
luntas enĩ mercandi ⁊ voluntas bellandi ſunt diſſimilia ꝓ
poſita ſiue intenta ⁊ ſanitas ⁊ victoria ſunt bona diſſimilia
ſimilibus propoſitis ⁊ ſic eſt poſſibile aliquem vt in plurib[9]
eſſe bene fortunatum: vt patet per experientiaꝫ. ¶ Sed in
quibus conſiſtit bona fortuna. Ariſtoteles dicit primo rhe
torice ſue ꝙ in duobus ſcilicet in aſſequendo bonum preter
intentum: ⁊ fugiendo malum: vt ſi quis non incidit in latro=
nes. Alio modo diſtinguitur bona fortuna ſm̃ Ariſt. in lib.
de bona fortuna ꝙ. ſ. bona fortuna dicit̃ reſpectu eorum q̃
in nobis ſunt: vt quando aliquis intendit vnũ per ſe ⁊ aliud
euenit. Alio modo reſpectu eoruꝫ que non ſunt in noſtra po
teſtate: vt ſi aliquis ſit nobilis ⁊ pulcher ⁊ diues naſcat̃ ⁊c̃.
Et iſta diſtinctio fortune eſt in fortunaꝫ proprie dictã: ⁊ mi
nus proprie dictam: que magis dicitur caſus: quia nõ eſt ab
agente a propoſito: quia non eſt talis euentus in poteſta=
te noſtra. ¶ Sed quia eſt cauſa eſſendi bene fortunatum:
quod eſt ſecundum principale in primo articulo principale.
⁊ hoc de bona fortuna improprie dicta que non eſt in pote=
ſtate noſtra. Non inuenio aliquid intrinſecum in homine ꝓ
pter quod debeat dici bene fortunatus iſto modo: ſed hoc
accidit ſibi ex concurſu cauſarum extrinſecarum qui poteſt
eſſe ex deo diſponente ſm̃ theologos: licet non ſm̃ Ariſto.
ſicut ſi aurum ſit ibi ⁊ aliquis intendens fodere ipſum inue
niat: hoc eſt ex concurſu cauſarum extrinſecarum: ⁊ non eſt
alia cauſa: niſi quia ipſe eſt magis diſpoſitus vt cauſa vni=
uerſalis moueat ipſum ad hunc locum magis q̃ꝫ ad alium.
Sed cauſa quare ad propoſitum illius ſequit̃ bonum: ⁊ nõ
ad propoſitum alterius. Ari. in libello de bona fortuna inq̃
rit cauſam intrinſecam quam dixit eſſe impetum. ¶ Sed ſi
tu dicas tu queris cauſam vbi non eſt cauſa effectus fortui
tus nõ hꝫ cãm. Dicẽdũ ꝙ notũ fuit Ari. ꝙ ſicut illd̾ qd̾ eue=
nit in plurib[9] hꝫ cãm vt in plurib[9] vniformiter. ita qd̾ euenit
in paucioribus: ⁊ difformiter habet reduci ad cauſam vni=
formiter agentem ⁊ per ſe. Cauſa auteꝫ intrinſeca ⁊ proxi
ma huius euentus fortuiti ſm̃ Ari. in predicto libello eſt im
petus. dicit enĩ ſic. Eſt ergo bona fortuna ſine ratione na=
tura. benefortunatus enĩ eſt ſine ratione habens impetum
ad bona: ⁊ hec adipiſcens: hoc autẽ eſt nature. i. anima enĩ
ineſt tale nam quo impetu ferimur ſine ratione ad que vti=
q̃ꝫ bene habebimus. Et ſi quis interroget ab operante qua
re ſic facit: neſcio inquit ſed placet mihi ſimile patiens his
que a deo aguntur: ⁊ enĩ a deo vecti ſine ratione, impetum
habent ad operari aliquid. Et vult dicere ꝙ aliqui habent
velle ad quod ſequitur bonum aliquod preter intentum ex
impetu ⁊ ſine ratione: ⁊ cauſa huius ĩpetus eſt natura. Et
iſtam diuerſitatem hominum accipit Ari. per experientiã.
ꝙ enĩ iſte impellatur ⁊ iſte non cum ſine ratione eius cui im=
pellit̃: hoc accidit: non poteſt eſſe ratio. ergo cauſa eſt natu
ra: ſed illa differentia vel diuerſitas non ponit differentiaꝫ
ſpecificam in natura: ſed indiuidualem. ꝙ enĩ agens extrin
ſecum vniformiter agens moueat iſtum ad bonum et non
alium eiuſdem rationis exiſtentes: non poteſt eſſe niſi pro=
ter aliquid intrinſecum in vno quod non eſt in alio: hoc aũt
non poteſt eſſe ratio vt dictum eſt: nec aliquid conſequens
ſpeciem: quia illud vniformiter ineſt. eſt ergo aliquid perti=
nens ad indiuiduum: ꝙ autem non ſit ratio. patet: quia
vbi plurimus intellect[9] ⁊ ratio ibi minima fortuna: vbi aũt
plurima fortuna ibi minimus intellectus ſm̃ Ari. nec etiaꝫ
voluntas: quia ſimilis poteſt eſſe actus voluntatis in vtro
q̃ꝫ ⁊ tamen vnus aſſequit̃ effectum fortuitum: ⁊ alius non
aſſequitur. ergo illud intrinſecum eſt impetus a natura ꝓ=
ueniẽs. ideo dicit bene fortunatũ. bene natũ: quia in eo eſt
diſpoſitio qua a ſuperiore motore impellitur ad propoſituꝫ
ſm̃ que eueniunt ſibi commoda. ¶ Sed illa diſpoſitio natu
ralis eſt ne diſpoſitio ex parte anime vel corporis. ¶ Re=
ſpondeo ſi Ariſt. intellexit ꝙ anime differunt ſm̃ gradus
naturales in nobilitate et perfectione: tunc eſſet dicenduꝫ
ꝙ anima nobilior haberet talem impetum ſicut brutum no
bilius habet nobiliorem eſtimationem: ⁊ nobiliorem inſtin=
ctum naturalem ad aſſequendum commodum maius: ſed
non credo Ari. ſic intellexiſſe ſcilicet ꝙ iſte impetus ſequat̃
aliquẽ ex nobilitate anime: quia dicit vbi minimus intelle=
ctus ibi magna fortuna: vnde dicit ꝙ talẽ non expedit cõſi=
liari. non ergo hoc conuenit intellectui ex ſua perfectione:
ſed quia habet nobiliorem impellentem ſicut nauis male
regibilis melius frequenter nauigat: ſed non ꝓpter ſeip=
ſam: ſed habet bonũ gubernatorem. In corpore ergo iſta
diſpoſitio eſt conſequens complexionem determinatam.
¶ Sed eſt dubitatio qualiter natura eſt cauſa iſtius im=
pulſus ad volendum aliquid ad quod ſequatur commodũ
preter intentionem operantis: ſi ſicut grauitas eſt cauſa
deſcenſus deorſum in graui. tunc enim fortuitum non eſſet
a fortuna: qꝛ in natura eſt aliqua diſpoſitio inclinans ad hꝰ.
licet non ſufficienter motiua. ¶ Item probo ꝙ omnia eẽnt
a fortuna ſi ex hoc dicatur quis benefortunatus: quia ha=
bet diſpoſitionem qua impellitur ad volendum aliquid ad
quod ſequatur commodum ſine ratione ⁊ conſilio: quia in
actibus humanis conſilians nec prius conſiliatur: nec con=
ſiderans prius conſideret: aliter eſſet proceſſus in infinitũ
patet: quia ſi ante conſiderationem eſſet conſideratio: ⁊ an
te illam alia ita ꝙ ante omnem conſiderationem ſemp̱ alia
et prior tunc eſſet procedere in infinitũ in conſiderationib[9]
hoc idem patet de actibus conſiliandi. In primis ergo ac=
tibus: puta in prima conſideratione non habetur impulſus
a ratione cogente ad eliciendum tales actus: patet ſi pri=
mus actus eliceretur a ratione ſiue mediante conſideratio
ne: tunc primus actus non eſſet primus actus: quia illa cõ
ſideratio eſſet prior ⁊ tales actus eliciũtur ſine ratione di=
cuntur eſſe a fortuna qd̾ videtur inconueniens. ¶ Secun=
do arguit contra hoc qd̾ dicit philoſophus. ſ. ꝙ aliquis ha
bet impetum ſine ratione. Contra. qꝛ non eſt bona fortũa
ſine actu voluntatis: qꝛ fortuna eſt effectus contingens cõ
ſequens effectum agentis a propoſito. i. ꝙ effectus fortui
tus: eſt effectus non intentus ab agente a ꝓpoſito: ſed an=
nexus effectui intento ab agente a propoſito: ſed agens a
propoſito intendit effectum actu elicito voluntatis: ſed vo
luntatis non poteſt velle aliquid non preoſtenſum a ratio=
ne. ergo talis impulſus ad volendum aliquid ad quod ſeq̃
tur commodum: ſiue ad qd̾ ſequitur effectus non intentus
non eſt ſine ratione. ergo effectus fortuitus erit a ratione.
¶ Tertio. Arguit probando ꝙ forma ſiue effectus fortui
tus ſemper ſit a ratione. patet: quia ſi natura impellit ali=
quem ad volenduꝫ ⁊ non ratio: ergo non eſſet fortuna ſiue
effectus fortuitus: illud qd̾ ſic euenit: ſed magis eſſet caſ[9]
ſiue effectus caſualis: patet: quia hec eſt differentia inter
fortunam ⁊ caſum: quia fortuna eſt ab agente a propoſito
ſiue ab agente per cognitionem: ⁊ caſus non eſt ab agente
a propoſito: vt patet ſecundo phyſico. tex. c. 59. 60. ⁊. 61.
¶ Ibi reſpondeo igitur. Hic doc. primo recitat vnam opi
nionem que eſt Henri. quodli. 6. queſtione. 10. quam nõ te
net. nam Henricus videtur velle ꝙ prima intellectio ſiue
volitio immediate ſit a deo: ita ꝙ deus immediate mouet
intellectum ad primam intellectionem immediate cauſan
do illam in tali intellectu: ⁊ ſimiliter immediate mouet vo=
luntatem ad primam volitionem circa obiectum immedia=
te cauſando illam in tali voluntate: non cauſando illam ꝑ
extenſionem obiecti tanq̃ꝫ per cauſam mediam. et dicit ꝙ
hec eſt ſententia Anſelmi de caſu diaboli. ca. 12. qui dicit ꝙ
angelus non habuit primum actum a ſe. Sed doc. hoc im
probat: quia angelus ſicut habuit ſecunduꝫ actum a ſe: ita
ad primum. patet: quia ad primum actum volendi non re=
quiritur niſi voluntas vt pricipiũ immediate elicitiuum et
intellectus preuius oſtendens obiectum circa quod volun
tas elicit actum. ¶ Contra hic doc. adducit vnam rõnem.
Hen. qua probat ꝙ voluntas angeli non potuit elicere pri
mam volitionem. quia aut habuit illam volendo aut nõ vo
lendo: non ſecundum. patet: quia nullus elicit actum volẽ=
di non volendo illum. non primum. patet: quia tunc eſſet ꝓ
cedere in infinitum in actibus volendi: quia ſi elicit actum
volendo illum. ergo prius habet alium actum quo vult ac=
tum volendi. ⁊ tunc quero de illo alio. aut elicit illum volẽ=
do ⁊ per conſequens vult illum mediante alio actu volen=
di: ⁊ ſi tunc procedere in infinitum: ergo prima volitio erit
immediate cauſata. ¶ Reſpondet doc. ꝙ habendo intelle
ctum oſtendentem obiectum ⁊ habendo voluntateꝫ prius
natura ſimul tamen tempore habuit velle. ⁊ cum queritur
aut habuit volendo aut non volendo: ſi intelligatur ꝙ ha=
buit volendo. i. mediante alio actu volendi: patet ꝙ non: qꝛ
tunc eſſet ꝓcedere in infinitum: ſi vero intelligatur ꝙ ha=

In quibus bona fortuna cõſiſtit.

Bona fortuna quid.

Bona dubitatio.

buit volendo accipiendo volendo libere.i.ꝙ quando voluntas elicit illum actum. Sic libere elicit ꝙ quando elicit illuz poteſt non elicere: ⁊ in hoc conſiſtit voluntatis libertas: h̄ modo elicit primum dictum volendi volendo illum. Et de hac materia vide prolixius doc. in ſecundo. di.5.q.2. que ponitur addita: ⁊ etiam. di.25. ¶ Dico ergo. nunc doc. ſoluit rationes prius factas dicens ꝙ iſta concluſio eſt exponenda que ad aliquid ſcilicet ꝙ bene prima intellectio non eſt a ratione ſiue non eſt ab intellectu prius cognoſcente: ⁊ per conſequens poteſt aliquo modo dici a caſu. ſed loquendo de prima volitione dicit ꝙ illa eſt a ratione oſtēdente: dicit ergo doc. ſic: ꝙ iſta concluſio eſt concedenda quo ad aliquid ſcilicet primam intellectionem non eſſe a ratiōe: ſed quo ad aliquid a caſu: quia intelligens ad prius intelligendo intelligat. prima ergo intellectio non eſt a ratione oſtendēte obiectum prius: ergo eſt a caſu quodammodo: quia ſm̄ Aug. lib.3. de lib. arbi. nō eſt in poteſtate noſtra quin viſis tangamur. ⁊ ideo eſt illud eſt fortuitum caſuale pro quanto ſcilicet non eſt in poteſtate noſtra nec ab agente a propoſito: licet eſt prima intellectio ſit immediate cauſata ab intellectu ⁊ obiecto: vt patet a doct. in primo di.3.q.7. ⁊ in quol.q.15. ⁊ per conſequens habeat cauſam determinatam intendentem illam eo modo quo nam poteſt intendere effectuz ſuum: ⁊ vt ſic non poſſit dici effectus caſualis vel fortuitus tamen aliqualiter poteſt dici caſualis vel fortuitus ꝓ quāto talis prima intellectio nullo modo eſt ab agente a propoſito ſiue ab agente per cognitionem intendente talem cognitionem. ¶ Et ſi arguas. prima intellectio ſi ſit fortuita omnia conſequentia erunt fortuita. Dico ꝙ nō ſequitur: qꝛ habita prima intellectione ⁊ volitione poteſt aliquis ratiocinari de agendis: ⁊ ita que ſequuntur illam deliberationez non erunt fortuita: ſed a ratione deliberante. ¶ Sed ſi q̄ras prime intellectiones ſunt ne ſimpliciter fortuite. Dicēdum ꝙ non: quia ſunt ab obiectis fortuitis mouētibus ſm̄ phantaſmata magis impreſſa ceſſantibus īpedimētis ⁊ ſic prima intellectio habet cauſam naturalem motiuam in nobis: quia tamen non eſt a ratione deliberante non eſt imputabilis homini niſi interpretatiue: quia in poteſtate hominis fuit facere obiectum fortius mouens ex frequenti conſideratione ex qua fortius īprimitur phantaſma tale in memoriam: ⁊ per conſequens fortius mouet ⁊ prius ceſſante impedimento: prima ergo intellectio nō eſt in poteſtate noſtra ſed prima indifferentia qua poteſt quis ſe determinare ad volendum vel non volendum. hec eſt a voluntate nō ab intellectu: quia intellectus ab obiecto naturaliter mouetur ab intellectu naturaliter moto volūtas naturaliter moueretur: ⁊ ſic homo eſſet vnum bonum brutum. volūtas igitur non mouetur neceſſitate naturali: ſed habita prima intellectiōe in poteſtate eius eſt ꝯuertere intellectū ad ꝯſiderādū hoc vel illud: ⁊ hoc vel illō velle vel nolle: ⁊ ſic prima volitio omnino eſt a nobis nec eſt ita a caſu ſicut prima ītellectio. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ Ariſt. videtur dicere in libro predicto ꝙ ille impetus vel impulſus ad velle aliquid ad quod conſequitur commodum: non eſt ſic a ratione ꝙ talis ſciat ſic reddere rationem quare hoc facit dicenduz ergo ꝙ illud velle habet a ratione oſtendente obiectum volitum: ſed non a ratione conſiliāte oſtendente cauſam quare hoc facit diſtincte. ſed hoc ab impetu. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ licet natura ſit mediata cauſa illius euentus fortuiti. non tamen immediata: ſed voluntas vnum intendēs licet ſit aliud eueniens preter intentum quod dicitur fortuna non caſus. Sed de cauſa extrinſeca huiuſmodi euent⁹ fortuiti ſm̄ Ari. videtur dicendum ꝙ non natura eſt cauſa eius: quia natura eſt determinata ad vnum ſaltem vnitate eiuſdem ordinis ⁊ connexionis. euentus autem fortuiti nō videntur habere connexionē nec ordinationē ad alia. ergo natura non eſt cauſa ſufficiens ⁊ cōpletiua euētus fortuiti ¶ Item tunc ſequeretur ꝙ fortuna eſſet cauſa per ſe. Itē nullus dicitur bene fortunatus: quia impellitur ad volendum aliquid ad quod conſequi bonum niſi illud bonum adipiſcatur: ſed illud bonum adipiſci non poteſt niſi cauſe intermedie concurrant ad hoc. cum ergo natura non poteſt eſſe cauſa ſufficiens huius concurſus natura non ſufficit. ideo ſequitur ꝙ eſt aliqua cauſa extrinſeca coniungens.

¶ Sed que ſit illa cauſa extrinſeca ſm̄ Ariſto. eſt ne celū vel intelligentia mouens celum mediante celo vel deus ipſe immediate mouens. Dicendum ꝙ ſi nihil ſit effectus fortuitus niſi illud ad quod cauſalitas celi poteſt ſe extendere tunc non eſt neceſſarium cauſam inquirere niſi celū et mouens celuz. ⁊ hoc videtur probabile: quia nihil fortuitum videtur in homine niſi illud ad quod cauſalitas celi ſe extēdit mediate vel immediate. Sed primum non credo eſſe verum: quia aliquid eſt in homine ad quod cauſalitas celi nō poteſt ſe extendere ſicut eſt volitio niſi occaſionaliter mouendo appetitum ſenſitiuum ſm̄ cuius inclinationem apta eſt voluntas inclinari: celum ergo quia non poteſt volitionem attingere nec etiā cauſas ad eius cauſationem ꝯiungere: ideo aliquid eſt in homine ad quod celi cauſalitas nō poteſt attingere. ¶ Et ſi diceretur: ⁊ forte veruz eſt: ꝙ nullus effectus fortuitus eſt in voluntate ⁊ coniunctus volitioni per accidens: ſed tamen cauſalitas celi ad omnia alia ſe extendit: ⁊ ſic non oportet aliam cauſam extrinſecā ponere niſi celum ⁊ intelligentiam mouentem celum et deum mouentem mediate. ita ꝙ ſi Ariſtote. videtur dicere ꝙ tale principium ſit de⁹ debet gloſari verum eſt mediate. Hec que ſequuntur clara ſunt.

FINIS.

¶ Finiunt Commentaria eximij Docto. Reuerendiſſimi. P. Fratris Franciſci Leucheutti de Brixia ordinis minorum regularis obſeruantie ac toti⁹ Seraphici Franciſci ordinis Generalis Miniſtri Digniſſimi: ſuper Quodlibeta Jo. Scoti. Impreſſa ꝑ Joannē de Prato Impenſis Joannis Granion: ex Impoſitione Ven. P. Fratris Baptiſte de Caſtilliono Mediolanenſis ꝓuincie Mediolani nec non cura et ſollicitudine eiuſdē Pariſius. Anno domini. M.D.XX die vero iiij. Menſis Aprilis.

¶ Fratris Francisci Flauij de Carticeto or. mi. re. obser. ad omnes eiusdem ordinis professores carmen.

Fecerat omnipotens duo lumina magna polorum
Conditor, in nostra relligione deus.
Franciscum patrem atq; ducem/qui luce diurna
Dirigeret nostros ad loca sancta pedes.
Et Scotum, vt scriptis nocturnas pelleret vmbras
Errorum, nimio sydere vbiq; micans.
Sed dudum, heu, tantis eadem fulgoribus orba
Relligio, extinctam luxit vtramq; facem:
Donec respexit tandem lamenta, Lychetto
Reddidit inq; vno lumen vtrumq; deus.
Huic debes Francisce tuum, Franciscus & ipse
Q; regit empyrei pastor ad astra gregem.
Huius & ingenio stygijs eductus ab vmbris
Huic debes quicquid Scote decoris habes.
Te prius horrebat, nitidum modo (cerne) Lychetti
Gymnasium meritis Parisiense fouet.
Ille tuos soluit nodos/obscuraq; pandens
Sensa facit clara lucidiora die.
Ergo pro tanto sit munere summa Tonanti
Gratia, sint nostro tempora longa patri.




calibrite
colorchecker CLASSIC
mm